Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 9

40/4

Universidad de Deusto
Biblioteca
5-5-11

DIVI AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS

EPISCOPI, OPERVM,

Tomus nonus,

Continens illius tractatus: hoc est, expositiones ad populum factas in nouum testamentum, cum alijs varij generis opusculis, quorum indicem habet alterum huius paginæ latus.

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus renoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impressus, recognitus, & emendatus.

Esta conforme al Expurgatorio de 1707.
Por comission del S. Offº
Dn
Franco de Olague.

VENETIIS, Apud Iuntas.
M D L X X.

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA LOYOLA

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

In Euangelium Ioannis expositio Folio. 2
In epistolam Ioannis expositio. 124
In Apocalypsim Ioannis expositio 141
Meditationum liber vnus 150
De diligendo deo liber alius, qui & meditationum inscribitur. 160
Soliloquiorũ animę ad deũ liber vnus 164
Manuale liber vnus 172
De triplici habitaculo liber vnus 176
Scalæ Paradisi liber 177
De duodecim abusionũ gradibus lib. 178
De contritione cordis liber vnus 181
De cogitatione veræ vitæ liber vnus 182
De speculo, liber vnus 188
De vita Christiana liber vnus 192
De assumptione beatę Marię virginis 195
De disciplina Christiana 197
De decem chordis 199
De cantico nouo, liber vnus 202
De contemptu mundi, liber vnus 203
De vanitate seculi, liber vnus 204
De obedientia & humilitate sermo 205
De bono disciplinæ sermo 206
De visitatione infirmorum, libri duo 208
De consolatione mortuorum sermones duo 209
De quarta feria, siue cultura agri dominici sermo 211
De cataclysmo sermo 213
De tempore Barbarico sermo 214
De sobrietate & virginitate sermo 216
Speculum peccatoris tractatus 218
De pœnitentiæ medicina, liber vnus 220
De vtilitate pœnitentiæ tractatus 222
De conflictu vitiorum & virtutum, liber vnus 224
De quatuor virtutibus charitatis tractatus 227
De laudibus charitatis tractatus 228
De honestate mulierum, liber vnus 229
De pastoribus, liber vnus 229.
De ouibus, liber siue Homilia 234
De symbolo fidei ad catechumenos, libri quatuor 238
De conuenientia decem præceptorum & decem plagarum, liber vnus. 246
De rectitudine catholicę conuersationis tractatus. 249
De vtilitate ieiunij tractatus. 254
De vrbis excidio tractatus. 255
De creatione primi hois tractatus. 257
De arbore scientiæ boni & mali tractatus ibidem.
De pugna animæ tractatus. 258
De antichristo tractatus. 259
Psalterium quod matri suæ composuit 260
Super magnificat expositio 260

FINIS

PRAEFATIO IN LAVDEM EVANGELII SECVNDVM IOANNEM.

OMNIBVS diuinæ scripturæ paginis Euangeliũ excellit, quia qđ lex & Prophetæ futurum prædixerunt, hoc cõpletum dicit Euangelium. Inter ipsos autẽ Euangeliorum scriptores, Ioannes eminet in diuinorum mysteriorum profunditate, qui a tẽpore dominicæ ascensionis per annos sexagintaquinque verbum dei absque adminiculo scribendi, vsque ad vltima Domitiani pdicauit tẽpora. Sed occiso Domitiano, cum permittente Nerua, de exilio rediisset Ephesum, cõpulsus ab Episcopis Asiæ, de oęterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus hæreticos, qui eo absente irruperant in eius Ecclesias, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Vnde merito in figura quatuor animalium, aquilæ volanti comparatur, quæ volat altius cæteris auibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Cæteri quippe euangelistæ, qui temporalem Christi natiuitatem, & temporalia eius facta, quæ gessit in homine, sufficienter exponũt, & de diuinitate pauca dixerunt, quasi anima ia gressibilia cum domino ambulant in terra: hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens, sed diuinitatis potentiam sublimius contemplans, cum domino ad cœlum volat. Qui enim supra pectus domini in cœna recubuit, cœlestis hausti sapientiæ cæteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat siquidem Euangelia trium Euangelistarum, & approbauerat fidẽ eorũ & veritatẽ, in quibus deesse vidit aliqua gestarum rerum historiæ, & ea maxime quæ dominus gessit primo prædicationis suæ tempore, scilicet antequam Ioannes Baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo quasi dimissa ab illis scribit Ioannes quæ fecit Iesus antequam Ioannes clauderet: sed maxime diuinitatem Christi & trinitatis mysterium cõmendare curauit. Tres siquidem alij Euangelistæ dicta & facta domini temporalia, quæ ad informandos mores vitæ psentis maxime valent, copiosius prosecuti, circa actiuã vitam sunt versati: in qua laboratur, vt cor mundetur ad videndum deum, Ioannes vero pauca domini facta dicit: verba vero dñi quæ trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ fœlicitatem insinuant, diligentius cõscribit, & sic in cõtemplatiua vita, virtute commendanda, intentionem suã & prædicationem tenuit: in qua contemplatiua vacatur vt deus videatur. Iste siquidem est Ioannes quem dñs de fluctuaga nuptiarum tẽpestate vocauit, & cui matrẽ virginem virgini commendauit.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, In Euangelio Ioannis expositio.

Ab eo quod scriptum est, In principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: vsque ad id quod ait, Et tenebræ eam non comprehenderunt.

TRACTATVS PRIMVS.

INTVENTES quod modo audiuimus ex lectione Apostolica, quòd animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, & cogitantes in hac ipsa præsenti turba charitates vestræ, necesse esse, vt multi sint animales, qui adhuc secundum carnem sapiant, nondumque possint ad spiritalem intellectum se erigere: hæsito vehementer quomodo, vt dominus dederit, possim dicere, vel pro modulo meo explicare quod lectum est ex Euangelio. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc enim animalis homo non percipit. Quid ergo fratres, silebimus hinc? quare ergo legitur si silebitur? Aut quare auditur, si non exponitur? Sed & quid exponitur, si non intelligitur? Itaque quoniam rursum esse non dubito in numero vestro quosdam, a quibus possit non solum expositũ capi, sed & antequam exponatur intelligi, nõ fraudabo

1.Co.2.

eos qui possunt capere: dum timeo superfluus esse auribus eorum, qui nō possunt capere. Postremo aderit misericordia dei, fortasse vt omnibus satisfiat, & capiat quisq; quod potest: quia & qui loquitur, dicit qđ potest: nam dicere vt est, quis potest? Audeo dicere fratres mei, forsitan nec ipse Ioannes dixit vt est, sed & ipse vt potuit, qa de deo vt homo dixit. Et quidem inspiratus à deo, sed tamen homo: quia inspiratus, dixit aliquid: si non inspiratus esset, dixisset nihil. Quia vero homo inspiratus, non totū quod est dixit, sed quod potuit homo dixit. Erat enim iste Ioannes fratres charissimi, de illis montibus de quibus 2
scriptum est, Suscipiant montes pacē populo tuo, & colles iustitiam. Montes excelsæ ani- F
mæ sunt, & colles paruulæ animæ sunt. Sed ideo montes excipiunt pacem, vt colles pos-
Psal.71. sint excipere iustitiam. Quæ est iustitia quam colles excipiunt? Fides, quia iustus ex fide
Abac.2. viuit. Non autem acciperent minores animæ fidem, nisi maiores animæ quæ montes di-
Rom.1. ctæ sunt, ab ipsa sapiētia illustrarentur, vt possint paruuli traiicere quod possent paruuli capere, & viuere ex fide colles quia mōtes pacem suscipiunt. Ab ipsis mōtibus dictum est ecclesiæ: pax vobiscum, Et ipsi montes pacem annunciando ecclesiæ, nō diuiserunt se aduersus eum a quo susceperunt pacem, vt veraciter non ficte nunciarent pacem. Sunt autē alii montes naufragiosi, quò quisq; nauim cū impulerit, soluitur. Facile est.n.cum videtur terra a periclitantibus, quasi conari ad terram: sed aliquando videtur terra in mōte, & saxa latent sub monte, & cum quisque conatur ad montē, incidit in saxa, & ibi nō inuenit portum, sed planctum. Sic fuerunt quidam montes, & magni apparuerunt inter homines, & fecerunt hæreses & schismata, & diuiserunt ecclesiam dei. Isti qui diuiserunt ec- 2
clesiam dei, non erant illi montes, de quibus dictum est, Suscipiant montes pacem populo G
tuo. Quomodo.n.pacē susceperunt, qui vnitatē diuiserunt? Qui aūt susceperūt pacē nunciandā populo, contēplati sunt ipsam sapientiā, quantū humanis cordibus potuit contin-
1.Co.2. gi, qđ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Si in cor hominis nō ascēdit, quō ascendit in cor Ioānis? An non erat homo Ioannes? An forte nec in cor Ioannis ascendit, sed cor Ioannis in eam ascendit? Quod.n.ascendit in cor hominis, de imo est ad hominem · quò aūt ascendit cor hominis, sursum est ab homine. Etiam sic fratres dici potest, quia si ascendit in cor Ioannis, si aliquo modo potest dici, intantum ascēdit in cor Ioannis, in quantum ipse Ioannes non erat homo. Quid est, non erat homo? inquantum cœperat esse angelus: quia omnes sancti, angeli, quia annúciatores dei: ideo carnalibus &
1.Co 3. animalibus nō valentibus percipere quæ sunt dei quid ait Apostolus? Cum.n.dicitis, ego sum Pauli, ego Apollo, nonne homines estis? Quid eos volebat facere, quibus exprobrabat, quia homines erant? Vultis nosse quid eos facere volebat? audite in psalmis. Ego dixi 2
dii estis, & filii excelsi omnes. Ad hoc ergo vocat nos deus, ne simus homines. Sed tūc in H
Psal.81. melius non erimus homines, si prius nos homines esse agnoscamus, id est, vt ad illam celsitudinem ab humilitate surgamus: ne computemus nos aliquid esse cum nihil simus, nō solum nō accipiamus qđ non sumus, sed & amittamus quod sumus. Ergo fratres de his mōtibus & Ioānes erat, qui dicit, In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum. Susceperat pacem mons iste, contēplabatur diuinitatem verbi. Qualis iste mons erat, quam excelsus? Transcenderat omnia cacumina montium terrarū, transcenderat omnes campos aeris, transcenderat omnes altitudines syderum, transcenderat omnes choros & legiones angelorum. Nisi enim transcēderet ista omnia q̄ creata sunt, non peruenire ad eum per quē facta sunt omnia. Non potestis cogitare quid transcenderit, nisi videatis quò puenerit. Quæris de cœlo & terra? facta sunt. Quæris de his q̄ sunt in cœlo & terra? vtique multo magis & ipsa facta sunt. Quæris de spiritalibus creaturis, de angelis, de archangelis, sedibus, dominationibus, virtutibus, principatibus & ipsa 2
facta sunt. Nam cum enumeraret hæc omnia psalmus, concluſit sic, Ipse dixit & fa- I
Psal.32. cta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Si dixit & facta sunt, per verbum facta sunt: si autem per verbum facta sunt, non poterat Ioannis cor peruenire ad id quod ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, nisi transcendisset omnia quæ sunt facta per verbum. Qualis ergo iste mōs, quam sanctus, quam altus inter illos montes qui susceperunt pacē populo dei, vt colles possent susciperе iustitiam?
Pſ.120. Videte ergo fratres, forte de istis montibus est Ioannes, de quibus pauloante cātauimus, Leuaui oculos meos in mōtes, vnde veniet auxilium mihi. Ergo fratres mei, si vultis intelligere

telligere, leuatē oculos vestros in montem istum, id est erigite vos ad Euangelistam, erigite vos ad eius sensum. Sed quia montes isti pacem suscipiunt: non potest autem esse in pace, qui spem ponit in homine, nolite sic erigere oculos in monte, vt putetis in homine spem vestram esse collocandam, & sic dicite, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi, vt statim subiungatis, Auxiliū meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Ergo le- 2
uemus oculos in montes, vnde veniet auxilium nobis: & tamen non ipsi montes sunt, in K
quibus spes nostra ponenda est, Accipiunt.n. montes quod nobis ministrent. Ergo vnde & montes accipiunt, ibi spes nostra ponenda est. Oculos nostros cum leuamus ad scripturas, quia per homines ministratæ sunt scripturæ: leuamus oculos nostros ad montes, vnde veniat auxilium nobis. Sed tamen quia ipsi homines, qui scripserunt scripturas, non de se lucēbant: sed ille erat verum lumen, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Mons erat & ille Ioannes Baptista qui dixit, Non sum ego Christus, ne quisquam spem in monte ponens, caderet ab illo qui montes illustrat, & ipse confessus ait, Quoniam de plenitudine eius nos omnes accepimus. Ita debes dicere, Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi: ne auxilium quod tibi venit, montibus imputes: sed sequaris & dicas, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Ergo fratres ad hoc ista monuerim, vt quando existis cor ad scripturas, cum sonaret euangelium, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, 2
& deus erat verbum, & cætera quæ lecta sunt, intelligatis vos leuasse oculos ad montes. L
Nisi enim montes ista dicerent, vnde omnino cogitaretis non inueniretis. Ergo ex montibus venit vobis auxilium, vt hæc vel audiretis, sed nondum potestis intelligere quod audistis. Inuocate auxilium à domino, qui fecit cœlum & terram: quia montes sic potuerunt loqui, vt non possent ipsi illuminare. Quia & ipsi illuminati sunt audiendo inde, vnde q̄ hæc dixit, accepit Ioannes ille, fratres, qui discumbebat supra pectus domini, & de pectore domini bibebat quod propinaret nobis, sed propinauit verba: intellectum autem inde debes capere, vnde & ipse bibebat qui tibi propinauit, vt leues oculos tuos ad montes, vnde veniet auxilium, vt inde tan quam calicem, id est, verbum propinatum acciperes: & tamen quia auxilium tuum à domino, qui fecit cœlum & terram, inde impleres pectus, vnde impleuit ille: vnde dixisti, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Qui potest ergo fratres, impleat hoc quod dixi, leuet quisq; cor suum quomodo illud videt idoneum, & ca- 2
piat quod dicitur. Sed forte hoc dicitis, quia ego vobis sum præsentior quàm deus. Absit, M
Multo est ille præsentior: nam ego oculis vestris appareo, ille conscientiis præsidet. Ad me aures, ad illum cor leuate, vt vtrunq; impleatis. Ecce oculos vestros, sensus istos corporis leuatis ad nos: nec ad nos: non.n.sumus de illis montibus, sed ad ipsum Euangelium, ad ipsum Euangelistam: cor autem implendum ad dominum, Et vnusquisq; sic leuet, vt videat quid leuet, & quò leuet. Quid dixi, quid leuet, & quò leuet? Quale cor leuet videat, qa ad deum leuat, ne sarcina voluptatis carnalis prægrauatum, ante cadat quàm fuerit sublenatum. Sed videt se quisq; gestare onus carnis, det operam per cōtinentiā, vt purget quod
Matth.5. leuet ad deum. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Nam ecce quid prodest, quia sonuerunt verba, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: & nos diximus verba cum loqueremur. Nunquid tale verbum erat apud deum? Nonne ea quæ diximus sonuerunt atq; transierunt? Ergo & dei verbum sonuit & per actum est? Quomodo omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Quomodo 3
omne per illud regitur, quod per illud creatum est, si sonuit & transiit? Quale ergo verbum A
quod & dicitur, & non transit? Intēdat charitas vestra, magna res est. Quotidie dicendo verba viluerunt nobis, quia sonando verba, & transeundo viluerunt, & nihil aliud videntur quàm verba. Est verbum & in ipso homine quod manet intus, nam sonus ex ore procedit. Est verbum quod verè spiritaliter dicitur, illud quod intelligitur de sono, non ipse sonus, Ecce verbum dico, cum dico, deus. Quā breue est quod dixi, quatuor literas & duas syllabas: nunquid nam hoc totum est deus, quatuor literæ & duæ syllabę? An quantum hoc vile est, tantum charum est quod in eis intelligitur? Quid factū est in corde tuo cum audisses deus: quid factum est in corde meo cū dicerem, deus? Magna & summa quędam substantia cogitata est, quæ transcendit omnē mutabilem creaturam carnalem & animalem. Et si dicam tibi, deus cōmutabilis est, an incōmutabilis? Respondebis statim, Absit vt vel ego credam vel sentiam commutabilem deum: incōmutabilis ergo est deus. Anima tua quanuis

parua, quanuis forte adhuc carnalis, non mihi potuit respondere nisi incommutabilē deū: 3
omnis aūt creatura mutabilis. Quomodo ergo potuisti scintillare in illud quod est super B
omnem creaturam, vt certus mihi responderes incōmutabilem deū? Quid est ergo illud
in corde tuo, quando cogitas quandam substantiam viuam, perpetuam, omnipotentē, in-
finitam, vbiq; presentē, vbiq; totā, nusquā inclusam? Quando ista cogitas, hoc est verbum
de deo in corde tuo: nunquid aūt hoc est sonus ille, qui quatuor literis constat & duabus
syllabis? Ergo quæcunq; dicuntur & trāseunt, soni sunt, literæ sunt, syllabæ sunt. Hoc ver
bum transiit, sonat. Quod aūt significauit sonus, & in cogitāte est, qui dixit, & in intelligen-
te est, qui audiuit, manet hoc transeuntibus sonis. Refer animū ad illud verbum, Si tu po-
tes habere verbū, in corde tuo, tanquā consilium natū in mente tua, vt mens tua pariat ti-
bi consilium, & insit consilium quasi proles mentis tuæ, quasi filius cordis tui: prius enim
cor generat consilium, vt aliquam fabricam construas, aliquid amplum in terra moliaris,
iam natum est consilium, & opus nondum completum est. Vides tu, quid facturus es, sed
alius non miratur nisi cum feceris & construxeris molem, & fabricam illam ad exculptio-
nem perfectionemq; perduxeris. Attendunt homines mirabilem fabricam, & mirantur con 3
silium fabricantis: stupent quod vident, & amant quod non vident. Quis est qui potest vi- C
dere consilium, & non sola facta? Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur humanum con
silium: vis videre quale consilium dei est? Dominus Iesus Christus, id est verbum dei. At-
tende fabricam istam mundi: vide quæ sint quæ facta sunt per verbum, & tunc cognosces
quale sit verbum. Attende hæc duo mundi corpora, cœlum & terram. Quis explicat verbis
ornatum cœli? quis explicat fœcunditatem terræ? quis dignè collaudat temporum vices?
quis dignè collaudat seminum vim? Videtis quæ taceam, ne diu cōmemorando parum di-
cam, forte quàm potestis cogitare. Ex fabrica ergo ista animaduertite, quale verbū est per
quod facta est, & nō sola facta est. Omnia enim ista videntur, quia pertinent ad sensum cor
poris. Per illud verbū & angeli facti sunt, per illud verbum & archangeli facti sunt, potesta
tes, sedes, dominationes, principatus. Per illud verbū facta sunt omnia: hinc cogitate qua-
le verbum est. Respondet mihi modo, forte nescio quis, & quis hoc verbum cogitat? Noli
ergo tibi quasi vile aliquid facere, cum audis verbum formare. Verba quæ audis quotidie, 3
ille talia verba dixit, talia verba locutus est, talia verba mihi narras? assidue enim dicendo D
nomina verborum, quasi viluerunt verba: & quando audis, In principio erat verbum, ne
vile aliquid putares quale consueris cogitare, cum verba humana soleres audire, audi quid
cogites, Deus erat verbum. Exeat nunc nescio quis infidelis Arrianus & dicat: Quia verbū
dei factum est quomodo potest fieri, vt verbum dei factum sit, quando deus per verbū fecit
omnia? Si & verbum dei ipsum factum est, per quod aliud verbum factum est? Si hoc dicis,
quia hoc est verbum verbi, per quod factum est illud, ipsum dico ego vnicum filium dei.
Si autem non dicis verbum verbi: concede non factū per quod facta sunt omnia. Nō enim
per seipsum fieri potuit, per quod facta sunt omnia: crede ergo Euangelistæ, poterat enim
Genē.1. dicere, In principio fecit deus verbum: quomodo dixit Moyses, in principio fecit deus cœ-
lum & terram & omnia sic enumerat. Dixit deus, fiat, & factū est. Si dixit, quis dixit? Vtiq; 3
deus. Et quid factum est? Creatura aliqua. Inter dicentem deum & factam creaturam quid E
est per quod factum est? nisi verbum, quia dixit deus, Fiat, & factum est. Hoc verbū incom-
mutabile, quanuis mutabilia per verbum fiant, ipsum incōmutabile est. Noli ergo credere
factum, per quod facta sunt omnia, ne nō reficiaris per verbū, per quod reficiūtur omnia.
Iā enim factus es per verbum, sed oportet te refici per verbum. Si autem mala fuerit fides
tua de verbo, non potes refici per verbum: & si tibi contigit fieri per verbum, vt per illud
factus sis, per te defeceris: & si per te defeceris, ille te reficiat qui te fecit: si per te deterior ef-
ficeris, ille te recreet qui te creauit. Quomodo te autem recreet per verbum, si male aliquid
sentias de verbo? Euangelista dicit, In principio erat verbum: & tu dicis, In principio factū
est verbum. Ille, Omnia per ipsum facta sunt, dicit: & tu dicis, quia & ipsum verbum factū
est: poterat dicere Euangelista, In principio factum est verbum: sed quid ait, in principio
erat verbum. Si erat non est factū, vt ista omnia per ipsum fierent, & sine ipso nihil. Si ergo
erat in principio verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: si non potes co-
gitare quid sit, differ vt crescas, Ille cibus est, accipe lac ut nutriaris, ut sis ualidus ad capien 3
dum cibum. Sanè fratres quod sequitur. F

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.) Videte ne sic cogitetis, quia

nihil aliquid est: solent.n. multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, putare aliqd
esse nihil. Peccatum quidem non per ipsum factum est, & manifestum est, quia peccatū ni
hil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non per uerbum factum est. Habet
quidem formam quandam humanam, sed ipse homo per uerbū factus est: nam forma ho- 1. Cor. 8.
minis in idolo, non per uerbum facta est: & scriptum est, Scimus quia nihil est idolū. Ergo
ista non sunt facta per verbum: sed quæcunq; naturaliter facta sunt, quæcunq; facta sunt
in creaturis, omnia omnino quæ fixa in cœlo sunt, quæ fulgent de super, quæ volitant sub
cœlo, & quæ mouentur in vniuersa natura rerum. omnis omnino creatura. Dicam planius,
dicam fratres vt intelligatis, ab angelo vsq; ad vermiculū. Quid præclarius angelo in crea
3 turis? Quid extremius vermiculo in creaturis? Per quē factus est angelus, per ipsum factus
G est & vermiculus. Sed angelus dignus est cœlo, vermiculus terra. Qui creauit, ipse dispo-
suit. Si poneret vermiculum in cœlo, reprehenderes. Si vellet angelos nasci de putrescētibus
carnibus, reprehenderes: & tamen propè hoc facit deus, & non est reprehendendus. Nā om
nes homines de carne nascentes, quid sunt nisi vermes? Et de vermibus angelos facit. Si.n. Psal. 21.
ipse dominus dicit, Ego autem sum vermis & non homo: quis dubitat hoc dicere, quod Iob. 25.
scriptum est & in Iob, Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Primo dixit,
homo putredo: & postea, filius hominis vermis, quia vermis de putredine nascitur: ideo ho
mo putredo, & filius hominis vermis. Et ecce quod fieri voluit, ppter te, illud quod in prin-
cipio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quare hoc factum est Sapien. 11
ppter te, nisi vt fugeres qui manducare non poteras? Omnino ergo fratres sic accipite. Om
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vniuersa enim creatura per ipsum
facta est, maior, minor: per ipsum facta sunt supera, infera: spiritalis corporalis, per ipsum
3 facta sunt. Nulla enim forma, nulla compages, nulla concordia partium, nulla qualiscunq;
H substantia, quæ potest habere pondus, numerum & mensuram, nisi per illud verbum, & ab
illo verbo creatore, cui dictum est, Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti.
Nemo ergo vos fratres fallat, quando forte tædiū patimini à muscis. Etenim aliqui derisi,
à diabolo decepti sunt, & à musca capti sunt. Solent enim aucupes ponere in muscipula mu
scas, ut esurientes aues decipiant: sic & isti ad muscas à diabolo decepti sunt. Nam nescio
quis tædium patiebatur à muscis, inuenit illum Manichæus tædio affectum, & cum dice-
ret se non posse pati muscas, & odisse vehementer illas, statim ille, Quis fecit has, inquit? Et
quia tædio affectus est, & quia oderat illas, non ausus est dicere, deus illas fecit: erat autem
catholicus. Ille statim subiecit, Si deus illas non fecit, quis illas fecit? Planè ait ille, Ego cre
do quia diabolus fecit muscas. Et ille statim, Si muscas diabolus fecit, sicut te video confite
ri, quia prudenter intelligis, apem quis fecit, quæ paulo amplior est musca? Non ausus ille
3 est dicere, quia deus fecit apem, & muscam non fecit, quia res erat proxima. Ab ape duxit
I ad locustam, à locusta ad lacertam, à lacerta ad auem, ab aue duxit ad pecus, inde ad boue,
inde ad elephantem, postremo ad hominem, & persuasit homini, quia non à deo factus est
homo. Ita ille miser cum tædium passus est à muscis, musca factus est, quem diabolus pos-
sideret. Beelzebub quippe interpretatum, dicitur princeps muscarum: de quibus scriptum Eccle. 10.
est. Muscæ morientes exterminant oleum suauitatis. Quid igitur fratres, quare ista dixi?
Claudite aures cordis vestri aduersus dolos inimici, intelligite, quia deus fecit omnia, & in
suis gradibus collocauit. Quare autem patimur multa mala à creatura quam fecit deus,
nisi quia offendimus deum? Nunquid hæc angeli patiuntur? Fortasis & nos in illa vita,
ista non timebimus. De pœna tua peccatum tuum accusa, non iudicem. Nam propter su-
perbiam instituit deus istam creaturam minimam & abiectissimam, vt ipsa nos torqueret:
vt cum superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus deum: & cum sit mortalis, mortalē
terruerit: & cum homo sit, proximum hominem non agnouerit: cum se erexerit, pulicibus
subdatur. Quid est quòd te instas humana superbia? Homo tibi dixit conuicium, & tumui
3 sti, & iratus es: pulicibus resiste vt dormias. Cognosce qui sis. nam vt noueritis fratres, pro
K pter superbiam nostram domandam creata ista, quæ molesta nobis essent. Populum Pha-
raonis superbum potuit deus domare de ursis, de leonibus, de serpētibus: muscas & ranas
illis immisit, vt rebus vilissimis superbia domaretur. Omnia ergo per ipsum fratres, omnia
omnino per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed quomodo per ipsum facta
sunt omnia? Quod factum est, in ipso vita est.) Potest etiam sic dici, Quod factum est in il-
lo, vita est, Ergo totum vita est, si sic pronunciauerimus. Quid enim non in illo factū est?

Psal.103. Ipse est enim sapientia dei,& dicitur in Psalmo,Omnia in sapiẽtia fecisti.Si ergo Christus est sapientia dei, & Psalmus dicit, omnia in sapientia fecisti, omnia sicut per illum facta, ita illo facta sunt. Si ergo omnia in illo fratres charissimi,& quod in illo factum est,in illo vita est,ergo & terra vita est,ergo & lignũ vita est.Dicimus quidem lignum vitæ, sed secundum intellectum lignũ crucis,vnde accepimus vitam:ergo & lapis vita est.Inhonestũ est sic intelligere,ne rursum nobis subrepat eadem sordidissima secta Manichæorum,& dicat:quia habet vitam lapis,& habet animam paries, & resticula habet animam, & lana & vestis.Solent.n.delirantes dicere,& cum reprehensi fuerint & repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes,Vt quid dictum est, Quod factum est, in ipso vita est? Si enim omnia in ipso facta sunt, omnia vita sunt. Non te abducant pronuncia sic, Quod factum est, hic subdistingue, & deinde infer, in illo vita est. Quid est hoc? Facta est terra, sed ipsa terra quæ facta est, non est vita. Est autem in ipsa sapientia spiritaliter ratio quædam, qua terra facta est, hæc vita est. Ergo quod factum est, in illo vita est. Quomodo possum, dicam charitati vestræ. Faber facit arcam. Primo in arte habet arcam: si enim in arte arcam non haberet,nõ esset vnde fabricando illam proferret.Sed arca sic est in arte, vt nõ ipsa arca sit quæ videtur oculis.In arte inuisibiliter est,in opere visibiliter erit.Ecce facta est in opere,nunqd destitit esse in arte?Et illa in opere facta est, & in illa manet quæ in arte est:nam potest illa arca putrescere,& iterũ ex illa quæ in arte est alia fabricari.Attendite ergo arcam in arte,& arcam in opere.Arca in opere non est vita,arca in arte vita est:quia vi uit anima artificis, vbi sunt ista omnia antequam proferantur.Sic ergo fratres charissimi, quia sapientia dei,per quam facta sunt omnia,secundum artem continet omnia antequam fabricet omnia.Hic quæ fiunt per ipsam artẽ nõ continuo vita sunt: sed quicquid factum est,vita in illo est.Terram vides,est in arte terra.Cœlum vides,est in arte cœlum.Solem & lunam vides,& sunt & ista in arte:sed foris corpora sunt,in arte vita sunt.Videte siquo modo potestis,magna enim res dicta est,& si non à me magno,aut non per me magnum,tamẽ à magno. Non enim à me paruulo dicta sunt hæc: sed ille non est paruulus ad quem respicio,vt dicam,Capiat quisque quod potest,inquantum potest:& qui non potest,nutriat cor vt possit. Vnde nutriat? De lacte nutriat,vt ad cibum perueniat a Christo per carnem nato non recedat, donec perueniat ad Christum ab vno patre natum, verbum deum apud deum,per quod facta sunt omnia:quia illa vita est quæ in illo est lux hominum: hoc enim sequitur.

Et vita erat lux hominum.) Et ex ipsa vita homines illuminantur. Pecora non illuminantur,quia pecora non habent rationales mentes,quę possint videre sapientiam. Homo autem factus ad imaginem dei, habet rationalem mentem, per quam possit percipere sapientiam.Ergo illa vita, per quam facta sunt omnia, ipsa vita lux est,& non quorumcunque animalium,sed lux hominum:vnde paulopost dicit, Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.Ab illo lumine illuminatus est Ioannes Baptista:ab illo & ipse Ioannes Euangelista:ex ipso lumine plenus erat qui dixit, Non sum ego Christus,sed qui post me venit,cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Ab illo lumine illuminatus erat qui dixit, In principio erat verbum & verbum erat apud deum,& deus erat verbum:ergo illa vita lux est hominum.Sed forte stulta corda adhuc capere istam lucem non valent,quia peccatis suis aggrauantur,vt eam videre non possint:non ideo cogitent,quasi absentem esse lucem,quia eam videre non possunt; ipsi enim propter peccata tenebrę sunt.Et lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non comprehenderunt.) Ergo fratres, quomodo homo positus in sole cæcus, præsens est illi sol, sed ipse soli absens est:sic omnis stultus,omnis iniquus:sic omnis impius,cęcus est in corde. Præsens est illi sapientia,sed cum cęco præsens est,oculis eius absens est: non quia ipsa illi absens est:sed quia ipse ab illa absens est. Quid ergo faciat iste? mundet vnde possit videri deus: quomodo? Si propterea videre non possit,quia sordidos & saucios oculos haberet,irruente puluere aut pituita vel fumo, diceret illi medicus, Purga de oculo tuo quicquid mali est, vt possis videre lucem oculorum tuorum. Puluis, pituita, fumus, peccata & iniquitates
Mat. 5. sunt.Tolle inde ista omnia,& videbis sapientiã quę præsens est, quia deus est ipsa sapientia.Et dictũ est, Beati mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt.

De eo quod scriptum est,Fuit homo missus à deo,cui nomen erat Ioannes: vsq; ad id quod ait,Plenum gratię & veritatis. Tractatus. II.

4 C Bonum est fratres charissimi, vt textum diuinarum scripturarum, & maxime sancti Euãgelii, nullũ locum prętermittentes pertractemus vt possumus: & pro nostra capacitate pascamur,& ministremus vobis vnde & nos pascimur. Capitulum primum prætěrito die dominico tractatum esse meminimus,id est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum,& deus erat verbum,hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil,quod factũ est:In illo, & vita erat lux hominũ,& lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non comprehenderunt: hucusque tractatum esse credo. Recordamini omnes qui affuistis:& qui non affuistis,credite nobis & his qui adesse voluerunt. Nunc ergo quia non possumus semper omnia replicare propter eos qui hoc volunt audire quod sequitur,& oneri est illis,si repetantur priora cum defraudatione posteriorũ, dignentur & qui non aderant nõ prętěrita exigere,sed cũ his qui aderãt & nunc audire p̃sentia.Sequitur,Fuit hõ missus à deo,cui nomen erat Ioãnes.Et.n.ea q̃ dicta sunt superius, fratres charissimi,de diuinitate xp̃i dicta sunt ineffabili, & propè ineffabiliter. Quis.n. capiat,In principio erat verbũ,& verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ? Et ne vilescat tibi
4 D nomẽ verbi per cõsuetudinẽ quotidianorũ verborũ, & deus erat verbum. Hoc verbum id ipsum est,vnde hesterno die multum locuti sumus, & præstiterit dominus vt vel tanta loquẽdo aliquid ad corda vestra perduxerimus.In principio erat verbum: Idipsum idipsum est,eodem modo est sicut est, semper sic est,mutari non potest,hoc est,deus est. Quod nomen suum dixit famulo suo Moysi,Ego sum qui sum,& qui est misit me. Quis ergo hoc ca Exo.3. piet?cum videatis omnia mortalia mutabilia, cum videatis non solum corpora variari per qualitates,nascendo,deficiendo,moriendo: sed etiam ipsas animas per affectum diuersarũ voluntatum distendi atque discindi: cum videatis homines & percipere posse sapientiam,si se illius luci & calori admouerint: & amittere posse sapientiam, si inde malo affectu recesserint.Cũ videatis ergo ista oĩa esse mutabilia, qd est quod est,nisi quod transcendit omnia quæ sic sunt vt non sint? Quis ergo hoc capiat, aut quis quomodocunque intenderit vires
4 E mentis suæ,vt attingat quomodo potest ad id quod est,vt cum ad id quodcunque mente attigerit,possit peruenire? Sic est enim tanquam videat quisque de longinquo patriam & mare interiacẽt,videt quò eat, sed non habet quà eat: sic ad illam stabilitatem nostram vbi quod est,est,quod hocsolum semper sic est vt est,volumus peruenire: interiacet mare huius seculi quà imus,& si iam uidemus quò imus:nam multi nec quò eant vident. Vt ergo esset & qua iremus,venit inde ad quem ire volebamus.Et quid fecit? Instituit lignum quo mare transeamus. Nemo enim potest transire mare huius seculi, nisi cruce Christi portatus.Hanc crucem aliquando complectitur & infirmus oculus,& quia non videt longe quo eat,non ab illa recedat,& ipsa illum perducet.Itaque fratres mei, hoc insinuauerim cordibus vestris,si vultis pie & christiane viuere, adhærete Christo secundum id quod pro nobis factus est,vt perueniatis ad eum secundum id quod est,& secundum id quod erat.Accessit,vt pro nobis hoc fieret:quia hoc pro nobis factus est vbi portentur infirmi,& mare huius seculi transeant,& perueniant ad patriam,vbi iam naui non opus erit, quia nullum mare transibitur. Melius est ergo non videre mente id quod est, & tamen à Christi cruce non
4 F recedere, quàm videre illud mente, & crucem Christi contemnere. Bonum est super hoc & optimum, si fieri potest, vt & videatur quò eundum sit, & teneatur quò portetur qui pergit. Hoc potuerunt mentes magnæ montium: qui montes dicti sunt, quos maxime illustrat lumen iustitiæ, potuerunt & viderunt illud quod est: nam videns Ioannes dicebat, In principio erat verbum,& verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Viderunt hoc,& vt peruenirent ad id quod videbant de longe, à cruce Christi non recesserunt,& humilitatem Christi non contempserunt.Paruuli ergo qui hoc non possunt intelligere, non recedentes à cruce & à passione & à resurrectione Christi, in ipsa naui perducuntur ad id quod non vident, in qua naui perueniunt & illi qui vident. At vero quidam philosophi huius mundi extiterunt,& inquisierũt creatorem per creaturam. quia potest inueniri per creaturam,euidenter dicente Apostolo,Inuisibilia enim eius à constitu Roma. tione mundi,per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas,vt sint inexcusabiles. Et sequitur, Quia cum cognouissent deum, non dixit,

quia non cognouerunt deum: sed quia cum cognouissent deum, non sicut deum glo- 4
rificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est G
insipiens cor eorum. Et vnde obscuratum est? Sequitur & dicit apertius, Dicentes enim se
esse sapientes, stulti facti sunt: viderunt enim quo veniendum esset, sed ingrati ei qui illis
præstitit quod viderunt, sibi voluerunt tribuere quod viderunt, & facti superbi amiserunt
quod videbant, & conuersi sunt inde ad idola & simulacra & culturas dæmonum, adorare
creaturam, & contemnere creatorem: sed iam isti elisi ista fecerunt. Vt autem eliderentur su
perbi erant: cum autem superbirent, sapientes se esse dixerũt. Hi ergo de quibus dixit, Qui
cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, viderunt hoc quod dicit Ioan-
nes, quia per verbum dei facta sunt omnia. Nam inueniuntur ista & in libris philosopho-
rum, Et quia vnigenitum filium habet deus, per quem facta sunt omnia, illud potuerunt
videre quod est, sed viderunt de longe: noluerunt tenere humilitatem Christi, in qua naui
securi peruenirent ad id puod longe videre potuerunt, & sorduit eis crux Christi Mare 4
transeundum est, & lignum contemnis? O sapientia superba, irridens crucifixum Christũ, H
ipse est, quem longe vidisti. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus
erat verbum. Sed quare crucifixus est? Quia lignum tibi humilitatis eius necessariũ erat:
Superbia enim tumueras, & longe ab illa patria proiectus eras, & fluctibus huius seculi in-
terrupta est via, & qua transeatur ad patriam, non est nisi ligno porteris. Ingrate, irrides eũ
Mat.14. qui ad te venit vt redeas: Ipse factus est via, & hoc per mare. Inde in mari ambulauit, vt ostẽ-
deret in mari esse viam. Sed tu qui quomodo ipse ambulare in mari non potes, naui porta-
re, ligno portare: crede in crucifixum, & poteris peruenire. Propterea crucifixus est, vt hu-
militatem doceret, & quia si sic veniret vt deus non agnosceretur. Si enim sic veniret vt de-
us, non veniret eis qui videre deum non poterant; Non enim secundum id quod deus est,
aut venit aut discedit, cum sit vbiq; præsens, & nullo loco contineatur. Sed secundũ quid
venit? Quòd apparuit homo. Quia sic erat homo vt lateret in illo deus, missus est ante il- 4
lum magnus homo, per cuius testimonium inueniretur plus quàm homo. Et quis est hic? I
Fuit homo. Et quomodo posset iste verum de deo dicere, nisi missus à deo? Quid vocaba-
tur? Ioannes. Cui nomen erat Ioannes.) Quare venit? Hic in testimonium, vt testimonium
perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.) Qualis iste qui testimonium perhi-
beret de lumine? Magnum aliquid iste Ioannes, ingens meritum, magna gratia, magna cel-
situdo. Mirare, plane mirare, sed tanquã montem: Mons autem in tenebris est, nisi luce ve-
stiatur: Ergo tantum mirare Ioannem, vt audias quid sequatur: Non erat ille lumen:) Ne
cum montem putes lumen esse, naufragium in monte facias, non solatium inuenias. Sed
quid debes mirari? Montem tanquã montẽ. Erige autẽ te ad illum qui illuminat montes,
qui ad hoc erectus est, vt prior radios excipiat, & oculis tuis sauciis nunciet. Ergo non erat
ille lumen: Quare igitur venit? Sed vt testimonium perhiberet de lumine) Vt quid hoc? Vt
omnes crederent per illum.) Et de quo lumine testimonium perhiberet? Erat lux vera.)
Quare additum est, vera? Quia & homo illuminatus dicitur lux, sed vera lux illa est quæ 4
illuminat. Nam & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut per noctem lucerna ac- K
cendatur, aut per diem sol exeat, lumina ista sine causa patent. Sic ergo & Ioannes erat lux,
sed nõ vera lux, quia per eum non illuminantur tenebræ, sed illuminatione factus est lux:
nisi enim illuminaretur, tenebræ erat, sicut omnes impii, quibus iam credentibus dixit
Ephe.5. Apostolus, Fuistis enim aliquando tenebræ. Modo autem quia crediderant, quid? Nunc au
tem lux, inquit, in domino. Nisi adderet in domino, non intelligeremus. Lux, inquit, in do
mino, tenebræ non in domino eratis. Fuistis. n. aliquando teuebræ: ibi. n. non addidit, in do
mino: Ergo tenebræ in vobis, lux in domino. Sic & ille non erat lux, sed vt testimoniũ per-
hiberet de lumine. Vbi autem est ipsa lux? Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum.) Si omnem hominem venientem, & ipsum Ioannem; Ipse
ergo illuminabat, à quo se demõstrari volebat. Intelligat charitas vestra: Veniebat ad men
tes infirmas, ad corda saucia, ad aciem animę lippientis. Ad hoc venerat, vnde posset anima 4
videre quod perfecte est: quomodo plerunque contingit, vt in aliquo corpore radiato co- L
gnoscatur ortus esse solem quem oculis videre non possumus: quia & qui saucios habent ocu
los, idonei sunt videre parietem illuminatum & illustratum, à sole, vel montem vel arboré,
aut aliquid huiusmodi idonei sunt videre, & in alio illustrato demonstratur illis ortus, cui
videndo adhuc minus idoneam aciem gerunt. Sic ergo illi montes, ad quos Christus vene-

rat, minus idonei erant eum videre: radiauit Ioannem, & per illum confitentem se radiatũ,
ac se illuminatum esse, non qui radiaret, & illuminaret, cognitus est ille qui illuminat, co-
gnitus, est ille qui illustrat, cognitus est qui implet, Et quis est: Qui illuminat, inquit, om-
nem hominem venientem in hunc mundum: nam si ill inc non recederet, non esset illumi-
nandus. Sed ideo hic illuminandus, quia illinc recesit, vbi homo semper poterat esse illu-
minatus. Quid ergo si venit huc, vbi erat? In hoc mũdo erat.) Hic erat & huc venit: Hic erat
per diuinitatem, & huc venit per carnem: quia cum hic esset per diuinitatem, a stultis cęcis 4
& iniquis videri non poterat. Ipsi iniqui tenebrę sunt, de quibus dictum est. Et lux lucet in M
tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ecce hic est & modo, & hic erat, & semper
hic est, & nunquam recedit, & nusquam recedit. Opus est vt habeas vnde videas quod tibi
nunquam recedit. Opus est vt tu non recedas ab eo, qui nusquam recedit. Opus est ut nõ
deseras, & non desereris. Noli cadere, & non tibi occidet. Si tu feceris casum, ille tibi facit oc
casum: Si autem tu stas, præsens est tibi. Sed non stetisti, recordare vnde ecciderís: vnde
te deiecit qui prior te cecidit. Deiecit. n. te, non vi, non impulsu, sed voluntate tua. Si. n. ma-
lo non consentires, stares, illuminatus maneres. Modo autem quia iam cecidisti, & factus
es saucius corde, unde uideri illa lux non potest, uenit ad te talis, qualem possis uidere, &
talem se hominem præbuit, ut ab homine quereret testimonium. Ab homine quærit testi-
monium deus, & deus testem habet hominem. Habbet deus testem hominem, sed propter
hominem. Tam infirmi sumus, ut per lucernam quæramus diem, quia lucerna dictus est Ioan. 5.
5 ipse Ioannes domino dicente, Ille erat lucerna ardens & lucens, & uos uoluistis exultare
A ad horam in lumine eius: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne Ergo ostendit qa
propter homines uoluit per lucernam demonstrari ad fidem credentium, ut per ipsam lu- Mat. 21.
cernam inimici eius confunderentur. Illi enim inimici qui illum tentabant & dicebant, Marci. 11.
Dic nobis in qua potestate ista facis? Interrogabo uos & ego, inquit, unum sermonem, di- Luc. 20.
cite mihi: Baptismus Ioannis unde est, de cœlo an ab hominibus? Et turbati sunt, & dixerũt
apud semetipsos: Si dixerimus de cœlo, dicturus est nobis. Quare ergo non credidistis illi?
Quia ille christo perhibuerat testimonium, & dixerat, Non sum ego christus, sed ille. Si au- Ioan. 1.
tem ex hominibus dixerimus esse, timemus populum ne lapidet nos, quia tanquam pro-
phetam habebant Ioannem. Timentes lapidationem, sed plus timentes ueritatis confessio
nem, responderunt mendacium ueritati, & mentita est iniquitas sibi Dixerũt. n. Nescimus. Psal. 26.
Et dominus quia ipsi contra se clauserant, negando se scire quod nouerãt, nec ipse illis ape
5 ruit, quia non pulsauerunt. Dictum est. n. Pulsate, & aperietur vobis. Non solum autẽ illi, Matt. 7.
B non pulsauerunt ut aperiretur, sed negando ostium ipsum contra se astrinxerunt. Et ait
eis dominus: Nec ego dico uobis, in qua potestate ista facio. Et confusi sunt per Ioannem
impletumq; in illis est, Parauí lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione. In Psal. 131.
mundo erat, Et mundus per ipsum factus est,) Ne putes quia sic erat in mundo quomodo
in mundo est terra, in mundo est cœlum, in mundo est sol & luna & stellæ, in mundo arbo
res, pecora, homines. Non sic iste in mundo erat. Sed quomodo erat? Quomodo artifex, re-
gens quod fecit: Non n. sic fecit quomodo facit faber arcam. Forinsecus est arca quam fecit
& illa in alio loco posita est cum fabricatur, & quãuis iuxta sit, ipse alio loco sedet qui fabri
cat & extrinsecus est ad illud quod fabricat: Deus autem mundo infusus fabricat ubiq; po
situs, fabricat, & non recedit aliquò, non extrinsecus quasi uersat molem quam fabricat:
Præsentia maiestatis facit quod facit, præsentia sua gubernat quod fecit. Sic ergo erat in
mundo, quomodo per eum mundus factus est: Per ipsum. n. mundus factus est, & mundus
5 eum non cognouit. Quid est, mundus factus est per ipsum? Cœlum & terra, mare & omnia
C que in eis sunt, mundus dicitur. Iterum alia significatione, dilectores mundi mundus di-
cuntur. Mundus per ipsum factus est. Et mundus eum non cognouit.) Num. n cœli nõ co
gnouerunt creatorem suum, aut angeli non cognouerunt creatorem suum, aut nõ cogno
uerunt creatorem suum sydera, quem confitentur dæmonia? Omnia undiq; testimonium
perhibuerunt. Sed qui eum non cognouerunt? Qui amando mundum dicti sunt mundus.
Amando. n. habitamus corde. Amando autem hoc appellari meruerunt, quod ille ubi habi
tabant, quomodo dicimus, mala est illa domus, aut bona est illa domus. Non in illa quam
dicimus malam parietes accusamus, aut in illa quam dicimus bonam parietes laudamus:
sed malam domum, inhabitantes malos: & bona domum, inhabitantes bonos. Sic & mun-
dum, qui inhabitant amando mundũ. q sunt qui diligunt mundũ? Ipsi. n. corde habitãt in

mundo: Nam qui non diligunt mundum, carne versantur in mundo, sed corde inhabitant
Philip. 3. cœlum, sicut Apostolus dicit, Nostra autem cõuersatio in cœlis est. Ergo mundus per eum
D factus est, & mundus eum non cognouit. In sua propria venit:) quia omnia ista per eũ facta sunt, Et sui eum non receperunt,) Qui sui? Homines quos fecit. Iudæi quos primitus fecit super omnes gentes esse, quia aliæ gentes idola adorabant, & dæmonibus seruiebant. Ille autem populus natus erat de semine Abrahæ, & ipsi maxime sui quia & per carnẽ quẽ susciperе dignatus est cognati. In sua propria venit, & sui eum nõ receperunt. Omnino nullus recepit? Nullus ergo saluus factus est? Nemo ergo saluus fiet, nisi qui Christum susceperit venientem. Sed addidit, Quotquot autem receperunt eum.) Quid eis præstitit? Magnã beneuolentiam, magnam misericordiam. Vnicus natus est, & noluit manere vnus. Multi homines cum filios non hebuerint, peracta ætate adoptant sibi, & voluntate faciunt quod natura non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicum, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum eo diuidat hæreditatem, vt pauperior remaneat. Non sic deus, vnicum eundem ipsum quem genuerat, &
E per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, vt non esset vnicus, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de deo quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit vnigenitus vt solueret peccata, quibus peccatis implicabamur ne adoptaret nos, propter impedimẽtum eorum, quos sibi fratres facere volebat, ipse
Roma. 8. soluit & fecit cohæredes. Sic enim dicit Apostolus, Si autem filii, & hæredes per deum. Et iterum, Hæredes quidem dei, coheredes autem Christi. Non timuit ille habere cohæredes: quia hæreditas eius non fit angusta, si multi eam possederint, Illi ipsi certẽ illo ipso possidente fiunt hæreditas ipsius, & ille vicissim fit hæreditas ipsorum. Audi quomodo ipsi fiãt
Psal. 2. hæreditas ipsius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me,
Psal. 15. & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ille quomodo fit hæreditas eorum? Dicit in Psalmo, Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Et
F nos illum possideamus, & ipse nos possideat. Ille nos possideat sicut dominus: Nos illum possideamus sicut salutem, nos eum possideamus sicut lucem. Quid ergo dedit his qui receperunt illum? Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.) vt teneant lignum & mare transeant. Et quomodo illi nascuntur? Isti quia filii dei fiunt & fratres Christi, vtiq; nascuntur: Nam si non nascuntur, filii quomodo esse possunt? Sed filii hominum nascuntur ex carne & sanguine, & ex voluntate viri & complexu coniugii. Illi autem quomodo ei nascuntur? Qui non ex sanguinibus,) tanquam maris & fœminæ. Sanguines non est latinum, sed quia Græce positum est pluraliter, maluit ille qui interpretabatur sic ponere, & quasi minus latine loqui secundum Grammaticos, & tamen explicare
Ialiâs, infirmorum. veritatem secundum auditum verborum. [Si enim diceret ex sanguine, singulari numero, non explicaret quod volebat, Ex sanguinibus. n homines nascuntur maris & fœminę. Dicamus ergo, non timeamus ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam & certiorem perueniamus. Reprehendit qui intelligit, ingratus quia intellexit: Non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri.) Carnem pro fœmina posuit,
Gene. 2. Ephe. 5. quia de costa cum facta esset, Adam dixit, Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.
G Et Apostolus ait, Qui diligit vxorem suam, seipsum diligit: nemo enim vnquam carnem suam odio habet. Ponitur ergo caro pro vxore, quomodo & aliquando spiritus pro marito. Quare? Quia ille regit, hæc regitur; ille imperare debet, ista seruire: nam ubi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius domo, vbi fœmina habet imperium super virum? Recta autem domus vbi vir imperat, fœmina obtemperat. Rectus ergo ipse homo vbi spiritus imperat, caro seruit. Hi ergo non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.) Vt autem homines nascerentur ex deo, primo ex ipsis natus est deus. Christus enim deus, & Christus natus ex hominibus, non quæsiuit quidem nisi matrem in terra, quia iam patrem habebat in cœlo: natus ex deo per quem efficeremur, natus ex fœmina per quæ reficeremur. Noli ergo mirari ò homo, quia efficeris filius per gratiam, quia nasceris ex deo secundum verbum eius. Prius ipsum verbũ voluit nasci ex homine, vt tu securus nascereris ex deo, & diceres tibi: Non sine causa deus nasci ex homine
H voluit, nisi quia alicuius momenti me existimauit, vt immortalem me faceret, & pro me mortaliter nasceretur. Ideo cum dixisset, ex deo nati sunt, quasi ne miraremur & exhorremus tantam gratiam, vt nobis incredibile videretur, quia homines ex deo nati sunt, quasi

secu-

securum te faciens, ait, Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis.] Quid ergo miraris, quia homines ex deo nascunt? Attẽde ipsum deũ natũ ex hominibus. Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: quia vero verbum caro factũ est, & habitauit in nobis ipsa natiuitate collyriũ fecit, vnde tergerentur oculi cordis nostri, vt possimus videre maiestatẽ eius per eius humilitatẽ. Ideo factũ est verbum caro, & habitauit in nobis: sanauit oculos nostros. Et q̃d seq̃tur? Et vidimus gloriã eius.) Gloriã eius nemo poterat videre, nisi carnis humilitate sanaretur, vnde nõ poteramus videre. Intẽdat ergo charitas vestra, & videte q̃d dico. Irruerat homini quasi puluis in oculũ, irruerat terra, sauciauerat oculũ, vide-
I re nõ poterat lucẽ. Oculus iste sauciatus inungitur: terra sauciatus erat, & terra illuc mittit vt sanet. Omnia. n. collyria & medicamenta nihil sunt, nisi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere sanaris: ergo caro te cæcauerat, caro te sanat. Carnalis. n. anima facta erat cõsentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cęcatus: Verbũ caro factũ est. Medicus iste tibi fecit collyriũ. Et q̃m sic venit vt de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortẽ: iõ factum est in te, vt q̃m verbum caro factum est, tu possis dicere, Et vidimus gloriam eius. Qualem gloriam? Qualis factus est filius hominis. Illa humilitas ipsius est, non gloria ipsius. Sed ad quod perducta est acies hominis curata per carnẽ? Vidimus, inquit, gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti a patre, plenũ gratiæ & veritatis.) De gratia & veritate alio loco vberius in ipso Euangelio si dñs dignatus fuerit donare, tractabimus. Hæc nunc sufficiant, ædificamini in domino Iesu Christo, & cõfortamini in fide, & vigilate in bonis o pibus, & a ligno nolite recedere, p q̃d positis mare trãsire.

Ab eo quod scriptum est, Ioannes testimonium perhibet de ipso: vsque, ad id
K quod ait, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Tractatus. III.

GRatiam & veritatẽ dei, qua plenus sanctis apparuit vnigenitus filius dñs & saluator nr̃ Iesus Christus, distinguendã à veteri testõ, q̃m res est noui testamenti, suscepimus in nomine dñi, & vestræ charitati promisimus. Adestote ergo intenti, vt & q̃tũ capio, donet deus, & q̃tum capitis, audiatis: reliquũ. n. erit, vt si semen quod spargitur in cordibus vestris, non abstulerint aues nec spinæ pfocauerint, nec ęstus exusserit, accedente pluuia hortationũ quotidianarum, & cogitationibus vestris bonis q̃bus hoc agitur, in corde, quod agitur in agro rastris, vt gleba frangatur, & semen operiat, & germinare possit, vt afferat fructum ad quem gaudeat & lætetur agricola. Si aũt pro semine bono & pro pluuia bona, non fructum, sed spinas attulerimus, nec semen accusabitur, nec pluuia erit in crimine, sed spinis ignis debitus præparabitur. Homines sumus, q̃d puto nõ
L diu esse suadẽdũ charitati vestræ, Christiani, & si Christiani, vtique ipso nomine ad Christũ pertinentes. Huius signũ in fronte gestamus: de quo nõ erubescimus, si & in corde gestamus. Signum eius est humilitas eius. Per stellã eũ Magi cognouerunt, & erat hoc signũ Matt. 2.
de dño datũ cœleste atque præclarũ, Noluit stellã esse in fronte fidelium signum suũ, sed crucẽ suã: vnde humiliatus, inde glorificatus est. Inde erexit humiles, quo humiliatus ipse descendit. Pertinemus ergo ad Euangelium, pertinemus ad nouum testm̃. Lex p Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Interrogamus Apostolum, & dicit nobis, Quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia, Misit ergo filium suum Rom. 6.
factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorũ reciperemus. Ecce ad hoc venit Chr̃s, vt eos q̃ sub lege erãt redimeret, vtiã nõ simus sub lege, sed sub gr̃a. Quis ergo dedit legẽ? Ille dedit legẽ, q̃ dedit & gratiã: Sed legẽ p Gala. 4.
seruũ misit, cũ gr̃a ipse descẽdit. Et vnde facti erãt hoies sub lege? Nõ implẽdo legem: q. n.
M legẽ implet, nõ est sub lege, sed cũ lege: q aũt sub lege est nõ subleuaũ, sed pmitur lege. Oẽs itaque homines sub lege constitutos reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, vt ostendat peccata, nõ tollat. Lex ergo iubet, dator legis misereẽ. In eo q̃ lex iubet, conantes homines implere viribus suis quod à lege præceptum est, ipsa sua temeritate & pcipiti præsumptione ceciderunt, & non sunt cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniã suis viribus implere non poterant legem, facti rei sub lege, imploraũerunt liberatoris auxilium, & reatus legis fecit ægritudinem superbis. Aegritudo superborum, facta est confessio humiliũ. Iã confitentur ægroti quia ægrotant, veniat medicus, & sanet ægrotos. Medicus q̃s est? Dominus noster Iesus Christus. Quis dominus nr̃ Iesus Christus? Ille qui visus est

ab eis,

ab eis,à q̃bus crucifixus est. Ille qui apprehensus, colaphizatus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus, in cruce suspensus, mortuus, lancea vulneratus, de cruce depositus, in sepulchro positus. Ille ipse dñs noster Iesus Christus: ille ipse planè, & ipse est totus medicus vulnerum nostrorum crucifixus. Ille cui insultatum est, quo pẽdente persecutores caput agitabant, & dicebãt, Si filius dei es, descende de cruce. Ipse est totus medicus nr̃, ipse
Mat. 27 plane. Quare ergo non ostendit insultantibus quia ipse erat filius dei, vt si se permisit in cruce leuari, saltẽ cum illi dicerent, Si filius dei est, descendat de cruce: tunc descenderet & ostenderet eis verũ se esse filiũ dei, quem illi ausi fuerant irridere? Noluit. Quare noluit? Nunquid quia nõ potuit? Potuit planè. Quid est. n. amplius de cruce descẽdere, an de sepulcro surgere? Sed pertulit insultantes: nã crux non ad potẽtiæ documentũ, sed ad exẽplũ patientiæ suscepta est. Ibi vulnera tua curauit, vbi sua diu pertulit. Ibi te à morte sempiterna sanauit, vbi temporaliter mori dignatus est, & mortuus est. An non in illo mors mortua est? Qualis mors? Quæ mortẽ occidit. Ipse est tũ dominus noster Iesus Christus totus, qui videbatur & tenebatur & crucifigebatur. Nõ totũ hoc ipse est. Hoc ipse est quidem: sed non totũ q̃d videbatur à Iudæis, non hoc est totũ Christus. Et quid est? In principio erat verbũ. In quo principio? Et verbũ erat apud deũ. Et quale verbũ? Et deus erat
verbũ. Nũquid forte à deo factũ est hoc verbũ? Non. Hoc. n. erat in principio apud deũ. Quid ergo alia quæ fecit deus non similia sunt verbo? Nõ. Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Qũo per ipsum omnia sunt facta? Quia q̃d factũ est, in ipso vita erat, & antequã fieret, vita erat. Q̃d factũ est, nõ est vita: sed in arte, hoc est, in sapientia dei, antequã fieret vita erat. Q̃d factũ est, transijt: q̃d est in sapientia, trãsire non põt. Vita ergo in illo erat, q̃d factũ est. Et qualis vita? Quia & anima corporis vita est. Corpus nostrũ habet vitam suã, quã cum amiserit, mors est corporis. Talis ergo erat illa vita? Non. Sed vita erat lux hominũ. Nunquid lux pecorũ? Nam ista lux & hominũ & pecorũ est. Et quædam lux hominũ, vnde distant homines à pecoribus. Videamus, & tũc intelligemus quid sit lux hominũ. Non distas à pecore, nisi intellectu, Noli aliunde gloriari. De viribus præsumis, à bestijs vinceris: de velocitate p̃sumis, à muscis vinceris: de pulchritudine pr̃esumis: q̃ta pulchritudo est in pẽnis pauonis? Vnde ergo melior? Ex imagine Dei. Vbi imago Dei? In mente, in intellectu. Si ergo iõ melior pecude, q̃a habes mentẽ qua intelligas, quod non põt pecus intelligere: inde aũt homo, quia melior pecore. Lux hominũ est lux mentiũ: lux mentium supra mentes, & excedit oẽs mẽtes. Hoc. n. erat vita illa, per quam facta sunt omnia. Vbi erat? Hic erat. An apud patrem erat, & hic nõ erat? An quod verius est & apud patrẽ erat & hic erat? Si ergo hic erat, quare non videbatur? Quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non cõprehenderunt. O homines, nolite esse tenebræ, nolite esse infideles, iniq, rapaces, auari, amatores seculi. Hæ sunt. n. tenebræ. Lux nõ est absens, sed vos ablentes estis à luce. Cæcus in sole præsentem habet solẽ, sed absens est ipse soli. Nolite ergo esse tenebræ. Hæc est. n. forte gratia de qua dicturus sum. Vtinã non simus tenebræ, & dicat nobis Apostolus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quia ergo non videbatur lux hominum. i. lux mentium, opus erat vt homo
Ephe. 5. diceret de luce ideo testimonium, non quidem tenebrosus, sed iam illuminatus: nec tũ q̃a illuminatus ideo ipse lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine: nam nõ erat ille lux. Et quæ erat illa lux? Erat lux vera quæ illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundum. Et vbi erat ista? In hoc mundo erat. Et qũo in hoc mundo erat, nunquid sicut ista lux solis, lunæ, lucernarũ, sic & ista lux in mundo? Non. Quia mundus per eũ factus est, & mundus eum non cognouit: hoc est, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: mundus. n. tenebræ, quia dilectores mundi, mũdus. Non. n. creatura nõ agnouit creatorem suum: testimonium dedit cœlum de stella: testimonium dedit mare, portãs ambulantem dominum suum: testimonium dederunt vẽti, qui ad eius iussum quieuerũt: testimoniũ dedit terra, q̃ illo crucifixo cõtremuit. Si omnia ista testimoniũ dederũt, quomodo mundus eum non cognouit, nisi quia mundi dilectores sunt mundi, corde habitantes mundum? Et malus mundus, quia mali homines habitatores mũdi: sicut mala domus, non parietes, sed inhabitantes. In propria venit, id est, in sua venit, & sui eũ nõ receperũt. Quæ ergo spes est, nisi quia quotquot receperunt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri? Si filij fiunt, nascuntur: si nascuntur, quomodo nascuntur? Nõ ex carne, nõ ex sanguinibus,

non

non ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Gaudeant ergo, q̃a ex deo nati sunt: præsumant se pertinere ad deum, accipiant documentum, quia ex deo nati sunt. Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Si verbum non erubuit nasci de homine, homines erubescũt nati de deo? Hoc aũt quia fecit, curauit: quia curauit, videmus. Hoc est. n. quod verbũ caro factum est, & habitauit in nobis: medicamentũ nobis factum est, vt quia terra cæcabamur, de terra sanaremur, & sanati quid videremus? Et vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti a patre plenũ gratiæ & veritatis. Ioãnes testimonium perhibet de ipso & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me venit,
ante me factus est. [Post me venit, & p̃cesit me. Quid est, ante me factus est? Præcesit
F me, non factus est anteq̃ factus esset ego, sed antepositus est mihi, hoc est, ante me factus est. Quare ante te factus est, cum post te venerit? Quia prior me erat.] Prior te ò Ioãnes. Quid magnũ si prior te? Bene, q̃a tu illi perhibes testimoniũ. Audiamus ipsum dicẽtem, Ioan. 8.
Et ante Abrahã ego sum. Sed & Abrahã in medio generis humani ortus est: multi ante Ps. 109.
illum, multi post illum. Audi vocem patris ad filium, Ante luciferũ genui te. Qui ante luciferũ genitus est, oẽs ipse illuminat. Dictus est. n. quidã lucifer q̃ cecidit: erat. n. angelus,
& factus est diabolus: & dixit de illo scriptura, Lucifer qui mane oriebatur, cecidit. Vnde Esai. 14.
lucifer? Quia illuminatus lucebat. Vñ aũt tenebrosus factus? Quia in veritate non stetit. Ioan. 8.
Ergo ille ante luciferũ, ante omnem illuminatum: siquidem ante omnẽ illuminatum esse necesse est, à quo illuminant oẽs qui illuminari p̃nt: ideo hoc sequitur, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.] Quid accepistis? Et gratiam pro gratia.] Sic. n. habent verba euangelica collata cum exemplaribus Græcis. Non ait, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiã pro gratia: sed sic ait, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. i. accepimus, vt nescio quid nos voluerit intelligere de plenitudine eius accepisse, & insuper gratiam pro gratia. Accepimus. n. de plenitudine eius, primo
G gratiã: & rursum accepimus gratiam pro gratia. Quam gratiã primo accepimus? Fidem. In fide ambulãtes in gratiã ambulamus. Vnde. n. hoc meruimus? quibus nostris præcedẽtibus meritis? Non se quisq. compalpet, redeat in cõscientiam suã, quærat latebras cogitationum suarum, redeat ad seriem factorum suorum: non attendat quid sit si iam aliquid est, sed quid fuerit vt esset aliquid, inueniet nõ se dignum fuisse nisi supplicio. Si ergo supplicio dignus fuisti, & venit ille qui non peccata puniret, sed peccata donaret, gratia tibi data est, non merces reddita. Vnde vocatur gratia? Quia gratis datur. Non enim præcedentibus meritis emisti quòd accepisti. Hanc ergo accepit gratiam primam peccator, vt
C eius peccata dimitterẽtur. Quid meruit? Interroget iustitiam, inuenit pœnam. Interroget misericordiam, inueniet gratiã. Sed hoc promiserat deus per Prophetas. Itaq. cum venit dare quod promiserat, non solum gratiam dedit, sed veritatem. Qũo exhibita est veritas?
Quia factum est quod promissum est. Quid est ergo gratiam pro gratia? Fide promere-
H mur deum, & qui digni non eramus quibus peccata dimitterentur, ex eo quia tñ donum indigni accepimus, gra vocatur. Quid est gra? Gratis data. Quid est gratia? Gratis donata, nõ reddita. Si tibi debebatur, merces reddita est, nõ gratia donata. Si autem vere debebatur, bonus fuisti: si aũt non merito tuo, vt verum est, malus fuisti. Credidisti aũt in eum Rom. 4.
qui iustificat impium. Quid est qui iustificat impiũ? Ex impio facit piũ. Cogita qui per le Abac. 2.
gẽ tibi imminere debebat, & quid per gratiã cõsecutus sis. Si consecutus aũt es istã gratiã fi Rom. 1.
dei, eris iustus ex fide. Iustus. n. ex fide viuit, & p̃mereberis deũ viuẽdo ex fide. Cũ promereris deum viuendo ex fide, accipies præmium immortalitatẽ, & vitã æternam: & illa gratia est, Non pro merito quidẽ accipies vitam æternam, sed tñ pro gratia. Si. n. fides gratia est, & vita æterna quasi merces est fidei, videtur quidem deus vitam æternam tanquam debitam reddere. Cui debitam? Fideli, quia promeruit illam per fidẽ. Sed quia ipsa
I fides gratia est, & vita æterna gratia est pro gratia: audi Paulum Apostolum confitentem gratiam, & postea debitũ expetentem. Confessio gratiæ quæ est in Paulo? Qui prius fui 1. Ti. 1.
blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã, inquit, consecutus sum. Indignũ se dixit qui cõsequeretur, consecutũ tñ non per merita sua, sed per misericordiam dei. Audi illum flagitantẽ debitũ, qui primo indebitam susceperat gratiã. Ego. n inquit, iam immolor, & tẽpus resolutionis meæ instat, bonum certamẽ certaui, cursum cõsummaui, fidẽ 2. Ti. 4.
seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ. Iam debitũ flagitat, iam debitũ exigit.

Nam

Nam vide verba sequentia. Quam mihi reddet dominus in illa die, iustus iudex. Vt ante susciperet gratiam, misericordem patrem opus habebat: vt præmium gratiæ, iudicem iustum: qui non dānauit impium, donauit fidelem. (ET tamen si bene cogites, ipse dedit fidē primo, qua eum promeruisti: non. n. de tuo promeruisti, vt tibi aliquid deberetur. Quòd ergo præmium immortalitatis postea tribuit, dona sua coronat, nō merita tua. Ergo frēs, oēs de plenitudine eius accepimus, De plenitudine misericodiæ eius, de abundantia bonitatis eius accepimus. Quid? Remissionē peccatorum, vt iustificaremur ex fide. Et insuper quid? Gratiam pro gratia, id est, pro hac gratia, in qua ex fide viuimus, recepturi sumus aliam. Quid tū nisi gratiam? Nā si dixero, quia & hoc debetur, aliquid mihi assigno quasi cui debebatur. Coronat autem in nobis deus dona misericordiæ suæ: sed si in ea gratia quam primam accepimus, perseuerāter ambulemus. Lex enim per Moysen data est.) quæ reos tenebat. Quid enim ait Apostolus, Lex subintrauit, vt abundaret delictū. Hoc proderat superbis vt abūdaret delictum: multum. n. sibi dabant, & quasi viribus suis multum assignabant, & nō poterant implere iustitiam, nisi adiuuaret ille qui iustus erat. Superbiā illorum volens domare deus, dedit legem tanquā dicens, Ecce implete ne putetis deesse iubentē. Non deest qui iubeat, sed deest qui impleat. Si ergo deest qui impleat, vñ non implet? Quia natus cū traduce peccati & mortis, De Adā natus traxit secum quod ibi conceptum est. Cecidit primus hō, & omnes qui de illo nati sunt, de illo traxerunt cō cupiscentiā carnis. Oportebat vt nasceretur alius homo, qui nullam traxit cōcupiscētiā, homo & hō, homo ad mortem, & homo ad vitam: sicut dicit Apostolus, Quoniam quidē per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorū. Per quem hominē mors, & per quem hominem resurrectio mortuorū? Noli festinare. Sequitur & dicit, Sicut. n. in Adā omnes moriuntur, sic & in Christo oēs viuificabūtur. Qui pertinēt ad Adam? Omnes qui nati sunt de Adam. Qui ad Christū? Omnes qui renati sunt per Christum. Quare oēs in peccato? Quia nemo natus est præter Adam. Vt autem oēs nascerentur ex Adā, necessitatis fuit ex damnatione: nasci per Christū voluntatis est & gr̄æ. Non coguntur homines nasci per Christū, non quia voluerunt nati sunt ex Adam: oēs tū qui ex Adam cum pctō, peccatores: oēs qui per Christum iustificati, iusti, non in se sed in illo: nam in se si interroges, Adā sunt: in illo si interroges, Chri sunt. Quare? Quia ille caput dominus noster Iesus Christus, non cum traduce peccati venit, sed tū venit cum carne mortali. Mors pctōrum pœna erat, in domino munus misericordiæ erat, non pœna peccati. Nō. n. aliquid habebat dominus, quare iuste moreretur. Ipse ait, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Quare ergo moreris? Sed vt sciant omnes quia voluntatē patris mei facio, surgite eamus hinc. Non habebat ille quare moreretur, & mortuus est: tu habes quare, & mori dedignaris. Dignare æquo animo pati per meritum tuum, qđ ille pati dignatus est, vt te à sempiterna morte liberaret. Hō & homo: sed ille non nisi hō: iste deus & hō. Ille homo peccati, iste homo iustitiæ. Mortuus es in Adam, resurge in Christum, nam vtrunq. debetur tibi. Iam credidisti in Christū, reddes tū quod debes de Adam. Sed non te in æternū tenebit vinculum peccati: quia mortem tuam æternam occidit mors temporalis dñi dei tui. Ipsa est gratia frēs mei, ipsa est & veritas, quia & promissa & exhibita. Non erat ista in veteri testamento, quia lex minabatur, non opitulabatur: iubebat, non sanabat, languorem ostendebat, non auferebat: sed illi præparabat medico venturo cū gratia & veritate: tanquam ad aliquē, quē curare vult medicus, mittat primum seruum suum, vt ligatum illum inueniat. Sanus nō erat, & sanari nolebat, & ne sanaretur, sanum se esse iactabat, Missa lex est, ligauit eū, inuenit se reum, iam clamabat de ligatura. Venit dominus, curat amaris aliquantulū & acribus medicamentis. Dicit enim ægroto, ferto: dicit, tolera: dicit, noli diligere mundum, habeto patientiam, curet te ignis continentiæ, ferrum persecutionū tolerent vulnera tua. Expaueſcebas qui fuisti ligatus, liber ille & nō ligatus bibit quod tibi dabat: prior passus est vt te cōsolaretur, tāquā dicēs, Quod times pati pro te, prior patior pro te. Hæc est gratia & magna gratia, quis illam digne collaudat? De humilitate Christi loquor frēs mei: Maiestatem Christi & diuinitatē Christi, quis loquīt in explicādo & dicēdo? Vt quoquo modo humilitatē Christi loquamur nō sufficimus, imo deficimus, totum cogitantibus committimus, non audientibus adimplemus. Cogitare humilitatē Christi. Sed qs nobis, inquis, eā explicat, nisi tu dicas?

[alias, dā nabit fidelem.

6 K

[alias, iuſerat.

1. Co. 15

6 L

Ioā. 14.

6 M

6 A

Ille

Ille intus dicat, melius illud dicit qui intus habitat, quàm qui foris clamat. Ipse vobis ostendat gratiam humilitatis suæ, qui cœpit habitare in cordibus vestris. Iā vero si in eius humilitate explicanda & eroganda deficimus, maiestatē eius quis loquatur? Si verbum caro factum conturbat nos, In principio erat verbum, quis explicabit? Tenete ergo fratres mei soliditatem istā. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.) Per seruum lex data est, reos fecit: per imperatorem indulgētia data est, reos liberauit. Lex per Moysen data est: Non sibi aliquid amplius seruus assignet, quàm quod per illum factum est. Electus ad magnum ministerium tanquam fidelis in domo, sed tamen seruus agere secundum legem potest, soluere à reatu legis non potest. Lex ergo per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et forte aliquis dicat, Et gratia & ueritas non est facta per Moysen, qui vidit deum? statim subiecit, Deum nemo vidit vnquam.) Et vnde innotuit Moysi deus: Quia reuelauit seruo suo dominus. Quis dominus? Ipse Christus qui præmisit legem per seruum, vt veniret ipse cū gratia & veritate. Deum enim nemo vidit vnquā. Et vnde illi seruo quantum capere potest apparuit? Sed vnigenitus, inquit, filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.) Quid est in sinu patris? In secreto patris. Non enim deus habet sinum, sicut nos habemus in vestibus, aut cogitandus est sic sedere quomodo nos, aut forte cinctus est vt sinum haberet: sed quia sinus noster intus est, secretū patris, sinum patris vocamus. In secreto patris qui patrem nouit, ipse enarrauit: Nam deum nemo vidit vnquam. Ipse ergo venit, & narrauit quicquid vidit. Quid vidit Moyses? Moyses vidit nubem, vidit angelum, vidit ignē omnis illa creatura typum domini sui gerebat, non ipsius domini præsentiam exhibebat. Nāq; aperte habes in lege, Et loquebatur Moyses cū dño, ecōtra in incōtra, sicut amicus cum amico suo. Si quæris ipsam scripturam, inuenies Moysen dicentem, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi teipsum manifeste vt videam te. Et parum est quia dixit: respōnsum accepit, Non potes videre faciem meam. Loquebatur ergo fratres charissimi cum Moyse angelus, portans typum domini, & illa omnia quæ ibi per angelum facta sunt futuram istam gratiam & veritatem promittebant. Qui bene scrutantur legem, nouerunt: & cum opportunum est, vt & nos aliquid inde dicamus, quantum dominus reuelat, non tacemus charitati vestræ. Illud autem sciatis, quia omnia quæ corporaliter visa sunt, non erant illa substantia dei. Illa enim carneis oculis videmus, dei substantia vnde videtur? Euangelium interroga, Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Fuerunt homines qui dicerent vanitate sui cordis decepti: Pater inuisibilis est, filius autem visibilis est. Vnde visibilis nisi propter carnem? quia susceptit carnem, manifestum est. Illi enim qui carnem Christi viderunt, aliqui crediderunt, aliqui crucifixerūt. Et qui crediderunt, illo crucifixo mutauerunt, & nisi ipsam post resurrectionem palparent, fides ad eos non reuocaretur. Si ergo propter carnem visibilis filius est, & nos concedimus, & est catholica fides. si autem ante carnem visibilis, sicut ipsi dicunt, id est, ante quam incarnaretur, multum delirant, & multum errant. Facta enim sunt illa visibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus ostenderetur, non vtique substantia ipsa demonstrabatur & manifestabatur. Et hoc attendat charitas vestra leue documentum. Sapientia dei videri oculis non potest. Fratres, si Christus sapientia dei & virtus dei, si Christus verbum dei: verbum hominis oculis non videtur, verbum dei videri sic potest? Expellite ergo de cordibus vestris carnales cogitationes, vt vere sitis sub gratia, vt ad nouum testamentum pertineatis: ideo vita æterna promittitur in nouo testamento: Legite vetus testamentum & videte, quia carnali adhuc populo ea quidem præcipiebantur quæ nobis. Nam vnum deum colere & nobis præcipitur: Non accipies in vanum nomen domini dei tui: & nobis præcipitur, quod est secundum præceptum. Obserua diem sabbati: magis nobis præcipit, quia spiritaliter obseruandum præcipitur; Iudæi enim seruiliter obseruabant diem sabbati, ad luxuriam, ad ebrietatem. Quanto melius fœminæ eorum lanam facerent, quàm illo die in Neomeniis saltarent? Ablit fratres, vt illos dicamus obseruare sabbatum. Spiritaliter obseruat sabbatum Christianus, abstinēs se ab opere seruili. Quid est enim ab opere seruili? A peccato. Et vnde probamus? Dominum interroga, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Ergo & nobis præcipitur spiritaliter obseruatio sabbati. Nā illa omnia præcepta nobis magis præcipiuntur, & obseruanda sunt, Non occides: Non mœchaberis: Non furaberis: Non falsum testimo

7 B

7 C

Exod. 3.

Exo. 33.

7 D

Matt. 5.

1. Cor. 3.

7 E

Exo. 20.

Ioan. 8.

7 F

Exo. 20.

nium dices: Honora patrem tuum & matrem tuam: Non concupiſces rem proximi tui: 7
Non concupiſces vxorem proximi tui. Nonne iſta omnia & nobis præcipiuntur? Sed quę F
re mercedem, & inuenies ibi dici, Vt expellantur hoſtes à facie tua, & accipietis terram
quam promiſit deus patribus veſtris: quia non poterant capere inuiſibilia, per viſibilia
tenebantur. Quare tenebantur? Ne penitus interirent, & ad idola laberentur. Nam fece-
runt hoc fratres mei ſicut legitur, obliti tanta miracula, quæ fecit deus coram oculis eo-
rum. Mare diſciſſum eſt, via facta eſt in mediis fluctibus, ſequentes hoſtes eorum eiſdem
aquis operti ſunt, per quas illi tranſierunt. Et cum Moyſes homo dei receſsiſſet ab ocu-
Exo. 32. lis eorum, idolum petierunt & dixerunt, Fac nobis deos qui nos præcedant, quia ille ho-
mo dimiſit nos. Tota ſpes eorum in homine poſita erat, non in deo. Ecce mortuus eſt ho
mo, nunquid mortuus eſt deus, qui eruit eos de terra Aegypti? Et cum feciſſent ſibi ima
ginem vituli, adorauerunt & dixerunt, Hi ſunt dii tui Iſrael, qui te liberauerunt de terra
Aegypti. Quam cito obliti tam magnificam gratiam! Quibus ergo modis teneretur po
pulus talis, niſi promiſsis carnalibus? Ea ibi iubentur in decalogo legis quæ & nobis, ſed 7
Ioan. 17. non ea promittuntur quæ nobis. Nobis quid promittitur? Vita æterna. Hæc eſt autem vi G
ta æterna, vt cognoſcant te vnum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Cogni
tio dei promittitur: ipſa eſt gratia pro gratia. Fratres, modo credimus, non videmus. Pro
iſta fide præmium erit videre quod credimus. Nouerāt hoc Prophetæ, ſed occultum erat
Pſal. 26. antequam veniret. Nam quidam ſuſpirans amator in Pſalmis dicit, Vnam petii à domi-
no, hanc requiram. Et queris quid petat? Forte enim terram petit fluentem lacte & melle
carnaliter, quamuis ſpiritaliter iſta quærenda ſit & petenda: aut forte ſubiectionem ho-
ſtium ſuorum, aut mortem inimicorum, aut imperia, & facultates huius ſeculi. Ardet. n.
amore, & multum ſuſpirat, & æſtuat & anhelat. Videamus quid petat. Vnam petii à domi
no, hanc requiram. Quid eſt hoc quod requirit? Vt inhabitem, inquit, in domo domini, ꝓ
oēs dies vitæ meæ. Et pura quia habitas in domo domini, vnde ibi erit gaudium tuum?
Vt contempler, inquit, delectationem domini. Fratres mei, vnde clamatis, vnde exulta-
tis: vnde amatis, niſi quia ibi eſt ſcintilla huius charitatis? Quid deſideratis rogo uos?
Quod videri poteſt oculis, tangi poteſt. Pulchritudo aliqua eſt quæ oculos delectat. Nō- 7
ne martyres amati ſunt uehementer, & quando eos commemoramus, inardeſcimus in H
amore? Quid in illis amamus fratres? Membra laniata à feris? Quid fœdius ſi oculus
carnis interroges: quid pulchrius, ſi oculos mentis interroges? Quid tibi uidetur adole-
ſcens pulcherrimus fur? Quomodo horrent oculi tui: nunquid oculi carnis horrent? Si
ipſos interroges, nihil illo corpore compoſitius, nihil ornatius, & parilitas membrorum,
& coloris delectatio illicit oculos: & tamen cum audis, quia fur eſt, fugis hominem ani-
mo. Vides ex alia parte ſenem curuum, baculo innitentem, vix ſe mouentem, rugis un-
dique exaratum, quid uides quod oculos delectet? Audis quia iuſtus eſt, amas, amplecte
ris. Talia nobis præmia promiſſa ſunt fratres mei, tale aliquid amate, tali regno ſuſpira
te, & talem patriam deſiderate, ſi uultis peruenire ad id, cum quo uenit dominus noſter,
id eſt, ad gratiam & ueritatem. Si autem corporalia præmia cōcupieris à deo, adhuc ſub
[aliàs, ſed ipſam legē nō implebis. lege es, & ideo ipſam legem implebis. [Quando enim uideris abundare iſta temporalia
in eis qui deum offendunt, nutant greſſus tui, & dicis tibi, Ecce ego colo deum, quotidie 7
ad Eccleſiam curro, genua mihi trita ſunt in orationibus, & aſsidue ægroto: homicidia I
faciunt homines, rapinas faciunt, exultant & abundant, bene eſt illis. Talia ergo quære-
bas à deo. Certe ad gratiam pertinebas. Si gratiam ideo tibi dedit deus, quia gratis de-
Pſal. 26. dit, gratis ama, noli ad præmium diligere deum, ipſe ſit tibi præmium tuum. Dicat anima
tua. Vnam petii à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini per omnes dies
uitæ meæ, ut contempler delectationem domini, Noli timere, ne faſtidio deficias. Talis
erit illa delectatio pulchritudinis, ut ſemper tibi præſens ſit & nunquam ſatieris, imò
ſemper ſatieris & nunquam ſatieris. Si enim dixero, quia non ſatiaberis, fames erit: ſi di
xero, quia ſatiaberis, faſtidium timeo: ibi nec faſtidium erit, nec fames, quid dicam, ne-
ſcio. Sed deus habet quod exhibeat: non inuenientibus quomodo dicant, & credenti-
bus quod accipiant.

Ab eo quod ſcriptum eſt, Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi
ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas: uſq; ad id, Et ego neſciebam eum, ſed qui
me miſit baptizare in qua, ipſe mihi dixit, Super quem uideris ſpi-
ritum deſcendentem ſicut columba & manentem ſuper
eum, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.

Tractatus. IIII.

7 SAEpiſsime audiuit ſanctitas veſtra, & optimè noſtis, quoniam Ioannes Baptiſta quā
K to præclarior erat in natis mulierum, & quanto humilior ad cognoſcendum deum,
tanto meruit eſſe amicus ſponſi, zelans non ſibi, non ſuum honorem quærens, ſed iudi-
cis ſui, quem tanquam præco præibat. Itaque Prophetis præcedentibus prænunciare de
Chriſto futura conceſſum eſt: huic autem digito oſtēdere. Sicut enim ignorabatur Chri
ſtus ab his qui Prophetis non crediderant antequam veniret, ſic ab eis ignorabatur &
p̄ſens. Venerat enim humiliter primo & occultus, tāto occultior, quanto humilior. Popu
li autem ſpernentes propter ſuperbiam ſuam humilitatem dei, crucifixerunt ſaluatorē
ſuum, & fecerunt damnatorem ſuum. Sed qui primo venit occultus, quia venit humilis,
nunqd deinceps nō eſt venturus manifeſtus, quia excelſus? Audiſtis modo pſalmū, Deus
manifeſtus veniet, deus noſter & non ſilebit. Siluit vt iudicaretur, non ſilebit cum cœpe Pſal. 49.
rit iudicare. Non diceretur, manifeſtus veniet, niſi primo veniſſet occultus: nec diceretur, Eſa. 53.
7 non ſilebit, niſi quia primo ſiluit. Quomodo ergo ſiluit? Interroga Eſaiam, Sicut ouis ad
L occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram eo qui ſetondet, fuit ſine voce, ſic nō aperuit
os ſuum. Veniet autem manifeſtus, & non ſilebit. Quomodo manifeſtus? Ignis ante eum Pſal. 49.
præibit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Tempeſtas valida tollere habet totam paleā
de area, quæ modo triturātur: & ignis incendere quod tempeſtas abſtulerit. Modo autem
tacet, tacet iudicio, ſed non tacet præcepto. Si enim tacet xps, quid ſibi volūt hæc Euāge
lia? quid ſibi volūt voces apoſtolicæ? quid cantica pſalmorū? qd eloquia Prophetarum?
In his. n. omnibus xps non tacet. Sed tacet modo ne vindicet, non tacet vt moneat. Ve-
niet aūt præclarus in vindicta, & apparebit omnibus, & qui in eum non credūt. Modo ve
rō quia & præſens occultus erat: oportebat. n. vt contemneretur, niſi. n. contēneretur,
non crucifigeretur. Si nō crucifigeretur, nō funderet ſanguinē quo pretio nos redemit.
Vt autem daret pretiū, pro nobis crucifixus eſt, vt crucifigeretur contēptus eſt, vt con-
7 temneretur humilis apparuit. Tamen quia quaſi in nocte apparuit in corpore mortali,
M lucernam ſibi accendit vnde videretur. Ipſa lucerna Ioannes erat, de quo iam multa au-
diſtis, & præſens lectio Euangelii verba Ioannis continet. Primo quod principium eſt
confitentis, quia non ipſe erat Chriſtus. Tanta autē excellentia erat in Ioanne vt poſ-
ſet credi Chriſtus eſſe: & in eo probata eſt humilitas eius, quia dixit nō ſe Chriſtum eſ-
ſe, cū poſſet credi eſſe. Ergo hoc eſt teſtimonium Ioannis quando miſerunt Iudæi ab Hie
roſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum vt interrogarent eum, Tu quis es?) Non au-
tem mitterent, niſi mouerentur excellentia authoritatis eius, quia auſus eſt baptiza-
re. Et confeſſus eſt & non negauit.) Quid confeſſus eſt? Et confeſſus eſt, quia non ſum
ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu?) Nouerant enim quia
præceſſurus erat Helias Chriſtum. Non. n. alicui incognitum erat nomen Chriſti apud
Iudæos. Iſtum non eſſe Chriſtum putauerunt, non omnino Chriſtum nō eſſe venturū,
cum ſperarent venturum. Sic offenderunt in præſentem, offenderunt tanquam in humi
lem lapidem. Lapis enim ille adhuc paruus erat, iam quidem præciſus de monte ſine ma
8 nibus: ſicut dicit Daniel Propheta, vidiſſe ſe lapidem præciſum de monte ſine manibus. Daniel 2.
A Sed quid ſequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, & factus eſt mons magnus, & impleuit vni-
uerſam faciem terræ. Videat ergo charitas veſtra quod dico, chriſtus ante Iudæos iam
præciſus erat de monte: montem regnum vult intelligi Iudæorum. Sed regnum Iudæo-
rum non impleuerat vniuerſam faciem terræ. Inde præciſus eſt ille lapis, quia inde na-
tus eſt in præſentia dominus. Et quare ſine manibus? Quia ſine opere virili virgo pepe-
rit Chriſtum. Iam ergo erat lapis ille præciſus ſine manibus, ante oculos Iudæorum, ſed
humilis erat. Non immerito, quia nondum creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terra
rum, quod oſtendit in regno ſuo, quod eſt Eccleſia, quę impleuit totā faciem terræ. Quia
ergo nondum creuerat, offenderunt in illum tanquam in lapidem, & factum eſt in eis qđ
ſcriptum eſt, Qui ceciderit ſuper lapidem conquaſſabitur, & ſuper quos ceciderit lapis Luc. 20.

ille conteret eos. Primo super humilem ceciderunt, excelsus super illos venturus est. Sed vt eos venturus excelsus conterat, primo eos humilis quassauit. Offenderunt in eum, & quassati sunt non conteriti sed quassati sunt, veniet excelsus & conteret eos. Sed ignoscēdum est iudeis, quia offenderunt in lapidem, qui nondum creuerat. Quales sunt illi qui in ipsum montem offenderunt? Iam de quibus dicam cognoscitis, qui negant Ecclesiam toto orbe diffusam, non in humilem lapidem, sed in ipsum montem offendunt, quod factus est ille lapis dum creseeret. Cæci iudæi non viderunt humilem lapidem. Quanta cæcitas est non videre montem? Ergo viderunt humilem, & non cognouerunt. Demonstrabatur illis per lucem nam nam primo ille quo maior nemo surrexerat in natis mulierum, Mat. 11. dixit, Non sum ego christus. Dictumq; illi est, Nunqd tu es Helias? Respondit, Non sum.) Christus enim præmittit ante se Heliam, & dixit non sum & fecit nobis quæstionem. Timendum est enim ne minus intelligentes contraria putent Ioannem dixisse quam Christus dixit. Quodam enim loco, cum dominus Iesus christus in Euangelio quędam diceret de se: respondent illi discipuli, Quomodo enim dicunt scribę, id est periti legis Mat. 17. quia Heliam oportet primum venire? Et ait dominus, Helias iam venit, & fecerunt ei quę voluerunt, & si vultis scire, ipse est Ioannes Bap. Dominus Iesus christus dixit, Helias iā venit, & ipse est Ioan. Bap. Ioannes autem interrogatus sic se confessus est Heliam non esse, quomodo nec christum esse: & vtique sicut verum confessus est christum se non esse: sic verum confessus est nec Heliam se esse. Quomodo ergo comparabimus dicta præconis cum dictis iudicis? Absit vt præco mentiatur: hoc enim loquitur quod audit à iudice. Quare ergo ille, non sum Helias: & dominus, ipse est Helias? Quia in eo dominus Iesus Christus præfigurare voluit futurum aduentum suum & hoc dicere, quia in spiritu Heliæ erat Ioānes. Et quod erat Ioannes ad primum aduentū, hoc erit Helias ad secundum aduentum. Quomodo duo aduentus iudicis, si duo præcones. Iudex quidem ipse, præcones autem duo, non duo iudices. Oportebat autem iudicem primo venire iudicandum misit ante se primum præconem, vocauit illum Heliam: quia hoc erit in secundo aduentu Helias, quod in primo Ioannes. Iamq; intendat charitas vestra quam verum dicam. Quando conceptus est Ioannes, vel potius quando natus est, spiritusſanctus hoc de illo Luc. 1. homine impleto prophetauit, Et erit, inquit, præcursor altissimi, in spiritu & virtute Heliæ. Non ergo Helias, sed in spiritu & virtute Heliæ. Quid est in spiritu & uirtute Heliæ? In eodē spiritusancto, vice Heliæ. Quare vice Heliæ? Quia qd Helias fcdo, hoc Ioā. in primo aduētu fuit. Recte ergo modo Ioan. ꝓprie respondit: nā dns figurate, Helias ipse est Ioan. iste aūt vt dixi, proprie, non sum ego Helias. Si figurā præcursionis aduertas, Ioā. ipse est Helias. Quod nō ille ad primum aduentum, hoc ille ad secdm erit. Si proprietatem personæ interroges, Ioannes Ioannes, Helias Helias est. Dominus ergo ad præfigurationem recte ipse est Helias; Ioannes autem recte ad proprietatem, non tum Helias; nec Ioānes falsum, nec dominus falsum: nec præco falsum, nec iudex, falsum, sed si intelligas. Quis autem intelligit, nisi qui imitatus fuerit humilitatem præconis, & cognouerit celsitudinem iudicis? Nihil enim humilius ipso præcone fratres mei, nullum tantum meritū Ioannes habuit quam de ista ipsa humilitate, quod cum posset fallere homines, & putari christus & haberi pro Christo; tantæ enim gratiæ tantæq; excellentiæ fuit, confessus est tamen aperte & dixit, Non sum ego Christus. Nunquid tu Helias es? Iam si diceret, Helias sum: ergo iam in secundo aduentu aduenies dominus iudicaret, non adhuc in primo iudicaretur, tanquam dicens, Venturus est adhuc & Helias, Non sum, inquit, Helias: sed obseruare humilem ante quem venit Ioannes, ne sentiatis excelsum ante quem venturus est Helias. Nam & dominus ita compleuit, ipse est Ioannes Bap. qui venturus est Helias. Ipsa præfiguratione venit iste, qua proprietate venturus est Helias. Tunc Helias per proprietatem Helias erat, nunc per similitudinem Ioannes Helias erit. Modo Ioannes per proprietatem Ioannes est, tunc per similitudinem Helias Ioannes erit. Ambo prę cones sibi dederunt similitudines suas, & tenuerunt proprietates suas: vnus autem dominus iudex, siue illo præcone præcedente, siue illo. Et interrogauerunt eum, Quid ergo, Helias es tu? Et dixit, Non. Et dixerunt ei, Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Qui es tu? vt responsum demus his qui miserunt nos: Quid dicis de teipso? Esai. 40. Ait, Ego vox clamantis in deserto.) Esaias illud dixit, in Ioanne prophetia ista Esaiæ impleta est, Ego vox clamantis in deserto. Quid clamantis? Dirigite viam domini, rectas fa-

cite semitas

cite semitas dei nostri.) Non vobis videtur præconis esse, dicere, exite, facite viam? Nisi quod præco exite dicit: Ioannes dicit, venite. A iudice repellit præco, ad iudicem vocat Ioannes. Imò vocat Ioannes ad humilem, ne iudex sentiatur excelsus. Ego uox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dicit Esaias Propheta.) Non dixit, ego sum Ioā. ego sum Helias, ego sum Propheta. Sed quid dixit? Hoc vocor, Vox clamantis in deserto, dirigite viam domino, rectas facite semitas dei nostri: ego sum ipsa prophetia, Et qui missi fuerant, erant ex phariseis) Id est, ex principibus Iudæorum. Et interrogauerunt eum, & dixerunt, ei Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neq; Propheta?) Quasi audaciæ videbatur esse baptizare: quasi in qua persona quærimus, vtrum tu sis christus, tu dicis te non esse. Quærimus ne forte præcursor illius sis: quia nouimus ante christi aduentum venturum esse Heliam: negas te esse Heliam. Quærimus ne forte aliqs multum præueniens præco es, id est Propheta, & accepisti hanc potestatem? nec Prophe tam te esse dicis. Et non erat Propheta Ioannes, maior erat quam Propheta, quia domi- 8 nus de illo tale testimonium dedit, Quid existis in desertum videre, arundinem vento Matt. 11. G agitari? Vtiq; non vento agitari subaudi, quia non hoc erat Ioannes, qui quasi à vento moueretur. Qui enim à vento mouetur, circunflatur omni spiritu seductorio. Sed quid existis videre, hominem mollibus vestitum? Vestiebatur enim Ioannes asperis, id est, tunica facta de pilis cameli. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: non ergo existis videre hominem mollibus vestitum. Sed quid existis videre, Prophetam? Ita dico vobis, maior quam propheta hic: quia Prophetæ longe ante prenunciauerunt, Ioannes præsentem demonstrabat. Quid ergo tu baptizas, si tu non es Christus, neq; Helias, neque Propheta? respondit eis Ioannes, & dixit, Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.) Humilis enim non videbatur, & propterea lucerna accē sa est. Videte quomodo det locum, qui aliud posset putari. Ipse est qui post me venit, qui ante me factus est.) Sicut iam diximus, id est, antepositus est mihi, Cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti eius.) Quantum se abiecit, & ideo multum ele- 8 uatus est, quoniam qui se humiliat exaltabitur. Vnde debet videre sanctitas vestra, quia Luc. 14. H si Ioannes sic se humiliauit, vt diceret, non sum ego dignus corrigiam soluere: quomodo habent humiliari, qui dicunt, nos baptizamus, nos quod damus nostrum est, & quod nostrum est sanctum est? Ille dicit, non ego sed ille: illi dicunt, nos. Non est dignus Ioannes soluere corrigiam calciamenti eius: quod si dignum se diceret, quam humilis esset? Et si dignum se diceret, & sic diceret, Ille venit post me qui ante me factus est, cuius tantummodo corrigiam calciamenti dignus sum soluere, multum se humiliasset. Quando autē nec ad hoc dignum se dicit, vere plenus spiritusancto erat, qui sic seruus dominū agnouit & ex seruo amicus fieri meruit. Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.) Nemo sibi arroget & dicat, qa ipse auferat peccata. Vnde iam intendite, contra quos superbos intendebat digitum Ioannes; nondum erant nati hęretici, & iam ostendebantur: contra illos clamabat tunc à fluuio, cōtra quos 8 modo clamat ex Euangelio, Venit Iesus, & quid dicit ille? Ecce agnus dei. Si agnus dei, in I nocens. Et Ioannes agnus, an non & ipse innocens? Sed quis innocens? quantum innocens? omnes ex illa traduce veniunt & ex illa propagine, de qua cātat gemēs Dauid, Ego in iniquitate conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Solus ergo ille Psal. 50. agnus, qui non sic venit, non enim in iniquitate conceptus est, quia non de mortalitate conceptus est: nec eum in peccatis mater eius in vtero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit, quia fide concepit, fide suscepit: ergo ecce agnus dei, non habet iste traducem de Adam: carnem tantum sumpsit de Adam, peccatum non sumpsit. Qui non assumpsit de nostra massa peccatum, ipse est qui tollit nostrum peccatum. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nostis quia quidam homines dicunt aliquando, Nos tollimus peccata hominibus, quia sancti sumus. Si enim non fuerit sanctus qui baptizat, quomodo tollit peccata alterius, cum sit ipse homo peccator? Contra istas disputationes verba nostra non dicamus, hunc legamus, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Non 8 sit præsumptio hominibus in homines, non transmigret passer in montes, in domino cō Psal. 10. K fidat: & si leuat oculos suos in montes, vnde veniet auxilium ei, intelligat quia auxi- Psa. 120. lium eius à domino, qui fecit cœlum & teram. Tantæ excellentiæ Ioannes, dicitur

ei, Tu es Christus? dicit non: tu es Helias? dicit non tu es Propheta? dicit non. Quare ergo baptizas? Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir qui ante me factus est, quia prior me erat. Et post me venit, quia posterior natus: ante me factus est, quia prælatus est mihi. Prior me erat, qa in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et ego nesciebam eum, dixit, Sed vt manifestaretur Israeli, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniū perhibuit Ioannes, dicens: quia vidi spiritum de cœlo descendentē quasi columbā, & mansit super eum, & ego nesciebam eum Sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem & manentem super eū, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. (Intendat 8
modicum charitas vestra, Ioannes quando didicit Christum? Missus est. n. vt baptizaret L
in aqua. Quæsitū est quare? Vt manifestaretur Israel, dixit, Quid profuit baptisma Ioannis? Fratres mei, si profuit aliquid, & modo maneret, & baptizarentur homines in baptismate Ioannis, & sic venirent ad baptismū Christi. Sed quid ait? Vt manifestaretur Israeli id est ipsi populo Israel, vt manifestaretur christus, venit baptizare in aqua. Accepit mini sterii baptismatis Ioannes, in aqua pœnitentiæ parare viam domino, nō existens dominus at vbi cognitus est dominus, superfluo ei via parabatur, quia cognoscentibus se ipse factus est via. Itaq; nō duravit diu baptisma Ioannis. Sed quomodo demonstratus est dominus? Humilis, vt ideo acciperet baptisma Ioannis, in quo baptizaretur ipse dominus; & opus erat domino baptizari? Et ego interrogatus cito respondeo, Opus erat domino nasci? opus erat domino crucifigi? opus erat domino mori, sepeliri? Si ergo tantam susce- 8
pit pro nobis humilitatē, baptismū nō erat susceptorus? Et quid p̄fuit quia suscepit M
baptismū seruī? Vt tu nō dedignareris suscipere baptismū domini. Intendat charitas vestra. Futuri erant aliqui in Ecclesia excellioris gratiæ cathecumeni. Fit. n. aliquando, vt videas cathecumenū abstinentem ab omni concubitu, valefacientē seculo, renunciantē omnibus quæ possidebat, distribuentem pauperibus, & cathecumenus est: instructus est etiam forte doctrina salutari, supra multos fideles. Timendū est huic, ne dicat apud semetipsum de baptismate sancto quo peccata dimittuntur: qd plus accepturus sum? Ecce ego melior sum illo fideli & illo fideli: cogitans autē fideles, aut cōiugatos, aut forte idiotas, aut habentes & possidentes, res suas, quas ipse distribuit iam pauperibus, & meliorē se esse arbitrans quam ille qui iam baptizatus est, dedignetur venire ad baptismū, dicēs, Hoc sum accepturus quod habet ille: & proponat sibi illos quos cōtemnit, & quasi fordeat illi hoc accipere quod acceperunt inferiores: quia iam videtur ipse sibi melior, & tamen omnia peccata super illum sunt, & nisi venerit ad salutare baptisma vbi peccata soluuntur, cum omni excellentia sua non potest intrare in regnum cœlorum. Sed vt illam 9
excellentiam inuitaret dominus ad baptismum suum, vt peccata illi dimitterentur, ve- A
nit ipse ad baptismum serui sui. Et cum ipse non haberet quod ei dimitteret, nec quod in illo lauaretur, suscepit à seruo baptismum, & tanquam allocutus est filium superbientem & extollentem se ac dedignantem se forte accipere cum idiotis, vnde ei possit salus venire, & quasi dicens, Quantum te extendis? quantum te extollis? quanta est excellentia tua? quanta gratia tua? maior potest esse quam mea? Si ego veni ad seruum, tu dedignaris venire ad dominum? Si ego suscepi baptismum serui, tu dedignaris à domino baptizari? Nam vt noueritis fratres mei, quia non ex necessitate alicuius vinculi peccati dominus veniebat ad ipsum Ioannem, sicut dicunt alii Euangelistæ, cum ad illum veniret baptizandus dominus, ait ipse Ioannes, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari. Et Mat. 3.
quid ipse ei respondit? Sine modo vt impleatur omnis iustitia. Quid est impleatur omnis iustitia? Mori veni pro hominibus, baptizari non debeo pro hominibus? Quid est impleatur omnis iustitia? Impleatur omnis humilitas. Quid ergo? Non erat susceptorus ba- 9
ptismum à bono seruo, qui passionem suscepit à seruis malis? Intendite ergo baptizato B
domino. Si propterea baptizauit Ioannes, vt in eius baptismo dominus ostenderet humilitatem, nemo alius baptizaretur baptismate Ioannis. Multi autem baptizati sunt baptismo Ioan. baptizatus est & dominus baptismo Ioānis, & cessauit baptisma Ioan. Deinde iam missus est in carcerem Ioannes, & deinceps nemo baptizatus inuenitur illo baptismate. Si ergo propterea venit & Ioannes baptizans, vt domini humilitas nobis demonstraretur, vt quia ille suscepit à seruo, nos non dedignaremur suscipere à domino, domi

num solum Ioannes baptizaret. Sed si solum dominum Ioannes baptizaret, nō deessent qui putarent sanctius fuisse baptismum Ioannis quam Christi, quasi baptismate Ioannis solus Christus meruisset baptizari: baptismate autem Christi genus humanum. Intendat charitas vestra. Baptismate Christi baptizati sumus, non tantum nos, sed & vniuersus orbis terrarum, & baptizatur vsq; in finem. Quis nostrum potest ex aliqua parte comparari Christo, cui se Ioannes dixit indignū soluere e corrigiam calceamenti? Si ergo 9
ille Christus tantæ excellentiæ homo deus, solus baptizaretur baptismo Ioannis, quid C
dicturi erant homines? Quale baptismum habuit Ioannes? Magnum baptismū habuit, ineffabile sacramentum, Vide quia solus Christus meruit baptizari Ioannis baptismate: atq; ita maior videretur baptismus serui, quàm baptismus domini. Baptizati sunt & alii baptismate Ioannis, ne melior videretur baptisma Ioānis quam Christi. Baptizatus est autem & dominus, vt domino suscipiente baptisma serui, non dedignarentur alii serui suscipere baptisma domini. Ad hoc ergo missus erat Ioannes: sed nouerat Christum, an non nouerat? Si non nouerat, quare dicebat quando venit ad fluuium Christus, Ego à te debeo baptizari, hoc est, scio qui scis? Si ergo iam non nouerat, certe tunc cognouit quando vidit columbam descendentem. Manifestum est quia columba non descendit super dominum, nisi posteaquam ascendit ab aqua baptismi. Dominus baptizatus ascendit ab aqua, aperti sunt cœli, & vidit super eum columbam. Si ergo post baptismum descendit columba, antequā baptizaretur dominus, dixit illi Ioannes, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari; ante illum nouerat qui dixit, Tu ad me venis, ego à te debeo bapti- 9
zari. Quomodo ergo dixit, Et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, il- D
le mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem ficut columbam, & manentē super eū, hic est qui baptizat in spiritu sancto? Non parua quæstio est fratres mei. Si vidistis quæstionem, non paruam vidistis: superest vt ipsius solutionem dominus det. Tamen illud dico, si vidistis quæstionem non est paruum. Ecce positus est Ioannes ante oculos vestros stans ad fluuium Ioannes Baptista. Ecce venit dominus adhuc baptizandus, nondum baptizatus. Audi vocem Ioannis, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari. Ecce iam cognoscit dominum, à quo vult baptizari. Baptizatus dominus ascendit ab aqua, aperiuntur cœli, descendit spiritus, modo illum cognoscit Ioannes. Si modo illum cognoscit cui dixit antea. Ego à te debeo baptizari? Si autem non eo modo cognoscit, quia iam nouerat eum, quid est quod dixit, Non noueram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Fratres, si ista q̄stio hodie soluatur, grauat vos, nō dubito. quia iam multa dicta sunt. Sciatis autē tale istam 9
quæstionem esse, vt hæc sola perimat partem Donati. Ad hoc dixi charitati vestræ, vt in- E
tentos vos facerem: similiter vt soleo, simul vt oretis pro nobis & pro vobis, vt & nobis det dominus digna loqui, & vos digna capere mereamini. Interim hodie dignamini differre: sed hoc breuiter dico interim, donec soluatur. Interrogate pacifice, sine rixa, sine contentione, sine altercationibus, sine inimicitiis: & vobiscum quærite, & alios interrogate & dicite, Hanc quæstionem proposuit nobis hodie Episcopus noster, aliquando si dominus concesserit soluturus eam. Sed siue soluatur siue non soluatur, putate me proposuisse quod me mouet. Moueor. n multū. Dicit Ioannes, Ego a te debeo baptizari, tanquam Christo cognito. Si. n. non nouerat eum à quo voluit baptizari, temere dicebat, Ego a te debeo baptizari: nouerat ergo eum. Si nouerat eum, quid est ergo quod dicit, Non noueram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum sicut columbam, ipse est qui baptizat in spiritu sancto? Quid dicturi sumus? Quia non scimus quando venerit columba. 9
Ne forte ibi lateat, legantur alii Euangelistæ, qui planius illud dixerunt, & inuenimus F
apertissime tunc descendisse columbam, cum dominus ab aqua ascendit: super baptizatum enim Christum aperti sunt cœli, & vidit spiritum sanctum descendentem. Si iam baptizatum cognouit, venienti ad baptisma quomodo dicit, Ego à te debeo baptizari? Hanc vobiscum interim ruminate, hanc vobiscum conferte, hanc vobiscum tractate. Præster dominus deus noster, vt antequam à me audiatis, alicui vestrum priori eam reuelet. Tamen fratres hoc sciatis, quia per istius quæstionis solutionem pars Donati de baptismi gratia, vbi nebulas obtendunt imperitis, & retia tendunt auibus volantibus, si

frontem habeant, omnino non habebunt, omnino eorum ora claudentur.

Ex eo quod scriptum est, Et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille dixit mihi, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu-sancto. Tractatus. V.

SIcut dominus voluit, ad diem promissionis nostræ peruenimus, præstabit etiã hoc, vt ad ipsius promissionis redditionem peruenire possimus. Tunc enim ea quæ dicimus, & nobis & vobis vtilia sunt si ab ipso sunt. Quæ autem ab homine sunt, mendacia sunt, sicut ipse dixit dominus noster Iesus Christus, Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum. Siquid autem homo habet veritatis atq; iustitiæ, ab illo fonte est, quẽ debemus sitire in hac eremo, vt ex quasi guttis quibusdam irrorati, & in hac peregrinatione interim consolati, ne deficiamus in via, venire ad eius requiem satietatemq; possimus. Si ergo qui loquitur mẽdacium, de suo loquitur: qui loquitur veritatẽ, de deo loquitur. Verax Ioannes, veritas Christus. Verax Ioannes, sed omnis verax à veritate verax est. Si ergo verax Ioannes, & verax esse homo nõ potest nisi a veritate, à quo erat verax nisi ab eo qui dixit, Ego sum veritas? Nõ ergo posset dicere, aut veritas contra veracem, aut verax contra veritatem. Veracem veritas misit, & ideo verax erat, quoniam à veritate missus erat. Si veritas Ioannẽ miserat, Christus eum miserat: sed quod Christus cum patre facit, pater facit: & quod pater cũ Christo facit, Christus facit: nec seorsum pater aliquid facit sine filio: nec seorsum aliquid filius sine patre inseparabilis charitas, inseparabilis vnitas, inseparabilis maiestas, inseparabilis potestas, secundum hæc verba quæ ipse posuit, Ego & pater vnum sumus. Quis ergo misit Ioannem? Si dicamus pater, verum dicimus: si dicamus filius, verum dicimus manifestius autem vt dicamus, pater & filius. Quem misit ergo pater & filius, vnus deus misit, quia filius dixit, Ego & pater vnum sumus: quomodo ergo nesciebat eum à quo missus est? Dixit enim, Ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit. Interrogo Ioannem, qui te misit baptizare in aqua, quid tibi dixit? Super quem videris spiritum descendentem, sicut columbam, & manentem super eũ, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Hoc tibi ô Ioannes dixit, qui te misit: manifestum est quia hoc, quis ergo te misit? Forte pater. Verus deus pater, & veritas deus filius: si pater sine filio te misit, deus sine veritate te misit. Si ideo autem verax es, quia veritatem loqueris, & ex veritate loqueris, non te misit pater sine filio, sed simul te misit pater & filius: si ergo & filius te misit cum patre, quomodo nesciebas eum à quo missus es? Quem videras in veritate, ipse te misit, vt agnosceretur in carne & dixit: Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Hoc audiuit Ioannes, vt nosset eum quem non nouerat, an vt plenius nosset quẽ iam nouerat? Si. n. omni ex parte non nosset, venienti ad fluuiũ vt baptizaretur non diceret, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Nouerat ergo. Quando autem columba descendit? Iam baptizato domino, & ab aqua ascendente. At si ille qui eum miserat, dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto, & non nouerat eum, sed columba descendente cognouit eum. Columba vero tunc descendit, quando dominus ab aqua ascẽdit. Tũc autem cognouerat Ioannes dominum, quando ad eum dominus ad aquam veniebat: manifestatur nobis, quia Ioannes secundum aliquid nouerat, secundum aliquid nondũ nouerat dominum. Nisi autem hoc intellexerimus, mendax erat: quomodo ergo erit verax agnoscens, qui dixit, Tu ad me venis, ego autem à te debeo baptizari? Verax est cũ. h.d. Et quomodo rursus verax est cũ dicit, Ego non nouerã eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem sicut columbã, & manentẽ super eũ, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Innotuit per columbam dominus, non ei qui se non nouerat, sed ei qui in eo aliquid nouerat, aliquid non nouerat. Nostrum est ergo querere, quid in eo Ioannes nondum nouerat, & per columbam didicit. Quare missus est Ioannes baptizans iam memini me quantum potui dixisse charitati vestræ. Si enim baptisma Ioannis necessarium erat saluti nostræ, & modo debuit exerceri. Non enim modo non saluantur homines, aut modo plures non saluantur, aut alia

Ioan. 8.
Ioan. 14.
Ioan. 10.
Matth. 3.

tunc salus erat, & alia modo. Si mutatus est Christus, mutata est & salus. Si salus in Christo est, & idem ipse Christus est, eadem nobis salus est. Sed quare missus est Ioannes baptizãs? quia oportebat baptizari Christum: quare oportebat baptizari Christũ? quia oportuit nasci Christum, quia oportuit crucifixi Christum. Si enim viam humilitatis demonstraturus aduenerat, & seipsum facturus ipsam humilitatis viam, in omnibus ab eo implenda erat humilitas. Authoritatem dare baptismo suo hinc dignatus est, vt cognoscerent serui sui, quanta alacritate deberent currere ad baptismum domini, quando ipse non dedignatus est suscipere baptismum serui. Donatum enim erat hoc Ioanni, vt ipsius baptisma diceretur. Hoc attendat, & distinguat, & nouerit charitas vestra, baptisma quod accepit Ioannes, baptisma Ioãnis dictum est. Nullus ante illum iustorum, nullus post illum vt acciperet baptisma, quod baptisma ipsius diceretur, accepit: solus tale donum accepit: accepit quidem, non. n. à se posset aliquid. Si. n à se quis loquitur, mendacium de suo loquitur. Et vnde accepit, nisi ab ipso domino Iesu Christo? Ab illo vt baptizare posset accepit, quẽ postea baptizauit. Nolite mirari, Sic enim hoc fecit Xps in ioanne, quomodo quiddam fecit in matre. De Christo. n. dictu est, Omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per ipsum, & Maria per ipsum facta est, de qua postea natus est Christus. Intendat charitas vestra, quomodo creauit Mariam, & creatus est per Mariam: sic dedit baptismum Ioanni, & baptizatus est à Ioanne. Ad hoc ergo accepit baptismum à Ioanne, vt accipiẽs quod inferius erat ab inferiore, ad id quod superius erat hortaretur inferiores. Sed quare non solus ipse baptizatus est à Ioanne, si ad hoc missus erat Ioannes, per quem baptizaretur Christus, vt pararet viam domino, id est ipsi Christo? Et hoc iam diximus. Sed commemoramus, quæ necessaria sunt præsenti quæstioni, Si solus dominus noster Iesus Christus baptizatus esset baptismate Ioannis, tenete quod diximus, non tantum valeat seculum vt deleat è cordibus vestris, quod ibi scripsit spiritus dei. Non tantum valeant spinæ curarũ, vt suffocent semen quod seminatur in vobis. Quare enim cogimur eadem repetere, nisi quia de memoria cordis vestri securi non sumus? Si ergo solus dominus baptizatus esset baptismate Ioannis, non deessent qui sic eum haberent, vt putarent baptismum Ioannis maiorem esse, quàm sit baptisma Christi. Dicerent enim, Vsqueadeo illud baptisma maius est, vt solus Christus eo baptizari meruisset? Ergo vt daretur nobis à domino exemplum humilitatis, ad percipiendam salutem baptismatis, Christus suscepit quod ei opus non erat, sed propter nos opus erat. Et rursus ne hoc ipsum quod accepit à Ioanne Christus, præponeretur baptismati Christi, per misi sunt & alii baptizari ab Ioanne: sed qui baptizati sunt à Ioanne non eis suffecit, Baptizati sunt enim baptismo Christi, quia non baptismus Christi erat baptismus Ioannis. Qui accipiunt baptismum Christi, baptismum Ioannis non querunt: qui acceperunt baptismum Ioannis, baptismum Christi quæsierunt. Ergo Christo suffecit baptismus Ioannis. Quomodo non sufficeret, quando nec ipse erat necessarius? illi enim nullum baptisma erat necessarium, sed ad hortandos nos ad baptisma suum, suscepit baptismum serui. Et ne præponeretur baptisma serui, baptismo domini, baptizati sunt alii baptismate conserui. Sed qui baptizati sunt baptismate conserui oportebat vt baptizarentur baptismate domini. Qui autem baptizantur baptismate domini, non opus habent baptismate conserui. Quoniam ergo acceperat Ioannes baptisma quod proprie Ioannis diceretur: dominus autem Iesus Christus baptismum suum noluit alicui dare, non vt nemo baptizaretur baptismo domini, sed vt semper ipse dominus baptizaret: id actum est vt per ministros dominus baptizaret, id est vt quos ministri domini baptizaturi erant, dominus baptizaret, non illi. Aliud est enim baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem. Baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur: non qualis est ille, per cuius ministerium datur. Tale erat baptisma Ioannis, qualis Ioannes: baptisma iustum tanquam iusti, tamen hominis sed qui acceperat à domino talem gratiam, vt dignus esset præire iudicem, & eum digito ostendere, & implere vocem prophetiæ illius, Vox clamantis in deserto, parate viam domini. Tale autem baptisma domini, qualis dominus: ergo baptisma domini diuinum, quia dominus deus. Potuit autem dominus noster Iesus Christus, si vellet, dare potestatem alicui seruo suo, vt daret baptismum suum tanquã vice sua, & transferret à se baptizandi potestatẽ, & costitueret in aliquo seruo suo, & tan

De consec. dist. 4. c. Aliud.
4. senten. dist. cap. 1.
4. senten. 5. dist. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam vim daret baptismo translato in seruum, quantam vim haberet baptismus datus à domino Hoc noluit ideo, vt in illo spes esset baptizatorum, à quo se baptizatos agnoscerent. Noluit ergo seruum ponere spem in seruo. Ideoq; clamabat Apostolus, cum videret homines, volentes ponere spem in seipso: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Baptizauit ergo Paulus tanquam minister, non tanquam ipsa potestas. Baptizauit autem dominus tanquam potestas. Intendite, & potuit hanc potestatem seruis dare, sed noluit: si enim daret hanc potestatem seruis, id est, vt & ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismata quot essent serui, vt quomodo dictum est, baptisma Ioannis, sic diceretur baptisma Petri, sic baptisma Pauli, sic baptisma Iacobi, baptisma Thomæ, Matthæi, Bartholomæi. Illud enim baptisma Ioannis dictum est. Sed forte aliquis resistit & dicit, Proba nobis quia illud baptisma Ioannis dictum est. Probabo, ipsa veritate dicente, quando interrogauit Iudæos, Baptisma Ioannis vnde est, de cœlo, an ex hominibus? Ergone tot baptismata dicerentur, quot essent serui q̃ baptizarẽt accepta ptate à dño: sibi tenuit dñs baptizandi ptatẽ, seruis ministeriũ dedit. Dicit seruus baptizare, recte dicit: sicut Apostolus dicit, Baptizaui aũt & Stephanæ domũ, sed tãquã minister. Ideo si sit & malus, & cõtingat illi habere ministeriũ, & si eũ homines nõ nouerũt, & deus eũ nouit, pmittit deus baptizari per eũ, q̃ sibi tenuit ptatẽ. Hoc aũt Ioãnes non nouerat in domino: quia dñs erat: nouerat, quia ab ipso debebat baptizari non uerat: & confessus est: quia veritas erat ille, & ille verax missus à veritate, hoc nouerat. Sed quid in eo non nouerat? Quia sibi retenturus erat baptismatis sui potestatem, & nõ eam transmissurus, & translaturus in aliquem seruum: sed siue baptizaret in ministerio seruus bonus, siue baptizaret in ministerio seruus malus, non sciret se ille qui baptizatur baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem. Et vt noueritis fratres, quia hoc in illo non nouerat Ioannes, & hoc didicit per columbam: dominum.n. nouerat, sed eum baptizandi sibi potestatem retenturum, & nulli seruo eam daturum, nondũ nouerat: secundum hoc dixit, Et ego nesciebam eum. Et vt noueritis, quia ibi hoc didicit attendite sequentia, Sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Quid ipse est? dominus. Sed iam nouerat dominum. Ergo putate hucusque dixisse Ioannem, Ego non noueram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit. Quærimus quid dixerit: sequitur, Super quem videris spiritum descendentem tanquam columbam, & manentem super eum: non dico sequentia, Interim attendite, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eũ, ipse est. Sed quid ipse est? Quid me voluit per columbam docere, qui me misit, quia ipse erat dominus? Iam noueram à quo missus eram: iam noueram eum cui dixi, Tu ad me venis baptizari, ego à te debeo baptizari, vsque adeo ergo noueram dominum, vt ego ab eo vellem baptizari, non vt à me ipse baptizetur. Et tunc mihi dixit, (Sine modo implea tur omnis iustitia. Pati veni, baptizari nõ veni: †Impleatur omnis iustitia ait mihi deus meus, impleatur oĩs iustitia: doceã, p̃ferã plenã humilitatẽ. Noui supbiẽtes [in futuro populo meo: noui aliquos in aliqua excellentiori gratia futuros homines, ut cũ viderint idiotas aliquos baptizari, illi qa meliores sibi videntur, siue cõtinẽtia, siue eleemosynis, siue doctrina, dedignabuntur fortasse accipere, q̃d illi inferiores acceperũt. Oportet vt sanẽ eos, vt nõ dedignẽtur venire ad baptisma dñi, qa ego veni ad baptisma serui. Iã ergo hoc nouerat Ioãnes, & nouerat dominũ. Quid ergo docuit columba? Quid voluit per columbam id est per spiritum sanctum, sic venientem docere qui miserat eum, cum ait, Super quem videris spiritum descendentem, sicut columbam, & manentem super eũ, ipse est [dominus.] Quis ipse est? Dominus. Noui. Sed nunquid hoc iam noueras, quia dominus iste habens baptizandi potestatem, eam potestatem nulli seruo daturus est, sed sibi eam retenturus est: vt omnis qui baptizatur per serui ministeriũ, nõ imputet seruo sed domino? Nunquid hoc iam noueras? Non hoc noueram ab eo qui mihi dixit: Super quẽ videris spiritum descendentem sicut columbã, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto: non ait, ipse est dominus: non ait, ipse est Xps: nõ ait, ipse est Iesus: nõ ait, ipse est qui natus est de virgine Maria, posterior te & prior te, nõ ait hoc iã. n. hoc nouerat Ioannes. Sed quid non nouerat? Tantã potestatẽ baptismatis ipsum dominum habiturũ & sibi retenturũ, siue præsentẽ in terra, siue absentem corpore in cœlo, & præ-

1. Cor. 1. De conse. dist. 4. c Aliud.

Mat. 21.

1. Co. 1.

Ioan. 1.

Mat. 3. †aliás debeo. [alias superuenientes.

sentem maiestate sibi retenturum baptismatis potestatem: ne Paulus diceret baptisma meum: ne Petrus diceret baptisma meum, ideo videte & intendite voces Apostolorum. Nemo Apostolorum dixit baptisma meum: quãuis vnum omniũ esset Euangeliũ, tamẽ inuenies dixisse. Euangelium meum, non inuenis dixisse baptisma meum. Hoc ergo didicit Ioannes, fratres mei. Quod didicit Ioannes per columbã, discamus & nos. Nõ enim columba Ioannem docuit, & Ecclesiam non docuit, cui Ecclesiæ dictũ est, Vna est columba mea. Columba doceat columbã, nouerit columba, quid Ioannes didicerit per columbam. Spiritussanctus in specie columbæ descendit. Hoc autem quod dicebat Ioãnes per columbam, quare in columba didicit? Oportebat.n. vt discerет, ne hoc forte oportebat nisi vt per columbam disceret. Quid dicam de columba fratres mei? Aut quando mihi sufficit facultas vel cor vel linguæ, dicere quomodo volo: & forte non digne volo quomodo dicendum est: nec sic tamen possum dicere quomodo volo: quanto minus quomodo dicendum est. Ego à meliore hoc audire vellem, non vobis dicere. Discit Ioannes eum quem nouerat, sed in eo discit in quo eum non nouerat, in quo nouerat non discit. Et quid nouerat? Dominum. Quid non nouerat? Potestatem dominici baptismi in nullum hominem à domino transituram: sed ministerium plane transiturum, potestatem a domino in neminem ministrorum, ministerium & in bonos & in malos Nõ exhorreat columba ministerium malorum, respiciat domini potestatem. Quid tibi facit minister, vbi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus præco, vbi benevolus est iudex? Ioannes didicit per columbam hoc, quid est quod didicit? Ipse repetat: Ipse mihi dixit, inquit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Non ergo te decipiant ô columba, seductores qui dicunt. Nos baptizamus. Columba agnosce, quid docuit columba, Hic est qui baptizat in spiritusancto. Per columbam discitur quia hic est: & tu eius potestate putas te baptizari, cuius ministerio baptizaris? Si tu hoc putas, nondum es in corpore columbæ: & si non es in corpore columbæ, non mirandum quia simplicitatem non habes. Simplicitas enim maxime per columbam demonstratur. Quare per simplicitatem columbæ dicit Ioannes, quia hic est qui baptizat in spiritusancto, fratres mei, nisi quia columbæ non erãt qui Ecclesiam dissipauerunt? accipitres erant, milui erant. Non laniat columba, & vides illos inuidiam nobis facere, quasi de persecutionibus quas passi sunt. Corporales quidem passi quasi persecutiones, cum essent flagella domini manifeste dantis disciplinã ad tempus ne damnet in æternum, si eam non cognouerint, seq; correxerint. Illi vero persequuntur Ecclesiam qui dolis persequuntur. Illi grauius cor feriunt, qui linguæ gladio feriunt. Illi acerbius sanguinem fundunt, qui christum quãtum in ipsis est, in homine occidunt. Perterriti videntur quasi iudicio potestatum Quid tibi facit potestas si bonus es? Si autem malus es, time potestatem: nõ enim frustra gladium portat, dicit Apostolus. Tuum gladium noli educere, quo percutis Christum christiane, quid tu persequeris in christiano: Quid in te persecutus est Imperator? Carnem persecutus est, tu in christiano spiritum persequeris. Non occidis tu carnem, & tamen nec carni parcunt, & tamen quot quot potuerunt cædendo necauerunt, nec suis nec alienis pepercerunt. Notũ est hoc omnibus. Inuidiosa est potestas, quia legitima est. Inuidiose facit, qui iure facit: sine inuidia facit, quia præter leges facit. Attendat vnusquisque vestrum fratres mei, quid habeat Christianus. Quod homo est, commune cum multis: quod Christianus est, secernitur à multis, & plus ad illum pertinet quod Christianus, quàm quod homo: nam quod Christianus, renouatur ad imaginem dei, à quo homo factus est ad imaginem dei: quod autem homo posset & malus, & posset & Paganus, posset & idololatra. Hoc tu persequeris in christiano quod melius habet: hoc enim illi vis auferre vnde viuit. Viuit enim temporaliter secundum spiritum vitæ, quo corpus animatur: viuit autem ad æternitatẽ secundum baptisma, quod accepit a domino: hoc illi vis tollere quod accepit à domino: hoc illi vis tollere, vnde viuit. Latrones eos quos volunt spoliare sic volunt, ut ipsi plus habeant, & illi nihil habeant: tu & tollis huic & apud te non erit plus: non enim plus tibi fit, quia huic tollis. Sed vere hoc faciunt. Qui? Hi qui tollunt animam, & alteri tollunt, & ipsi duas animas non habent. Quid ergo vis auferre? vnde tibi displicet, quem vis rebaptizare? Dare non potes quod iam habet, sed facies negare quod habet. Quid acerbius faciebat Paganus, persecutor Ecclesiæ? Exerebantur gladii aduersus martyres, emittel ã

De consecra. dist. 4. cap. Baptismus. 4. sen. dist. 5. c. 2.

Rom. 13.

Canti.

tur bestiæ,ignes admouebantur. Vt quid ista? vt diceret qui ista patiebatur, nõ sum christianus. Quid doces tu eum quem vis rebaptizare,nisi vt primo dicat,non sum christianus? Ad quod aliquando persecutor proferebat flammam, ad hoc tu producis linguam. Seducendo facis quod ille occidendo non fecit. Et quid est quod daturus es, & cui daturus es? Si tibi verum dicat,& non seductus à te,mentiatur: dicturus est,habeo. Interrogas,habes baptisma? habeo dicit. Quandiu habeo,dicit,inquis,non sum daturus. Et noli dare: quod enim vis dare,hærere in me non potest,quia quod accepi, auferri à me non potest: sed tamen expecta, videam quid me vis docere. Dic,inquit,primo,non habeo: sed hoc habeo. Si dixero non habeo,mentiar. Quod enim habeo,habeo. Non habes,inquit: 10
Doce quia non habeo: Malus tibi dedit: si malus xp̃s,malus mihi dedit: Non inquit,ma- L
lus christus: sed non tibi Christus dedit. Quis ergo mihi dedit? respondе, Ego me à christo scio accepisse. Dedit tibi,inquit, sed traditor nescio quis, non christus. Videro quis fuerit minister, videro quis fuerit præco. De officiali non disputo, iudicem attẽdo: & forte quod obiicis officiali mentiris. Sed nolo discutere causam officialis sui cognoscat dominus amborum. Forte si exigam vt probes,non probas,imò mentiris. Probatum est te probare non potuisse: sed non ibi pono causam meam, ne cum studiose cœpero defendere homines innocentes, putes me spem meam, vel in hominibus innocentibus posuisse. Fuerint homines quales libet: ego à christo accepi, à christo baptizatus sum. Non, inqt, sed ille Episcopus te baptizauit,& ille Episcopus illis communicat. A christo sum baptizatus, ego noui. Vnde nosti? Docuit me columba, quam uidit Ioannes. O milue male nõ me dilanias à visceribus columbæ. In columbę membris numeror, quia quod columba docuit hoc noui. Et docuit hoc? Nescio. Tu mihi dicis, ille te baptizauit, aut ille te baptizauit: per columbam mihi & tibi dicitur: Hic est qui baptizat. Cui credo, miluo an colum 10
Matt.11. bæ? Certe tu mihi dic, vt per illam lucernam confundaris, qua confusi sunt & priores tui M
inimici, pares tui Pharisæi, qui cum interrogarent dominum, in qua potestate ista faceret: interrogo & ego vos inquit, vnum istum sermonem, dicite mihi, Baptismus Ioannis vnde erat, de cœlo an ex hominibus? Et illi qui præparabant iaculari dolos, irretiti sunt quæstione, cœperunt voluere apud semetipsos, & dicère, Si dixerimus quia de cœlo est, dicturus est nobis, quare non credistis ei? Ioãnes enim dixerat de domino: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quid ergo queritis, in qua potestate ista facio? O lupi in potestate agni facio quæ facio: sed vt nostis agnum, quare non credidistis Ioanni, qui dixit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi? Scientes ergo illi quid dixisset Ioannes de domino, dixerunt apud se: Si dixerimus quia de cœlo est baptisma Ioannis, dicet nobis, quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus, quia ex hominibus est, lapidabimur à populo, quia sicut Prophetam habent Ioannem. Hinc timebant homines, hinc veritatẽ fateri confundebantur. Tenebræ tenebras respõderunt, sed à luce superatæ sunt. Quid 11
enim responderunt? Nescimus. Quod sciebant dixerunt, nescimus: & dominus, Nec A
ego uobis dico, inquit, in qua potestate ista facio. Et confusi sunt primi inimici: vnde? de lucerna: quis erat lucerna? Ioannes. Probamus quia lucerna erat? Probamus: dominus enim dicit, Ille erat lucerna ardens & lucens. Probamus, quia & de ipso confusi sunt ini-
Psal.131. mici? Psalmum audi, Paraui, inquit, lucernam christo meo, inimicos eius induam confusione. Adhuc in huius vitæ tenebris ad lucernam fidei ambulamus: teneamus & nos lucernam Ioannem, confundamus & inde inimicos christi, imò ipse confundat inimicos suos per lucernam suam. Interrogemus & nos quod dominus Iudæos, interrogemus & dicamus, Baptisma Ioannis vnde est? de cœlo an ex hominibus? Quid dicturi sunt? Videte si non & ipsi tanquam inimici de lucerna confundantur. Quid dicturi sunt? Si dixerint ex hominibus,& ipsi sui eos lapidabunt. Si autem dixerint, de cœlo, dicamus eis, quare ergo non credidistis ei? Et dicunt fortasse, credimus ei. Quomodo ergo dicitis quia vos baptizatis: & Ioan. dicit, Hic est qui baptizat? Sed ministros, inquiũt tanti iudicis iustos 11
De conse. oportet esse, per quos baptizat. Et ego dico & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tã B
dist.4.c. ti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si autem noluerint esse iusti, qui in ca-
Baptismus thedra Moysi sedent, securum me fecit magister meus, de quo spiritus eius dixit, Hic est
4.senten. qui baptizat. Quomodo securum me fecit? Scribæ, inquit,& Pharisæi super cathedram
dist. 5. c.1. Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt facere nolite, dicunt enim & non
Mat.23. faciunt. Si fuerit minister iustus, computo illum cum Paulo, cõputo illum cum Petro, cũ

istis

istis computo iustos ministros: quia vere iusti ministri gloriam suam non quærunt: ministri enim sunt, pro iudicibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid n. dicit Paulus? Ego plantaui, Apollo rigauit, 1.Cor.3.
sed deus incrementum dedit. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui vero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur, sed nõ contaminatur donum christi: quod per illum fluit, purum est: quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram: Puta quia ipse lapideus est: quia ex aqua fructum fer
11 re non potest. per lapideum canalem trãlit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil gene-
C rans, sed tamẽ hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est vt lux, & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeant, non inquinatur. Sint planè ministri iusti, & gloriam suam non quærãt, sed illius cuius ministri sunt, Non dicant, baptisma meum est, quia non est ipsorum: attendant ipsum Ioannem, Ecce Ioannes plenus erat spiritusancto, & baptisma de cœlo habebat, non ex hominibus. Sed quatenus habebat? Ipse dixit Parate viam domino. Vbi autẽ cognitus est dominus, ipse factus est via, non iam opus erat baptismate Ioannis, quo pararetur via domino. Tamen quid nobis solent dicere? Ecce post Ioannem baptizatum est: antequam enim bene ista quæstio tractaretur in Ecclesia catholica, multi in ea errauerunt, & magni & boni: sed quia de membris columbæ erant, non se præciderunt, & factum est in eis quod dixit Apostolus, Si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelauit. Vnde isti qui se separauerunt, indociles facti sunt: quid ergo solent dicere? Ecce post Ioannem baptizatum Phil.3.c
est, post hæreticos non baptizatur? Quia quidam qui habebant baptisma Ioannis, iusti sunt a Paulo baptizari: non enim habebant baptisma christi. Quid ergo exaggeras meri Acto.19.
11 tum Ioannis, & quasi abiicis infelicitatem hæreticorum? Et ego tibi concedo sceleratos
D esse hæreticos. Sed heretici baptisma Christi dederunt, quod baptisma non dedit Ioannes. Recurro ad Ioannem & dico, Hic est qui baptizat. Si enim melior Ioannes quàm hæreticus, quomodo melior Ioannes quàm ebriosus? quomodo melior Ioannes quam homicida? Si post deteriorem baptizare debemus, quia post meliorem baptizarunt Apostoli. Quicunq; apud ipsos baptizati fuerint ab ebrioso, non dico ab homicida, non dico à sacrilego alicuius sceleratí, non dico à raptore rerum alienarum, non dico ab oppressore pupillorum, non à separatore coniugum: nihil horum dico, quod solenne est dico, quod quotidianum est dico, quod vocantur omnes dico, & in ista ciuitate, quando ab eis dicitur, alis ieiunantibus, bene sit nobis, † & tali die festo Ianuarium non debes ieiunare, ea † alias quã
dico leuia, quotidiana: ab ebrioso homine cum baptizatur, quis est melior, Ioannes an do ab eis
ebriosus? Respondе si potes, quòd ebriosus tuus melior sit quam Ioannes. Nunquã hoc dicitur, alo
audebis? Ergo tu quia sobrius es, baptiza post ebriosum tuum: si enim post Ioannem ba giemur, be
ptizauerunt Apostoli, quanto magis debet post ebriosum sobrius baptizare? An dicis, in ne sit no-
vnitate mecum est ebriosus? Ergo Ioannes amicus sponsi, non erat in vnitate cum spon bis.
11 so? Sed tibi pli dico quisquis es tu: es melior, an Ioannes? Nõ audebis dicere, ego sum me-
E lior quam Ioannes. Ergo post te baptizent tui, si forte fuerint meliores: si enim post Ioãnem baptizatum est, erubesce quia post te non baptizatur: dicturus es, Sed ego baptismũ Christi habeo & doceo. Aliquando ergo agnosce iudicem, & noli præco superbus esse, Baptisma christi das, ideo post te non baptizatur: post Ioannem ideo baptizatum est, quia baptisma christi non dabat, sed baptisma suum: quia sic acceperat vt ipsius esset. Non ergo tu melior quam Ioannes: sed baptisma quod per te datur, meliusquam Ioannis. Ipsum enim christi est, istud autem Ioannis. Et quod dabatur a Paulo, & quod dabatur à
Petro christi est, & quod datum est à Iuda Christi erat. Dedit Iudas, & non baptizatum 1.q.1.ca.
est post Iudam: Dedit Ioannes, & baptizatũ est post Ioannem: quia si datũ est à Iuda, bap- dedit
tisma christi erat, quod aũt à Ioanne datum est, Ioannis erat: Non Iudã Ioanni, sed baptismum xpi etiã per Iudæ manus datũ, baptismo Ioannis etiã per manus Ioannis dato
11 recte præponimus. Etenim dictum est de domino antequam pateretur, quia baptizabat Ioan. 4.
F plures quam Ioannes. Deinde subiunctum est, Quãuis ipse nõ baptizaret, sed discipuli De conse.
eius: ipse & non ipse. Ipse potestate, illi ministerio. Seruitutẽ ad baptizandũ illi admouebant: potestas baptizandi in xpo permanebat. Ergo baptizabant discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizabat Iudas, nõ sunt iterũ baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterũ baptizati sunt? Planè iterũ: sed non idem erat ba- Dedit.

De conse. dist. 4. c Baptism. ptismus. Quos enim baptizauit Ioannes, Ioānes baptizauit: quos aũt baptizauit Iudas, xp̃s baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebriosus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, si baptisma Christi erat, xp̃s baptizauit. Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur, Hic est qui baptizat. Cæterum, fratres mei, delirum est dicere, quia melioris meriti fuit, non dico Iudas, sed quilibet hominum, quàm ille de quo dictum est, In natis mulierum nemo surrexit

Mat. 11. maior Ioanne Baptista. Non ergo huic quisquã seruus, sed baptisma domini etiã per seruum malũ datum baptizati, etiã amici serui præponitur. Audi quales cõmemoret Apostolus Paulus falsos fratres in inuidia prædicantes verbũ dei. Et quid de illis dicit? Et in 11

Phil. 1. hoc gaudeo, sed & gaudebo. Xp̃m. n. annunciabant, per inuidiã quidem, sed tamen xp̃m: G

Talias, qui nõ per quid, sed quẽ vide. Per inuidiã tibi prædicatur xp̃s: vide xp̃m, vita prædicantem per inuidiam. Noli imitari malũ prædicatorem, sed imitare bonum qđ tibi prædicatur. Christus ergo à quibusdã per inuidiã prædicabatur: & quid est inuidere? Horrendũ malum: Ipso malo diabolus deiectus est, ipso deiecto deiecit multos. Maligna pestis est, & habebãt illã quidam xp̃i prædicatores, quos tamen prædicare permittit Apostolus. Quare? quia xp̃m prædicabant. Qui aũt inuidet, odit: & qui odit, qd de illo dicitur? Audi Apostolum Ioannem, Qui odit fratrem suum, homicida est. Ecce post Ioannẽ baptizatũ est,

1. Ioan. 3. post homicidã non baptizatũ est, quia Ioannes dedit baptismum suũ, homicida dedit baptisma xp̃i. Quod sacramentum tã sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur. Non respuo Ioannẽ, sed potius credo Ioanni: quid credo Ioanni? Quod didicit per columbã: quid didicit per columbam? Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Iam ergo fratres tenete hoc, & cordibus vestris infigite. Si. n. hodie voluero plenius dicere, quare p co 11

lumbã, tempus non sufficit. Quia. n. res dicenda insinuata est Ioanni per columbã, quã H

non nouerat in christo Ioannes, quanuis iam nosset Christum, exposui quantum arbitror sanctitati vestræ. Sed quare hanc ipsam rem per columbam oportuit demonstrari, si breuiter dici posset, dicerem. Sed quia diu dicendum est, & onerare vos nolo: quomodo adiutus sum orationibus vestris, vt illud quod promisi implerem: adiuuate etiam atque etiam pia intentione & votis bonis, & illud apparebit vobis, quare Ioannes quod didicit in domino; quia ipse est qui baptizat in spiritu sancto, & nulli seruo suo talem legauit potestatem baptizandi, non debuit discere nisi per columbam.

De eo quod dictum est, Columbam super dominum descendisse: vsque ad id quod ait, Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Tractatus. VI.

FAteor sanctitati vestrę, timueram ne frigus hoc frigidos vos ad conueniendum face 11

ret: sed quia ista celebritate & frequentia vestra, spiritu vos feruere demonstrastis, nõ I

dubito quin etiam orastis pro me, vt debitum vobis exoluam. Promiseram enim in nomine christi disserere hodie, cum angustia temporis tunc impediret, ne id possemus explicare tractando, quare deus per columbæ speciem ostendere voluerit spiritum sanctũ. Hoc vt explicetur, illuxit nobis dies hodiernus, & sentio audiendi cupiditatem, & pia deuotione vos celebrius congregatos. Expectationem vestram deus impleat ex ore nostro. Amastis. n. vt veniretis, sed amastis, quid? Si nos, & hoc bene, nam volumus amari à vobis, sed nolumus in nobis. Quia ergo in christo vos amamus, in christo nos redamate, & amor noster pro inuicem geniat ad deum, Ipse. n. gemitus columbę est: si ergo gemitus columbæ est, quod omnes nouimus, gemunt aut columbæ in amore: audite quid dicat Apostolus, & nolite mirari, quia in columbę specie voluit demonstrari spiritus sanctus.

Rom. 8. Quid. n. oremus sicut oportet, inquit, nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid ergo fratres mei, hoc dicturi sumus, quia spiritus gemit, 11

vbi perfecta & æterna beatitudo est ei cum patre & filio? Spiritus enim sanctus deus, K

sicut dei filius deus, & pater deus, Ter dixi deus, sed non dixi tres deos: magis enim deus ter quàm dii tres, quia pater & filius & spiritus sanctus vnus deus. Hoc optime nostis. Non ergo spiritus sanctus in semetipso apud semetipsum in illa trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate substantię gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parua res est, quòd nos docet spiritus sanctus gemere: insinuat enim nobis quia peregrinamur, & docet nos in patriam suspirare, & ipso desiderio gemimus. Cui bene est in hoc seculo, imò qui putat quod ei bene sit, qui lætitia re-

rum carnalium, & abundantia temporalium, & vana felicitate exultat, habet vocẽ corui: vox enim corui clamosa est, non gemebunda. Qui autem nouit in pressura se esse mortalitatis huius, & peregrinari se à domino, nondum teneri illam perpetuam quæ nobis promissa est beatitudine, sed habere illam in spe, quã habiturus est in re, cum dominus venerit in manifestatione præclarus: qui prius in humilitate venit occultus; q hæc nouit, gemit. Et quandiu propter hæc gemit, bene gemit. Spiritus illum docuit ge-

11 mere, à columba didicit gemere. Multi. n. gemunt in infelicitate terrena, vel quassati dã-

L nis, vel ægritudine corporis prægrauati, vel carceribus inclusi, vel catenis colligati, vel fluctibus maris mersi, ac iactati, vel aliquibus inimicorũ insidiis circũsepti gemunt: sed non columbæ gemitu gemunt, non amore dei gemunt, non spiritu gemunt. Ideo tales cum ab ipsis pressuris fuerint liberati, exultant in grandibus vocibus, vbi apparet, quia Gene. 8. corui sunt, non columbæ. Ideo merito de arca missus est coruus, & non est reuersus: missa est columba, & reuersa est. Illas duas aues misit Noe: habebat ibi coruum, habebat & columbam; vtrunq; hoc genus arca illa continebat. Et si arca figurabat Ecclesiam, videtis vtiq; quia necesse est, vt in isto diluuio seculi vtrunq; genus contineat Eccleſia, & Phil. 1. coruum, & columbam. Qui sunt corui? qui sua quærunt. Qui columbæ? qui ea quæ Xpi sunt quærunt. Propterea ergo cum mitteret spiritum sanctum, duobus modis eum ostendit vtilibiliter: per columbam & per ignem. Per columbam super dominum baptizatum,

11 per ignem super discipulos congregatos. Cum. n. ascendisset dominus in cœlum post re-

M surrectionem, peractis cum discipulis suis. xl. diebus, impleta die Pentecostes, misit eis spiritum sanctum, sicut promiserat. Spiritus ergo tunc ventens impleuit locum illum, factoq; primo sonitu de cœlo tanquam ferretur flatus vehemens, sicut in Actibus Apo- Acto. 2. stolorum legimus. Visæ, inquit, illis sunt linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquenq; eorum, & cœperunt linguis loqui, sicut spiritus dabat eis pronunciare. Hanc videmus columbam super dominum, has linguas diuisas super discipulos cõgregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Sunt. n. qui dicuntur simplices, & pigri sunt: vocantur simplices, sunt autem segnes. Nõ talis erat Stephanus plenus spiritu sancto: simplex erat, quia nemini nocebat: feruens erat quia impios arguebat. Non. n. tacuit Iudæis, cu- Acto. 7. ius sunt verba illa flammantia, Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto. Magnus impetus, sed columba sine felle sæuit. Nã vt noueritis quia sine felle sæuiebat, illi auditis his verbis qui corui erant, ad lapides statim aduersus columbam cucurrerunt: cœpit Stephanus lapidari, & qui pauloante fremens &

12 feruens spiritu, tanquàm in inimicos impetum fecerat, & tanquàm violentus inuectus

A erat in verbis igneis atq; flammantibus vt audistis, Dura ceruice, & incircũcisi corde & auribus, vt qui ea verba audiret, putaret Stephanum, si ei liceret, statim illos velle consumi, venientibus in se lapidibus ex manibus eorum genu flexo ait, Domine, ne statuas illis hoc delictum, In hæresim unitatis [4 columbæ. Prior. n. illud fecerat magister, super [4 aliàs quem descenderat columba, qui pendens in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt vnitati. quid faciunt. Ergo ne spiritu sanctificati dolum habeant, in columba demonstratum Lucæ. 23. est: ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratum est. Nec moueat, quia linguæ diuisæ sunt. Distant enim linguæ, ideo diuisis linguis apparuit. Lingue, inquit, diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquenque eorum. Distant inter se linguæ, sed linguarum distantiæ non sunt schismata. In linguis diuisis noli dissipationem timere, vnitatem cognosce in columba. Sic ergo sic oportebat demonstrari spiritum sanctum venientem super dominum, vt intelligat vnusquisq; si habeat spiritum sanctum, simplicem se esse debere sicut columbam: habere cum fratribus veram pacem, quam signifi-

12 ficant oscula columbarum. Habent enim oscula & corui: sed in coruis falsa pax, in co-

B lumba vera pax. Non omnis ergo qui dicit, pax vobiscum, quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum? Osculantur co- 2. q. 7. cap. rui, sed laniant: à laniatu innocens est natura columbarũ. Vbi ergo laniatus, non est vera nõ omnis in osculis pax. Illi habent veram pacem, qui Ecclesiam non laniauerunt: nam corui de qui. morte pascuntur. Hoc columba non habet, de frugibus terræ viuit, innocens eius victus est: quod vere fratres mirandum est in columba. Sunt passeres breuissimi, qui vel muscas occidunt, nihil horum columba: non enim de morte pascitur. Qui laniauerũt Ecclesiam de mortibus pascuntur. Potens est dominus, rogemus vt reuiuiscant qui

deuorantur ab eis & sentiunt: multi.n. agnoscunt, quia reuiuiscunt, nam ad eorum adnentum quotidie gratulamur in nomine Christi. Vos tantum sic estote simplices, vt sitis prudentes & seruentes, & seruor vester in linguis sit. Nolite tacere, ardentibus linguis loquentes, accendite frigidos. Quid.n. fratres mei, quis non videat quod illi non videt? Nec mirum quia inde reuerti nolunt, sicut coruus qui de arca missus est. Quis.n. non vi 12
deat quod illi non vident? Et ipsi spiritui sancto ingrati sunt. Ecce columba descendit C
super dominum, & super dominum baptizatum, & apparuit ibi sancta illa & vera trinitas, quæ nobis vnus deus est. Ascendit enim dominus ab aqua, sicut in Euangelio legimus. Et ecce aperti sunt cœli, & vidit spiritum descendentem velut columbā, & manlit
Mat.3. super eum. Et statim vox consecuta est, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Apparuit manifestissima trinitas, pater in voce, filius in homine, spiritussanctus in columba. In trinitate ista quò missi sunt Apostoli, videamus quod videmus, & quod mirum est, quia illi non vident, non enim vere non vident, sed ad id quod facies eorum ferit, oculos claudunt. A quo missi sunt discipuli, in nomine patris & filii & spiritussancti? Ab illo de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Dictum est enim ministris ab eo qui sibi tenuit hanc potestatem. Hoc enim in illo vidit Ioannes, & cognouit quod non nouerat, non quia eum non nouerat filium dei: aut eum non nouerat dominum, aut non nouerat Christum: aut, vero & hoc non nouerat quia ipse baptizaturus esset in aqua, & Christus in spiritusancto: (Nam & hoc nouerat.) Sed quia non ita vt sibi teneret po testatem, & in nullum ministrorum eam trāsferret: hoc est quod didicit in columba. Per 12
hanc.n. potestatem quam Christus solus sibi tenuit, & in neminem ministrorum transD
De conse. dist.4.c. Aliud. Canti.6. fudit, quanuis per ministros suos baptizare dignatus sit, per hanc stat vnitas Ecclesiæ, quæ significatur per columbam, de qua dictum est, Vna est columba mea, vna est matris suæ. Si enim vt iam dixi, fratres mei, transferretur potestas à domino ad ministrum, tot baptismata essent, quod ministri essent, & iam non staret vnitas baptismi. Intendite fratres. Antequam veniret dominus noster Iesus Christus ad baptismum, nam post baptismum descendit columba, in qua cognouit Ioannes quiddam proprium, cum ei dictum est, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto: nouerat, quia ipse baptizabat in spiritusancto, sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transiret in alterum, quanuis eo donante hoc ibi didicit. Et vnde probamus, quia iam, & hoc nouerat Ioannes, quia baptizaturus erat dominus in spiritusancto, vt hoc intelligatur didicisse in columba, quod ita esset baptizaturus dominus in spiritusancto, vt in ne- 12
minem alium hominem potestas illa transiret? Vnde probamus? Columba iam baE
Mat.3. ptizato domino descendit. Ante autem quàm veniisset dominus vt baptizaretur à Ioanne in Iordane, diximus quia nouerat eum, illis vocibus vbi ait, Tu ad me venis baptizari: ego à te debeo baptizari. Sed ecce dominum nouerat, nouerat filium dei. Vnde probamus quod iam nouerat quia ipse baptizaret in spiritusancto? Antequam veniret ad fluuium, cum multi ad Ioannem currerent baptizari, ait illis, Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere, ipse vos baptizabit in spiritusancto & igni: iā & hoc nouerat. Quid ergo per columbā didicit, ne mendax postea inueniretur, quod auertat à nobis deus opinari, nisi quandā proprietatem in Christo talem futuram, vt quāuis multi ministri baptizaturi essent, siue iusti, siue iniusti, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi super quē descēdit colūba, de quo dictū est, Hic est qui baptizat in spiritusancto. Petrus baptizet, hic est qui baptizat: Paulus baptizet, hic est qui baptizat: Iudas baptizet, hic est qui bapti- 12
zat. Nā si pro diuersitate meritorū baptisma sanctū est, quia diuersa sunt merita, diuerF
sa erunt baptismata: & tanto quisq; aliqd melius putatur accipere, quanto à meliore vi
1. Tim.2. detur accepisse. Ipsi spiritales sancti, intelligite fratres mei boni pertinentes ad columbam, pertinentes ad sortem ciuitatis illius Hierusalem, ipsi boni in Ecclesia, de quibus dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius, diuersarum gratiarum sunt, non omnes paria merita habent. Sunt alii aliis sanctiores, sunt alii aliis meliores. Quare ergo si vnus ab illo, verbi gratia, iusto sancto baptizetur: alius ab alio inferioris meriti apud deū, inferioris gradus, inferioris continentiæ, inferioris vitæ, vnū tamē & par & æquale est quod acceperunt, nisi quia hic est qui baptizat? Quomō ergo cū baptizat bonus & melior,

melior, non ideo iste bonum accepit, & ille melius. Sed quanuis bonus & melior fuerint De conse.
ministri, vnum & æquale est, quod acceperunt, non est melius in illo, & inferius in isto: dist.4.c.
sic cum baptizat malus ex aliqua vel ignorantia Ecclesiæ, vel tolerantia: aut enim igno- cum bapti
rantur mali, aut tolerantur, vt palea, quousq; in vltimo ventiletur area, illud quod datū zat.
est, vnum est, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale, propter, Hic est qui 4.senten.
baptizat. Ergo dilectissimi, videamus quod videre illi nolunt, non quod non videant, dist.5.c
22 sed quod se videre doleant, quasi clausum sit contra illos quò missi sunt discipuli, in no-
G mine patris & filii & spiritussancti, vt baptizarent tāquam ministri. Quò missi sunt? Ite, dixit, baptizate gentes. Audistis fratres quomodo venit illa hæreditas, Postula à me, & da Matt.28.
bo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Audistis quomo Psal.2.
do de Sion prodit lex, & verbum domini de Hierusalem: ibi enim audierunt discipuli, Ite baptizate gentes in nomine patris & filii & spiritussancti. Intenti facti sumus cū audire Esa.2.
mus, Ite baptizate gentes: in cuius nomine? In nomine patris & filii & spiritussancti. Iste vnus deus, quia non in nominibus patris & filii & spiritussancti: sed in nomine patris & filii & spiritussancti: vbi vnum nomen audis, vnus est deus: sicut de semine Abrahæ dictum est, & exponit Paulus Apostolus, In semine tuo benedicentur omnes gnetes: non Galat.3.
dixit in seminibus tanquā in multis, sed tāquā in vno, & semini tuo quod est Christus. Sicut ergo quia ibi non dicit in seminibus, docere te voluit Apostolus, qa vnus est xps: sic & hic cum dictum est in nomine, non in nominibus, quomodo ibi in semine, non in
22 seminibus, probatur vnus deus pater & filius & spiritussanctus. Sed ecce, inquiunt di-
H scipuli ad dominum, Audiuimus in quo nomine baptizemus, ministros nos fecisti, & dixisti nobis, Ite baptizate in nomine patris & filii & spiritussancti. Quò ibimus? quò? non audistis? ad hæreditatem meam: Interrogatis, quò ibimus? Ad id quod emi sanguine meo: quò ergo? Ad gentes, ad gentes inquit. Putaui quia dixit, ite baptizate Aphros in nomine patris & filii & spiritussancti. Deo gratias. Soluit dominus quæstionem, docuit colūba. Deo gratias. Ad gentes Apostoli missi sunt: si ad gentes, ad omnes linguas. Acto.2.
Hoc significauit spiritussanctus diuisus in linguis, vnitus in columba. Hoc linguæ diuiduntur, hoc columba copulat Linguę gentium concordarunt, & vna lingua Aphricæ discordauit? Quid euidentius fratres mei? in columba vnitas, in linguis gentium societas. Aliquando enim & linguæ per superbiam discordauerunt, & tunc sunt factæ linguæ ex vna multæ. Post diluuium enim quidam superbi homines velut aduersus deū
32 se munire conantes, quasi aliquid esset excelsius deo, aut aliquid tutius, superbię erexe-
I runt turrim, quasi ne diluuio si postea fieret delerentur. Audierant enim & recensuerāt, quia omnis iniquitas erat deleta diluuio. Ab iniquitate temperare nolebant, altitudinē turris contra diluuium requirebant, ædificauerunt turrim excelsam: vidit deus superbiam ipsorum, & hunc errorem illis immitti iussit, vt non se cognoscerent loquentes, & factæ sunt diuersæ linguæ per superbiam. Si superbia fecit diuersitates linguarum, humilitas Christi congregauit diuersitates linguarum. Iam quod illa turris dissociauerat, Ecclesia collegit. De vna lingua factæ sunt multæ: noli mirari, superbia hoc fecit. De multis linguis fit vna: noli mirari, charitas hoc fecit: quia etsi soni diuersi linguarum sunt, in corde vnus deus inuocatur, vna pax custoditur. Vnde debuit ergo charissimi demonstrari spiritussanctus, vnitatem quandam designans nisi per columbam, vt pacatæ Ecclesiæ diceretur, Vna est columba mea? Vnde debuit humilitas, nisi per Cant.6.
auem simplicem & gementem, non per auem superbam & exultante sicut coruus? Et forte dicent, Quia ergo columba, & vna columba, præter vnam columbam baptismus esse non potest. Ergo si apud te est columba, vel tu es colūba, quando ad te venio, tu da mihi quod non habeo: scitis hoc ipsorum esse. Ecce modo vobis apparebit, nō esse de voce co-
12 lumbæ, sed de clamore corui. Nā paululū attēdat charitas vestra, & timete insidias, imò
K cauete, & excipite verba contradicentiū respuenda nō transglutienda & visceribus danda. Facite inde quod fecit dominus, quando illi obtulerunt amarum potum: Gustauit & respuit: sic & vos audite & abiicite. Quid enim dicunt? Videamus, Ecce, inquit, tu es columba. O catholica, tibi dictū est, vna est columba mea, vna matris suæ. Tibi certe dictum est, Expecta, noli me interrogare. Si mihi dictum est, proba primum: si mihi dictū est, cito volo audire. Inquit, Tibi dictum est. Respondeo voce catholica, mihi. Hoc aūt si fratres, quod ore meo solius sonuit: sonuit, vt arbitror, & cordibus vestris, & oēs pariter

diximus, Ecclesiæ catholicę dictum est, Vna est columba mea, vna est matris suæ: præter ipsam ergo columbam, inquit, baptisma non est. Ego qui præter ipsam columbam sum baptizatus, ergo non habeo baptismum? Si baptismum non habeo, quare mihi non das quando ad te venio? Et ego interrogo, Interim sequestremus, cui dictum est, Vna est co- 12
lumba mea, vna est matris suæ. Adhuc quærimus, Aut mihi dictum est, aut tibi dictum L
est? Sequestremus cui dictum sit. Hoc ergo quero, si columba est simplex, innocens sine felle, pacata in osculis, non seua in vngui'bus, quæro vtrum ad huius colũbę mẽbra pertineant auari, raptores, subdoli, ebrioſi flagitioſi, mẽbra sunt colũbę huius? Absit, inquit. Et reuera fratres, quis hoc dixerit vt nihil aliud dicã? Raptores solos, si dicã, membra accipitris possunt esse, nõ membra colũbæ. Milui rapiunt, accipitres rapiunt, cortui rapiũt, colũbę non rapiunt, non dilaniant. Ergo raptores nõ sunt mẽbra colũbę. Non apud vos fuit vel vnus raptor? Quare manet baptismus quẽ dedit accipiter & non columba? Quare non baptizatis apud uosmetipsos post raptores & adulteros & ebriosos, post auaros apud vosmetipsos? An isti omnes membra colũbę sunt? Sic dehonestatis columbam vestrã, vt ei membra vulturina faciatis? Quid ergo fratres, quid dicimus? Mali & boni sunt in Ecclesia catholica: ibi autem soli mali sunt. Sed forte inimico animo hoc dico, & hoc postea requiratur. Et ibi certe dicunt, quia sunt boni & mali. Nam si dixerint solos bo- 12
nos se habere, credãt illis sui, & subscribo, Non sunt apud nos dicant, nisi sancti, casti, so M
brii, non adulteri, non fœneratores, non fraudatores, non periuri, non vinolenti Dicant, Non enim attendo linguas ipsorũ, sed tango corda ipsorũ. Cum autem noti sint & vobis & suis, sicut & vos & vobis in catholica & illis noti estis, nec nos eos reprehendamus, nec illi se palpent. Nos fatemur in Ecclesia catholica & bonos & malos esse, sed tanquam grana & paleas. Aliqñ qui baptizatur à grano, palea est, & qui baptizatur à palea granũ est; alioquin, siqui baptizatur a grano, valet, & qui baptizatur a palea non valet, falsum est, hic est qui baptizat. Si autem uerũ est, hic est qui baptizat, & quod ab illo datur, valet, & quomodo columba baptizat? Nõ. n. malus ille columba est, aut ad mẽbra columbę pertinet: nec hic potest dici in catholica nec apud illos. Si illi dicunt, columbã esse Ecclesiam suam, quid ergo intelligimus fratres mei, quoniam manifestum, & omnibus notũ est etsi nolint conuincuntur: quia & ibi qñ dant mali, nõ post illos baptizatur: & hic qñ dant mali, non post illos baptizatur. Columba non baptizat post coruum: coruus vult baptizare post colũbam? Intendat charitas vestra. Et quare designatũ est ne scio quid per columbam, vt baptizato domino veniret columba, id est spiritussanctus in specie colũbæ, & maneret super eũ, cum in aduentu columbæ hoc cognosceret Ioannes, propriam quandam potestatem in domino ad baptizandum, quia per han c propriam potestatem, sicut dixi, pax Ecclesiæ firmata est. Et potest fieri vt habeat aliquis baptismum præter 13
colũbã: vt prosit ei baptismus, præter colũbã non potest. Intẽdat charitas vestra & intel- A
ligat qd' dico: nam & ista circunuentione sæpe seducunt fratres nostros, q pigri & frigidi sunt. Sim' simpliciores & feruẽtiores. Ecce, inquiũt, Ego accepi, an nõ accepi? Respõdeo, accepisti. Si ergo accepi', non est quod mihi des, 'securus sum, etiam testimonio tuo. Et ego quidem me dico accepisse, & tu me fateris accepisse, vtriusque lingua securum me facit. Quid ergo mihi promittis? Quare me vis catholicum facere, quando non mihi aliquid daturus es amplius, & me iam accepisse fateris quod te habere dicis? Ego autem quando dico, veni ad me, dico quia non habes tu, qui fateris quia habeo. Quare dicis, veni ad me? Docet nos columba. Respondet enim de capite domini, & dicit, Baptismum habes, charitatem autem qua ego gemo, non habes. Quid est, hoc, inquit, Baptisma habeo, charitatem non habeo? Sacramentum habeo, charitatem non? Noli clamare, ostende mihi quomodo habeat charitatem qui diuidit vnitatem. Ego, inquit, habeo baptis- 13
mum: Habes sed baptisma illud sine charitate nihil tibi prodest; quia sine charitate tũ B
nihil es: nam baptismus ille etiam in illo qui nihil est, non est nihil. Baptisma quippe illud aliquid est, & magnum aliquid est, propter illum de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Sed ne putares illud quod magnum est, tibi aliquid prodesse posse si non fueris in vnitate, super baptizatum columba descendit, tanquam dicẽs, Si baptismum habes, esto in columba, ne non tibi prosit quod habes. Veni ergo ad colũbam dicimus, non vt incipias habere quod non habebas, sed vt prodesse tibi incipiat qd' habes. Foris. n. habebas baptismum ad perniciem: intus si habueris, incipit prodesse ad salutem. Non. n. tantum

tibi non proderat baptisma, & non etiam oberat: Et sancta possunt obesse: in bonis. enim De conse.
sancta ad salutem insunt: in malis ad iudicium. Certe. n. fratres nouimus quid accipia- distinc. 2.
mus, & vtique sanctum est quod accipimus, & nemo dicit non est sanctum. Et quid ait ca. & san-
Apostolus? Qui autem manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: non cta.
13 ait quia illa res mala est, sed quia ille malus male accipiendo, ad iudicium accipit bonum 1. Cor. 11.
C quod accipit. Non enim mala erat buccella, quæ tradita est Iudæ à domino: Absit. Medi- Ioan. 13.
cus non daret venenum: salutem medicus dedit, sed indigne accipiendo ad perniciem ac cepit, quia non pacatus accepit. Sic ergo & qui baptizatur. Habeo, inquit, mihi. Fateor habes: obserua quod habes, eo ipso quod habes dãnaberis. Quare? Quia rem columbæ præter columbam habes. Si rẽ columbæ in columba habeas, securus habes. Puta te esse militarem: si characterem Imperatoris tui intus habeas, securus militas: si extra habeas, tunc non solum tibi ad militiam non prodest character ille, sed etiam pro desertore punieris. Veni ergo veni, & noli dicere, iã habeo, iã sufficit mihi. Veni, columba te vocat, gemendo te vocat. Fratres mei vobis dico, gemendo vocate, non rixãdo; vocate orando, vocate inuitando, vocate ieiunando: in charitate intelligant quia doletis illos. Nõ dubito fratres mei, quia si videant dolorem uestrum, confundentur & reuiuiscent. Veni ergo veni, noli timere: time si non venis: imò non time, sed plãge. Veni: gaudebis, si ueneris. Gemis qui
dem in tribulationibus peregrinationis, sed gaudebis in spe. Veni vbi est columba cui, Can. 16.
13 dictum est, Vna est columba mea, vna est matris suæ. Columbam vnam vides super ca-
D put Christi: linguas vides in toto orbe terrarum. Idem spiritus per columbam, idem & per linguas. Si per colũbam idem spiritus, & per linguas idem spiritussanctus per totum orbem terrarum datus est, à quo te præcidisti, vt clames cũ coruo, non vt gemas cum columba? Veni ergo. Sed solicitus es forte & dicis, Foris baptizatus sum, timeo ne inde sim reus, quia foris accepi, iã cœpisti cognoscere quid gemendum sit. Verum dicis, quia reus es non quia accepisti, sed quia foris accepisti. Tene ergo quod accepisti, emenda quod foris accepisti. Accepisti rem columbę, præter columbam accepisti. Duo sunt quæ audis, accepisti, & præter columbam accepisti. Quod accepisti, approbo: quia foris accepisti, improbo. Tene ergo quod accepisti: nõ mutatur, sed agnoscitur, character est regis mei, non ero sacrilegus: corrigo desertorẽ, non immuto characterem. Noli de baptismate gloriari, quia dico ipsum est. Ecce dico ipsum est, tota catholica dicit ipsum est: aduertit columba, & agnoscit & gemit, quia ip sum, foris habes: vide ibi quod agnoscat, videt ibi & quod corrigat. Ipsum est, veni. Gloriaris quia ipsum est, & non vis venire? Quid ergo ma
13 li qui non pertinent ad columbam ait, tibi columba, & mali inter quos gemo, & qui non
E pertinẽt ad membra mea, & necesse est vt inter illos gemã: nonne habent quod te habere gloriaris? nonne multi ebrioſi habent baptismum? nonne multi auari? nõnne multi idololatræ, & quod êst peius furtim? Nonne Pagani ad idola eunt, vel ibant publice? Nũc occulte Christiani sortilegos quærunt, mathematicos consulunt: & ibi habent baptismum, sed columba gemit inter coruos. Quid ergo gaudes quia habes? Hoc habes quod habet & malus. Habeto humilitatem, charitatem, pacem: habeto bonum quod nondum habes, vt prosit tibi bonum quod habes: nam quod habes, habuit & Simõ magus, Actus Apostolorum testes sunt, ille liber canonicus omni anno in Ecclesia recitandus. Anniuersaria solennitate post passionem domini nostris illum librum recitari: vbi scriptum est, quomodo conuersus sit Apostolus, & ex persecutore prædicator factus vbi etiã die pentecostes missus est spiritussanctus in linguis diuisis velut ignis. Ibi legimus multos credidisse in Samaria p prædicationẽ Philippi. Intelligitur autẽ siue vnus ex Apostolis, siue ex diaconis, quia septẽ ibi diacones legimus ordinatos, inter quos est etiã nomẽ
13 Philippi: per Philippi ergo prædicationẽ crediderunt Samaritæ. Samaria cœpit abunda-
F re fidelibus: ibi erat iste Simõ magus qui per magicas factiones suas demẽtauerat populum vt eũ virtutẽ dei putarent: comotus tñ signis quę à Philippo fiebant, etiã ipse credidit: sed qũo ipse crediderit, posteriora sequentia demonstrauerunt. Baptizatus est aũt & Simõ. Audierunt hoc Apostoli qui erãt in Hierusalẽ, & miſsi sunt ad illos Petrus & Ioan Acto. 8.
nes, & inuenerunt multos baptizatos. Et quia nullus ipsorũ adhuc acceperat spiritũ sanctum, sicut tunc descendebat ad ostendendã significationem gentiũ crediturarũ, vt linguis loquerentur, in quos descendebat spiritussanctus imposuerunt illis manus orantes pro eis, & acceperunt spiritumsanctum. Simon ille qui non erat in ecclesia columba, sed

Philip. 2. Act. 8. coruus, quia ea quæ sua sunt quærebat, non quæ Iesu Christi: vnde in Christianis potẽ tiam magis amauerat quàm iustitiam, vidit per impositionem manuum Apostolorum dari spiritum sanctum, non quia ipsi dabant, sed quia ipsis orantibus datus est, & ait Apostolis, Quid vultis a me accipere pecuniæ, vt & per impositionẽ manuum mearum detur spiritus sanctus? Et ait illi Petrus, Pecunia tua tecũ sit in perditionem, quoniã donũ dei putasti pecunia comparandum. Cui dicit, Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ, vtique ba-
baptizate. Iam baptisma habebat, sed columbæ visceribus non hærebat. Audi quia non 13
hærebat: verba ipsa Petri Apostoli aduerte, sequitur enim. Non est tibi pars neque sors in G
hac fide. In felle enim amaritudinis video te esse. Columba fel non habet, Simon habebat, ideo separatus erat à columbæ visceribus. Baptisma illi quid proderat? Noli ergo de baptismate gloriari, quasi ex ipso salus tibi sufficiat. Noli irasci, depone fel, veni ad columbam. Hic tibi proderit, quod foris non solum non proderat, sed etiam oberat. Neque dicas, non venio quia foris sum baptizatus. Ecce incipe habere charitatem, incipe habere fructum, inueniatur in te fructus, mittat te columba intrò. Gene. 6. In uenimus hoc in scriptura, Imputribilibus lignis arca fuerat fabricata. Imputribilia ligna sancti sunt fideles pertinentes ad Christum. Quomodo enim in templo lapides viui de quibus ædificatur templum homines fideles dicti sunt: sic ligna imputribilia homines perseuerantes in fide. In ipsa ergo arca ligna imputribilia erant. Arca enim Ecclesia est, ibi baptizat columba illa. Arca enim illa in aqua ferebatur: ligna imputribilia intus, baptizata sunt. Inuenimus quædam ligna foris baptizata, omnes arbores quæ erant in mundo. Ipsa tamen aqua erat, non erat altera: omnis de cœlo venerat, & de abyssis Gene. 8. 13
fontiũ. Ipsa erat aqua in qua baptizata sunt ligna imputribilia, q̃ erant in arca, in qua ba H
ptizata sunt ligna foris. Missa est columba, & primum non inuenit requiem pedibus suis, rediit in arcam: plena enim erant aquis omnia, & maluit redire quam rebaptizari. Coruus autem ille emissus est antequã siccaretur aqua, rebaptizatus redire noluit, mortuus est in his aquis. Auertat deus corui illius mortem: nam quare non est reuersus, nisi quia aquis interceptus est? At vero columba non inueniens requiem pedibus suis, cum ei vndique clamaret aqua, veni, veni, hic tingere: quo clamãt isti hæretici, veni, veni, hic habes non inueniens illa requiem pedibus suis, reuersa est ad arcam. Emisit illam Noe iterũ, sicut vos mittit arca vt loquamini illis. Et quid fecit postea columba? Quia erant ligna foris baptizata, reportauit ad arcam ramum de oliua. Ramus ille & folia & fructũ habebat. Non sint in te sola verba, non sint in te sola folia, sit fructus, & redis ad arcam, non per teipsum, columba te reuocat. Gemite foris, vt illos intrò reuocetis. Etenim fructus iste oliuæ si discutiatur, inuenies quid erat. Oliuæ fructus, charitatem significat. 13
Vnde hoc probamus? Quomodo enim oleum à nullo humore premitur, sed diruptis om I
nibus exilit & supereminet: sic & charitas non potest premi in ima, necesse est vt ad supna emineat. Propterea de illa dicit Apostolus, Adhuc supereminentiorem viam vobis demõstro. Quia diximus de oleo quia supereminet, ne forte nõ de charitate dixerit Apostolus, supereminentiorẽ viã vobis demostro, audiamus quid sequitur, Si linguis homi- 1. Cor. 12. 1. Cor. 13.
nũ loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus tanquã æramentũ sonans, aut cymbalum tinniens. I nunc Donate, & clama, disertus sum: Inũc & clama doctus sum. Quantũ disertus, quãtũ doctus? Nũquid linguis angelorũ locuturus es? Et tũ si linguis angelorũ loquereris, charitatẽ non habens, audirẽ æra sonãtia & cymbala tinniẽtia. Soliditatẽ aliquã q̃ro, fructũ in foliis inueniã: non sint sola verba, habeant oliuã, redeant ad arcam. Sed, inquies, habeo sacramentum. Verum dicis, sacramentum diuinum est, habes baptisma, & ego confiteor. Sed quid dicit idem Apostolus? Si sciero omnia sacramenta, & habuero prophetiam & omnem fidem, ita vt montes transferam: ne 13
Iacobi. 2. forte & hoc diceres, Credidi, sufficit mihi. Sed quid dicit Iacobus? Et dæmones credunt K
& contremiscunt. Magna est fides. sed nihil prodest si non habeat charitatem. Confitebantur & dæmones Christum credendo, sed non diligendo: dicebant, Quid nobis & tibi fili dei? Fidem habebat charitatem non habebant, ideo dæmones erant. Noli de Marci. 1. fide gloriari, adhuc dæmonibus comparandus es: noli dicere Christo domino, mihi & tibi quid est? Vnitas enim Christi tibi loquitur, Veni cognosce pacem redi ad viscera columbæ. Foris baptizatus es, habeto fructum, & redi ad arcam, Et tu. Quid

nos quæritis si mali sumus? Vt boni sitis. Ideo vos quærimus, quia mali estis: nam si mali non essetis, inuenissemus vos, nõ vos quæreremus. Qui bonus est, iam inuentus est: q malus est, adhuc quæritur: ideo vos quærimus, redite ad arcã. Sed iam habeo baptismũ. Si omnia sacramenta sciero, & habuero prophetiam & omnem fidem, ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Fructum ibi videam, oliuam ibi vide-
13 am: & reuocaris ad arcam. Sed quid ais? Ecce nos multa mala patimur: hæc si pro Chri-
L sto pateremini, non pro honoribus vestris. Audite quid sequitur. Iactãt se enim aliquando, quia eleemosynas multas faciunt, dant pauperibus, quia patiuntur molestias, sed p Donato non pro Christo. Vide quomodo patiaris: nam si pro Donato pateris, pro super Matt. 22. bo pateris. Non es columba, si pro Donato pateris: non erat ille amicus sponsi: nã si amicus esset sponsi, gloriam sponsi quæreret, non suam. Vide amicum sponsi dicentem. Hic est qui baptizat. Ille non erat amicus sponsi, pro quo pateris: Non habes vestem nuptialem: & si ad conuiuium venisti, foras habens mitti. Imò quia foras missus es, ideo miser 1. Cor. 13.
es: redi aliquando & noli gloriari. Audi quid dicat Apostolus, Si distribuero omnia mea pauperibus & tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aũtem non habeam, nihil sum. Ecce quod non habes, Si tradidero, inquit, corpus meum vt ardeam, & vtique p nomine Christi: sed quia sunt multi qui iactanter illud faciunt, nõ cum charitate: ideo si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi pro-
13 dest. Charitate fecerunt martyres illi, qui in tempore persecutionis pasi sunt, charita-
M te fecerunt: isti autem de tumore & de superbia faciunt, nam cum persecutor desit, seipsos præcipitant. Veni ergo vt habeas charitatẽ, sed nos habemus martyres. Quos martyres? Non sunt columbæ, ideo volare conati sunt, & de petra ceciderunt. Omnia ergo fratres mei videtis, quia clamant aduersus illos omnes paginæ diuinæ, omnis prophetia, totum Euangelium, omnes Apostolicæ literæ, omnis gemitus columbæ, & nondum euigilant, nondum expergiscuntur. Sed si columba sumus, gemamus toleremus, speremus: aderit misericordia dei, vt efferueat ignis spiritus sancti in simplicitate vestra, & venient, Non est desperandum, orate, prædicate, diligite, prorsus potens est dominus: iam cœperunt cognoscere frontẽ suam: multi cognouerunt, multi erubuerunt: aderit Christus, vt cognoscant & cæteri. Et certe fratres mei vel palea sola ibi remaneat, omnia grana colligentur: quicquid tibi fructificauit, redeat ad arcam per columbam. Modo desicientes vbiq;, quid nobis proponunt? non inuenientes quid dicant? Villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt, proferunt testamenta hominum. Ecce vbi Gaius eis do
14 nauit fundum Ecclesiæ, cui præerat Faustinus. Cuius Episcopus erat Faustinus? Eccle-
A siæ. Quid est Ecclesiæ? Ecclesiæ dixi, cui præerat Faustinus, sed non Ecclesiæ præerat Faustinus, sed parti præerat. Columba autem Ecclesia est. Quid clamas? Non deuorabimus villas, columba illas habeat. Quæratur quæ sit columba, & ipsa habeat: nam nostis fratres mei, quia villæ istæ non sunt Augu. Et si vos non nostis, & putatis me gaudere in possessione villarum, deus nouit: ipse scit, quid ego de illis villis sentiam, vel quid ibi sufferam. Nouit gemitus meos, si mihi aliqui de columba impertiri dignatus est. Ecce sunt villæ. Quo iure defendis villas? diuino an humano? Respondeant, Diuinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Vnde quisq; possidet quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure diuino, domini est terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites deus de vno limo fecit, & pauperes & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicit, Hæc villa mea est, hæc domus mea, hic seruus meus est. Iure ergo humano, iure Imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores & reges secu- Psal. 23.
li deus distribuit generi humano, Vultis legamus leges Imperatorum, & secũdum ipsas
14 agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges Imperatorum, videa-
B mus si aliquid voluerint ab hæreticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? Secundũ ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est? Si autem vt teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt regum: vultis recitemus leges, vt gaudeatis, quia vel vnum [horum habeatis, & non imputetis nisi mansuetudini columbæ, quia vel ibi vobis permittitur permanere? Leguntur enim leges manifestæ, vbi præceperunt Imperatores, eos qui præter Ecclesiæ catholicæ communionem vsurpant sibi nomen Christia- [alias hor
num, nec volunt in pace colere pacis authorem, nihil nomine Ecclesiæ audeant possi- tum.

dere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur: & tamen Apostolus voluit seruiri regibus, voluit honorari reges & dixit, Reges reuerimini. Nolite di-
1. Petri. 2. cere, quid mihi & regi? Quid tibi ergo & possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi & regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura humana renunciasti quibus possidentur possessiones. Sed de diuino iure ago, ait. Ergo Euangelium recitemus. Videamus quousq; Ecclesia catholica Christi est, super quam
venit columba, quæ docuit, Hic est qui baptizat: quomodo ergo iure diuino possideat, qui dicit, Ego baptizo: cum dicat columba. Hic est qui baptizat: cum dicat scriptura.
Cant. 6. Vna est columba mea, vna est matris suæ? Quare laniastis columbam? Imo laniastis viscera vestra, nam vobis laniastis, columba integra perseuerat. Ergo fratres mei, si vbiq; non habent quod dicant, ego dico vobis quid faciant, veniãt ad catholicam, & nobiscũ habebunt non solum terram, sed etiam illum qui fecit cœlum & terram.

Ab eo quod scriptum est, Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius, dei: vsq; ad id quod scriptum est, Amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Tractatus. VII.

COngaudeamus frequentiæ vestræ, quia vltra quàm sperare potuimus, alacriter cõueniistis. Hoc est ergo quod nos lætificat & consolatur in omnibus laboribus & periculis vitę huius, amor vester in deum, & pium studium, & certa spes, & feruor spiritus.
Psal. 87. Audistis cum Psalmus legeretur, quia inops & pauper clamat ad deum in hoc seculo. Vox enim est, vt sæpius audistis, & meminisse debetis, non huius hominis, & tamẽ vnius hominis. Non vnius, quia fideles multi, multa grana inter paleas gementia, diffusa toto orbe terrarum. Vnius autem, quia membra christi omnes, ac per hoc vnum corpus. Iste ergo vnus populus inops & pauper, non nouit gaudere de seculo, & dolor eius intus est, & gaudium eius intus est, vbi non videt nisi ille qui exaudit gementem, & coronat sperantem. Lætitia seculi vanitas, cum magna expectatione speratur vt veniat, & non potest teneri cum venerit. Iste enim dies qui lætus est perditis hodie in ista ciuitate, cras vtiq; non erit, nec idem ipsi cras hoc erunt quod hodie sunt. Et transeunt omnia, & èuo-
Esai. 40. lant omnia, & sicut fumus vanescunt. Et væ q amant talia: Omnis. n. anima sequitur qd amat. Omnis caro fœnũ, & omnis honor carnis quasi flos fœni. Fœnũ aruit, flos decidit: verbum aũt domini manet in æternũ. Ecce quod ames, si vis manere in æternũ. Sed dicere habebas, Vnde possum apprehẽdere verbũ dei? Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Quapropter fratres charissimi, ad inopiam nostram & paupertatem nostram pertineat, & quod illos dolemus qui sibi abundare videntur: gaudium. n. ipsorũ quasi phreneticorũ est. Quomõ aũt phreneticus gaudet in insania, plerunq; & ridet, & plangit illũ qui sanus est: sic & nos fratres charissimi, si recepimus medicinã de cœlo venientẽ: qa & nos omnes phrenetici eramus, tanquam salui facti, qui ea quæ diligebamus non diligimus, gemimus ad deum de iis qui adhuc insaniunt: potens est. n. vt & ipsos saluos faciat, & opus est vt respiciant se, & displiceant sibi. Spectari volunt, & spectari se non nouerunt: nã si aliquantũ oculos ad se conuertant, vident cõfusionẽ suã. Quod donec fiat, alia sint studia nostra, alia sint aduocamenta animæ nostræ. Plus valet dolor noster quã gaudium illorum. Quantum pertinet ad numerum fratrum, difficile est vt quisquã ex illa celebritate raptus fuerit ex viris: quantum autem ad sororum numerum, contristat nos: & hoc magis dolendum est, qui non ipsæ potius ad Ecclesiam currunt, quas debuit si non timor, certe verecundia de publico reuocare. Viderit hoc qui videt, & aderit misericordia eius, vt saluet omnes. Nos autem qui conuenimus, pascamur epulis dei, & sit gaudium nostrum sermo ipsius. Inuitauit enim nos ad Euangelium suum, & ipse cibus noster est, quo nihil dulcius, sed siquis habeat palatum sanum in corde. Bene autem arbitror meminisse charitatem vestram hoc Euangelium lectionibus congruis ex ordine recitari: & puto vobis non excidisse quæ iam tractata sunt, maxime recentiora de Ioan. & de columba. De Ioanne scilicet quid nouum didicerit in domino per columbam, qui iam nouerat dominum. Et hoc inuentum est inspirante spiritu dei, quid iam quidem Ioan. nouerat in domino: sed quòd ipse dominus ita esset baptizaturus, vt baptizãdi potestatem à se in neminem transfunderet, hoc didicit per columbam, quia dictum ei erat, Super quem videris spiritum descendentem velut columbam, & mãnentem super

eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Quid est, hic est? Non est alius, etsi per alium. Quare autem per columbam? Multa dicta sunt, nec possum, nec opus est omnia retexere, præcipue tamen propter pacem, quia & ligna quæ baptizata sunt foris, quia fructum in eis inuenit columba, ad arcam attulit: sicut meministis columbam emissam à Noe de arca, quæ diluuio natabat & baptismo abluebatur, non mergebatur. Cum ergo esset Gen. 8.
emissa, attulit ramum oliuæ: sed non sola folia habebat, habebat & fructum. Itaque
14 hoc optandum est fratribus nostris qui foris baptizantur, vt habeant fructum, non
G illos sinet columba foris, nisi ad arcam reduxerit. Fructus autem est totus charitas, sine qua nihil est homo, quicquid aliud habuerit. Et hoc vberrime ab Apostolo dictum 1. Cor. 13.
commemorauimus & recẽsuimus. Ait enim. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æramentum sonans aut cymbalũ tinniens. Et si habuero omnem scientiam, & sciam omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam, & habuero omnem fidem: fidem aũt quomodo dixit omnẽ? vt montes trãsferam, charitatẽ aũt non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Nullo modo autem possunt dicere se habere charitatem, qui diuidunt vnitatẽ. Hęc dicta sunt, sequentia videamus. Perhibuit Ioan. testimonium. Quia vidit. Quale testimoniũ perhibuit? Quia ipse est filius dei. Oportebat. n. vt ille baptizaret, qui est filius
14 dei vnicus, non adoptatus. Adoptati filii, ministri sunt vnici. Vnicus habet potestatem,
H adoptati ministerium. Licet baptizet minister non pertinens ad numerum filiorũ, quia
male viuit & male agit, quid nos consolatur? Hic est qui baptizat. Altera die iterũ stabat Matt. 10.
Ioan. & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus dei.) Matt. 5.
Vtiq; singulariter iste agnus, nam & discipuli dicti sunt agni, Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. Dicti sunt & ipsi lumen, Vos estis lumen mundi. Sed aliter ille de quo dictum est, Erat lumen verũ, quod illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum. Sic & agnus singulariter, solus sine macula, sine peccato: nõ cuius maculę absterse sint, sed cuius macula nulla fuerit. Quid. n. qa dicebat Ioã. de domino, Ecce agnus dei? Ipse Ioan. non erat agnus? Non erat vir sanctus? Non erat amicus sponsi? Ergo singulariter ille, hic est agnus dei: quia singulariter huius agni sanguine solo, homines redimi potuerunt. Fratres mei, si agnoscimus precium nostrũ quia sanguis est agni, qui sunt illi qui hodie celebrant festiuitatem sanguinis, nescio cuius mulieris? Et quàm ingrati sunt? Raptum est aurũ, dicunt de aure mulieris, & cucurrit sanguis, & politũ est au-
14 rum in trutina vel in statera, & præponderauit multum de sanguine. Si pondus ad incli-
I nandum aurũ habuit sanguis mulieris, quale pondus habet ad inclinandũ mundũ sanguis agni, per quem factus est mundus? Et quidem ille spiritus, nescio quis, vt premeret pondus placatus est sanguine. Immundi spiritus nouerant venturum Iesum Christũ, audierant ab angelis, audierant ex Prophetis, & sperabant eum venturũ. Nã si nõ spera-
bant, vnde clamauerũt, Quid nobis & tibi est? Venisti ante tempus perdere nos? scimus Marci. 1.
quia sis sanctus dei. Venturũ sciebant, sed tempus ignorabant. Sed quid audistis in psal-
mo de Hierusalem? Quoniam beneplacitum habuerunt serui tui in lapides eius, & pul- Psal. 101.
ueris eius miserebuntur. Tu exurgens, inquit, misereberis Sion, quoniam venit tempus
vt miserearis eius. Quando venit tempus vt miseretur deus? Venit agnus. Qualis agnus 1. Petri. 5.
est? Quem lupi timent. Qualis agnus est? Qui leonem occisus occidit. Dictus est enim diabolus leo circumiens & rugiens, quærens quem deuoret: sanguine agni victus est leo, ecce spectacula Christianorum. Et quid est amplius? Illi oculis carnis vident vanitatem, nos cordis oculis veritatem. Ne putetis fratres, quod sine spectaculis nos dimisit do-
14 minus deus noster: nam si nulla sunt spectacula, cur hodie conueniistis? Ecce quod dixi-
K mus, vidistis & exclamastis: non exclamaretis nisi vidissetis. Et magnum est hoc spectare per totum orbem terrarum, victum leonem sanguine agni, eductа de dentib. leonum membra Christi, & adiuncta corpori Christi. Ergo nescio quid simile imitatus est quidam spiritus, vt sanguine simulachrum suum emi vellet, quia nouerat præcioso sanguine quandocunq; redimendum esse genus humanum. Fingunt. n. spiritus mali vmbras quasdam honoris sibimetipsis, vt sic decipiant eos qui sequuntur Christum. Vsque adeo fratres mei, vt illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per pcãtationes, p machinameta inimici, miscеant præcantationibus suis nomen Christi: quia iam non possunt seducere

Christianos, vt dent venenum, addunt mellis aliquantum, vt per id quòd dulce est, latet
at quod amarum est, & bibatur ad perniciem: vsqueadeo vt ego nouerim aliquo tem-
†[aliâs pi-leari. pore illius palleati†[sacerdotem solere dicere, & ipse palleatus†[Christianus est. Vt qd
hoc fratres, nisi quia aliter non possunt seduci Christiani? Ne quæratis ergo alibi Chri-
†[aliâs pi-leatus. stum, quã vbi se vobis voluit prædicari Christus. Et quomodo vobis voluit prædicari,
sic illum tenete, sic in cordibus vestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus, & ad
uersus omnes insidias inimici. Nolite timere, nec tentat ille nisi permissus fuerit: constat
illum nihil facere, nisi permissus fuerit aut missus. Mittitur tanquàm angelus malus à
potestate dominante: permittitur quando aliquid petit: & hoc fratres non fit, nisi vt p- 14
bętur iusti, puniantur iniusti. Quid ergo times? Ambula in domino deo tuo, certus esto, L
quod te non vult pati, non pateris: quod te permiserit pati, flagellum corrigentis est, nõ
pœna damnantis. Ad hæreditatem sempiternã erudimur, & flagellari dedignamur? Fra-
tres mei, si recusaret quisquam puer colaphis aut flagellis cædi à patre suo, quomodo di
ceretur superbus, desperatus, ingratus paternę disciplinæ? Et vt quid erudit pater homo
filiũ hominẽ, vt possit nõ perdere temporalia, quæ illi acquisiuit, quæ illi collegit, quæ
non vult eum perderę, quæ ipse qui relinquit, nõ potuit in sempiternũ tenere: nõ docet
filiũ cũ quo possideat, sed qui post eũ possideat. Fratres mei, si filium docet pater succes
sorem, & quẽ docet & ipsum similiter per omnia transiturũ, quà & ille qui monebat tran
siturus est: quomodo vultis erudiat nos pater noster, cui non successuri, sed ad quem
accessuri sumus, & cum quo in æternũ mãsuri in hæreditate, quæ nõ marcescit, nec mo
ritur, nec grandinẽ nouit? Et ipse hæreditas & ipse pater est: hũc possidebimus, & erudiri 14
nõ debemus? Sufferamus ergo eruditionẽ patris, nõ, qñ nobis dolet caput, curramus ad M
præcãtatores, ad sortilegos, & remedia vanitatis. Fratres mei, nõ vos plãgã, quotidie inue
nio ista, & quid faciã? Nondũ persuadeo Christianis in Christo spem esse ponendã? Ecce
sicut factum est remedium, moriatur. Quam multi enim cum remediis mortui sunt, &
quàm multi sine remediis vixerunt. Qua fronte exiit anima ad deum? Perdidit signum
Christi, accepit signum diaboli. An forte dicet, non perdidi signum Christi? Ergo signũ
Christi cum signo diaboli habuisti. Non vult Christus communionem, sed solus vult
Eccle.2. possidere quod emit. Tanti emit vt solus possideat, tu facis ei consortem diabolum, cui
te per peccatũ vendideras. Væ duplici corde, qui in corde suo partem faciunt deo, partẽ
faciunt diabolo. Iratus deus, quia sit tibi pars diabolo, discedit, & totũ diabolus possi-
Ephe.4. bit. Non frustra itaq; Apostolus dicit, Neq; detis locũ diabolo. Cognoscamus ergo agnũ
fratres, cognoscamus precium nostrũ. Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo.) Ecce 15
duo de discipulis Ioannis, quia talis erat Ioannes amicus sponsi, nõ quærebat gloriam A
suã, sed testimonium perhibeat veritati: nunquid voluit apud se remanere discipulos
suos, vt non sequerentur dominum? Magis ipse ostendit discipulis suis quem sequeren-
tur: habebant. n. illum tanquam agnum, & ille, Quid me attenditis? Ego nõ sum agnus?
Ecce agnus dei. De quo & superius dixerat, Ecce agnus dei. Et quid nobis prodest agnus
dei? Ecce ait, qui tollit peccata mundi: secuti sunt illum hoc audito duo qui erant cum
Ioanne. Videamus sequentia, Ecce agnus dei, hoc Ioannes. Et audierunt eum duo disci
puli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes
se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt, Rabbi, quod dicitur interpretatum magister,
vbi habitas? Non sic illum sequebantur, quasi iam inhærerent illi: nam manifestum est
quando illi inhæserunt, quia de naui eos vocauit. In his. n duobus erat Andreas, sicut
modo audistis. Andreas autem frater Petri erat. Et nouimus in Euangelio quòd Petrũ
& Andream dominus de naui vocauit, dicens, Venite post me, & faciam vos piscatores
hominum. Et ex illo iam inhæserunt illi vt non recederent. Modo ergo quòd illum se-
quuntur isti duo, non quasi non recessuri sequuntur, sed videre voluerunt vbi habita-
Eccle.6. ret, & facere quod scriptum est, Limen ostiorum eius exterat pes tuus, surge ad illum 15
venire assidue & erudire præceptis eius. Ostendit eis ille vbi maneret, & venerũt & fue B
runt cum illo. Quam beatum diem duxerunt, quàm beatam noctem. Quis est qui no-
bis dicat quæ audierint illi à domino? Aedificemus nosmetipsi in corde nostro, & facia-
mus domum quò veniat ille & doceat nos, colloquatur nobis. Quid quæritis? Dixe-
runt ei, Rabbi, quod interpretatum dicitur magister, vbi habitas? Dicit eis: Venite &
videte. Et venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora

autem erat quasi decima.) Nihil ne arbitramur pertinuisse ad Euangelistam, dicere no-
bis quota hora erat? Potest fieri vt nihil ibi nos animaduertere, nihil quærere voluerit?
Decima erat hora. Numeris iste legem significat, quia in decem præceptis data est lex.
Venerat autem tempus, vt impleretur lex per dilectionem, quia à Iudæis nõ poterat im
pleri per timorem. Vnde dominus dicit, Non veni soluere legem, sed implere. Merito Matth.5.
ergo decima hora eum secuti sunt ad testimonium amici sponsi duo isti: & decima hora 15
audiuit, Rabbi, quid interpretatur magister. Si decima hora Rabbi dominus audiuit, & C
decimus numerus ad legem pertinet, magister legis non est nisi dator legis, quia filius
dei dedit legem: nemo dicat quia alius dedit legem, & alius docet legem. Ipse illam docet
qui illam dedit: ipse est magister legis suæ, & docet illam. Et misericordia est in lingua
ipsius, ideo misericorditer docet legem, sicut dictum est de sapientia, Legem autem &
misericordiam in lingua portat. Noli timere, ne implere in legem non possis, fuge ad
misericordiam. Si multum est ad te legem implere, vtere pacto illo & chirographo,
vtere precibus quas tibi constituit & composuit iurisperitus cœlestis: qui enim habent
causam & volunt supplicare Imperatori, quærunt aliquem scholasticum iurisperitũ,
à quo sibi præces componantur, ne forte aliter petierint quàm oportet, non solum
non impetrent quod petunt, sed pœnam pro beneficio consequantur. Cum ergo que-
rerent supplicare Apostoli, & non inuenirent quomodo adirent Imperatorem deum,
15 dixerunt Christo, Domine, doce nos orare: hoc est, iurisperite noster, assessor Dei, Luc.11.
D imò confessor, compone nobis preces. Et docuit dominus de libro iuris cœlestis, do-
cuit quomodo orarent, & in ipso quod docuit, posuit quandam conditionem, Dimit-
te nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Si non secundum le-
gem petieris, reus eris. Contremiscis Imperatorem factus reus, offer sacrificium hu-
militatis, offer sacrificium misericordiæ dic in precibus, Dimitte mihi, quoniam & ego
dimitto: sed si dicis, fac. Quid enim facturus es, quò iturus es, si mentitus fueris in pre-
cibus? Non quomodo dicitur in foro, carebis beneficio rescripti, sed nec rescriptum
impetrabis. Iuris enim forensis est, vt qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit
quod impetrauit. Sed hoc inter homines, quia potest falli homo: potuit falli Impe-
rator, quando preces misisti: dixisti enim quod voluisti, & cui dixisti, nescit an verũ
sit: dimisit te aduersario tuo conuincendum, vt si ante iudicẽ conuictus fueris de men
15 dacio, quia non potuit ille nisi prestare, nesciens an fueris mentitus, ibi carebis ipso
E beneficio rescripti, quò perduxisti rescriptum. Deus autem quia nouit vtrum men-
tiaris, an verum dicas, non facit vt in iudicio tibi non prosit, sed nec impetrare te per-
mittit, quia ausus es mentiri veritati. Quid ergo facturus es? dic mihi. Implere le-
gem ex omni parte, ita vt in nullo offendas, difficile est. Reatus ergo certus est, remedio
vti non vis? Ecce fratres mei, quale remedium posuit deus contra ægritudines animę.
Quid ergo? Cum caput tibi dolet, laudamus si Euangelium ad caput tibi posueris, &
non ad ligaturam cucurreris. Ad hoc enim perducta est infirmitas hominum, & ita plan
gendi sunt homines, qui currunt ad ligaturas, vt gaudeamus quando videmus hominẽ
in lectulo suo constitutum, iactari febribus & doloribus, nec alicubi spem posuisse, nisi
vt sibi Euangelium ad caput poneret, non quia ad hoc factum est, sed quia prælatum
est Euangelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, vt quiescat dolor capitis, ad cor
non ponitur vt sanetur à peccatis? Fiat ergo. Quid fiat? Ponatur ad cor, sanetur
15 cor, bonum est. Bonum est vt de salute corporis non satagas, nisi vt à Deo il-
F lam petas. Si scit tibi prodesse, dabit illam tibi: si non tibi dederit, non tibi pro-
derit habere illam. Quam multi ægrotant in lecto innocentes, & si sani fuerint,
procedunt ad scelera committenda, Quam multis obest sanitas? Latro qui procedit ad
faucem occidere hominem, quanto melius illi erat vt ægrotaret? Qui nocte surgit
ad effodiendum parietem alienum, quanto illi melius si febribus iactaretur? inno-
centius ægrotaret, scelerate sanus est. Nouit ergo deus quid nobis expediat, id aga-
mus tantum vt cor nostrum sanum sit à peccatis. Et quando forte flagellamur in
corpore, ipsum deprecemur. Rogauit eum Paulus Apostolus, vt auferret ab eo sti-
mulum carnis, & noluit auferre: nunquid perturbatus est, & nunquid contrista- 2.Cor.12.
tus dixit se desertum? Magis se dixit non desertũ, quia nõ ablatum est quod volebat au-
ferri, vt illa infirmitas sanaretur: hoc n. inuenit in voce medici, Sufficit tibi gratia mea

nam virtus in infirmitate perficitur. Vnde ergo scisti quod non vult te sanare deus, adhuc tibi expedit flagellari? Vnde scis quàm putre est quod secat medicus, agens ferrum per putrida? Nonne nouit modũ quid faciat, quousque faciat? Nũquid vlulatus eius qui secatur, retrahit manus medici artificiose secantis? Ille clamat, ille secat. Crudelis qui nõ audit clamantem, an potius misericors, quia vulnus persequitur vt sanet ægrotum? Hęc fratres mei ideo dixi, ne quis quærat aliquid præter auxilium dei. Quãdo forte in aliqua correptione domini sumus, videte ne pereatis, uidete ne ab agno recedatis, & à leone deuoremini. Diximus ergo quare hora decima, sequentia videamus. Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus de duobus qui audierant ab Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit 15
hic Simonem fratrem suum, & dicit ei, Inuenimus Mesiam, quod est interpretatũ Chri- G
stus.) Mesias Hebraicè, Latine vnctus, Græce Christus est: ab vnctione.n. dicitur Xps.
Chrisma vnctio est Græce, ergo xps vnctus. Ille singulariter vnctus, pcipue vnctus vnde
Psal.44. omnes xpiani vnguntur. Ille præcipue, qũo in Psalmo dicit, audi, Propterea vnxit te
deus deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Participes enim eius omnes san
cti: sed ille singulariter sanctus sanctorum, singulariter Christus singulariter vnctus. Et
† alias ad- duxit † eum ad Iesum.) Andreas fratrem suum Simonem. Intuitus autem eum Iesus, di
duxit. xit, Tu es Simon filius Ioannis, † tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.) Non
† alias magnum, quia dominus dixit, cuius filius esset iste. Quid magnum domino? Omnia no
Ioanna. mina sanctorum suorum sciebat, quos ante constitutionem mundi prędestinauit: & mi
raris, quia dixit, vni homini, tu es filius illius, & tu vocaberis illud? Magnum, quia muta
uit ei nomẽ, & fecit de Simone Petrum. Petrus autem â petra, petra verò Ecclesia. Ergo
Matt.7. in Petri noie figurata est Ecclesia. Et quis securus, nisi qui ędificat supra petram? Et quid 15
ait ipse dominus? Qui audit verba mea hæc & facit ea, similabo eum viro prudenti ædifi H
canti supra petram, non cedit tentationibus: descendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petrã. Qui audit verba mea, & non facit ea, iã vnusquisq; nostrum timeat & caueat, similabo eum viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna. Quid prodest quia intrat Ecclesiam, qui vult super arenam ędificare? Audiendo.n. & non faciendo, ædificat quidem, sed super arenam. Si enim nihil audit, nihil ædificat: si audit, ædificat. Si quærimus, vbi? si enim audit & facit, supra petram: si audit & non facit, super arenam. Duo sunt genera ædificantiũ, aut supra petram, aut supra are nam. Quid ergo illi qui non audiunt? Securi sunt. Securos eos dicis, quia nihil ædificãt. Nudi sunt sub pluuia, ante ventos, sanè flumina cũ venerint ista, ante illos tollũt, quàm 15
domus deiiciãt. Ergo vana est securitas, & ædificare, & supra petram non ædificare. Si au I
dire vis & non facere, ædificas, sed ruinam ædificas: cum autem venerit tentatio, deiicit domum, & cum ipsa ruina tua te tollet. Si autem non audis, nudus es, & illis tentationibus tu ipse retraheris. Audi ergo & fac. Vnum est remedium. Quanti forte hodie audiẽdo & non faciendo rapti sunt fluuio celebritatis huius? Audiendo enim & non faciendo, venit fluuius ipsa celebritas anniuersaria, impletus est torrens, transiturus est & siccatu rus: sed vę illi quem tulerit. Illud vero nouerit charitas vestra, quia nisi quis & audiat & faciat, non ędificat supra petram, & non pertinet ad nomen tam magnum, quod sic commendauit dominus. Intentum enim te fecit: nam si hoc ante Petrus vocaretur, non ita videres mysterium petræ, & putares casu eum sic vocari, non prouidentia dei. Ideo voluit eum aliud prius vocari, vt ex ipsa commutatione nominis, sacramenti vtuacitas cõmendaretur. Et in crastinum voluit dominus Iesus exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Dicit ei, Sequere me. Erat autem de ciuitate Andreæ & Petri. Et inuenit Philippus Nathanaelem,)iam vocatus à domino. Et dixit ei, Quem scripsit Moyses in lege & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph.) Eius filius dicebatur, cui desponsata erat mater eius. Nam quod ea intacta conceptus & natus sit, bene nouerunt omnes Christiani ex Euangelio. Hoc Philippus dixit Nathanaeli, addidit & locum, A Nazareth. Et dixit 15
ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse.) Quid intelligitur fratres? non quo- K
modo aliqui pronunciant: nam & sic solet pronunciari, A Nazareth potest aliquid boni esse? Sequitur.n. vox Philippi: Et dixit, Veni & vide.) Ambas autem pronunciationes po test ista vox sequi, siue sic pronuncies tanquam confirmans, â Nazareth potest aliquid

boni esse. & ille, Veni & vide. siue sic dubitans, & totum interrogans, â Nazareth potest aliquid boni esse? Veni & vide. Cum ergo siue illo modo, siue isto pronuncietur, non repugnant verba sequentia: nostrum est quærere quid potius intelligamus in his verbis: qualis fuerit Nathanael iste, in sequentibus probamus. Audite qualis fuerit, dominus ipse perhibet testimonium. Magnus dominus cognitus est testimonio Ioan. beatus Nathanael cognitus testimonio veritatis: quia dominus etsi testimonio Ioan. non commendaretur, ipse sibi perhibuit testimonium, quia sufficit sibi ad testimoniũ suum veritas: sed quia veritatem: non poterant capere homines, per lucernam quærebant veritatem, & ideo Ioan. per quem dominus ostenderetur missus est. Audi dominum Nathanaeli testimonium perhibentem: Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei Philippus, Veni & vide. Et vidit Iesus Nathanaelem venientem ad se, & dicit de eo,
15 Ecce vere Israelita, in quo dolus nõ est.) Magnum testimonium: hoc nec Andreæ dictũ,
L nec Petro dictum, nec Philippo, quod dictum est de Nathanaele, Ecce veræ Israelita, in quo dolus non est. Quid ergo facimus fratres? Deberet iste primus esse in Apostolis, & non solum primus non inuenitur in Apostolis, sed nec medius nec vltimus inter duodecim Nathanael, cui tantum testimonium perhibuit filius dei, dicens, Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Quæritur causa, quantum dominus intimat, probabiliter inueni mus. Intelligere enim debemus ipsum Nathanaelem eruditum & peritum legis fuisse: ppterea noluit illum dominus inter discipulos ponere, quia idiotas elegit, vnde confunde
ret mundum: audi Apostolum dicentem ita, Videte, inquit, vocationem vestram fratres, 1.Cor.1.
quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sed infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia ele
git deus: & ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, vt ea quę sunt, euacuentur. Si doctus
15 eligeretur, fortasse ideo se diceret electum, quia doctrina eius meruit eligi: dominus no-
M ster Iesus Christus volens superborum frangere ceruices, non quæsiuit per oratorem pi scatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorẽ Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator, per quem postea crederet non solum orator, sed & Imperator. Nullus nobilis primo electus est, nullus doctus, quia infirma mundi elegit deus, vt confunderet fortia. Erat autem iste magnus & sine dolo, hoc solo non electus, ne cuiquam videretur dominus doctos elegisse: & ex ipsa doctrina legis veniebat, quod cum audisset à Nazareth; scrutatus.n. erat scripturas, & sciebat quia inde erat expectandus saluator, quod nõ facile alii Scribæ & Pharisæi nouerant. Iste ergo doctissimus legis, cum audisset Philippum, dicentem, inuenimus Iesum quem scripsit Moyses in lege & Prophetæ, â Nazareth filium Ioseph: Ille qui optime scripturas nouerat, audito nomine Nazareth, erectus est in spem, & dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse. Iam cætera de ipso videamus, Ecce
16 vere Israelita, in quo dolus non est. Quid est in quo dolus non est? Forte non habebat
A peccatum? forte non erat æger? forte illi medicus non erat necessarius? Absit. Nemo sic natus est vt illo medico non egeret. Quid sibi ergo vult, in quo dolus non est? Aliquanto intentius quæramus, apparebit modo in nomine domini. Dolum dicit dominus & omnis qui verba Latina intelligit, scit quia dolus est cum aliud agitur & aliud fingitur. Intẽdat charitas vestra, non dolus dolor est: propterea dico, quia multi fratres, imperitiores latinitatis loquuntur sic, vt dicant, dolus illum torquet, pro eo quod est dolor. Dolus fraus est, simulatio est: quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur, dolus est, & tan quam duo corda habet: vnum quasi sinum cordis habet, vbi videt veritatem: & alterum sinũ, vbi cõcipit mendaciũ: & vt noueritis hũc esse dolũ, dictũ est in psalmis, labia dolo Psal.11.
sa. Quid est labia dolosa? Sequtur, In corde, & corde locuti sunt mala. Quid est in corde, & corde: nisi, duplici corde? Si ergo dolus in isto nõ erat, sanabilẽ illũ medicus iudicauit,
16 nõ sanũ. Aliud est.n. sanus, aliud sanabilis, aliud insanabilis. Qui ægrotat cũ spe, sana
B bilis dicitur: qui egrotat cum desperatione, insanabilis: qui autem iam sanus est, nõ eget medico. Medicus ergo qui venerat sanare, vidit istum sanabilem quia dolus in illo non erat. Quomodo dolus in illo non erat? Si peccator est, fatetur se peccatorem. Si enim peccator est, & iustum se dicit, dolus est in ore ipsius: ergo in Nathanaele confessionem peccati laudauit, non iudicauit non esse peccatorem. Propterea cum Pharisæi qui sibi videbantur iusti, reprehenderent dominum, quia miscebatur ęgrotis medicus, & dicerent, Ec
ce cum quibus manducat, cum Publicanis & peccatoribus: Respondit medicus phrene- Mat.9.

ticis, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: non veni vocare iustos, sed peccatores: hoc erat dicere, Quia vos iustos dicitis, cum sitis peccatores, sanos vos iudicatis cum langueatis, medicinam repellitis, non sanitatem tenetis. Vnde ille Pharisæus qui vocauerat dominum ad prandium, sanus sibi videbatur: ægrota autem illa mulier irrupit in domum, quò nō erat inuitata, & desiderio salutis facta impudens accessit non ad caput domini nostri, non ad manus, sed ad pedes, lauit eos lachrymis, terfit capillis suis, osculata est eos, & vnxit vnguento, pacem fecit cum vestigiis domini peccatrix. Reprehendit ille tanquam sanus medicum: ille Pharisæus qui illic discumbebat, & ait apud se, Luc.7. Hic si esset Propheta, sciret quæ mulier eius pedes tetigisset. Ideo autem suspicatus erat eum ignorasse quia non illum repulit, quasi ne immundis manibus tangeretur. Nouerat autē ille, permisit se tangi, vt tactus ipse sanaret. Dominus videns cor Pharisæi, proposuit similitudinem, Duo debitores erant cuidā fœneratori, vnus ei debebat quinquaginta denarios, alter quingentos. Cum non haberent vnde redderēt, donauit ambobus, quis eum plus dilexit? Et ille, credo domine, cui plus donauit. Et conuersus ad mulierē, dixit Simoni, Vides istam mulierem? Intraui in domū tuā, aquā pedibus meis non dedisti, illa autem lachrymis lauit pedes meos, & capillis suis terfit. Osculum mihi non dedisti, illa autem non destitit pedes meos osculari. Oleum mihi non dedisti, illa autem vnxit pedes meos vnguento: Propterea dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit: hoc est dicere, Plus ægrotas, sed sanum te putas: modicum putas tibi dimitti, cum plus debitor sis. Bene ista, quia dolus in illa non erat, meruit, medicinam. Quid est, dolus in illa non erat? Confitebatur peccata. Hoc & laudat in Nathanaele, quod dolus in illo non erat: quia multi Pharisæi qui abundabāt peccatis, iustos se dicebāt, & dolum afferebāt, per quem sanari non poterant. Vidit ergo iam iustum in quo dolus non erat, & ait, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit, Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.) id est, sub arbore fici. Respondit ei Nathanael & ait, Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israel.) Aliquid magnum potuit Nathanael iste intelligere, in eo quod dictum est, Cum esses sub fici arbore vidi te, priusquam te Philippus vocaret. Nam talem vocē protulit, tu es filius dei, tu es rex Israel, qualem tātò post Mat.16. Petrus, quando ei dominus ait, Beatus es Simon bar Iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cœlo. Et ibi nominauit petram, & laudauit firmamentum Ecclesiæ in ista fide. Hic iam dicit, Tu es filius dei, tu es rex Israel. Vnde? Quia dictū est ei, Antequam te Philippus vocaret, cum esses sub arbore fici, vidi. Quærendum est, an aliquid significet ista arbor fici. Audite enim fratres mei, Inuenimus arborem fici maledictam, quia sola folia habuit, & fructum non habuit. In origine humani generis Adam & Eua cum peccassent, de foliis ficulneis succinctoria sibi fecerunt. Folia ergo ficulnea Esa.9. intelliguntur peccata. Erat autem Nathanael sub arbore fici, tanquam sub vmbra mortis. Vidit eum dominus, de quo dictum est, Qui sedebant in vmbra mortis, lumē ortum est eis. Quid ergo dictum est Nathanaeli? Dicis mihi ô Nathanael, vnde me nosti? Modo iam loqueris mecum, quia vocauit te Philippus. Iam quem vocauit per Apostolum, ad Ecclesiam suam vidit pertinere. O tu ecclesia, ô tu Israel, in quo dolus non est: Si es populus Israel in quo dolus non est, modo iam cognouisti Christum per Apostolos, quomodo Nathanael cognouit Christum per Philippum. Sed misericordia sua ante te vidit, quam tu eum cognosceres, cum sub peccato iaceres. Nunquid enim nos prius quæsiuimus Luc.19. Christum, & non ille nos quæsiuit? Nunquid nos venimus ægroti ad medicum, & non medicus ad ægrotos? Nonne ouis illa perierat, & relictis nonaginta nouem pastor quæsiuit illam, & inuenit, quam lætus in humeris reportauit? Nonne perierat drachma illa, & accendit mulier lucernam, & quæsiuit in tota domo sua donec inuenit? Et cum inuenisset collætamini mihi, ait vicinis suis, qm̄ inueni drachmā quā perdideram: sic & nos sicut ouis pieramus, & sicut drachmā perieramus: & sic pastor inuenit ouē sed quæsiuit ouē: mulier inuenit drachmā, sed q̄siuit drachmā. Quæ est mulier? Caro xpi. Quæ est lu- Psal.131. cerna? Paraui lucernā Christo meo. Ergo quæsiti sumus vt inueniremur, inuenti loquimur. Non superbiamus, quia antequā inueniremur perieramus, si non quæreremur. Nō ergo nobis dicant quos amamus & volumus lucrari paci Ecclesiæ catholicæ: Quid nos vultis? qd nos quæritis, si peccatores sumus? Ideo vos quærimus, ne pereatis: quærimus, quia

quia quæsiti sumus: inuenire vos volumus, quia inuenti sumus. Itaque Nathanael cū dixisset, Vnde me nosti? Ait illi dominus, Priusquam te vocaret Philip. cum esses sub ficu vidi te. O tu Israelita sine dolo quisquis es, ô populeviues ex fide, antequam te per Apostolos meos vocarem, aut cum esses vmbra mortis, & tu me non videres, ego te vidi. Dominus deinde dicit ei: Quia dixi tibi vidi te sub arbore fici, credis, maius his videbis.)
16 Quid hoc maius his? Et dixit eis: Amē amen dico vobis, videbitis cœlos apertos, & ange-
G los ascendentes & descendentes supra filium hominis.) Fratres, nescio quid maius dixi quam est, cum esses sub arbore fici vidi te. Plus enim est quod nos dominus vocatos iustificauit, quam quòd vidit iacentes sub vmbra mortis. Quid enim nobis proderat si ibi remansissemus, vbi nos vidit? Nunquid non iaceremus? Quid hoc est maius, quando videmus angelos ascendentes & descendētes super filiū hominis? Iam aliquando de Ihis ascendentibus & descendentibus angelis dixeram. Sed ne obliti fueritis, breuiter dico tā quam commemorans, pluribus enim dicerem si non commemorarem, sed modo insinuarem. Scalas vidit Iacob per somnium, & in ipsis scalis vidit angelos ascendentes & descē- Gene.28. dentes, & lapidem quem sibi posuerat ad caput, vnxit. Audistis quia messias Christus est, audistis quia vnctus Christus est. Non enim sic posuit lapidem vnctum vt veniret & adoraret, alioquin idololatria esset non significatio Christi. Facta est ergo significatio, quousque oportuit fieri significationem, & significatus est Christus lapis vnctus, sed nō in idolo. Lapis vnctus, lapis quare? Ecce pono in Siō lapidem electum præciosum, & qui Esai.28.
16 crediderit in illum non confundetur. Quare vnctus? Quia Christus a chrismate. Quid Rom.9.
H autem vidit tunc in scalis? Ascendentes & descendentes angelos, Sic est & in Ecclesia. Angeli dei, boni prædicatores prædicantes Christum: hoc est, super filiū hominis ascendūt & descendunt. Quō ascendunt, & quomodo descendunt? Ex vno habemus exemplum. Audi Apostolum Paulum, quod in ipso inuenerimus, hoc de cæteris veritatis prędicatoribus credamus. Vide Paulum ascendentem: Scio hominem in Christo ante annos qua- 2.Cor.12. tuordecim raptum fuisse vsque ad tertium cœlum, siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit, & audiuit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Ascendentem audistis, descendentem audite. Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnali- 1.Cor.3. bus quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Ecce descendit qui ascēderat. Quære quò ascenderat? Vsque ad tertiū cœlum. Quære quò descenderit? Vsq; ad lac paruulis dandum. Audi quia descēdit. Factus sum paruulus, inquit, in medio fratrū, 1.Thes.2. tanquam si nutrix foueat filios suos. Videmus enim & nutrices & matres descendere ad
16 paruulos, & si norunt Latina verba dicere, decurtant & illa quassant quodammodo lin-
I guam suam, vt possint de lingua diserta fieri blandimenta puerilia, quia si sic dicant non audit infans, sed nec proficit infans. Et disertus aliquis pater, si sit tantus orator, vt lingua illius fora concrepent, & tribunalia concutiantur, si habeat paruulum filium, cū ad domum redierit, seponit forensem eloquentiam quo ascenderat, & in lingua puerili descēdit ad paruulū. Audi vno loco ipsum Apostolū, ascendentē & descēdēte in vna sententia. Siue enim mente excesimus deo, siue temperantes sumus vobis. Quid est, mente 2.Cor.5. excesimus deo? vt illa videamus quæ non licet homini loqui Quid est, temperantes su- 1.Cor.2. mus vobis? Nunquid iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum? Si ipse dominus ascendit & descendit, manifestum est, quia & prædicatores ipsius ascendunt imitatione, descendunt prædicatione Et si aliquanto vos diutius tenui mus, consilii fuit vt opportune †[horæ transirent. Arbitramur iam illos peregisse vani- †[alias
16 tatem suam. Nos autem fratres, quoniam pasti sumus epulis salutaribus, quæ restāt aga importu-
K mus, vt diem dominicum solenniter impleamus in gaudiis spiritalibus, & comparemus næ. gaudia veritatis cum gaudiis vanitatis: Etsi horremus, doleamus: si dolemus, oremus: si oramus, exaudimur: si exaudimur, & illos lucramur.

Ab eo loco vbi ait, Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ: vsq; ad id quod ait: Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea. Tractatus. VIII.

MIraculum quidem domini nostri Iesu Christi quòd de aqua vinum fecit, non est mirandum eis qui nouerunt quia deus fecit: Ipse enim fecit vinum in illo die in nuptiis in sex illis hydriis, quas impleri aqua præcepit, q omni anno hoc

facit in vitibus. Sicut.n. quod miserunt ministri in hydrias, in vinum conuersum est opere domini: sic & quod nubes fundunt, in vinū conuertitur eiusdem opere domini: Illud aūt non miramur, quia omni anno fit: assiduitate amisit admirationem. Nam & considerationem maiorē inuenit, quam id quod factum est in hydriis aquæ. Quis est.n. qui considerat opera dei, quibus regitur & administratur totus hic mundus, & non obstupescit obruiturq; miraculis? Si consideret vim vnius grani, cuiuslibet seminis, magna quædam res est, horror est consideranti: sed quia homines in aliud intenti perdiderunt considera 16
tionē operum dei, in qua darent laudē quotidie creatori, tanquam seruauit sibi deus in- L
usitata quædā quæ faceret, vt tanquā dormientes homines, ad se colendum mirabilibus excitaret. Mortuus resurrexit, mirati sunt homines: tot quotidie nascuntur, & nemo miratur. Si consideremus prudentius, maioris miraculi est esse qui nō erat, quam reuiuiscere qui erat. Idem tamen deus pater domini nostri Iesu Christi per verbum suū fecit omnia hæc, & regit quæ creauit. Priora miracula fecit per verbum suum deū apud se: poste riora miracula fecit per ipsum verbum suū incarnatū, & propter nos hominem factum, Sicut miramur quæ facta sunt per hominem Iesum, miremur quæ facta sunt per deum Iesum. Per deum Iesum facta sunt cœlū & terra, mare, & omnis ornatus cœli, opulentia terræ, fœcunditas maris, omnia hæc quæ oculis adiacent, per Iesum deum facta sunt: & videmus hæc, & si est in nobis spiritus illius, sic nobis placent vt artifex laudetur: non vt ad opera conuersi ab artifice auertamur, & faciem quodammodo ponentes ad ea quæ fecit, dorsum ponamus ad artificem qui fecit. Et hæc quidem videmus & adiacent oculis: 16
quid illa quæ non uidemus, sicut sunt angeli, virtutes, potestates, dominationes, omnisq; M
habitator fabricæ huius super cœlestis, non adiacens oculis nostris: quanquam sæpe & angeli quando oportuit, demonstrauerunt se hominibus? Nonne deus & per verbum suum, id est, vnigenitum filium suum dominum nostrum Iesum Christum fecit hęc omnia? Quid ipsa anima humana quæ non videtur, & per opera quæ exhibet in carne, magnam præbet admiratione bene considerantibus: à quo facta est nisi à deo, & per quem facta est, nisi per filium dei? Nondum dico de anima hominis: cuiusuis pecoris anima quodammodo regit molem suam: sensus omnes exerit, oculos ad videndum, aures ad audiendum, nares ad percipiendum odorem, oris iudicium ad sapores discernendos, mēbra denique ipsa ad peragenda officia sua: Nunquid hæc corpus & non anima, id est, habitatrix corporis agit? Nec tamen videtur oculis, & ex his quæ agit admirationem mouet. Accedat iam consideratio tua etiam ad animam humanam, cui tribuit deus intellectum cognoscendi creatorem suum, dignoscendi & distinguendi inter bonum & ma- 17
lum, hoc est, inter iustum & iniustum: quanta agit per corpus? Attendite vniuersum A
orbem terrarum ordinatum in ipsa humana Repub. quibus administrationibus, quibus ordinibus potestatum, conditionibus ciuitatum, legibus, moribus, artibus: hoc totum per animam geritur, & hæc vis animæ nō videtur. Cum subtrahitur corpori, cadauer iacet: cum autem adest corpori, primo condit quodammodo putores corruptibiles: nā omnis caro in putredines defluit, nisi quodam condimento animæ teneatur: sed hoc cōmune illi est cū pecoris anima. Illa magis miranda quę dixi, q̄ ad mētē & intellectū pertinēt, vbi etiam ad imaginē creatoris sui renouatur, ad cuius imaginē factus est hō. Quid erit hæc vis animæ, cū & corpus hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē? Si tāta potest p carnē corruptibilē, qd nō poterit p corpus spiritale post resurrectionē mortuorū? Hæc tamē anima, vt dixi, admirabilis naturæ atque substantiæ, inuisibilis res est & intelligibilis: & hæc tamen per Iesum deum facta est, quia ipse est verbum
Ioan. 1. dei: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cum ergo tanta videamus facta per dominum Iesum, quid miramur aquam in vinū conuersam per hominem Iesum? Neq; n. sic factus est hō, vt perderet quod deus erat. Accesit illi hō, non amissus est 17
deus. Ipse ergo fecit hoc, q illa omnia. Nō itaq; miremur qa deus fecit: sed amemus quia B
inter nos fecit, & propter nostrā reparationē fecit. Atquid enim & in ipsis factis innuit nobis: Puto, quia non sine causa venit ad nuptias. Excepto miraculo, aliquid & in ipso facto mysterii sacramentum latet: pulsemus vt aperiat, & de vino inuisibili inebriet nos: quia & nos aqua eramus, & vinum nos fecit. Sapientes enim nos fecit, sapimus. n. fidē ipsius, q prius insipientes eramus. Et forte ad ipsam sapientiā pertinet, cū honore dei, & cū laude maiestatis eius, & cū charitate potētiss imæ misericordiæ eius, intelligere qd

sit gestum in hoc miraculo. Dominus inuitatus ad nuptias venit: quid mirum si in illā domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Si.n. non venit ad nuptias, non hic habet sponsam. Et quid est quod ait Apostolus: Aptaui vos vni viro, vir- 2. Cor. 11.
ginem castam exhibere Christo? Quid est quod timet, ne virginitas sponsæ Christi per
17 astutias diaboli corrumpatur? Timeo, inquit, ne sicut serpēs Euam seduxit astutia sua,
C sic & vestræ mentes corrumpantur à simplicitate & castitate, quæ est in Christo. Habet ergo hic sponsam quam redemit sanguine suo, & cui pignus dedit spiritum sanctū: eruit eam de mancipatu diaboli, mortuus est propter delicta eius, resurrexit propter iustificationem eius. Quis offerret tantam sponsæ suæ? Offerant homines quælibet ornamenta terrarū, aurum, argentum, lapides pretiosos, equos, mancipia, fundos, prædia, nūquid aliquis offerret sanguinem suum? Si.n. sanguinem suum sponsæ dederit, non erit qui ducat vxorem. Dominus autem securus moriens, dedit sanguinem suum pro ea quam resurgens haberet, quā sibi iam coniunxerat in vtero virginis. Verbū.n. sponsus, & sponsa caro humana, & vtrunq; vnus filius dei, & idem filius hominis, vbi factus est caput Ecclesiæ. Ille vterus virginis Mariæ, thalamus eius inde processit tanquam sponsus de thalamo suo, sicut scriptura prædixit: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo Psal. 18.
suo, exultauit vt gigas ad currendam viam. De thalamo processit velut sponsus, & inuitatus venit ad nuptias. Certi sacramenti gratia, videtur matrem de qua sponsus processit, non agnoscere & dicere illi: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.
17 Quid est hoc? Ideone venit ad nuptias, vt doceret matres cōtemni? Non. Vtiq; ad cuius Ioan. 2.
D nuptias [vt honoraret] venerat, ideo ducebat vxorem vt filios procrearet, & ab eis quos vt procrearet optabat, vtiq; honorari cupiebat. Ille ergo venerat ad nuptias vt exhonoraret matrem, cum & propter filios habendos, quibus reddere honorem parentibus imperat deus, ipsæ nuptiæ celebrentur, & ducantur vxores? Proculdubio fratres latet ibi aliquid, nam tanta res est, vt quidam quos cauendos præmonuit Apostolus, sicut supra commemorauimus, dicens: Timeo, ne, sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrūpantur à simplicitate & castitate, quæ est in Christo: derogantes Euangelio & dicentes, quòd Iesus non sit natus de Maria virgine, hinc argumentum sumere conarentur erroris sui, vt dicerent: Quomodo erat mater eius, cui dixit: Quid mihi & tibi est mulier? Respondendum ergo est eis & considerandum †, quare hoc dixerit do- † aliàs dis-
minus, ne sibi aliquid aduersus sanam fidem insanientes inuenisse videantur, vnde spō serendum.
sæ virginis castitas corrumpatur id est vnde fides Ecclesiæ violetur: reuera.n. fratres
17 eorum, qui præponunt mendacium veritati. Nam isti qui videntur sic honorare Chri-
E stum, vt negent eum carnem habuisse, nihil aliud eum quàm mēdacem prædicant. Qui enim mendacium prædicant † in hominibus, quid ab eis expellunt nisi veritatem? Im- † aliàs ædi-
mittunt diabolum, excludunt Christum: immittunt adulterum, excludunt sponsum, ficant
paranymphi scilicet vel potius leones & serpentes. † Ad hoc.n. loquuntur vt serpens pos- † liàs le-
sideat, Christus excludatur. Quomodo posidet serpens? Quando posidet mendaciū, nones ser-
quando posidet falsitas, serpens posidet: quando posidet veritas, Christus posidet. pentis.
Ipse enim dixit: Ego sum veritas. De illo autem dixit: Et in veritate non stetit, quia ve- Ioan. 14.
ritas non est in eo. Sic est autem veritas Christus, vt totum verum accipias in Christo, Ioan. 8.
verum verbum patris, æqualis patri, vera anima, vera caro, verus homo, verus deus, vera natiuitas, vera passio, vera mors, vera resurrectio; si aliquid horum dixeris, falsum, intrat putredo, de veneno serpentis nascuntur vermes mendaciorum, & nihil integrum remanebit. Quid est ergo, inquit, quod ait dominus, Quid mihi & tibi est mulier? Forte in eo quod sequitur ostendit nobis dominus quare hoc dixerit: Nondum, inquit, venit ho-
17 ra mea. Sic enim ait. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Et hoc cur di-
F ctum sit requirendum est. Prius ergo hinc resistamus hæreticis. Quid dicit serpens veter nosus, venenorum insibilator & inspirator antiquus? Quid dicit? Non habuit matrem fœminam Iesus. Vnde probas? Quia dixit, inquit, quid mihi & tibi est mulier? Quis hoc] aliàs &
narrauit, vt credamus qa hoc dixit? Quis hoc narrauit? Nēpe Ioānes Euāg. dixit, Et erat die tertia.
ibi mater Iesu: nā ita narrauit. Altera die [nuptiæ factę sunt in Chana Galilęę, & erat ibi Non obser-
mater Iesu. Venerat aūt illuc inuitatus Iesus ad nuptias cū discipulis suis.) Tenem° duuat ordinē
as sentētias ab Euang. platas. Erat ibi mater Iesu. Euāgelista dixit: qd dixerit matri suæ textus, qui
Iesus, ipse Euāgelista dixit: & quo dixit rndisse matri suę Iesum, vt primo diceret, ait illi habet, Et

deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent: Et dicit ei Iesus

mater eius? Videte fratres, vt aduersus linguã serpentis, munitam virginitatẽ cordis habeatis. Illic in ipso Euangelio eo ipso Euangelista narrante dicitur. Erat ibi mater Iesu: &, Dixit illi mater eius. Quis hoc enarrauit? Ioannes Euang. Et quid respondit matri Iesu? Quid mihi & tibi est mulier? Quis hoc narrat? Idem ipse Ioannes Euang. O Euangelista fidelissime & veracissime, tu mihi narras dixisse Iesum, qd mihi & tibi est mulier: cur ei apposuisti matrem quam non agnoscit? Nam tu dixisti, quia ibi erat mater Iesu: & quia dicit ei mater eius: cur nõ potius dixisti, Erat ibi Maria: &, dixit ei Maria: Vtrũq; tu narras, & dixit ei mater eius: &, respondit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Quare hoc? quia nisi vtruq; verum est? Illi autem in eo volunt credere Euangelistæ, quòd narrat Iesum dixisse matri, Quid mihi & tibi est mulier: & in eo nolunt credere Euangelistæ quòd ait, Erat ibi mater Iesu: &, dixit ei mater eius. Quis est autem qui resistit serpenti & tenet veritatem? Cuius virginitas cordis non corrumpitur astutia diaboli? Qui vtrunq; verum credit, & quia erat ibi mater Iesu, & quia illud respondit matri Iesus. Sed si nondum intelligit quemadmodum dixerit Iesus, Quid mihi & tibi est mulier: interim credat quod dixerit, & quod matri dixerit: sit primo pietas in credente, & erit fructus in intelligente. Interrogo vos ô fideles Christiani: Erat ibi mater Iesu? Respondete, erat. Vnde scitis? Respondete, hoc loquitur Euangelium. Quid respondit matri Iesus? Respondete, quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.) Et hoc vnde scitis? Respondete, hoc loquitur Euangelium. Nullus vobis corrumpat hanc fidem, si vultis sponso seruare castam virginitatem. Si autem quæritur à vobis, cur hoc matri responderit? dicat qui intelligit: qui autem nondum intelligit, firmissime tamen credat, & hoc respõdisse: & tamen matri respondisse Iesum. Hac pietate merebitur etiam intelligere cur ita responderit, si orando pulser, & non rixando accedat ad ostium veritatis: Tantum caueat ne dum se putat scire, aut erubescit nescire, cur ita responderit, cogatur credere aut Euangelistam fuisse mentitum qui ait, Erat ibi mater Iesu: aut ipsum Christũ falsa morte passum propter delicta nostra, & falsas cicatrices ostendisse propter iustificationẽ nostram: falsumq; dixisse, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Si.n. falsa mater, falsa caro, falsa mors, falsa vulnera passionis, falsæ cicatrices resurrectionis, non veritas credentes in eum, sed potius falsitas liberabit. Immo vero falsitas cedat veritati, & confundantur omnes, qui propterea se volunt videri veraces, quia Christum conantur demonstrare fallacem: & nolunt sibi dici, non vobis credimus quia mentimini, cum ipsam veritatem dicant esse mentitam: quibus tamẽ si dicamus, vnde nostis dixisse Christum, Quid mihi & tibi est mulier? Euangelio se credidisse respondent: Cur ergo non credunt Euangelio dicenti, Erat ibi mater Iesu: &, dixit ei mater eius? Aut si hoc mentitur Euangeliũ, quomodo ei creditur quia dixerit Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Cur nõ potius miseri, & q̃ ita nõ extraneę, sed matri dominus responderit, fideliter credunt: & cur ita responderit, pie quærunt? Multum.n. interest inter eum qui dicit, volo scire quare Christus hoc matri responderit: & eum, qui dicit, scio quòd hoc Christus non matri responderit. Aliud est intelligere velle quod clausum est: aliud nolle credere, quod apertũ est. Qui dicit, scire volo cur ita Xp̃s matri responderit: aperiri sibi vult Euangelium cui credit: qui autem dicit, scio quòd hoc Christus non matri responderit; ipsum Euangelium arguit de mendacio, vbi creditur q̃ Christus ita responderit. Iam vero si placet fratres, illis repulsis, & in sua cæcitate errãtibus semper, nisi humiliter sanentur, nos quæramus, quare dominus noster sic matri responderit? Ille singulariter natus de patre sine matre, de matre sine patre: sine matre deus, sine patre homo, sine matre ante tempora, sine patre in fine temporum: quod respondit, matri respondit, quia erat ibi mater Iesu, & dixit ei mater eius. Hoc totũ Euangelium loquitur. Illic nouimus, quia erat ibi mater Iesu, vbi nouimus quòd dixerit ei, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Totum credamus, & quod nondum intelligimus requiramus. Et primum hoc videte, ne forte quomodo inuenerunt Manichæi occasionem perfidiæ suæ, quia dixit dominus, Quid mihi & tibi est mulier? sic inueniant mathematici occasionem fallaciæ, quia dixit, nondum venit hora mea. Et si hoc secundum Mathematicos dixit, sacrilegium fecimus incendendo codices eorum. Si autem recte fecimus, sicut Apostolorum temporibus factum est, non secundũ eos dixit dominus, nondum venit hora mea. Dicunt enim uani loqui & seducti seductores: Vides quia sub facto erat Christus qui dicit, nondum venit hora mea. Quibus ergo prius respondendũ est, hæreticis an mathematicis? Vtriq; n.à serpente illo veniunt, volentes corrumpere virginitatem cordis Ecclesiæ, quã habet in integra fide. Primo si placet, eis quos præposueramus, quibus quidem iam ex magna parte respondimus. Sed ne arbitrentur nos non habere quid dicamus de his verbis quæ dominus matri respondit, vos magis aduersus illos instruimus: nam illis refellendis, puto quòd sufficiant quæ iã dicta sunt. Cur ergo ait matri filius, Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea? Dominus noster Iesus Christus, & deus erat & homo: secundum quòd deus erat, matrem non habebat: secundum quòd homo erat, habebat matrem. Mater ergo erat carnis, [mater humanitatis,] mater infirmitatis quam suscepit propter nos. Miraculũ autẽ quod facturus erat, secundum diuinitatem facturus erat, non secundum infirmitatem: secundũ q̃ deus erat, non secundũ id quod infirmus natus erat: sed infirmũ dei fortius est hominibus. Miraculum ergo exigebat mater, at ille tanquã non agnoscit viscera humana, operaturus facta diuina, tanquã dicens: Quod de me fecit miraculum, non tu genuisti, diuinitatem meam non tu genuisti: sed quia genuisti infirmitatẽ meam, tunc te cognoscam cum ipsa infirmitas pendebit in cruce: hoc est.n. nõdũ venit hora mea. Tũc enim cognouit qui vtiq; semper nouerat, & antequã de illa natus esset, in prædestinatione nouerat matrẽ: & antequã deus crearet, de qua ipse homo crearetur, nouerat matrẽ. Sed ad quandam horam in mysterio non agnoscit: & ad quandã horã quæ nondũ venerat, in mysterio rursus agnoscit. Tunc.n. agnouit, quando illud quod peperit moriebatur: non enim moriebatur per quod facta erat Maria, sed moriebatur quod factum erat ex Maria. Non moriebatur æternitas diuinitatis, sed moriebatur infirmitas carnis. Illud ergo respondit discernens in fide credentium: quis per quam venerat. Venit enim per matrem fœminam deus & dominus cœli & terræ. Secũdum quòd dominus mũdi, quod dominus cœli & terræ, dominus vtiq; & Mariæ: secundũ quòd creator cœli & terræ, creator & Mariæ: secundum autem quòd dictum est: Factum ex muliere, factum sub lege, filius Mariæ, ipse dominus Mariæ, ipse filius Mariæ: ipse creator Mariæ, ipse creatus ex Maria, Noli mirari, quia & filius & dominus. Sicut enim Mariæ, ita & Dauid dictus est filius: & ideo Dauid filius, quia Mariæ filius. Audi Apostolum aperte dicentem, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: audi eum & dominum Dauid: dicat hoc & ipse Dauid, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam. Et ipse Iesus hoc proposuit Iudæis, & eos inde conuicit: Quomodo ergo Dauid & filius & dominus? Filius Dauid secundum carnem, dominus Dauid secundum diuinitatem: sic Marię filius secundum carnem, dominus Mariæ secundum maiestatem. Quia ergo non erat illa mater diuinitatis, & per diuinitatem futurum erat miraculum quod petebat, respondit ei: Quid mihi & tibi est mulier? Sed ne putes q̃ te negẽ matrem, nondum venit hora mea: Ibi.n. te agnoscam, cum pendere in cruce cœperit infirmitas cuius mater es. Probemus si verũ est. Quãdo passus est dominus, sicut idem euangelista dicit, nouerat matrem dominus, & q nobis insinuauit ẽt in his nuptiis matrem domini, ipse narrat. Erat, inquit, illic circa crucem mater Iesu, & ait Iesus matri suæ, Mulier ecce filius tuus: & ad discipulũ, ecce mater tua. Commendat matrem [discipulo, commendat matrem] prior matre moriturus, & ante matris mortem resurrecturus. Commendat homo homini hominem, hoc pepererat Maria. Illa hora iam venerat de qua tunc dixerat, nondum venit hora mea. Quantum arbitror fratres, responsum est hæreticis: mathematicis respõdeamus. Et ipsi vnde conantur conuincere, quia sub fato erat Iesus? Quia ipse ait, vt inquiunt, nondũ venit hora mea. Si ergo dixisset, horam non habeo, excluisset mathematicos, non essent vnde calumniarentur. Nunc vero quia dixit, nondum venit hora mea, contra ipsius verba quid possumus dicere? Mirum est quòd mathematici credendo verbis christi, conantur conuincere Christianos, quòd sub hora fatali vixerit Christus. Credant ergo Christo dicenti. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso, & iterum sumo eam. Ergone ista potestas sub fato est? Ostendãt hominem qui potestatem habeat quando moriatur, quandiu viuat, omnino non ostendunt: credant ergo deo dicenti, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: & quærant quare sit dictum, nondum venit hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant conditorem cœli, crea-

Ioan. 8.

17 G

17 H

17 I

17 K

17 L

17 M

18 A

18 B

Gala. 4.

Rom. 1.

Psal. 109.

Matt. 22.

†aliàs, qui nouerat matrẽ dñi.

Ioan. 10.

torem atq; ordinatorem syderum: quia si esset fatum de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderum conditor syderum. Adde quia non solum Christus non habuit quod appellas fatum, sed nec tu, aut ego, aut ille, aut quisquã hominum. Veruntamen seducti seducunt, & proponunt fallacias hominibus. Tendunt ad capiendos homines, 18
& hoc in plateis. Nam qui tendunt ad capiendas feras, vel in syluis, vel in solitudine C
id agunt: quam infeliciter vani sunt homines, quibus capiendis in foro tenditur? Numos accipiunt, cum se homines hominibus vendũt: dant isti numos vt se vanitatibus vendant: Intrant enim ad mathematicum, vt emant sibi dominos, quales mathematico dare placuerit, vel Saturnum, vel Iouem, vel Mercurium, vel siquid aliud sacrilegi nominis. Intrauit liber, vt numis datis seruus exiret, imo vero nõ intraret si liber esset, sed intrauit quò eum dominus error & domina cupiditas traxit. Vnde & veritas dicit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quare ergo dixit, nondum venit hora mea? Ioan. 8.
Magis quia in potestate habebat quando moreretur, nondum videbat esse opportunũ, vt illa potestate vteertur. Quomodo nos fratres, verbi gratia, si loquimur, Iã certa hora est, qua exeamus vt celebremus sacramenta: si ante exeamus quàm opus est, nonne perueni & prepostori sumus? Quia ergo non facimus nisi quando opportunum est: propterea in his agendis cum ita loquimur, fatum consideramus? Quid est ergo, nondũ venit hora mea? Quando ego scio opportune me pati, quando passio mea vtilis erit: non- 18
dum venit ipsa hora, tunc voluntate patiar: vt vtrunq; seruies, & nondũ venit hora mea, D
Ioan. 10. & potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Venerat ergo, habens in potestate quando moreretur: nam si ante moreretur quàm discipulos elegisset, certe præposterum esset. Si esset homo qui non haberet in potestate horam suam, posset antè mori quàm discipulos elegisset. Et si forte moreretur iam electis eruditisq; discipulis, præstaretur ei ne ipse hoc faceret. At vero qui venerat in manu habens quando iret, quando rediret, quousq; excurreret, cui paterent inferi, non tantum morienti, sed & resurgenti, vt nobis ostenderet spem immortalitatis Ecclesiæ suæ, in capite ostẽdit quòd membra expectare deberẽt, resurget etiam in cæteris membris, qui resurrexit in capite. Hora ergo nondum venerat, opportunitas nondum erat. Vocandi erant discipuli, annunciandum erat regnum cœlorum, faciendæ erant virtutes: commendanda erat diuinitas in miraculis: commendanda erat humanitas domini in ipsa compassione mortalitatis. Ille enim esuriebat, quia homo erat: pauit qnq; panibus tot milia, quia deus erat. Qui dormiebat, quia homo erat ventis & fluctibus imperabat, quia deus erat. Hæc omnia commendanda erant prius, vt esset quod scriberent Euangelistæ, quod prædi- 18
caretur Ecclesiæ. At vbi tantum fecit quantum sufficere iudicauit, venit hora non ne- E
cessitatis, sed voluntatis: non conditionis, sed potestatis. Quid ergo fratres, quia illis & illis respondimus, nihil dicemus quid sibi velint hydriæ, quid aqua in vinum conuersa, quid Architriclinus, quid sponsus, quid mater Iesu in mysterio, quid ipse nuptiæ? Dicenda sunt omnia, sed onerandi non estis. Volui quidem in nomine Christi & hesterno die, quo solet sermo deberi charitati vestræ, id agere vobiscum, sed nõ sum permissus necessitatibus quibusdam impedientibus. Si ergo placet sanctitati vestræ, hoc quod ad mysterium pertinet huius facti, in crastinum differamus, & non oneremus & vestram & nostram infirmitatem. Sunt forte hodie multi qui propter solennitatẽ diei, non propter audiendum sermonem conuenerunt. Crastino qui venerint, venient audituri, vt nec fraudemus studiosos, nec grauemus fastidiosos. 18

Ab eo loco vbi ait, dicit mater eius ministris, Quodcunque vobis dixerit facite: vsque ad id quod ait, Implete hydrias aqua: & impleF
uerunt eas vsque ad summum. Tractatus. IX.

Non obseruat Augu. in hoc tractatu integrã formã textus, sed plura verba transilit, quædã pter nos incarnato, maiorem stuporem hominibus attulerunt: non quia maiora erant

ASsit dominus deus noster, vt donet nobis reddere quod promisimus. Hesterno enim die si meminit sanctitas vestra, cum temporis excluderemur angustia, ne sermonẽ inchoatum impleremus, in hodiernum diem distulimus, vt ea quæ in hoc facto euangelicæ lectionis mystice in sacramentis posita essent, ipso adiuuante aperirentur. Nõ itaq; opus est nobis immorari diutius in commendando dei miraculo: Ipse est enim deus qui per vniuersam creaturam quotidiana miracula facit, quæ hominibus non facilitate, sed assiduitate viluerunt. Rara autem quæ facta sunt ab eodem domino: id est, à verbo pro

quàm sunt ea quæ quotidie in creatura facit, sed quia ista quæ quotidie fiunt, tanquam cõmemonaturali cursu peraguntur: illa vero efficacia potentiæ etiam tanquam præsentis, exhirat quædã bita videntur oculis hominum. Diximus sicut meministis, resurrexit vnus à mortuis, variat.
18 obstupuerunt homines: cum quotidie nasci qui non erant, nemo miretur: Sic aquam
G in vinum conuersam quis non miretur: cum hoc annis omnibus deus in vitibus faciat? Sed quia omnia quæ fecit dominus Iesus, non solum valent ad excitanda corda nostra miraculis, sed etiam ad ædificanda in doctrina fidei, scrutari nos oportet quid sibi velint illa omnia: id est, quid significent: horum enim omnium significationes, licut recordamini, in diem hodiernũ distulimus. Quòd dominus inuitatus venerit ad nuptias, etiam exceptam mystica significatione, confirmare voluit quod ipse fecit nuptias. Futu- 1. Tim. 4.
ri enim erant, de quib. dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes quod malum essent nuptiæ, & quod diabolus eas fecisset, cum idem dominus dicat in Euangelio interrogatus, vtrum liceat homini dimittere vxorem suam ex qualibet causa, non licere excepta causa fornicationis. In qua responsione si meministis, hoc ait: Quod deus coniun- Matt. 19.
xit, homo non separet. Et qui bene eruditi sunt in fide catholica, nouerunt quod deus fecerit nuptias: & sicut coniunctio à deo, ita diuortium à diabolo fit. Sed propterea in
18 causa fornicationis licet vxorem dimittere, quia ipsa esse vxor prior, noluit, quæ fidem
H coniugalem marito non seruauit. Nec illi qui virginitatem deo vouent, quanquam ampliorem gradum honoris & sanctitatis in Ecclesia teneant, sinẽ nuptiis sunt: nam & ipsi pertinent ad nuptias cum tota ecclesia, in quibus nuptiis spõsus est christus. Ac per hoc ergo dominus inuitatus venit ad nuptias, vt coniugalis castitas firmaretur, & ostendere tur sacramentum nuptiarum, quia & illarum nuptiarum sponsus personam domini figurabat, cui dictum est: Seruasti vinum bonum vsque adhuc. Bonum enim vinum Christus seruauit vsque adhuc: id est, euangelium suum. Iam enim incipiamus ipsa sacramẽtorum operta derergere, quantum ille donat, in cuius nomine vobis promisimus. Erat prophetia antiquis temporibus, & à prophetię dispensatione nulla tempora cessauerũt. Sed illa prophetia quando in illa Christus non intelligebatur, aqua erat. In aqua enim
18 vinum quodammodo latet. Et dicit Apostolus, quid intelligamus in ista aqua: Vsque in
I hodiernum, inquit, diem quando legitur Moyses idipsum velamen super cor eorum po- 2. Cor. 3.
situm est, quod nunc rẽuelatur, quia in Christo euacuatur. Et cum transieris, inquit, ad dominum, auferetur velamen. Velamen dicit adoptionem prophetiæ, vt non intelligeretur. Tollitur velamen cum transieris ad dominum: sic tollitur insipientia cum transieris ad dominum, & quod aqua erat vinum tibi fit. Lege libros omnes propheticos, nõ intellecto Christo, quid tam insipidum & fatuum inuenies? Intellige ibi Christum, non Philip. 3.
solum sapit quod legis, sed etiam inebriat, mutans mentem à corpore, vt præterita obliuiscens, in ea quæ antè sunt extẽdaris. Ergo prophetia ab antiquis temporibus, ex quo prorsus currit ordo nascentium in genere humano, de Christo non tacuit: sed occultũ ibi erat: adhuc enim erat aqua. Vnde probamus quod omnibus temporibus superioribus vsque ad ætatem qua dominus venit, prophetia de illo non defuit? Ipso domino dicente, Cum enim resurrexisset à mortuis, inuenit discipulos suos dubitãtes de ipso quẽ secuti erant. Viderunt enim eum mortuum, & non sperauerunt eum resurrecturum, & tota spes eorum concidit. Vnde ille latro laudatus ipso die meruit esse in paradiso, quia Luc. 23.
in cruce confixus tunc confessus est Christum, quando de illo discipuli dubitauerunt, Ergo inuenit eos nutantes, & quodammodo arguentes seipsos, quod in illo redemptionem sperauerunt, dolebant tamen eum sine culpa occisum, quia nouerant innocentem.
18 Et hoc ipsi post resurrectionem dixerunt, cum quosdam eorum tristes inuenisset in via, Luc. 24.
K Tu solus peregrinaris in Hierusalem, & nõ cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Ille autem dixit eis; Quæ? Illi vero dixerũt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in factis & dictis in conspectu dei & vniuersi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & cruci eum fixerunt. Nos autem sperabamus quia ipse erat qui redempturus esset Israel, & nunc tertius dies agitur hodie ex quo hæc facta sunt. Hæc atque alia cum dixisset vnus ex duobus, quos inuenit in via euntes ad propinquum castellum, respondit ipse, & ait: O insensati & tardi corde ad credendum, super omnia quæ locuti sunt prophetæ: Nonne hæc omnia oportebat pati Christum, & introire in claritatem suam? Et fuit incipiens a Moyse & omnibus prophe-

eis,interpretans illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Item alio loco,cum palpa
ri se manibus discipulorum voluit,vt crederent quia in corpore resurrexerat: Hi sunt,
inquit,sermones quos locutus sum ad vos,cum adhuc essem vobiscum, quia oporteret
impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & pphetis & Psalmis de me. Tunc ad apē
ruit illis sensum vt intelligerent scripturas,& dixit illis, Quia sic scriptū est,& sic opor- 18
tebat pati Christum,& resurgere à mortuis tertia die,& prædicari in nomine eius pœni L
tentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes,incipientes à Hierusalem. His ex
euangelio,quæ certè manifesta sunt,intellectis, patebunt illa omnia mysteria, quæ in
isto miraculo domini latent: Videte quid ait: Quia oportebat impleri in Christo, quæ
de illo scripta sunt. Vbi scripta sunt? In lege,inquit,& prophetis & psalmis, nihil scriptu
rarum veterum prætermisit. Illa erat aqua: Et ideo dicti sunt illi à domino insensati,qa
eis adhuc aqua sapiebat,non vinum. Quomodo autem fecit de aqua vinum? Cum ape-
ruit eis sensum,& exposuit eis scripturas,incipiēs à Moyse & per omnes ,pphetas: vnde
iam inebriati dicebant,Nonne cor nostrū ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur
nobis in via,& aperiret nobis scripturas? Intellexerunt.n. Christum in his libris,in qui-
bus eum non nouerant. Mutauit autem aquā in vinum dominus noster Iesus Christus
& sapit quod non sapiebat,& inebriat quod non inebriabat. Si enim iussisset inde aquā
effundi,& sic ipse mitteret vinum ex ocultis creaturæ sinibus,vnde fecit & panem quan 18
Matt.14. do saturauit tot milia:)non enim quinq; panes habebant,quinq; milium hominum sa M
turitatem,aut saltem duodecim cophinos plenos, sed omnipotentia domini quasi fons
panis erat:)sic posset & effusa aqua vinum infundere: quod si fecisset,videretur scriptu
ras veteres improbasse. Cum autem ipsam aquam conuertit in vinum, ostendit nobis
quod & scriptura vetus ab ipso est: nam iussu ipsius impletę sunt hydriæ. A domino qui
dem & illa scriptura,sed nihil sapit si non ibi Christus intelligatur. Intendite aūt quod
ipse ait,quæ scripta sunt in lege,& prophetis, & psalmis de me. Nouimus autem legem
Gene.1. ex quibus temporibus narret: id est,ab exordio mundi. In principio fecit deus cœlum
& terram: inde vsq; ad hoc tempus quod nunc agimus, sexta ætas est, vt sæpe audi-
stis & nostis. Nam prima ætas computatur ab Adam vsq; ad Noe: secunda à Noe vsque
ad Abraham: sic & Matthæus euangelista per ordinem sequitur & distinguit: tertia ab 19
Abraham vsq; ad Dauid: quarta à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis: quinta
Matth.1. à transmigratione Babylonis vsq; ad Ioannes Baptistę. sexta inde vsq; ad finem seculi.
Propterea & sexta die fecit deus hominem ad imaginem suam, quia sexta ista ætate ma
nifestatur per Euangelium reformatio mentis nostræ,secundū imaginem eius qui crea
uit nos. Et conuertitur aqua in vinum,vt iam manifestatum Christū in lege & pphetis
sapiamus. Ideo,Erant ibi sex hydrie,quas iussit impleri aqua.)Sex ergo illæ hydriæ,sex
ætates significant,quibus non defuit prophetia. Illa ergo tempora sex,quasi articulis di
stributa atq; distincta,quasi vasa essent inania,nisi à Christo implerētur, quid dixi tem
pora,quæ inaniter currerent,nisi in eis dominus Iesus prædicaretur? Impletæ sunt pro-
phetiæ,plenę sunt hydriæ,sed vt aqua in vinum conuertatur,in illa tota ,pphetia Chri-
stus intelligitur. Quid est aūt,Capiebant metretas binas vel ternas?)Mysterium nobis
maxime ista locutio commendat. Metretas.n. dicit mensuras quasdam,tanquam si dice-
ret,vrnas,amphoras,vel siquid hmōi. Nomē mensuræ est metreta, & à mensura accepit
nomen ista mensura.μέτρον.n. mensurā dicunt Greci: inde appellatæ metretæ. Capiebāt
ergo metretas binas vel ternas. Quid dicimus fratres? Si ternas tantum diceret,non cur 19
reret animus noster nisi ad mysterium trinitatis. Sed forte nec sic debemus inde cito iā B
sensum nostrum auertere,quia dixit binas vel ternas: quia nominato patre & filio,con-
1.Ioan.2. sequenter & spiritussanctus intelligendus est. Spiritus.n,sanctus non est patris tantum-
Rom.8. modo,aut filii tantummodo spiritus,sed patris & filii spiritus: scriptum est.n. Siquis di-
lexerit mundum,non est spiritus patris in illo. Item scriptum est: Siquis aūt spūm xpi
non habet,hic nō est eius. Idem aūt spiritus & patris & filii: nominato itaq; patre & filio,
intelligitur & spiritussanctus,quia spiritus est & patris & filii. Cū autē nominatur pater
& filius,tanquā duæ metretę nominantur: eū autem ibi intelligitur spiritussanctus tres
metretæ. Ideo non dictum est,capientes metretas,aliæ binas,alię ternas: sed ipsæ sex hy
driæ capiebant metretas binas vel ternas: tanquam diceret,& quando dico binas,etiam
spiritum patris & filii cum his intelligi volo: & quando dico ternas, ipsam trinitatem
manife-

19 manifestius enuncio. Quisquis itaq; nominat patrem & filium,oportet ibi intelligi tan-
C quam charitatem inuicem patris & filii,quod est spiritussanctus: fortassis enim discus- [alias vt
sæ scripturæ,quod non sic dico,vt hoc dicere possim,[aut quasi aliud inueniri nō pos- hodie do-
sit,sed tamen fortasse scrutatæ scripturæ indicant,q̄ spiritussanctus charitas est. Et ne cere pos-
putetis vilem esse charitatem: quomodo autem vilis est, quando omnia quæ dicuntur sim.
nō vilia,chara dicuntur? Si ergo quæ nō sunt vilia,chara sunt: quid est charius ipsa cha 1. Cor.12.
ritate? Sic aūt cōmendatur charitas ab Apostolo vt dicat: Supereminentiorem viam vo- & 13.
bis demonstro: Si linguis hominū loquar & angelorū, charitatem autē nō habeā,factus
sum vt æramentū sonans,aut cymbalū tinniens. Et si sciero omnia sacramenta & omnē
scientiam, & habuero prophetiam & omnē fidem,ita vt montes transferā, charitatē aūt
non habeā,nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus,& tradidero corpus meū
vt ardeā,charitatē autem non habuero,nihil mihi prodest. Quāta est ergo charitas,quæ
si desit,frustra habentur cætera: si adsit,rectè habentur omnia. Tamen charitatem lau-
dans apostolus Paulus copiosissimè atq; vberrimè,minus de illa dixit, quam quod ait
breuiter apostolus Ioannes,cuius est hoc Euangelium. Neque enim dubitauit dicere,
19 Deus charitas est: Scriptum est etiam, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris 1. Ioan. 4.
D per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quis ergo nominet patrem & filium,& nō ibi Roma.5.
intelligat charitatem patris & filii? Quam cū habere cœperit,spiritum sanctum habebit:
quam si nō habuerit,sine spiritu sancto erit. Et quomodo corpus tuū sine spiritu, quod
est anima tua: si fuerit,mortuum est: sic anima tua sine spiritusancto,id est, sine charita
te si fuerit,mortua deputabitur. Ergo metretas binas capiebant hydriæ, quia in omniū
temporum prophetia pater & filius prædicatur,sed ibi est & spiritussanctus. Ideoq̄ ad-
iunctum est,vel ternas: Ego & pater,inquit,vnum sumus. Sed absit vt spiritum sanctū, Ioan.10.
vbi audimus,ego & pater vnū sumus,nō esse dicamus: Tamen quia patrē & filiū nomi-
nauit,capiebant hydriæ binas metretas. Sed audi,vel ternas: Ite baptizate gentes, in no Matt.28.
mine patris & filii & spiritussancti. Itaque in eo quod dicuntur binæ,nō exprimitur,sed
intelligitur: in eo vero quod dicuntur,vel terne,etiam exprimitur trinitas. Sed est & ali-
us intellectus non prætermittendus,& ipsum dicam,eligat quisq; quod placeat, nos quod
suggeritur non subtrahimus. Mensa enim domini est,& non oportet ministrum frauda
19 re conuiuas,præsertim sic esurientes,vt apparet auiditas vestra. Prophetia quæ ab anti-
E quis temporibus dispensatur,ad salutem omnium gentium pertinet. Ad solum quidem
populum Israel missus est Moyses,& ei soli populo per eum lex data est, & ipsi Prophe-
tæ ex illo populo fuerunt, & ipsa distributio temporum secundum eundem populum
distincta est: vnde & hydriæ dicuntur. Secundum purificationem Iudæorum:)Sed ta-
men quod illa prophetia etiam cæteris gentibus annunciabatur,manifestum est,quan-
doquidem Christus in ea occultus erat,in quo benedicentur omnes gentes, sicut pro-
missum est Abrahæ,dicente domino,in semine tuo benedicentur omnes gentes. Non- Gene.22.
dum autem intelligebatur,quia nondum aqua conuersa fuerat in vinum: ergo omni-
bus gentibus dispensabatur prophetia. Quod vt emineat iocundius, de singulis ætati-
bus,tanquam de singulis hydriis,pro tempore quædam commemoremus. In ipso exor-
dio, Adam & Eua parentes omnium gentium erant non tantummodo Iudæorum: Et
quicquid figurabatur in Adam de Christo,ad omnes vtique gentes pertinebat,quibus
salus erat in Christo. Quid ergo potissimum dicam de aqua primæ hydriæ, nisi quod
Apostolus ait,de Adam & Eua? Nemo enim me dicet praue intellexisse,quando intelle-
19 ctum non meum,sed Apostoli profero. Illud ergo vinum quantum mysterium de Chri
F sto continet,quod commemorat Apostolus dicēs: Et erunt duo in carne vna. Sacramen Ephe.5.
tum hoc magnum est. Et nequis istam magnitudinem sacramenti in singulis quibusq;
hominibus vxores habentibus intelligeret: Ego autem,inquit,dico in Christo & in Ec-
clesia, quod est hoc sacramentum magnum, erūt duo in carne vna. Cum de Adam &
Eua scriptura geneseos loqueretur: vnde verum est ad hæc verba: Propterea relinquet Gene.2.
homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: sic ergo
Christus adhesit Ecclesiæ, vt essent duo in carne vna. Quomodo reliquit patrem? quo-
modo matrem reliquit? Patrem,quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus Philip.2.
est se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens. Hoc est enim,
reliquit patrem,non quia deseruit & recessit à patre,sed quia non in ea forma apparuit

hominibus, in qua æqualis est patri. Quomodo reliquit matrem? Relinquendo sy- 20
nagogam Iudæorum, de qua secundum carnem natus est, & inhærendo Ecclesiæ quã G
ex omnibus gentibus congregauit. Ergo prima hydria habebat prophetiam de Chri-
sto: scilicet quando ista quæ loquor non prædicabantur in populis, adhuc aqua erat,
in vinum mutata nondum erat. Et quia illuminauit nos per Apostolum dominus, vt
ostenderet nobis quid ibi quæreremus in ipsa vna sententia, erunt duo in carne vna,
sacramentum magnũ in Christo & in Ecclesia; iam licet nobis vbique Christum quæ-
rere, & de omnibus hydriis vinum potare. Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Chri-
stus vt fiat Ecclesia. Dormienti Adæ fit Eua de latere, mortuo Christo lancea percuti-
tur latus, vt profluant sacramenta quibus formetur Ecclesia. Cui non apparet quia
in illis tunc factis futura figurata sunt, quandoquidem dicit Apostolus ipsum A-
dam formam futuri esse? Qui est, inquit, forma futuri. Præfigurabantur omnia my-
stice: Neque enim uero non poterat Deus vigilanti costam educere, fœminamq; for-
mare? An forte ne doleret latus quando costa detracta est, propter hoc oportebat vt
ille dormiret? Quis est qui sic dormiat, vt ei ossa non euigilanti euellantur? An quia 20
Deus euellebat, propterea homo non sentiebat? Poterat ergo & vigilanti sine dolo- H
re euellere, qui poterat dormienti: sed proculdubio hydria prima implebatur, pro-
phetia illis temporibus futuro isto tempori dispensabatur. Christus etiam figuratus
est in Noe, & in illa arca orbis terrarum. Quare ergo in arca inclusa sunt omnia ani-
malia, nisi vt significarentur omnes gentes? Non enim deerat deo rursus creare omne
genus animalium: quando enim omnia non erant, nónne dixit, producat terra, &
produxit terra? Vndè ergo tunc fecit, inde reficeret: verbo fecit, verbo reficeret, nisi
quia mysterium commendabat, & secundam hydriam propheticæ dispensationis im-
plebat, vt per lignum liberaretur figura orbis terrarum, quia in ligno figenda erat vi-
Gene. 22. ta orbis terrarum. Iam in tertia hydria ipsi Abrahæ quod iam commemoraui, dictum
est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et quis non videat cuius habeat figu-
ram vnicus eius, qui sibi ad sacrificium quò ipse immolandus ducebatur, ligna porta-
bat? Portauit enim dominus crucem suam, sicut euangelium loquitur. Hoc de tertia 20
hydria commemorasse sufficiat. De Dauid autem quid dicam, quòd ad omnes gentes I
pertinebat prophetia eius, quando modo audiuimus Psalmum: & difficile est vt dica-
tur Psalmus, in quo hoc non sonet? Sed certe vt dixi modo cantauimus, Surge Deus
iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Et ideo Donatilłæ tan-
quam proiecti de nuptiis; sicut ille homo qui non habebat vestem nuptialem, inuita-
tus est, & venit, sed proiectus est de numero vocatorum, quia non habebat vestem
ad sponsi gloriam: qui enim suam gloriam quærit, non Christi, non habet vestem
nuptialem: non enim volunt consonare voci illius qui amicus erat sponsi, & ait: Hic
est qui baptizat. Nec immerito illi qui non habebat vestem nuptialem, hoc per incre-
pationem obiectum est quod non erat. Amice, quid huc venisti? Et sicut ille obmu-
tuit, sic & isti: quid enim prodest strepitus oris muto corde? Nouerunt quippe in-
tus apud semetipsos non se habere quod dicant: intus obmutuerunt, foris perstre-
punt. Audiunt velint nolint, etiam apud se cantari, Surge Deus iudica terram,
quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Et non communicando omnibus gen- 20
tibus, quid aliud quàm se exhæredatos esse cognoscãt? Quod ergo dicebam fratres, K
quia ad omnes gentes pertinet prophetia: volo enim alium sensum ostendere in eo
quod dictum est, Capientes metretas binas vel ternas: ad omnes, inquam, gentes
pertinere prophetiam, modo commemorauimus demonstratum in Adam, qui est for-
ma futuri. Quis autem nesciat quòd de illo exortæ sunt omnes gentes, & in eius voca
bulo quatuor litteris, quatuor orbis terrarum partes per græcas appellationes demon-
stratur? Si enim græcè dicantur, oriens, occidens, aquilo, meridies, sicut eas pleriq; lo-
cis sancta scriptura commemorat, in capitib. verborum inuenis Adam: dicuntur. n. græ-
ce quatuor memoratæ mundi partes, ἀνατολὴ δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία. Ista quatuor nomina
si tanquã versus quatuor sub inuicem scribas, in eorum capitibus Adam legitur. Hoc
in Noe propter arcam figuratum est, in qua erant omnia animalia, quæ significabant
omnes gentes: hoc in Abraham, cui apertius dictum est, In semine tuo benedicentur oẽs
Psal. 81. gentes: hoc in Dauid, de cuius Psalmis, vt alia omittam, modo cantauimus, Surge deus

19 iudica terra, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Cui enim deo dicitur, sur-
L ge, nisi ei qui dormiuit? Surge deus, iudica terram: tanquam diceretur, Dormisti iudica-
tus à terra, surge vt iudices terram. Et quò pertinet illa prophetia: Quoniam tu hæredi
tabis in omnibus gentibus? Iam vero in quinta ætate tanquam in quinta hydria, Daniel Daniel 2.
vidit lapidem præcisum de monte sine manibus, & confregisse omnia regna terrarum, &
creuisse illum lapidem, & factum esse montem magnum, ita vt impleret vniuersam faciẽ
terræ. Quid apertius fratres mei? Lapis de monte præciditur, ipse est lapis quem reproba
uerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. De quo monte præciditur, nisi de regno
Iudæorum, vnde dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus est? Et præci
ditur sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de virgine exortus
est. Mons ille vnde præcisus est, non impleuerat vniuersam faciem terræ: non enim te-
nuerat regnum Iudæorum omnes gentes: at vero regnum Christi, omnes gentes & vni-
uersum orbem terrarum cernimus occupare. Iam ad sextam ætatem pertinet Ioannes
19 bap. quo nemo exurrexit maior de natis mulierum: de quo dictum est, Maior quàm Pro
M pheta. Quomodo & ipse ostendit, quia omnibus gentibus missus est Christus, quando
Iudæi venerunt ad eum vt baptizarentur? Et ne superbirent de nomine Abrahæ, gene-
ratio, inquit, viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum Matt. 3.
dignum pœnitentiæ, id est, humiles estote: superbis enim loquebatur. Vnde autem erãt
superbi? De genere carnis, non de fructu imitationis patris Abraham. Quid eis ait? Noli
te dicere, patrem habemus Abraham, potens est enim deus de lapidibus istis suscitare fi-
lios Abrahæ: Lapides dicens omnes gentes, non propter firmitatem, sicut lapis dictus
est, quem reprobauerunt ædificantes: sed propter stoliditatem & duritiam stultitiæ, quia
eis quos adorabant similes facti erant, Adorabant enim insensata simulacra, pariter in-
sensati: Vnde insensati? Quoniam in Psalmo dicitur: Similes illis fiant qui faciunt ea, & Psa. 113.
omnes qui confidunt in eis. Ideo cum cœperint homines deum adorare, quid audiunt?
Vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum facit oriri super bonos & ma-
los, & pluit super iustos & iniustos. Quapropter si ei fit homo similis quem adorat: quid
20 est, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę? Nosipsos interrogemus, &
A videamus quia factum est. Nos enim de gentibus venimus. De gentibus autem non ve
niremus, nisi deus de lapidibus suscitasset filios Abrahæ. Facti sumus filii Abrahæ imi-
tando fidem, non nascendo per carnem. Sicut enim illi degenerando exhæredati: sic nos
imitando adoptati. Ergo fratres, ad omnes gentes pertinebat etiam ista sexta hydria pro
phetię, & ideo de omnibus dictum est, Capientes metretas binas vel ternas.) Sed quo-
modo ostendimus omnes gentes pertinere ad binas vel ternas matretas? Aestimantis. n.
fuit quodammodo, vt ipsas diceret binas quas dixerat ternas, ad commendandum scili-
cet sacramentum. Quomodo sunt binę metretæ? Circuncisio & præputium. Hos duos
populos scriptura commemorat, & nullum prætermittit hominum genus, quando dicit,
circuncisio & præputium. In duobus istis nominibus habes omnes gentes, & binæ me-
tretæ sunt. His duobus parietibus de diuerso venientibus ad pacem in seipso faciendam,
lapis angularis factus est Iesus. Ostendamus & ternas metretas in eisdem ipsis omnibus
gentibus. Tres enim erant filii Noe, per quos reparatum est genus humanum: Vnde do Luc. 13.
21 minus ait, Simile est regnum cœlorum fermento quod accepit mulier, & abscondit fari-
B næ mensuris tribus, quoadusque fermentaretur totum. Quę est ista mulier, nisi caro do
mini? Quod est fermentum, nisi Euangelium? Quæ sunt tres mensuræ, nisi omnes gen-
tes, propter tres filios Noe? ergo sex hydriæ capientes binas vel ternas metretas, sex sunt
ætates temporum, capientes prophetiam pertinentem ad omnes gentes, siue in duobus
generibus hominum, id est, Iudæis & Grecis, sicut sępe Apostolus commemorat: siue in
tribus, propter Noe tres filios significatos. Figurata est enim prophetia pertingens vsq; 2. Cor. 10.
omnes gentes. Nam in eo quod pertingit, dicta est metreta, sicut dicit Apostolus, Acce-
pimus mensuram pertingendi vsque ad vos: Gentibus enim euangelizans, sic ait, mensu
ram pertingendi ad vos.

Ab eo loco vbi ait, Post hęc descendit Capernaum ipse & mater eius: vsq; ad id quod
ait, Ille autem dicebat de templo corporis sui. Tractatus. X.

IN Psalmo audistis gemitum pauperis, cuius membra per totam terram tribulationes
patiuntur vsque in finem seculi. Satagite fratres mei esse in his membris, & de his mẽ

bris. Nam tribulatio tota transitura est. Væ gaudentibus, quia veritas dicit, Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Deus homo factus est: Quid facturus est homo, p-
Matt.5. pter quem deus factus est homo? Hæc spes consoletur nos in omni tribulatione & tentatione huius vitæ. Non enim cessat inimicus persequi, & si nō aperte sæuit, insidiis agit. Quid.n. agit? Et super iram dolose agebant. Inde dictus est leo & draco. Sed quid dicitur
Psal.90. Christo? Et conculcabis leonē & draconē. Leo ꝓpter apertā irā, draco ꝓpter occultas insidias. Draco eiecit Adam de paradiso. Idem ipse leo persecutus est Ecclesiam, dicente.
1. Petr.5. Petro: Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiēs circuit, quærens quē deuoret. Non tibi sæuitiam suam perdidisse diabolus videatur, quando blanditur, tunc magis cauendus est. Sed inter has omnes insidias & eius tentationes, quid faciemus, nisi quod
Psal.34. ibi audiuimus? Ego autem cum mihi molesti essent, induebā me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Est qui exaudit, ne dubitetis orare: qui autem exaudit, intus 20
manet. Non in montem aliquem oculos dirigatis, non faciam in stellas, aut solē aut lu- D
nam leuetis. Non tunc exaudiri vos arbitremini, quando super mare oratis, imo detestamini tales orationes. Munda tantum cubiculum cordis, vbi fueris, vbicunque oraueris, intus est qui exaudit, intus in secreto, quem sinum vocat cum ait, Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Qui te exaudit, non est præter te. Non longe vadas, nec te extollas, vt quasi attingas ad illū manibus. Magis si te extuleris, cades: si te humiliaueris, ipse appropinquabit. Hic dominus deus noster verbum dei, verbum caro factum est, filius patris, filius dei, filius hominis: excelsus vt nos faceret, humilis vt nos reficeret, ambulans inter homines, patiens humana abscondens diuina. Descendit, vt dicit euangelista, in Capernaum, ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi mansit nō multis dieb.) Ecce habet matrē, habet fratres, habet & discipulos: inde fratres, vnde matrem. Fratres.n. scriptura nostra, non eos solos appellare consueui, qui nascuntur ex eodē viro & fœmina, aut ex eodem vtero, aut ex eodem patre, quanuis diuersis matribus, aut 20
certe ex eodem gradu velut compatrueles aut consobrinos, non solum hos fratres no- E
uit dicere scriptura nostra. Quomodo loquitur, sic intelligenda est: Habet linguam suā: quicunq; hāc linguam nescit, turbatur & dicit: vnde fratres domino? Num enim Maria iterum peperit? Absit, inde cœpit dignitas virginum. Illa fœmina mater esse potuit, mulier esse non potuit. Dicta est autem mulier secundum fœmineum sexum, non secundū corruptionem integritatis, & hoc ex lingua ipsius scripturæ. Nam Eua statim facta de latere viri sui, nondum contacta à viro suo, nostis quia mulier appellata est, Et formauit eam in mulierē. Vnde ergo fratres cognati Mariæ fratres domini? de quolibet gradu cognati: vnde probamus? ex ipsa scriptura. Frater Abrahæ dictus est Lot, qui filius erat fratris ipsius, lege & inuenies, quia Abraham patruus erat Loth, & dicti sunt fratres, vnde nisi quia cognati? Iacob Laban Syrū habebat auunculū: frater.n. erat Laban matris Iacob id est Rebeccæ vxoris Isaac. Lege scripturā, & inuenies quia fratres dicuntur auunculus & sororis filius. Qua regula cognita, inuenies omnes consanguineos Mariæ fra- 20
tres esse Christi. Sed illi discipuli magis erant fratres, quia & illi cognati fratres non es- F
sent, si discipuli non essent. Et sine causa fratres, si magistrum non agnoscerent fratrem. Nam quodam loco cū ei nunciassent matrem & fratres eius foris stantes, ille autem cū discipulis suis loquebatur, ait, Quæ mihi mater, vel qui fratres? Et extendens manum
Matt.12. super discipulos suos dixit, Hi sunt fratres mei: & quicunq; fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est, ille mihi mater & frater & soror est. Ergo & Maria quia fecit voluntatem patris, hoc in ea magnificauit dominus: quia fecit voluntatē patris, non qa caro genuit carnē. Intendat charitas vestra. Propterea cum dominus inturba admirabilis videretur, faciens signa & prodigia & ostendens quid lateret in carne, admiratæ quædā animæ dixerunt. Fœlix venter qui te portauit. Et ille, imò felices qui audiunt verbum dei, &
Luc.11. custodiunt illud: hoc est dicere, Et mater mea quā appellatis fœlicem, inde fœlix, quia verbum dei custodit, non quia in illa verbum caro factum est, & habitauit in nobis: sed quia custodit ipsum verbum dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est. Homines in gaudeant prcle temporali, exultent, si spiritu iunguntur deo. Hæc diximus, ꝓpter id quod ait Euangelista, quia cum matre sua & fratribus suis & discipulis habitauit in Capernaum paucis diebus. Deinde quid sequitur? Et propè erat pascha Iudæorū, & 20
ascendit Hierosolymam.) Aliam rem nobis Euangelista narrat, sicut se habebat recor- G

datio annunciatis. Et inuenit in templo, [vendentes] boues & oues & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de resticulis omnes eiecit [de templo: boues quoque & oues, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit, & his qui columbas vendebant dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domū negotiationis.) Quid audiuimus fratres? Ecce templū illud figura adhuc erat, & eiecit inde dominus omnes qui sua quærebant, qui ad nundinas venerant, & quæ ibi vendebant illi, quæ opus habebant homines in sacrificiis illius temporis. Nouit.n. charitas vestra qd sacrificia illi populo ꝓ eius carnalitate & corde adhuc lapideo talia data sunt, quib. tenebatur ne in idola deflueret, & immolarent ibi sacrificia, boues, & oues, & colūbas. Nostis qa legistis. Non ergo magnū peccatū si hoc vendebant in templo, quod emebatur vt offerretur in templo, & tamen eiecit inde illos. Quid si ibi ebriosos inueniret, quid faceret
20 H dominus, si vendentes ea quæ licita sunt, & contra iustitiam non sunt? Quæ enim honeste emuntur, non illicite venduntur: expulit tamen, & nō est passus domū orationis fieri domum negotiationis. Si negotiationis domus non debet fieri domus dei, potationis Psal.36.
debet fieri? Nos autem quando ista dicimus, stridthan dentibus suis aduersus nos, & consolatur nos Psalmus quē audistis, Striderunt in me dentibus suis. Nouimus & nos audire vnde curemur, etsi ingeminantur flagella Christo, quia flagellatur sermo ipsius. Cō Psal.34.
gregata sunt, inquit, in me flagella & nesciebam. Flagellatus est & flagellis Iudæorū, flagellatur blasphemiis falsorū Christianorū: multiplicant flagella domino deo suo & nesciunt. Faciamus nos quantū ipse adiuuat: ego autem cū mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabā in ieiunio animā meā. Dicimus tamen fratres: non.n. & ipse pepercit illis, qui flagellandus erat ab eis. Prior illos flagellauit, signū quoddā nobis ostendit, quod fecit flagellum de resticulis, & inde indisciplinatos negotiationē in dei in templo facientes flagellauit. Etenim vnusquisq; in peccatis suis restem sibi texit: Propheta Esa.5.
20 I dicit, Væ his qui trahunt peccata sua sicut restem longam. Et quis facit restem longam? qui peccato addit peccatū. Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata quæ facta sunt cooperiuntur aliis peccatis. Furtum fecit, ne inueniatur qui fecit, quærit mathematicum: sufficeret furtū fecisse. Quare vis adiungere peccatum peccato? Ecce duo peccata. Cum ad mathematicum prohiberis accedere, blasphemas episcopum, ecce tria peccata. Cum audis, mitte illum foras de Ecclesia: dicis, duco me ad patrem Donati: ecce addis quartum. Crescit restis. Time restem, Bonum est tibi vt hic inde cum flagellaris, corrigaris, ne in fine dicatur, Ligate illi pedes & manus, & proicite eum in tenebras ex- Matt.22.
teriores. Criniculis enim peccatorum suorum vnusquisq; constringitur. Illud domi- Prouer.5.
nus dicit, illud alia scriptura dicit, Sed vtrunq; dominus dicit, De peccatis suis ligantur homines, & mittuntur in tenebras exteriores. Qui sunt tamen qui vendunt boues? Vt in figura quæramus mysterium facti, qui sunt qui oues vendunt & columbas? Isti sunt qui sua quærunt in ecclesia, nō quæ Iesu xpi. Venale habent totū, qui nolunt redimi: emi nolunt, & vendere volunt. Bonū est eis vt redimantur sanguine Christi, vt per- Philip.2.
ueniant in pacem xpi. Quid enim prodest acquirere in hoc seculo quodlibet temporale & transitoriū, siue sit pecunia, siue sit voluptas ventris & gutturis, siue sit honor in laude humana? Nónne omnia fumus & ventus? nōne omnia transeunt & decurrunt? Et væ
20 K his qui inhæserint transeuntibus, quia simul transeunt. Nónne vt fluuius præceps currens in mare? Et væ ei qui ceciderit, quia in mare trahetur: ergo tenere debemus omnes affectus à talibus concupiscentiis. Fratres mei, qui talia quærunt, venduntnā & Simon Acto.8.
ille ideo volebat emere spiritum sanctum quia vendere volebat spiritum sanctum, & putabat apostolos mercatores tales eē, quales dominus de tēplo flagello eiecit: talis n. ipse erat, & quod venderet emere volebat, de illis erant qui columbas vendebant: etenim in columba apparuit spiritus sanctus. Qui ergo vendunt colūbas fratres? Qui dicunt, nos damus spiritū sanctum. Quare.n. hoc dicunt, & quo pretio vendunt? pretiū honoris sui accipiunt. Accipiunt pretium cathedras temporales, vt videantur ipsi vendere columbas. Caueant à flagello de resticulis. Columba non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. Ideo fratres mei, quomodo eos videtis qui vendunt propolarios? Quisq; quod vendit laudat? Quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circumit ergo aliqs

Universidad de Deusto
Biblioteca

émere columbam, vnusquisque ad propositum suum laudat quod vendit. Auertatur il-
lius cor ab omni vendente, veniat vbi gratis accipitur. Nec si erubescāt fratres, quia per
ipsas dissensiones suas, amaras & malitiosas, cum sibi tribuunt quod non sunt, cum ex-
Galat.9. tolluntur putant se aliquid esse, cum nihil sint, tot partes de se fecerunt, Sed quid in eis
Psal.34. impletum est quod nolunt corrigi, nisi quod audistis in Psalmo? Discisi sunt nec com-
1. Cor.9. puncti sunt. Qui ergo boues vendunt? Boues intelliguntur qui nobis scripturas sanctas
dispensauerunt. Boues erant Apostoli, boues erant prophetæ: vnde dicit Apostolus, Bo-
ni triturāti os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad dominum? an propter
nos dicit? Propter nos enim dicit, quia debet in spe qui arat arare, & triturans in spe par-
ticipandi. Ergo illi boues reliquerunt nobis memoriam scripturarum. Non enim de suo
Psal.34. dispensauerunt, quia gloriam domini quęsierunt. Quid enim audistis in ipso Psalmo?
Et dicant semper, magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius. Seruus dei, po- 20
pulus dei, Ecclesia dei. Qui volunt, pacē Ecclesię ipsius, magnificent dominum, non ser- M
uum, & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius: Ipsius popu
li, ipsius serui vox est illa euidens, quam in lamentationibus audistis in Psalmo, & mo-
uebamini cum audiretis, quia inde estis: quod cantabatur ab vno, de omnibus cordibus
Psal.12. resonabat. Fœlices qui sein illis vocibus tanquam in speculo cognoscebant. Qui ergo
volunt pacē serui eius, pacē populi eius, pacem vnius illius, quā dicit vnicā, & quā vult
erui de leone, & de manu canis vnicā meā, q dicunt semper magnificetur dominus: ergo
illi boues dominum magnificauerunt, non se. Videte bouem magnificantem dominum
Esa.1. suum, quia agnouit bos possessorem suum. Attendite bouem timentem, ne deseratur
1. Cor.1. possessor bouis, & in boue præsumatur, quomodo expauescit eos qui volunt in illo pone
1. Cor.3. re spem. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?
Quod dedi, non ego dedi, gratis accepistis, columba de cœlo descendit. Ego, inquit, plan
taui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque
Psal.34. qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Et dicant semper magnificetur dominus, qui 21
volunt pacem serui eius. Isti autem de scripturis ipsis fallunt populos, vt accipiant ab ip A
sis honores & laudes, & non conuertantur homines ad veritatem. Quia vero ipsis scri-
pturis fallunt populos, à quibus quærunt honores, vendunt boues, vendunt & oues, id
est ipsas plebes, Et cui vendunt? diabolo. Nanq; fratres mei, si Christi vnica Ecclesia est
& vna est, quicquid inde præciditur, quis tollit nisi leo ille rugiens & circumiens, quæ-
1. Pet.5. rens quem deuoret? Væ his qui præciduntur: nam illa integra permanebit, Nouit enim
2. Tim.2 dominus qui sunt eius. Tamen quantū in ipsis est, vendunt boues & oues, vendunt & co
lumbas, obseruant flagellum peccatorum suorum. Certe quando aliquid tale patiuntur
propter istas iniquitates suas, agnoscant quia dominus fecit flagellum de resticulis, & ad
hoc admonet eos vt mutent se, & non sint negociatores: nam si se non mutauerint, au-
dient in fine, Ligate illis manus & pedes, & proicite in tenebras exteriores; tunc dictum
Mat.22. est, Zelus domus tuę comedit me. Recordati sunt discipuli quia zelus domus dei eiecit 21
Psal.68. illos de templo domini.) Fratres, vnusquisque Christianus in membris Christi zelo do- B
mus dei comedatur. Quis comeditur zelo domus dei? Qui omnia, quæ forte ibi videt
peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit. Si emendare nō potest, tolerat,
gemit: non excutitur de area granum, sustinet paleam, vt intret in horreum cum palea
fuerit separata. Tu ante horreum, si granū es, noli excuti de area, ne prius ab auibus col-
ligaris, quā in horreum congregeris. Aues enim cœli aereæ potestates expectant aliquid
rapere de area, & non rapiunt nisi quod inde fuerit excussum: ergo zelus domus dei co-
medat te. Vnumquenq; Christianum zelus domus dei comedat, in qua domo dei mem-
brum est. Non.n. magis est domus tua, q̄ domus vbi habes salutem sempiternā. Domum
tuā intras pp requiē temporalē, domū dei intras pp requiē sempiternā. Si ergo in domo
tua ne qd peruersum fiat satagis, in domo dei vbi salus ,pposita est, & requies sine fine,
debes pati quantū in te est, si quid forte peruersum videris? Vnūquenq; Christianū ze-
lus domus dei comedat: verbi gratia, Vides fratrē currere ad theatrū, prohibe, mone, cō-
tristare, si zelus domus dei comedit te. Vides alios currere & inebriari velle & hoc velle 21
in locis sanctis, quod nusquam decet, prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos po C
tes, quibus potes blandire, noli quiescere: tamen si amicus est, admoneatur leniter: vxor
est, seueriśimè refrænetur: ancilla est, etiam verberibus compescatur. Fac quicquid po-

tes, pro persona quàm portas: & perficis, zelus domus tuæ comedit me. Si autem fueris
frigidus, marcidus, ad te solum expectans, & quasi tibi sufficiens & dicens in corde tuo,
Quid mihi est curare aliena peccata: sufficit mihi anima mea, ipsam integram seruem Mat.25.
deo. Eia, non tibi venit in mentem seruus ille qui absondit talentum, & noluit erogare?
Nunquid enim accusatus est, quia perdidit, & non quia sine lucro seruauit? Sic ergo audi
te fratres mei, vt non quiescatis: ego vobis consilium daturus sum: det ille qui intus est,
quia etsi per me dederit, ille dat. Nostis quid agatis vnusquisq; in domo sua cum amico
suo, cum inquilino, cum cliente suo, cum maiore, cum minore, quomodo dat deus adi-
tum, quomodo aperit ianuam verbo suo, nolite quiescere lucrari Christo, quia lucrati
estis à Christo. Dixerunt illi Iudæi, Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Et do-
21 minus, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudęi,
D Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu dicis tribus diebus excita-
bo illud? Caro erant, carnalia sapiebant, ille vero loquebatur spiritaliter. Quis autem
posśit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multum quærimus: Per euangelistam
nobis aperuit, de quo templo diceret, Soluite templum hoc & tribus diebus excitabo il-
lud. Quadragintasex annis ædificatum est templum, & triduo susćitabis illud? Dicebat
autem, ait Euangelista, de templo corporis sui.) Et manifestum est occisum dominum
post triduum reiurrexisse. Hoc modo omnibus nobis notum est, etiam si Iudæis clau-
sum est, quia foris stant, nobis tamen apertum est, quia nouimus in quem credimus. Ip-
sius templi resolutionem & reædificationem, anniuersaria solēnitate celebraturi sumus.
Ad quam vos exhortamur, vt pręparetis, vos siqui estis catechumeni vt accipiatis gra-
tiam. Iam nunc tempus est, iam nunc parturiatur quod tunc nascatur: ergo illud nou-
imus. Sed forte hoc exigitur à nobis, vtrum habeat aliquot sacramenta quadragintasex
annis ędificatum templum. Sunt quidem multa quæ hinc dici possunt, sed quod breui-
ter dici potest & facile intelligi, hoc interim dicamus fratres. Diximus enim iam, nisi fal
21 lor, hesterno die. Adam vnum hominem fuisse, & ipsum esse totum genus humanum:
E Nam ita diximus si meministis, quasi, quasi fractus est, & sparsus colligitur, & quasi con
flatus in vnam societatem atque cōcordiam spiritalem, & gemit vnus pauper modo ipse
Adam, sed in Christo innouatur: quia sine peccato venit, Adam vt peccatum Adā solue-
ret in carne sua, & vt redintegraret sibi Adam imaginem dei. Adam ergo caro Christi de
Adam, ergo de Adam templum quod destruxerunt Iudæi, & susćitauit dominus triduo:
resuscitauit enim carnem suam. Videte, quia deus erat æqualis patri. Fratres mei, dicit
Apostolus, Quia eum excitauit à mortuis, De quo dicit? de patre. Factus, inquit, obediēs Phili. 2.
vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus illū excitauit à mortuis.
& dedit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitatus & exaltatus est dominus.
Resuscitauit eum à mortuis, quis? pater: cui dixit in psalmis, Excita me, & reddam illis.
Ergo pater eum resuscitauit, non seipse? Quid autem facit pater sine verbo? Quid facit Psal.40.
pater sine vnico filio suo? Nam audi, quia & ipse deus erat, Soluite templum hoc & tri-
21 bus diebus excitabo illud. Nunquid dixit, Soluite templum quod triduo pater meus re-
F suscitet? Sed quomodo cum pater suscitat, & filius suscitat: sic cum filius suscitat, & pa-
ter suscitat: quia filius dixit Ego & pater vnum sumus. Quid ergo sibi vult numerus qua Ioan. 10.
dragenarius senarius: Interim ipse Adam quia per totum orbem terrarum est, audistis
iam hesterno die in quatuor literis græcis, quatuor verborum græcorum. Sic enim ista
verba quatuor scribas sub inuicem, id est nomina quatuor partium mundi, Orientis
Occidentis, Aquilonis & Meridiani, quod est totus orbis: vnde dicit dominus, à quatuor
ventis collecturum electos suos cum venerit ad iudicium. Si ergo facias ista quatuor no Mat.13.
mina Græca ἀνατολὴ, quod est Oriens: δύσις, quod est Occidens: ἄρκτος, quod est Septen-
trio: μεσημβρία, quod est Meridies. Anatole, dysis, arctos, mesembria: capita verborū Adā
habent. Quomodo ergo ibi inueniemus [quadragenarium] senarium numerum? Quia
caro Christi de Adam erat. Ad literas numeros computant Græci, quod & nos facimus.
A literam ipsi lingua sua ponunt α alpha & vocatur α alpha vnum. Vbi autem in nume-
ris scribunt β vita, quod est b ipsorum, vocatur in numeris duo. Vbi scribunt γ gamma,
21 vocatur in numeris ipsorum tria. Vbi scribunt δ delta, vocatur in numeris ipsorum qua
G tuor: & sic per omnes literas numeros habent. M, quod nos dicimus, & illi dicunt μ mi,
quadraginta significat. Dicunt enim τεσσαράκοντα. Iam videte, istæ literæ quem numerū

habeāt,& ibi inuenietis quadragintasex annis ædificatum templum. Habet enim Adam α alpha,quod est vnum. Habet δ delta, quod sunt quatuor, habes quinque. Habet iterū α alpha,quod est vnum,habes sex. Habet. & μ mi,quod est quadraginta,habes quadraginta sex. Hæc fratres mei etiam ab interioribus maioribus nostris dicta sunt, & inuentus est iste numerus in literis quadragenarius senarius: Et quia dominus noster Iesus Christus de Adam corpus accepit,non de Adam peccatum traxit, templum corporeum inde sumpsit,non iniquitatem quę de templo pellenda est. Ipsam autem carnem quam traxit de Adam (Maria enim de Adam,& domini caro de Maria) Iudęi crucifixerunt,& ille resuscitaturus erat ipsam carnem triduo, quam illi in cruce erant occisuri. Illi soluerunt templum quadraginta sex annis ædificatum,& ille triduo resuscitauit illud. Benedicimus dominū deum nostrum, qui ad lætitiam spiritalem congregauit nos. Simus in humilitate cordis semper,& gaudium nostrum penes ipsum sit. Non de prosperitate aliqua huius seculi inflemur, seu nouerimus fœlicitatem nostram non esse nisi cum ista transierint. Modo gaudiū nostrum fratres mei in spe sit,nemo gaudeat quasi in re præsenti, ne hæreat in via. Totum gaudium de spe futura sit,totum desiderium vitæ æternæ sit. Omnia suspiria in Christo anhelent,ille vnus pulcherrimus,qui & fœdos dilexit vt pulchros faceret desideretur. Ad illum vnum curratur, illi ingemiscatur: & dicant semper magnificetur dominus,qui volunt pacem serui eius.

Ab eo quod scriptum est, Cum autem esset in Hierusalem Iesus in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius: vsq; ad id quod ait, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum dei.

Tractatus. XI.

OPportunè nobis dominus procurauit hodierna die lectionis huius ordinem, nam quia ex ordine Euangelium secundum Ioannem considerare atque tractare suscepimus,credo quod aduerterit charitas vestra. Opportunè ergo occurrit,vt hodie audiretis ex Euangelio,quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non videbit regnum dei. Tempus ergo est vt vos exhortemur,quia adhuc estis catechumeni,qui sic credidistis in Christum,vt adhuc vestra peccata portetis. Nullus autem regnum cœlorum videbit oneratus peccatis,quia nisi cui dimissa fuerint,non regnabit cum Christo. Dimitti autem non possunt, nisi ei qui renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. Sed modo verba quemadmodum se habeant aduertamus, vt hic inueniant qui pigri sunt,quanta solicitudine sibi festinandum sit ad onus deponendum: quia si ferrent aliquam sarcinā grauem aut lapidis aut ligni,aut alicuius etiam lucri,si frumentum portaret, si vinum, siue pecuniam,currerent,vt deponerent: Nunc onera quia portant sarcinam peccatorum,pigri sunt currere: currendum est vt deponatur hæc sarcina, quæ premit & mergit. Ecce audistis, quia. Cum esset dominus Iesus Christus Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat.) Multi crediderūt in nomine eius. Et quid sequitur? Ipse autem Christus non credebat semetipsum eis.) Quid sibi hoc vult? illi credebant in nomine eius,& ipse Iesus no credebat semetipsum eis. An forte non crediderant ei,& fingebant se credidisse, & propterea Iesus non credebat semetipsum eis? Sed non diceret Euangelista,multi crediderunt in nomine eius, nisi verum illis testimonium perhiberet. Magna ergo res & mira res. Credunt homines in Christum,& Christus se non credit hominibus,præsertim quia filius dei est: vtiq; voles passus est,& si nollet nunquam pateretur: qui si nollet nec nasceretur. Si autem hoc solum vellet,vt nasceretur tantum,& non moreretur,& quic quid nollet faceret, quia omnipotentis patris filius omnipotens est. Ex ipsis rebus probemus, quia cum voluissent
Ioan. 20. eum tenere,discessit ab eis. Loquitur Euangelium,Et cum voluissent eum de vertice mo
Luc. 4. tis præcipitare,discessit ab eis illæsus. Et quando venerunt ad eum comprehēdendum, iam venditum à Iuda proditore, cum ille putaret in potestate se habere, tradere magistrum suum & dominum suum,& ibi ostendit dominus voluntate se pati,non necessita
Ioan. 18. te,nam cum eum comprehendere Iudæi voluissent,dixit illis, Quem quæritis? At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Et ille, Ego sum. Hac voce audita, redierunt retro & ceciderunt. In eo quod eos respondens deiecit,ostendit potestatem, vt in eo quod ab eis comprehensus est,ostenderet voluntatem. Ergo quod passus est, misericordiæ fuit, traditus est enim

est,enim propterea delicta nostra,& resurrexit propter iustificationē nostram. audi verba ipsius,Potestatem habeo ponendi animam meam,& potestatem habeo iterum sumē Rom. 4. Ioan. 10.
diam. Nemo tollet eam à me,sed ego pono illam à meipso, & iterum sumā eam. Cum ergo haberet tantam potestatem,cum eam dictis prædicaret,factis ostenderet, quid sibi vult quod non se credebat eis Iesus,quasi aliquid nolenti nocituris, aut aliquid nolenti facturis,præsertim quia iam crediderant in nomine eius? Et de ipsis dicit Euangelista, Crediderunt in nomine eius, de quibus dicit, Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Quare? Quod ipse nosset omnes,& quia opus ei non erat,vt quis testimonium perhiberet de homine,ipse enim sciebat quid esset,in homine.) Plus nouerat artifex qd esset in opere suo: quam ipsum opus quid esset in semetipso. Creator hominis nouerat quid esset in homine,quod ipse creatus homo non nouerat. Nōnne hoc probamus de Pe
21 tro,quia non nouerat quid in ipso esset quando dixit, Tecum ero vsque ad mortem? Au
M di quia dominus nouerat quid esset in homine. Tu mecum vsque ad mortem? Amē amē Ioan. 13.
dico tibi,priusquam gallus cantet, ter me negabis. Homo ergo nesciebat quid esset in se, sed creator hominis nouerat quid esset in homine: crediderunt tamen in nomine eius multi,& ipse Iesus non se credebat eis. Quid dicimus fratres? Forte consequentia indicabunt nobis,quid sibi vult mysterium verborum istorum, quia crediderant in eum homines,manifestum est,verum est,nemo dubitat,euangelium loquitur,verax Euangelista testatur. Item quia ipse Iesus non credebat semetipsum illis,& hoc manifestum est,& hoc nullus Christianus dubitat,quia & hoc Euangelium loquitur: & idem verax Euangelista testatur. Quare ergo crediderunt illi in nomine eius,& Iesus non credebat semetipsum illis? Sequentia videamus. Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, Cap. III.
princeps Iudæorum. Hic venit ad eum nocte,& dixit ei Rabbi.) Iam hoc nostis,quia rabbi magister dicitur. Scimus quia à deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere quæ tu facis,nisi fuerit deus cum eo.) Ergo iste Nicodemus ex his erat qui crediderant in nomine eius,videntes signa & prodigia quæ faciebat. Supērius enim hoc dixit,
22 Cum autem esset in Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine
A eius. Quare crediderūt in nomine eius? Sequitur & dicit, Videntes signa eius quę faciebat & de Nicodemo quid dicit. Erat princeps Iudæorum nomine Nicodemus. Hic venit ad eum nocte,& ait illi,Rabbi scimus quia à deo venisti magister. Et iste ergo crediderat in nomine eius. Et ipse vnde crediderat? Sequitur. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Si ergo Nicodemus de illis multis erat qui crediderant in nomine eius,iam in isto Nicodemo attendamus quare Iesus non se credebat eis. Respondit Iesus & dixit ei,Amen amen dico tibi,nisi quis renatus fuerit denuo,non potest videre regnum dei.) Ipsis ergo se credit Iesus,qui nati fuerint denuo. Ecce illi crediderunt in eum,& Iesus non se credebat eis. Tales sunt omnes catechumeni, ipsi iam credunt in nomine Christi,sed Iesus non se credit eis. Intendat & intelligat charitas vestra,Si dixerimus catechumeno,credis in Christo? Respondet,credo, & signat se cruce Christi,portat in fronte,& nō erubescit de cruce domini sui. Ecce credit in nomine eius;
22 interrogemus eum,Māducas carnem filii hominis, & bibis sanguinem filii hominis? Ne
B scit quid dicimus,quia Iesus non se credidit ei. Cū ergo ex eo numero Nicodemus esset, venit ad dominum,sed nocte venit,& hoc forte ad rem pertinet. Ad dominum venit, & nocte venit. ad lucem venit & in tenebris venit. Renati autem ex aqua & spiritu,quid audiunt ab Apostolo? Fuistis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino,sicut filii lu- Ephe. 5.
cis ambulate. Et iterum,Nos autem qui diei sumus,sobrii simus. Qui ergo renati sunt, noctis fuerunt,& diei sunt: tenebræ fuerunt,& lumen sunt. Iam credit se illis Iesus,& nō nocte veniunt ad Iesum,sicut Nicodemus,non in tenebris quærunt diem: tales enim iā
etiam profitentur. Accessit ad illos Iesus,facit in illis salutem, quia ipse dixit, Nisi quis Ioan. 6.
manducauerit carnem meā,& biberit sanguinē meū, non habebit in se vitā. Et quod signū crucis habent in fronte catechumeni,iā de domo magna sunt,sed fiāt ex seruis filii: non n. mihil sunt,quia iam ad domū magnā pertinent. Qū autem manna manducauit
22 populus Israel? Cū transisset mare rubrū. Mare aūt rubrum quid significet,audi Apostо- 1. Cor. 10.
C lum,Nolo autem vos ignorare fratres,quia oēs patres nostri sub nube fuerūt,& oēs mare transierunt. Vt quid per mare transierunt? & quasi causam quæreres ab illo: secutus [alias per
ait, Et omnes in Moyse [baptizati sunt in nube & in mari. Si ergo figura maris tantum Moysen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

valuit, ſpecies baptiſmi quantum valebit: Si quod geſtum eſt in figura, traiectum populum ad manna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui, traiecto per cum populo ſuo? Per baptiſmum ſuum traiecit credentes, occiſis omnibus peccatis, tanquam hoſtibus conſequentibus: ſicut in illo mari omnes Aegyptii perierunt. Quò traiecit fratres mei? quò traiecit per baptiſmum Ieſus cuius figuram tunc gerebat Moyſes,
Ioan.6. qui per mare traiiciebat? Quò traiiciebat? ad manna: Quod eſt manna? Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cœlo deſcendi. Manna accipiunt fideles, iam traiecti per mare rubrũ. Quare & per mare rubrum? Iam mare, quare rubrũ? Significabat mare illud rubrum baptiſmum Chriſti. Vnde rubet baptiſmus Chriſti, niſi Chriſti ſanguine cõſecratus? Quò ergo perducit credentes & baptizatos? Ad manna, ecce dico manna. Notum eſt quid acceperint Iudæi, populus ille Iſrael, notum eſt quid illis pluiſſet deus de cœlo: & neſciũt catechumeni quid accipiant Chriſtiani? Erubeſcant ergo, quia neſciunt: tranſeant per D,
mare rubrum, manducent manna, vt quomodo crediderunt in nomine Ieſu, ſic ſe ipſis 22
credat Ieſus. Ideo intendite fratres mei, quid reſpondeat iſte qui nocte venit ad Ieſum. Quanuis ad Ieſum venerit, tamen quia nocte venit: adhuc de tenebris carnis ſuæ loquitur, non intelligit quod audiuit à domino, non intelligit quomodo audiuit à luce, quæ illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundum. Iam ei dominus dixit, Niſi
Ioan.3. quis renatus fuerit denuo, non videbit regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex?) Spiritus ei loquitur & ille carnem ſapit. Carnem ſuam ſapit, quia carnem Chriſti nondum ſapit. Cum enim dixiſſet dominus Ieſus, Niſi
Ioan.6. quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitã: ſcandalizati ſunt quidam qui eum ſequebantur, & dixerunt apud ſemetipſos. Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Putabãt enim hoc dicere Ieſum, quod eum poſſent conciſum ſicut agnum coquere & manducare, abhorrentes â verbis eius, receſſerunt, & amplius eum non ſunt ſecuti. Sic Euangeliſta loquitur, & dominus ipſe remanſit cum duodecim. Et illi ad eum, Domine, ecce illi dimiſerunt te. Et ille, Nunquid & vos vultis 22
abire? Oſtendere volens, quia ipſe illis erat neceſſarius, non illi erant Chriſto neceſſarii: E
nequis terreat xp̃m, qñ dicitur, vt ſit xp̃ianus, quasi beatior erit xp̃s, ſi tu fueris Chriſtianus. Bonũ eſt tibi vt ſis xp̃ianus: nã ſi non fueris, malũ xp̃o non erit. Audi vocẽ Pſalmi:
Pſal.15. Dixi dño deus meus es tu, qm̃ bonorũ meorũ nõ eges. Ideo deus meus es tu, qm̃ bonorũ meorũ nõ eges. Si fueris ſine deo minor eris: ſi fueris cũ deo, maior deus nõ erit. Nõ ex te ille maior, ſed tu ſine illo minor. Creſce ergo in illo, noli te ſubtrahere, vt quaſi ille deficiat. Reficieris, ſi acceſſeris: deficies, ſi receſſeris. Integer manet te accedẽte, integer manet te cadẽte: cũ ergo dixiſſet diſcipulis. Nũquid & vos vultis abire? Reſpondit Petrus, pe
Ioan.6. tra illa voce omniũ: Dñe ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes: bene ſapuit in ore ip ſius caro domini. Dominus autem expoſuit eis, & dixit. Spiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam: cum dixiſſet, Niſi quis manducauerit carnem meam, & bi- 22
berit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam: ne carnaliter intelligerent, Spiritus F
eſt, inquit, qui viuificat, caro autem nihil prodeſt. Verba autem quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Hunc ſpiritum & hanc vitã non ſapiebat iſte Nicodemus, qui nocte venerat ad Ieſum. Ait ei Ieſus, Niſi quis renatus fuerit denuo, nõ videbit regnum dei. Et ille carnem ſuam ſapiens, in cuius ore nondum ſapiebat caro Chriſti: quomodo, inquit, poteſt homo naſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in vtero matris ſuæ iterum introire & naſci?) [Non nouerat iſte niſi vnam natiuitatem ex Adam & Eua, ex deo & Eccleſia nondum nouerat. Non nouerat niſi eos parentes qui generant ad mortem, nondum nouerat eos parentes, qui generant ad vitã. Non nouerat niſi eos parẽtes qui generãt ſucceſſuros, nondũ nouerat eos, q ſemper viuentes generãt permãſuros. Cũ ergo ſint duæ natiuitates, ille vnam intelligebat. Vna eſt de terra, alia de cœlo: vna eſt de carne, alia eſt de ſpiritu: vna eſt de mortalitate, alia de æternitate: vna eſt de maſculo & fœmina, alia de deo & Eccleſia. Sed ipſæ duæ ſinguleſ ſunt, nec illa poteſt repeti nec illa. Rectè intellexit Nicodemus natiuitatem carnis. Sic & tu intellige natiuitatem ſpiritus, quomodo intelle xit Nicodemus natiuitatem carnis. Quid Nicodemus intellexit? Nunquid poteſt homo denuo in ventrem matris ſuæ intrare & naſci? Sic quicunque tibi dixerit, vt ſpiritaliter iterum naſcaris, reſponde quod dixit Nicodemus, Nunquid poteſt homo iterum in ven- 22
trem matris ſuæ intrare & naſci? Iam natus ſum de Adã, non me poteſt iterum generare G

Adam: iam natus ſum de Chriſto, non me poteſt iterum, generare Chriſtus. Quomodo vterus non poteſt repeti, ſic nec baptiſmus. Qui naſcitur de Eccleſia catholica, tanquam de Sara naſcitur, de libera naſcitur: Qui naſcitur de hæreſi, tãquam de ancilla naſcitur, ſed ex ſemine Abraham. Aduertat charitas veſtra ad magnum ſacramentum. Teſtatur Exod.3.
deus & dicit, Ego ſum deus Abraham & deus Iſaac & Iacob. Non erant alii patriarchæ, nõ erat ante iſtos ſanctus Noe, qui ſolus in toto genere humano cum tota domo ſua meruit de diluuio liberari? in quo & in filiis eius figurata eſt Eccleſia: ligno portante euadit diluuium. Deinde poſtea magni quos nouimus, quos ſancta ſcriptura commendat, Núm.21.
Moyſes fidelis in tota domo eius: & illi tres nominantur, quaſi eum ſoli promeruerint: Heb. 3.
Ego ſum deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob. Hoc mihi nomen eſt in æternum. Exo.3.
22 Sacramentum grande, Potens eſt dominus & ora noſtra aperire & corda veſtra, vt dicere
|H poſsimus ſicut reuelare dignatus eſt, & capere poſsitis ſicut expedit vobis. Tres ergo iſti patriarchę, Abraham, Iſaac & Iacob. Iam noſtis, filii Iacob, quia duodecim fuerunt, & inde populus Iſrael: quia ipſe Iacob Iſrael, & populus Iſrael tribus duodecim pertinentes ad duodecim filios Iſrael. Abraham, Iſaac, & Iacob, tres patres, & populus vnus: Tres patres tanquam in principio populi, tres patres in quibus figurabatur populus, & populus ipſe prior prẽſens populus. In populo enim Iudæorum figuratus eſt populus Chriſtianorum. Ibi figura, hic veritas: ibi membra, hic corpus dicente Apoſtolo: Hęc autem
in figura contingebant illis. Vox eſt Apoſtoli, Scripta ſunt, inquit, propter nos, in quos 1. Cor.10.
finis ſeculorum obuenit. Recurrat nunc animus veſter ad Abraham, Iſaac & Iacob. In iſtis tribus inuenimus pãrere liberas, pãrere & ancillas. Inuenimus ibi & partus libera- 32.q.4.c
rum, inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni ſignificat, Eiice ancillam, Recurrat
inquit & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Apoſtolus hoc Gene.21.
commemorat, & in illis duobus filiis Abrahæ dicit Apoſtolus fuiſſe figuram duorum te Galat.4.
22 ſtamentorum, veteris & noui. Ad vetus teſtamẽtum pertinent dilectores temporalium,
I dilectores ſeculi. Ad nouum teſtamentum dilectores vitæ æternæ. Ideo illa Hieruſalem in terra vmbra erat cœleſtis Hieruſalem matris omnium noſtrum, quæ eſt in cœlo: & hæc Apoſtoli verba ſunt. Et de iſta ciuitate vnde peregrinamur, multa noſtis, multa iam audiſtis. Inuenimus autem rem miram in iſtis partubus, id eſt, in iſtis fœtibus, in iſtis generationibus liberarum & ancillarum, quatuor ſcilicet, genera hominum: in quibus ſcilicet quatuor generibus, completur figura totius populi futuri Chriſtiani, vt non ſit mirum quod in illis tribus dictum eſt, Ego ſum deus Abraham & deus
Iſaac & deus Iacob. In omnibus enim Chriſtianis fratres intendite, aut per malos naſcuntur boni, aut per bonos naſcuntur mali: aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius iſtis quatuor generibus non poteſtis inuenire. Quæ iterum repetam, aduertite, retinete, & excutite corda veſtra: nolite pigri eſſe: capite ne capiamini, quomodo quatuor genera ſunt omnium Chriſtianorum. Aut per bonos naſcuntur boni, aut
per malos naſcuntur mali: aut per bonos mali, aut per malos boni. Puto quia planum
22 eſt, per bonos boni: ſi & qui baptizant boni ſunt, & qui baptizantur rectè credunt, & in
K membris Chriſti recte numerantur. Per malos mali: ſi & qui baptizant mali ſunt, & qui baptizantur duplici corde accedunt ad deum, & non tenent eos mores, quos audiunt in Eccleſia, vt ibi non ſint paleę, ſed frumentum: quàm enim multi ſint, nouit charitas veſtra. Per malos boni: aliquando baptizat adulter, & qui baptizatur iuſtificatur. Per bonos mali: aliquando qui baptizant ſancti ſunt, qui baptizantur tenere vias domini nolunt. Puto ergo fratres notum eſſe in Eccleſia & quotidianis exemplis manifeſtari ea quæ dicimus: ſed in prioribus noſtris patribus ea conſideremus, quia habuerunt & illi iſta quatuor genera. Per bonos boni: Ananias Paulum baptizauit. Quid per malos Acto. 9.
mali? Dicit Apoſtolus quoſdam prædicatores Euangelii, quos dicit non caſte annunciare ſolere. Euangelium, quos tolerat in ſocietate Chriſtiana, & dicit. Quid enim? Dum Phili. 1.
omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo. Nunquid maleuolus erat, & de alieno malo gaudebat? Sed quia & per malos verum prædicabatur, & per malorum ora xp̃s prædicabatur: ſiquos iſti ſui ſimiles baptizabant,
22 mali malos baptizabant. ſi quos iſti baptizabant tales quales admonet dominus cum di-
L cit; Quæ dicunt facite, quę autem faciunt facere nolite, mali bonos baptizabant. Boni Matt.23.
malos baptizabant, quo à Philippo ſancto Simon magus baptizatus eſt. Nota ſunt iſta Acto. 8.

quatuor genera fratres mei. Ecce iterum ea repeto, tenete illa, numerate illa aduertitē illa, cauete quæ mala sunt, tenete quæ bona sunt. Per bonos boni nascuntur, cū per sanctos sancti baptizantur: per malos mali, cum & qui baptizant & qui baptizantur inique & impie viuunt. Per malos boni, cum mali sunt qui baptizant, & boni q baptizantur: & bonos mali, cū boni sunt q baptizāt, & mali qui baptizantur. Quo inuenimus ista in tribus istis nominibus, Ego sum deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob? Ancillas accepimus in malis, liberas accepimus in bonis. Pariunt liberæ bonos, Sara peperit Isaac. Pariunt ancillæ malos, Agar peperit Ismael. Habemus in vno Abraham & illius genus cum per bonos boni, aut per malos mali, aut per bonos mali, aut per malos boni. Per bonos mali vbi figurati sunt? Libera erat Rebecca vxor Isaac, legitime peperit geminos, vnus erat bonus, alter malus. Habes aperte ibi scripturam dicentem dei voce, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Istos duos genuit Rebecca, Iacob & Esau, vnus inde eligitur, alius reprobatur. Vnus succedit in hæreditatem, alter exhæredatur. Non facit populum suum deus de Esau, sed facit de Iacob, Semen vnum, diuersi qui concepti sunt. Vterus vnus, diuersi qui nati sunt. Nunquid non libera peperit Iacob, quę libera peperit Esau? Luctabantur in vtero matris suæ, & dictum est Rebeccæ, cum ibi luctarentur, Duo populi sunt in vtero tuo: duo homines, duo populi, bonus populus, malus populus; sed tamen in vno ventre luctabantur. Quanti mali sunt in Ecclesia, & vnus vterus portat, do nec in fine discernentur, & boni aduersus malos clamant, & mali aduersus bonos reclamant, & in vnius viscеribus vtriq; luctantur. Nunquid semper simul erunt? In fine exitur ad lucem, declaratur natiuitas, quæ hic in sacramento figuratur. Et tunc apparebit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Iam ergo inuenimus fratres & de bonis bonos, de libera Isaac, & de malis malos, de ancilla Ismael: de bonis malos, Esau de Rebecca: & de malis bonos vbi inuenimus? Restat Iacob, vt in trib. patriarchis quatuor generū istorū perfectio concludatur. Habuit vxores Iacob liberas, & habuit ancillas. Pariunt liberæ pariunt & ancillæ, & fiunt duodecim filii Israel. Si numeres omnes de quibus nati sunt, non omnes de liberis, non omnes de ancillis, sed tamen omnes ex vno semine. Quid ergo fratres mei? Nunquid qui nati sunt de ancillis, non simul possederunt terram promissionis cum fratribus suis? Inuenimus ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum, & consequenter regnum cum fratribus tenerūt. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis, quo minus tenerent regnum, & terram repromissionis cum fratribus ex æquo acciperent, non illis obfuerunt natales ancillarum, sed prævaluit semen paternum: sic quicunq; per malos baptizantur, tanquam de ancillis videntur nati: sed tamen quia ex semine verbi dei, qđ figuratur in Iacob, non contristentur, simul hæreditatē cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit, qui de semine bono nascitur, tantum non imitetur ancillam. Si de ancilla nascitur, ancillam malam superbientem non imitetur. Vnde n. filii Iacob de ancillis nati, possederunt terram promissionis cum fratribus: Hismael autem de ancilla natus, expulsus est de hæreditate? Vnde nisi quia ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille cervicem, & voluit seducere fratrem suum, ludens cum illo. Magnum ibi sacramentū. Ludebant simul Hismael & Isaac, vidit illos Sarra ludentes, & ait Abrahę, Eiice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac: & cum contristatus esset Abraham, confirmauit ei à domino angelus dictum vxoris eius. Iam hic manifestū est sacramentum, quia nescio quid futurum parturiebat illa res gesta. Ludentes vidit & dicit, Eiice ancillam & filium eius. Quid est hoc fratres? Quid n. mali fecerat Hismael puero Isaac, quia ludebat cum illo? Sed illa lusio, illusio erat. Illa lusio deceptione significabat: nā magnum sacramentū, attendat charitas vestra. Persecutionem illam vocat Apostolus ipsam lusionem, ipsum lusum persecutionem vocat. Ait enim, Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui secūdum spiritum: ita & nunc, id est, qui secundum carnem nati sunt, persequuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Qui sunt secundum carnem nati? Dilectores mūdi, amatores seculi. Qui sunt secundum spiritum nati? Amatores regni cœlorum, dilectores Christi, desiderantes vitam æternam, gratis colentes deum. Ludunt, & dicit Apostolus persecutionem. Nā postea quam dixit hęc verba Apostolus, Et sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, perseque-

Gene. 21. Malac. 1. Gene. 25. Gene. 21. Gala. 4.

22 M 23 A 23 B 23 C

bātur eum qui secundum spiritum: ita & nunc, secutus est & ostendit de qua persecutione diceret: Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius, nō enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Quæramus vbi hoc dicat scriptura, vt videamus vtrum aliqua persecutio præcesserit Hismaelis in Isaac, & inuenimus hoc dictū esse à Sarra, quando vidit pueros ludentes simul. Quam lusionem dicit scriptura vidisse Sarram, hanc persecutionem dicit Apostolus. Plus ergo vos persequuntur qui vos illudendo seducunt, Veni veni, baptizare hic, hic habes verum baptismū: noli ludere, vnus est verus. Ille lusus est, seduceris, & ista persecutio grauis tibi erit. Melius tibi erat si Hismaelem tu lucrareris ad regnum: sed non vult Hismael, quia ludere vult. Tene tu hæreditatem patris & non audies, Eiice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Isti etiam audent dicere, quia persecutionem solent pati à catholicis regib. aut à catholicis principibus. Quam persecutionem tolerāt? afflictionem corporis. Si tamen aliquando passi sunt, aut quomodo passi sunt, ipsi sciant, aut conueniant conscientias suas: si tamen afflictione corporis passi sunt, aut quomodo passi sunt persecutionem quā faciunt grauiorem: caue quando vult ludere Hismael cū Isaac, quando tibi blanditur, quando offert alterum baptismum: respondе, habeo iam baptismum. Si n. verus est iste baptismus, quisquis vult alterum dare, illudere vult. Caue animę persecutorem: Nam si à principibus catholicis aliquid passa est pars Donati, aliquando secundum corpus passa est, nō secundum illusionem spiritus. Audite & videte in ipsis veteribus factis, omnia futurarū rerum signa & indicia. Inuenitur Sarra afflixisse Agar ancillā. Sarra libera est, posteaquām superbire cœpit ancilla, questa est Abrahæ Sarra, & dixit, Eiice ancillam, erexit aduersum me ceruicem suam: & quasi ab Abraham fieret, de Abraham questa est mulier. Abraham vero qui non in ancilla libidine aburendi tenebatur, sed officio generandi, quoniam Sarra ei dederat vnde prolē susciperet, ait ei, Ecce ancilla tua, vtere ea sicut vis, & afflixit eam grauiter Sarra, & fugit à facie eius. Ecce libera afflixit ancillam, & non illam vocat persecutionem Apostolus. Ludit seruus cum domino, & persecutionem vocat. Afflictio ista non vocatur persecutio, & lusio illa vocatur persecutio. Quid vobis videtur fratres? nōne intelligitis quid significatum sit? Si ergo quando vult deus concitare potestates aduersus hæreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur: quia deus concitat vt à Sara verberetur Agar: cognoscat se Agar, & ponat ceruicem, quia cum humiliata discederet à domina sua occurrit ei angelus & dixit: quid est Agar ancilla Sarræ? Cum conquesta esset de domina, quid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur, atq; vtinam reuertatur, quia proles eius sicut filii Iacob, cum fratribus hæreditatem tenebit. Mirantur aūt, quia comouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ. Si non ergo mouerentur, & quomodo redderent rationē de imperio suo deo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, vt tempo ribus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, vnde spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis visiones & gesta prophetica. Tres pueri in igne laudauerunt dominum, miratus est Nabuchodonosor rex laudantes deum pueros, & circa eos ignem non nocentem. Et cum admiratus esset, quid ait Nabuchodonosor rex, non vel Iudæus, vel circuncisus ille qui statuam suam erexerat, & ad eam adorandā omnes coegerat, tamen laudibus triū puerorū commotus, vbi vidit maiestatem dei præsentis in igne, quid ait? Et ego ponā decretū omnibus tribus & linguis in omni terra. Quale decretum? Quicunq; dixerint blasphemiam † in deum Sydrac, Misac & abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Ecce quomodo sæuit rex alienigena, ne blasphemetur deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt vt sæuiant reges Christiani, qa Christus exufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus à gehennarum igne liberatur. Nam tres illi pueri, fratres mei, liberati sunt ab igne temporali: nunquid non ipse est deus Machabæorum, qui & trium puerorum? Illos ab igne liberauit, illi in tormentis igneis corpore defecerunt. sed in legitimis mandatis animo permanserunt: Illi apertè liberati sunt, illi occulte coronati sunt. Plus est liberati de flamma gehennarum, quam de fornace poreſtatis humanæ. Si ergo Nabuchodonosor rex laudauit & prædicauit, & gloriam dedit deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tan-

Gene. 22. Gene. 16. 22. q. cap. Quomō. Daniel. 3. †aliās contra. 2. Mach. 7.

23 D 23 E 23 F 23 G

tam gloriam dedit, vt decretũ mitteret per regnum suum. Quicunq; dixerint blasphemiam in Deũ Sydrac, Misac, & Abdenago, in interitũ erunt, & domus eorum in perditionem quomodo isti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed seipsos liberatos de gehenna, quando vident xp̃m, à quo liberati sunt, exufflari in xp̃ianis, quando audiunt dici xp̃iano, dic te nõ esse Christianũ? Talia facere volunt, & saltẽ talia pati nolunt. Nã videte qualia faciunt & qualia patiuntur. Occidũt animas, affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conqueruntur. Et tamen quæ patiuntur, proferant nobis nescio quos in persecutione suos martyres. Ecce Marculus de petra præcipitatus est: & ecce Donatus Bagaiensis in puteũ 23
missus est. Quando potestates Romæ talia supplicia decreuerunt, vt præcipitarentur ho H
mines: Quid aũt respondent nostri? Quid sit gestum nescio: tamen quid tradunt nostri, quia ipsi se præcipitauerunt, & potestates infamauerunt. Recordemur consuetudines potestatum Romanarum, & videamus cui credendum sit. Dicunt nostri illos se præcipitasse: si non sunt ipsi discipuli ipsorum, qui se modo de saxis nullo persequente præcipitant, non credamus. Quid mirum, si fecerunt illi quod solent? Nã potestates Romanæ nunquã talibus supplicijs vsæ sunt: non n. non potuerunt occidere aperte: sed illi qui se mortuos coli voluerunt, famosiorem mortem nõ inuenerunt: postremo quicquid illud est, non nouit. Et si passa es o pars Donati corporalem afflictionem ab Ecclesia catholica, à Sara passa es Agar, redi ad dominam tuam. Locus, quidem necessarius aliquanto diutius nos tenuit, vt textũ totũ euangelicę lectionis exponere minime valeremus, sufficiat interim charitati vestræ fratres, ne hæc quæ dicta sunt, dicendo alia excludantur de cordibus vestris. Hæc tenete, talia discite, flammantes illuc procedite, frigidos accendite. 23
I

Ab eo quod scriptum est, Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu spiritus est, vsq; ad id quod ait, Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta. Tractatus. XII.

EX eo quod hesterno die intentam fecimus charitatẽ vestram intelligimus vos alacrius, & numerosius conuenisse': sed interim lectioni euangelicæ ex ordine sermonẽ debitum reddamus si placet. Deinde audiet charitas vestra de pace Ecclesiæ, vel quid egerimus, vel quid adhuc agendum speremus. Nunc autem tota intentio cordis ad Euãgelium feratur, nemo n. aliunde cogitet. Si n. qui totus adest, vix capit: qui se per cogitationes diuersas diuidit, nonne & quod cœperat fundit? Meminit aũt charitas vestra dñico præterito quantum dominus adiuuare dignatus est, disseruisse nos de spiritali regeneratione, quam lectionem vobis iterum legi fecimus, vt quæ tunc non dicta sunt in Christi nomine adiuuantibus orationibus vestris impleamus. Regeneratio spiritalis 23
vna est, sicut generatio carnalis vna est. Et quod Nicodemus domino ait, verum dixit, K
quia non potest homo cum sit senex, redire rursum in vterum matris suæ & nasci. Ille quidem dixit, quia homo cum sit senex, hoc non potest, quasi si infans esset, posset: omnino enim non potest, siue recens ab vtero, siue annosa iam ætate redire rursum in materna viscera & nasci. Sed sicut ad natiuitatem carnalem valent muliebria viscera ad semel pariendum: sic ad natiuitatem spiritalem valent viscera Ecclesiæ, vt semel quisq; baptizetur. Propterea nequis forte dicat, sed iste in hæresi natus est, & iste in schismate natus est, amputata sunt omnia, si meministis, quæ vobis disputata sunt de trib. patribus nostris, quorum deus dici voluit, non quia soli erant, sed quia in his solis impleta est integritas significandi populi futuri: Inuenimus n. natum de ancilla, & exhæredatũ, natum de libera hæredem. Rursum inuenimus natum de libera exhæredatum, natũ de ancilla hæredem. Natus de ancilla exhæredatus Ismael, natus de libera hæres Isaac. Natus de libera exhæredatus Esau, nati de ancillis hæredes filii Iacob. In illis itaq; trib. pa-
Exod. 3. tribus, omnis futuri populi figura perfecta est: nec immerito deus inqt, Ego sum deus
Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, hoc mihi nomen, inquit, in æternum. Magis 23
Gene. 22. meminerimus, quid promissum sit ipsi Abrahæ: hoc enim promissum est Isaac, hoc p- L
missum est & Iacob. Quid inuenimus? In semine tuo benedicentur omnes gentes. Credidit tunc vnus quid nondum videbat: vident homines & exæcantur. Completum est in gentibus, quod promissum est vni: & separantur à communione gẽtium, qui & quod

impletum est videre nolunt: sed quid illis prodest quia videre nolunt? Vident velint no
lint, aperta veritas & clausos oculos ferit. Responsum est Nicodemo, qui ex eis erat qui crediderant in Iesum, & ipse Iesus non se credebat eis: quibusdam enim nõ se credebat, cũ iam in illũ credidissent: sic habes scriptum, Multi crediderunt in nomine eius, viden- Ioan. 2.
tes signa quæ faciebat. Ipse aũt Iesus nõ credebat semetipsum illis. Nõ. n. opus habebat, vt quisquam testimonium perhiberet de homine, ipse aũt sciebat quid esset in homine.]Ecce iam illi credebant in Iesum, & ipse Iesus non se credebat eis. Quare? Quia nõdum erant renati ex aqua & spiritu sancto. Inde hortati sumus, & hortamur fratres no-
23 stros cathecumenos. Si. n. interroges eos, iam crediderunt in Iesum: sed quia nondũ car
M nem eius & sanguinem accipiunt, nondum se illis credit Iesus. Quid faciant vt se illis credat Iesus? Renascantur ex aqua & spiritu sancto, proferat Ecclesia quos parturit: concepti sunt, ædantur in lucem, habent vbera quibus nutriantur: non timeant ne nati suffocentur, ab vberibus maternis non recedant. Nullus potest homo redire in matris viscera, & iterũ renasci. Sed de ancilla nescio quis natus est, nunquid tunc qui nati sunt de ancillis, redierunt in vterũ liberarum vt denuo nascerentur? Semen Abraham vt face Gene. 16.
ret filium de ancilla, vxor author fuit, natus est ex semine viri, & non vtero, sed solo placito vxoris: nunquid quia de ancilla, ideo exhæredatus? Si propterea exhæredatus, quia de ancilla natus est, nulli ancillarum filii admitterentur ad hæreditatem. Filii Iacob admissi sunt ad hæreditatem, Ismael autem, non quia ex ancilla natus exhæredatus, sed quia superbus matri, superbus in filium matris, mater enim eius magis Sara quã Agar. Illius vterus accommodatus, illius voluntas accesit. Non faceret Abraham quod Sara nollet, magis ergo ille filius Saræ. Sed quid superbus in fratrem, & superbus ludendo: lu
24 dendo, quia deludendo: quid ait Sara? Eiice ancillam & filium eius, non enim hæres erit Gene. 21.
A filius ancillæ cum filio meo Isaac. Non ergo illum viscera ancillæ eiecerunt foras, sed ceruix seruilis. Et si liber superbus sit, seruus est & quod peius est, malæ dominæ ipsius superbiæ. Itaque fratres mei, respondete homini non posse rursus]nasci hominem. [Respondete securi, non posse rursus nasci hominem.] Quicquid iterum fit, illusio est: quicquid iterum fit, lusus est. Ismael ludit foras mittitur, animaduertit enim eos Sara ludentes, ait scriptura, & dixit Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius. Displicuit Saræ lusus puerorum, aliquid nouum vidit pueros ludere. Nonne optant hoc quæ filios habẽt videre ludentes filios suos? Vidit illa & improbauit. Nescio quid vidit in lusu. Illusionem vidit in illo lusu, animaduertit serui superbiam, displicuit illi, eiecit foras. Nati ergo de ancillis, ad hæreditatem admittuntur Iac. & natus de libera mittitur foras Esau. Nemo ergo præsumat quia de bonis nascitur, nemo presumat quia per sanctos baptizatur. Qui per sanctos baptizatur, adhuc caueat ne non sit Iac. sed Esau Hoc ergo fratres dixerim, melius est ab hominibus sua quærentibus & mundum diligentibus, quod significat nomen ancillæ, baptizari, & spiritaliter hæreditatem quærere Christi, vt sit tan-
24 quã filius Iacob de ancilla, quam baptizari per sanctos & superbire, vt sit Esau foras mit
B tendus, quãuis natus ex libera. Hæc fratres tenete, Non vos palpamus, nulla spes vestra in nobis sit, nec vobis blandimur nec nobis, vnusquisq; suam sarcinã portet. Nostrũ est dicere de male iudicemur, vestrum est audire, & corde audire, ne exigatur quod damus: imo quando exigitur, lucrum inueniatur, non detrimentum. Dicit dominus Nicodemo,) & exponit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei.) Tu, inquit, carnalem generationem intelligis, cũ dicis. Nunquid potest homo redire in viscera matris suę? Ex aqua & spiritu sancto oportet vt nascatur propter regnũ dei. Si propter hæreditatẽ patris hominis temporalem, nascitur ex visceribus matris carnalis: propter hæreditatẽ patris dei sempiternam, nascatur ex visceribus Ecclesiæ. Generat per vxorẽ filium pater moriturus successurum, generat deus de Ecclesia filios non successuros, sed secum mansuros. Et sequitur. Quod natũ est de carne, caro est: & quod natũ est de spiritu, spiritus est.) Spiritaliter ergo nascimur, & in
24 spiritu nãscimur verbo & sacramento, adest spiritus vt nascamur; spiritus inuisibiliter
C ad est vnde nascaris, quia & tu inuisibiliter nasceris. Sequitur. n. & dicit. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis: sed nescis vnde veniat aut quò vadat.) Nemo videt spiritum, & quomodo audimus vocem spiritus? Sonat psalmus, vox est spiritus: sonat Euangelium, vox est spiritus? sonat ser-

mo diuinus, vox est spiritus. Vocem eius audis & nescis vnde veniat & quò vadat. Sed si nascaris & tu de spiritu, hoc eris vt ille. Qui non est adhuc natus de spiritu, nescit de te vnde venias & quò eas. Hoc enim secutus ait, Sic est omnis qui natus est ex spiritu: Respondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?) Et reuera carnaliter non intelligebat. In illo fiebat, quod dixerat dominus, Vocem spiritus audiebat, & nesciebat vnde veniret, & quò ibat. Respondit Iesus & dixit, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?) O fratres, quid putamus dominum huic magistro Iudæorũ quasi insultare voluisse? Nouerat dominus quid agebat, volebat illum nasci ex spiritu. Nemo ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu, quoniam propè est dominus obtritis corde. Ille magisterio inflatus erat, & alicuius momenti sibi esse videbatur, quia doctor erat Iudæorũ. Deponit ei superbiam, vt possit nasci de spiritu: insul- 24
Ioan. 1. tat tanquam indocto, non quia superior vult videri dñs: quid magnum, deus ad homi- D
minem, veritas ad mendacium? Maior Christus quam Nicodemus dici debet, dici potest, cogitandus est. Si diceretur maior xps quam angeli, ridendum erat: incomparabiliter. n. maior creator omni creatura, per quem facta est ois creatura. Sed exagitat superbiam hominis, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Tanquam diceret, Ecce nihil nosti princeps superbus, nascere ex spiritu: si. n. natus fueris ex spiritu, vias dei tenebis, vt Chri-
Philip. 2. sti humilitatem sequaris. Sic. n. altus est super omnes angelos quia cũ in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se metipsum factus obediens vsq; ad mortem: & nec mortis genus tibi aliquod placeat, mortem autem crucis. Pendebat, & insultabatur ei. De cruce descendere poterat, sed differebat, vt de sepulchro resurgeret pertulit superbos seruos dominus medicus ægrotos. Si hoc ille, quid illi quos oportet nasci ex spiritu? Si hoc ille verus magister in cœlo, non hominũ tantum sed & angelorũ? Si enim docti sunt angeli, verbo dei docti sunt. Si 24
verbo dei docti sunt, quærite vnde docti sunt, & inuenietis, In principio erat verbum, E
& verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Tollatur homini ceruix, sed aspe-
Matt. 11. ra & dura, vt sit lenis ceruix ad portandum iugum Christi. De quo dicitur, Iugum
Ioan. 1. meum leue est, & sarcina mea leuis est. Et sequitur, Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?) Quæ terrena dixit fratres? Nisi quis natus fuerit denuo, terrenũ est? Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò eat, terrenum est? Si de isto vento diceret, sicut nonnulli intellexerunt, cũ quæreretur ab eis quid terrenũ dixerit dominus, dum ait, Si terrena dixi vobis & non creditis quomodo si celestia dixero, credetis? Cũ ergo quæreretur à quibusdam, quid terrenum dixerit dominus, angustias passi dixerunt: quod ait de spiritu vbi vult spirat, & vocẽ eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò eat, de isto vento dixit, Quid enim nominauit terrenum? Loquebatur de generatione spiritali: secutus ait, sic est omnis qui na- 24
tus est ex spiritu. Deinde fratres, quis nostrum non videat, verbi gratia, austrum euntẽ F
de meridie ad Aquilonem, aut alium ventum venientem ab Oriente ad Occidentem? Quomodo ergo nescimus vnde veniat & quò eat? Quid ergo dixit terrenum, quod non credebant homines? An illud quod de templo suscitando dixerat? Corpus enim suum de terra acceperat, & ipsam terram de terreno corpore susceptam parabat suscitare. Non ei creditum est terram suscitaturo. Si terrestria, inquit, dixi vobis & non creditis, quomõ si cœlestia dixero, credetis? Hoc est, si non creditis quia templum possum resuscitare deiectum à vobis, quomodo credetis quia per spiritum possint homines regenerari? Et sequitur, Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo?) Ecce hic erat, & in cœlo erat: hic erat carne, & in cœlo erat diuinitate, imò vbiq; diuinitate. Natus de matre, non recedens à patre. Duæ natiuitates Christi intelliguntur, vna diuina, altera humana: vna per quam efficeremur, altera per quam reficeremur. Ambæ mirabiles, illa sine matre, ista sine patre. Sed quia de Adam corpus acceperat, quia Maria de Adam, ipsum quoq; corpus suscitaturus erat: terrenũ quid- 24
dam dixerat, Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud. Cœleste autem G
quiddam dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non videbit regnum dei. Eia itaq; fratres, deus voluit esse filius hois, hoies voluit esse filios dei. Ipse descẽdit ꝓpter nos, nos ascendamus ꝓpter ipsum. Solus. n descendit, & ascendit q hoc ait, Nemo ascendit in

dit in cœlũ, nisi q descẽdit de celo. Nõ ergo ascẽsuri sunt in cœlum, quos facit filios dei? Ascensuri sunt planè, Hæc nobis promissio est, Erunt æquales angelis dei. Quomodo Mat. 22
ergo nemo ascendit nisi qui descendit? Quia vnus descendit, & vnus ascendit. De cæteris quid intelligendum, nisi quia membra eius erunt vt vnus ascendat, propterea sequitur, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Miraris quia hic erat & in cœlo? Tales fecit discipulos suos. Paulum audi Apostolum dicentem, Nostra enim conuersatio in cœlis est. Si homo Paulus Apostolus ambulabat carne in terra, & conuersabatur in cœlo, deus cœli & terræ non poterat esse & in cœlo, & in Philip. 3.
24 terra? Si ergo nemo nisi ille descendit & ascendit, quæ spes est cæteris? Ea spes est cæteris,
H qa ille ꝓpterea descendit & ascendit, vt in illo & cũ illo vnũ essent qui p illũ ascensuri essent. No dicit, & seminibus, ait Apostolus, quasi in multis, sed tanquam in vno, & semini Galat. 3.
tuo qui est xps. Et fidelibus ait, Vos aũt xpi. Si autẽ xpi, ergo semen Abrahæ estis. Quod dixit vnũ, hoc dixit oẽs nos esse. Ideo in Psalmis aliquãdo plures cantant, vt ostendatur quia de pluribus fit vnus: aliqñ vnus cãtat, vt ostendatur quid fiat de pluribus. Pro- Ioan. 5.
pterea vnus sanabatur in illa piscina, & quisquis alius descendebat, non sanabatur. Ergo iste vnus commendat vnitatem Ecclesiæ. Væ illis qui oderunt vnitatem Ecclesiæ, & partes sibi faciunt in hominibus, audiant illum qui volebat eos facere vnum in vno. Ad 1. Cor. 3.
vnum audiant illum dicentem, Nolite vos facere multos, ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Sed neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Illi dicebant, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ. Et ille, Diui- 1. Cor. 1.
24 sus est Christus? In vno estote, vnum estote, vnus estote. Nemo ascendit in cœlum, nisi
I qui de cœlo descendit. Ecce volumus esse tui, dicebant Paulo. Et ille, Nolo sitis Pauli, sed eius estote cuius est vobiscum Paulus. Descendit enim & mortuus est, & ipsa morte liberauit nos à morte. Morte occisus, mortẽ occidit. Et nostis fratres, quia mors ista per diaboli inuidiam intrauit in mundum. Deus mortem non fecit scriptura loquitur, nec lætatur, inquit, in perditione viuorum: creauit enim vt essent omnia. Sed quid ibi ait? Inui- Sapien. 1.
dia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Ad mortem à diabolo propinatam, Sapien. 2.
non veniret homo vi adactus: non enim cogendi potentiam diabolus habebat, sed persuadendi versutiam. Si non consentires, nihil inuexerat diabolus, consensio tua o homo te perduxit ad mortem. A mortali mortales nati, & ex immortalibus mortales facti. Ab Adam omnes homines mortales, Iesus autem filius dei, verbum dei, per quod facta sunt omnia, vnicus, æqualis patri, mortalis factus est, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Si ergo mortem suscepit, & mortem suspendit in cruce, de ipsa morte liberãtur mortales. Quod in figura factum est apud antiquos, commemorauit illud dominus, Et sicut, inquit, Moyses exaltauit serpentem in erẽmo, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.) Magnum sacra
24 mentum, & qui legerunt, nouerunt. Deinde audiãt vel qui non legerunt, vel qui forte le-
K ctum vel auditum obliti sunt. Prosternebatur in erẽmo populus Israel morsibus serpen- Num. 21.
tum, fiebat magna strages multarum mortium, plaga enim dei erat corripientis, & flagellantis vt erudiret. Demonstratum est ibi magnum sacramẽtum rei futuræ, ipse dominus testatur in hac lectione, vt nemo possit aliud interpretari, quam quod ipsa veritas de se indicat. Dictum est enim ad Moysen à domino vt faceret æneum serpentem, & exaltaret illum in ligno in erẽmo, & admoneret populum Israel, vt siquis morsus esset à serpente, illum serpentem in ligno exaltatum attenderet, & factum est: mordebantur homines, intuebantur & sanabantur. Quid sunt serpentes mordẽtes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors domini in cruce. Quia enim à serpente mors, per serpẽtis effigiem figurata est mors. Morsus serpentum letalis, mors domini vitalis. Attenditur serpens, vt nihil valeat serpens. Quid est hoc? Attenditur mors, vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vitæ: si dici potest mors vitæ, imo quia dici potest, mirabiliter dicitur.
24 Sed nunquid non erit dicendum quod fuit faciendum? Ego dubitem, dicere quod domi-
L nus pro me dignatus est facere? Nonne vita Christus? Et tamen in cruce Christus: Nonne vita Christus? Et tamen mortuus est Christus: sed in morte Christi mors mortua est, quia vita mortua occidit mortem, plenitudo vitæ deglutiuit mortem: absorpta est mors in Christi corpore. Sic & nos dicemus in resurrectione, quando iam triumphantes cantabimus: Vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Interim modo fratres vt 1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

â peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur: quia sicut Moyses, inquit, exaltauit serpentem in erêmo, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quomodo qui intuebantur illum serpentem, nó periebant morsibus serpentum: sic qui intuentur fide mortem Christi, sanantur à morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur â morte ad vitam temporalem: hic autem ait, vt habeant vitam æternam. Hoc enim interest inter figuratam imaginem & rem ipsam: figura præstabat vitam temporalem: res ipsa cuius illa figura erat, præstat vitam æternam. Non 24
enim misit deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.) M
Ergo quantum in medico est, sanare venit ægrotum. Ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare non vult. Venit saluator ad mundum. Quare saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundum, non vt iudicet mundum? Saluari non vis ab ipso, ex teipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? Vide quid ait, Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit,) quid dicturum sperabas, nisi iudicatur? Quod addit, Iam, inquit, iudi
1. Tim. 2. catus est) Nondum apparuit iudicium, & iã factum est iudicium: nouit enim dominus qui sunt eius, nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam. Nouit in area sua triticum, nouit & paleam, nouit & segetem, nouit & zizania, iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est? Quia non credidit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala opera eorum.) Fratres mei, quorum opera bona inuenit dominus? Nullorum: omnia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidam fecerũt veritatem, & venerunt ad lucem? Et hoc enim sequitur: Qui autem facit veritatem venit 25
ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.) Quomodo quidam opus A
bonum fecerunt, vt venirent ad lucem, id est ad Christum? Et quomodo quidam dilexerunt tenebras? Si enim omnes peccatores inuenit, & omnes à peccato sanat, & serpẽs ille in quo figurata est mors domini, eos sanat qui morsi fuerant, & propter morsum serpentis erectus est serpẽs, id est, mors domini, propter mortales homines, quos inuenit iniustos: quomodo intelligitur, hoc est iudiciũ, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim mala opera eorum? Quid est hoc? Quorum enim erant bona opera? Nonne venisti vt iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, tenebras magis quàm lucem: ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cum deo facit. Accusat deus peccata tua: & si tu accuses, coniungeris deo. Quasi duæ res sunt, homo & peccator. Quod audis homo, deus fecit: quod audis peccator, ipse homo fecit: dele quod fecisti, vt deus saluet quod fecit. Oportet vt oderis in te opus tuum, & ames 25
in te opus dei. Cum autem cœperit tibi displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera B
tua, quia accusas mala opera tua. Initium operum bonorum, confessio est operum malorum. Facis veritatem, & venis ad lucem: quid est, facis veritatem? Non te palpas, non tibi blandiris, non tibi adularis, non dicis, iustus sum, cum sis iniquus, & incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem vt manifestentur opera tua, quia in deo sunt facta: quia & hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi deus tibi lucet, & eius veritas tibi ostenderet. Sed qui etiam admonitus diligit peccata sua,
†alias, arguantur odit admonentem lucem & fugit eam, vt non appareant † opera eius mala quæ diligit: qui autem facit veritatem, accusat in se mala sua, non sibi parcit, non sibi ignoscit vt deus ignoscat: quia quod vult vt deus ignoscat, ipse agnoscit & venit ad lucem:
Psal. 50. cui gratias agit, quòd ille quid in se odisset, ostenderet. Dicit deo, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat, Quoniam facinus meũ ego cognosco, & peccatum meum coram me est semper? Sit ante te quod non vis esse ante deum: Si
Ioan. 12. autem post te feceris peccatum tuum: retorquet illud tibi deus ante oculos tuos, & tunc 25
retorquet, quando iam pœnitentiæ fructus nullus erit. Currite, ne tenebræ vos compre C
hendant. Fratres mei euigilate ad salutem vestram, euigilate dum tempus est, nullus retardetur à templo dei, nullus retardetur ab opere domini, nullus auocetur ab oratione cõtinua, nullus à solita deuotione fraudetur. Euigilate cum dies est, lucet dies: Christus est dies, paratus est ignoscere reis, sed agnoscentibus: punire autem defendentes se, & iustos se iactantes, & putantes se esse aliquid cum nihil sint. In dilectione autem eius & in misericordia eius qui ambulat, etiam liberatus ab illis lætalibus & grandibus peccatis,

qualia sunt facinora hominum, homicidia, furta, adulteria, præter illa quæ minuta videntur esse peccata, linguæ aut cogitationum, aut immoderationis in rebus concessis, facit veritatem confessionis, & venit ad lucem in operibus bonis: Quomodo minuta plura peccata si negligantur, occidunt? Minutæ sunt guttæ quæ flumina implent, minuta sunt grana arenæ: sed si multa arena imponatur, premit atq; opprimit. Hoc facit
25 sentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatim per sentinam, intrat, sed diu in-
D trando & non exhauriendo, mergit nauim. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere, vt non obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscendo? Iter autem huius seculi molestum est, plenum est tentationibus, in rebus prosperis ne extollat, in rebus aduersis ne frangat. Qui tibi debit fœlicitatem huius seculi, ad consolationem tuam dedit, non ad corruptionem: Rursus qui te flagellat in isto seculo, ad emendationem, non ad damnationem facit. Ferto patrem erudientem, ne sentias iudicem punientẽ. Hæc quotidie dicimus vobis, & sæpe dicenda sunt, quia bona & salutaria sunt.

Ab eo quod scriptum est, Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis: vsque ad id, Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi est qui stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Tractatus. XIII.

25 ORdo lectionis euangelicæ secundum Ioannem, sicut potestis meminisse, qui cu-
E ram geritis profectus vestri, ita sequitur, vt hæc quæ modo lecta est, hodie nobis tractanda proponatur. Ab ipso principio vsq; ad hodiernam lectionem, quæ supradicta sunt, meministis iam olim tractata. Et si forte inde multa estis obliti: certe vel officiũ nostrum manet in vestra memoria, quæ hinc audieritis de baptismo Ioannis. Et si non tenetis omnia, audisse vos tamen, credo quòd teneatis quæ dicta sunt, etiam quare spiritussanctus in columbæ specie apparuerit: & quomodo illa nodosissima quæstio soluta sit, quia nescio quid quod non nouerat, didicit Ioannes in domino per columbã, cum iam eum nosset, quando venienti vt baptizaretur, ait, Ego à te debeo baptizari, & Matt. 3.
tu venis ad me? quando ei dominus respondit, Sine modo, vt impleatur omnis iustitia. Nunc ergo ad eundem Ioannem cogit nos ordo lectionis reuerti. Ipse est ille qui prophetatus est per Esaiam, Vox clamantis in deserto, parate viam domino, rectas facite se- Esa. 40.
mitas eius. Tale testimonium reddidit domino suo, & quia ille dignatus est, amico suo: dominusq; ipsius & amicus ipsius perhibuit testimonium Ioanni: dixit.n. de Ioanne, In Matt. 11.
25 natis mulierum nemo surrexit maior Ioanne Baptista. Sed quia illi se prępositum, in hoc
F quòd plus erat à Ioanne deus erat: qui autem minor est, inquit, in regno cœlorum, maior est illo. Minor natiuitate, maior potestate, maior diuinitate, maiestate, claritate, tan- Ioan. 1.
quam in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Sic autem perhibuerat in superioribus lectionibus Ioannes domino testimonium, vt filium dei quidem diceret, deum non diceret, nec tamen negaret. Tacuerat deum, non negauerat deum, sed non omnino tacuit deum. Fortasis enim inuenimus hoc in hodierna lectione. Dixerat filium dei: sed dicti sunt & homines filii dei. Dixerat tantæ excellentiæ illum fuisse, vt non esset ipse dignus corrigiam calceamenti eius soluere. Iam magnitudo ista multum dat intelligi, cuius non erat dignus corrigiam calceamenti soluere, ille quo nemo surrexerat maior in natis mulierum. Plus erat omnibus hominibus & angelis: nam angelum inuenimus prohibuisse, ne homo illi ad pedes caderet: cum enim quædam in Apocalypsi angelus ostenderet Ioanni, qui scripsit hoc Euangelium, Apoc. 22.
conterritus magnitudine visionis Ioannes, cecidit ad pedes angeli: Et ille, Surge, ne
25 feceris hoc, deum adora: nam & ego conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Cadere
G ergo sibi ad pedes hominem angelus prohibuit: Nonne manifestum est quia super omnes angelos est, cui talis homo quo maior nemo surrexit in natis mulierum, dicit indignum se esse soluere corrigiam calceamenti eius? Tamen aliquid euidentius dicat Ioannes, quia deus est dominus noster Iesus Christus. Inueniamus hoc in præsenti lectione, quia forte & de illo cantauimus, Regnauit dominus super omnem terram: contra quod surdi sunt, qui putant eum in Africa sola regnare. Non enim non dictum est de Christo cum dictum est, Regnauit dominus super omnem terram. Quis est enim

Psal.46. alius rex noster, nisi dominus noster Iesus Christus? Ipse est rex noster. Et quid audistis in ipso psalmo recenti versu modo cantato? Psallite deo nostro psallite, psallite regi nostro psallite. Quem dixit dominum, ipsum dicit regem nostrum, psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro, psallite intelligenter. Ne in vna parte velis intelligere cui psallis, quoniam rex omnis terræ deus. Et quomodo est omnis terræ deus, rex qui visus est 25
in vna parte terrarum, in Hierosolyma, in Iudæa ambulans, inter homines natus, fu- H
gens, crescens, manducans, bibens, vigilans, dormiens, fatigatus ad puteum sedens, com
prehensus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus, ligno suspensus, lancea percussus,
mortuus, sepultus? Quomodo ergo rex omnis terræ? Quod videbatur in loco, caro erat:
oculis carneis caro apparebat, in carne mortali maiestas immortalis occultabatur. Et
quibus oculis maiestas immortalis penetrata compage carnis poterat intueri? Est ali-
Tob.4. us mentis oculus, est interior oculus. Non enim nullos oculos habebat & Tobias,
quando cæcus oculis corporeis filio dabat præcepta vitæ. Ille patris manum tenebat
vt pedibus ambularet, ille filio consilium dabat, vt viam iustitiæ teneret: Et hic ocu-
los video, & hic oculos intelligo. Et meliores oculi dantis vitæ consilium, quàm ocu-
Ioan. 14. li tenentis manum. Tales oculos quærebat & Iesus, quando ait Philippo, Tanto tem
pore vobiscum sum, & non cognouistis me? Tales oculos quærebat, cum ait, Phi-
lippe, qui videt me, videt & patrem meum. Isti oculi in intelligentia sunt, isti oculi
Psal.46. in mente sunt: ideo cùm dixisset psalmus, Quoniam rex omnis terræ Deus: subiecit 25
statim, psallite intelligenter. Quod enim dico, psallite deo nostro psallite: deum dico I
regem nostrum. Sed regem nostrum inter homines, vidistis tanquam hominem, vi-
distis passum, crucifixum, mortuum. Latebat aliquid in illa carne, quod oculis car-
neis videre non potuistis. Quid illic latebat? Psallite intelligenter. Nolite oculis quæ-
rere quod mente conspicitur. Psallite lingua, quia inter vos caro. Sed quia verbum
caro factum est, & habitauit in nobis: reddite sonum carni, reddite deo mentis ob-
tutum. Psallite intelligenter, & videtis quia verbum caro factum est, & habitauit in
nobis. Dicat, & Ioannes testimonium.

Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis
& baptizabat.) Baptizatus baptizat, non eob aptismo baptizat quo baptizatus est. Dat
baptismum dominus baptizatus à seruo, ostendens humilitatis viam, & perducens ad ba
ptismum domini: hoc est, baptismum suum, præbendo humilitatis exemplum, quia ipse
non respuit baptismum serui. Et in baptismate serui via præparabatur domino, & bapti
Ioan.14. zatus dominus viam se fecit venientibus Ipsum audiamus, Ego sum via, & veritas & vi-
ta. Si veritatem quæris, viam tene: nam ipsa est via: quæ est veritas. Ipsa est quò is, ipsa
est qua is, non per aliud is ad illud, non per aliud venis ad Christum: per Christum ad
Christum venis. Quomodo per Christum ad Christum? Per Christum hominẽ ad Chri 25
stum deum: Per verbum carnem factum, ad verbum quod in principio erat deus apud K
Psal.77. deum. Ab eo quod manducauit homo, ad illud quod quotidie manducant angeli. Sic. n.
scriptum est, Panem angelorum manducauit homo: panem cœli dedit eis: panem ange-
lorum manducauit homo. Quis est panis angelorum? In principio erat verbum, & ver-
bum erat apud deum, & deus erat verbum. Quomodo panem angelorum manducauit
homo? Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sed quia diximus manducare
angelos fratres, ne putetis morsibus fieri. Nã si hoc intellexeritis, quasi dilaniatur deus,
quem manducant angeli. Quis dilaniat iustitiam? Sed rursum mihi aliquis dicit, Et quis
Matt. 5. est qui manducat iustitiam? Vnde ergo beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam
ipsi saturabuntur? Cibus quem manducas per carnem, vt reficiaris tu, ille in te deficit:
vt reparet te, consumitur. Manduca iustitiam, & tu reficeris, & illa integra perseuerat:
quomodo videndo istam lucem corpoream reficiuntur oculi nostri, & res est corporea
quæ videtur oculis corporeis. Multi enim cum fuerint diutius in imis tenebris, infirma- 25
tur acies ipsorum, quasi ieiunio lucis fraudati oculi cibo suo, luce quippe pascuntur, de L
fatigãtur ieiunio & debilitantur, ita vt ipsam lucem qua reficiuntur videre non possint:
& si diutius abfuerint, extinguuntur, & tanquam moritur in eis ipsa, acies lucis. Quid
ergo? Quia tot oculi quotidie ista luce pascuntur, minor non fit, & illi reficiuntur, sed
ipsa integra permanet. Si hoc potuit deus de luce corporea corporeis oculis exhibere,
non exhibet mundis cordibus lucem illam infatigabilem, integram, perseuerantem,

36

nulla ex parte deficientem? Quam lucem? In principio erat verbum, & verbum erat
apud deum. Videamus si lux est, Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vi- Psal. 35.
debimus lumen. In terra aliud est fons, aliud lumen. Sitiens quæris fontem, & vt pe-
uenias ad fontem quæris lucem; & si dies non est, accendis lucernam, vt ad fontem pe-
uenias. Fons ille, ipse est lux. Sitientibus fons est, cæco lux est. Aperiantur oculi vt
videant lucem, aperiantur fauces cordis vt bibant fontem. Quod bibis, hoc vides, hoc
25 audis, totum tibi fecit deus: quia horum quæ diligis, totum tibi est. Si visibilia atten-
M dis, nec panis est deus, nec aqua est deus, nec lux ista est deus, nec vestis est deus,
nec domus est deus; omnia enim hæc visibilia sunt, & singula sunt. Quod est panis, non
hoc est aqua, & quod est vestis, non hoc est domus, & quod sunt ista, non hoc est deus:
visibilia enim sunt. Deus tibi totum est: Si esurieris, panis tibi est: si sitieris, aqua ti-
bi est; si in tenebris es, lumen tibi est, quia incorruptibilis manet: si nudus es, im-
mortalitatis vestis tibi est, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & morta- 1. Cor. 15.
le hoc induerit immortalitatem. Omnia enim possunt dici de deo, & nihil digne di-
citur de deo; Nihil latius hac inopia. Quæris congruum nomen, non inuenis, quæ-
ris quoquo modo dicere omnia, non sic inuenis. Quid simile, agnus & leo? de Chri-
sto utrunq; dictum est: Ecce agnus dei. Quomodo leo? Vicit leo de tribu Iuda. Au- Apoc. 5.
diamus Ioannem. Baptizabat Iesus. Diximus quia baptizabat Iesus. Quomodo Ie-
sus, quomodo dominus, quomodo dei filius, quomodo verbum? sed verbum caro fa-
26 ctum est. Erat autem & Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim.) Locus quidam Enon
A intelligitur, quia lacus erat: Quia aquæ multæ erant ibi: Et veniebant & baptizaban-
tur. Nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes.) Si meministis, ecce iterum dico
quod dixi. Quare baptizabat Ioannes? Quia oportebat vt dominus baptizaretur. Et
quare oportebat vt dominus baptizaretur? Quia multi contempturi erant baptismum
eo quòd iam maiore gratia prædíti viderentur, quàm viderent alios fideles. Verbi gra-
tia, iam continenter viuens catechumenus, contemneret coniugatum, & diceret se me-
liorem esse quam sit fidelis. Ille catechumenus posset dicere in corde suo, Quid mihi
opus est baptismum accipere, vt hoc habeam quod & iste, quo iam melior sum? Ne ergo
ceruix ista præcipitaret quosdam, de meritis iustitiæ suæ plurimum elatos, baptizari
voluit dominus à seruo, tanquam alloquens filios capitales: Quid vos extollitis?
quid erigitis? quia habetis ille prudentiam, ille doctrinam, ille castitatem, ille forti-
tudinem patientiæ? Nunquid tantum habere potestis quantum ego qui dedi? Et
tamen ego baptizatus sum à seruo, vos dedignamini à domino. Hoc est, vt impleа-
26 tur omnis iustitia. Sed dicit aliquis: Sufficiebat ergo vt baptizaret dominum Ioan- Matt. 3.
B nes, quid opus erat vt alii baptizarentur à Ioanne? Et hoc diximus, quia si solus
dominus baptizaretur à Ioanne, non deesset ista cogitatio hominibus, quòd me-
liorem habebat baptismum Ioannes quàm dominus: Dicerent enim, vsqueadeo magnus
erat baptismus quem habebat Ioannes, vt solus Christus illo fuerit dignus ba-
ptizari. Ergo vt ostenderetur melior baptismus, quem daturus erat dominus, & ille
tanquam serui intelligeretur, ille, tanquam domini, baptizatus est dominus, vt præ-
beret humilitatis exemplum: non solus autem baptizatus est ab eo, ne baptismus
Ioannis melior baptismo domini videretur. Ad hoc autem viam præbuit dominus no-
ster Iesus Christus, sicut audistis fratres: ne quis arrogans eo quòd habeat abundan-
tiam alicuius gratiæ, dedignaretur baptizari baptismo domini: quantumcunque enim
catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat, non illi dimittitur,
nisi cum venerit ad baptismum. Quomodo non caruit populus Israel populo Aegy- Exo. 14.
26 ptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum: sic pressuris peccatorum nemo caret, ni-
C si cum ad fontem baptismi peruenerit. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis
cum Iudæis de purificatione.) Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus. Moti sunt
discipuli Ioannis, concurrebatur ad Christum, veniebatur ad Ioannem: qui enim
veniebant ad Ioannem, mittebat illos ad Christum baptizari, non mittebantur ad Ioan
nem qui à Christo baptizabantur. Turbati sunt discipuli Ioannis, & cœperunt quæstio
nẽ tractare cum Iudæis, quomodo solet fieri: Intelligas dixisse Iudæos maiorẽ esse Chri
stum, & ad eius baptismum debere concurri. Illi nondũ intelligentes, defendebãt baptis

mum Ioannis. Ventum est ad ipsum Ioannem, vt solueret quæstionem. Intelligat charitas vestra. Et hic vtilitas ipsa humilitatis agnoscitur & ostenditur: vtrum in ipsa quæstione cum errarent homines, gloriari apud se voluerit Ioannes. Fortasse enim dixisset, verum dicitis, recte contenditis, baptismus meus est melior: nam vt noueritis quod baptismus meus est melior, ipsum Christum ego baptizaui. Poterat hoc dicere Ioannes baptizato Christo, quantũ se si vellet extendere, habebat vbi se extenderet: sed melius nouerat apud quem se humiliaret: Quem se nouerat nascendo antecedere, illi voluit confitendo cedere. Salutem suam intelligebat in Christo esse. Iam dixerat superius: Nos om- 26
Ioan. 1. nes de plenitudine eius accepimus: & hoc confiteri deum est. Quomodo enim omnes ho D
mines de plenitudine eius accepimus, nisi ille sit deus? Nam & si ille homo & non deus,
† alias, Nã si sic ille homo vt non deus, de &c. de † plenitudine dei accepit etiam ipse qui non deus est. Si autem omnes homines de plenitudine eius accipiunt, ille est fons, & illi bibentes, Qui bibunt fontem, & sitire possunt & bibere. Fons nunquam sitit, fons seipso non eget: Fonte egent homines, aridis visceribus, aridis faucibus currunt ad fontem vt reficiantur: Fons fluit vt reficiat, ita & dominus Iesus. Videamus quid responderit Ioannes. Venerunt ad Ioannem & dixerunt ei
† alias, qua si homo accepi, ait, de cœlo. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat, & omnes currunt ad illum.) Hoc est, quid dicis? Nõ sunt prohibendi vt ad te potius veniant? Respondit Ioannes & dixit: Non potest homo quicquam accipere, nisi ei datum fuerit de cœlo.) De quo putatis hoc dixisse Ioannem? De seipso, quasi homo accipiat 26
de cœlo. † Intendat charitas vestra: Non potest homo quicquam accipere, nisi fuerit ei da
tum de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim, ego non sum Chri- E
stus:) Tanquã dicẽs: Quid vos fallitis vosipsos? Mihi quomodo proposuistis questionẽ? Quid mihi dixistis: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti? Nostis ergo quale testimonium illi perhibui? Quomodo dicturus sum non esse illum quem dixi esse? Ego qui aliquid accepi de cœlo vt aliquid essem, inanem me vultis esse, vt loquar contra veritatem. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit illi datum de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim; ego non sum Christus. Non es tu Christus? Sed quid si maior es illo: quia tu illum baptizasti? Missus sum ego:) Præco sum, ille iudex est. Et audi testimonium multo vehementius, multo expressius. Videte quid nobiscum agatur, videte quid amare debeamus: videte quia aliquem hominem amare pro Christo, adulterium est. Quare hoc dico? Attendamus vocem Ioãnis. Poterat in illo errari, poterat ipse putari qui non erat. Respuit à se falsum honorem, vt teneat solidam veritatem. Videte quid dicat Christum, quid se. Qui habet spõsam spõ 26
sus est.) Casti estote, sponsum amate. Quid autem tu es qui nobis dicis, qui habet spon- F
sam sponsus est?) Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.) Aderit dominus deus noster pro motu cordis mei? multo enim gemitu plenum est dicere quod doleo: sed obsecro vos per ipsum Christum, vt quod dicere non potuero, vos cogitetis. Noui enim dolorem meum exprimi satis digne non posse: multos. n. adulteros video, qui sponsam tanto precio emptam, amatam, fœdam vt pulchra fieret, illo emptore, illo liberatore, illo decoratore, posidere volunt, & id agunt verbis suis vt pro sponso amentur. De illo dictum est, hic est qui baptizat. Quis huc exit & dicit, ego baptizo? Quis huc exit & dicit, ego quod dedero hoc est sanctum? Quis huc procedit, qui dicit, bonum est tibi vt nascaris ex me? Amicum sponsi audiamus, non adulteros sponsi, audiamus zelantem, sed non sibi, Fratres regredimini corde ad vestras domos, carnalia loquor, terrena loquor: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Multi habe-
Rom. 6. tis coniuges, multi habere vultis, multi & si non vultis, habuistis, multi qui omnino con 26
iuges habere non vultis. De cõiugibus patrum vestrorum nati estis. Nullũ cor est quod G
non iste tangat affectus, nullus in rebus humanis tam deuius à genere humano est, qui quod dico non sentiat. Ponite aliquem peregre profectum, commendasse amico suo spõsam suam, Vide quæso te, charus meus es, ne forte me absente pro me aliquis ametur. Qualis ergo ille qui custodiens sponsam vel vxorem amici sui, dat quidem operam vt nullus alius ametur: sed si se amari pro amico voluerit, & vti voluerit commendata sibi, quàm detestandus vniuerso humano generi apparet? Videat illam aliquanto petulãtius per fenestram attendere, aut iocari cum aliquo, prohibet tanquam zelet. Video zelãtem, sed non video cui, vtrum amico absenti, an sibi præsenti. Putare, hoc dominum nostrum

Iesum Christum feciſſe. Commendauit amico ſuo ſponſam ſuam, peregre profectus eſt accipere regnum, ſicut dicit ipſe in Euangelio, & tamen præſens eſt maieſtate. Fallatur Luc. 19.
amicus qui trans mare profectus eſt, & ſi fallitur: vę illi qui fallit: quid cum fallere deum conatur intuentem omnium corda, & omnium ſecreta rimantem? Exiſtit aliquis hæreticus, & dicit, Ego do, ego ſanctifico, ego iuſtifico, nolo eas ad illam ſectam. Bene quidem
26 zelat, ſed vide cui. Non eas ad idòla, bene zelat: non ad ſortilegos, bene zelat. Videamus
H cui zelat. Ego quod do ſanctum eſt, quia ego do. Ego quem baptizo baptizatus eſt, quẽ non baptizo non eſt baptizatus. Audi amicum ſponſi, diſce zelare amico tuo. Audi vocẽ illius, Hic eſt qui baptizat. Quare tibi vis arrogare quod tuum non eſt? Vſqueadeo abſens eſt qui hic reliquit ſponſam ſuam? Neſcis quia ille qui à mortuis reſurrexerit, ad dexterã patris ſedet? Sic contẽpſerunt eũ Iudęi in ligno pendentẽ, tu contẽnis in cœlo ſedẽtẽ? Nouerit charitas veſtra magnũ dolorem me pati de hac re. Sed, vt dixi, dimitto cætera cogitationibus veſtris. Non. n. dico ſi loquar tota die, ſi plangam tota die, nõ ſufficio. Nõ dico, ſi habeam, ſicut dicit Propheta, fontẽ lachrymarũ: ſed, ſi conuertar in lachrymas & lachrymæ fiã, in linguas & linguæ fiã, parum eſt. Redeamus, videamus quid dicit iſte,
Qui habet ſpõſam, ſpõſus eſt: nõ eſt mea ſpõſa, & non gaudes in nuptiis? Imò gaudeo
26 ait, Amicus autẽ ſpõſi q ſtat & audit eũ, gaudio gaudet pp vocẽ ſpõſi. Non, inqt, gaudeo
I propter vocẽ meã, ſed pp vocẽ ſpõſi gaudeo: ego ſum in audiẽdo, ille in dicẽdo: ego ſum illuminandus, ille lumen: ego ſum in aure, ille in verbo, ergo amicus ſponſi qui ſtat & audit eum. Quare ſtat? Quia non cadit. Quare non cadit? Quia humilis eſt. Vide ſtantem in ſolido, Non ſum dignus corrigiam calceamenti eius ſoluere. Bene te humilias, merito non cadis. Merito ſtas, merito audis eum, & gaudio gaudes propter vocem ſponſi. Sic & Apoſtolus amicus ſponſi zelat, & ipſe non ſibi, ſed ſponſo: audi vocem zelantis, Zelo dei vos zelo dixit, non meo, non mihi, ſed zelo dei. Vide quomodo, quam zelat, cui zelat. De- 2. Cor. 11
ſponſaui enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto: Quid ergo times? quare zelas? Timeo, inquit, ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ſic & veſtri ſenſus corrũpantur à caſtitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis Eccleſia virgo appellata eſt: diuerſa eſſe membra Eccleſiæ, diuerſis donis pollere videtis atque gaudere. Alii coniugati, aliæ coniugatæ: alii viduati vxoribus vltra non quærunt, aliæ viduatæ maritis vltra non quærunt alii integritatem ab ineunte ætate conſeruant, aliæ virginitatem ſuam deuo-
26 uerunt. Diuiſa ſunt in munera, ſed omnes iſti vna virgo eſt. Vbi eſt iſta virginitas? non
K enim in corpore. In corpore paucarum fœminarum eſt. Et ſi dici virginitas in viris poteſt, paucorum virorum ſanctitas, integritas etiam corporis eſt in Eccleſia, & honorabilius membrum eſt. Alia autem membra non in corpore, ſed omnia in mente ſeruant virginitatem. Quæ eſt virginitas mentis? Integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. Hanc virginitatem timebat ille, qui zelabat ſponſam à ſerpente corrumpi. Sicut enim membrum corporis violatur in quodam loco, ſic ſeductio linguæ uiolat uirginitatem cordis. In mente non corrumpatur, qui non uult ſine cauſa tenere corporis uirginitatem. Quid ergo dicam fratres mei? Et hæretici habent uirgines, & multæ ſunt uirgines hæreticorũ. Videamus, ſi ſponſum amant, ut uirginitas iſta cuſtodiatur. Cui cuſtoditur? Chriſto, inquit, Videamus ſi Chriſto, & non Donato. Videamus cui ſeruetur iſta uirginitas, cito probare poteſtis. Ecce oſtendo ſponſum, quia ipſe ſe oſtendit. Perhibet illi teſtimonium Ioannes, Hic eſt qui baptizat. O tu uirgo, ſi ſponſo huic ſeruas uirginitatem tuam, qua-
26 re curris ad eum, qui dicit, Ego baptizo: cum amicus ſponſi tui dicat, Hic eſt qui bapti-
L zat? Deinde ſponſus tuus totum orbem tenet, quare tu in parte corrumperis? Quis eſt ſpõſus? Quoniam rex omnis terræ deus. Ipſe ſpõſus tuus totum tenet, quia totum emit. Pſal. 46.
Vide quanti emerit, ut intelligas quid emerit. Quod precium dedit? Sanguinem ſudit. Vbi ſudit ſanguinem ſuum? In paſſione. Nonne ſponſo tuo cantas, aut cãtare te fingis, quando emptus eſt totus orbis? Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt Pſal. 21.
omnia oſſa mea: Ipſi uero conſideraverunt & conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Sponſa es, agnoſce veſtem ſpõſi tui. Super quam veſtem miſſa eſt ſors? Interroga Euangelium. Vide cui deſponſata ſis, uide Ioan. 19.
à quo arras accipias, interroga Euangelium: Vide quid tibi dicat in paſſione domini, Erat ibi tunica. Videamus qualis, deſuper texta. Deſuper texta tunica quid ſignificat niſi charitatem? Deſuper texta tunica, quid ſignificat niſi unitatem? Hanc tunicam attende,

qua nec persecutores Christi diuiserunt. Ait enim: Diuerunt inter se, Non diuidamus
eam, sed sorte super eam mittamus. Ecce enim audistis Psalmum, Vestem persecutores 26
non conscinderunt, Christiani Ecclesiam diuidunt. Sed quid dicam fratres? Aperte videa M
mus quid emerit, Ibi n. emit, vbi precium dedit. Pro quanto dedit? Si pro Aphrica dedit
non simus Donatistæ, & non appellemur Donatistæ sed Christiani, quia Christus solã
Aphricam emit, quanquam & hic non soli Donatistæ. Sed nõ tacuit in commercio suo
quid emerit. Fecit tabulas, deo gratias, non nos fefellit: opus est vt audiat illa sponsa, &
Psal. 21. intelligat ibi cui vouerit virginitatem. Ibi enim in ipso Psalmo, vbi dictũ est, Foderunt
manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: vbi passio domini aper-
tissime declaratur. qui Psalmus omni anno legitur nouissima hebdomada intento vni-
uerso populo, imminẽte passione Christi, & apud nos & apud illos psalmus iste legitur.
Intendite fratres, quid ibi emit: recitentur tabulæ commerciales, quid ibi emit: audite,
Commemorabuntur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ. Et adorabũt
taliàs, pa- in conspectu eius, vniuersæ familiæ gentium: quoniam ipsius est regnum, & ipse do-
tiæ. minabitur gentium Ecce quid emit, Ecce quoniam rex, omnis terræ deus est sponsus
tuus, quid ergo ad pannos vis deduci? Talem diuitem agnosce, totum emit, & tu dicis, 27
partem hic habes. O si placeres sponso, ò si nõ corrupta loquereris, & corrupto, quod A
peius est, corde, non corpore: amas hominem pro Christo, amas dicentem, Ego ba-
ptizo: amicum sponsi non audis dicentem, Hic est qui baptizat. Non audis dicentem:
Qui habet sponsam, sponsus est: ego non habeo sponsam dixit: sed quid sum? Ami-
cus: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.
Euidenter ergo fratres mei, nihil prodest istis seruare virginitatem, habere continen-
tiam, eleemosynas dare: omnia illa quæ laudantur in Ecclesia, nihil illis prosunt, quia
conscindunt vnitatem, id est, tunicam illam charitatis. Quid faciunt? Diserti sunt mul
2. Cor. 13. ti inter illos, magnæ linguæ flumina linguarum, nunquid angelicè loquuntur? Audi-
ant amicum sponsi zelantem sponso, non sibi, Si linguis hominum loquar & angelorũ,
charitatem autem non habeam factus sum velut æramentum sonans aut cymbalũ tin-
niens. Sed quid dicunt? Habemus baptismum. Habes, sed non tuum. Aliud est habere,
aliud dominari. Baptismum habes, quia accepisti vt baptizatus sis. Accepisti tanquã 27
illuminatus, si tamen à te non sit obtenebratus: & quando das, minister das, non pos- B
sessor: præco clamas non iudex. Per præconẽ loquitur iudex, & in Actis tamen nõ scri-
bitur, præco dixit: sed, iudex dixit. Proinde vide si tuum est quod das potestate. Si
autem accepisti, confitere cum amico sponsi: non potest homo accipere quicquam,
nisi datum fuerit ei de cœlo. Confitere cum amico sponsi, Qui habet sponsam, spon-
sus est: amicus autem sponsi stat & audit eum. Sed, ò si stares & audires eum, & non
caderes, vt audires te. Audiendo enim eum stares, & audires: nam loqueris, & tibi
caput inflas. Ego, inquit Ecclesia, si sponsa sum, si arras accepi, si precio sanguinis
illius redempta sum audio vocem sponsi: & vocem amici sponsi tunc audio, si sponso
meo det gloriam, non sibi. Dicat amicus, Qui habet sponsam, sponsus est: amicus
autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ecce habes
sacramenta, & ego concedo. Habes formam, sed sarmentum est de vite præcisum.
Tu formam ostendis, ego radicem quæro. De forma fructus non exit, nisi vbi est ra- 27
dix. Vbi autem est radix nisi in charitate? Et audi formam sarmentorum Paulus lo- C
1. Cor. 13. quitur: Si sciam, inquit, omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam & omnem
fidem: & quantam fidem? ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, ni-
hil sum. Nemo ergo vobis fabulas vendat: & Pontius fecit miraculum, & Donatus
orauit, & respondit ei Deus de cœlo. Primo aut falluntur aut fallunt: Postremo fac
illum montes transferre, charitatem autem, inquit, non habeam, nihil sum. Videa-
mus vtrum habuerit charitatem. Crederem, si non diuisisset vnitatem, nam & con-
Mar. 13. tra istos, vt sic loquar, mirabiliaries cautum me fecit Deus meus, dicens, In nouissi-
mis temporibus exurgent pseudoprophetæ, facientes signa & portenta, vt in errorem
inducant, si fieri potest, etiam electos: Ecce prædixi vobis. Ergo cautos nos fecit spon
sus, quia & miraculis decipi non debemus. Aliquando enim & desertor terret proun-
cialem, sed vtrum in castris sit, & aliquid illi profit character ille, in quo signatus est,
hoc attendit qui terreri & seduci non vult. Teneamus ergo vnitatem fratres mei: præ-
ter

ter vnitatem & qui facit miracula nihil est. In vnitate enim erat populus Israel, & non 1.q.1. cap
faciebat miracula: præter vnitatem erãt magi Pharaonis, & faciebant similia Moysi. Po- teneamus.
27 pulus Israel, vt dixi, non faciebat miracula: qui erant salui apud deum, qui faciebant, Exod. 7.
D an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitauit mortuũ. Simon Magus fecit mul-
ta. Erant ibi multi Christiani qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec Acto. 9.
quod faciebat Simon. Sed vnde gaudebant? Quia nomina eorum erant scripta in cœ- Acto. 8.
lo. Nam & redeuntibus discipulis, dominus noster Iesus Christus propter fidem gentiũ
hoc ait: dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli, Ecce domine in nomine tuo etiam dæ- Lucæ. 10.
monia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt, detulerunt honorem nomini
Christi: & tamen quid ait eis? Nolite in hoc gloriari, qa dæmonia vobis subiecta sunt,
sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Petrus dæmonia exclusit, nescio
quæ anicula vidua, nescio quis homo qualiscunq; laicus habens charitatem, tenens in-
tegritatem fidei, non facit hoc: Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus, in
eo tamen corpore est, in quo & Petrus: & si minus valet digitus quàm oculus, non est
tamen præcisus a corpore. Melius est esse digitum & esse in corpore, quàm esse oculum
& euelli de corpore. Proinde fratres mei, nemo vos fallat, nemo vos seducat, amate pa
27 cem Christi, qui pro vobis crucifixus est cum deus esset. Paulus dicit, Neq; qui plan-
E tat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Et quisquam nostrum di- 1. Cor. 3.
cit, quia aliquid est? Si dixerimus quòd aliquid sumus, & non illi gloriam dederimus,
adulteri sumus, nos amari volumus, non sponsum. Vos Christum diligite, & nos in il-
lo, in quo & vos à nobis diligimini. Inuicem se diligant membra, sed omnia sub ca-
pite viuant. Dolore quidem fratres mei multa coactus sum dicere, & pauca dixi: le-
ctionem tamen finire non potui, aderit dominus vt opportunè finiatur. Nolui enim am
plius onerare corda vestra, quæ volo vacare gemitibus & orationibus, p his qui adhuc
surdi sunt & non intelligunt.

Ab eo quod scriptum est, Hoc ergo gaudium meum impletum est, illum oportet crescere, me autem minui, vsque ad id quod ait, Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum. Tractatus. XIIII.

27
F LEctio ista de sancto Euangelio, excellentiam diuinitatis domini nostri Iesu Christi, & humilitatem hominis qui meruit dici amicus sponsi, nos docet, vt distinguamus quid interest inter hominem hominem, & hominem deum. Quia homo deus dominus noster Iesus Christus, deus ante omnia secula: & homo in nostro seculo, deus de patre, homo de virgine, vnus tamen atq; idem dominus & saluator Iesus Christus, filius dei deus & homo. Ioannes vero excellentis gratiæ missus ante ipsum, illuminatus ab illo qui lumen est. De Ioanne enim dictum est, Non erat ille lux, sed vt testimonium Ioan. 1.
perhiberet de lumine. Potest quidem dici lumen, & bene dicitur & ipse lumen, sed il-
luminatum, non illuminans. Aliud est enim lumen quod illuminat, & aliud lumẽ quod
illuminatur: nam & oculi nostri lumina dicuntur, & tamen in tenebris patent & non vi-
dent. Lumen autem illuminans à seipso lumen est, & sibi lumen est, & non indiget alio
27 lumine vt lucere possit, sed ipso indigent cætera vt luceant. Confessus est ergo Ioãnes,
G sicut audistis, quia cum discipulos multos faceret Iesus, & perferretur ad eum veluti
vt instigaretur, quasi inuido enim narrauerunt, Ecce ille facit plures discipulos quam
tu: confessus est quid esset, & inde meruit ad ipsum pertinere, quia non est ausus se
dicere quod est ille. Hoc ergo dixit Ioannes, Non potest homo accipere quicquam nisi
datum illi fuerit de cœlo. Ergo Christus dat, homo accipit. Ipsi vos mihi testimonium
perhibetis quòd dixerim, Ego non sum Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui
habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gau-
det propter vocem sponsi: non sibi gaudium fecit de se. Qui enim vult gaudere de se,
tristis erit, qui aut de deo vult gaudere, semper gaudebit, quia deus sempiternus est.
Vis habere gaudium sempiternum? Adhærere illi qui sempiternus est. Talem se di-
xit Ioannes, propter vocem sponsi gaudet amicus sponsi, ait, non propter vocem su-
am, sed stat & audit eum. Si ergo cadit, non audit eum: de illo enim quodam qui ce-
cidit, dictum est, Et in veritate non stetit, de diabolo dictum est. Ergo stare debet ami- Ioan. 8.

cus ſponſi & audire. Quid eſt ſtare? Permanere in gratia eius quem accepit, & audit 27
vocem ad quam gaudet: ſic erat Ioannes, nouerat vnde gaudebat, non ſibi arrogabat H
quod ipſe non erat: ſciebat illuminatum ſe, non illuminatorem. Erat.n. lumen verum
ait Euangeliſta, quod illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum. Si ergo
Matth.11 omnem, & ipſum Ioannem, quia & ipſe de hominibus. Etenim quanuis nemo exurre-
xit maior Ioanne in natis mulierum, vnus tamen & ipſe ex his qui nati ſunt ex mulie-
ribus: nunquid comparandus eſt ei, qui quia voluit natus eſt? Et ideo nouo partu, quia
nouus natus. Ambæ enim generationes domini vſitatæ ſunt, & diuina & humana: diui-
na non habet matrem, humana non habet patrem. Ergo vnus de cæteris Ioannes, ſed
tamen maioris gratiæ, ita vt in natis mulierum nemo exurrexerit maior illo, tantam
teſtificationem tribuit domino noſtro Ieſu Chriſto, vt illum dicat ſponſum, ſe amicum
ſponſi, non dignum tamen ſoluere corrigiam calceamẽti ipſius. Hinc audiuit iam mul
ta charitas veſtra, quod ſequitur videamus: aliquantum enim ſpiſſum eſt ad intelligen-
dum: ſed quoniam dicit ipſe Ioannes, quia non poteſt homo accipere quicquam, niſi da- 27
tum illi fuerit de cœlo, quicquid nõ intellexerimus rogemus eum qui dat de cœlo, quia I
homines ſumus, & non poſſumus accipere quicquam, niſi ille dederit qui homo nõ eſt.
Hoc ergo ſequitur, & dicit Ioannes, Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.) Quod
eſt gaudium ipſius? Vt gaudeat ad vocem ſponſi. Impletum eſt in me, habeo grati-
am meam, plus mihi non aſſumo, ne & quod accepi amittam. Quod eſt hoc gaudi-
um? Gaudio gaudet propter vocem ſponſi: Intelligat ergo homo non ſe gaudere debe-
re de ſapientia ſua, ſed de ſapientia quam accepit à deo. Nihil plus quærat, & non amit-
tit quod inuenit: multi enim ideo facti ſunt inſipientes, qui dixerunt ſe eſſe ſapientes.
Arguit illos Apoſtolus, & dicit de ipſis, Quia quod notum eſt Dei, ait, manifeſtum eſt
Roma.1. illis: Deus enim illis manifeſtauit. De quibus tam ingratis impiis, audite quid dicat,
Deus enim illis manifeſtauit: Inuiſibilia enim eius à creatura mundi per ea quæ facta
ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas, vt ſint inex-
cuſabiles. Quare inexcuſabiles? Quia cognoſcentes deum, non dixit, quia non co-
gnouerunt, ſed quia cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerũt aut gratias
egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ: 27
Roma.1. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Si enim deum cognouerant, ſimul K
cognouerant quia non eos fecerat ſapientes niſi Deus: Non ergo ſibi tribuerent quod
à ſe non habebant, ſed ei à quo acceperant, non autem agendo gratias inſipientes facti
ſunt: Ergo deus quod dederat gratis, tulit ingratis. Noluit eſſe hoc Ioannes, gratus eſſe
voluit: Confeſſus eſt accepiſſe ſe, & gaudere ſe dixit propter vocem ſponſi, & ait: Hoc
ergo gaudium meum impletum eſt: Illum oportet creſcere, me autem minui.) Quid
eſt hoc? Illum oportet exaltari, me autem humiliari. Quomodo creſcit Ieſus? quomo-
do creſcit deus? Perfectus non creſcit. Deus autem non creſcit nec minuitur. Si enim cre-
ſcit, perfectus non eſt: ſi minuitur, deus non eſt. Ieſus autem deus quomodo creſcit? Si
ad ætatem, quia dignatus eſt eſſe homo & fuit puer: & cum ſit verbum dei, infans in præ-
ſepi iacuit, & cum ipſe matrem ſuam condiderit, lac infantiæ de matre ſuxit. Qui crea-
uit ergo Ieſus ætate carnis, ideo forte dictum eſt: Illum oportet creſcere, me autem mi-
nui. Sed quare & hoc? Ioannes & Ieſus, quantũ ad carnem pertinet, coæui erant. Sex
menſes inter ſe habebant, & pariter creuerunt, & ſi diutius ante mortem dominus no- 27
ſter Ieſus Chriſtus vellet hic eſſe, & ipſum Ioannem hic ſecum eſſe, quomodo pariter L
creuerant, ita pariter ſeneſcere poterant. Quare autem illum oportet creſcere, me autẽ
minui? Primo, quia iam & dominus triginta annorum erat. Nunquid inuenis ſi iam tri-
ginta annorum ſit adhuc creſcit? Iam ab ipſa ætate vergere incipiunt homines, & de-
clinare ad grauiorem ætatem, & inde ad ſenectutem. Sed & ſi pueri eſſent ambo, non
diceret: illum oportet creſcere, me autem minui: ſed diceret, ſimul nos oportet creſcere:
Nunc autem triginta annorum ille, triginta & ille: ſex menſes qui intererant, nullam di
ſtinguunt ætatem: Magis illud inuenit lectio quàm aſpectio. Quid ergo eſt: illum
oportet creſcere, me autem minui? Magnum hoc ſacramentum, intelligat charitas ve
ſtra: Antequam veniret dominus Ieſus, homines gloriabantur de ſe. Venit ille
homo, vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria dei. Etenim venit ille ſi-
ne peccato, & inuenit omnes cum peccato. Si ſic venit ille vt dimitteret peccata, deus

largiatur, homo confiteatur: etenim cõfeſſio hominis, humilitas hominis: miſeratio dei,
altitudo dei. Si ergo venit ille dimittere homini peccata ſua: agnoſcat homo humilitatẽ
ſuam, & deus faciet miſericordiam ſuam: illum oportet creſcere, me autem minui: hoc
eſt, illum oportet dare, me autem accipere: illum glorificari, me autem confiteri. Intelli-
gat homo gradum ſuum, & confiteatur deo, & audiat Apoſtolum dicentem homini ſu-
perbienti & elato, & extollere ſe volenti, Quid enim habes quod non acceperis? Si autem 1.Cor.4.
acceperis, quid gloriaris quaſi non acceperis? Intelligat ergo homo quia accepit, qui vo-
bat ſuum dicere quod non eſt eius, & minuatur. Bonum eſt enim illi vt deus in illo glo-
rificetur: ipſe in ſe minuatur, vt in deo augeatur. Hæc teſtimonia & hanc veritatem etiã
paſsionibus ſuis ſignificauerunt Chriſtus & Ioannes: Nam Ioannes capite minuitur,
Chriſtus in cruce exaltatus eſt, vt & ibi appareret quid eſt, illum oportet creſcere, me au-
28 tem minui: hoc eſt, illum oportet exaltari, me autem humiliari. Deinde natus eſt Chri-
A ſtus cum iam inciperent creſcere dies, natus eſt Ioannes quando cœpunt minui dies. At
teſtata eſt ipſa creatura & ipſæ paſsiones, verbis Ioannis dicentis: Illum oportet creſce-
re, me autem minui. Creſcat ergo in nobis gloria dei, & minuatur gloria noſtra, vt in deo
creſcat & noſtra. Hoc enim dicit Apoſtolus: hoc dicit ſcriptura ſancta: Qui gloriatur, in 1.Cor.1.
domino glorietur. In te vis gloriari & creſcere, ſed malo tuo male creſcis: qui enim ma- Hiere.9.
le creſcit, iuſte minuitur. Creſcat ergo deus qui ſemper perfectus eſt, creſcat in te. Quan
to enim magis intelligis deum, & quanto magis capis, videtur in te creſcere deus. Ipſe
autem non creſcit, ſed ſemper perfectus eſt. Intelligebas heri modicum, intelligis hodie
amplius, intelliges cras multo amplius. Lumen ipſum dei creſcit in te, ita vt velut deus
creſcit, qui ſemper perfectus manet. Quemadmodum ſi curarentur alicuius oculi ex pri
ſtina cæcitate, & inciperet videre paululum lucis, & alia die plus videret, & tertia die am
plius, videretur illi lux creſcere, lux tamen perfecta eſt, ſiue ipſe videat, ſiue non videat:
ſic eſt & interior homo, proficit quidem in deo, & deus in illo videtur creſcere: ipſe tamẽ
28 minuitur, vt à gloria ſua decidat, & in gloriam dei ſurgat. Et diſtincte iam & manifeſte
B apparet quod modo audiamus: Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt.) Vide quid dicat
de Chriſto, quid de ſe. Qui eſt de terra, terra eſt, & de terra loquitur.) Qui deſurſum ve-
nit ſuper omnes eſt, Chriſtus eſt: qui autem eſt de terra, terra eſt, & de terra loquitur.
Ioannes eſt. Et hoc eſt totum, Ioannes de terra eſt, & de terra loquitur. Totum teſtimo-
nium quod perhibet de Chriſto, de terra loquitur: Non voces domini audiuntur à Ioã-
ne, vbi teſtimonium perhibet Chriſto: Quomodo ergo de terra loquitur? Sed de homine
dicebat, quantum ad ipſum Ioannem pertinet, de terra eſt & de terra loquitur. Si autem
aliqua loquitur diuina, illuminatus eſt à deo: nam ſi non eſſet illuminatus, terra terram
loqueretur. Ergo ſeorſum eſt gratia dei, ſeorſum eſt natura hominis. Modo natura homi
nis in terra naſcitur, creſcit, vſitata iſta hominum diſcit. Quid nouit, niſi terram de ter-
ra? Humana loquitur, humana nouit, humana ſapit. Carnalis carnaliter æſtimat, carnali
28 ter ſuſpicatur. Ecce eſt totus homo. Veniat gratia dei, illuminet tenebras illius ſicut di- Pſa.17.
C cit. Tu illuminas lucernam meam, domine deus meus illumina tenebras meas. Aſſu-
mat mentem humanam, conuertatur ad lucem ſuam, quia incipit iam dicere quod Apo-
ſtolus dicit: Non ego, ſed gratia dei mecum: Et uiuo autem iam non ego, uiuit uero in 1.Cor.15.
me Chriſtus: hoc eſt, illum oportet creſcere, me autem minui. Ergo Ioannes, quantum Galat.2.
ad Ioannem pertinet, de terra eſt & de terra loquitur. Si quid diuinum audiſti à Ioanne,
illuminantis eſt, non recipientis. Qui de cœlo uenit ſupra omnes eſt, & quod uidit & au-
diuit hoc teſtificatur, & teſtimonium eius nemo accipit.) De cœlo uenit, ſupra omnes eſt
dominus noſter Ieſus Chriſtus, de quo ſuperius dictum eſt: Nemo aſcendit in cœlum,
niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo: Eſt autem ſuper omnes
& quod uidit, & quod audiuit à patre, hoc loquitur: Habet enim & patrem ipſe fi-
lius dei, habet & patrem & audiuit à patre: Et quod audiuit à patre: quid eſt? quis
hoc explicat? quando lingua mea, quando cor meum ſufficere poteſt, uel cor ad intelli-
gendum, uel lingua ad proferendum? Quid eſt quod filius audiuit a patre? Forte filius
uerbum patris audiuit, immo filius uerbum patris eſt. Videtis quemadmodum hic fati-
28 getur omnis conatus humanus. Videtis quemadmodum hic deficiat omnis coniectura
D pectoris noſtri, & ominis intentio mentis caligantis. Audio dicentem ſcripturam, quia
ipſe filius hoc loquitur, quod audiuit a patre. Et rurſum audio dicentem ſcripturam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ipſe filius uerbum patris eſt, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat verbum. Nos loquimur verba volantia & tranſeuntia: mox vt ſonuerit ex ore tuo verbum tuum, tranſit, per agit ſtrepitum ſuum & tranſit in ſilentium. nunquid poteſt ſequi ſonum tuum, & tenere vt ſtet? Cogitatio tamen tua permanet, & de ipſa cogitatione permanente dicimus multa verba tranſeũtia. Quid dicimus fratres mei? Deus cum loqueretur adhibuit vocem, adhibuit ſonos, adhibuit ſyllabas? Si adhibuit iſta, qua lingua locutus eſt? Hebræa, an Græca, an Latina? Ibi neceſſariæ linguæ, vbi diſtinctio gẽtiũ: vbi aũt nemo põt dicere, illa lingua uel illa lingua locutũ eſſe deum, cor tuum attende, quando concipis verbum quod dicas. Dicã enim ſi potuero quod in nobis attendamus non vnde illud comprehendamus. Quando ergo concipis verbum quod proferas, 28 E rem vis dicere, & ipſa rei conceptio in corde tuo iam verbum eſt. nondum proceſsit, ſed iam natum eſt in corde, & manet vt procedat. Attendis autem ad quem procedat, & cum quo loquaris. Si Latinus eſt, vocem latinam quæris. Si Græcus eſt verba Græca meditaris: ſi Punicus eſt, attendis ſi noſti linguam Punicam. Pro diuerſitate ergo auditorum diuerſas linguas adhibes, vt proferas verbum conceptum: Illud autem quod in corde conceperas, nulla lingua tenebatur. Cum ergo deus loquens, linguam non quæreret, & genus locutionis non aſſumeret quomodo auditus eſt à filio, cum per ipſum filium ſit locutus deus? Quomodo enim tu verbum quod loqueris, in corde habes & apud te eſt, & ipſa conceptio ſpiritalis eſt: nam ſicut anima tua ſpiritus eſt, ita & verbum quod concepiſti ſpiritus eſt: nondum enim accepit ſonum, vt per ſyllabas diuidatur, ſed manet in cõceptione cordis & in ſpeculo mentis: ſic deus edidit verbum, hoc eſt, genuit filium: Et tu quidem ex tempore gignis verbum etiam in corde, deus ſine tempore genuit filium, per 28 quem creauit omnia tempora. Cum ergo verbum dei filius ſit, filius autem locutus eſt F nobis, non verbum ſuum, ſed uerbum patris, ſe nobis loqui voluit, qui verbum patris loquebatur. Hoc ergo quomodo decuit & oportuit, dixit Ioannes: quomodo potuimus nos expoſuimus, cui ad cor nondum peruenit dignus de tanta re intellectus, habet quò ſe conuertat, habet quo pulſet, habet à quo quærat, habet à quo petat, habet â quo accipiat. Qui de cœlo venit ſupra omnes eſt, & quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Si nemo, vt quid venit? Quorundam enim nemo. Eſt quidam populus præparatus ad iram dei, damnandus cum diabolo: horum nemo accipit teſtimonium Chriſti. Nam ſi omnino nemo, nullus homo: Quid eſt quod ſequitur, Qui autem accepit teſtimonium eius, ſignauit quia deus verax eſt?) Certe ergo nemo, ſi tuipſe dicis, qui accepit teſtimonium eius, ſignauit quia deus verax eſt. Reſponderet ergo ſortaſſe Ioannes interrogatus & diceret: Noui quid dixerim, nemo. Eſt enim quidam populus natus ad iram dei, & ad hoc præcognitus. Qui ſint enim crediturí, & qui non ſint creditu 28 ri nouit deus. Qui ſint perſeueraturi in eo quod crediderunt, & qui ſint lapſuri, nouit G deus: & numerati ſunt à deo omnes futuri in vitam æternam, & nouit iam illum populum diſtinctum. Et ſi ipſe nouit & Prophetis dedit noſſe per ſpiritum ſuum, dedit & Ioãni. Attendebat ergo Ioannes, non oculo ſuo: nam quantum ad ipſum pertinet, terra eſt, de terra loquitur: ſed in ea gratia ſpiritus, quam accepit à deo, & vidit quendam populũ impium infidelem, attendens illum in infidelitate ſua & ait: Teſtimonium eius, qui ve- Mat. 25. nit de cœlo, nemo accipit. Quorum nemo? Eorum qui ad ſiniſtram futuri ſunt: eorũ qui bus dicetur, Ite in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Qui ergo accipiunt? Illi qui ad dexteram futuri ſunt, illi quibus dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Attendit ergo in ſpiritu diuiſionem, in genere autem humano commixtionem: & quod nondum locis ſeparatum eſt, ſeparauit intellectu: ſeparauit cordis aſpectu, & vidit duos populos, fidelium & infidelium. Attendit in fideles & ait: Qui de cœlo venit ſuper omnes eſt, & quod vidit & audiuit, hoc teſtatur, & teſtimonium eius nemo accipit. Deinde tranſtulit ſe a ſiniſtra & aſpexit ad dexteram, & ſecutus ait: Qui accepit teſtimonium eius, ſignauit quia deus ve- 28 rax eſt. Quid eſt, ſignauit quia deus verax eſt, niſi homo mendax eſt, & deus verax eſt? H Quia nemo hominum poteſt dicere quod veritatis eſt, niſi illuminatus ab eo qui menti non poteſt. Deus ergo verax, Chriſtus autem deus. Vis probare? Accipe teſtimonium eius & inuenies. Qui enim accepit teſtimoniũ eius, ſignauit quia deus verax eſt. Quis? Ipſe qui de cœlo venit & ſuper omnes eſt, deus verax eſt. Sed ſi nondum illum intelligis

deum,

deum, nondum accepiſti teſtimonium eius. Accipe & ſigna, præſumenter intelligis, definienter agnoſcis, quia deus verax eſt. Quem enim miſit deus, verba dei loquitur.) Ipſe eſt deus verax: Et miſit illum deus. Deus miſit deum. Iunge ambos, vnus deus: deus verax miſſus à deo. De ſingulis interroga, deus: & de ambobus interroga, deus. Deus, non ſinguli deus, & ambo dii, ſed ſingulus quiſque deus, & ambo deus. Tanta enim ibi eſt charitas ſpiritus ſancti, tanta pax veritatis, † vt de ſingulis † alias, uni cum interrogatur, deus tibi reſpõdeatur. De trinitate cum interrogatur, deus tibi reſpõ tatis. 28 deatur. Si enim ſpiritus hominis quando inhæret deo, unus ſpiritus eſt, aperte Apoſtolo I dicente, Qui adhæret domino vnus ſpiritus eſt: quanto magis filius æqualis adhærens 1. Cor. 6. patri, ſimul cum illo vnus deus eſt? Audite alterũ teſtimoniũ. Noſtis quam multi crediderunt, quando omnia quæ habebant ad pedes Apoſtolorum vendita poſuerunt, vt diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat. Et de illa congregatione ſanctorum quid dicit ſcriptura? Erat illis anima vna, & cor vnum in deum. Si charitas de tot animabus fecit animam vnam, & de tot cordibus fecit cor vnum: quãta eſt charitas inter patrem & filium? Maior vtique poteſt eſſe quàm inter illos homines, quibus erat cor vnum & anima vna. Si ergo multorum fratrum cor vnum propter charitatem, & multorum fratrum anima vna propter charitatem; deus pater & deus filius dicturus eſt, quia duo ſunt: Si duo dii ſunt, non eſt ibi ſumma charitas. Si enim hic tanta charitas eſt, vt animam tuam & animam amici tui vnam animam faciat quomodo ibi non eſt vnus deus pater & filius? Ab ſit vt hoc ſentiat fides non ficta. Prorſus quantum excellat charitas illa, hinc intelligite. Multæ animæ ſunt multorum hominum, & ſi ſe diligunt, vna anima eſt: ſed poſſunt dici 28 & multæ animæ in hominibus, quia non eſt tanta coniunctio. Ibi autem vnum deum K licet dicas, duos aut tres deos non licet vt dicas. Hinc tibi commendatur ſupereminentia & ſummitas charitatis tanta, vt maior illa eſſe non poſsit. Quem enim miſit deus, verba dei loquitur: Hoc vtique de Chriſto dicebat, vt ſe ab illo diſtingueret. Quid enim ipſum Ioannem, nonne deus miſit? An non ipſe dixit, miſſus ſum ante eum, & qui me miſit ba- Malac. 3. ptizare in aqua? Et de illo dictum eſt: Ecce mitto angelum meum, qui præparabit viam tuam ante te. Nõne & ipſe verba dei loquitur, de quo etiam dictum eſt quod ſit amplius quam Propheta? Si ergo & ipſum deus miſit, & verba dei loquitur: quomodo ad diſtinctionem de Chriſto eum dixiſſe accipimus: quem enim miſit deus, verba dei loquitur. Sed vide quid adiungat: Non enim menſuram dat deus ſpiritum.) Quid eſt hoc: Non.n. ad menſuram dat deus ſpiritum? Inuenimus quia ad menſuram dat deus ſpiritum. Audi Apoſtolum dicentem: Secundum menſuram donationis Chriſti. Hominibus ad menſu- Ephe. 5. ram dat, vnico filio non dat ad menſuram. Quomodo hominibus ad menſuram? Alii 1. Cor. 12. 28 quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpi- L ritum: alii fides in eodem ſpiritu, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera, linguarum, alii donatio curationum. Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes dona habent ſanitatum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aliud habet iſte, aliud ille: Et quod habet ille, non habet iſte. Menſura eſt, diuiſio quędam donorum eſt. Ergo hominibus ad menſuram datur, & concordia ibi vnum corpus facit. Quomodo aliud accipit manus vt operetur, aliud oculꝰ vt uideat, aliud auris vt audiat, aliud pes ut ambulet, anima tamen una eſt quæ agit omnia, in manu ut operetur, in pede ut ambulet, in aure ut audiat, in oculo ut uideat: ſic ſunt etiam diuerſa dona fidelium tanquam membra, ad menſuram unicuiq; propriam diſtributa. Sed Chriſtus qui dat, non ad menſuram accepit. Audi enim adhuc quid ſequitur, quia de filio dixerat: Non enim ad menſuram dat deus ſpiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.) Et adiecit, omnia dedit in manu eius: ut noſſes & hic qua diſtinctione dictum ſit, pater dili- 28 git filium. Quare enim pater non diligit Ioannem? Et tamen non omnia dedit in manu M eius. Pater non diligit Paulum? Et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater diligit filium, ſed quomodo pater filium, non quomodo dominus ſeruum, quomodo unicum, Philip. 2. non quomodo adoptatum. Itaq; omnia dedit in manu eius. Quid eſt omnia? Vt tantus ſit filius, quantus eſt pater. Ad æqualitatem enim ſibi genuit eum, cui rapina non eſſet in forma dei eſſe æqualẽ deo, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Ergo cũ ad nos pater dignatus eſt mittere filium, non putemus aliquid minus nobis miſſum,

quàm est pater. Pater mittens filium, se alterum misit. Nanque putantes adhuc discipuli,
Ioan. 14. quia pater aliquid maius est quàm filius, videntes carnem & non intelligentes diuinitatem, dixerunt ei Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis: tanquam si dicerent, lā nouimus te, & benedicimus te, quia nouimus te. Gratias enim tibi agimus, quia ostendisti te nobis, sed patrem nondum nouimus: Propterea cor nostrum ardet, & satagit concupiscentia quadam sancta videndi patris tui qui te misit. Ipsum nobis ostende, & nihil
29 A amplius à te desiderabimus: sufficit enim nobis cum ille fuerit demonstratus, quo maior esse nemo potest. Bona concupiscentia, bonum desiderium, sed paruus intellectus. Attendens enim ipse dominus Iesus, paruos magna quærentes, & seipsum magnum inter paruos, paruum inter paruos, ait Philipo qui hoc dixerat vni ex discipulis, Tanto tempore
Ioan. 14. vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, Posset hic Philippus respondere: cognouimus te. Sed nunquid diximus tibi, ostende nobis te? Te cognouimus, sed patrem quærimus. Subiecit statim: Qui me videt, videt & patrem. Si ergo æqualis patri missus est, non eum æstimemus ex infirmitate carnis, sed cogitemus maiestatē indutam carne nō oppressam carne: manens enim deus apud patrem, apud homines factus est homo, vt tu
29 B per illum qui apud te factus est homo, fieres talis qualis capit deum: non enim homo poterat capere deum. Videre poterat homo hominem, capere deum non poterat. Vnde non poterat capere deum? Quia oculum cordis vnde caperet non habebat. Erat ergo aliquid intus saucium, & aliquid foris sanum. Corporis oculos habebat sanos, cordis oculos habebat saucios. Factus est ille homo ad corporis oculū, vt credens in eum qui videri corporaliter potuit, curreres ad eum ipsum videndum, quem spiritaliter videre non poteras. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui me videt, videt & patrem. Quare illi non illum videbant? Ecce videbant illum, & patrem non videbant. Videbant carnem, sed maiestas latebat. Quod videbant discipuli, qui amauerunt, viderunt & Iudæi qui crucifixerunt. Intus ergo erat totus ille, & sic intus in carne, vt apud patrem maneret: non enim deseruit patrem, quando venit ad carnem. Carnalis cogitatio non capit quod dico. Differat intellectum, & incipiat à fide. Audiat quod sequitur: Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.) Non dixit, ira dei veniet ad eum, sed ira dei manet super eum. Omnes qui nascuntur mortales, habent secum iram dei. Quam irā dei? Quam excepit primus homo Adam. Si enim peccauit primus homo, & audiuit, morte morieris: factus est mortalis ille, & cœpimus nasci mortales, cum ira dei nati sumus. Venit inde filius non habens peccatū, & indutus est carne, indutus est mortalitate, & si ille
29 C nobiscum communicauit iram dei, nos pigri sumus cum illo communicare gratiā dei? Qui ergo non vult credere in filium ira dei manet super eum. Quæ ira? De qua dicit
Ephe. 2. Apostolus: Fuimus enim & nos natura filii iræ sicut & cæteri. Omnes ergo filii ire, quia de maledicto mortis venientes. Crede in Christum factum propter te mortalem, vt illum capias immortalem: quando enim cœperis eius immortalitatem, nec tu eris mortalis. Viuebat, morieberis: mortuus est vt viuas. Attulit gratiam dei, abstulit iram dei. Deus bibit mortem, ne mors biberet hominem.†

† aliàs, Deus vicit morté, ne mors vinceret hominem. Cap. 4.

Ab eo loco vbi ait, Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit: vsq; ad id quod ait. Et mulieri dicebant, quia non iam propter tuam loquelam credimus, ipsi enim & audiuimus & scimus, quia hic est vere saluator mundi. Tractatus. XV.

NOtum est, non rude est auribus charitatis vestræ Euāgelistā Ioannem velut aquilā volare altius, caliginem q̄ terræ transcendere, & lucem veritatis firmioribus oculis intueri. Multa enim iam ex Euangelio eius per mysterium nostrū domino adiuuante tractata sunt. Ex ordine autem sequitur hæc lectio, quæ hodie recitata est. Ea quæ dicturus sum domino donante sic audituri estis, vt magis recognoscatis quàm discatis. Non ideo tamen pigra debet esse intentio quia nō est cognitio sed recognitio. Hoc lectū est, & hanc lectionem tractandam suscepimus, gestamus in manibus quòd dominus Iesus ad puteum Iacob loquebatur cum Samaritana muliere. Dicta enim ibi sunt magna mysteria, & magnarum similitudines rerum, pascentes animam esurientem, reficientes languentem. Dominus autem hæc cum audisset quòd plures discipulos faceret quàm Ioannes, & plures baptizaret, quanquam Iesus non baptizaret,

sed discipuli eius, reliquit Iudæam terram, & abiit iterum in Galileam.) Hinc diutius disputandum non est, ne immorantes in manifestis angustias temporis patiamur ad obscura tractanda & aperienda. Vtique dominus si sciret Pharisæos ita de se cognouisse, quod plures discipulos faceret, & quod plures baptizaret: vt hoc eis ad salutem valeret sequendi eum, vt & ipsi essent discipuli, & ipsi vellent ab eo baptizari: magis non relinqueret Iudæam terram, sed propter illos maneret ibi. Quia vero cognouit eorū scientiam, simul cognouit & inuidentiam, quia non hoc propterea didicerunt vt sequeren-
29 E tur, sed vt persequerentur, abiit inde: Poterat quidē ille & presens ab his non tēneri, si nollet: non occidi, si nollet, quia poterat & non nasci, si nollet. Sed quia in omni re quā gessit, vt homo hominibus in se credituris præbebat exemplum: quia vnusquisque seruus dei non peccat si secesserit in alium locum, videns furorē forte persequentium se, aut quærentium in malum animam suam. Videretur autem sibi seruus dei peccare si faceret, nisi in faciendo dominus præcessisset. Fecit hoc ille magister bonus vt doceret, non quòd timeret. Forta sis etiam hoc moueat, cur dictum sit: Baptizabat Iesus plures quàm Ioannes: & posteaquam dictum est, baptizabat, subsecutum est, Quanquā Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. Quid ergo falsum dictum erat & correctum est, cum additum est: Quanquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius? An vtrunque verū est, quia & Iesus baptizabat, & non baptizabat? Baptizabat. n. quia ipse mundabat: non baptizabat, quia non ipse tingebat. Præbebant discipuli ministerium corporis, præbe-
29 bat ille adiutorium maiestatis. Quando enim cessaret à baptizando, quando non cessat
F à mundando? De quo dictum est ab eodem Ioanne, per Ioannis Baptistæ personam dicentis: Hic est qui baptizat. Ergo Iesus adhuc baptizat, & quousque baptizandi sumus, Iesus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorem ministrum: habet enim superiorē magistrum: sed forte ait aliquis, Baptizat quidem Christus in spiritu, non in corpore: quasi vero alterius dono quàm illius quisquam etiam sacramento corporalis & uisibilis baptismatis imbuatur. Vis nosse quia ipse baptizabat, non solum spiritu, sed etiam aqua? Audi Apostolum: Sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam suam, & se- Ephe. 5.
ipsum tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquę in verbo, vt exhiberet ipsi sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Mundans eam: Vnde? Lauacro aquæ in verbo. Quid est baptismus Christi? Lauacrum aquæ in verbo. Tolle aquam, non est baptismus: tolle verbum, & non est baptismus. Iam ergo his peractis, per quæ peruenit ad collocutionem cum illa muliere, videamus quæ restant plena mysteriis, & grauida sacramentis. Oportebat autem, inquit, eum transire
29 per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium
G quod dedit Iacob filio suo Ioseph. Erat autem ibi fons Iacob.) Puteus erat: Sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vsui præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem: Hora erat quasi sexta.) Iam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Iesus, non enim frustra fatigatur virtus Dei, non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur: non enim frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo præsente firmamur. Fatigatur tamen Iesus & fatigatur ab itinere, & sedet: & iuxta puteum sedet, & hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid, indicare volunt aliquid, intentos nos faciunt, vt pulsemus hortantur. Ipse ergo aperiat & nobis & vobis, qui dignatus est ita hortari vt diceret: Pulsate & aperietur vobis. Tibi fatigatus est ab itinere Iesus. Inuenimus virtutem Ie- Matt. 7.
29 sum, & inuenimus infirmum Iesum, fortem & infirmum. Fortem, quia in principio erat
H verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud Ioan. 1.
deum. Vis videre quàm iste filius dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & sine labore facta sunt. Sed quid ergo illo fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi te creauit, infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo xpi fecit, vt quod non erat esset: infirmitas Christi fecit, vt quod erat non periret. Condidit nos fortitudine sua, quæsiuit nos infirmitate sua: nutrit ergo ipse infirmus infirmos, tanquā gallina pullos suos, huic. n. se similem fecit: Quoties volui, inquit ad Hierusalē, Matt. 23.

congregare filios tuos sub alas, tanquam gallina pullos suos, & noluisti. Videtis aũt frãtres, quemadmodũ gallina infirmetur cũ pullis suis: nulla enim alia auis q̃ sit mater agnoscitur. Videmus nidificare passeres quoslibet ante oculos nostros, hirundines, ciconias, columbas quotidie videmus, nidificare, quos nisi quando in nidis videmus, parentes eę non agnoscimus: gallina vero sic infirmatur in pullis suis, vt etiam si ipsi pulli non sequantur, filios non videas, matrẽ tamen intelligas, ita fit alis demissis, plumis hispidatis, voce rauca, omnibus membris demissa & abiecta: vt quemadmodũ dixi, & si etiã filios nõ videas, matrẽ tamẽ intelligas. Sic ergo infirmus Iesus fatigatus ab itinere: Iter ipsius est caro pro nobis assumpta. Quomodo enim iter habet qui vbiq; est, q̃ nusquã deest? Quò it, aut vnde it, nisi quia nõ ad nos veniret, nisi formã visibilis carnis assumeret? Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est, vt in forma serui, assumpta carne appareret, ipsa carnis assumptio est iter ipsius. Ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quam fatigatus
1. Cor. 1. in carne? Infirmus in carne Iesus, sed noli tu infirmari. In illius infirmitate tu fortis esto
Roma. 5. quia q̃d infirmum est dei, fortius est hominibus. Sub hac rerum imagine. Adam q̃ erat forma futuri, præbuit nobis magnum iudiciũ sacramenti, imò deus in illo præbuit. Nã
Gen. 2. & dormiens meruit accipere vxorem, & de costa eius facta est ei vxor: quoniã de xp̃o in cruce dormiẽte, futura erat Ecclesia de latere eius, de latere. s. dormientis: quia de latere in cruce pendentis, lancea percusso, sacramenta Ecclesiæ profluxerunt. Sed quare hoc dicere volui fratres? Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago præcessit. Potuit n. deus carnẽ detrahere hoi vñ faceret fœminã, & magis videtur quasi cõgruere potuisse: fiebat n. sexus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit, q̃ de osse, ossa enim in carne firmiora sunt: nõ detraxit carnẽ vñ faceret mulierẽ, sed detraxit os, & detracto osse formata est mulier, & in locũ ossis caro adimpleta est. Poterat p̃ osse eos reddere poterat ad faciẽdũ mulierẽ nõ costã, sed carnẽ detrahere. Quid igitur significauit? Facta est mulier in costa tanquã fortis; factus est Adã in carne tanquã infirmus. xp̃s & Ecclesia. Illius infirmitas nostra est fortitudo. Quare ergo hora sexta? Quia ætate seculi sexta Computa in Euangelio tanquã vnã horã, vnã ætatẽ ab Adã vsq; ad Noe: secundã à Noe vsq; ad Abraham: tertiam ab Abraham vsq; ad Dauid: quartam à Dauid vsq; ad transmigrationem Babyloniæ: quintam à transmigratione Babyloniæ vsq; ad baptismũ Ioannis. Inde sexta agitur. Quid miraris? Venit Iesus, & humiliando se venit, ad puteum fatigatus venit, qui infirmam carnem portauit. Hora sexta, quia ætate seculi sexta. Ad
Psal. 129. puteum, quia ad profunditatem huius habitationis nostræ. Vnde dicitur in Psalmis, De profundis clamaui ad te domine. Sedit, vt dixi, quia humilis venit. Et venit mulier,) Forma ecclesiæ, non iam iustificatæ sed iam iustificandæ, nam hoc agit sermo. Venit ignara, inuenit eum, & agitur cum illa. Videamus, Quid videamus? Venit mulier de Samaria haurire aquam. Samaritani ad Iudæorum gentem non pertinebant, alienigenæ fuerunt, quanuis vicinas terras incolerent. Longum est originem Samaritanorum retexere, ne nos multa teneant, & necessaria, non loquamur: sufficit ergo vt Samaritanos inter alienigenas deputemus: & ne hoc audacius me arbitremini dixisse quàm verius, audite ipsum dominum Iesum, quid dixerit de illo Samaritano, vno de decem leprosis quos mundauerat, qui solum rediit vt gratias ageret, Nonne decem
Luc. 17. mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non erat alius qui rediret & daret gloriam Deo, nisi alienigena iste. Pertinet ad imaginem rei, quòd ab alienigenis venit ista mulier, quæ typum gerebat Ecclesiæ: ventura enim erat Ecclesia de gentibus, alienigena à genere Iudæorum. Audiamus ergo in illa nos, & in illa agnoscamus nos, & in illa gratias Deo agamus pro nobis. Illa enim figura erat, non veritas: quia & ipsa præmisit figuram, & facta est veritas. Nam credidit in eum, qui de illa figuram nobis prætendebat. Venit ergo haurire aquam: Simpliciter venerat haurire aquam, sicut solent vel viri vel fœminæ. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Nõ enim coutuntur Iudęi Samaritanis.) Videtis alienigenã, omnino vasculis eorum Iudæi non vtebantur. Et quia ferebat secum mulier vasculum vnde aquam hauriret, eò mirata est, quia Iudæus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudæi. Ille autem qui bibere quærebat, fidem ipsius mulieris sitiebat. Denique audi, Quis petebat bibere? Respondit Iesus, & dixit ei, Si

scirẽs donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.) Petit bibere, & promittit bibere. Eget quasi accepturus, & affluit tanquam satiaturus. Si scires, inquit, donum dei. Donum dei est spiritus sanctus. Sed adhuc mulieri rectè loquitur, & paulatim intrat in cor. Fortasis iã docet: quid enim ista hortatione suauius & benignius? Si scires donum dei, & si scires quis est qui dicit tibi, da
30 mihi bibere, tu peteres, & daret tibi aquam viuam. Hucusque suspendit. Viua aqua duci
A tur vulgo, illa quæ de fonte exit: illa enim quæ colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas, aqua viua non dicitur: Etsi de fonte manauerit, & in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud vnde manabat admiserit, sed interrupto meatu, tanquam à fontis tramite separata fuerit, nõ dicitur aqua viua: Sed illa aqua viua dicitur, quæ manãs excipitur: Talis aqua erat in illo fonte. Quid ergo promittebat quod petebat? Tamen mulier suspensa, Ait. Domine, neque in quo haurias aquam habes, & puteus altus est.) Videte quomodo intellexerit aquam viuam, aquã scilicet quæ erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquã viuam, & ego fero vnde hauriam, & tu non fers. Aqua viua hic est, quomodo mihi datus es? Aliud intelligens & carnaliter sapiens quodammodo pulsat, vt aperiat magister quod clausum est. Pulsabat ignorantia non studio: Adhuc miseranda, nondum instruenda. Dicit aliquid euidentius dominus de illa aqua viua. Dixerat enim mulier: Nunquid
30 tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius &
B pecora eius?) De hac aqua viua dare mihi non potes, quoniam hauritorium nõ habes, forte alium fontem promittis: Patre nostro melior potes esse, qui hunc puteum fodit, & ipse cum suis vsus est eo? Dominus ergo dicat, quid dixerit aquam viuam. Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ sitiet in æternum; sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.) Apertius locutus est dominus, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Qui biberit de aqua ista, non sitiet iterum. Quid euidentius, quia non aquam visibilem, sed inuisibilem promittebat? Quid euidẽtius, quia nõ carnaliter, sed spiritaliter loquebatur? Adhuc tamen illa mulier carnem sapit delectata est non sitire, & putabat hoc secundum carnem promissum sibi esse à domino; quod quidem fiet, sed in resurrectione mortuorum: Iam hoc volebat illa. Dederat enim deus aliquando ser- 3. Re. 19.
uo suo Heliæ, vt per quadraginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit dare per
30 quadraginta dies, non potuit dare semper? Suspirabat enim illa, nolens indigere, nolens
C laborare, assidue venire ad illum fontem, onerari pondere, quo indigentia suppleretur, & finito quod hauserat, rursus redire cogebatur: & quotidianus ei fuit iste labor, quia indigentia illa reficiebatur, non extinguebatur. Delectata ergo tali munere, rogabat vt ei aquam viuam daret. Veruntamen non prætereamus, quoniam dominus spiritale aliquid promittit. Quid est, qui biberit de aqua hac sitiet iterum? Et verum est secundũ hanc aquam? Et verum est secundum quod significat illa aqua. Etenim aqua in puteo, voluptas seculi est in profunditate tenebrosa. Hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatum. Cupiditatem quippe proni submittuntur, vt ad voluptatem haustam de profundo perueniant, & fruuntur voluptate præcedente & præmissa cupiditate: nam qui non præmiserit cupiditatem, peruenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam cupiditatẽ, & aquam de profundo voluptatem. Cum peruenerit quisque ad voluptatem seculi huius, cibus est, potus est, lauacrum est, spectaculum est, concubitus est: Nunquid non iterum sitiet? Ergo de hac aqua qui biberit, iterum, inquit sitiet. Si autem acceperit Psa. 64.
à me aquam, non sitiet in æternum. Satiabimur, inquit, in bonis domus tuæ. De qua er-
30 go aqua dicturus est, nisi de illa aqua, de qua dictum est: Apud te est fons vitæ. Nam quo Psal. 35.
D modo sitient qui inebriabuntur ab vbertate domus tuæ? Promittebat ergo saginam quãdam & satietatem spiritus sancti, & illa nondum intelligebat: Et non intelligens, quid respondebat? Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniã huc haurire.) Ad laborem indigentia cogebat, & laborem infirmitas recusabat. Vtinam audiret: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Hoc Mat. 11.
enim ei dicebat Iesus vt non laboraret, sed illa nondum intelligebat. Denique volens vt intelligeret, Dicit ei Iesus: Vade voca virũ tuum & veni huc. Quid est voca virum tuũ? Per virum suum ei volebat aquam, illam dare, an quia non intelligebat, per virum suum eã volebat docere? Forte quo ait Apostolus de mulieribus: Siquid autem volunt discere, 1. Cor. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 10.

domi viros suos interrogent. Sed ibi dicitur, domi viros suos interrogent, vbi non est Iesus qui doceat. Denique dicitur mulieribus quas prohibebat Apostolus loqui in Ecclesia: cum vero ipse dominus aderat, & præsens præsenti loquebatur, quid opus erat vt per virum eius ei loqueretur? Nunquid per virum suum loquebatur Mariæ sedenti ad pedes suos & excipienti verbum suum, quando Martha circa multum ministerium, etiã de sororis suæ fœlicitate occupatissima murmurauit? Ergo fratres mei, audiamus & intelligamus quod ait dominus, voca virum tuum, mulieri. Forte enim & animæ nostrę dicit, voca virum tuum. Quæramus & de viro animæ: Cur iam non ipse Iesus vir animæ verus est? Adsit intellectus quoniam quod dicturi sumus vix capitur nisi ab intentis. Adsit ergo intellectus vt capiatur, & ipse intellectus erit fortasse vir animæ. Videns ergo Iesus quia mulier non intelligebat, & volens eam intelligere: Voca, inquit, virum tuum: ideo enim nescis quod dico, quia intellectus tuus non adest. Loquor ego secundum spiritum, tu audis secundum carnem. Quæ loquor, nec ad voluptatem aurium pertinent, nec ad oculos, nec ad olfactum, nec ad gustum, nec ad tactum. Mente sola capiuntur, intellectu solo hauriuntur. Ille intellectus non tibi adest, quomodo capis quod dico? Voca virum tuum, præsentia intellectum tuum. Quid tibi est enim animam habere? Non est magnum, nam & pecus habet. Vnde tu melior? Quia intellectum habes, quod pecus non habet. Quid est ergo, Voca virum tuum? Non me capis, non me intelligis. De dono dei tibi loquor, tu autem carnem cogitas, secundum carnem sitire non vis, ego spiritum alloquor: absens est intellectus tuus, voca virum tuum. Nolite fieri †sicut equus & mulus, quib. non est intellectus. Ergo fratres mei, animam habere & intellectum non habere: hoc est, non adhibere, nec secundum eum viuere, bestialis est vita. Est enim in nobis quiddam bestiale quo in carne viuimus, sed intellectu regendum est. Motus enim animę secundum carnem se mouentis, & in delitias carnales immoderate diffluere cupientis, regit, desuper intellectus. Qui debet dici vir, qui regit, an qui regitur? Proculdubio cum ordinata vita est, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinens: Non enim aliquid aliud est quam anima, sed aliquid animæ est intellectus: quomodo non aliquid aliud quam caro est oculus, sed aliquid carnis est oculus. Cum autem aliquid carnis sit oculus, [solus tamen luce perfruitur:] ea tamen membra carnalia luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt, solus ea oculus & perfunditur & perfruitur: sic in anima nostra quiddam est quod intellectus vocatur. Hoc ipsum animæ quod intellectus & mens dicitur, illuminatur luce superiore. Iam superior illa lux, qua mens humana illuminatur deus est: erat enim verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Talis lux Christus erat, talis lux cum muliere loquebatur, & in illa intellectus non aderat, qui illa luce illuminaretur, nec tantum perfunderetur, verũetiam frueretur. Ergo dominus tanquam diceret, illustrare volo, & non adest quem: voca, inquit, virum tuum: adhibe intellectum per quem docearis, quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tanquam fœminam; intellectum autem habere, tanquam virum. Sed iste vir non bene regit fœminam suam, nisi cum à superiore regitur, caput enim mulieris vir: caput autem viri Christus. Loquebatur caput viri cum fœmina, & nõ erat vir. Et tanquam diceret dominus: Adhibe caput tuum, vt ille suscipiat caput suum: ergo voca virum tuum & veni huc, id est, adesto: velut enim absens es, dum non intelligis præsentis vocem veritatis. Præsens esto, sed noli sola, cum viro tuo adesto. Et adhuc illa nondum aduocato illo viro non intelligit: adhuc carnem sapit, absens est enim vir. Non habeo, inquit, virum,) Et dominus sequitur, & mysteria loquitur. Intelligas reuera istam mulierem non habuisse tunc virum, sed vtebatur nescio quo non legitimo viro, adultero magis quam viro. Et dominus ei: Bene dixisti, quia non habeo virum.) Vnde ergo tu dixisti: voca virum tuum? Et audi, quia bene nouit dominus eam nõ habere virũ: dicit ei &c. ne forte putaret mulier ideo dixisse dominum, Bene dixisti, quia non habeo virum: ꝰ excepto intellectu, tanquam fœminam, ꝰ quod hoc à muliere didicerit, non ꝙ ipse istud diuinitate cognouerit: audi aliquid quod non dixisti, Quinque enim viros habuisti, & istum quem habes, non est vir tuus. Hoc vere dixisti.) Iterũ cogit de istis quinque viris subtilius aliquid perscrutari. Multi quippe intellexerunt, non quidem absurde, nec vsquequaque improbabiliter, quinque viros mulieris huius, quinq; libros Moysi. vtebantur enim eis Samaritani, & sub eodem lege erant: nam inde illis & circuncisio

Psal. 31. † alias, Noli esse

1. Cor. 11.

inerat. Sed quoniam angustat nos quod sequitur: Et nunc quem habes, non est vir tuus: videtur mihi facilius nos posse accipere quinque viros priores animæ, quinque sensus corporis esse. Quando enim quisque nascitur antequam vti possit mente atque ratione, non regitur nisi sensibus carnis, Anima in puero paruo, quod auditur, quod videtur, qd olet quod sapit, quod tactu sentitur, hoc appetit aut fugit. Appetit quicquid mulcet, fugit quicquid offendit. Hos enim quinq; sensus mulcet voluptas, offendit dolor. Secundum hos quinq; sensus tanquam quinq; viros, prius viuit anima quia istis regitur. Qua re autem viri dicti sunt? Quia legitimi. Adeo quippe facti, & à deo donati animæ. Infirma est adhuc quæ istis quinque sensibus regitur, & sub istis quinque viris agit. At vbi uenerit ad annos exerendę rationis, si eam susceperit optima disciplina & doctrina sapientiæ, quinque illis uiris ad regendum non succedit, nisi vir uerus & legitimus & illis melior, & qui melius regat, & qui ad æternitatem regat, ad æternitatem excolat, ad æternitatem instruat: nam isti quinque sensus non ad æternitatẽ nos regunt, sed ad ista temporalia uel appetenda uel fugienda. Vbi uero intellectus sapientia imbutus regere cœperit animam, scit iam non solum fugere foueam, & ambulare in æquali quod oculi ostẽdunt animæ infirmæ: nec tãtum canoras uoces suauiter audire, dissonasq; repellere: uel blandis odoribus delectari, putoresq; respuere: aut dulcedine capi, & amaritudine offendi: aut lenibus mulceri, & asperis lædi. Ista enim omnia infirmæ animæ sunt necessaria. Quid ergo regiminis adhibetur per illũ intellectum? Non alba & nigra discreturus est, sed iusta & iniusta, bona & mala, utilia & inutilia, castitatem & impudicitiam, hanc & illam, illam ut ames, istam ut uitet: charitatem & odium, ut diligat charitatẽ & uitet odiũ in hac ut sit, in illa ut non sit. Hic uir quinq; illis uiris in ista muliere non succesſerat. Vbi enim nõ succedit ille, ergo dominatur: nam cũ cœperit anima capax esse rationis, aut à sapiente mente regitur, aut ab errore: sed error nõ regit sed perdit. Post istos ergo quinque sensus mulier illa adhuc errabat, & error eam uentulabat. Error autem iste non erat legitimus uir, sed adulter. Ideo dominus ait: Bene dixisti, quia non habeo uirum. Quinque enim uiros habuisti: quinque te sensus carnis primo rexerunt, uenisti ad ætatem utendæ rationis, nec ad sapientiam peruenisti, sed in errorem incidisti. Ergo post illos quinque uiros iste quem habes, non est tuus uir. Et quid erat si uir nõ erat nisi adulter? Voca, inquit, Voca itaque, non adulterum, sed uirum tuum, ut intellectu me capias, non errore de me aliquid falsum sapias: adhuc enim errabat mulier, quæ aquam illam cogitabat, cum iam dominus de spiritu sancto loqueretur. Quare errabat, nisi quia adulterũ non uirum habebat? Tolle ergo hinc istum adulterum qui te corrumpit, & uade uoca uirum tuum: Voca & ueni, ut intelligas me. Dicit ei mulier: Domine ut uideo, Propheta es tu.) Tunc cœpit uenire uir, nondum plene uenit: Prophetam dominum putabat. Erat quidem & Propheta, nam de seipso ait, Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua. Item de illo dictum est ad Moysen: Propheta eis suscitabo de fratribus eorum simile tui: Similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis. Ergo inuenimus dominum Iesum dictum Prophetam. Proinde iam non multum errat mulier: Video, inqt, quia Propheta es tu. Incipit uocare uirum, adulterum excludere: uideo quia Propheta es tu, & incipit quærere quod illam solet mouere. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, quia Iudæi in tẽplo à Salomone ædificato adorabant deum: Samaritani longe inde positi non in eo adorabant. Et ideo Iudæi meliores se esse iactabant, quia in templo adorabant deum: Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, quia dicebant eis: Qũo uos iactatis, & ideo uos meliores nobis esse perhibetis, quia templum habetis quod nos non habemus? Nunquid patres nostri qui deo placuerunt, in illo templo adorauerunt? Nonne in monte isto adorauerunt ubi nos sumus? Melius ergo nos, inquiunt, in hoc monte deũ rogamus, ubi patres nostri adorauerunt. Cõtendebãt utriq; ignari, quia uirum non habentes, illi pro tẽplo, illi pro monte inflabantur aduersus inuicem: Dominus tamen modo quid docet mulierẽ, tanquã cuius uir cœperat præsens esse. Dicit ei mulier; Domine uideo quia Propheta es tu: Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis quia Hierosolymis adorare oportet. Dicit Iesu: Mulier crede mihi.) Veniet enim Ecclesia, sicut dictum est in Canticis cãticorum, ueniet & pertransier: Ab initio fidei ueniet ut pertranseat, & pertransire non potest nisi ab initio fidei. Merito etiam præsente uiro audit mulier crede mihi. Iam enim est in te qui credat, quia præsens est uir tuus. Cœpi-

Luc. 4. Deu. 16.

sti adesse intellectu,quando me Propheta appellasti. Mulier crede mihi, quia nisi crediderit
Isa.7. non intelligetis.Ergo mulier crede mihi:Quia veniet hora, quando neq; in mon 31
te hoc,neque in Hierosolymis adorabitis patrem.Vos adoratis quod nescitis,nos adora- A
mus quod scimus,quia salus ex Iudæis est.Sed veniet hora: quando? Et nunc est. Quæ
ergo hora? Qñ veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & veritate.) Nó in mõte isto,
nó in tẽplo,sed in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eũ.) Quare
pater tales quærit qui adorent eum, non in mõte,nõ in tẽplo,sed in spũ & veritate? spũs
est deus.) Si corpus esset deus,oportebat eũ adorari in monte, quia corporeus est mons:
Oportebat eum adorari in templo,quia corporeum est templum. Spiritus est deus : Et
eos qui adorant eum,in spiritu & veritate oportet adorare.) Audiuimus & manifestum
est, foras eramus, intro missi sumus. O si inuenirem,dicebas,montem aliquem altum
& solitarium:credo enim quia in alto est deus,magis me exaudiet ex alto. Quia in mon-
te es,propinquum te deoputas,& cito te exaudiri,quasi de proximo clamantem. In ex-
Psal.137. celsis habitat,sed humilia respicit. Propè est dominus:quibus ? Forte altis,his qui ob- 31
triuerunt cor. Mira res est, & in altis habitat,& humilibus propinquat. Humilia respi- B
cit,excelsa autem à longe cognoscit. Superbos longè videt ,eo illis minus propinquat,
quo sibi videntur altiores .Quærebas ergo montem, descende vt attingas : sed si ascen-
dere vis , ascende : noli montem quærere : Ascensus, inquit, in corde eius : Hoc Psal-
Psal. 83. mus dicit, in conualle plorationis. Conuallis humilitatem habet : ergo intus age to-
tum. Et si forte quæris aliquem locum altum , aliquem locum sanctum , intus exhibe
1.Cor. 3. te templum deo. Templum enim dei sanctum est quod estis vos. In templo vis orare,
in te ora. Sed prius esto templum dei, quia ille in templo suo exaudiet orantem. Ve-
niet ergo hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veri-
tate. Nos adoramus quod scimus : vos adoratis quod nescitis , quoniam salus ex Iu-
Ephe.2. dæis est. Multum dedit Iudæis : sed noli istos reprobos accipere. Parietem illum acci-
pe cui adiunctus est alius : vt pacati in lapide angulari quod est Christus , copularẽtur.
Vnus enim paries à Iudæis,vnus à gentibus,longe à se isti parietes , sed donec in angu- 31
lo coniungantur. Alienigenæ autem hospites erant,& peregrini à testamento dei.Secun C
dum hoc ergo dictum est:Nos adoramus quod scimus . Ex persona quidem Iudæorum
dictum est,sed non omnium Iudæorum:non reproborum Iudæorum,sed de quibus fue
rant Apostoli,quales fuerunt Prophetæ,quales fuerunt illi omnes sancti , qui omnia sua
Acto. 4. vendiderunt,& precia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt.Non enim repu
lit deus plebem suam quam præscisuit. Audiuit enim hoc mulier ista,& addidit. Iam du-
dum Propheram dixerat. Vidit talia dicere eum cum quo loquebatur,quæ iam plus es-
sent ad Prophetam.Et quid respondit,videte. Dicit ei mulier : Scio quia Messias veniet
qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille,omnia nobis demonstrabit.) Quid est hoc?
Modo ergo de templo contempto contendunt Iudæi,& nos de monte contendimus. Cũ
ille venerit,& montem contemnet, & templum euertet , & docebit nos ista omnia, vt in
spiritu & veritate nouerimus adorare.Sciebat quis eam posset docere,sed iam docẽtem
nódum agnoscebat.Iam enim digna erat cui manifestaretur. Messias autem vnctus est,
vnctus Græce Christus est,Hebraice Messias est: vnde & Punice,Messe dicitur vnge: co-
gnatæ quippe sunt linguæ istæ & vicinæ, Hebraica , Punica & Syra . Ergo dicit ei mu-
lier: Scio quia Messias veniet qui dicitur Christus. Cum ergo venerit,ille nobis annun 31
1.Cor.11. ciabit omnia. Dicit ei Iesus , Ego sum qui loquor tecum.) Vocauit ergo virum suum. D
Factus est vir eius caput mulieris , factus est Christus caput viri. Iam mulier ordinatur
in fide, & regitur bene victura. Posteaquàm audiuit hoc, Ego sum qui loquor tecum:
iam vltra quid diceret , quando Christus dominus manifestare se voluit mulieri cui di-
xerat : Crede mihi ? Et continuo venerunt discipuli eius , & mirabantur quia cum mu
liere loquebatur :) quia quærebat perditam , qui venerat quærere quod perierat. Hoc
enim illi mirabantur , bonum enim mirabantur , non malum suspicabantur . Nemo
tamen ei dixit , Quid quæris , aut quid loqueris cum ea ? Reliquit ergo mulier hy-
driam suam.) Mulier audito , Ego sum qui loquor tecum : & recepto in cor Christo
domino , quid faceret nisi iam hydriam dimitteret & euangelizare curreret ? Proiecit
cupiditatem , & properauit annunciare veritatem . Discant qui volunt euangeli-
zare, & proiciant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria

31 vas erat vnde aqua hauriebatur Græco nomine appellatur hydria,quoniam Græce ὕδωρ
E aqua dicitur,tanquam si aquarium diceretur.Proiecit ergo hydriam suam,quæ iam nõ
vsui sed oneri fuit: auida quippe desiderabat aqua illa satiari,vt nunciaret Christũ one-
re abiecto : Cucurrit ad ciuitatem , & dicit illis hominibus , Venite & videte hominem
qui mihi dixit omnia quæcunq; feci.) Pedetentim egit ne illi quasi irascerentur,& indi-
gnarentur,& persequerentur: Venite & videte hominem,qui dixit mihi omnia quæcun
que feci.Nunquid non ipse est Christus?Exierunt de ciuitate, & veniebant ad eum. Et
rogabant eum discipuli,dicentes,Rabbi manduca.) Ierant enim emere cibos,& venerãt.
Ille autem dixit,Ego habeo cibum manducare quem vos nescitis. Dicebãt ergo discipu
li adinuicem,Nunquid aliquis attulit ei manducare?) Quid mirum si mulier illa non in
telligebat aquã?Ecce discipuli non intelligunt escã. Audiuit autem cogitationes illorũ,
& iam instruit vt magister,non per circumitum,sicut & illam cuius adhuc virum requi-
rebat,sed iam aperte. Meus, inquit,cibus est,vt faciam voluntatem eius qui misit me.)
31 Ergo & potus ipse erat in illa muliere,vt faceret voluntatem eius qui miserat eum : Ideo
F dicebat, Sitio, da mihi bibere scilicet vt fidem in ea operaretur , & fidem eius bibe-
ret , & eam in corpus suum traiiceret , corpus enim eius Ecclesia: Ipse est ergo, in-
quit , cibus meus , vt faciam voluntatem eius qui me misit. Nonne vos dicitis quia ad-
huc quatuor menses sunt & messis venit?) In opus feruebat, & operarios mittere dispo
nebat. Vos quatuor menses computatis vsq; ad messem, ego vobis aliam messem albam
& paratam ostendo. Ecce dico vobis , Leuate oculos vestros & videte , quia iam albæ
sunt regiones ad messem .) Ergo messores missurus est. In hoc enim est verbum ve-
rum,, quia alius est qui metit, alius est qui seminat, vt & qui seminat simul gaudeat
& qui metit. Ego misi vos metere , quod vos non laborastis : Alii laborauerunt , & vos
in labore eorum introistis . Quid ergo ? Messores misit,non seminatores. Quò messo-
res? Vbi iam alii laborauerunt.Nam vbi iam laboratum erat,vtique seminatum erat : &
quod seminatum erat,iam maturum erat factum , falcem & trituram desiderabat. Quò
ergo erant messores mittendi?Vbi iam prophetæ prædicaeuerant,ipsi enim seminatores.
31 Nam si ipsi non seminatores,vnde ad illam mulierem peruenerat;Scio quia Messias ve-
G niet? Iam istam mulier fructus maturus erat , & erant albæ messes & falcem quærebant .
Misi vos quoq; metere quod non seminastis.Alii seminauerunt,& vos in labores eorum
introistis.Qui laborauerunt? Ipse Abraham, Isaac, & Iacob. Legite labores eorum. In
omnibus laboribus eorum prophetia Christi,& ideo seminatores . Moyses & cæteri pa-
triarchæ & omnes prophetæ quanta pertulerunt in illo frigore quando seminabant ?
Ergo iam in Iudæa messis parata erat. Merito ibi tanquam matura seges fuit , quando
tot hominum milia precia rerum suarum afferebant,& ad pedes apostolorum ponentes, Act.4.
expeditis humeris à sarcinis secularibus,Christum dominum sequebantur.Vere matu-
ra messis,Quid inde factum est ? De ipsa messe eiecta sunt pauca grana, & seminauerũt
orbem terrarum:& surgit alia messis quæ in fine seculi metenda est . De ista messe dici-
tur, Qui seminant in lachrymis , in gaudio metent . Ad istam ergo messem , non apo- Psal.125.
stoli sed angeli mittentur . Messores, inquit , angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter Mat.13.
31 zizania , & expectat purgari in fine. Illa vero messis iam matura erat , quo prius mis-
H si sunt discipuli , vbi prophetæ laborauerunt . Sed tamen fratres videte quid dictum
sit, Simul gaudeat, & qui seminat & qui metit . Disparis temporis labores habuerunt
apostoli & prophetæ , sed gaudio pariter perfruentur , mercedem simul accepturi sunt
vitam æternam . Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritani propter
sermonem eius , non propter verbum mulieris testimonium perhibentis , quia di-
xit mihi omnia quæcunque feci . Cum venissent autem ad eum Samaritani , roga-
uerunt vt apud eos maneret , & mansit ibi duos dies . Et multo plures crediderunt
propter sermonem eius . Et mulieri dicebant , quia iam non propter tuam loquelam
credimus : ipsi enim nos audiumus & scimus quia hic est vere saluator mundi .) Et
hoc paululum animadüertendum est , quia lectio terminata est . Mulier primum
nunciauit , & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani , & rogauerunt eum
vt apud eos maneret , & mansit ibi biduo , & plures crediderunt : & cum credidissent,
dicebant mulieri , Non iam propter verbum tuum credimus , sed ipsi cognoui-
31 mus & scimus , quia est vere hic saluator mundi ; primo per famam , postea per præ-
I sentiam . Sic agitur hodie cum eis qui foris sunt , & nondum sunt Christiani , Chri-

stus nunciatur per Christianos amicos, tanquam illa muliere, hoc est, Ecclesia annuncia-
nte: ad Christum veniunt, credunt per istam famam, manet apud eos biduo, hoc est,
dat illis duo præcepta charitatis, & multo plures & firmius in eum credunt, quoniam
vere ipse est saluator mundi.

Ab eo loco vbi ait, Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam: vsq;
ad id quod ait, Quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius
tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota.

Tractatus. XVI.

HOdierna euangelica lectio, hesterni diei sequitur lectionem, quæ nobis proponitur ad disputandum. In qua quidem sensus non sunt inuestigatione difficiles, sed digni prædicatione, digni admiratione & laudatione. Proinde locum istum Euangelii cum commendatione commemoremus, potiusquam cũ difficultate tractemus: Abiit
31 enim Iesus post biduum) quod fecerat in Samaria, In Galilæam,) vbi nutritus erat. Se-
K cutus autem Euangelista, ait, Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in
patria sua honorem non habet.) Non propterea post biduum discessit Iesus de Samaria, quia honorem in Samaria non habebat: non.n. Samaria patria ipsius erat, sed Galilæa. Cum ergo istam deseruisset tam cito, & ad Galileam venisset vbi nutritus erat, quo modo attestatur. Quia propheta in patria sua honorem non habet? magis videtur attestari potuisse, quia propheta in patria sua honorem non haberet, si contemneret pergere in Galilæam, & in Samaria remansisset. Intendat ergo charitas vestra insinuatum nobis non modicum sacramentum, suggerente domino & donante quod loquar. Quæstione propositam cognouistis, solutionem eius exquirite. Sed repetamus propositionem, vt solutionem desiderabilem faciamus. Mouit nos cur Euangelista dixerit, Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quòd Propheta in patria sua honorem non habet. Hoc permoti retexamus verba superiora, vt inueniamus, cur hoc Euangelista dicere voluerit, & inuenimus, superiora verba eius ita narrantis, quoniam post biduum profectus est de Samaria in Galileam. Propter hoc ergo dixisti ô Euangelista testimonium perhibuisse Iesum, quòd Propheta in patria sua honorem non haberet, quia post 31
biduum reliquit Samariam, & properauit venire in Galilæam? Imò vero quasi vi- L
deor mihi congruentius intelligere, quia si honorem in patria sua Christus non haberet, non ad eam relicta Samaria festinaret: sed, nisi fallor, imò quia verum est & non fallor: melius enim quàm ego vidit Euangelista quid diceret, melius me veri-
Ioan. 13. tatem videbat, qui eam de pectore domini bibebat. Ipse est enim Ioannes euangelista, qui inter omnes discipulos super pectus domini discumbebat, & quē deus charitatē debens omnibus tamen præ cæteris diligebat. Ergo ille falleretur, & ego recte sentirem? Imò si pie sapio, obedienter audiam quod dixit, vt merear sentire quod sensit. Accipite itaq; charissimi, quid hic sentiam sine præiudicio, si vos melius aliquid senseritis; magistrum enim vnum omnes habemus, & in vna scola condiscipuli sumus. Hoc ergo sentio, & videte si non aut verum est, aut propinquat veritati quod sentio. In Samaria biduum fecit, & crediderunt in eum Samaritani: tot dies in Galilæa fecit, & non in eum crediderunt Galilæi. Retexite vel recolite memoria hesterni diei & lectionem & sermonem. Venit in Samariam, vbi eum primum mulier illa prædicauerat, cum qua 31
ad puteum Iacob locutus erat magna mysteria, eo viso Samaritani & audito credi- M
derunt in eum propter verbum mulieris, & firmius crediderunt propter verbum eius, & plures crediderunt, sicut scriptum est ibi, facto biduo. Quo numero dierum my-
Matt. 21. stice commendatus est duorum numerus præceptorũ, in quibus duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ, sicut hesterno die nos commendasse meministis. Pergit in Galilæam, & venit in ciuitatem Chanam Galilææ, vbi de aqua vinum fecit.) Ibi aũt quando aquam in vinũ conuertit, sicut scribit ipse Ioannes, crediderunt in eum discipuli eius, & vtiq; plena erat domus turbis conuiuantiũ. Factũ est tam magnum miraculum, & nõ in eum crediderunt nisi discipuli eius. Hanc ciuitatem Galilææ modo repetiuit. Ecce quidam regulus cuius filius infirmabatur, venit ad eum, & rogare cœpit vt descenderet,) Ad illam ciuitatem vel domum, Et sanaret filium eius, incipiebat enim, inquit, mori.) Qui rogabat non credebat. Quid à me expectas audire? Dominum inter-

32 roga quid de illo senserit. Rogatus enim talia respondit, Nisi signa & prodigia videritis
A non creditis.) Arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei sed tentare, cupientem de sanitate filii sui, qualis esset Christus, & quis esset, quantũ posset. Verba enim rogantis audimus, cor diffidentis non videmus: sed ille pronunciauit, qui & verba audiuit & cor inspexit. Deniq; & ipse euãgelista testimonio narrationis sue ostendit, quia nondum crediderat, qui venire ad domum suam dominũ cupiebat ad sanandum filium eius. Nam posteaquam ei nunciatum est sanum esse filium eius, & inuenit ea hora sanatum, qua hora dominus dixerat, Vade filius tuus viuit, & credidit, inquit, ipse & domus eius tota.) Si ergo propterea credidit ipse & domus eius tota, quia nunciatus est filius eius sanus, & comparauit hora nunciantium horæ prænunciantis, quando rogabat, nondum credebat. Samaritani nullum signum expectauerant, verbo eius tantummodo crediderant: ciues autem eius audire meruerunt. Nisi signa & prodigia vi-
32 deritis, non creditis: & ibi tamen facto tanto miraculo, non credidit, nisi ipse & domus
B eius. Ad solum sermonem crediderint plures Samaritani, ad illud miraculum sola illa domus credidit, vbi factum est. Quid igitur fratres, quid nobis commendat dominus? Tunc Galilæa Iudææ patria erat domini, quia ibi nutritus est: nunc vero quia porten- Prodigiũ
dit aliquid res illa: non enim sine causa dicta sunt prodigia, nisi quia aliud portendunt: prodigium enim appellatum est quasi porrodicium: quòd porrò dicat, porrò significet, & aliquid futurum esse portendat. Quia ergo aliquid illa omnia portendebant, aliquid illa omnia prædicebant, faciamus modo nos patriam domini nostri Iesu Christi secundum carnem: non enim habuit patriam in terra, nisi secundum carnem, quam accepit in terra. Faciamus ergo patriam domini populum Iudæorum. Ecce in patria sua honorem non habet. Modo attende Iudæorum turbas, attende iam gentem illam dispersam toto orbe terrarum, & euulsam radicibus suis, attende ramos fractos, conscissos, dispersos, aridos, quibus fractis inseri meruit oleaster. Vide turbam Iudæorum, quid dicit Rom. 11.
32 modo? Quem colitis, Quem adoratis frater noster erat. Et nos respondeamus, prophe-
C ta in patria sua honorem non habet. Deniq; illi ambulantem dominum Iesum in terra, facientemq; miracula, cæcos illuminantem, surdis aures aperientem, mutorum ora soluentem, paralyticorum membra restringentem, super mare ambulantem, ventis imperantem & fluctibus, mortuos suscitantem tanta signa facientem viderũt, & vix inde pauci crediderũt. Populo dei loquor. Tam multi credidimus, quæ signa vidimus? Illud ergo quod factum est tunc, hoc quod nunc agitur portendebat. Iudæi fuerunt vel sunt similes Galilæis, nos similes illis Samaritanis. Euangelium audiuimus, Euangelio credimus, Euangelio consensimus, per Euangelium in Christum credidimus, nulla signa vidimus, nulla exigimus. Quanuis enim vnus ex duodecim electis & sanctis tamen Israelita fuit de gente scilicet domini, Thomas ille qui in loca vulnerum digitos cupiebat mittere, sic Ioan. 20.
eum arguit dominus quomodo istum regulum. Huic dixit, Nisi signa & prodigia videritis non creditis: illi autem dixit, Quia vidisti, credidisti. Ad Galilæos venerat post Samaritanos, qui sermoni eius crediderant, apud quos nulla miracula fecerat, quos firmos in fide securus cito dimiserat, quia diuinitatis præsentia non dimiserat, Ergo quando dice-
32 bat dominus Thomæ, Veni, mitte manum tuam & noli esse incredulus sed fidelis, & cum
D ille exclamaret tactis vulnerum locis & diceret, Domine meus & deus meus: increpatur & dicitur ei, Quia vidisti credidisti. Quare? Nisi quia propheta in patria sua honorem non habet. Quia vero apud alienigenas propheta iste honorem habet, quid sequitur? Beati qui non viderunt & crediderunt. Prædicti sumus nos & quod dominus ante laudauit, & in nobis implere dignatus est. Viderunt qui crucifixerunt palpauerunt, & sic pauci crediderunt: nos non vidimus, non contrectauimus, audiumus, credidimus, fiat in nobis, perficiatur in nobis beatitudo quam promisit hic, quia patriæ ipsius prælati sumus, & in futuro seculo, quia pro ramis fractis inserti sumus. Hos enim ramos se fracturum esse monstrabat, & hunc oleastrum inserturum, quando commotus Centurionis fide, qui ei dixit, Non sum dignus vt sub tectum meum intres, sed tantum dic verbo, & sanabitur Matth. 8.
puer meus: nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade & vadit: & alii, veni & venit: & seruo meo, fac hoc & facit. Conuersus ad
32 eos qui se sequebantur, dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Qua
E re non inuenit tantam fidem in Israel? Quia Propheta in patria sua honorem non habet.

Nunquid non & illi Centurioni poterat dicere dominus, quod dixerat huic regulo, Vade, puer tuus viuit? Videte distinctionem, regulus iste dominum ad domum suam descendere cupiebat: ille Centurio indignum se esse dicebat. Illi dicebatur, Ego veniam & curabo eum: huic dictum est, Vade filius tuus viuit. Illi præsentiam suam promittebat, huic verbo sanabat. Iste tamen præsentiam suam extorquebat, ille se præsentia eius indignu esse dicebat: huic succensum est elationi, illi consensum est humilitati, tanquam huic diceret, Vade filius tuus viuit, noli mihi tædium facere, Nisi signa & prodigia videritis, nō credetis. Præsentiam meam vis in domo tua, possum & verbo iubere. Noli tu de signis credere, Centurio alienigena credidit verbo posse facere, & antequam facerem credidit
Roma. 11. vos nisi signa & prodigia videritis, nō creditis. Ergo si ita est, frangantur superbi rami, humilis inseratur oleaster: manet tamen radix, illis præcisis, istis receptis. Vbi manet 31
radix? In patriarchis. Etenim patria Christi populus Israel, quia ex eis venit secundum F
carnem. Sed huius arboris radix, Abraham, Isaac, & Iacob, patriarchæ sancti. Et vbi sunt isti? In requie apud deum in honore magno, vt in Abrahæ sinum iustus ille pauper post
Lucæ. 16. corporis exitum leuaretur, & in Abrahæ sinu de longinquo â superbo diuite videretur. Ergo radix manet, radix laudatur, sed rami superbi & præcidi & arescere meruerunt: oleaster autem humilis illorum præcisione inuenit locum. Audi ergo quemadmodū præcidantur rami naturales, quemadmodum inseratur oleaster ex ipso Centurione, quem propter comparationem huius reguli commemorandum putaui. Amen, inquit, dico vo
Matth. 8. bis, non inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient. Quam latè terram occupauerat oleaster. Amara sylua mundus hic fuit. Sed propter humilitatem, non sum dignus vt intres sub tectum meum. Multi ab oriente & occidente venient. Et puta quia venient, quid de illis fiet? Si enim venient, iam præcisi sunt sylua, vbi inserendi sunt ne arescant? Et recumbent, inquit, cū Abraham & Isaac & Iacob. In quo conuiuio? Ne forte non inuites ad semper viuendum, 32
sed ad multum viuendum, recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob. Vbi? In regno, in G
quit, cœlorum. Et quid erit de illis qui venerunt de stirpe Abrahæ? Quid fit de ramis quibus arbor plena erat? Quid, nisi quia precidentur, vt isti inserantur? Doce quia præcidentur: audi, Filii autem, inquit, regni ibunt in tenebras exteriores. Habeat ergo apud nos honorem Propheta, quia non habuit honorem in patria sua. Non habuit honorem in patria in qua conditus est: habeat honorem in patria quam condidit. In illa enim conditus est, conditor omnium, conditus in illa est secundum formam serui: nam ipsam ciuitatem in qua conditus est, ipsam Sion, ipsam Iudæorum gentem, ipsam
Ioan. 1. Hierusalem, ipse condidit cum esset apud patrem verbum dei: omnia enim per ipsum
1. Tim. 2. facta sunt, & sine ipso factum est nihil. De illo ergo homine de quo & hodie audiuimus
Psal. 86. vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, etiam Psalmus prælocutus est dicens, Mater Sion dicet homo. Quidam homo mediator dei & hominum, homo mater Sion dicet: Quare mater Sion decet? Quia inde accepit carnem, inde virgo Maria, de cuius vtero serui forma susceptа est, in qua dignatus est apparere humilimus. Mater 32
Sion dicet homo, & homo iste qui dicit mater Sion, factus est in ea, homo factus est in H
ea. Nam deus erat ante eam, & homo factus est in ea. Qui homo factus est in ea, ipse fun
Ioan. 1. dauit eam altissimus, non humilimus. Homo factus est in ea humilimus, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ipse fundauit eam altissimus, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt. Quia vero condidit istam patriam, hic habeat honorem. Repulit eum patria in
[aliàs generatus. qua natus [est: susciпiat eum patria, quam regenerauit.

Ab eo quod scriptum est, post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam: vsq; ad id quod ait, Quærebant eum Iudæi interficere, quia non

Cap. V. solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum æqualem se faciens Deo. Tractatus. XVII.

MIrum non esse debet à deo factum miraculum: mirum enim esset si homo fecisset. Magis gaudere quā mirari debemus, quia dominus noster & saluator Iesus Christo homo factus est, quam quod diuina inter homines deus fecit: Plus est enim ad salu- 32
tem nostram quòd factus est propter homines, quàm quod fecit inter homines: & plus I
est quod vitia sanauit animarum nostrarum, quàm quod sanauit languores corporum

mori-

morituorum. Sed quia ipsa anima nec eum nouerat à quo sananda erat, & oculos habebat in carne vnde facta corporalia videret, nondum habebat sanos in corde, vnde deū latentem cognosceret, fecit quod videri poterat, vt sanaretur vnde videri non poterat. Ingressus est locum vbi iacebat magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum: & cum esset medicus & animarum & corporum, & qui venisset sanare omnes animas crediturorum, de illis languentibus vnum elegit quem sanaret, vt vnitatem significaret. Si mediocri corde, & quasi humano, captu & ingenio consideremus facientem, & quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid perfecit, & quod ad benignitatem, parum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus est, cum posset vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligendum est, nisi quia potestas illa, & benignitas illa magis agebat, quid animæ in factis eius pro salute sempiterna intelligerent, quā quid pro 32
temporali salute corpora mererentur? Corporum enim salus quæ vera expectatur a do- K
mino erit in fine in resurrectione mortuorum; tunc quod viuet, non morietur: tunc quod sanabitur, non ægrotabit: tunc quod satiabitur non esuriet neq; sitiet: tunc quod renouabitur non veterascet: nunc vero in illis factis domini & saluatoris nostri Iesu Christi, & cæcorum aperti oculi, morte clausi sunt, & paralyticorum membra constricta, morte dissoluta sunt, & quicquid sanatum est temporaliter in membris mortalibus, in fine deficit. Anima vero quæ credidit, ad vitam æternam transitum fecit. Animę ergo crediturę, cuius peccata dimittere venerat, ad cuius languores sanandos se humiliauerat, de hoc languido sanato magnum signum dedit. Cuius rei & cuius signi profundum sacramentum, quantum dominus donare dignatur, attentis vobis & orando adiuuantibus infirmitatem nostram, loquar vt potero. Quicquid autem non possum, supplebit in vobis ipse, quo adiuuante facio quod possum. De hac piscina, quę quinq; porticibus cingebatur, in quibus iacebat magna multitudo languentium, assidue nos tractasse memini, & rēm dicturus sum, quàm mecū plures recognoscant potius quàm cognoscant. Ve- 32
rum nihil est ab re etiam nota repetere, vt & qui non nouerant, instruantur: & qui noue L
rant, confirmentur. Proinde tanquam nota breuiter perstringenda sunt, non ociosè inculcanda. Piscina illa & aqua illa, populum mihi videtur significare Iudæorum. Significari enim nomine aquarum populum: aperte nobis indicat Apocalypsis Ioannis, vbi Apoc. 17.
ei cum ostenderentur aquæ multæ, & interrogasset quid essent, responsum accepit, populos esse. Aqua ergo illa id est, populus ille quinque libris Moysi, tanquā quinq; porticibus claudebatur. Sed illi libri prodebant languidos, nec sanabant: lex enim peccatores conuincebat, non soluebat. Ideo litera sine gratia reos faciebat, quos confitentes gratia liberabat. Nam hoc dicit Apostolus, Si enim data esset lex quæ posset viuificare, Galat. 3.
omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo data est lex? Sequitur & dicit, Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quid euidentius? Nonne verba hæc exposuerunt nobis & quinq; porticus, & languentiū multitudinē? Quinque porticus lex est. Quare quinq; porticus non sanabant languentes? Quia si data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo cō- 32
tinebant, quos non sanabant? Quia conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio M
ex fide Iesu xp̄i daretur credētibus. Quid ergo fiebat vt in aqua illa turbata sanarentur, qui in porticibus sanari nō poterant? Subito enim videbatur aqua turbata, & à quo turbabatur non videbatur. Credas hoc euangelica virtute fieri solere, non tamen sine significante aliquo sacramento. Post aquā turbatā mittebat se vnus qui poterat & sanabatur solus: post illū quisquis se mitteret, frustra faceret. Quid sibi ergo hoc vult, nisi quia venit vnus Christus ad populum Iudæorum, & faciendo magna, docendo vtilia, turbauit peccatores, turbauit aquam præsentia sua, & excitauit ad passionē suam sed latens turbauit. Si. n. cognouissent, nūquā dominū gloriæ crucifixissent. Descendere ergo in aquā 1. Cor. 2.
turbatā, hoc est, humiliter credere in domini passionē: ibi sanabatur vnus, significans vnitatem. Postea quisquis veniret, non sanabatur, quia quisquis præter vnitatē fuerit, 33
sanari nō poterit. Videamus ergo quid voluerit significare in illo vno, quem etiam ipse A
seruans vnitatis mysterium, sicut prælocutus sum de tot languentibus vnum sanare dignatus est. Inuenit in annis eius numerum quendam languoris. Triginta & octo annos habebat in infirmitate.) Hic numerus quomodo magis ad languorem pertineat quàm ad sanitatem, paulo diligentius exponendum est. Intentos vos volo, aderit dominus, vt

congruè loquar,& sufficiẽter audiatis. Quadragenarius numerus sacratus nobis in qua
dam perfectione commendatur. Notum esse arbitror charitati vestræ,testantur sæpissi
mè diuinæ scripturæ: ieiunium hoc numero consecratum esse bene nostis: nam & Moy
Exo. 34. ses. xl. diebus ieiunauit,& Helias totidem,& ipse dominus noster & saluator Iesus Chri
3. Reg. 19. stus hunc ieiunii numerum impleuit. Per Moysen significatur lex, per Heliam significã
Mat. 4. tur prophetæ, per dominum significatur Euangelium. Ideo in illo monte tres apparue
Mat. 17. runt, vbi se discipulis ostendit in claritate vultus & vestis suæ. Apparuit enim medius in
ter Moysen & Heliam tanquam Euangelium testimonium haberet à lege & Prophetis.
Siue ergo in lege, siue in Prophetis, siue in Euangelio, quadragenarius numerus nobis
De conse. in ieiunio commendatur. Ieiunium autem magnum & generale est, abstinere ab iniqui-
dist. 5. c tatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium, vt abnegantes im-
Ieiunium. pietatẽ & seculares cupiditates, temperanter, & iustè & piè viuamus in hoc seculo. Huic
Ad Titũ. 2 ieiunio quam mercedem addit Apostolus? Sequitur & dicit, Expectantes illam beatam
spem & manifestationem gloriæ beati dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc ergo
seculo quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinentia sine merce-
Matt. 20. de non erit, expectamus beatam illam spem, & reuelationem gloriæ magni dei, & saluato
ris Iesu Christi. In illa spe, cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem dena-
rium. Ipsa enim merces redditur operariis in uinea laborantibus secundum Euangeliũ,
quod uos credo reminisci: neque enim omnia commemoranda sunt tanquàm rudibus &
imperitis. Denarius ergo qui accepit nomen à numero decem redditur, & coniunctus
quadragenario fit quinquagenarius: unde cũ labore celebramus quadragesimam ante
paschа, cum lætitia uero tanquam accepta mercede quinquagesimam post pascha. Nam
huic tanquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum,
additur quietis & felicitatis denarius ut quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse do
Acto. 1. minus Iesus multo apertius, quando post resurrectionem. xl. diebus conuersatus est in
terra cũ discipulis suis; quadragesimo aũt die cũ ascẽdisset in cœlũ, peractis decẽ diebus
misit mercedẽ spũsanctũ. Significata sunt ista, & quibusdã significationibus res ipsę prę
nẽtæ sunt. Significationibus pascimur, ut ad res ipsas durãtes puenire possimus. Opera-
rii. n. sumus, & adhuc in uinea laboramus, finito die, finito opere, merces restituetur. Sed
qs operarius perdurat ad percipiendã mercedẽ, nisi qui pascitur cũ laborat? Non. n. & tu
operario tuo mercedem solam daturus es: non etiam afferes illi unde uires reparet in la-
bore? Pascis utiq; cui mercedem daturus es. Proinde & nos dominus in istis scripturarũ
significationibus laborantes pascit: nam si ista intelligendorum sacramentorum lætitia
subtrahatur à nobis, deficimus in labore, & non erit qui perueniat ad mercedem. Quo-
modo ergo quadragenario numero perficitur opus? Fortasse ideo, quia lex in decem præ
ceptis data est, & per tot mundum prædicanda erat lex: qui totus mundus quatuor par-
tibus commendatur, Oriente, & Occidente, Meridie & Aquilone: unde denarius per qua
tuor multiplicatus, ad quadragenarium peruenit: uel quia per Euangelium, quod qua-
tuor libros habet, impletur lex: quia in Euangelio dictum est, Non ueni soluere legem,
Mat. 5. sed adimplere. Siue ergo illa, siue ista sit causa, siue alia aliqua probabilior, quę nos latet,
doctiores non latet: certũ est tamen quadragenario numero significari quandam perfe-
ctionem in operibus bonis, quę maximè opera bona exercentur in abstinentia quadam
Roma. 15. ab illicitis cupiditatibus seculi, hoc est, generali ieiunio. Audi & Apostolũ dicentem, Ple
nitudo legis charitas. Charitas unde? Per gratiam dei, per spiritũ sanctũ. Non enim habe
Roma. 5. mus illam ex nobis, quasi facientes illam nobis, Dei donũ est, & magnũ donũ: quoniam
charitas dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis.
Charitas ergo implet legem, & uerissimè dictũ est, Plenitudo legis charitas. Quæramus
hanc charitatem, quemadmodum commendatur à domino. Mementote quid proposue-
rim, numerũ trigintaocto annorum in illo languido. Volo exponere quare numerus ille
trigesimus & octauus, languoris sit potius quàm sanitatis. Ergo, vt dicebam, charitas
implet legem. Ad plenitudinem legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius nu
merus. In charitate autem duo præcepta nobis commendantur. Intuemini obsecro & fi-
gite memoriæ quod dico, ne sitis contemptores verbi, ne fiat anima vestra via, vbi grana
Mat. 13. iactata non germinent: & venient, inquit, volatilia cœli & colligent ea. Percipite & recon

dite in cordibus vestris: charitatis præcepta duo sunt à domino commendata, Diliges do Matt. 22.
minum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: &, Dili-
ges proximum tuum sicut teipsum: in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophe- Mar. 12.
tæ. Merito & illa vidua omnes facultates suas, duo minuta misit in dona dei: merito & Luc. 10.
pro illo languido à latronibus sauciato, stabularius duos numos accepit vnde sanare-
33 tur: merito apud Samaritanos biduum fecit Iesus, vt eos charitate firmaret. Binario ergo
F isto numero cum aliquid boni significatur, maxime bipertita charitas commendatur. Si
ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex non impletur nisi in ge-
mino præcepto charitatis, quid miraris quia languebat, qui ad quadraginta duo minus
habebat? Videamus proinde iam quo sacramento iste languidus curetur à domino. Ve-
nit enim ipse dominus, charitatis doctor, charitate plenus, breuians, sicut de illo præ- Esa. 10.
dictum est, verbum super terram, & ostendit in duobus præceptis charitatis pẽdere legem Rom. 9.
& Prophetas. Inde ergo pependit Moyses quadragenario suo, inde Helias cum suo, hũc
numerũ attulit dominus in testimonio suo. Curatur iste languidus à præsente domino,
sed prius quid ei dicit? Vis sanus fieri?) Respondit ille hominem sẽ non habere, à quo in
piscinam mittatur. Vere necessarius erat illi homo ad salutem; sed homo ille qui & deus
est. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Venit er- 1. Tim. 2.
go homo qui erat necessarius, quare sanitas differtur. Surge, inquit, tolle grabatum tuũ
33 & ambula.) Tria dixit, Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Sed surge, non operis im-
G perium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autem duo imperauit, tolle grabatu tuũ, & am-
bula. Rogo vos, cur non sufficeret, ambula? Aut certe cur non sufficeret, surge? Neque. n.
ille cum sanus surrexisset, in loco remansisset, nonne ad hoc surrexisset vt abiisset? Mo-
uet ergo me etiam quòd duo præcepit, qui illum iacentem duobus minus inuenit: tan-
quam enim duo quædam iubendo quod minus erat impleuit. Quomodo ergo in-
ueniamus in his duobus domini iussis, duo illa præcepta significata esse charitatis? Tol
le, inquit, grabatum tuum & ambula. Quæ sunt illa duo præcepta fratres, recolite mecũ.
Notissima enim esse debent, nec modo tantum venire in mentem cum commemorantur
à nobis, sed deleri nunquam debent de cordibus vestris. Semper omnino cogitate, dili-
gendum esse deum & proximum. Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: Matt. 22.
& proximum tanquam teipsum. Hæc semper cogitanda, hæc meditanda, hæc retinenda,
hæc agenda, hæc implenda sunt. Dei dilectio prior est ordine præcipiendi, proximi autẽ
33 dilectio prior est ordine faciendi. Neque enim qui tibi præciperet dilectionem istam in
H duobus præceptis, prius tibi commendaret proximum, & postea deum: sed prius deum,
postea proximum. Tu autem quia deum nondum vides, diligendo proximum, promere
ris quem videas: diligendo proximum, purgas oculum ad videndum deum, euidenter
Ioanne dicente, Si fratrem quem vides non diligis, deum quem non vides quomodo dili 1. Ioan. 4.
gere poteris? Ecce dicitur tibi, dilige deum. Si dicas mihi, ostende mihi quẽm diligam:
quid respondebo nisi quod ait ipse Ioannes? Deum nemo vidit vnquam. Et ne te alienũ Ioan. 1.
omnino à deo videndo esse arbitreris, Deus, inquit, charitas est, & qui manet in charita- 1. Ioan. 4.
te, in deo manet & deus in eo. Diliges ergo proximum: & intuere in te, vnde diligis proxi
mum, ibi videbis vt poteris deum. Incipe ergo diligere proximum: Frange esurienti pa- Esa. 58.
nem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti, & do-
mesticos seminis tui ne despexeris. Faciens autem ista quid consequeris? Tunc erum-
pet velut matutina lux tua. Lux tua deus est, tibi matutina, quia post noctem seculi tibi
veniet: nam ille nec oritur nec occidit, quia semper manet, Erit tibi matutinus redeun-
33 ti, qui tibi occasum fecerat pereunti. Ergo tolle grabatum tuum, mihi videtur dixisse, di
I lige proximum tuum. Sed clausum est adhuc, & expositione indiget quantum arbitror,
quare in tollendo grabato dilectio proximi commendatur: nisi forte hoc nos offendit,
quia per grabatum rem quandam stolidam & insensatam proximus commendatur. Nõ
irascatur proximus, si commẽdatur nobis per rem, quæ sine anima & sine sensu est. Ipse Ephe. 2.
dominus & saluator noster Iesus Christus lapis angularis dictus est, vt duos conderet 1. Cor. 10.
in se. Dictus est & petra vnde aqua profluxit, Petra autem erat Christus. Quid ergo mi-
rum si petra Christus, lignum proximis? Non tamen qualecunq; lignum quomodo nec
illa qualiscunq; petra, sed vnde aqua profluxerat sitientibus. Nec qualiscunq; lapis, sed
angularis, qui in semetipso copulauit duos parietes ê diuerso venientes: sic nec quale-

cunq; lignum proximum acceperis, sed grabatum [portas.] Quid ergo in grabato obsecro te? Quid, nisi quia ille languidus grabato portabatur? Sanatus autem grabatum
Gala.6. portat. Quid dictum est ab Apostolo? inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis
legem Christi. Lex ergo Christi charitas est, nec charitas impletur nisi inuicem onera no
Ephe.4. stra portemus: Sufferentes, inquit, inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spi
ritus in vinculo pacis. Cum esses languidus, portabat te proximus tuus: sanus factus es,
porta proximum tuum. Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.
Sic adimplebis ô homo quod tibi deerat. Tolle ergo grabatum tuum, sed cum tuleris,
noli remanere: ambula, diligendo proximum, & curam habendo de proximo tuo. Iter
Deut.6. agis, quò iter agis, nisi ad dominum deum tuum, & ad eum quem diligere debemus ex
Mat.25. toto corde, ex tota anima, ex tota mente? Ad dominum enim nondum peruenimus, sed
proximum nobiscum habemus. Porta ergo eum cum quo ambulas, vt ad eũ peruenias,
cum quo manere desideras. Tolle ergo grabatum tuum & ambula. Fecit hoc ille, & scan
dalizati sunt Iudæi. Videbant enim hominem die sabbati portantem grabatum suum,
†alias ne nec calumniabantur domino quòd sanum fecerat sabbato, vt † eis responderi posset,
quia si cuiusquam eorum iumentum in puteum cecidisset, vtiq; die sabbati erueret il-
lud, & saluaret iumentum suum. Non vtiq; iam illi obiiciebãt quòd die sabbati sanatus
esset homo, sed quòd portaret grabatum suum. Si sanitas non erat differenda, nunquid
& opus fuerat imperandum? Non licet tibi, inquiunt, facere quod facis, tollere grabatum
tuum.) Et ille authorem sanitatis suæ obiiciebat calumniatoribus. Qui, inquit, me feci
sanum, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula.) Non acciperem iussionem, à
quo acceperam sanitatem? Et illi. Quis est ille homo qui tibi dixit, Tolle grabatum tuũ
& ambula? Sed qui sanus erat factus nesciebat quis esset,) à quo hoc audierat. Iesus aũt)
cum hoc fecisset & iussisset. Declinauerat ab eo in turba.) Videte quemadmodum & hoc
impleatur. Portamus proximũ, & ambulamus ad deum, sed eum ad quem ambulamus,
nondum videmus. Ideo & ille nondum nouerat Iesum Sacramentum hoc commenda-
tum est, quia in eum credimus quem nondum videmus. Et vt non videamus, declinat
in turba. Difficile est in turba videre Christum. Solitudo quædam necessaria est menti
nostræ, quædam solitudine intentionis videtur deus. Turba strepitum habet, visio
ista secretum desiderat. Tolle grabatum tuum, porta portatus proximum tuum & am-
bula vt peruenias. Noli Iesum quærere in turba, non est tanquam vnus de turba. Præue
nit omnem turbam, prior ascendit de mari piscis ille magnus, piscem Christum dixit,
& in cœlis sedet interpellans pro nobis. Tanquam sacerdos magnus vnus intrauit in in-
Rom.8. teriora veli, turba foris stat. Ambula tu qui portas proximum tuum, si didicisti portare
Heb.9. qui solebas portari. Deniq; modo nondum nosti Iesum, nondum vides Iesum. Quid po-
stea sequitur? Quoniam non destitit ille tollendo grabatum suum & ambulando. Vidit
eum postea Iesus in templo. In turba non eum vidit, in templo vidit. Dominus
quidem Iesus & in turba eum videbat & in templo: ille autem languidus Iesum
in turba non cognouit, in templo cognouit. Peruenit ergo ille ad dominũ, vidit eum in
templo, vidit eum in loco sacrato, in loco sancto. Et quid ab eo audit? Ecce iam sanus fa-
ctus es, noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.) Tũc ille posteaquam vidit Iesum
& cognouit Iesum authorem sanitatis suæ, non fuit piger in euangelizando quem vi-
derat: Abiit & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui eum sanum fecerat.) Ille an-
nunciabat, & illi insaniebant. Ille salutem suam prædicabat, illi salutem suam non
quærebant. Persequebantur Iudæi dominum Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.)
Quid ergo dominus modo respondit Iudæis, audiamus. De sanis factis hominibus sab-
bato, dixi quid soleat respondere, quia iumenta sua non contemnebant sabbato vel li-
berando vel alendo. De portato grabato quid respondit? Manifestum opus corpora-
le factum erat ante oculos Iudæorum, non sanitas corporis, sed operatio corporis, quæ
non videbatur ita necessaria quemadmodum sanitas. Aperte ergo dominus dicat sa-
cramentum sabbati, & signum obseruandi vnius diei ad tempus datum esse Iudęis, im-
pletionem vero ipsam sacramenti in illo venisse. Pater meus, inquit, vsq; modo operatur
& ego operor.) Misit in eos magnum tumultum, aduentu domini turbatur aqua;
sed qui turbat, latet, & tamen sanandus est turbata aqua æger vnus magnus, passo
domino totus mundus. Videamus ergo responsionem veritatis. Pater meus, inquit,

vsq;

vsq; modo operatur & ego operor. Falsum ergo dixit scriptura, quia deus requieuit ab
omnibus operibus suis in die septimo? Et contra hanc scripturam per Moysen ministra Gene.2.
34 tam, loquitur dominus Iesus, cum ipse dicat Iudæis, Sic crederetis Moysi, crederetis &
B mihi, de me.n. ille scripsit. Videte ergo ne aliquid voluit significari Moyses, quòd deus
requieuit die septimo: non enim defecerat deus operando creaturam suam, & indigebat Gene.2.
requie sicut homo. Quomodo defecerat qui verbo fecerat? Tamen & illud verum est, qa
requieuit deus ab omnibus operibus suis in die septimo: & hoc verum est, quod ait Ie-
sus, Pater meus vsq; modo operatur & ego operor. Sed quis explicet verbis, homo ho-
minibus, infirmus infirmis, indoctus discere cupientibus, & forte siquid sapit, pmere &
explicare non valens hominibus, difficile forte capientibus, etiam si explicari possit qđ
capitur. Quis, inquam, fratres mei explicet verbis, quomodo deus & quietus operetur,
& operans quiescat? Obsecro vos, vt hoc vobis proficientibus differatis: visio enim ista
templum dei quærit, sanctum locum quærit. Portate proximum & ambulate, ibi eum
videbitis, vbi verba hominum non quæratis. Hoc forte potius dicere valemus, quia &
in eo quòd deus in die septimo requieuit: ipsum dominum saluatorem nostrũ Iesum
Christum qui hæc loquebatur & dicebat, Pater meus vsq; modo operatur & ego operor
34 magno sacramento significauit: quia & dominus Iesus vtiq; deus, ipse est enim verbum
C dei, & audistis quia in principio erat verbum, & non qualecunq; verbum, sed deus erat
verbum, & omnia per ipsum facta sunt, forte significatus est requieturus in die septi-
mo ab omnibus operibus suis. Legite enim Euangelium, & videte quanta operatus sit
Iesus. Operatus est salutem nostram in cruce, vt implerentur in eo omnia prædicta pro-
phetarum. Coronatus est spinis, suspensus est in ligno, dixit sitio, accepit acetũ in spon
gia, vt impleretur quod dictum est, Et in siti mea potauerunt me aceto. At vbi impleta Psal.68.
sunt omnia opera eius: sexta sabbati inclinato capite tradidit spiritum, & in sepulcro
sabbato requieuit ab omnibus operibus suis. Ergo tanquam diceret Iudæis, Quid expe-
ctatis vt non operer sabbato? Sabbati dies ad significationem meã vobis præceptus est.
Opera dei attenditis, ego ibi eram cum fierent, & per me facta sunt omnia. Ego noui, pa
ter meus vsq; modo operatur. Operatus est pater lucem, sed dixit, vt fieret lux. Si dixit,
verbo operatus est. Verbum eius ego eram, ego sum, per me factus est mundus in illis
operibus, per me regitur mundus in istis operibus. Pater meus & tunc operatus est cum
fecit mundum, & vsq; nunc operatur cum regit mundum, ergo & per me fecit cum fecit,
34 & per me regit cum regit. Dixit hæc, sed quibus? Surdis, cæcis, claudis, languidis, medi-
D cum non agnoscentibus, & tanquam in phreneſi mente perdita occidere volentibus.
Proinde quid secutus Euangelista dixit? Hinc ergo magis quærebant eum Iudæi inter-
ficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum.) Nõ quo-
modocunq; sed quid? Aequalem se faciens deo.) Nam omnes dicimus deo, Pater noster: Matth.6.
qui es in cœlis. Legimus & Iudæos dixisse, cum tu sis pater noster. Ergo non hinc irasce
bantur, quia patrem suum dicebat deum, sed quòd longe alio modo quã homines. Ecce
intelligunt Iudæi quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inæqualem patri filiũ
dicunt, & inde hæresis pulsat ecclesiam. Ecce ipsi cæci, ipsi interfectores Christi, intelle-
xerunt tamẽ verba Christi. Non eum intellexerunt esse Christũ, nec eum intellexerunt
filium dei: sed tamen intellexerunt in illis verbis, quia talis commendaretur filius dei, q
æqualis esset deo. Quis erat nesciebant, talem tamen prædicari agnoscebant, quia patrẽ
suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Nonne erat ergo æqualis deo? Non ipse se
34 faciebat æqualẽ deo, sed ille illum genuerat æqualem. Si seipsum faceret æqualem deo,
E caderet per rapinam: Qui enim se voluit æqualem facere deo cum non esset, cecidit, & Esa.14.
ex angelo factus est diabolus: & hanc superbiam homini propinauit, unde ipse deiectus Gene.3.
est: nam hoc dixit homini, cui stanti lapsus inuidit, Gustate, & eritis sicut dii: id est, vsur
patione rapite quod facti non estis, quia & ego rapiendo deiectus sum. Non hoc prode-
bat, sed hoc suadebat. Christus autem æqualis patri natus erat, non factus, natus est de
substantia patris. Vnde illum sic commendat Apostolus, Qui cum in forma dei esset, nõ Phil.2.
rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Quid est, non rapinam arbitratus est se
æqualem deo? Non vsurpauit æqualitatem dei, sed erat in illa, in qua natus erat, & nos
ad æqualem deum quomodo perueniremus, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Non ergo se exinaniuit amittens quod erat, sed accipiens quod non erat. Hanc

formam serui contẽnentes Iudæi, dominum Christum æqualem patri intelligẽre non poterant, quanuis eum hoc de se dicere minime dubitabant, & ideo sæuiebant, & adhuc tamen eos ille perferebat, & sanitatem sæuientium requirebat.

Ab eo loco, vbi ait, Amen amen dico vobis, non potest filius â se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: vsque ad id, vbi ait, Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.

Tractatus. XVIII.

1. Ioan. 3. IOannes Euangelista inter consortes, & comparticipes suos alios Euangelistas, hoc præcipuum & proprium donum accepit à domino, super cuius pectus in conuiuio discumbebat, vt per hoc significaret, quia secreta altiora de intimo pectore eius portabat, vt ea diceret de filio dei, quæ paruulorum mentes fortasis intentas excitare possint, implere autem nondum capaces non possit. Grandiusculis autem quibusq; mentibus, & ad ætatem quandam interius virilem peruenientibus, dat aliquid verbis his, quo & exerceantur & pascantur. Audistis cum legeretur, & vnde sermo iste venerit meministis. Hesterno enim die lectum est: quòd propterea volebant Iesum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed etiam patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Quod Iudæis displicebat, hoc ipsi patri placebat. Hoc sine dubio placet etiam eis, qui honorificant filium, sicut honorificant patrem: quia si eis non placeat, displicebunt: Non enim deus erit maior, quia placet tibi: sed tu minor si displicet tibi, Aduersus hanc autem eorum calumniam venientem, vel de ignorantia vel de malitia loquitur dominus, non omnino quòd capiebant, sed vnde agitentur & conturbentur, & fortasse conuersi vel conturbati medicum quærant. Dicebat autem quæ scriberentur, vt etiã à nobis postea legerentur. Viderimus ergo quid in Iudæorum cordibus factum sit, cum hæc audirent: quid in nobis fiat cum hæc audimus, amplius cogitemus. Neq; enim natæ sunt hæreses, & quædam dogmata peruersitatis illaqueantia animas, & in profundũ præcipitantia, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, & temere et audacter asseritur. Itaq; charissimi, valde caute hæc audire debemus, ad quæ capienda paruuli sumus, & corde pio & cum tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes regulam sanitatis, vt quod secundum fidem qua imbuti sumus, intelligere valuerimus, tanquam de cibo gaudeamus: quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus: hoc est, vt etiam siquid nescimus, bonum tamen & verum esse minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis, cogitandus sum à vobis qui susceperim, & quæ susceperim. Suscepi.n. tractanda diuina homo, spiritalia carnalis, & æterna mortalis. Etiam à me charissimi, longe sit vana præsumptio, si volo sanus in domo dei cõuersari, quæ est Ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis: pro modulo meo capio quod vobis appono. Vbi aperitur, pascor vobiscum: vbi clauditur, pulso vobiscum. Commoti sunt ergo Iudæi & indignati sunt; merito quidem, ꝙ audebat homo æqualem se facere deo: sed ideo immerito, quia in homine non intelligebant deum. Carnem videbant, deum nesciebant; habitaculum cernebãt, habitatorẽ ignorabant: caro illa templum erat, deus inhabitabat intus. Non ergo Iesus carnem æquabat patri, non formam serui domino comparabat: non quod factum est propter nos, sed quod erat quando fecit nos. Quis nanq; sit Christus, catholicis loquor, nostis; quia bene credidistis; nõ verbum tantum, nec caro tantum, sed verbum caro factum est, vt habitaret in nobis. Recẽsete de verbo quod nostis, In principio erat verbum: & verbum erat apud deũ, & deus erat verbum: hic æqualitas cum patre. Sed verbum caro factum est, & habitauit in nobis: hac carne minor est patre. Ita pater & æqualis & maior: æqualis verbo, maior carne: æqualis ei per quem fecit nos, maior eo qui factus est propter nos. Ad hanc regulam sanam catholicam, quam præcipue nosse debetis, quam tenete qui nostis, à qua prorsus fides vestra labi non debet, quę nullis hominum argumentis extorquenda est cordi vestro, dirigamus ea quæ intelligimus, & quæ forte non intelligimus dirigenda ad hãc regulã, quandoq; differamus cũ idonei fuerimus. Nouimus ergo æqualem patri filiũ dei, quia nouimus in principio deum verbum. Quid ergo Iudæi volebant eum interficere? Quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum æqualem se faciens deo, videntes carnem, non videntes verbum. Loquatur ergo & contra eos verbũ

per carnem, & interior habitator sonet per habitaculum suum, vt qui potest, noueritq; intus habitet. Quid ergo eis dicit? Respondit itaq; Iesus & dixit eis, (commotis quòd æqualem se faceret deo: Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquã, nisi quod viderit patrem facientem.) Ad hæc quid responderint Iudæi, scriptum nõ est, & fortasse tacuerunt. Quidam tamen qui Christianos se haberi volunt, non tacent, & quodãmodo ex his verbis concipiunt quædã dicenda contra nos: quæ contemnenda nõ sunt & propter ipsos & propter nos. Arriani quippe hæretici dicentes, non per carnem, sed ante carnem, filium ipsum qui suscepit carnem, minorem esse quàm pater est, & non esse eiusdem substantiæ, cuius pater est, capiunt ex his verbis ansam calumniæ, & respõdent nobis, Videtis quia dominus Iesus cum animaduerteret Iudæos ex hoc moueri, ꝙ patri deo æqualem se faceret, & talia verba subiunxit, vt se æqualem non esse monstraret: mouebantur enim Iudæi, aiunt, aduersus Christum, quia æqualem se faciebat deo, & volens eos corrigere ab hoc motu Christus: & eisdem monstrare filium non esse æqualem patri id est æqualẽ deo: ait, quasi dicens, Quid irascimini? quid indignamini? non sum æqualis, quia non potest filius â se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Qui enim nõ potest, inquiunt, facere à se quicquam, nisi quod viderit patrẽ facientem, vtiq; minor est, non æqualis. In hac regula cordis sui distorta & praua, hæreticus audiat nos nondũ obiurgantes, sed adhuc quasi quærentes, & explicet nobis quod sentit. Puto enim ô quisquis ille est, faciamus enim eum tanquã præsentẽ adesse: Tenes nobiscum, quia in principio erat verbum? Teneo, inquit: &, quia verbũ erat apud deũ? Et hoc, inquit, teneo: Sequere ergo, & hoc fortius tene, quia deus erat verbum. Et hoc, inquit, teneo: sed ille deus maior, ille deus minor. Iam nescio quid paganum redolet, cũ Christiano me loqui arbitrabar. Si est deus maior & deus minor, duos deos colimus, nõ vnum deum. Quare, inquit, & tu non duos deos dicis æquales sibi? Hoc ego non dico, Aequalitatem enim istam sic intelligo, vt ibi intelligam etiam indiuiduam charitatem: & si indiuiduam charitatem, perfectam vnitatem. Si enim charitas quam misit hominibus deus, de multis hominum cordibus fecit cor vnum, & multas hominum animas fecit animam vnam: sicut de credentibus sese; inuicem diligentibus scriptum est in Actibus Apostolorum, Erat illis anima vna, & cor vnum in deum. Si ergo anima mea & anima tua cum idem sapimus nosq; diligamus, fit anima vna: quanto magis pater deus & filius deus, in fonte dilectionis deus vnus est? Verum ad hæc verba, quibus commotum est cor tuum, intende, & recole mecum quod de verbo requirebamus. Si iam tenemus, deus erat verbum: adiungo illud, quia cum dixisset, Hoc erat in principio apud deum: continuo subiecit Euangelista, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Nunc te quærendo exagito, nunc te contra me moueo, & te contra te interpello. Tene tantum memoriter ista de verbo, Quia deus erat verbũ: &, omnia per ipsum facta sunt. Audi iam verba quibus cõmotus es, vt minorẽ diceres filium: nempe quia dixit, Non potest filius à se facere quicquã, nisi quod viderit patrẽ facientẽ. Ita, inquit, expone mihi paululum, sic quantũ opinor intelligis, quoniam quædam facit pater, filius autem attendit quemadmodum facit pater, vt possit & ipse ea facere, quæ viderit patrẽ facientẽ. Duos quasi fabros constituisti, ita patrem & filium, vt etiam magistrum & discipulum: quomodo solent patres fabri docere filios suos artem suam. Ecce descendo ad carnalem sensum tuum, ita interim cogito vt tu: videamus si cogitatio hæc nostra inueniat exitum secundũ illa, quæ iam de verbo pariter locuti sumus, pariterq; sentimus, quia deus verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Pone igitur patrem tanquam fabrum, quædam opera facientem, filium autem tanquã discipulum, qui non potest facere quicquã, nisi quod viderit patrem facientem: intendit.n. quodãmodo in manus patris, vt quomõ viderit eum fabricare sic & ipse tale aliquid fabricet in operibus suis. Sed pater iste omnia illa quæ facit: & vult vt attendat eum filius, & talia & ipse faciat, per quem facit. Eia nunc est vt adsis sententiæ tuæ priori, quam mecum recensuisti, mecumq; tenuisti, qa in principio erat verbum, & apud deum verbũ, & deus verbũ, & omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo cum mecum tenueris, quia per verbum facta sunt omnia, rursum carnali sapore & puerili motu facis tibi in animo deum facientem, & verbum attendentem, vt cũ fecerit deus, faciat & verbum. Quid.n. fecit deus præter verbũ? Si.n. facit, nõ omnia p verbũ facta sunt, perdidisti quod tenebas. Si autem omnia p verbum facta sunt, corrige

Act. 4.

qd male intelligebas. Fecit pater, & nō fecit nisi per verbū. Quō attendit verbū vt videat patrem facientem sine verbo, qd similiter faciat verbū? Quicquid fecit pater, per verbū fecit: aut falsum est, omnia per ipsum facta sunt: sed verū est, omnia p ipsum facta sunt. Parum fortasse tibi videbatur, Et sine ipso factum est nihil. Recede ergo ab ista carnis prudentia, & quæramus quemadmodum dictum sit, Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæramus, si digni sumus qui apprehendamus. Fateor enim magna res est, ardua omnino, videre facientem patrem per filium, nō singula opera facientem patrem & filium, sed quodlibet opus patrem per filium, vt nulla opera fiant, vel à patre sine filio, vel à filio sine patre: quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quibus in fundamento fidei firmissime constitutis, iā quale est, videre, quia non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem? Quæris, vt opinor, nosse filium facientem; quære prius nosse filium videntem. Certe quid. n. ait? Non pōt filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrē facientē. Intēde qd dixit, nisi qd viderit patrē faciētē. Præcedit visio, & seqtur effectio: videt. n. vt faciat: Tu qd quæris iā nosse quō faciat, dum nondū scias quō videat? Quid curris ad id quod posterius est, relicto quod prius est? Videntē se dixit & facientē, non facientē & videntē, quia non potest à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Vis vt explicē tibi quomodo faciat? Tu mihi explica quomodo videat. Si hoc tu explicare non potes, nec ego illud: si hoc tu percipere nondum es idoneus, nec ego illud. Vterq́ ergo nostrum quærat, vterq́ pulset, vt vterq́ accipere mereatur. Quid quasi doctus calumniaris indocto? ego ad faciendum, tu ad videndum, ambo indocti à magistro quæramus, nō in schola eius pueriliter litigemus. Tamen simul iam didicimus, quia omnia per ipsum facta sunt. Ergo manifestum est, quia non alia opera facit pater quæ videat filius, vt & ipse faciat similia, sed eadem opera facit pater per filium, quia omnia per verbum facta sunt. Iā quomodo faciat deus quis nouit? Non dico quomodo fecerit mundum, sed quomodo fecerit oculum tuum, cui carnaliter inhærēs, visibilia inuisibilibus comparas. Talia enim de deo cogitas, qualia his oculis videre consuesti. Si autem istis oculis videri posset deus, non diceret, Beati mundo corde, quia ipsi deum videbūt. Ergo habes oculū corporis ad videndum fabrum, sed nondum habes oculum cordis ad videndum deum, ideo quod soles videre in fabro, transferre vis in deum. Pone in terra terrena, sursum cor. Quid ergo fratres charissimi? Explicaturi sumus nos quod interrogauimus, quomodo videat verbum, quomodo pater videatur à verbo, quid sit videre verbi? Non sum tam audax, tam temerarius, vt hoc me explicare pollicear vobis. Vtcunq; suspicor modulū vestrū, nouimus tamen meum. Si ergo placet, non diutius immoremur, percurramus lectionem, & videamus verbis domini turbari corda carnalia: ad hoc turbari, ne in eo quod tenent, remaneant. Extorqueatur tanquam puerile ludicrum, nescio quid, quo se male auocant, vt possint inseri inutiliora grandioribus, vt possint proficere qui repebant in terra. Surge, quære, suspira, anhela desiderio, & ad clausa pulsa. Si autem nondum desideramus, nondum inhiamus, nondum suspiramus, margaritas quibuscūq; proiecturi sumus, aut margaritas qualescūq; nosipsi inuenturi sumus? Mouerim ergo charissimi desideriū in corde vestro: mores perducūt ad intelligentiam: genus vitæ perducit ad genus vitæ. Alia vita terrena, alia vita cœlestis: alia vita pecorū, alia vita hominum, alia vita angelorum. Vita pecorum, terretis uoluptatibus æstuat, sola terrena conquirit, in hæc prona atq; proiecta est: uita angelorū sola cœlestia: uita hominum media est angelorum & pecorū. Si uiuit homo secundū carnem, pecoribus comparatur: si uiuit secundū spiritum, angelis sociatur. Quando secundum spiritū uiuis, quære etiam ipsa angelica uita, utrum paruus an grandis sis. Si enim adhuc paruus es, dicunt tibi angeli, crescе: nos panem manducamus, tu lacte nutrire, lacte fidei, ut peruenias ad cibum spei. Si autem adhuc inhiatur fordidis uoluptatibus, si adhuc fraudes cogitantur, si mendacia non uitantur, si mendacia periuriis cumulantur, tam immundum cor audet dicere, Explica mihi, quomodo uidet uerbum? etiam si posim, etiam si iam uideam. Porrò aūt si forte ego non sum in his moribus, & tamen ab ista uisione longe sum: quantū ille qui nondū isto superno desiderio rapitur, terrenis desideriis prægrauatur? Multum interest inter auersantem & desiderantem & iterum multum interest inter desiderantem & fruentem. Viuis vt pecora, auersaris; angeli perfruuntur. Tu autem si non viuis vt pecora, iam non auersariis. Desideras

Mat. 5.

aliquid & non capis, inchoasti ipso desiderio vitam angelorum: crescat in te & perficiatur in te, & capias hoc à me, sed ab illō qui & me fecit & te. Tamen non vtcunq; nos dimisit & dominus qui voluit intelligi: quia in eo quod dixit, Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, non alia opera pater facit quæ videat filius, & alia filius cum viderit patrem facientem, sed eadem opera ipsa & pater & filius. Secutus enim ait, Quæcunq; ille fecerit, hæc & filius similiter facit.) Non cum ille fecerit, alia filius similiter facit: sed quæcunq; ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Si hæc facit filius quæ fecerit pater per filiū, facit pater. Si per filiū facit quę facit pater, non alia pater, alia filius facit, sed eadem opera sunt patris & filii. Et quomodo eadem facit & filius, & eadem & similiter? Ne forte eadem sed dissimililiter: eadem inquit, & similiter. Et quomodo possit eadem non similiter: accipite exemplum, quod puto ad vos non sit grande. Cū scribimus literas, facit eas primo cor nostrum, & deinde manus nostræ. Certe vnde omnes acclamastis, nisi quia cognouistis certum esse, quod dixi, & manifestum omnibus nobis? Literæ fiunt primo à corde nostro, deinde à corpore nostro. Manus seruit imperanti cordi, easdem literas facit & cor & manus. Nunquid alias cor, alias manus? Nam aliud est cor, aliud est manus. Easdem quidem facit manus, sed non similiter. Cor enim nostrum facit eas intelligibiliter inuisibiliter: manus autem visibiliter. Ecce quomodo fiunt eadē & dissimiliter. Vnde parum fuit domino dicere, quæcunq; pater fecerit, hæc & filius facit: nisi adderet, & similiter. Quòd si enim hoc modo intelligeres, quomodo quæcunq; cor facit, hæc & manus facit, sed non similiter. Hic vero addidit, hæc & filius similiter facit. Si & hæc facit & similiter facit, expergiscere erigatur †Iudæus, credat Christianus, cō uincatur Arrianus hæreticus, æqualis est patri filius. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.) Ecce est illud, demonstrat, cui? Vtiq; quasi videnti. Redimus ad id quod explicare nō possumus, quomodo verbū videat. Ecce homo factus est per verbum: sed homo habet oculos, habet aures, habet manus, diuersa membra in corpore. Per oculos potest videre, per aures potest audire, per manus operari: diuersa membra, diuersa membrorum officia: non potest illud membrum, quod potest alterum, tamen propter corporis vnitatem, oculus & sibi & auri videt, & auris sibi & oculo audit. Nunquid tale aliquid in verbo arbitrandū est esse, quoniam omnia per ipsum? & dixit scriptura in Psalmo, Intelligite qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite, Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Si ergo finxit oculum verbum, si plantauit aurem verbum, quia omnia per verbum, non possumus dicere, non audit verbum, non videt verbū, ne obiurget nos Psalmus & dicat, Stulti aliquando sapite. Itaq; si audit verbum & videt verbum, audit filius & videt filius. Nunquid tamen & in ipso diuersis locis quæsituri sumus oculos & aures? Aliunde audit, aliunde videt: & auris eius non potest quod oculus: & oculus non potest, quod potest auris? An totus ille visus est, & totus auditus? Fortè ita, imò non forte, sed vere ita, dum tamen & ipsum eius videre, & ipsum eius audire, longe alio modo quàm nostrum sit: & videre & audire simul in verbo est, nec aliud ibi est audire, & aliud videre, sed auditus visus, & visus auditus. Et nos qui aliter audimus, aliter videmus, hoc vnde nouimus? Redimus forte ad nos, si nō sumus præuaricatores, quibus dictum est, Redite præuaricatores ad cor: redite ad cor, qd itis à vobis, & peritis à vobis? quid itis solitudinis vias? Erratis vagando, redite, quò? ad dominum: cito est: primo redi ad cor tuum, exul à te vagaris foris; teipsum non nosti, & quæris à quo factus es redi: redi ad cor, tolle te a corpe. Corpus tuū habitatio tua est: cor tuum sentit etiam per corpus tuum: sed corpus tuum non quod cor tuum: dimitte corpus tuum, redi ad cor tuum. In corpore tuo inueniebas alibi oculos, alibi aures, in corde tuo nunquid hoc inuenis? an in corde non habes aures? de quibus ergo dominus dicebat, Qui habet aures audiendi audiat: an in corde non habes oculos? Vnde dicit Apostolus, Illuminatos oculos cordis vestri: Redi ad cor, vide ibi quid sentias forte de deo, quia ibi est imago dei. In interiore homine habitat Christus, in interiore homine renouaris ad imaginem dei, in imagine sua cognosce authorem eius. Vide quemadmodum omnes corporis sensus cordi intrō nuncient id quod senserint foris. Vide quam multos ministros habeat vnus interior Imperator, & quid apud se etiam sine his ministris agat. Renunciant oculi cordi alba & nigra, renunciant aures eidem cordi canora & dissona. Renunciant nares eidem cordi odora & putentia. Renunciat gustus eidem cordi amara

† aliàs stringatur.

Psal. 93.

Esa. 46.

Luc. 8.

Ephe. 1.

& dulcia. Renunciat tactus eidem cordi lenia & aspera. Renunciat sibi ipsum cor iusta & iniusta. Cor tuum & videt & audit, & cætera sensibilia diiudicat, & quò non aspirant corporis sensus, iusta & iniusta, mala & bona discernit. Ostende mihi oculos, aures, nares cordis tui. Diuersa sunt quæ ad cor tuum referuntur, & diuersa ibi membra non inueniuntur. In carne tua alibi audis, alibi vides: in corde tuo ibi audis, vbi vides. Si hoc imago, quanto potentius ille cuius est imago? Ergo & audit filius & videt filius, & ipsa visio & auditio filius: & hoc est illi audire quod esse, profecto & hoc est ille videre quod esse. Tibi non hoc est videre quod esse, quia & si perdas visum, potes esse: & si perdas auditum, potes esse. Putamúsne pulsauimus? Erectum est aliquid in nobis, quod vel tenuiter suspicemur, vnde lumen veniat nobis: puto fratres: quia cum loquimur ista, & cum meditamur, exercemus nos. Et cum exercemus nos in ipsis, & rursus quasi reflectimur pondere nostro ad ista consueta, tales sumus, quales lippientes, cum producuntur ad videndum lumen, si forte antea visum omnino non habebant, & incipiunt eũdem visum per diligentiam medicorum vtcunq; reparare, & cum probare vult medicus quantum salutis eis accesserit, tentat & eis ostendere quod videre desiderant, & non poterant cum cæci essent, & redeunte iam utcunque acie oculorum, producuntur ad lumen. Et cum viderint fulgorem, in ipso reuerberantur quodammodo, & respondent medico demonstrãti, Iam iam vidi, sed videre non possum. Quid ergo facit medicus, Reuocat ad solita & addit collyrium, vt ad illud quod visum est, & videri non potest, desiderium nutriat, & ex ipso desiderio curetur plenius, & siqua mordacia reparandæ sanitati adhibentur, fortiter ferat, vt amore illius lucis accensus dicat sibi, Quando erit vt illud firmis oculis videam, quod sauciis infirmisq; non potui? Vrget medicum, & rogat vt curet. Ergo fratres, si forte tale aliquid factum est in cordibus vestris, si vtcunq; erexistis cor vestrum ad videndum verbũ, & ipsius luce reuerberati ad solita recidistis, rogate medicum vt adhibeat collyria mordacia, præcepta iustitiæ. Est quod videas, sed non est vnde videas. Non mihi antea credebas, quia est quod videas, duce quadam ratione adductus es: propinquasti, intendisti, palpitasti, refugisti. Scis certe esse quod videas, sed idoneum non te esse qui videas. Ergo curare. Quæ sunt collyria? Noli mentiri, noli periurare, noli adulterari, noli furari, noli fraudare. Sed consuesti, & cum aliquo dolore à consuetudine reuocaris, hoc est quod mordet, sed sanat; nam dico tibi liberius ex timore & meo & tuo, si curari restiteris, & esse idoneus ad perfruendum hac luce neglexeris, valetudine oculorũ tuorum tenebras amabis, & amando tenebras, in tenebris remanebis,
Matt. 22. & remanendo in tenebris, etiam in tenebras exteriores proiicieris: ibi erit fletus & stridor dentium. Si nihil in te faciebat amor lucis, faciat timor doloris. Sufficienter me locutum arbitror, & lectionem tamen Euangelicam non finiui. Si dicam reliqua, onerabo vos, & timeo ne etiam quod haustum est effundatur. Sufficiant ergo ista charitati vestræ. Debitores sumus, non nunc, sed semper quandiu viuimus, quia propter vos viuimus: veruntamen uitam nostram istam infirmam laboriosam, periculosam, in hoc mundo consolamini bene uiuendo. Nolite nos contristari & atterere malis moribus uestris. Cum enim offendimur mala uita uestra, si refugiamus à uobis, & separemus nos à uobis, & ad uos non accedamus, nonne conqueremini & dicetis, & si languebamus curare tis, & si infirmabamur uisitaretis? Ecce curamus, ecce uisitamus: sed non nobis fiat quomodo audistis ab Apostolo, Timeo ne sine causa laborauerim in uobis.

Ab eo quod scriptum est, Non potest à se filius facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem: usq; ad id quod ait, Quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me.

Tractatus. XIX.

SErmone pristino quantum nostrum mouit affectum, & intelligendi paupertatem, locuti sumus ex occasione uerborum euangelicorum, ubi scriptum est, Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quid sit uidere filii, hoc est, uidere uerbi, quia filius uerbum, & quia per uerbum facta sunt omnia, quomodo possit intelligi, puod uideat filius primo patrem facientem, tunc demum & ipse faciat quæ facta conspexerit, cũ pater nihil nisi per filium fecerit: omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Non tamen explicatũ aliquid diximus, quia nec explicatum aliquid intelleximus. Aliquando enim sermo deficit, ubi etiam intellectus proficit: quanto magis sermo patitur defectionem, quando intellectus non habet perfectionem?
36 Nunc itaque quantum dominus donat, breuiter percurramus lectionem, & uel hodie ex
B pleamus debitum pensum. Si quid forte remanserit uel temporis uel uirium, retractabimus si potuerimus, quantum & à nobis & apud uos fieri potest. Quid sit uidere uerbi, demonstrari uerbo non potest: omnia quippe dicta sunt hic, quæ si intelligantur secundum humanum sensum carnaliter, nihil aliud nobis facit anima plena phantasmatis, nisi quasdam imagines uelut duorum hominum patris & filii, unius ostendentis, alterius uidentis: unius loquentis, alterius audientis, quæ omnia idola cordis sunt. Quæ si iam deiecta sunt de templis suis, quanto magis deiicienda sunt de cordibus Christianis? Nõ potest, inquit, filius à se facere quicquam nisi quod uiderit patrem facientem. Verum est hoc, tenete hoc: dum tamen non amittatis, quod in ipsius Euangelii exordio tenuistis, Ioan. 1.
quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, & præcipue quia omnia per ipsum facta sunt. Quod nunc enim audistis, coniungite illi auditui, & utrunq; concordet in cordibus uestris. Sic itaq; nõ potest filius à se facere quicquam,
36 nisi quod uiderit patrem facientem, ut tamen pater ea quæ facit nõ faciat, nisi per filiũ,
C quia filius eius est uerbum, & in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, quia omnia per ipsum facta sunt. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.) Non alia, sed hæc: nec dissimiliter, sed similiter. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.) Ad hoc quod supra dixit, Nisi quod uiderit patrem facientem, uidetur pertinere, & quod omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Sed si pater demonstrat quæ facit, nec filius potest facere nisi pater demonstrauerit: paterq; demonstrare non potest nisi fecerit, consequens erit ut non per filium faciat omnia pater. Porrò si fixũ atq; inconcussum tenemus, quia per filium omnia pater facit, antequã faciat demonstrat filio, ut filius demonstrata faciat: quæ demonstrata iam facta sunt aliquid procul dubio pater sine filio fecit: sed non facit pater aliquid sine filio, quia filius dei uerbum dei est, & omnia per ipsum facta sunt. Remanet igitur fortasse, ut quæ pater facturus est, demonstret facienda ut per filium sint facta: nam si filius ea facit quæ pater facta demõstrat, [ea quæ pater facta demonstrat,] non utiq; per filium facit. Mon strari enim non possent filio nisi facta: filius facere non posset, nisi monstrata fuerint:
36 ergo sine filio facta? Sed uerum est, omnia per ipsum facta sunt, ergo antequã facta, mõ
D strata sunt. Sed hoc diximus differendum esse, quò redeundum sit percursa lectione, si ut diximus, aliquid uel temporis uel uirium nobis remanserit, ad ea quæ distulimus retractanda. Amplius audite & difficilius. Et maiora his, inquit, demonstrabit ei opera, ita ut uos miremini.) Maiora his, quibus maiora? Facile occurrit iis quæ modo audistis, curationibus languorum corporalium. De isto enim qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, & Christi uerbo sanatus est, nata est huius occasio tota sermonis. Et propter hoc dominus dicere potuit, maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Sunt. n. opera maiora quàm ista, & demonstrabit ea pater filio. Non demonstrauit ei tanquã de præterito sed demonstrabit de futuro, hoc est, demõstraturus est. Rursus difficilis oritur quæstio. Est enim aliqd apud patrem quod filio nondũ demonstratũ sit: & aliquid apud patrem quod adhuc latebat filiũ, quando ista filius loquebatur. Si enim demonstrabit, hoc est, demonstraturus est, nondum demonstrauit, & filio tũc demonstraturus est quã-
36 do & istis: sequitur enim ita ut uos miremini. Et hoc difficile est uidere, quomodo tan-
E quam temporaliter filio cæterno aliquid demonstret æternus pater omnia scienti, quę sunt apud patrem. Quæ sunt tamen illa maiora? Hoc. n. forte facile est intelligere. Sicut enim pater, inquit, suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat.) Maiora ergo sunt opera mortuos suscitare, quã languidos sanare. Sed sicut resuscitat pater mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Alios ergo pater, alios filius? Non, sed omnia per ipsum. Ipsos itaq; filius quos & pater: quia non alia, nec aliter sed hæc & filius similiter facit. Ita planè intelligẽdũ est, & ita tenẽdũ: sed memẽtote quia filius quos uult uiuificat. Tenete hic ergo nõ solũ potestatẽ filii, uerũ etiã uolũtatẽ, & filius quos uult uificat, & pater quos uult uiuificat, & ipsos filius quos & pater: ac p hoc eadẽ patris & filii potestas est & uolũtas. Quid est ergo qd sequitur? Neq; n. pater iudicat quenquã, sed iudiciũ omne dedit filio, ut omnes honorificẽt filiũ, sicut honorificãt patrem.) Quod ita

subiunxit tanquam rationem reddens superioris sententiæ: multum mouet, intenti estote. Filius quos vult viuificat, pater quos vult viuificat. Filius suscitat mortuos, sicut pater suscitat mortuos: neq; enim pater iudicat quenquam. Si in 36
iudicio suscitandi sunt mortui, quomodo pater suscitat mortuos, si non iudicat F
quenquam? Omne quippe iudicium dedit filio: in illo autem iudicio suscitantur mortui, & resurgent alii ad vitam æternam, alii ad pœnam. Quod totum si filius facit, pater autem ideo non facit, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, contrarium videbitur ei quod dictum est, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat: simul ergo suscitant. Si simul suscitant, simul viuificant, simul ergo iudicant: quomodo itaq; verum est, Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Moueant interim propositæ questiones, præstabit dominus vt solutæ delectent. Ita est fratres, Omnis quæstio nisi intentum fecerit proposita, non delectabit expolita. Sequatur ergo ipse dominus, ne forte in iis quæ subnectit, aperiat se aliquantum. Subtexit enim nubilo lucem suam, & difficile est aquilæ more volare super om- 36
nem nebulam qua tegitur omnis terra: & videre in verbis domini syncerissimam G
lucem. Ne forte ergo calore radiorum suorum discutiat caliginem nostram, & aliquantulum se in consequentibus aperire dignetur, dilatis istis sequentia videamus. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.) Hoc verum est & planum est. Omne quippe iudicium dedit filio, sicut supra dixit, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Quid si inueniuntur qui patrem honorificant, & non honorificant filium? Non potest, inquit, fieri, qui non honorificant filium, non honorificant patrem qui misit illum. Non potest ergo dicere aliquis, Ego patrem honorificabam, quia filium non noueram; si nondum filium honorificabas nec patrem honorificabas. Quid est ergo honorificare patrem, nisi quod habeat filium? Aliud est enim cum tibi commendatur deus quia deus est: & aliud est, cum tibi commendatur deus quia pater est. Cum tibi quia deus est commendatur, creator tibi commendatur, omnipotens tibi commendatur, spiritus quidem sumus, æternus, inuisibilis, incommutabilis tibi commendatur. Cum vero tibi, quia pater est, commendatur, nihil tibi aliud quàm & filius commendatur: quia pater dici non potest, si filium 36
non habet: sicut nec filius, si patrem non habet. Sed ne forte quidem patrem H
honorifices tanquam maiorem, filium vero tanquam minorem, vt dicas mihi, honorifico patrem: scio enim quod habeat filium, & non erro in patris nomine, non enim patrem intelligo sine filio: honorifico tamen & filium tanquam minorem, corrigit te ipse filius & reuocat te dicens, vt omnes honorificent filium non inferius, sed sicut honorificant patrem. Qui ergo non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Ego, inquis, maiorem honorem volo dare patri, minorem filio. Ibi tollis honorem patri, vbi minorem das filio. Quid enim aliud tibi videtur ita sentienti, nisi quia pater æqualem sibi filium generare, aut noluit, aut non potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Non ergo vides, quia ita sentiendo vbi maiorem honorem vis dare patri, ibi es contumeliosus in patrem? Proinde sic honorifica filium, quomodo honorificas patrem, si vis honorificare & patrem & filium. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam.) Non nunc transit, sed iam transiit à morte in vitam. Et hoc attendite, qui verbum meum audit: & non dixit, & credit mi- 36
hi: sed, credit ei qui me misit. Verbum ergo filii audiat, vt patri credat. Quare I
verbum audit tuum, & credit alteri? Nonne cum verbum alicuius audimus, eidem verbum proferenti credimus, loquenti nobis fidem accommodamus? Quid ergo voluit dicere, qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, nisi quia verbum eius est in me? Et quid est, audit verbum meum, nisi audit me? Qui credit mihi, & credit ei qui misit me, quia cum illi credit, verbo eius credit: cum autem verbo eius credit, mihi credit: quia verbum patris ego sum. Pax ergo in scripturis, & omnia disposita, nequaquam rixantia. Tu abiice litem cordis tui, in-

telligẽ concordiam scripturarum: nunquid contraria sibi diceret veritas, Qui audit, inquit, verbum meum, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam? Meministis quod superius posuerамus, quia sicut pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Incipit iam aperire se & loqui de resurrectione mortuorum, & ecce resurgunt mortui, Qui enim verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet. Proba quia resurrexit, sed transit, inquit, à morte ad vitam. Qui transiit à morte ad vitam, nullo dubitante vtiq; resurrexit. Non enim transiret de morte ad vitam, nisi primo esset in morte, & non
36 esset in vita: cum autem transierit, erit in vita, non erit in morte. Mortuus ergo
K erat & reuixit, perierat & inuentus est. Fit proinde iam quædam resurrectio, & transeunt homines à morte quadam ad quandam vitam: à morte infidelitatis, ad vitam fidei: à morte falsitatis, ad vitam veritatis: à morte iniquitatis, ad vitam iustitiæ. Est ergo & ista quædam resurrectio mortuorum. Aperiat illam plenius, & diluceſcat nobis vt cœpit. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est.) Nos expectabamus in fine resurrectionem mortuorum, nam ita credimus. Imò non expectabamus: sed planè expectare debemus: neque enim falsum credimus in fine mortuos resurrecturos. Cum ergo vellet dominus noster Iesus insinuare nobis quandam resurrectionem mortuorum, ante resurrectionem mortuorum, non sicut Lazari, vel filii illius viduæ, vel filiæ archisynagogi, qui resurrexerunt morituri: nam & ipsorum mortuorum quædam resurrectio facta est ante resurrectionem mortuorum: sed sicut hic dicit, Habet, inquit, vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transiit à morte ad vitam. Ad quam vitam? ad æternam: non Ioan. 11.
autem sicut corpus Lazari: transiit enim & ille à morte sepulchri ad vitam hominũ, Luc. 7.
63 sed non ad æternam, iterum moriturus: resurrecturi autem in fine seculi mortui, Marci. 5.
L in vitam æternam transibunt. Cum ergo vellet dominus noster Iesus Christus magister cœlestis, verbum patris & veritas demonstrare nobis quandam resurrectionẽ mortuorum in vitam æternam, ante resurrectionem mortuorum in æternam vitã. Venit hora, inquit, tu proculdubio imbutus fide resurrectionis carnis, expectabas horam illam finis seculi, diem iudicii, quam ne in isto loco expectares, addidit, & nunc est. Quod ergo dicit, Venit hora non dicit de illa hora nouissima, vbi in iussu & voce archangeli & in tuba dei dominus ipse descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi, deinde nos venientes qui reliqui sumus, simul rapiemur cũ illis in nubib. obuiam Christo in aera, & ita semper cum domino erimus. Et veniet illa hora, sed non est nunc. Hora vero ista quæ sit, aduertite. Venit hora & nunc est. Quid in ea fit? Quid nisi resurrectio mortuorum? Et qualis resurrectio? Vt qui resurgunt, in æternum viuant? Hoc erit & in nouissima hora. Quid 1. Thes. 4.
igitur, quomodo intelligemus duas istas resurrectiones? Nunquid forte qui nunc resurgunt, tunc non resurgent, vt aliorum fiat tunc resurrectio, aliorum nunc? Non est ita, nam ista resurrectione, si recte credimus, resurreximus: & nosipsi qui
36 iam resurreximus, alteram in fine resurrectionem expectamus. Sed & nunc in æter-
M nam vitam resurreximus, si in fide ipsa perseueranter manemus: & tunc in æternam vitam resurgemus, quando angelis coæquabimur. Ipse ergo distinguat, ipse aperiat quod loqui ausi sumus, quomodo fiat resurrectio ante resurrectionem, non aliorum & aliorum, sed eorundem: nec talis qualis Lazari, sed in vitam æternam. Aperiet planè. Audite diluceſcentem magistrum, & illabentem cordibus nostris solem nostrum, non quem desiderant oculi carnis, sed cui æstuant aperiri oculi cordis. Ipsum ergo audiamus, Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui, Videte exprimi resurrectionem. Quando mortui audient vocem filii dei, & qui audierint viuent.) Quare addidit, qui audierint viuent? Possent enim audire nisi viuerent? Sufficeret ergo, Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filii dei. Iam nos si intelligeremus viuentes eos, quando nisi viuerent, audire non possent: non inquit, quia viuunt audiunt, sed audiendo reuiuiscunt. Audient, & qui audierint viuent. Quid est ergo audiẽt, nisi obaudiẽt? Quantũ.n. pertinet ad auris auditũ, nõ oẽs q au-

dient viuent: multi enim audiunt, & non credunt. Audiendo & non credendo non obau
diunt, non obaudiendo non viuent. Itaq; hic, qui audient, nihil est aliud, quàm qui obe
dient. Qui ergo obedierint viuent, certi sunt, securi sunt, viuent. Prædicatur Christus
verbum dei, filius dei, per quem facta sunt omnia, certe dispensationis gratia, assumpta
carne natus ex virgine, infans in carne, iuuenis in carne: patiens in carne, moriẽs in car
ne, resurgens in carne, ascendens in carne: promittens resurrectionem carni, promittens
resurrectionem menti: menti ante carnem, carni post mentem. Qui audit & obaudit vi
uet: qui autem audit & non obaudit, id est, qui audit & contemnit, audit & non credit,
non viuet. Quare non viuet? quia non audit. Quid est non audit? nõ obaudit. Ergo qui
audierint, viuent. Attende nunc quid dixerimus differendum, vt nunc si fieri potuerit
aperiatur. Subiecit continuo de hac ipsa resurrectione, Sicut. n. pater habet vitam in se
metipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.) Quid est, habet vitam pater in se
metipso? Non alibi habet vitam, sed in semetipso: viuere quippe suum in illo est & non
aliunde. Et non alienum est, nõ quasi mutuatur vitam, nec quasi particeps sit vitæ, eius
vitæ quæ non est quod ipse: habet vitam in semetipso, vt ipsa vita sibi sit ipse. Si potue
ro adhuc modicum quid inde dicere exemplis propositis ad intelligentiam vestram in
formandam, domino adiuuante potuero, & pietate intentionis vestræ. Viuit deus, viuit
& anima: sed vita dei immutabilis est, vita animæ mutabilis est: Deus nec proficit nec
deficit, sed est ipse semper in se, est ita vt est, non aliter nunc, aliter postea, aliter antea:
animæ vero vita, valde aliter atq; aliter. Viuebat stulta, viuit sapiens: viuebat iniqua,
viuit iusta. Nunc meminit, nunc obliuiscitur: nunc discit, nunc discere nõ potest. Nunc
perdit quod didicerat, nunc recipit quod amiserat. Mutabilis vita animæ, & cum viuit
Roma.4. anima in iniquitate, mors eius est. Cum autem fit iusta, fit particeps alterius vitæ, quæ
non est quod ipsa: erigendo se quippe ad deum & inhærendo deo, ex illo iustificatur. Di
ctum est enim. Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiã.
Deficiendo ab illo fit iniqua, proficiendo ad illum fit iusta. Nõnne videtur tibi quasi ali
quid frigidum, igni admotum feruescere, remotum ab igne torpescere? Nõne videtur
tibi quiddam tenebrosum, admotum luci clarescere, remotum à luce nigrescere? Tale
quiddam est anima, non tale aliquid deus. Potest & homo dicere habere se lucem nunc
in oculis suis: Dicant ergo quasi quadam voce propria oculi tui si possunt, Habemus lu
cem in nobisipsis. Contra dicitur, non proprie dicitis, habere vos lucem in vobisipsis:
habetis lucem, sed in cœlo. Habetis lucem, si forte nox est, sed in luna, in lucernis, nõ in
vobisipsis: nam clausi amittitis, quod aperti percipitis. Non in vobisipsis habetis lucẽ,
sole occidente tenete lucem si potestis. Nox est, & lumine nocturno perfruimini: sub
ducta lucerna tenete lucem. Cum vero subducta lucerna in tenebris remaneatis, non lu
cem in vobisipsis habetis. Hoc est ergo habere lucem in semetipso, non indigere luce
ex altero. Ecce vbi, si quis intelligat, ostendit filium æqualem patri, vbi ait, Sicut habet
pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.) Vt hoc solum in
tersit inter patrem & filium, quia pater habet vitam in semetipso quam nemo ei dedit.
Filius autem habet vitam in semetipso quam pater dedit. Sed etiam hic oritur aliquod
nubilum discutiendum. Non deficiamus, intenti simus: pascua mentis sunt, non fasti
diamus vt viuamus. Ecce, inquis, fateris ipse, quòd vitam filio pater dedit, vt habeat eã
quidem in semetipso, sicut habet pater vitam in semetipso. Non indiget ille, non indige
at & iste: vt sit ille vita, sit & iste, & vtrunq; coniunctum vna vita, nõ duæ: quia vnus
deus, non duo dii, & hoc ipsum sit esse vitam. Quomodo ergo dedit filio vitã pater? Non
sic quasi antè fuerit filius sine vita, atq; vt viueret à patre acceperit vitam: nam si hoc
esset, non haberet vitam in semetipso. Ecce de anima loquebar. Est anima, etsi non sit sa
piens, etsi non sit iusta, anima est: etsi non sit pia, anima est. Aliud illi ergo est esse ani
mam: aliud vero, esse sapientem, esse iustam, esse piam. Est ergo aliquid quod nondũ est
sapiens, nondum iusta, nondum pia, non tamen nihil est, non tamen nulla vita est: nã
ex operibus quibusdam suis ostendit se uiuam, etsi non se ostendit sapientem, piam, iu
stam. Nisi enim viueret, corpus non moueret pedibus gressum, manibus opus, oculis
intuitum, auribus auditum, non aperiret os ad vocem, linguam ad distinctionem vo
cum non moueret. His itaq; operibus viuere se ostendit, & esse aliquid quod sit corpo
re melius. Sed nunquid his operibus, sapientem, piam, iustam se ostendit? Nonne am-

37 bulant, operantur, vident, audiunt, loquuntur & stulti, & impii, & iniusti? Cum vero se
E erigit ad aliquid quod ipsa non est, & quod supra ipsam est, & à quo ipsa est: percipit sa
pietiam, iustitiam, pietatem, sine quibus cum esset, mortua erat, nec vitam habebat qua
ipsa viueret, sed qua corpus viuificaret. Aliud est enim in anima vnde corpus viuificatur,
aliud vnde ipsa viuificatur. Melius quippe est quàm corpus, sed melius quàm ipsa est de
us. Est ergo ipsa etiam si sit insipiens, iniusta & impia, vita corporis. Quia vero vita eius
est deus, quomodo cum ipsa est in corpore, præstat illi vigorem, decorem, mobilita-
tem, officia membrorum: sic cum vita eius deus in ipsa est, præstat illi sapienti am, pie
tatem, iustitiam, charitatẽ. Aliud est ergo, quod præstatur corpori de anima: aliud, quod
præstatur animæ de deo. Viuificat & viuificatur: mortua viuificat, sed ipsa non viuifica
tur. Veniente itaq; verbo & infuso audientibus factis q illis non solum audientibus, sed
etiam obedientibus, resurget anima à morte sua ad vitam suam, hoc est, ab iniquitate,
ab insipientia, ab impietate ad deum suum, qui est illi sapientia, iustitia, charitas. Resur
gat ad illum, illuminetur ab illo. Accedite, inquit, ad deum. Et quid nobis erit? Et illu-
37 minamini. Si ergo accedendo illuminamini, & recedendo tenebramini, non erat in vo-
F bis lumen vestrum, sed in deo vestro. Accedite, vt resurgatis: si recesseritis, morieniini. Psal.33.
Si ergo accedendo viuitis, recedendo morimini, non erat in vobis vita vestra: Ipsa est
enim vita vestra, quæ est lux vestra. Quoniã apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vide- Psal.35.
bimus lumen. Non ergo sicut anima aliquid aliud est antequam illuminetur, & fit me
lius cum illuminatur participatione melioris: ita & verbum dei, filius dei, aliquid aliud
erat antequam acciperet vitam, ut participando habeat uitam, sed uitam habet in se
metipso, ac p hoc ipse est ipsa uita. Quid ergo ait, dedit filio uitã habere in semetipso? Bre
uiter dixerim, genuit filiũ. Neq; erat sine uita, & accepit uitã, sed nascendo uita est. Pater
uita est nõ nascẽdo filius uita est nascẽdo. Pater de nullo patre, filius de deo patre. Pater
quod est, à nullo est: quod autem pater est, propter filium est. Filius vero & quod filius
est propter patrem est: & quod est, à patre est. Et hoc ergo dixit, uitam dedit filio, ut
haberet eam in semetipso, tanquam diceret, Pater qui est uita in semetipso, genuit fili-
37 um qui esset uita in semetipso. Pro eo enim quod est, genuit, uoluit intelligi, dedit, tan-
G quam si cuiquam diceremus, dedit tibi deus esse. Cui dedit? Si alicui iam existenti de-
dit esse, non ei dedit esse, quia erat antequam ei daretur qui posset accipere. Cum er-
go audis, dedit tibi esse, non eras qui acciperes, & existendo accepisti ut esses, De-
dit structor domui huic ut esset, sed quid ei dedit? Vt domus esset. Cui dedit? Huic
domui. Quid ei dedit? ut domus esset. Quomodo potuit dare domui, ut domus es-
set? Etenim si domus erat, cui daretur ut domus esset, quando iam domus erat?
Quid est ergo, dedit ei ut domus esset? Fecit ut domus esset. Quid ergo filio dedit?
Dedit ei ut filius esset. Genuit ut uita esset hoc est, dedit habere ei in uitam in semet-
ipso ut esset uita, non egens uita, ne participando intelligatur habere uitam. Si enim
participando haberet uitam non in semetipso, posset & amittendo esse sine uita: hoc
in filio ne accipias, ne cogites, ne crẽdas. Manet ergo pater uita, manet & filius uita. Pa
ter uita in semetipso, non à filio: filius uita in semetipso, sed à patre. A patre genitus
37 ut esset uita in semetipso: pater uero non genitus, uita in semetipso, nec minorem
H filium genuit, qui crescendo fieret æqualis. Non enim ad sui perfectionem adiutus est
tempore, per quem perfectum creata sunt tempora. Ante omnia tempora patri coæter
nus est: non enim unquam pater sine filio. Aeternus autem pater est, ergo coæter-
nus & filius. Quid tu anima? Mortua eras, amiseras uitam, audi patrem per filium,
surge, recipe uitam, ut in eo recipias uitam, quam non habes in te, qui habet uitam in
semetipso. Viuificat ergo te pater & filius, & agitur prima resurrectio, quando resur-
ges ad participandam uitam, quod tu non es, & participando efficeris uiuens. Resurge
a morte tua ad uitam tuam, qui est deus tuus, & transi à morte in uitam æternam. Ha
bet enim uitam æternam pater in semetipso, & nisi filium talem generaret, qui haberet
uitam in semetipso, non sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos ue-
let uiuificaret. Quid ergo de illa resurrectione corporis? Nam & isti qui audiunt & ui-
37 uunt, unde nisi audiendo uiuunt? Amicus enim sponsi stat & audit eum, & gaudio
I gaudet propter uocem sponsi, non propter uocem suam, hoc est, participando, non
existendo audiunt & uiuunt: & omnes qui audiunt uiuunt, quia omnes qui obediunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuunt. Dic aliquid domine etiam de resurrectione carnis: fuerunt enim qui eam negarent, & dicerent, quia ista sola est resurrectio, quæ fit per fidem: cuius resurrectionis modo dominus fecit commemorationem, & inflammauit nos, quia quidam mortui audient uocem filii dei & uiuent. Non eorū qui audierint alii morientur, alii uiuent: sed omnes qui audierint uiuent, quia omnes qui obedierint uiuent. Ecce uidemus resurrectionem mentis, non ergo amittamus fidem de resurrectione carnis. Et nisi tu domine Iesu dixeris eam, quem opponemus contradictionibus. Omnes enim sectæ quæ se aliqua religione hominibus inserere præsumpserunt, non negauerunt istam mentium resurrectionem, ne diceretur eis: si non resurgit anima, quare mihi loqueris? Quid in me facere uis? Si non facis ex deteriore meliorem, quare mihi loqueris? Si nō facis ex iniquo iustum, quare mihi loqueris? Si autem facis ex iniquo iustum, & ex impio piū, & ex stulto sapientem, & fateris resurgere animam meam, si tibi obtemperauero, si tibi credidero. Volentes ergo sibi credi omnes qui instituerunt alicuius etiam falsæ religionis sectā, negare istam mentium resurrectionem non potuerunt, omnes de illa consenserunt. Sed multi carnis resurrectionem negauerūt, dixerunt in fide iam factam esse resurrectionē. 2.Tim.2. Talibus resistit Apostolus dicens, Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Iam factam esse resurrectionem dicebant, sed eo modo ut alia non speraretur, & reprehendebant homines, qui sperabant resurrectionem carnis, uelut iam resurrectio quæ promissa erat, credendo impleretur in mente. Reprehendit eos Apostolus. Cur eos reprehēdit? Nonne hoc docebant quomodo dominus loquebatur, Venit hora & nūc est, quando mortui audient uocem filii dei, & qui audierint uiuēt? Sed de uita mentium loquor adhuc: tibi ait Iesus, Nondum loquor de uita corporum, sed loquor de uita uitæ corporū, id est, de uita animarū, in qbus est uita corporū: nā scio esse corpora i monumētis iacētia, scio & corpora uestra i monumētis futura. Nōdū de illa resurrectione loquor. De ista loquor, de ista resurgite, ne ad pœnā in illa resurgatis. Sed ut noueritis, qa de illa loquor qd addo? Sicut n. hēt pater vitā in semetipso: sic dedit & filio habere vitā in semet ipso.) Hæc vita qd pater est, qd filius est, ad qd pertinet, ad animā, an ad corpus? Nō. n. vitam illam sapientiæ sentit corpus, sed mens rationalis. Nā nec omnis anima potest sentire sapientiam: habet enim & pecus animam, sed pecoris anima non potest sentire sapientiam. Ergo anima humana potest, sentire istam vitam, quam habet pater in semetipso, & dedit filio vitam habere in semetipso, quia illud est verum lumen quod illuminat non omnem animam, sed omnem hominem venientem in hunc mundum. Cum enim ipsi menti loquor, audiat, id est, obediat & viuat. Noli itaq; domine tacere de resurrectione carnis, ne non eam credant homines, & remaneamus nos argumentatores, nō prædicatores. Ergo sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Intelligant qui audiunt, credant vt intelligant, obediant vt viuant. Audiant adhuc aliud, ne hic finitam esse resurrectionem putent. Et dedit ei potestatem & iudicium facere.) Quis dedit? pater. Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei & iudicium facere. Quia filius hominis est.) Iste enim Christus, & filius dei, & filius hominis est. In principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deum. Ecce quomodo dedit ei vitam habere in semetipso. Sed quia verbum caro factū est & habitauit in nobis, ex virgine Maria homo factus, filius hominis est. Proinde quia filius hominis est, quid accepit? Potestatē & iudiciū facere. Quod iudicium? In fine seculi, & ibi erit resurrectio 4.sen.di. 48.c.sed cum. mortuorum, sed corporum, Animas ergo suscitat deus; per Christum filium dei: corpora suscitat deus per eundem Christum filium hominis. Dedit ei potestatem. Hanc potestatem non haberet nisi acciperet, & esset homo sine potestate: sed ipse est filius hominis, qui & filius dei. Hærendo enim ad vnitatem personæ filius hominis filio dei, facta est vna persona, eademq; filius dei quæ & filius hominis. Quid aūt, ppter qd habeat dinoscendū est. Filius hominis habet animā, habet corpus: filius tū dei qd est verbū dei, habet hominē, tanq; anima corpus. Sicut anima habens corpus nō facit duas personas, sed vnū hominē: sic verbū habens hominem, non facit duas personas sed vnum Christum. Quid est homo? Anima rationalis habens corpus: quid est Christus? Verbum dei habens hominem. Video de quibus rebus loquar, & quis loquar, & quibus loquar. Nunc

38 audite resurrectionem corporum non me, sed dominum locuturum, propter eos qui re-
A surrexerūt surgendo à morte, inhærendo vitæ. Cui vitæ? Quæ non nouit mortem. Quare non nouit mortem? quia nescit mutabilitatem. Quare nescit mutabilitatem? quia vita est in semetipso. Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Quod iudicium, & quale iudicium? Nolite mirari hoc.) quia dixi, dedi ei potestatem & iudicium facere. Quia venit hora.) Non addidit, & nunc est, Ergo horam quandam vult insinuare in fine seculi. Hora autem nunc est vt resurgant mortui, hora erit in fine seculi vt resurgant mortui. Sed resurgunt, nunc in mente, tunc in carne. Resurgunt nunc in mente, per verbum dei filium dei: resurgent tunc in carne per verbum dei carnem factum filium hominis. Neq; enim ad iudicium viuorum & mortuorum pater ipse venturus est, nec tamen recedit à filio pater. Quomodo ergo non ipse vēturus est? quia non ipse videbitur in iudicio. Videbunt in quem pupugerunt. Forma illa
38 erit iudex, quæ stetit sub iudice: illa iudicabit quæ iudicata est: iudicata est enim iniquè,
B iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui & apparebit: etenim forma dei quomodo apparebit iustis & iniustis? Nam si iudicium non fieret nisi inter solos iustos, appareret tanquam iustis forma dei. Quia vero iudicium futurum est iustorum & iniquorum, nec licet vt iniqui videant deum. Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt: talis apparebit iudex, qualis videri possit & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Forma ergo serui videbitur, occulta erit forma dei. Occultus erit in seruo filius dei, & appebit filius hois, quia ptātē dedit ei & iudiciū facere, qa filius hois est. Et qa ipse solus apparebit in forma serui: pater autē non apparebit, quia non est indutus forma seruitis: ideo superius ait, pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Bene ergo dilatum est, vt ipse esset expositor qui propositor: superius enim occultū erat: nunc autem, vt arbitror, manifestum est, quia dedit ei potestatem & iudicium facere, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, quia iudicium per illam formam futurum est, quam non habet pater. Et quale iudicium? Nolite mirari hoc, quia ve- Mat.5.
38 nit hora, non ea quæ nunc est, vt resurgant animæ: sed quæ futura est, vt resurgant cor-
C pora. Expressius hoc dicat, vt calumniam hæreticus negator resurrectionis corporis nō inueniat, quanquam iam intellectus eluceſcat. Cum superius dictum est, venit hora: addidit, & nunc est. Modo autem, venit hora; non addidit, & nunc est. Tamen omnes ansas, omnes clauiculas calumniarum, omnes nodos laqueorum aperta veritate dirumpat. Nolite mirari hoc, quia venit hora. In qua omnes qui in monumentis sunt.) Quid euidentius, quid expressius? Corpora sunt in monumentis: animæ non sunt in monumentis, nec iustorum, nec iniquorum. Iusti anima in sinu Abrahæ fuit, iniqui anima apud inferos torquebatur: in monumento, nec illa, nec illa. Superius quando ait, Venit hora & nūc est, obsecro intendite. Nostis fratres, quia ad panem ventris cum labore peruenitur, quā to magis ad panem mentis? Cum labore statis & auditis sed nos cum maiore stamus & loquimur. Si laboramus propter vos, collaborare non debetis propter eosdem vos? Superius ergo cum diceret, venit hora, & adderet, & nunc est, quid subiecit? Quando mor-
38 tui audient vocem filii dei, & qui audierint viuent. Non dixit, omnes mortui audient, &
D qui audierint viuent: mortuos enim iniquos volebat intelligi: & nunquid omnes iniqui obediunt Euangelio? Aperte dicit Apostolus, sed non omnes obediunt Euangelio. Tamen qui audiunt viuent; quia omnes qui obediunt Euangelio, transeunt ad vitam æter- Roma.10.
nam per fidem: non tamen omnes obediunt, & hoc nunc est. At vero in fine omnes qui sunt in monumentis, hoc est, iusti, & iniusti, Audient vocem eius, & procedent.) Quomodo noluit dicere & viuent? Omnes enim procedent, sed non omnes viuent. Ideo quippe quod supra dixit, Et qui audierint viuent, in ipsa obeditione vitam æternam intelligi voluit & beatam, quam non omnes habebunt, qui de monumentis procedent. Iam ergo & commemoratione monumentorum, & expressione processionis de monumentis aperte intelligimus corporum resurrectionem: audient omnes vocem eius & procedent. Et vbi iudicium, si omnes audient, & omnes procedent? Quasi totum confusum est, nihil video discretum. Certe accepisti potestatem iudicandi, quia filius hominis es. Ecce
38 aderis in iudicio, resurgent corpora: de ipso iudicio dic aliquid hoc est, de discretione
E malorum & bonorum. Et hoc audi, Qui bene fecerint, in resurrectionem vitæ: qui male

Universidad de Deusto
Biblioteca

egerunt,in resurrectionem iudicii.) Superius cum de resurrectione mẽtium & animarũ loqueretur,nunquid fecit discretionem? Sed omnes qui audient,viuent,quia obediendo viuent: at vero resurgendo & procedendo de monumentis,non omnes ad vitam æternã ibunt,sed qui bene fecerunt: qui autem male, ad iudicium. Hic enim iudicium pro pœna posuit,& erit diremptio, & non qualis modo est: nam & modo separamur non locis, sed moribus,adfectionibus,desideriis,fide,spe,charitate: simul enim cum iniquis viuimus,sed non vna vita est omnium. In occulto dirimimur, in occulto separamur,quomodo grana in area,non quomodo grana in horreo. Et separantur grana in area & miscentur. Separantur,cum à palea expoliantur:miscentur,quia nondũ ventilantur. Tunc aperta erit separatio,sicut morum,sic & vitæ: sicut sapientiæ,ita & corporum. Eunt qui bene fecerunt,viuere cum angelis dei: qui male egerunt, torqueri cum diabolo & angelis eius,& transient forma serui. Adhoc certe se præsentauerat,vt faceret iudicium:post iudicium perget hinc,ducet secum corpus cui caput est, & offerent regnum deo, tunc planè videbitur forma illa dei,quæ non potuit videri ab iniquis,quorum visioni forma serui exhibenda erat. Dicit & alibi sic,Ibunt isti in combustionem æternam,de quibusdam sinistris:iusti autem in vitam æternam;de qua alio loco dicit, Hæc est autem vita æterna,vt cognoscant te vnum verum deum,& quem misisti Iesum Christum. Tunc ibi apparebit,qui cum forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: tunc se
Ioan.14. ostendet,quomodo se dilectoribus suis ostensurum promisit. Qui enim diligit me, ait, mandata mea custodit: & qui diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& ostendam meipsum illi. Quibus loquebatur,præsens eis erat: sed formam serui videbant,formam autem dei non videbant. Per iumentum ad stabulum ducebantur curandi, sed sanati videbunt: quia ostendam,inquit, meipsum illis. Quomodo ostenditur æqualis patri,cum dicit Philippo, Qui me videt,videt & patrem meum? Non possum ego à meipso facere,quicquam,sicut audio iudico,& iudicium meum iustum est.) Et quia dicturi illi eramus, Si tu iudicabis & pater non iudicabit, quia omne iudicium dedit filio, non ergo secundum patrem iudicabis: adiecit, Non possum ego à meipso facere quicquam: sed ut audio,iudico, & iudicium meum iustum est. Quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.) Certe filius quos vult viuificat,non quærit voluntatem suam,sed voluntatem eius qui misit illum: non meam, non propriam: non meam, non filii hominis:non meam quæ resistat deo;Faciunt enim homines uolũtatem suam, non dei,quando faciunt quod volunt,non quod iubet deus: quando autem ita faciunt quod uolũt,ut tamen sequantur uoluntatem dei, non faciunt uoluntatem suam, quamuis quod uolunt faciant. Volens fac quod iuberis, atq; ita & hoc facias quod uis, & non uoluntatem tuam facies, sed uoluntatem iubentis. Quid ergo,sicut audio ita iudico? Audit filius,& demõstrat ei pater,& videt filius patrem facientem. Et ista distuleramus paulo enucleatius pro uiribus pertractare, si tempus nobis peracta lectione & uires remanserint. Si dicam me posse loqui adhuc,forte & uos audire iam non potestis. Item forte auiditate audiẽdi dicitis, possumus. Melius est ergo ut ego infirmitatem meam fatear, qui iam fatigatus loqui non possum, quam ut nobis bene satiatis, adhuc insundam qd non bene digeratis. Proinde huius promissionis quam ad hodiernũ tempus, si superesset, distuleram, tenẽte mẽ adiuuante domino in crastinum debitorem.

De eo quod scriptum est, Amen amen dico uobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunque enim pater facit,hæc eadem & filius facit similiter. Tractatus. XX.

VErba domini nostri Iesu Christi, maxime quæ Ioannes commemorat Euangelista,qui non sine causa super pectus domini discumbebat, nisi ut secreta altioris sapientiæ eius ebiberet,& quod amando biberat,euangelizando ructaret,ita secreta sunt & profundæ intelligentiæ,ut omnes turbent qui peruerso sunt corde: & omnes exerceant,qui recto sunt corde. Proinde animaduertat charitas uestra ad hæc pauca quæ lecta sunt. Videamus siquo modo possumus, donante & adiuuante ipso qui uerba
3 suа nobis uoluit recitari, quæ tunc audita atq; conscripta sunt, ut modo legerentur, quid sibi uelit qd eũ audistis dicere, Amen amen dico vobis,nõ potest filius à se facere

55

quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem: quæcunq; enim pater facit, hæc eadem & filius facit similiter.) Vnde autem natus sit sermo iste,commemorandi estis propter superiora lectionis, ubi curauerat dominus quendam inter illos, qui in quinq; porticibus piscinæ illius Salomonis iacebant,cui dixerat,Tolle grabatum tuum,& uade in domum tuam. Hoc fecerat sabbatis,unde perturbati Iudæi calumniabantur,quasi euersorem & præuaricatorem legis. Tunc eis dixerat, Pater meus usque modo operatur,& ego operor. Illi enim carnaliter sapientes sabbati obseruationem, putabant dominum post laborem fabricati mundi usq; ad hunc diem quasi dormire,& propterea sanctificasse illũ diem,ex quo cœpit uelut à laboribus requiescere. Est autem sacramentum sabbati antiquis patribus nostris præceptũ,quod nos Christiani spiritaliter obseruamus,ut ab omni seruili opere,id est,ab omni peccato, quia dominus dixit. Omnis qui facit peccatum Ioan.8.
seruus est peccati:abstineamus nos,& habeamus quietẽ in corde nostro,id est,tranquillitatem spiritalem. Et quanuis in hoc seculo id conemur:ad eam tamen requiem perfectam non perueniemus,nisi cum de hac uita exierimus. Sed ideo dictum est deũ requie-
38 K uisse,quiam iam creaturam nullam condebat postquam perfecta sunt omnia. Quietem uero propterea appellauit scriptura, ut nos admoneret post bona opera quieturos: sic enim scriptum habemus in Genesi,Et fecit deus omnia bona ualde,& requieuit deus die Ge.1.& 2.
septimo,ut tu homo cum attendis ipsum post bona opera requieuisse,non tibi speres requiem,nisi cum bona fueris operatus. Et quemadmodum deus postea quam fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam sexto die, & in illo perfecit omnia opera sua bona ualde,requieuit septimo die: sic & tibi requiem non speres, nisi cum redieris ad similitudinem dei,in qua factus es,quam peccando perdidisti. Nõ enim dominus laborasse dicendus est,qui iussit & facta sunt. Quis est qui post tantam operis facilitatem, quasi post laborem uelit requiescere? Si iussit,& aliquis ei restitit,si iussit & non est factum, & ut fieret laborauit,merito dicatur post laborem requiem quæsiuisse. Cum uero & in ipso libro Geneseos legamus, Dixit deus, fiat lux,& facta est lux: dixit deus, fiat firmamentum,& factum est firmamentum, & cætera in uerbo eius continuo facta: cui rei attestatur & psalmus dicens, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt: quomodo per
38 L mundum factum requiem,quasi ut cessaret,requirebat,qui in iubendo nunquam laborauerat? Ergo illa mystica sunt, & propterea ita posita, ut nobis requiem speremus post hanc uitam,si bona opera fecerimus. Ideo dominus retundens impudentiam & errorem Iudæorum,& ostendens eos non recte sapere de deo,ait illis scandalizatis,quod sabbato operabatur hominum sanitatem,Pater meus usq; modo operatur,& ego operor. Nolite ergo putare quia sabbato ita requieuit pater meus,ut ex illo non operetur,sed sicut ipse nuc operatur operor & ego: sed sicut pater sine labore,sic & filius sine labore. Dixit deus & facta sunt: dixit Christus languenti, Tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam, Mat.15.
& factum est. Catholica autem fides habet, quod patris & filii opera inseparabilia sunt. Hoc est quod uolo,si possum,loqui charitati uestræ: sed secundũ illa uerba domini, Qui potest capere capiat: qui autem capere non potest, non mihi ascribat, sed tarditati suæ,
38 & conuertat se ad illum qui cor aperit, ut infundat, quod donat. Postremo & si quisquã
M propterea non intellexerit,quia non à me sic dictum est,ut dici debuit, ignoscat humanæ fragilitati,& supplicet diuinæ bonitati: habemus enim intus magistrum Christum, quicquid per aurem uestram & os meum capere non potueritis,in corde uestro ad eum conuertimini: qui & me docet quod loquor,& uobis quemadmodũ dignatur distribuit, qui nouit quid det & cui det: aderit petenti,aperiet pulsanti,etsi forte non dederit,nemo dicat desertum. Forte enim aliquid dare differt,sed neminem esurientem relinquit. Si. n. non dat ad horam,exercet quærentem,non contemnit petentem. Videte ergo & attendite quid uelim dicere,& si forte non possim,catholica fides hoc habet firmata spiritu domini in sanctis eius,contra omnem hæreticam prauitatem,quia patris & filii opera inseparabilia sunt. Quid est quod dixi? Quomodo ipse pater & filius inseparabiles sunt,sic & opera patris & filii inseparabilia sunt. Quomodo pater & filius inseparabiles sunt? quia ipse dixit,Ego & pater unum sumus,quia pater & filius non sunt duo dii,sed unus deus Ioan.10.
& uerbum & cuius est uerbum,unus & unicus deus: unus pater & filius charitate complexi, unusq; charitatis spiritus eorum, ut fiat trinitas pater & filius & spiritussanctus. Non ergo tantũ patris & filii,sed & spiritussancti, sicut æqualitas & inseparabilitas per-

sonarum,ita etiam opera inseparabilia sunt. Adhuc planius, dicam, quid sit,opera inseparabilia sunt. Non dicit catholica fides,quia fecit deus pater aliquid, & fecit filius aliquid aliud: sed quod fecit pater,hoc & filius fecit,hoc & spiritussanctus fecit. Per verbū enim facta sunt omnia: quando dixit & facta sunt,per verbum facta sunt,per Christum facta sunt,In principio enim erat verbū,& verbum erat apud deū,& deus erat verbum, Gene. 1. omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per verbum facta sunt: dixit deus, fiat lux,& facta est lux: in verbo fecit,per verbū fecit. Ecce ergo nunc audiuimus Euangelium,cum responderet stomachantibus Iudæis,quia non solū soluebat sabbatum,sed & patrem suū dicebat deum,æqualem se faciens deo: sic enim scriptum est in superiori capitulo. Cum ergo tali eorum erranti indignationi dei filius & veritas responderet,ait,Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Tanquam diceret,Quid scandalizati estis,quia patrem meum dixi deum,quia æqualem me facio deo? Ita sum æqualis, vt ille me genuerit: ita sum æqualis,vt non ille à me,sed ego ab illo sim. Hoc enim intelligitur in his verbis,Non potest filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrem facientem: hoc est,quicquid filius habet vt faciat,à patre habet vt faciat: quare habet a patre vt faciat? Quia a patre habet vt filius sit.[Quare a patre habet vt filius sit?]quia a patre habet vt possit,quia a patre habet vt sit: Filio enim hoc est esse quod posse: homini non ita est, ex comparatione humanæ infirmitatis,longe infra iacentis. Vtcunq; corda sustollite,& ne forte aliquis nostrum attingat secretum,& quasi coruscatione magnæ lucis horrescens, sapiat aliquid,ne insipiens remaneat,non tamē se totum sapere putet, ne superbiat & quod sapuit amittat. Homo aliud est quod est, aliud quod potest. Aliquando enim & est homo,& non potest quod vult. Aliquando autem sic est homo,vt possit quod vult. Itaq; aliud est esse ipsius,aliud posse ipsius: si enim hoc esset esse ipsius,qd est posse ipsius,cum vellet posset. Deus aūt cui non est alia substātia vt sit,& alia potestas vt possit,sed consubstantiale illi est quicquid eius est,& quicqd est,quia deus est,non alio modo est,& alio modo potest,sed esse & posse simul habet; quia velle & facere simul habet. Quia ergo potentia filii de patre est, ideo & substantia filii de patre est: & quia substantia filii de patre est, ideo potentia filii de patre est. Non alia potentia est in filio,& alia substantia: sed ipsa est potentia quæ substantia, substantia ut sit,potentia vt possit. Ergo quia filius de patre est,ideo dixit,Non potest filius a se facere quicquam: quia non est filius a se, ideo non potest a se. Videtur enim quasi minorem se fecisse cum dixit,Non potest filius a se facere quicquam,nisi quod viderit patrem facientem. Hic erigit ceruicem hæretica vanitas,eorum. s. qui dicūt filium minorem esse quām pater minoris potestatis,possibilitatis, non intelligentes mysterium verborum Christi. Attendat autem charitas vestra,& videte quemadmodum in carnali suo intellectu modo turbentur in ipsis verbis Christi. Hoc autem pauloante prælocutus sum, quia omnia peruersa corda perturbat,sicut pia corda exercet verbum dei,maximè quod per Ioannē Euang. dicitur,alta enim per illum dicuntur,non qualiacunq;,non quæ facile intelligātur. Ecce iam hæreticus si forte audit verba ista,erigit se & dicit nobis,Ecce minor est filius quam pater: ecce audi verba filii, qui dicit, Non potest filius a se facere quicquam, Eccl. 5. nisi quod viderit patrem facientem. Expecta quemadmodum scriptum est,Esto mansuetus ad audiendum verbum vt intelligas. Puta enim me conturbatum esse his verbis,qui dico æqualem potestatem maiestatemq; esse patris & filii,cum audiui,Non potest filius a se facere quicquam,nisi quod viderit patrem facientem. Turbatus his uerbis quæro abs te,qui iam tibi videris intellexisse Nouimus in Euangelio,filium ambulasse super mare: ubi patrem uidit ambulasse super mare? Hic iam ille turbatur. Pone ergo quod intellexeras,& simul quæramus. Quid ergo facimus? Verba domini audiuimus, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Ambulauit ipse super mare,pater nunquam ambulauit super mare. Certe non facit filius quicquam,nisi quod uiderit patrem facientem. Redi ergo mecum ad id quod dicebam,ne forte sic intelligendum sit, ut de quæstione ambo exeamus: nam ego secundum fidem catholicam uideo, quomodo exeam sine offensione,sine scandalo: tu autem circūclusus,quæris quā exeas. Qua intraueras uide,forte non intellexisti & hoc quod dixi,quā intraueras uide: ipsum Ioan. 10. audi dicentem,Ego sum ianua: Non sine causa ergo quæris quā exeas,& non,nuenis,nisi quia per ianuā non intrasti,sed per maceriam cecidisti. Ergo quēadmodū potes,a ruina

tua

39 tua collige te,& intra per ianuam,vt sine offensione intres,& sine errore exeas. Per Chri-
E stū veni,nec ex corde tuo afferas quod dicas, sed qđ ille ostēdit,hoc loquere. Ecce fides catholica,quemadmodum exit de ista propositione: ambulauit filius super mare,pedes carnis fluctibus imposuit,caro ambulabat,diuinitas gubernabat. Quando ergo caro ambulabat & diuinitas gubernabat,pater absens erat? Si absens erat,quomodo ipse filius dicit,Pater autem in me manens,ipse facit opera sua. Si ergo pater in filio manens ipse facit opera sua,ambulatio illa carnis super mare,à patre fiebat,per filium fiebat. Ergo illa ambulatio opus est patris & filii inseparabile: vtrunq; ibi operantem video: nec pater filium deseruit,nec filius à patre discessit. Itaq; quicquid facit filius, non facit sine patre: quia quicquid facit pater,non facit sine filio. Exitum est hinc, videte quia recte nos dicimus inseparabilia esse opera patris & filii & spiritussancti. Nam quomodo tu intelligis: Ioan. 14.
39 ecce fecit deus lucem,& vidit filius patrem facientem lucem,secundum carnalem intelle-
F ctum tuum, quia ideo vis minorem intelligere quia dixit, Non potest filius à se facere quicquam,nisi quod viderit patrem facientem. Fecit deus pater lucem: quam aliam fecit filius? Fecit deus pater firmamentum,cœlum inter aquas & aquas,vidit eum filius secundum intelligentiam tuam tardam & grossam, quia vidit filius patrem facientem firmamentum & dixit,non potest filius à se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Da mihi alterum firmamentum: an tu amisisti fundamentum? Superædificati autē supra fundamentum Apostolorū & Prophetarum, ipso summo lapide angulari existente Christo Iesu,pacantur in Christo,nec contendunt & errant in hæresi. Intelligimus ergo lucem factam à deo patre,sed per filium: [firmamentum factum à deo patre, sed per filium.]Omnia ergo per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil. Excute intelligentiam tuam: nec intelligentiam vocandam,sed planè stultitiam. Deus pater fecit mundū: quem fecit filius alterum mundum? Da mihi mundum filii. Iste in quo sumus,cuius est? Dic nobis,a quo factus est? Si dixeris a filio,[non a patre,]errasti a patre: si dixeris, a pa- Ephe. 2.
39 tre,non a filio respondebit tibi Euangelium, Et mundus per eum factus est, & mundus
G eum non cognouit. Agnosce ergo eum per quem factus est mundus, & noli esse inter illos qui eum non receperunt,qui eum qui fecit mundum non cognouerunt. Inseparabilia sunt ergo opera patris & filii. Sed hoc est,non potest filius a se quicquam facere,quod esset si diceret,non est filius a se. Etenim si filius est, natus est; si natus est,ab illo est de quo natus est. Sed tamen æqualem sibi genuit: non enim defuit aliquid generanti: aut tempus quæsiuit vt generaret, qui genuit coæternum: aut matrem quæsiuit vt generaret,qui de se protulit verbum: aut pater generans ætatem præcesserat filium, vt minorē filiū generaret. Et forte dicit aliquis: quia post multa secula in senectute sua deus suscepit filium sicut pater sine senectute,sic filius sine incremento. Nec ille senuit,nec ille creuit: sed æqualis æqualem genuit,æternus æternum. Quomodo, inquit aliquis, æternus æternum? Quomodo flamma temporalis generat lucem temporalem. Coæua est autem flamma generans luci quam generat, nec præcedit tempore flamma generans lucem ge-
39 neratam,sed ex quo incipit flamma,ex illo incipit lux. Da mihi flammam sine luce,& do
H tibi deum patrem sine filio. Hoc est ergo,non potest filius a se facere quicquam, nisi qđ viderit patrem facientem: quia videre filii,hoc est natū esse de patre. Non alia visio eius & alia substātia eius: nec alia potētia eius,alia substātia eius: Totum qđ est,de patre est: totū quod potest,de patre est: quoniam quod potest & est,hoc vnum est, & de patre totū est. Sequitur & ipse in verbis suis,& male intelligentes conturbat, vt ad rectū intellectū reuocet errantes. Cū dixisset,non potest filius a se facere quicquā, nisi quod viderit patrem facientem: ne forte carnalis subreperet intellectus, vt auerteret mentem, & faceret sibi homo quasi duos fabros, vnum magistrum, alterum discipulum quasi attendentem ad magistrū, verbi gratia, facientem arcā, vt quo ille fecit arcā, faciet & iste alteram arcā secundum visionem quam inspexit in magistro operante: Sed ne talia aliquid sibi duplicaret in illa simplici diuinitate intellectus carnalis, secutus ait, Quæcunq; enim pater facit, hæc eadē & filius & facit similiter.)Nō facit pater alia,& alia filius similia, sed eadē
39 similiter:[Nō. n. ait, quæcūq; facit pater, facit & filius alia similia: sed, quæcūq;, inqt, pa-
I ter facit, hæc eadē & filius facit similiter. Quæ ille, hęc & ipse: Mūdū pater mūdū filius, mundum spiritussanctus. Si tres dii, tres mundi: si vnus deus pater & filius & spiritussanctus, vnus mundus factus est a patre, per filium in spiritussancto. Hæc ergo faci-

filius quæ facit & pater, & non dissimiliter facit, & hæc facit & similiter facit. Iam dixerat hæc facit: quare addidit, similiter facit? Ne alius prauus intellectus vel error in anima nasceretur. Vides enim hominis opus, animus est in homine & corpus. Animus imperat corpori, sed multum interest inter corpus & animum. Corpus visibile est, animus inuisibilis. Inter potentiam virtutemq; animi, & cuiusuis licet cœlestis corporis multũ interest. Imperat tamen animus corpori suo, & facit corpus: & quod videtur animus facere, hoc facit & corpus. Videtur ergo corpus hoc idem facere quod animus, sed non similiter. Quomodo hoc idem facit, sed non similiter facit? Animus verbum apud se iubet linguę, & profert verbum quod facit animus. Fecit animus, fecit & lingua: fecit dominus corporis, fecit & seruus. Sed vt faceret seruus, à domino accepit vt faceret, & iubente domino fecit. Hoc idem ab vtroq; factum est: sed nunquid similiter? Quomodo non similiter ait aliquis? Ecce verbum quod fecit animus meus, manet in me: quod fecit lingua mea, percusso aere transiit, & non est. Cum dixeris verbum in animo tuo, & sonuerit per linguam tuam, redi ad animum tuum, & vide quia ibi est verbum quod fecisti. Nũquid sicut mansit in animo tuo, mansit in lingua tua? Quod sonuit per linguam tuam, fecit lingua sonans, fecit animus cogitans. Sed quod sonuit lingua, trãsiit: quod cogitauit animus permanet. Hoc ergo fecit corpus, quod fecit animus, sed non similiter. Fecit animus quæ tenet animus: fecit autem lingua quod sonat, & per aerem aurem verberat. Nunquid sequeris syllabas & facis vt maneant? Non ergo sic pater & filius, sed hæc eadem facit, & similiter facit. Si fecit deus cœlum quod manet: hoc idem fecit filius cœlum quod manet. Si fecit deus pater hominem qui moritur: eundem filius hominem fecit qui moritur. Quæcunq; fecit pater instantia, † hæc fecit & filius instantia, quia similiter fecit: & quæcunq; fecit pater temporalia, hæc eadem fecit filius temporalia: quia non solum ipse fecit, sed & similiter fecit. Pater enim fecit per filium, quia per verbum fecit pater omnia. Quære in patre & filio separationem, non inuenis: sed si assurrexisti, tunc non inuenies: si aliquid supra mentem tuam tetigisti, tũc non inuenies: nam si in his versaris quæ sibi errans animus facit, cum imaginibus tuis loqueris, non cum verbo dei. Fallunt te imagines tuæ, transcende corpus & sape animum, transcende & animum, & sape deum: non tangis deum nisi & animum transieris: quanto minus tangis si in carne manseris? Illi ergo qui sapiunt carnem, quàm longe sunt à sapiendo quod deus est: quia non ibi essent, etiam si animum saperent. Recedit homo multũ a deo quando sapit carnaliter, & multũ interest inter carnem & animum: plus tamen interest inter animũ & deum. Tu si in animo es, in medio es: si infra attendis, corpus est: si supra attendis, deus est. Attollite te a corpore, transi etiam te. Vide enim quod dixit Psalmus, & admoneris quemadmodum sapiendus sit deus. Factæ sunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? Tanquam pagani dicant: Ecce dii nostri, deus vester vbi est? Ostendunt enim illi quod videtur: nos colimus quod non videtur. Et cui ostendamus? Homini qui non habet vnde videat: nam vtiq; si ipsi deos suos uident oculis: habemus & nos alios oculos, vnde videamus deum nostrum. Ipsi oculi mundandi sunt, vt videamus dominum nostrum. Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Ergo cum se conturbatum dixisset, cum dicitur illi quotidie, vbi est deus tuus: hęc meditatus sum, inquit, quia dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus. Et quasi volens comprehendere dominum suum, hæc meditatus sum, inquit, & effudi super me animam meam. Vt ergo attingerem deum meum, de quo mihi dicebatur, vbi est deus tuus, nõ effudi animam meã super carnem meam, sed super me. Transcendi me vt illum tangerem. Ille.n. est super me q fecit me: Nemo eũ attingit, nisi q se transierit. Cogita corpus, mortale est, terrenũ est, fragile est, corruptibile est, abiice. Sed forte caro tẽporalis est. Alia corpora cogita: cœlestia corpora cogita, maiora, meliora, splendida sunt. Attende & ipsa, velut fulgura voluuntur ab Oriente ad Occidentẽ, non stant, videntur oculis, nõ solũ ab homine, sed etiã à pecore. Transi & ipsa. Et quomodo, inqes, transeo cœlestia corpora, cũ ambulo in terra? Nõ carne trãsis, sed mẽte: Abiice & ipsa, quãuis luceant, corpora sunt: quãuis de cœlo fulgeant, corpora sunt. Veni, quoniã forte nõ te putas habere quò eas, cũ consideras ista omnia: & vltra cœlestia corpora, quò iturus sum, inquis, & quid mente transiturus sum? Considerasti ista omnia? Considerauit, inquis. Vnde considerasti? Ipse considerator appareat. Ipse.n. considerator, istorum omnium discriminator,

† aliàs stantia.

Psal. 4.

distinctor, & quodammodo appensor in libra sapientiæ, animus est. Sine dubio melior est animus quo ista omnia cogitasti, quàm ista omnia quæ cogitasti. Animus ergo iste spiritus est non corpus: Transi & ipsum. Compara corpora ipsi animo primo, vt videas quo transeas. Compara illum carni: absit, nec digneris comparare. Compara illum fulgori solis, lunæ, stellarum, maior fulgor est animi. Primo celeritatem animi ipsius vide, vide si non vehementior scintilla est animi cogitantis, quàm splendor solis lucentis. Solem orientem tu vides animo, motus ipsius quam tardus est ad animũ tuum? Citius tu potuisti cogitare quod facturus est sol, quam ille facturus est. Ab ortu ad Occidentem venturus est, iam ex alia parte cras oritur. Vbi hoc fecit cogitatio tua, adhuc ille tardus est, & tu omnia peragrasti, magna ergo res est animus. Sed quomodo dico, transit & ipsum? Quia ipse animus mutabilis est, quanuis melior sit omni corpore: modo
40 B nouit, modo non nouit: modo obliuiscitur, modo recordatur: modo vult, modo non vult: modo peccat, modo iustus est. Transi ergo omnem mutabilitatem, non solum omne quod uidetur, sed & omne quod mutatur: Transisti enim carnem quæ videtur: transisti cœlum, solem, lunam, stellasq; quæ videntur: transisti & omne quod mutatur. Iam enim istis transactis veneras ad animum tuum, sed & ibi inueniisti mutabilitatem animi tui, nunquid mutabilis est deus? Transi ergo & animum tuum, effunde super te animam tuam vt contingas deum, de quo tibi dicitur: Vbi est deus tuus? Ne putes te aliquid facturum quod homo non possit. Hoc fecit ipse Ioannes Euangelista: Transcendit carnem, transcendit terram quam calcabat: transcendit maria quæ videbat, transcendit aerem vbi alites volitant, transcendit solem, transcendit lunam, transcendit stellas, transcendit omnes spiritus qui non videntur, transcendit mentem suam, ipsam rationẽ animi sui. Transcendens ista omnia, super se effundens animam suam, quo peruenit? Quid
40 vidit? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Si ergo separationem non
C vides in luce, quod separationem quæris in opere? Vide deum, vide verbum eius: inhære verbo dicenti, quia ipse dicens non syllabis dicit, sed splendore sapientiæ fulget: hoc est dicere, quod dictum est de sapientia ipsius, candor est lucis æternæ. Attende candorem solis, in cœlo est, & expandit candorem per terras omnes, per maria omnia, & vtique corporalis lux est. Si separas candorem solis à sole, separa verbum à patre. De sole loquor. Lucernæ vna flammula tenuis, quæ vno flatu possit extingui, spargit lucem suam super cuncta quæ subiacent, vides lucem sparsam à flammula generatam, emissionem vides, separationem non vides. Intelligite ergo fratres charissimi patrem & filium & spiritum sanctum inseparabiliter sibi cohærere, Trinitatem hanc vnum deum, & omnia opera vnius dei, hæc esse patris, hæc esse filii, hæc esse spiritus sancti. Cætera quæ sequuntur quę pertinent ad sermonem ipsius domini nostri Iesu Christi in Euangelio, quoniam & crastino die sermo debetur vobis, adestote vt audiatis.

Ab eo quod scriptum est: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quę ipse
40 facit, & maiora horum demonstrabit ei opera, vt vos miremini: vsq; ad
D eum locum vbi ait, Vt omnes honorificent filiũ, sicut honorificant patrẽ: qui non honorificat filiũ, non honorificat patrem qui misit illũ. Tractatus. XXI.

HEsterno die quantum dñs donare dignatus est, qua potuimus facultate tractauimus, & qua poruimus capacitatæ intelleximus, quomodo in separabilia sunt opera patris & filii, nec alia facit pater, alia filius: sed omnia pater facit per filiũ, tanquam per verbum suũ, de quo scriptum est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sequentia verba hodie videamus, & ab eodem dño eius misericordiã & deprecemur, & speremus: vt primũ si dignũ ipse iudicat, intelligamus quod verũ est. Si autẽ non potuerimus, non eamus in illud quod falsum est. Melius est.n. nescire, quã errare: sed scire est melius quã nescire. Itaq; ante omnia conari debemus vt sciamus: si potuerimus, deo gratias: si autem non potuerimus interim peruenire ac venire ad veritatem nõ eamus ad falsitatem. Qui enim sumus & quid tractemus considerare debemus. Homines sumus carnem portantes, in hac vita ambulantes; & si iam de semine verbi dei renati, tamen ita in Christo innouati, vt nondum penitus ab Adam expoliati. Quod enim no-
40 strum mortale & corruptibile aggrauat animam, ex Adam esse apparet manifestum est:
E quod autem nostrum spiritale subleuat animam, de dei dono & misericordia eius qui

vnicum suum misit communicare nobiscum mortem nostram, & ducere nos ad immortalitatem suam. Hunc habemus magistrum, vt non peccemus: & defensorem si peccauerimus, & confessi atq; conuersi fuerimus & interpellatorem pro nobis, siquid boni à domino desiderauerimus: & datorem cum patre, quia deus vnus est pater & filius, Sed loquebatur ista homo hominibus, deus occultus, homo manifestus, vt manifestos homines faceret deos: & filius dei factus, filius hominis, vt hominum filios faceret filios dei. Qua hoc arte sapientiæ suæ faciat, in eius verbis agnoscimus. Loquitur enim paruulis paruus, sed ipse ita paruus, ut & magnus, nos autem parui, sed in illo magni. Loquitur enim tanquam fons fouens & nutriens lactentes, & amando crescentes. Dixerat: Nõ potest filius à se facere quicquã, nisi quod viderit patrem facientem: Intelleximus autem quia non seorsum aliquid pater facit, quod cum viderit aliquid filius, faciat & ipse aliquid tale inspecto opere patris sui: sed id quod dixerat: Nõ potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: quia de patre est totus filius, & tota substantia & potentia eius ex illo est, qui genuit eum. Modo autem cum dixisset, & se hæc facere similiter quæ facit pater: vt non intelligamus alia facere patrem, alia filium, sed simili potentia facere filium eadem ipsa quæ pater facit, cum pater facit per filium, secutus ait quod hodie lectum audiuimus: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.) Rursus mortalis cogitatio perturbatur. Demonstrat pater filio quæ ipse facit. Ergo ait aliquis: Seorsum pater facit, vt possit filius videre quod facit. Rursus occurrunt humanæ cogitationi tanquam artifices duo, velut si faber doceat filium suum artem suam, & demonstret ei quicquid facit, vt possit etiam ipse facere quod viderit patrẽ facientem. Omnia, inquit, demonstrat ei quæ ipse facit. Cum ergo pater facit, filius non facit, vt possit videre filius quod pater facit. Certe omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hinc videamus quemadmodum pater demonstrat filio quod facit, cum pater nihil faciat, nisi quod per filium facit. Quid fecit pater? Mundum. Itáne factum mundum demonstrauit filio, vt ipse tale aliquid faceret? Detur ergo mundus nobis quem fecit filius. Sed & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et mundus per ipsum factus est. Si factus per eum est mundus, omnia per ipsum facta sunt, & nihil facit pater quod non per filium faciat. Vbi demonstrat filio pater quod faciat, nisi in ipso filio per quem facit? Quis enim locus vbi demonstretur opus patris filio, quasi extra faciat & extra sedeat, & filius attendat manum patris quemadmodũ faciat? Vbi est illa inseparabilis Trinitas? Vbi est verbum de quo dictum est, quod ipse est virtus & sapientia dei? Vbi quod de ipsa sapientia dicit: Candor est enim lucis æternæ! Vbi quod de illa iterum dicitur: Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Siquid facit pater, per filium facit. Si per sapientiam suam & virtutem suam facit, nun extra illi ostendit quod videat, sed in ipso illi ostendit quod faciat. Quid videt pater, vel potius quid videt filius in patre vt faciat? Et ipse possum forte dicere, sed da ita qui possit capere, aut forte possum cogitare nec dicere, aut forte nec cogitare. Excedit nos illa diuinitas tanquã deus homines, tanquã immortalis mortales, tanquã æternus temporales. Inspiret & donet de fonte illo vitæ, nunc aliquid irrorare dignetur & stillare in sitim nostram, ne in hac eremo arescamus. Dicamus ei domine, cui didicimus dicere pater. Audemus enim hoc, quia ipse voluit vt auderemus: si tamen sic viuamus, vt non nobis dicat. Si dominus sum, vbi est honor meus? Dicamus ergo illi, Pater noster, Cui dicimus, pater noster? Patri Christi. Qui ergo patri Christi dicit, pater noster, quid dicit Christo nisi frater noster? Non tamen sicut Christi pater, ita & noster pater. Nunquam enim Christus ita nos coniunxit, vt nullam distinctionem faceret inter nos & se. Ille enim filius æqualis patri, ille æternus cum patre, patriq; coæternus. Nos autẽ facti per filium, adoptati per vnicum. Proinde nunquam auditũ est de ore domini nostri Iesu Christi cum ad discipulos loqueretur, dixisse illum de deo summo patre suo, pater noster, sed aut pater meus dixit, aut pater vester, vsqueadeo vt quodam loco poneret hæc duo. Vado ad deum meum, inquit, & deum vestrum. Quare non dixit deum nostrum? Et patrem meum dixit & patrem vestrum, non dixit nostrum: Sic iungit vt distinguat, sic distinguit vt non seiungat. Vnum nos vult esse in se, vnum autẽ patrem & se. Quantumcunque ergo intelligamus & quantumcunque videamus, etiam cum angelis æquati fuerimus, non videbimus sicut videt filius. Nos enim & quando non videmus, sumus

Sap. 7.

Malac. 3.

aliquid. Quid aliud sumus quando non videmus, nisi nõ videntes sumus: tamen velut non videntes, & vt videamus, conuertimus nos ad deum quem videamus, & fit in nobis visioque non erat quando nos tamen eramus. Est enim homo non videns, & idem ipse cum viderit dicitur homo videns. Non ergo hoc est illi videre, quod esse hominem: nam si hoc illi esset videre quod esse hominem, nunquam esset homo nisi videns. Cum vero est homo non videns, & quærit videre quod non videt, est qui quærat, est qui se conuertat vt videat: & cum se bene conuerterit, & viderit, fit homo videns, qui prius erat homo non videns: Videre ergo accedit illi, & recedit ab illo. Accedit illi cum se conuerterit, recedit ab illo cum se auerterit. Nunquid ita filius? Absit. Nunquid filius non videt, & postea factus est videns, sed videre patrem, hoc illi est esse filium. Nos enim aduertendo ad peccatum amittimus illuminationem, & conuertendo nos ad deum, percipimus illuminationem. Aliud est enim lumen quo illuminamur, aliud nos qui illuminamur. Lumen autem ipsum quo illuminamur, nec auertitur à se, nec perdit lucere quia lux est. Si ergo demonstrat pater omnia quæ facit filio, vt in patre sit omnia filius. Videdo enim natus est, & nascendo videt: sed non aliquando non erat natus, & postea natus est, sicut non aliquando non vidit, & postea vidit: sed illi videre, in eo est illi esse, in eo est illi natum esse, in eo est illi permanere, in eo est illi non mutari, in eo est illi sine initio, & sine fine persistere. Non ergo carnaliter accipiamus, quia pater facit opus & demonstrat filio, & viderit filius opus quod pater facit, & facit illud in alio loco, aut de alia materia: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum patris est filius, nihil dixit deus quod non dixit in filio. Dicendo enim filio quod facturus erat pater per filium, ipsum filium genuit per quem faceret omnia. Et maiora horum demonstrabit ei opera vt vos miremini.) Rursus hic turbat. Et quis est qui digne perscrutatur hoc tantum secretum? Sed iam quomodo nobis loqui dignatus est, ipse aperiat: neq; enim vellet dicere quod nollet intelligi: Quia dicere dignatus est, sine dubio excitauit audientiam. Nunquid quem excitauit vt audiret, excitatum deseret? Diximus vt potuimus, nõ temporaliter scire filium, & nec aliud esse filii visionem, & aliud ipsum filium, sed ipsam visionem & ipsam scientiam vel sapientiam patris esse filium eamq; sapientiam & eam visionem æternam esse ab æterno, & ei à quo est coæternam, nec ibi per tempus aliquid variari, nec aliquid nasci quod non erat, nec aliquid perire quod erat. Diximus hæc vt potuimus. Quid ergo hic modo facit tempus, vt diceret: maiora his demonstrabit ei opera. Idem demonstraturus est, hoc est demonstrabit: Aliud est demonstrauit, aliud est demonstrabit. Demonstrauit de præterito dicimus, demonstrabit demonstraturum dicimus. Quid ergo hic agimus fratres? Ecce quem dixeramus patri coæternum, nihil in illo variari per tempus, nihil moueri per spatia vel momentorum vel locorum, manere semper cum patre, videntem patrem & videndo existentem: rursus nobis tempora nominans, demonstrabit ei, inquit, his maiora. Ergo demõstraturus est aliquid filio, quod non nouit filius? Quid ergo faciemus? Quomodo hoc intelligimus? Ecce dominus noster Iesus Christus sursum erat, deorsum est. Quando sursum erat? Quando dixit, quęcunq; facit pater, hæc eadem & filius facit similiter. Vnde modo deorsum? Maiora his demonstrabit ei opera. O domine Iesu Christe, saluator noster, verbum dei, per quod facta sunt omnia, quid tibi pater demonstraturus est quod adhuc nescis? quid te latet patris? quid te latet in patre, quem non latet pater? Quæ opera tibi maiora demonstraturus est? aut quibus operibus maiora sunt quæ demonstraturus est? Cum enim dixit, maiora his debemus prius intelligere, quibus maiora. Recordemur vnde sermo iste processit, quando curatus est ille qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, & iussit eum saluum tollere grabatum suum, & ire in domum suam. Hinc enim Iudæi commoti cum quibus loquebatur, loquebatur verbis & tacebat intellectu, quodammodo innuebat intelligẽtibus, cælabat irascentibus. Hinc ergo cum essent commoti Iudei, quia hoc sabbato dominus faceret, dederunt occasionem sermoni huic. Non ergo sic audiamus hæc tanquam obliti quæ supra dicta sunt, sed respiciamus illum languidum triginta & octo annorum subito factum sanum, admirãtibus Iudæis & irascentibus: Quærebant tenebras magis de sabbato quàm lumen de miraculo. His ergo indignantibus loquens ait hoc: maiora his demonstrabit ei opera. His maiora: Quibus? Quod vidistis hominem factum sanum, cuius lãguor duranerat vsq; ad triginta & octo

40 K

40 L

40 M

Universidad de Deusto
Biblioteca

annos: his maiora pater demonstraturus est filio. Quæ sunt maiora? Sequitur & dicit: Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.) Planè maiora sunt ista. Valde.n. plus est vt resurgat mortuus, quàm vt conualescat ægrotus. Maiora sunt ista. Sed quando ea pater demonstraturus est filio? Nescit.n. ea filius, & ille qui loquebatur nō nouerat mortuos suscitare? Adhuc habebat discere resuscitare mortuos, per quem facta sunt omnia qui fecit vt viueremus, qui non eramus? Adhuc habebat discere vt resuscitaremur? Quid est quod vult dicere? Descendit.n. ad nos, & qui paulo ante loquebatur vt deus, cœpit loqui vt homo. Ipse est tamen homo qui deus, quia deus factus est homo, sed factus quod non erat, non amittens quod erat. Ergo accessit homo, vt esset homo, qui erat deus, non iam vt homo esset, & non esset deus. Audiamus ergo eum & factum, qui audiebamus conditorem. Conditorem, quia verbum in principio; factum, quia natum ex virgine Maria. Conditorem ante Abraham, ante Adam, ante terrā, ante cœlum, ante omnia corporalia & spiritalia: factum autem ex semine Abrahę, ex tribu Iuda, ex virgine Israelitica. Si ergo nouimus hunc qui nobis loquitur, & deum & hominem, intelligamus verba dei & hominis: aliquando.n. talia nobis dicit quæ pertineant ad maiestatem, aliquando quæ pertineant ad humilitatem. Ipse enim rex excelsus qui humilis, vt nos humiles faciat excelsos. Quid ergo ait? Demonstrabit mihi pater his maiora, vt vos miremini. Ergo nobis sit demonstraturus, non illi. Cum ergo nobis sit demonstraturus pater: propterea dixit, vt vos miremini. Exposuit enim quod voluit dicere, demonstrabit mihi pater. Quare non dixit, demōstrabit vobis pater, sed demonstrabit filio? Quia & nos membra sumus filii: & nos membra tanquam quod discimus, ipse discit quodammodo in membris suis. Quomodo discit in nobis? Quomodo patitur in nobis. Vnde scimus quia patitur in nobis, vnde probamus? Ex illa voce de cœlo: Saule Saule quid me persequeris? Nonne ipse est qui iudex in fine seculi residebit, & iustos ad dexteram ponens, iniquos autem ad sinistram, dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: Esuriui.n. & dedistis mihi manducare? Cumq; illi respondebunt, Domine, quando te vidimus esurientem? Dicturus est eis, Cum vni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis. Qui ergo dixit: Cum vni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis: & nunc interrogetur a nobis, & dicamus illi, Domine quando eris discens, cum tu doceas omnia? Statim enim nobis in fide nostra respōdebit: Cum vnus ex minimis meis discit, ego disco. Ergo gratulemur & agamus gratias, non solum nos Christianos factos esse, sed Christum. Intelligitis fratres gratiam dei super nos capitis: admiramini, gaudete, Christi facti sumus. Si enim caput ille est, nos membra, totus ille homo & nos. Hoc est quod Apostolus dicit Paulus, Vt vltra iam non simus paruuli, iactati & circundati omni vento doctrinæ: superius autem dixerat, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in agnitionem filii dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Plenitudo ergo Christi caput & membra. Quid est caput & membra? Christus & Ecclesia. Arrogamus.n. nobis hoc superbe, nisi ipse dignetur hoc promittere, qui per Apostolum eundem dicit: Vos autem estis corpus Christi & membra. Cum ergo ostendit pater membris Christi, Christo ostendit, fit quoddam miraculum magnum, sed tamen verum. Ostenditur Christo quod nouerat Christus, & ostēditur Christo per Christum. Res mira & magna est: sed scriptura sic loquitur. Contradicturi sumus diuinis eloquiis, & nō potius intellecturi, & ex ipsius dono qui ei donauit gratias acturi? Quid est quod dixi, demonstratur Christo per Christum? Demonstratur membris per caput. Ecce vide illud in te. Pone te clausis oculis velle aliquid tollere, nescit manus quò eat, & vtiq; manus tua membrum tuum est, non.n. à corpore tuo separata est, aperi oculos, videt etiam manus quò eat, demonstrante capite membrum secutum est. Si ergo in te potuit inueniri tale aliquid vt corpus tuum ostenderet corpori tuo, & per corpus tuum demonstratur aliquid corpori tuo, noli mirari quia dictum est, demonstratur Christo per Christum. Demonstratur.n. caput vt membra videant, & docet caput vt membra discant. Vnus tamen homo caput & membra: Noluit se separare, sed dignatus est agglutinari. Longe à nobis erat, & multum longe. Quid tam longe, quàm conditum & conditor? Quid tam longe, quàm deus & homo? Quid tam longe, quàm iustitia & iniquitas? Quid tam longe, quàm æternitas & mortalitas? Ecce quàm longe erat verbum in principio, deus apud deū per quē facta sunt omnia. Quomodo ergo factus est propè, vt esset

Acto 9. &. 22. Matt. 25.

Ephe. 4.

1. Cor. 12.

41 E quod nos, & nos in illo? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc ergo est nobis demonstraturus: hoc demonstrauit discipulis suis, qui eum in carne viderunt. Quid est hoc? Sicut pater suscitat mortuos & viuificat: Sic & filius quos vult viuificat.) Ait: Sus ne pater, alius filius? Certe omnia per ipsum facta sunt. Quid dicimus fratres mei? Lazarum suscitauit Christus, quem mortuum suscitauit pater, vt videret Christus quemadmodum Lazarum suscitaret? An quando resuscitauit Lazarum Christus, non eum resuscitauit pater? Et sine patre fecit filius solus? Legite ipsam lectionem & videte quia patrem ibi inuocat vt resurgat Lazarus: sicut homo inuocat patrem, sicut deus facit cum patre. Ergo & Lazarus quod resurrexit, & à patre & à filio suscitatus est in dono & gratia spiritus sancti, & illud mirabile opus Trinitas fecit. Non ergo sic intelligamus, sicut ergo pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat, vt alios à patre resuscitari & viuificari, alios à filio existimemus, sed eosdem quos pater suscitat & viuificat, ipsos & filius suscitat & viuificat, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et vt ostenderet habere se quanuis à patre, datam tamen patris potestatem, ideo ait: Sic & filius quos vult viuificat. Et vt ostenderet ibi voluntatem suam, & nequis diceret, suscitat pater mortuos per filium, sed ille tanquam potens, iste tanquam ex aliena potestate, tanquam minister facit aliquid sicut angelus, potestatem significauit vbi ait: Sic & filius quos vult viuificat: non.n. vult pater, aliud quàm filius, sed sicut illis vna substantia, sic vna voluntas est. Et qui sunt isti mortui quos viuificat pater & filius? An ipsi sunt de quibus diximus, Lazarus, vel filius illius viduæ, vel filia archisynagogi? Nouimus enim istos à Christo domino nostro suscitatos. Aliud aliquid nobis vult insinuare, resurrectionem scilicet mortuorum, quam omnes expectamus, non illā quam quidam habuerunt vt crederent cæteri. Resurrexit enim Lazarus morturus, resurgemus nos semper cum Christo victuri. Talem resurrectionem pater fecit an filius? Immo vero pater per filium, Ergo filius in patre, & pater in filio. Vnde probamus, quia de ista dicit resurrectione? Cum dixisset, sicut.n. pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat, ne intelligeremus mortuorum resurrectionem, quam facit ad miraculum, non ad vitam æternā, secutus ait: Neq; n. pater iudicat quenquā, sed iudicium omne dedit filio.) Quid hoc est? De mortuorum resurrectione dicebat, quia sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat: vnde continuo tanquam rationem subiecit de iudicio dicens: Neq; n. pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, nisi quia de resurrectione dixerat mortuorum, quæ futura est in iudicio. Pauloante putabamus aliquid facere patrem, quod non facit filius, quando dicebat: Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: tanquam pater faciebat, & filius videbat: Sic erat sub repens menti nostræ intellectus carnalis, quasi pater faceret quod filius non faceret: filius autem videret patrem demonstrantem, quod fieret à patre. Ergo velut pater faciebat, quod filius non faciebat. Modo iam videmus aliquid facere filium quod non facit pater. Quomodo nos versat, & mentem nostrā pertractat, huc atq; illuc ducit, vno carnis loco remanere non sinit, vt versando exerceat, exercendo mundet, mundando capaces reddat, capaces factos impleat. Quid de nobis faciunt verba hæc? Quid loquebatur? Quid loquitur? Pauloante dicebat, quia demonstrat filio pater quicquid facit, videbam quasi patrem facientem, filium expectantem. Modo rursus video filium facientem, patrem vacantem: Nō enim pater, inquit, iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Quando ergo filius iudicaturus est, pater vacabit, & non iudicabit? Quid est hoc? quid intelligam domine? quid dicis qui verbū dei es? homo sum. Dicis quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Lego alio loco te dicente: Ego non iudico quenquam, est qui quærat & iudicet. De quo dicis, est qui quærat & iudicet, nisi de patre? Ille quærit iniurias tuas, ille iudicat de iniuriis tuis: Quomodo hic pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio? Interrogemus & Petrum, audiamus eum loquentem in Epistola sua: Christus pro nobis passus est, inquit, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui cum malediceretur, nō maledicebat, cum iniuriam acciperet, non minabatur, sed commendabat illi qui iuste iudicat: Quomodo verum est, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Turbamur hic, turbati desudemus, desudantes purgemur. Conemur

41 F

41 G

41 H

Ioan. 11.

Ioan. 11. Luc. 7. Mar. 5.

Ioan. 8.

1. Pet. 2.

vtcunq; donante ipso, penetrare alta secreta verborum istorum. Temere fortasse facimus, quia discutere & scrutari volumus verba dei. Et quare dicta sunt, nisi vt sciantur? Quare sonuerunt, nisi vt audiantur? Quare audita sunt, nisi vt intelligantur? Confortet ergo nos & donet nobis aliquid quantum ipse dignatur, & si nondum penetramus ad fontem, de riuo bibamus. Ecce ipse Ioannes nobis tanquam riuulus emanauit, perduxit ad nos de alto verbum, humiliauit, & quodammodo strauit, vt non horreamus altum, sed accedamus ad humilem. Omnino est quidam intellectus verus, fortis, siquo modo eum tenere possumus, quia pater non iudicat quenquam, sed
4. sen. dist. 48. cap. sed cum. omne iudicium dedit filio. Hoc enim dictum est, quia hominibus in iudicio non apparebit nisi filius: Pater occultus erit, filius manifestus. In quo erit filius manifestus? In forma qua ascendit. Nam in forma dei cum patre occultus est, in forma serui hominibus manifestus. Non ergo pater iudicat quenquam, sed in manifesto omne iudicium dedit filio. Hoc enim dictum est, quia hominibus in iudicio non apparebit nisi filius, sed manifesto. In quo manifesto iudicio filius iudicabit, quia ipse iudicandis apparebit. Euidentius nobis ostendit scriptura, quia ipse apparebit,
Acto. 1. Quadragesimo die post resurrectionem suam ascendit in cœlum, videntibus discipulis suis, & vox illis angelica, Viri, inquit, Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Iste qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Quomodo eum videbant ire? In carne quam tetigerunt, quam palpauerunt, cuius etiam cicatrices tangendo sibi probauerunt, in illo corpore in quo cum eis intrauit & exiuit per. xl. dies, manifestans se eis in veritate, non in aliqua fallitate, non phantasmate,
Luc. 24. non vmbra, non spiritu, sed quemadmodum ipse dixit non fallens, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Est quidem illud iam corpus dignum cœlesti habitatione, non subiacens morti, non mutabile per ætates. Non enim sicut ad illam ætatem ab infantia creuerat, sic ab ætate quæ iuuentus erat, vergit in senectutem; manet sicut ascendit, venturus ad eos quibus antequã veniat, verbum suum voluit predicare. Sic. n. veniet in forma humana. Hanc videbunt
Ioan. 19. Zach. 12. Apoc. 1. & impii, videbunt & ad dexteram positi, videbunt ad sinistram separati, sicut scriptum est, Videbunt in quem pupugerunt. Si videbunt in quem pupugerunt, corpus ipsum videbunt, quod lancea percusserunt. Lancea non percutitur verbum. In hoc enim impii videre potuerunt quod & vulnerare potuerunt. Latentem deum in corpore non videbunt: post iudicium videbitur ab his qui ad dexteram erunt. Hoc est ergo quod ait. Parer non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: quia manifestus ad iudicium veniet filius in humano corpore apparens, hominibus dicens dextris, Ve-
Matt. 25. nite benedicti patris mei, percipite regnum: dicens sinistris, Ite in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Ecce videbitur forma homims à piis & impiis, à iustis & ab iniustis, à fidelibus & ab infidelibus, à gaudentibus & à plangentibus, à confisis & confusis. Ecce videbitur cum visa fuerit illa forma in iudicio, & fuerit peractum iudicium, vbi dictum est, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciũ dedit filio: ob hoc, quia filius apparebit in iudicio in forma, quam ex nobis suscepit.
Phil. 2. Quid postea futurum est quando videbitur forma dei, quã sitiunt omnes fideles: quando videbitur illud, quod erat in principio verbum deus apud deum, per quod facta sunt omnia: quando videbitur illa forma dei, de qua dicit Apostolus, Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualem deo? Magna. n. illa forma vbi æqualitas patris & filii cognoscitur ineffabilis, incomprehensibilis, maxime paruulis. Quando videbitur? Ecce ad dexteram sunt iusti, ad sinistram sunt iniusti. Omnes pariter homines vident filium hominis, vident qui punctus est, vident qui crucifixus est, vident humiliatum, vident natum ex virgine, vident agnum de tribu Iuda, verbum deum apud deum. Quando videbunt, ipse erit & tunc, sed forma serui apparebit. Forma serui seruis demonstrabitur: forma dei, filiis seruabitur. Fiant ergo serui filii, qui sunt ad dexteram, eant in æternam hæreditatem olim promissam, quam non videntes martyres crediderunt, pro cuius promissione sanguinem suum fine dubitatione fuderunt. Eant illuc & videant ibi. Quando illuc ibunt? Dicat ipse dominus: Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Ecce vitam æternam nominauit. Nunquid hoc nobis dixit, quia ibi videbimus & cognoscemus

42 A patrem & filium? Quid si viuemus in æternum, sed illum patrem & filium non videbimus? Audi alio loco vbi vitam æternam nominauit, & expresit qd sit vita æterna. Noli timere, non te fallo, non sine causa promisi dilectoribus meis dicens, Qui habet manda
Ioan. 14. ta mea & seruat ea, ille est qui diligit me, Et qui me diligit, diligetur à patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo meipsum illi. Respondeamus domino & dicamus, Quid domine deus noster magnum, quid magnum nobis demonstraturus es teipsum? Quid. n? Et Iudæis te demonstrasti. Nonne te viderunt & qui crucifixerunt? Sed demonstrabis te in iudicio, cum stabimus ad dexteram tuam. Nunquid & illi qui ad sinistram stabunt non te videbunt? Quid est quòd demonstrabis nobis teipsum? Nunc enim non te uidemus cum loqueris? Responde: Et demonstrabo meipsum in forma dei, videtis modo in forma serui. Non te fraudabo ò homo fidelis, crede quia videbis, amas & nõ vides: amor ipse te perducet vt videas, ama, perseuera in amando. Non fraudabo, inquit, amorem tuum, qui mundaui cor tuum, vt quid enim mundaui cor tuum, nisi vt deus à te pos-
42 B sit videri? Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbũt. Sed hoc, inquit, seruus, tan-
Matt. 5. quam cum domino disputans, non expresisti cum dixisti, Ibunt iusti in vitam æternã: non dixisti, ibunt vt videant me in forma dei, videant patrem cui æqualis sum. Alibi attende quid dixit, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te vnum verum deum, & quẽ misisti Iesum xpm. Et modo ergo post cõmemoratum iudicium, quod omne dedit filio
Ioan. 17. pater non iudicans quenquam, quid futurũ est? Quid sequitur? Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.) Modo honorificant patrem, & contemnitur Flius: Filius enim videbatur vt seruus, pater honorificabatur vt deus. Apparebit & filius æqualis patri, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Modo ergo hoc habemus in fide. Nec dicat Iudæus, patrem honorifico, quid mihi est cũ filio? Respondeat illi Qui non honorificat filium, non honorificat patrem.) Mentiris omnino, filium blasphemas, & patri facis iniuriam. Pater. n. filium misit, tu contemnis quem misit. Quomodo honorificas mittentem, qui blasphemas missum? Ecce, inquit, aliquis missus est, & maior est pater, quia misit. Recede à carne, vetus homo suggerit vetustati, tu in nouo agno
42 C sce nouitatem: nouus tibi, seculo antiquus, perpetuus, æternus, reuocet ad hoc intellectum. Minor est filius, quia missus dictus est filius. Misionem audio, non separationẽ. Sed hic, inquit, videmus in rebus humanis: quia maior est qui mittit, quàm ille qui mittitur. Sed res humanæ fallunt hominem, res diuinæ purgant. Noli attendere ad res humanas, vbi maior videtur qui mittit, & minor qui mittitur, quãquã & ipsæ res humanę dicunt contrà testimonium. Velut verbi gratia, siquis vxorem vellet petere, & per se nõ posset, amicum maiorem mittit qui ei petat. Et sunt multa in quibus ipse maior eligitur qui mittatur à minore. Quid ergo calumniam vis facere, quia ille misit, ille missus est? Sol radium mittit, & non separat: luna splendorem mittit, & non separat: lucerna lumen fundit, & non separat. Video ibi misionem, & nullam video separationem: nam si de rebus humanis quæris exempla, ô hæretica vanitas, quãquã sicut pauloante dixi, & ipsæ res humanæ in quibusdam exemplis coarguunt & vincunt te, tamen attende quàm sit aliud in rebus humanis, vnde vis ducere exempla ad res diuinas. Homo qui mittit, manet ipse, & pergit ille qui mittitur. Nunquid pergit homo cum eo quem mittit? Pater au-
42 D tem qui misit filium, non recesit a filio. Ipsum dominum audi dicentem, Ecce veniet
Ioan. 16. hora vt vnusquisque discedat ad sua, & me solum relinquetis, sed non solus sum, quia pater mecum est. Quomodo eum misit cum quo venit? quomodo eum misit à quo nõ recesit? Alio loco dixit, Pater autem in me manens facit opera. Ecce in illo est, ecce operatur, non recesit à misso mittens, quia missus & mittens vnum sunt.
Ioan. 14.

Ab eo quod scriptum est, Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit a morte in vitam: vsq; ad eum locum ubi ait, Sicut audio iudico, & iudicium meũ iustum est, quòd non quæro uoluntatẽ meã, sed uolũtatẽ eius qui misit me. Tractatus. XXII.

NVdiustertiani & hesterni diei sermones redditos uobis, sequitur hodierna euangelica lectio, quam ex ordine pertractemus, non pro eius dignitate, sed pro uestris nostris; quia & uos nõ pro inundantis fontis largitate, sed pro uestro modulo capitis. Et nos nõ tãtũ dicimus in aures uestras, quantũ ipse fons manat, sed quãtũ capere

Universidad de Deusto
Biblioteca

possumus,qđ in uestros sensus traiiciamus,abundantius operante ipso in cordibus uē- 41
stris,quam nobis in auribus uestris. Res enim magna tractatur, & non à magnis,imò E
multum à paruis,spem tamen & fiduciam dat nobis,qui magnus propter nos factus est paruus. Si enim ab illo non exhortaremur,nec inuitaremur ad eum intelligendum, si desereret nos tanquam contēptibiles,quia capere non possemus diuinitatem ipsius, si non caperet in se mortalitatem nostram,& perueniret ad nos ut loqueretur nobis Euangelium,si quod in nobis abiectum & minimum est,uoluit communicare nobiscum, putamus eum noluisse nobis dare magnum suum,qui susscepit paruum nostrum? Hæc dixi,nequis uel nos reprehendat ista tractantes,quasi multum audaces: uel de se desperet, quod possit capere dono dei,quod illi dignatus est loqui filius dei. Ergo loqui nobis dignatus est,debemus credere quia uoluit ut intelligatur. Sed,si non possumus,præstat intellectum rogatus,qui uerbum præstitit non rogatus. Ecce quæ uerborum ista secreta sunt,attendite,Amen amen dico uobis,quia qui uerbum meum audit,& credit ei qui misit me,habet uitam æternam.) Ad uitam certe æternam omnes tendimus. Et ait, Amen amen dico uobis,qui uerbum meum audit & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Nunquid ergo audire uos uoluit uerbum suum,& intelligere noluit? Quandoquidem si in audiendo & credendo uita æterna est,multo magis in intelligendo, Sed gradus pietatis fides,fidei fructus intellectus,ut perueniamus ad uitam æternam, ubi non nobis legatur Euangelium: sed ille qui nobis modo Euangelium dispensauit,remotis omnibus lectionibus & paginis,& uoce lectoris & tractatoris, appareat omnibus suis purgato corde assistentibus,& in corpore immortali iam nunquam morituris mundans eos & illuminans,uidentes & uiuentes,in principio erat uerbum & verbū erat apud deū. Nunc ergo quē quæsiuimus attendamus,& quem audiuimus cogitemus. Deus est enim Christus: & cum hominibus loquitur: capi se uult,faciat capaces: uideri se uult,aperiat oculos. Non tamen sine causa loquitur nobis,nisi quia uerum est,quod promittit nobis. Verba mea,inquit,qui audit,& credit ei qui me misit,habet uitam æternam. Vt in iudicium non ueniat,sed transeat à morte ad uitam.) Vbi & quando uenimus de morte ad uitam, 42
ut non in iudicium ueniamus? In hac uita transimus à morte ad uitam: in hac uita quæ G
nondum est uita,hinc transimus à morte ad uitam. Quis est ille trānsitus? Qui audit uerba mea,dixit,& credit ei qui misit me. Seruas ista & credis, & transis. Et est qui stando transit? Planè est: stat enim corpore,transit mente. Vbi erat,unde transiret? Et quò transit? A morte ad uitam. Vide unum hominem stantem,in quo agatur totum hoc quod dicitur. Stat,audit,forte non credebat,audiendo credit: pauloante non credebat,modo credit,quasi de regione infidelitatis ad regionem fidei transitum fecit,motu cordis,non motu corporis: motu in melius,quia iterum qui deserunt fidem,mouentur in deterius. Ecce in hac uita,quæ sicut dixi nondum est uita,transitur a morte ad uitam, ut in iudiciū non ueniatur. Quare autem dixi,quia nondum est uita? Si uita esset ista,non diceret dominus cuidam: si uis uenire ad uitam,serua mandata. Non enim ait illi, si uis uenire ad Mat.19.
uitam æternam: non addidit æternam,sed tantum dixit uitam. Nec uita nominānda est, 42
quia non est uera uita. Quæ est uera,nisi quæ est æterna uita? Audi Apostolum dicen- H
tem ad Timotheum,Præcipe diuitibus huius seculi,non superbe sapere, neq; sperare in 1.Tim.6.
incerto diuitiarum,sed in deo uiuo: qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, benefaciant diuites,sint in operibus bonis,facile tribuant,communicent. Vt quid hoc? Audi quod sequitur,Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum,ut apprehendant ueram uitam. Profecto ista in qua erant,falsa uita est: nam ut quid uelis apprehendere ueram,si iam tenes ueram? Si autem apprehendenda est uera,migrandum est a falsa. Et qua migrandum? Quo? Audi,crede,& transitum facis de morte ad uitam,& in iudicium non uenis. Quid est hoc quòd in iudicium non uenies? Et quisquam melior erit 2.Cor.2.
Paulo Apostolo,qui ait,Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi,ut illic recipiat unusquisq; quæ per corpus gessit,siue bonum,siue malum. Paulus dicit, Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi: & tu tibi audes promittere,quia in iudicium non uenies? Absit,inquis,ut ego mihi hoc promittere audeam, sed credo promittenti. Saluator loquitur,ueritas pollicetur,ipse dixit mihi, Qui audit uerba mea, & credit ei 42
qui me misit,habet uitam æternam,& transitum facit de morte in uitam, & in iudicium I
non ueniet. Ergo audiui uerba domini mei,credidi. Iam infidelis cum essem, factus sum

fidelis,sicut ipse monuit,transii à morte ad uitam,ad iudicium non venio,non præsumptione mea,sed ipsius promissione. Paulus autem contra Christum loquitur, seruus cō tra dominum,discipulus contra magistrum,homo cōtra deum,ut cum dominus dicat, quia qui audit & credit,transit à morte ad vitam,& in iudicium non uenit: dicat Apostolus, Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi? Aut si ad iudicium non ueniat, quid ad tribunal exhibetur? Nescio quomodo intelligam. Reuelat ergo dominus deus noster,& per scripturas suas admonet nos dicens,quot modis intelligatur, quando dicitur in iudicium. Hortor ergo ut attendatis. Aliquando iudicium discriminatio dicitur. Secundum illum modum quo dicitur iudicium discriminatio,oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi,ut illic recipiat homo quæ per corpus gessit,siue bonum,siue malum: ipsa est enim discriminatio,ut bonis bona,malis mala distribuantur. Nam si iudicium semper in malo acciperetur,non diceret Psalmus, Iudica me deus. Audit forte ali Psa.42.
42 quis dicentem,Iudica me deus,& miratur. Solet enim homo dicere, ignoscat mihi deus,
K parce mihi deus. Quis est qui dicat, Iudica me deus? Et aliquando in Psalmo uersus ipse in diapsalmate ponitur,qui præbeatur à lectore,& respondeatur à populo. Nunc forte alicui cor percutitur,& timet cantare deo & dicere, Iudica me deus: & tamen cantat populus credens,nec putat se male optare quod dicitur à diuina lectione,& si parum intelligit,credit aliquid boni esse quod cantat. Et tamen & ipse Psalmus non dimisit hominē sine intellectu. Secutus enim uerbis posterioribus ostendit,quale iudicium diceret,quia non est damnationis sed discretionis. Ait enim,iudica me deus: Quid est, iudica me deus? Et discerne causam meam à gente non sancta. Ergo secundum hoc iudicium discretionis,oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Secundum iudicium autem damnationis,qui audit verba mea,inquit,& credit ei qui misit me,habet uitam æternā, & in iudicium non uenier,sed transitum facit à morte ad uitam. Quid est, in iudicium
42 non ueniet? In damnationem non ueniet. Probemus de scripturis, quia dictum est iudi-
L cium,ubi pœna intelligitur,quanquam & in hac ipsa lectione paulopost audietis ipsum uerbum iudicii non positum nisi pro damnatione & pro pœna. Tamen Apostolus dicit quodam loco scribens ad eos,qui corpus quod fideles norunt,male tractabant: & propter quod male tractabant,corripiebantur flagello domini. Ait enim illis: Propterea mul 1.Cor.11.
ti in uobis infirmi & ægroti dormiunt sufficienter. Multi enim propterea etiam moriebantur. Et secutus est: Si enim nosipsos iudicaremus,à domino non iudicaremur: hoc est,si nosipsos corriperemus,à domino non corriperemur: cum iudicamur autem à domino,corripimur,ne cum hoc mundo damnemur. Sunt ergo secundum pœnam qui iudicantur hic,ut parcatur illis ibi: sunt quibus parcatur hic, ut abundantius torqueantur ibi: sunt autem quibus distribuuntur ipsæ pœnæ sine flagello pœnæ,si flagello domini correcti non fuerint: ut cum hic contempserint patrem uerberantem,ibi sentiant iudicem punientem. Ergo est iudicium quo missurus est deus, id est,filius dei in fine diabolum & angelos eius,& omnes infideles & impios cum eo. Ad hoc iudicium non uenit,
42 qui modo credens transitum facit à morte ad uitam: etenim ne putares credendo te non
M morituru secundum carnem,& accipiendo carnaliter diceres tibi: Dominus meus mihi dixit, Qui audit uerba mea,& credit ei qui misit me,transiet à morte ad uitam: Ergo ego credidi,non sum moriturus. Scias te mortem quam debes supplicio Adam persoluturum,accepit enim ille in quo tunc omnes fuimus morte morieris, nec potes euadere sententiam diuinam,sed cum persolueris mortem ueteris hominis,susscipies uitam æternam noui hominis,& transitum facies à morte ad uitam. Modo interim fac transitum uitæ. Quæ est uita tua? Fides: iust us ex fide uiuit infideles,inquit, mortui sunt, de qui- Aba.2.
bus dominus ait, Dimitte mortuos ut sepeliant mortuos suos. Ergo & in hac uita sunt Rom.1.
mortui,sunt uiui,& quasi omnes uiuunt. Qui sunt mortui? qui non crediderunt. Qui Mat.8.
sunt uiui? qui crediderunt. Quid dicitur mortuis ab Apostolo? Surge qui dormis. Sed Ephe.5.
somnum dixit,non mortem. Audi sequentia, Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Et quasi diceret,quò ibo? Et illuminabit te Christus. Iam cum te credentem illuminauerit Christus, transitum facis à morte ad uitam: mane in eo quò transisti,& non uenies ad
43 iudicium. Exponit illud enim ipse & sequitur. Amen Amen dico uobis,) ne forte quia
A dixit, transit à morte ad uitam: intelligamus hoc in futura resurrectione, ostendere uolens quomodo transit qui credit: & hoc est transire de morte ad vitam, transire ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

infidelitate ad fidem,ab iniustitia ad iustitiam , â superbia ad humilitatem , ab odio ad charitatem.Nunc autem amen amen dico vobis,quia veniet hora & nunc est.Quid euidentius? Iam certe aperuit quod dicebat, quia modo fit quo nos Christus hortatur: veniet hora,quæ hora & nunc est.Quando mortui audient vocem filii dei,& qui audierint viuent.) Iam de his mortuis locuti sumus.Quid putamus fratres mei,In ista turba quæ me audit nulli sunt ne mortui? Qui enim credunt,& secundum veram fidem agunt,viuunt,& mortui non sunt: qui autem vel non credunt, vel sicut dæmones credunt, tremientes & male viuentes,filium dei confitentes, & charitatem non habentes,mortui potius deputandi sunt,& tamen agitur adhuc hora ista.Non enim hora,de qua locutus est dominus , vna erit hora de duodecim horis vnius diei : ex quo locutus est usq; ad hoc tempus,& vsq; ad finem seculi , ipsa vna hora agitur, de qua dicit in Epistola sua Ioannes,Filioli,nouissima hora est,ergo nūc est: qui viuit,viuat: qui mortuus erat,viuat: audiat vocem filii dei qui mortuus iacebat, surgat & viuat. Clamauit dominus ad sepulchrum Lazari,& quatriduanus mortuus resurrexit.Qui putebat,in auras processit, sepultus erat,lapis superpositus erat.Vox saluatoris irrupit duritiam lapidis , & cor tuum ita durum est,vt nondum illa vox diuina te rumpat. Surge in corde tuo , procede de sepulcro tuo.Etenim mortuus in corde tuo,tanquam in sepulcro iacebas,& tanquam saxo malæ consuetudinis grauaris. Surge & procede,& crede & confitere. Qui enim credit, surrexit: qui confitetur,processit.Quare processisse dicimus confitentem ? Quia antequam confiteretur,occultus erat: cum autem confiteretur,procedit de tenebris ad lucē. Et cum confessus fuerit,quid dicetur ministris? Quod dictum est ad funus Lazari,Solui te illum,& sinite abire.Quomodo dictum est ministris Apostolis.Quæ solueritis in terra,soluta erunt & in cœlo. Venit hora & nunc est , quando mortui audient vocem filii dei,& qui audierint viuent: vnde viuent? De vita. De qua vita? De Christo. Vnde probamus quia de vita Christo ? Ego sum,inquit , via,ueritas,& vita.Ambulare vis,ego sum via.Falli non vis,ego sum veritas. Mori non vis,ego sum vita.Hoc dicit tibi saluator tuus,non est quò eas nisi ad me: non est quà eas nisi per me . Nunc ergo ista hora agitur, hoc & agitur planè,& omnino non cessatur. Surgunt homines qui mortui erant , transibunt ad vitam,ad vocem filii dei viuunt,de illo perseuerantes in fide ipsius. Habet enim filius vitam,vnde viuant credentes habet.Et quomodo habet? Sicut habet pater . Audi ipsum dicentem,Sicut enim pater habet vitam in semetipso,sic dedit & filio vitam habere in semetipso.) Fratres,vt potero dicam.Hæc sunt enim illa verba quæ paruum intellectum perturbant. Quare addidit,in semetipso? Sufficeret enim vt diceret , Sicut enim pater habet vitam,sic dedit & filio habere vitam. Addidit,in semetipso : habet enim in semetipso pater vitam,habet & filius in semetipso . Aliquid intelligere nos voluit,in eo quòd ait,in semetipso: & hic secretum in verbo,hoc clausum est,pulsemus ut aperiatur. O domine,quid est quod dixisti? In semetipso quare addidisti? Etenim Paulus Apostolus quem viuere fecisti,non habebat vitam? Habebat, inquit,quantum homines mortui vt reuiuiscant,& ad verbum tuum credendo transeant. Cum transierint , non in te habebunt uitam? Habebunt: nam & ego pauloante dixi, Qui audit verba mea,& credit ei qui me misit,habet vitam æternam. Ergo illi qui in te credunt,habent uitam: & non dixisti, in semetipsis. Cum autem de patre loquereris,dixisti, Sicut pater habet vitam in semetipso: rursus cum de te loquereris,dixisti,sic & filio dedit habere vitam in semetipso . Sicut habet,sic dedit habere. Vbi habet? In semetipso. Paulus vbi habet ? Non in semetipso,sed in Christo. Tu fidelis vbi habes? Nō in temetipso,sed in Christo. Videamus si hoc dicit Apostolus, Viuo autem iam non ego,viuit vero in me Christus: vita nostra,tanquā nostra,ideo de voluntate propria nostra non erit nisi mala,peccatrix, iniqua : vita vero bona de deo in nobis est,non a nobis . Christus autem in semetipso habet vitam sicut pater,quia verbum dei non modo male viuit,& modo bene viuit : homo autem modo male,modo bene. Qui male viuebat,in vita sua erat : qui bene viuit , ad vitam Christi transit. Particeps factus vitæ,non eras quod accepisti,& eras qui acciperes: filius autem dei non quasi primo fuit sine vita,& accepit vitam. Si enim sic illam acciperet,non eam haberet in semetipso. Quid est enim in semetipso? Vt ipsa vita ipse esset . Adhuc aliquid planius fortasse dicam,Lucernam quisq; accendit,exempli gratia, lucerna illa quantum pertinet ad flammulam quæ ibi lucet , ignis ille habet lucem in semetipso : oculi autem

Iaco.2. Mar.1. — x.Ioan.2. Ioan.11. — Mat.18. — Ioan.14. — Gala.2.

tui,

tui,qui lucerna absente iacebant,& nihil videbant,iam ipsi habent lucem,sed non in semetipsis. Proinde si se à lucerna auerterint,tenebrantur: si se conuerterint, illuminātur. At uerò ille ignis quandiu est lucet,si volueris illi lucem tollere , simul & ipsum extinguis: nam sine luce non potest remanere. Sed lux Christus inextinguibilis & coæternus patri,semper cadens,semper lucens,semper feruens; nam si non ferueret, nunquid diceretur in Psalmo, Nec est qui se abscondit à calore eius? Tu autem in peccato tuo frigidus eras,conuertaris vt ferueſcas: si recesseris,frigescis . In peccato tuo tenebrosus eras, conuertaris vt illumineris: si auerteris te,obscuraberis . Proinde qui in tenebris eras , cū illuminaris,non eris lumen,quamuis sis in lumine: ait enim Apostolus , Fuistis enim ali quando tenebræ,nunc autem lux in domino. Cum dixisset,nunc autem lux: addidit,in domino. In te ergo tenebræ,lux in domino. Lux quare ? Quia participatione lucis illius es: si autem á luce qua illuminaris recesseris , ad tenebras tuas redis . Non sic Christus, non sic verbum dei,sed quomodo? Sicut habet pater vitam in semetipso,sic dedit filio habere vitam in semetipso,vt non participatione uiuat , sed in commutabiliter viuat : & omnino ipse vita sit,sic dedit & filio habere vitam . Sicut habet , sic dedit . Quid interest? Quia ille dedit,iste accepit. Nunquid iam erat quando accepit? Nunquid intelligimus Christum aliquando fuisse sine luce,cum ipse sit sapiētia patris, de qua dictum est. Candor est lucis æternæ? Ergo quod dicitur,dedit filio,tale est ac si diceretur, genuit filium: generando enim dedit. Quomodo enim dedit ut esset,sic dedit vt vita esset , & sic dedit,vt in semetipso vita esset. Et quid est,in semetipso vita esset? Non aliunde vita indigeret,sed ipse esset plenitudo vitæ, vnde credentes alii viuerent dum viuerent . Dedit ergo illi habere vitam in semetipso,dedit ei tanquam verbo suo,tanquam ei qui in principio erat verbum,& verbum erat apud deum. Deinde quia homo factus, quid illi dedit? Et potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est .) Secundum quod filius est dei,sicut habet pater uitam in semetipso , sic & dedit filio vitam habere in semetipso; secundum autem quod filius hominis est,potestatem dedit ei iudicium faciendi. Hoc est quod hesterno die exposui charitati uestræ, quia in iudicio homo videbitur, deus autem non videbitur,sed post iudicium videbitur ab his , qui vicerint in iudicio . Ab impiis autem non videbitur deus: quia ergo homo videbitur in iudicio , forma illa, quæ sic ueniet sicut ascendit,ideo supra dixerat,Pater non iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio. Hoc etiam in isto loco repetit,cum dicit , Et potestatem dedit ei iudicium faciendi quoniam filius hominis est: tanquam diceres tu,Potestatem dedit ei iudicium faciendi: Quare? Quando non habuit istam potestatem iudicii? Quando in principio erat verbum,& verbum erat apud deum,& deus erat verbum , quando omnia per ipsum facta sunt: nunquid non habebat potestatem iudicium faciendi ? Sed secundum hoc dico,potestatem dedit ei iudicium faciendi,quia filius hominis est . Sed secundum hoc accepit potestatem iudicandi,quia filius hominis est; nam secundum quòd dei filius est,semper habuit hanc potestatem. Accepit qui resuscitatus est, accepit qui natus est, accepit qui crucifixus est. Qui fuit in morte,est in vita: verbum dei nunquam in morte, semper in vita. Iam ergo de resurrectione fortè aliquis nostrum dicebat , Ecce resurreximus,qui audit Christum,qui credit & transit de morte ad vitam , & in iudicium non venit, Venit hora & nunc est,vt qui audit vocem filii dei,viuat: mortuus erat , audiuit, ecce resurgit. Quid est quod dicitur postea resurrectio futura carnis , & resurrectio corporum mortuorum? Parce tibi,noli præcipitare sentētiam,ne pergas post illam. Est quidem ista resurrectio quæ fit nunc,mortui erant infideles,mortui erant iniqui,viuunt iusti,transeunt á morte infidelitatis ad vitam fidei . Sed noli inde credere nullam futuram postea resurrectionem corporis,crede futuram & resurrectionem corporis . Audi enim quid sequatur post commendatam resurrectionem istam,quæ fit per fidem , nequis putaret istam solam esse,& incideret in illam desperationem & errorem hominum, qui per uertebant aliorum sensus,dicentes resurrectionem iam factam esse,de quibus dicit Apostolus,Et fidem quorundam peruertunt. Credo enim qui talia verba illis dicebant,Ecce dominus vbi ait,Et qui credit in me,transit á morte ad vitam, iam facta est resurrectio in omnibus fidelibus,qui fuerāt infideles,quomodo altera dicitur resurrectio ? Gratias deo nostro,fulcit nutantes,dirigit hæsitantes , confirmat dubitantes . Audi quid sequitur,quia non habes unde tibi facias caliginem mortis: si credidisti,totum crede. Quid to

Pſal.18. — Ephe.4. — Sapien.7. — 1.Tim.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum,inquis,credo? Audi quid dicit, Nolite mirari hoc:)quia dedit potestatem filio faciendi iudicii. In fine dico,ait,Quomodo in fine? Nolite mirari hoc,Quia ueniet hora:) hic non dixit,& nunc est. In illa resurrectione fidei quid dixit? Veniet hora & nunc est. In ista resurrectione,quia commendat futuram corporum mortuorum, veniet hora dixit,non dixit nunc est,quia in fine seculi ventura est. Et unde,inquis,mihi probas, quia de ipsa resurrectione dixit? Si patienter audias,tu ipse tibi modo probabis. Sequamur ergo,Nolite mirari hoc,quia venit hora,In qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei,& procedent.) Quid euidentius ista resurrectione? Iam dudum non dixerat,qui in monumentis sunt,sed mortui audient uocem filii dei,& qui audierint viuent. Non dicitur,alii viuent,alii damnantur,quia omnes qui credunt,viuent. De monumentis autem quid dixit? Omnes qui sunt in monumentis audient vocem filii eius, & procedent: non dixit,audient & viuent. Si enim male uixerant & iacebant in monumentis, ad mortem resurgent,non ad vitam: ergo uideamus qui procedent,licet pauloantè mortui audiendo & credendo viuebant. Non ibi facta est discretio, non dictum est,audient mortui uocem filii dei,& cum audierint,alii uiuent,alii damnantur,sed omnes qui audierint,viuent: quia qui credunt,uiuent,qui habent charitatem viuent,& nemo morietur. De monumentis autem audient vocem,Et procedent.) Quò? Qui bene fecerunt,ad resurrectionem uitæ;qui male fecerunt,ad resurrectionem iudicii.) Hoc est iudicium, pœna illa de qua pauloantè dixerat,Qui credit in me,transiet à morte ad vitam, & in iudicium non ueniet. Non possum ego à me facere quicquam, sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est.) Si sicut audis iudicas,à quo audis? Si à patrè, certè pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Quoniam tu quodammodo præco patris,vt quod audis dicas. Quod audio,hoc dico,quia quod est pater, hoc sum. Dicere enim meum esse,est: quia verbum patris sum: hoc enim tibi dicit Christus. Inde de tuo quid est,sicut audio,ita iudico,nisi sicut sum? Quomodo enim audit Christus? Fratres, quæramus,rogo uos,Audit Christus â patre? Quomodo illi dicit pater? Vtiq; si dicit illi,uerba ad illum facit: omnis enim qui aliquid alicui dicit,uerbo dicit. Quomodo pater filio dicit,quando filius uerbum patris est? Quicquid autem nobis pater dicit,verbo suo dicit,verbum patris filius est,ipsi uerbo quo alio uerbo dicit? Vnus est deus, unum uerbum habet,in uno uerbo omnia continet. Quid est ergo,Sicut audio ita iudico? Sicut de patre sum,ita iudico. Ergo iudicium meum iustum est, uerum est. Nam si nihil facis ex te,o domine Iesu,quomodo sentiunt carnales,si nihil facis ex te? Quomodo pauloantè dixisti,sic & filius quos vult uiuificat: modo dicis,ex me facio nihil? Sed quid commendat filius,nisi quia de patre est? Quid est de patre? Non esse de se. Sed non est de se filius,si de se esset,filius non esset,sed filius de patre est. Pater ut sit,non est de filio,filius ut sit,de patre est,æqualis est patri,sed tamen iste de illo,non ille de isto. Quia non quæro uoluntatem meam,sed uoluntatem eius,qui misit me.) Filius unicus dicit,Non quæro uoluntatem meam,& homines uolunt facere uoluntatem suam. Ille tantum se humiliat, qui æqualis est patri,& tantum se extollit,qui in imo iacet,& nisi ei manus porrigatur, non surgit. Faciamus ergo uoluntatem patris, uolũtatem filii,uoluntatẽ spiritussancti, quia trinitatis huius una uoluntas,una potestas,una maiestas est. Ideo tamen dicit filius,Nõ ueni facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, quia Christus non est de se,sed de patre suo est. Quod autem habuit ut homo appareret,de creatura assumpsit quam ipse formauit.

Ab eo loco,ubi dictum est, Si ego testimonium perhibeo de me,testimonium meum non est uerum: usque ad id quod ait,Et non uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Tractatus XXIII.

QVodam loco in Euangelio dominus ait, prudentem auditorem verbi sui similem esse debere homini qui volens ædificare fodit altius, donec perueniat ad fundamentum stabilitatis petræ,& ibi securus constituat quod fabricat, aduersus impetum fluminis,vt cum uenerit,repercutiatur potius firmitate ædificii,quam impulsu suo ruinam faciat illi domui. Putemus scripturam dei tanquam agrum esse, vbi volumus aliquid ædificare. Non simus pigri, nec superficie contenti, fodiamus altius & nec perueniamus ad petram,petra autem erat Christus. Hodierna lectio de testimonio domini nobis locuta est, quia non habet necessarium ab hominibus testimonium, sed

habeat maius quam sunt homines,atq; id testimoniũ dixit quid sit. Opera,inquit, quæ ego facio,testimonium perhibent de me.) Deinde adiunxit, Et testimonium perhibet de me,qui misit me pater.) Ipsa quoq; opera quæ facit, à patre se accepisse dicit. Testimonium ergo perhibent opera, testimonium perhibet pater. Nullúmne testimonium perhibuit Ioannes? Perhibuit planè,sed tanquam lucerna,non ad satiandos amicos,sed confundendos inimicos: iam enim antea prædictum erat à persona patris, Parauí lucernam Christo meo: Inimicos eius induam confusione,super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Esto tanquam in nocte positus. Attendisti in lucernã & miratus es lucernam,& exultasti ad lumen lucernæ. Sed illa lucerna dicit esse solem in quo exultare debeas, & quanuis ardeat in nocte,diem te iubet expectare. Non ergo quia illius hominis testimonium non erat opus, nam vt quid mitteretur si non erat opus? Sed ne in lucerna remaneat homo,& lumen lucernæ sufficere sibi arbitretur,ideo dominus nec lucernam illam superfluam dicit fuisse,nec tamen te dicit in lucerna debere remanere. Dicit aliud testimoniũ scriptura dei,vbi vtiq; deus perhibuit testimonium filio suo, & in illã scripturam Iudæi spem posuerãt in lege scilicet dei, ministrata sibi per Moysen famulum dei. Scrutamini,inquit,scripturam,in qua vos putatis vitam æternam habere, ipsa testimonium perhibet de me,& non vultis venire ad me vt vitam habeatis.) Quid vos putatis habere in scriptura? Vitam æternam. Ipsam interrogate,cui perhibet testimonium,& intelligite quæ sit vita æterna. Et quia propter Moysen volebant repudiare Christum,tanquam aduersarium institutis,præceptisq; Moysi, rursus eosdem ipse conuincit,tanquam de alia lucerna. Omnes enim homines lucernæ,quia & accendi possunt & extingui. Et lucernæ quidem cum sapiunt,lucent,& spiritu feruent: nam & si ardebãt & extinctæ sunt,etiam putent. Permanserunt enim serui dei lucernæ bonæ,ex oleo misericordiæ illius,non ex viribus suis. Gratia quippe dei gratuita, illa oleum lucernarum est. Plus enim illis omnibus laboraui,ait quædam lucerna. Et ne viribus suis ardere videretur, adiunxit,Non autem ego,sed gratia dei mecum. Omnis ergo prophetia ante domini aduentum,lucerna est. De qua dicit Petrus apostolus, Habemus certiorem propheticum sermonem,cui bene facitis intendentes quemadmodũ lucernæ lucenti in obscuro loco,donec dies lucescat,& lucifer oriatur in cordibus vestris. Lucernæ itaq; prophetæ,& omnis prophetia vna magna lucerna. Quid apostoli? Non lucernæ etiam ipsi? Planè lucernæ. Solus enim ille non lucerna: non enim accenditur & extinguitur, quia sicut pater habet vitam in semetipso,sic dedit filio habere vitam in semetipso. Lucernæ ergo & Apostoli, & gratias agunt, quia & accensæ lumine veritatis sunt, & feruent spiritu charitatis,& suppetit illis oleum gratiæ dei. Si non essent lucernæ, non diceret illis dominus, Vos estis lumen mundi. Nam posteaquam dixit, Vos estis lumen mundi: ostẽdit ne tale lumen se putarent,quale dictum est,Erat lumen verum,quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: tunc autem hoc de domino dictum est,cũ à Ioanne distingueretur. De Ioanne quidem Bap. dictum erat,Non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Et ne diceres,quomodo lumen non erat, de quo Christo dicit,quia lucerna erat? In comparatione alterius luminis non erat lumẽ: Erat enim verum lumen,quod illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ. Ergo cum & discipulis diceret,Vos estis lumen mundi;ne sibi aliquid tributũ putarent: quod de solo Christo intelligendum esset,& ita lucernæ vento superbiæ extinguerentur, cũ dixisset,Vos estis lumen mundi: continuo subiunxit,Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta,neq; accendunt lucernam,& ponunt eam sub modio,sed super candelabrum,vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sed quid si Apostolos non dixit lucernam, sed accensores lucernæ quam ponerent super candelabrum? Audi quia ipsos dixit lucernam, Sic luceat,inquit,lumen vestrum coram hominibus,vt videntes bona opera vestra glorificent non vos,sed patrem vestrũ qui in cœlis est. Ergo & Moyses perhibuit testimoninm Christo,& Ioannes perhibuit testimonium Christo,& cæteri prophetæ & apostoli perhibuerunt testimonium Christo. His omnibus testimoniis præponit testimonium operum suorum, quia & per illos non nisi deus perhibuit testimonium filio suo. Sed perhibet alio modo deus testimonium filio suo. Per ipsum filium suum indicat deus filium, indicat se per filium, ad hunc si potuerit homo peruenire, nec lucernis indigebit,& vere fodiendo altius ædificium perducet ad petram. Facilis est ergo fratres

63

Psal. 131.

Matt. 5. Ioan. 1.

1. Cor. 15. 2. Petri. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hodierna lectio sed propter hesternum debitum,scio enim quid distulerim non abstulerim,& dominus dignatus est donare,etiam hodie loqui ad vos.Recordamini quid repo
scere debeatis,si forte aliquo modo seruata pietate & salubri humilitate,extédamus nos
Psal.41. non aduersus deum,sed ad deum,& leuemus ad eum animam nostram, effundentes eã
Psal.24. super nos,sicut ille in Psalmo,cui dicebatur,Vbi est deus tuus? hæc, inquit, meditatus
sum,& effudi super me animam meam Leuemus ergo animam nostram ad deum, non
contra deum,quia & hoc dictum est,Ad te domine leuaui animam meam. Et leuemus
adiuuante ipso, quia grauis est: Vnde autem grauis est? Quia corpus quod corrum-
Sapien. 9. pitur aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ne
forte ergo posimus sensum nostrum à multis colligere ad vnum, & euulsum à multis
leuare ad vnum: quod quidem non poterimus,vt dixi,nisi adiuuet ille qui ad se vult le
uari animas nostras, & contingamus ex aliqua parte, quomodo verbum deus vnicus
patri coæternus & coæqualis patri,non faciat nisi quod viderit patrem facientem, cum
tamen pater ipse non faciat aliquid nisi per filium videntem. Videtur mihi quomodo
dominus Iesus in hoc loco magnum quiddam insinuare volens intentis, & infundere
capacibus, incapaces autem excitare ad studium,vt nondum intelligentes bene viuen-
do capaces fiant: insinuauit nobis animam humanam & mentem rationalem, quæ inest
homini,non inest pecori,non vegetari,non beatificari,non illuminari,nisi ab ipsa sub-
stantia dei,eamq; animam facere aliquid per corpus & de corpore,atq; habere subiectũ
corpus,& per corporalia mulceri posse sensus corporis vel offendi,& propter hoc, id est
propter consortium quoddam animæ & corporis in hac vita atq; complexu, delectari
animam lenitis, vel contristari offensis corporis sensibus beatitudinẽ tamen eius qua
sit beata ipsa anima,non fieri nisi participatione illius vitæ semper viuæ, incommuta-
bilis,æternæq; substantiæ,quæ deus est,vt quomodo anima quæ inferior deo est, id qd
ipsa inferius est,hoc est corpus,facit viuere,sic eandem animam non facit beatè viuere,
nisi quod ipsa anima est superius. Superior.n.anima quàm corpus,& supior quã anima
deus. Anima vt præstet aliquid inferiori,præstatur illi à superiore. Seruiat domino suo,
ne conculcetur à seruo suo. Hæc est fratres mei,religio Christiana, quæ prædicatur per
totum mundum hortentibus inimicis,& vbi vincuntur murmurantibus, vbi prævalẽt
sæuientibus. Hæc est religio Christiana,vt colatur vnus deus,non multi dii: quia nõ fa
cit animam beatam nisi vnus deus. Participatione dei fit beata,non participatione san-
ctæ animæ fit beata infirma anima,nec participatiõe angeli fit beata sancta anima: sed
si quærit beata esse infirma anima,quærat vnde beata fit sancta anima: Non.n.beatus es
ficeris ex angelo tu,sed vnde angelus,inde & tu. His præmissis atq; firmissimè constitu
tis,animam rationalem non beatificari,nisi à deo, corpus non vegetari nisi per animã,
atq; esse quandam medietatem inter deum & corpus,animam. Intendite ergo & recolite
mecum,non hodiernam,de qua sufficienter locuti sumus,sed hesternam lectionẽ, quã
ecce iam triduo versamus atq; tractamus,& pro viribus fodimus,donec ad petrã perue-
niamus. Verbum Christus,& verbum dei Christus: apud deum,verbum Christus,& de-
us verbum Christus,& deus & verbum vnus deus. Illuc perge anima contemptis cæte-
ris vel etiam transcensis. Illuc perge,nihil potentius ista creatura,quæ mens dicitur ra-
tionalis,nihil hac creatura sublimius Quicquid supra istam est,iam creator est. Dicebã
autem quia verbum Christus,& verbum dei Christus,& deus verbum Christus,sed nõ
tantum verbum Christus,quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ergo &
Philip.2. verbum & caro Christus. Cũ.n.in forma dei esset,non rapinã arbitratus est esse se æqua
lem deo. Et quid nos,in imo,qui non poteramus infirmi & humi repentes attingere de-
um? Nunquid relinquendi eramus? Absit. Semetipsum exinaniuit, formã serui accipi-
ens: non ergo formam dei amittens. Factus est ergo homo qui erat deus,accipiendo qd
non erat,non amittendo quod erat. Ita factus est homo deus. Ibi habes aliquid propter
infirmitatem tuam,ibi habes aliquid propter perfectionem tuam, erigat te Christus p
id quod homo est, ducat te per id quod deus & homo est, perducat te ad id quod deus
est. Et tota prædicatio dispensatioq; per Christum hæc est,fratres,& alia non est, vt re-
surgant animæ,resurgant & corpora. Vtrunq; quippe mortuum erat,corpus ex infirmi
tate,anima ex iniquitate. Resurget anima ab iniqtate per id quod deus est, resurget cor
pus à corruptione per id quod homo est. Animæ resurgent per substantiam dei, corpo-

ra per

ra per dispensationẽ humanã. Quia vtrũq; mortuũ erat,resurgat vtrunq; Quid vtrũq;? 64
Anima & corpus. Per quid ergo anima nisi per deũ xp̃m? Per quid corpus, nisi per homi
nem eundem xp̃m? Erat.n.& in xp̃o anima humana,tota anima,nõ irrationale tantum
animæ,sed etiam rationale quod mens dicitur. Fuerunt.n.quidã hæretici, & pulsi sunt
ab Ecclesia,qui putarent non habere mentem rationalem corpus Christi, sed quasi ani
mam beluinam: excepta quippe rationali mente vita beluina est. Sed quia expulsi sunt,
44 & veritate expulsi sunt: accipe totum Christum,verbum,mentem rationalem,& carnẽ:
K hoc totum Christus est. Resurgat anima tua ab iniquitate p id quod deus est, resurgat
corpus tuũ à corruptione per id quod homo est. Proinde charissimi,audite magnam le
ctionis huius,quantum mihi videtur,profunditatem,& videte quemadmodum loqua-
tur hic Christus,nihil aliud quàm quare venerit Christus,vt resurgant animæ ab ini-
quitate,resurgant corpora à corruptione. Iam dixi animæ per quid resurgant,per ipsam
substantiam dei: corpora per quid resurgant,per dispensationẽ humanã domini nostri
Iesu Christi. Amen amen dico vobis,nõ pot à se filius facere quicquã,nisi quod viderit
patrẽ facientẽ. Quæcunq; n.ille fecerit,hæc & filius similiter facit.) Cœlũ,terrã, mare,
quæ in cœlo,quæ in terra,quæ in mari,visibilia,inuisibilia,animalia in terris,fruteta in
agris,natantia in aquis,in aere volantia,in cœlo lucentia. Præter hæc omnia, angelos,
virtutes,sedes,dominationes,principatus,potestates: omnia per ipsum facta sunt. Nun
44 quid fecit omnia hæc deus pater,& deus demonstrauit ea facta filio, vt & ipse faceret al
L non alia,sed hæc & filius,nec dissimiliter,sed similiter facit. Pater.n.diligit filiũ, & om-
nia demonstrat ei quæ ipse facit.) Demonstrat pater filio vt animę suscitentur,quia per
patrẽ & filiũ animæ suscitantur. Nec possunt viuere animę,nisi earũ vita sit deus. Si ergo
nõ possunt viuere animæ,nisi earũ vita sit deus,sicut ipsæ sunt vita corporũ, quod de
monstrat pater filio,id est,quod facit per filiũ facit: nõ.n.faciendo demonstrat pater fi-
lio,sed demonstrando facit per filiũ. Videt.n.filius patrem demonstrantem antequam
aliquid fiat,& ex demonstratione patris & visione filii,fit à patre per filium: sic animæ
suscitantur,si potuerint videre istam vnitatis coniunctionem,patrem demonstrantem,
filium videntem,& per patris demonstrationem & filii visionem fieri creaturam: atq; id
fieri per patris demonstrationem & filii visionem,quod nec pater sit, nec filius, sed in-
fra patrem & filium, quicquid fit à patre per filium. Quis hoc videt? Ecce iterum ad car
nales sensus, ecce rursus humiliamus nos,& descendimus ad vos, si tamen aliquid ali-
quando ascenderamus à vobis. Vis demonstrare aliquid filio tuo, vt faciat quod facis,
44 facturus es tu & sic demonstraturus. Quod igitur facturus es quod demonstres filio,nõ
M vtiq; facis per filium, sed tu solus facis quod ipse factum videat, & aliud tale similiter
faciat? Non est hoc ibi Quid pergis ad similitudinem tuam, & deles in te similitudi-
nem dei? Ibi omnino non est hoc. Inueni aliquid quomodo demonstres filio tuo quod
facies antequam facis, vt cum demonstraueris, per filium facias hoc quod facis. Iam
forte quasi occurrit tibi,Ecce,inquis,cogito facere domum, & volo vt per filium meum
fabricetur,antequam eam ipse fabricem ostẽdo filio meo quod facere volo, & facit ipse,
atq; ego per ipsum, cui ostendi voluntatem meam. Recessisti quidem à pristina simili-
tudine, sed adhuc iaces in magna dissimilitudine. Ecce.n.antequam facias domum,in-
dicas filio tuo,& demonstras quid facere velis,vt te demonstrante antequam facias, fa-
ciat ipse quod demonstraueris, & tu per ipsum. Sed verba dicturus es filio tuo, inter
te & ipsum verba cursura sunt & inter demonstrantem & videntem, vel loquentem &
audientem sonus articulatus volat,qui non est quod tu,non est quod ipse: sonus quip-
45 pe ille qui exit de ore tuo, & verberato aere tangit aurẽ filii tui,& impleto sensu audien
A di perducit ad cor cogitationem tuam: sonus ergo ille non est ipse tu,non est ipse filius
tuus. Signũ datũ est ab animo tuo,animo filii tui,quod signũ non est,nec animus tuus,
nec animus filii tui,sed aliud aliqd. Itáne putamus patrẽ deũ locutũ esse cũ filio? Fuerũt
verba inter deũ & verbũ,quomo istud est? An quicquã vellet pater dicere filio? Si vellet
uerba dicere,ipse filius est verbũ patris. Nũquid per verbũ loqueretur ad verbũ? An qa
filius magnũ verbũ,minora verba cursura erant inter patrem & filium, sonus aliquis
& quasi creatura quædã temporalis atq; volatica,exitura erat ex ore patris, & pcussura
aurẽ filii? Nunquid habet deus corpus vt quasi ex eius labiis ꝓcedat,& habet aures cor-

Resumit hic Augu. quod in 4. tractatib⁹ expositũ est amplius exponẽdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris verbum,in quas ſonus ueniat?Remoue omnia corporalia, ſimplicitatem uide, ſi ſimplex es. Quomodo autem eris ſimplex? Si te non mundo implicaueris,ſed ex mundo expliçaueris,explicando enim te ſimplex eris,& uide ſi potes quod dico, aut ſi non potes,crede quod non uides. Dicis filio tuo,uerbo dicis: uerbum quod ſonat,nec tu es,nec filius tuus. Habeo,inquis,aliud quo oſtendam: ita enim eſt,inquis,eruditus filius meus, ut nec loquentem me audiat, ſed nutu oſtendo ei quod faciat. Ecce nutu oſtende quod tuis,certe animus tuus vult oſtendere quod in ſe habet. Vnde facis nutum? De corpore ſcilicet & labiis,uultu,ſuperciliis, oculis, manibus, hæc omnia non ſunt quod animus tuus,etiam iſta media ſunt. Intellectum eſt aliquid per hæc ſigna quæ non ſunt quod animus tuus nec quod animus filii tui,ſed hoc totum quod corpore agis infra animum tuum eſt,& infra animum filii tui,nec poteſt cognoſcere animum tuum filius tuus, niſi dederis ei ſigna de corpore. Quid igitur facio? Non eſt hoc ibi,ſimplicitas ibi eſt. Pater oſtendit filio quod facit,& oſtendendo filium gignit. Video quid dixerim,ſed quia uideo & quibus dixerim,fiat in uobis intellectus iſte quandoq;. Nunc ſi non poteſtis comprehendere quod ſit deus uel hoc comprehendite quid non ſit deus: multum profeceritis, ſi non aliud quam eſt de deo ſenſeritis: nondũ potes peruenire ad quid ſit,peruenies ad qd
Ioan.4. non ſit. Non eſt deus corpus,non terra,non cœlum,non luna, non ſol, non ſtellæ, non corporalia iſta: ſi enim non cœleſtia,quanto minus terrena? Tolle omne corpus. Adhuc audi aliud,Non eſt deus mutabilis ſpiritus: nam fateor, & fatendum eſt, quia Euangelium loquitur,Deus ſpiritus eſt. Sed tranſi omnem mutabilem ſpiritum,tranſi ſpiritum qui modo ſcit,modo neſcit,modo meminit,modo obliuiſcitur, uult quod nolebat, non uult quod uolebat,ſiue patiatur iam iſtas mutabilitates,ſiue pati poſſet: tranſi hæc omnia,non inuenies in deo aliquid mutabilitatis,non aliquid quod aliter nunc eſt, aliter pauloante fuerit: nam ubi inuenis aliter & aliter,facta eſt ibi quædam mors: mors enim eſt,non eſſe quod fuit. Immortalis enim dicitur anima: eſt quidem, quia uiuit ſemper anima,& eſt in illa quædam uita permanens,ſed mutabilis uita. Secundum mutabilitatem uitæ huius & mortalis dici poteſt,quia ſi uiuebat ſapienter,& deſipit,mortua eſt in deterius: ſi uiuebat inſipienter & ſapit,mortua eſt in melius: nam eſſe mortem in deterius,eſſe mortem in melius ſcriptura nos docet. Vtiq; in deterius mortui erant: de quibus dicitur,Sine mortuos,ſepeliant mortuos ſuos: &, Exurge qui dormis, & exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Et de hac lectione quando mortui audient,& qui audierint uiuent,in deterius mortui erant ideo reuiuiſcunt. Reuiuiſcendo moriuntur in melius,quia & reuiuiſcendo non erunt quod erant: non eſſe autem quod erant mors eſt. Sed forte ſi in melius eſt,non appellatur mors: appellauit autem illam mortem Apoſtolus,Si autem mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi,quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Et iterum,Mortui enim eſtis,& uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo,Mori nos uult ut uiuamus,quia uiximus ut moreremur. Quicquid ergo & à meliore in deterius,& à deteriore in melius moritur,nõ eſt hoc deus,quia neq; in melius ire poteſt ſumma bonitas, neq, in deterius uera æternitas. Vera autem æternitas eſt,ubi temporis nihil eſt. Erat autem modo hoc,& modo illud,iam tempus ad miſſum eſt,æternum non eſt. Nam ut noueritis,quia non ſic deus immortalis quomodo anima,certe immortalis eſt anima: quid ergo eſt quod ait Apoſtolus de deo, Qui ſolus habet immortalitatẽ: niſi qa hoc apte dixit,ſolus habet incõmutabilitatẽ,qa ſolus habet ueram æternitatẽ? ergo ibi nulla mutabilitas. Agnoſce in te aliqd quod uolo dicere intus: intus in te,non in te quaſi in corpore tuo,nã & ibi poteſt dici in te. In te eſt. n. ſanitas, in te quælibet ætas,ſed ſecundũ corpus in te eſt manus, pes tuus: ſed aliud eſt in te intus, aliud in te tanquam in ueſte tua. Sed relinque foris & ueſtem tuam & carnem tuam, deſcende in te,adi ſecretarium tuum,mentem tuam, & ibi uide quod uolo dicere ſi potueris. Si enim tu ipſe à te longe es,deo propinquare unde potes? Dicebam de deo,& intellecturum te arbitrabaris. De anima dico,de te dico,intellige, ibi te probabo. Non enim ualde longe pergo in exempla,quando de mente tua uolo aliquam ſimilitudinem dare ad deum tuum,quia utiq; non in corpore, ſed in ipſa mente factus eſt homo ad imaginem dei. In ſimilitudine ſua deum quæramus, in imagine ſua creatorem agnoſcamus. Ibi intus,ſi potuerimus,inueniamus hoc quod dicimus, quomodo demonſtret pater filio, & filius uideat quod demonſtrat pater, antequam fiat aliquid à patre per filium.

Mat.8. Ephe.5. Coloſ.2. Coloſ.3 1.Tim.6.

65

Sed cum dixero & intellexeris,nec ſic putes iam illud aliquid tale eſſe, ut ſeruẽs ibi pietatem,quam uolo à te ſeruari: & præcipue moneo,id eſt, vt ſi non vales comprehendere deum quid ſit,parum non tibi putes eſſe ſcire quid non ſit. Ecce in mente tua video ali-
45 qua duo,memoriam tuam & cogitationem tuam, id eſt, quaſi aciem quandam & obtu-
F tum aĩæ tuæ. Vides aliquid,& per oculos percipis,& commendas memoriæ, & ibi eſt intus quod memoriæ commendaſti,in abdito reconditum quaſi in horreo, quaſi in theſauro,quaſi in ſecretario quodam & penetrali interiore. Cogitas aliunde, intentio tua alibi eſt: illud quod vidiſti in memoria tua eſt,& non videtur à te, quia cogitatio tua in aliud intenditur. Modo probo,ſcientibus loquor, Carthaginem, nomino, omnes modo intus quicunq; eam noſtis,uidiſtis Carthaginem, nunquid tot ſunt Carthagines quot animæ veſtræ? Omnes vidiſtis per nomen hoc, per quatuor has ſyllabas notas vobis, erumpentes ex ore meo, tactæ ſunt aures veſtræ, factus eſt ſenſus animæ per corpus, & ab alia intentione reflexus eſt animus ad id quod ibi erat, & vidit Carthaginem. Nunquid tunc eſt ibi Carthago facta? Iam ibi erat,ſed latebat. Quare latebat? Quia animus tuus in aliud attendebat. Cum vero reflexa eſt cogitatio tua ad id quod erat in memoria,inde formata eſt,& viſio quædam animi facta eſt: antea non erat viſio, ſed erat memoria: reflexa cogitatione ad memoriam,facta eſt viſio. Demõſtrauit ergo memoria tua cogitationi tuæ Chartaginem,& quod in illa erat antequã intenderes,conuerſæ ad ſe in-
45 tentioni cogitationis oſtendit. Ecce facta eſt à memoria demonſtratio, facta eſt in cogi-
G tatione viſio, & nulla verba in medio cucurrerunt nullum ex corpore ſignum datũ eſt, nec innuiſti, nec ſcripſiſti, nec ſonuiſti, & tamen cogitatio vidit quod memoria demonſtrauit eiuſdem autem ſubſtantiæ & quæ demonſtrauit, & cui demonſtrauit. Sed Carthaginem vt haberet & memoria tua,per oculos hauſta eſt imago hęc: vidiſti enim quod in memoria reconderes. Sic arborem quam meminiſti vidiſti, ſic mõtem, ſic fluuium, ſic amici faciem, ſic inimici, ſic patris, matris, fratris, ſororis, filii, vicini: ſic literarum in codice conſcriptarum, ſic ipſius codicis, ſic huius baſilicæ: omnia iſta vidiſti, & viſa quia iã erant, memoriæ commendaſti, & tanquam poſuiſti illic quę videres cogitando cum velles, etiam cum ab iſtis corporis oculi defuiſſent. Vidiſti enim Carthaginem cum eſſes Carthagini, accepit ſpeciem per oculos anima tua, hæc ſpecies recondita eſt in memoria tua, & ſeruaſti aliquid intus homo apud Carthaginem conſtitutus, quod poſſes apud te videre etiam cum ibi non eſſes. Hæc omnia forinſecus accepiſti. Pater quæ demonſtrat filio, non accepit extrinſecus, intus totum agitur, quia nihil creaturarum eſſet extrinſe-
45 cus, niſi hoc pater feciſſet per filium. Creatura omnis à deo facta eſt, antequam fieret nõ
H erat. Non ergo facta viſa eſt & retenta memoriter, vt eam pater filio tanquam memoria cogitationi monſtraret, ſed faciendam pater monſtrauit, faciendam filius vidit, & eam pater demonſtrando fecit, quia per filium videntem fecit. Et ideo mouere nõ debet, quia dictum eſt, niſi quod viderit patrem facientem: non dictum eſt, demonſtrantem. Per hoc enim ſignificatum eſt, id eſſe patri facere, quod eſt monſtrare: vt ex hoc intelligatur per filium videntem omnia facere, nec illa demonſtratio, nec illa viſio temporalis eſt. Quia enim per filium fiunt omnia tempora, non vtiq; aliquo tempore poſſent ei demonſtrari facienda. Sic autem demonſtratio patris, filii viſionem gignit, quemadmodum pater filium gignit. Demonſtratio quippe generat viſionem, non viſio demõſtrationem. Quod ſi purius & pfectius intueri valeremus, fortaſſe inueniremus, nec aliud eſſe patrẽ, aliud
45 eius demonſtrationem: nec aliud filium, aliud eius viſionem. Sed ſi vix hoc cepimus, vix
I explicare potuimus, quomodo memoria quod cepit extrinſecus, oſtendat cogitationi: quanto minus capere aut explicare poterimus, quomodo pater deus demonſtrat filio quod non habet aliunde, vel quod non eſt aliud quãm ipſe? Paruuli ſumus, loquor vobis quid non ſit deus, non oſtendo quid ſit. Ergo vt capiamus quid ſit, quid faciemus? Pſal.54. Nunquid â me, nunquid per me poteritis? Dicam hoc paruulis, & vobis & mihi. Eſt per quem poſsimus: modo cantauimus, modo audiuimus, Iacta in deum curam tuam & ipſe te enutriet. Ideo enim non potes, ô homo, quia paruulus es. Si paruulus es, nutriendus es, nutritus, grandis eris: & quod paruulus non poteras, grãdis videbis: ſed vt nutriaris, iacta in deum curam tuam, & ipſe te enutriet. Modo ergo percurramus breuiter quæ reſtant, & videte hic quæ commendaui, quomodo dominus inſinuet. Pater diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. Ipſe ſuſcitat animas, ſed per filium, vt fruantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

animæ ſuſcitatæ ſubſtantia dei, hoc eſt patris & filii. Et maiora his demonſtrabit ei opera.) Quibus maiora? Sanitatibus corporum. Iam & antea tractauimus, nec immorari debemus. Maior eſt enim reſurrectio corporis in æternum, quàm hæc quę ad tempus facta eſt in illo languido ſanitas corporis. Et maiora his demonſtrabit ei opera, Vt vos miremini.) Demonſtrabit quaſi temporaliter, ergo quaſi homini facto in tempore, quia verbum deus non eſt factus, per quem omnia facta ſunt tẽpora: ſed homo factus eſt in tempore, apparet quo conſule, quo die conceptũ de ſpiritu ſancto, virgo Maria peperit xpm. Ergo homo factus eſt in tempore, per quem deum facta ſunt tempora: ideo tanquam in tempore demonſtrauit ei opera maiora, id eſt, reſurrectionem corporum, vt vos miremini factam per filium reſurrectionem corporum. Deinde redit ad illam reſurrectionem animarum. Sicut.n. pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat.) Sed ſecundum ſpiritum viuificat pater, viuificat filius, quos vult pater, quos vult filius, ſed ipſos pater quos filius, quia omnia per ipſum facta ſunt: ſicut.n. pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. De reſurrectione animarũ dictũ eſt hoc: qd de reſurrectióe corporũ? Redit & dicit, Neq; n. pater iudicat quẽquã, ſed omne iudicium dedit filio.) Reſurrectio animarum ſit per ſubſtantiã patris & filii æternã & incõmutabilẽ: reſurrectio vero corporũ fit per diſpenſationem humanitatis filii temporalem, non patri coæternam: ideo cum memoraret iudicium vbi fieret reſurrectio corporum: Non enim pater, inquit, iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. De reſurrectione autem animarum, ſicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat: illud ergo ſimul pater & filius. Hoc autem de reſurrectione corporum, non iudicat pater quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Vt omnes honorificent filiũ, ſicut honorificant patrem.) Hoc redditum eſt reſurrectioni animarum, vt omnes honorificent filium. Quomodo? Sicut honorificant patrem: animarum enim reſurrectionem ſic operatur filius quomodo pater. Ergo in animarum reſurrectione omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Quid de honorificatione propter reſurrectionem corporis? Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illũ.) Non dixit ſicut, ſed honorificat & honorificat. Honoratur enim homo Chriſtus, ſed nõ ſicut pater deus. Quare? Quia ſecundum hoc dixit, Pater maior me eſt. Quando autem honorificatur filius, ſicut honorificatur pater? Cum in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & omnia per ipſum facta ſunt. Et ideo in hac honorificatione ſecunda, quid ait? Qui non honorificat filium, nec honorificat patrem qui miſit illum? Non eſt miſſus filius, niſi quia factus eſt homo. Amen amen dico vobis.) Iterũ redit ad reſurrectionem animarum, vt aſſidue dicentem capiamus quia velut volante ſermonem ſequi non poteramus, ecce immoratur nobiſcum ſermo dei, ecce quaſi habitat cum infirmitatibus noſtris, redit rurſus ad commendationem reſurrectionis animarum: Amẽn amen dico vobis, Quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me miſit, habet vitam ęternam: ſed tanquam ex patre. Quia qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me, ex patre habet vitam æternam, credendo in eum qui miſit illum, Et in iudiciũ nõ venit, ſed tranſit à morte ad vitam.) Sed ex patre viuificatur cui credit. Quid tu? Non viuificas? Vide quia & filius quos vult viuificat. Amen amen dico vobis, quia venit hora quando mortui audient vocem filii dei, & qui audierint viuent.) Hic nõ dixit, credent ei qui miſit me, & ideo viuent, ſed audiendo vocem filii dei, qui audierint, hoc eſt, obaudierint filio dei, viuent. Ergo & ex patre viuent cum credent patri: & ex filio viuent, cum audierint vocem filii dei: quare ex patre viuent, & ex filio viuent? Sicut enim habet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio, habere vitam in ſemetipſo.) Impleuit de reſurrectione animarũ, reſtat euidentius dicere de reſurrectione corporũ: Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere:) non ſolũ animas per fidẽ & ſapientiã ſuſcitare, ſed & iudicium facere. Quare autem hæc? Quia filius hominis eſt.) Facit ergo aliquid pater per filium hominis, quod non facit, ex ſubſtantia ſua cui æqualis eſt filius, ſicut ipſum naſci, ſicut ipſum crucifigi, ſicut ipſum mori, ſicut ipſum reſurgere, nõ enim aliquid horum patri contigit, ſic & reſuſcitationem corporum, nam reſuſcitationem animarum ex ſubſtantia ſua pater facit per ſubſtantiã filii qua illi æqualis eſt: animæ quippe fiunt participes illius incõmutabilis lucis, non corpora: reſuſcitationem autem corporum pater facit per filium hominis. Et poteſtatem.n. dedit iudicium facere, quia filius hominis eſt

eſt, ſecundum illud quod ſupra dixit, Neq; enim pater iudicat quenquam. Et vt oſtendat quia de reſurrectione corporũ hoc dixit, Nolite mirari hoc, quia veniet hora:) non nunc eſt, ſed veniet hora, In qua omnes qui in monumentis ſunt.) iam hoc & heſterno die ſatiatiſsimè audiſtis, Audient vocem eius, & procedent.) Et vbi? In iudicium: Qui bene fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui male egerunt, in reſurrectionem iudicii.) Et tu hoc facis ſolus, ò domine quia omne iudicium filio pater dedit, & non iudicat quenquam? Ego, inquit, facio. Sed quomodo facis? Non poſſum à me facere quicquam, ſed ſicut audio iudico, & iudicium meum iuſtum eſt. Cum ageretur de reſurrectione animarum, nõ dicebat audio, ſed video. Audio enim tanquam præcipientis patris imperium. Iam ergo ſicut homo, ſicut quo maior eſt pater, iam ex forma ſerui, nõ ex forma dei ſicut audio iudico, & iudicium meum iuſtum eſt. Vnde eſt iudicium iuſtum hominis? Fratres mei attendite, Quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.

Ab eo quod ſcriptum eſt, Poſt hoc abiit Ieſus trans mare Galilææ quod eſt Tiberiadis: vſq; ad id quod ait, Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat ſignum dicebant, Quia hic eſt vere propheta qui venit in mundum. Tractatus. XXIIII.

Cap. VI.

Miracula quæ fecit dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt quidem diuina opera, & ad intelligendum deum de viſibilibus admonent humanam mentem. Quia. n. ille non eſt talis ſubſtantia quæ videri oculis poſsit, & miracula eius, quibus totum mundum regit, vniuerſamq; creaturam adminiſtrat, aſsiduitate viluerũt, ita vt penè nemo dignetur attendere opera dei mira & ſtupenda in quolibet ſeminis grano, ſecundum ipſam ſuam miſericordiam ſeruauit ſibi quædam, quæ faceret opportuno tempore præter vſitatum curſum ordinemq; naturæ, vt non maiora ſed inſolita videndo ſtuperent, quibus quotidiana viluerant. Maius enim miraculum eſt gubernatio totius mũdi, quam ſaturatio quinq; milium hominum de quinq; panibus, & tamen hæc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius eſt, ſed quia rarum eſt. Quis enim & nũc modo deus. Vnde enim multiplicat de paucis granis ſegetes creat? Fecit ergo quoplicauit quinq; panes, poteſtas enim erat in manibus Chriſti. Panes autem illi quinque, quaſi ſemina erant, non quidem terræ mandata, ſed ab eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo admotum eſt ſenſibus quo erigeretur mens, & exhibitum oculis vbi exercere-
46 D tur intellectus, vt inuiſibilem deum per viſibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiam ipſum inuiſibiliter videre cuperemus, quem de rebus viſibilibus inuiſibiliter noſceremus. Nec tamen ſufficit hæc intueri in miraculis Chriſti interrogemus ipſa miracula, quid nobis loquantur de Chriſto. Habent enim ſi intelligantur linguam ſuam: nam quia ipſe Chriſtus verbum dei eſt etiam factum verbi, verbum nobis eſt. Hoc ergo miraculum ſicut audiuimus quam magnum eſt, quæramus etiam quã profundum ſit. Non tantum eius ſuperficie delectemur, ſed etiam altitudinem perſcrutemur: habet enim aliquid intus, hoc miramur foris. Vidimus expectauimus magnũ quid dam, præclarum quiddam, & omnino diuinum, quod fieri niſi à deo non poſsit. Laudauimus de facto factorem. Sed quemadmodum ſi literas pulchras alicubi inſpiceremus, non nobis ſufficeret laudare ſcriptoris articulum, quomodo eas pariles, æquales, decoraſq; fecit, niſi etiam legerimus quid nobis per illas indicauerit, ita factum hoc qui tantum inſpicit, delectatur pulcritudine facti, vt admiretur artificem: qui autem intelligit, quaſi legit. Aliter enim videtur pictura, aliter videtur literæ. Picturam cum videris, hoc
46 E eſt, totum vidiſſe laudaſſe: literas cum videris, non hoc eſt totum, quoniam commoneris & legere, etenim dicis, cum videris literas, ſi forte nõ eas noſti legere, Quid putamus eſſe quod hic ſcriptum eſt? Interrogas quid ſit, cum iam videas aliquid. Aliud tibi demõſtraturus eſt, á quo quæris agnoſcere quod vidiſti. Alios ille oculos habet, alios tu. Non ne ſimiliter apices videtis? Sed non ſimiliter ſigna cognoſcitis. Tu ergo vides & laudas, ille videt & laudat, legit & intelligit. Quia ergo vidimus quia laudauimus, legamus & intelligamus. Dominus in monte, multo magis intelligamus quia dominus in monte, verbum eſt in alto. Proinde non quaſi humiliter iacet, quod in monte factum eſt: nec tranſeunter prætereundum eſt, ſed ſuſpiciendum. Turbas vidit, eſurientes agnouit, miſeri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corditer pauit,non ſolum pro bonitate,verumetiam pro poteſtate. Quid enim ſola pro-
deſſet bonitas,vbi non erat panis, vnde turba eſuriens paſceretur? Niſi bonitati adeſſet
poteſtas,ieiuna illa turba & eſuriens remaneret Deniq; & diſcipuli qui erant cum domi-
no in fame,& ipſi turbas volebant paſcere,vt non remanerent inanes,ſed vnde paſceret 46
non habebant. Interrogauit dominus vnde emerentur panes ad turbas paſcendas. Et ait F
ſcriptura,Hoc autem dicebat tentans eum,)diſcipulum ſcilicet Philippum quem inter
rogauerat. Ipſe autem ſciebat quid eſſet facturus.) Cur ergo bonus tentabat,niſi quia
ignorantiam diſcipuli demonſtrabat? Et forte in demonſtratione ignorantiæ diſcipuli
aliquid ſignificauit. Apparebit ergo cum ipſum ſacramentum de quinq; panibus cœpe-
rit nobis loqui,& quid ſignificet indicare. Ibi enim videbimus,quare dominus in hoc fa
cto ignorantiam diſcipuli voluit interrogando quod ſciebat,oſtendere: nam interroga-
mus aliquando quod neſcimus,audire volentes vt diſcamus: aliquando interrogamus
quod ſcimus,& ſcire volentes vtrum ille ſciat quem interrogamus: vtrumq; hoc noue-
rat dominus,& quod interrogabat ſciebat,& quid eſſet facturus ipſe nouerat, & hoc ne-
ſcire Philippum ſciebat ſimiliter. Quare itaq; interrogabat, niſi quia illius ignorantiam
demonſtrabat? Et hoc quare fecerit,vt dixi,poſtea intelligemus. Andreas ait,Eſt hic puer
quidam qui habet quinq; panes & duos piſces,ſed hæc quid ſunt ad tantos?) Cum dixiſ
ſet Philippus interrogatus ducentorum denariorum panes non ſufficere, quibus tanta
illa turba reficeretur, erat ibi quidam puer portans quinque panes hordeaceos & duos 46
piſces. Et ait Ieſus,Facite homines diſcumbere. Erat autem ibi fœnum multum, & di- G
ſcubuerunt fermè quinq; milia hominum. Accepit autem dominus Ieſus panes, gratias
egit,iuſsit frangi panes,poni ante diſcumbentes.) Fracti ſunt panes,poſiti ante diſcum-
bentes,non iam quinque panes,ſed quod adiecerat qui creauerat quod auctum erat, Et
de piſcibus quantum ſufficiebat.) Parum eſt turbam illam fuiſſe ſatiatam,etiam fragmẽ
ta reſederunt: & ipſa colligi iuſſa ſunt ne perirent. Et impleuerunt duodecim cophinos
fragmẽtorũ.) Breuiter vt curramus,quinq; panes intelligũtur qnq; libri Moyſi, merito
nõ triticei ſed hordeaci,quia ad vetus teſtamẽtũ pertinẽt. Noſtis aũt hordeũ ita creatũ,
vt ad medullã eius uix perueniatur, veſtitur .n. eadẽ medulla tegmine paleæ,& ipſa pa
lea tenax & inhærens,vt cum labore exuatur. Talis eſt litera veteris teſtamenti, ueſtita
tegminibus carnalium ſacramentorum: ſed ſi ad eius medullam perueniatur, paſcit &
ſatiat. Ferebat ergo puer quidam quinq; panes & duos piſces. Si quæramus quis fuerit
puer iſte,forte populus Iſrael erat. Senſu puerili portabat,nec manducabat,illa enim quę
portabat clauſa onerabant, aperta paſcebant. Duo autem piſces videntur nobis ſignifi-
care duas illas in veteri teſtamento ſublimes perſonas quæ vngebantur ad populum ſan 48
ctificandum & regendum,ſacerdotes & reges. Et ipſe venit in myſterio aliquando, qui H
per illa ſignificabatur, venit aliquando qui per medullam hordei oſtendebatur, per pa-
leam vero hordei occultabatur. Venit ipſe vnus vtranque perſonam in ſe portans, ſacer
dotis & regis. Sacerdotis per victimam,quam ſeipſum obtulit pro nobis deo Regis quia
regitur ab eo, & aperiuntur quæ clauſa portabantur. Gratias illi, impleuit per ſe quod
per vetus teſtamentum promittebatur, & frangi iuſsit panes: frangendo multiplica-
ti ſunt. Nihil verius. Quinq; enim libri Moyſi, quàm multos libros cum exponun-
2.Cor.3. tur, tanquam frangendo,id eſt differendo fecerunt? Sed quia in illo hordeo ignoran-
tia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictum eſt, Quandiu legitur Moy-
ſes, velamen ſupra corda eorum poſitum eſt. Nondum enim ablatum erat velamen,
quia nondum venerat Chriſtus. Nondum velum templi fuerat illo in cruce pendente
conſciſſum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege, propterea illa domini tentatio
ignorantiam diſcipuli demonſtrabat. Nihil igitur vacat, omnia innuunt, ſed intel- 48
lectorem requirunt: nam & iſte numerus paſti populi populum ſignificabat ſub lege I
conſtitutum. Cur enim quinq; milia erant, niſi quia ſub lege erant, quæ lex quinq;
libris Moyſi explicatur? Vnde & quinq; illis porticibus languidi prodebantur, non ſa
nabantur. Ille autem ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinq; panibus pauit
nam & ſuper fœnum diſcumbebant. Carnaliter ergo ſapiebant, & in carnalibus quie-
ſcebant. Omnis enim caro fœnum. Quæ ſunt autem illa fragmenta niſi quæ populus
Eſa.40. non potuit manducare? Intelligantur ergo quædam ſecretiora intelligentiæ, quæ mul
titudo non poteſt capere. Quid ergo reſtat, niſi vt ſecretiora intelligentiæ, quæ non

67
poteſt capẽre multitudo,illis credantur qui idonei ſunt & alios docere, ſicut erant Apo
ſtoli,vnde duodecim cophini impleti ſunt? Factum eſt hoc & mirabiliter, quia magnũ:
factum eſt & vtiliter,quia ſpiritaliter factum eſt. Qui tũc viderunt, admirati ſunt, nos
autem non miramur cum audimus. Factum eſt enim vt illi viderent: ſcriptum eſt autẽ
vt nos audiremus. Quod in illis oculi valuerunt, hoc in nobis fides: cernimus quippe
46 animo, quod oculis non potuimus. Et prælati ſumus illis, quoniam de nobis dictum
K eſt, Beati qui non vident & credunt. Addo autem quia forte & intelleximus, quod illa
turba non intellexit. Et vere nos paſti ſumus, qui ad medullam hordei peruenire potui- Ioan. 20.
mus. Deniq; homines illi qui viderunt hoc,quid putauerunt? Illi,inquit, homines cum
vidiſſent quod fecerat ſignum,dicebant, quia hic eſt vere propheta.) Adhuc forte ideo
Chriſtum prophetam putabant, quia ſuper fœnum diſcumbebant. Erat autem ille do-
minus prophetarum,impletor prophetarum,ſanctificator prophetarum, ſed & prophe- Deut.18.
ta: nam & Moyſi dictum eſt, Suſcitabo eis prophetam ſimilem tui: ſimilem ſecundum
carnem,non ſecundum maieſtatem. Et de ipſo Chriſto illam domini promiſsionem ha-
bere intellectum,aperte in actibus Apoſtolorum exponitur & legitur. Et ipſe dominus Acto.7.
de ſe ait,Non eſt propheta ſine honore,niſi in patria ſua. Propheta dominus,& verbum Ioan.4.
dei dominus,& nullus propheta ſine verbo dei prophetat. Cum prophetis verbum dei,
& propheta verbum dei. Meruerunt priora tempora prophetas afflatos, & impletos ver
46 bo dei: meruimus nos prophetam ipſum verbum dei. Sic autem propheta Chriſtus
L dominus prophetarum,ſicut angelus Chriſtus dominus angelorum: nam & ipſe dictus
eſt magni conſilii angelus. Veruntamen alibi quid dicit propheta? Quia non legatus Eſaiæ.9.
neq; angelus,ſed ipſe veniens ſaluos faciet eos,id eſt ad ſaluos eos faciendos non mittet
legatum,non mittet angelum,ſed veniet ipſe. Quis veniet? Ipſe angelus? Certe non per
angelum, niſi quia iſte ſic angelus, vt etiam dominus angelorum. Etenim angeli la-
tine nuncii ſunt. Si Chriſtus nihil annunciaret, angelus non diceretur: ſi Chriſtus ni-
hil prophetaret, propheta non diceretur: exhortatus eſt nos ad fidem, & ad capeſſen-
dum vitam æternam. Aliquid præſens annunciant, aliquid futurum prædixit. Ex eo
quòd præſens nunciauit, angelus erat: ex eo quod futurum prædixit, propheta erat.
ex eo quòd verbum dei caro factum eſt,& angelorum & prophetarum dominus erat.

Ab eo quod ſcriptum eſt,Ieſus ergo cum cognouiſſet, quod veniſſent vt raperent
eum: vſque ad id quod ait. Et omnis qui videt filium & credit in eum,
habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo
die. Tractatus. XXV.

46 M HEſternam ex Euangelio lectionem, iſta eſt hodierna quæ ſequitur, vnde hodier-
nus ſermo debetur. Facto illo miraculo, vbi quinq; milia hominum de quinque
panibus pauit Ieſus, cum admiratæ eſſent turbæ, & eum magnum prophetam diceret
qui venit in mundum: ſequitur hoc, Ieſus ergo cum vidiſſet, quia venerant vt rape-
rent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.) Datur ergo in-
telligi, quod dominus cum ſederet in monte cum diſcipulis ſuis, & videret turbas ad
ſe venientes, deſcenderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat: nã quomo-
do fieri poteſt, vt rurſus illuc fugeret, niſi ante de monte deſcenderet? ſignificatur ergo
aliquid,quod dominus de alto deſcendit ad paſcendas turbas,pauit & aſcendit, Quare
autem aſcendit, cum cognouiſſet quia eum vellent rapere & regem facere? Quid enim?
Non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino. Nec talis rex qui ab hominibus fie-
ret,ſed talis rex qui hominibus regnum daret. Nunquid forte & hic aliquid ſignificat
nobis Ieſus, cuius verba facta ſunt? Ergo in hoc quod voluerunt eum rapere & regem
facere,& propter hoc fugit in montem ipſe ſolus, hoc in illo factum tacet, nihil loqui-
47 tur,nihil ſignificat: an forte hoc erat rapere eum, præuenire velle tempus regni eius?
A Etenim venerat modo,non iam regnare quomodo regnaturus eſt in eo quod dicimus,
Adueniat regnũ tuum. Semp quidẽ ille cũ patre regnat ſecundũ quod eſt filius dei, ver-
bũ dei,verbũ per qd̃ facta ſunt omnia. Prædixerunt aũt Prophetæ regnũ eius, etiam ſe Matt.6.
cundũ id qꝺ homo factus eſt xp̃s,& fecit fideles ſuos Chriſtianos: erit .n. regnũ Chriſtia
norũ quod modo colligitur,quod modo cõparatur, quod modo emitur ſanguine xp̃i.
Erit aliquando manifeſtũ regnũ eius,quando aperta erit claritas ſanctorũ,poſt iudiciũ
ab eo factum: quod iudicium ſupra ipſe dixit,quod filius hominis facturus ſit. De quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 25. Matt. 25. etiam Apostolus dixit, Cum tradiderit regnū deo & patri. Vnde etiā ipse ait, Venite benedicti patris mei, percipite regnū, quod vobis paratū est ab initio mundi. Discipuli aūt & turbæ credentes in eū, putauerunt illum sic venisse vt etiā regnaret: hoc est velle rapere & regē facere, præuenire velle tempus eius, quod ipse apud se occultabat, vt opportunè proderet, & opportunè in fine seculi declararet. Nam vt noueritis, quia regem eum volebant facere, id est, anteuenire, & iam habere manifestū xpi regnū, quē primo oportebat iudicari, & deinde iudicare, vbi crucifixus est, & illi qui in eum sperabant, spem resurrectionis eius perdiderant, resurgens à mortuis inuenit inde duos cum desperatione sibi sermocinantes, & cū gemitu quę gesta fuerant colloquentes, & apparēs eis velut incognitus, cum oculi eorum tenerentur ne ab eis agnosceretur, sermonem tractantibus misceuit, illiq; narrantes ei vnde sermocinarentur, dixerunt, quod ille magnus propheta

Luc. 24. in factis & dictis occisus esset à principibus sacerdotū: Et nos, inquiunt, sperabamus: qa ipse esset redempturus Israel. Rectè sperabatis, verum sperabatis, in illo est redemptio Israel. Sed quid festinatis? Rapere vultis. Illud etiam indicat nobis hunc sensum, quia

Actuū. 1. cum eum quærerent discipuli de fine, dixerunt ei, Si hoc in tempore repræsentabis, & quando erit regnū Israel? Iam. n. esse cupiebant, iam volebant, hoc est rapere velle, & regem facere. Sed ait discipulis, quia adhuc solus ascensurus erat: Non, inquit, est vestrum scire tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutē ex alto, spūmsanctū supuenientē in vos, & eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad fines terræ. Vultis vt iam exhibeam regnum? prius colligam quod exhibeam. Altitudinē amatis, & altitudinē adipiscimini, sed per humilitatē me sequimi-

Psal. 7. ni. Sic de illo etiam prædictū est, Et congregatio populorū circundabit te, & ꝓpter hanc in altum regredere: id est, vt circundet te congregatio populorum, vt multos colligas, regredere in altum. Sic fecit, pauit & ascendit. Quare autem dictum est, fugit? Neque. n. vere si nollet teneretur, si nollet raperetur, qui si nollet, nec agnosceretur: nam vt noueritis hoc mystice factum, non ex necessitate, sed ex significante dispositione, modo in consequenti videbitis, quia eis secundo turbis, quæ eum quærebant apparuit, & cum eis loquens, multa eis dixit, multa de pane cœlesti disputauit. Nónne cum ipsis de pane disputans erat, à quibus ne teneretur aufugerat? Non ergo & tunc poterat agere vt non ab eis comprehenderetur, quemadmodum postea quando cum eis loquebatur? Aliquid ergo significauit fugiendo. Quid est ergo fugit? Non potuit intelligi altitudo eius. Quicquid enim non intellexeris, fugit me, dicis. Ergo fugit iterum in mon-

Roma. 8. tem ipse solus.) Primogenitus à mortuis ascendens super omnes celos, & interpellans pro nobis. Interea illo sursum posito solo sacerdote magno, q intrauit in interiora veli, 47

Hebr. 9. foris populo constituto: hunc enim sacerdos ille in lege veteri significabat, qui hoc semel in anno faciebat. Illo ergo sursum posito, discipuli in nauicula quid patiebantur? Nam illo in altis constituto, nauicula illa Ecclesiam significabat. Si nō hoc primo in Ecclesiam intelligimus, quod illa nauicula patiebatur, non erant illa significantia, sed simpliciter transeuntia. Si autem videmus exprimi in Ecclesia veritatem illarum significationum, manifestum est, quia facta Christi genera sunt locutionum. Vt autem sero factum est, inquit, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauiculā, venerunt trans mare in Capernaum.) Cito dixit finitum quod postea factum est. Venerūt trans mare in Capernaum, & redit vt exponat quemadmodum venerunt, quia per stagnum nauigantes transierunt. Et dum venissent ad eum locum, quò eos venisse iam dixit, recapitulando exponit quid acciderit. Tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad illos Iesus.) Merito tenebræ, quia lux non venerat. Tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. Quantum accedit finis mundi, crescūt errores, crebrescunt terrores, 47

1. Ioan. 2. crescit iniquitas, crescit infidelitas. Lux deniq; quæ charitas apud Ioannē ipsum Euangelistam satis aperteq; monstratur, ita vt diceret, Qui odit fratrē suum, in tenebris est, creberrimè extinguitur. Crescunt iræ, & tenebræ odiorum fraternorum quotidie crescunt, & nondum venit Iesus. Vnde apparet quia crescunt? Quoniam abundabit iniqui-

Mat. 24. tas, refrigescet charitas multorum. Crescunt tenebræ & nondum venit Iesus. Crescentibus tenebris, refrigescente charitate, abundante iniquitate, ipsi sunt fluctus nauem turbantes. Tempestates & venti, clamores sunt maledicorū. Inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, & turbatur nauis. Vento magno flante mare exurgebat.) tenebræ

crescebant, intelligentia minuebatur, iniquitas augebatur. Cum remigassent ergo quasi stadia vigintiquinq; aut triginta.) Interea ambulabant, promouebant, nec venti illi, & tempestates, & fluctus, & tenebræ id agebant, vt vel nauis non promoueretur, vel soluta mergeretur, sed inter illa omnia mala ibat. Etenim quia abundauit iniquitas, & refrige-

47 scit charitas multorum, crescunt fluctus, augentur tenebræ, sæuit ventus, sed tamen na- Matt. 10.
F uis ambulat. Qui. n. perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Nec ipse stadiorū nu- & 24.
merus contemnendus est. Neq; enim vere posset nihil significare quod dictum est, Cū remigassent stadia vigintiquinque aut triginta, tunc ad eos venit Iesus. Sufficeret aut vigintiquinq; aut triginta, maxime quia æstimantis erat non affirmantis. Nunquid pe riclitaretur veritas in æstimante, si diceret stadia fermè triginta, aut stadia fermè vigintiquinq;? sed ex vigintiquinq; fecit triginta. Quæramus numerum vigesimumquintū. Vnde constant, vnde fiunt? de quinario. Quinarius ille numerus ad legem pertinet. Ipsi sunt quinq; libri Moysi, ipsi sunt quinq; porticus illæ languidos cōtinentes, ipsi quinq; panes quinq; milia hominū pascentes. Ergo legem significat numerus vigesimusquintus. Quoniam quinq; per quinq;, id est quinquies quini, faciunt vigintiquinq;, quadratum quinarium. Sed huic legi antequam Euāgelium veniret, deerat perfectio Perfectio autem in senario numero comprehenditur, propterea sex diebus deus mundum perfe-

47 cit, & quinq; ipsa per sex multiplicentur, vt lex per Euangelium adimpleatur, vt fiāt se-
G xies quini triginta. Ad eos ergo qui implent legem, venit Iesus. Et venit. Quomodo? Calcans fluctus, omnes tumores mundi sub pedibus habens, omnes celsitudines seculi prementes. Hoc agitur quantum additur tempori, & quantū accedit ætas seculi. Augentur in isto mundo tribulationes, augentur mala, augentur contritiones, exaggerantur hæc omnia. Iesus transit calcans fluctus, & tamen tantę sunt tribulationes: vt etiam ipsi qui crediderunt in Iesum, & qui conantur perseuerare in finem, expauescant ne deficiant. Christo fluctus calcante seculi, ambitiones & altitudines deprimente, expauescit Christianus. Nónne hæc illi prædicta sunt? Merito & Iesu in fluctibus ambulante, Timuerunt.) Quomodo christiani quanuis habentes spem in futuro seculo, quando viderint deprimi altitudinem seculi huius, plerunq; conturbantur de contritione rerū humana rum, aperiunt Euangeliū, aperiunt scripturas diuinas, & inueniunt ibi ista omnia prædicta, qa hoc dominus facit, Deprimit celsitudines seculi, vt ab humilibus glorificetur. De quorū altitudine prædictū est, ciuitates firmissimas destrues, & inimici defecerunt

47 frameæ in finem, & ciuitates destruxisti. Quid ergo timetis Christiani? Christus loqui-
H tur, Ego sum, nolite timere.) Quid hæc expauescitis? quid timetis? Ego ista prædixi, ego facio, necesse est vt fiant. Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in nauim.) Agnoscentes & gaudētes securi facti. Et statim fuit nauis ad terram ad quā ibāt.) Factus est finis ad terram, de humido ad solidū, de turbato ad firmū, de itinere ad finē. Altera die turba quæ stabat trans mare.) Vnde illi venerant, Vidit quia nauicula alia nō erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis in nauim sed soli discipuli eius abiissent, aliæ vero superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerunt panem, gratias agentes domino. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capernaum quærentes Iesum.) Insinuatum tamen est illis tam magnum miraculū: viderunt enim quod discipuli soli ascendissent in nauim, & quia alia nauis non ibi erat. Venerunt autē inde & naues iuxta locum illum vbi manducauerunt panes, in quibus eū turbæ secutæ sunt

47 cum discipulis suis. Ergo non ascenderat, alia nauis illic non erat. Vnde subito trans ma-
I re factus est Iesus, nisi quia super mare ambulauit, vt miraculum monstraret? Et cum inuenissent eum) Turbæ. Ecce representat se turbis, a quibus se rapi timuerat, & in montem fugerat. Omnino confirmat & insinuat nobis in mysterio dicta esse illa omnia: & facta in magno sacramento, vt aliquid significarent. Ecce est ille qui in montem fugerat turbas nónne cum ipsis turbis loquitur? Modo teneant, modo regem faciant. Et cum inuenissent eum, Trans mare, dicunt ei, Rabbi, quando huc venisti?) Ille post miraculi sacramentum & sermonem infert, vt si fieri potest, qui pasti sunt, pascantur, & quorum satiauit panibus ventres, satiet & sermonibus mentes, sed si capiūt: & si non capiunt, sumatur quod non capiunt, ne fragmenta pereant. Loquatur ergo & audiamus. Respondit Iesus & dixit. Amen amen dico vobis, quitis me, nō qa vidistis signa,

Hic prætēritur textus, Vident Iesum, vsq; & timuerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed quia manducastis ex panibus meis.) Propter carnem me quæritis, non propter spiritum. Quam multi non quærunt Iesum, nisi vt illis faciat bene secundum tempus: alius negocium habet, quærit intercessionem clericorum: alius premitur à potentiore, fugit ad Ecclesiam: alius pro se vult interuenire apud eum, apud quem parum valet. Ille sic, ille sic, impletur quotidie talibus Ecclesia. Vix quæritur Iesus propter Iesum. Quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. Operamini cibum, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.) Quæritis me propter aliud, quærite me propter me. Seipsum charissimi dominus insinuat istum cibum, quod in sequentibus illucescit, Quem filius hominis dabit vobis.) Expectabas credo iterum panes manducare, iterum discumbere, iterum saginari: sed dixerat, cibum nō qui perit, sed qui per-
Ioan.4. manet in vitam æternam: quomodo dictum fuerat mulieri illi Samaritanę, Si scires quis est qui petit à te bibere, tu forsitā postulasses ab eo, & daret tibi aquam viuam: cum illa diceret, Vnde tibi quandoquidem non habes hauritorium, & puteus altus est? Samaritanæ respōdit, Si scires qui à te petit bibere, tu petisses ab eo, & daret tibi aquam viuam, vnde qui biberit amplius non sitit: nam de hac aqua qui biberit, sitiet iterum. Et gauisa est illa, & voluit accipere, quasi non passura sitim corporis, quæ labore hauriendi fatigabatur, & sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potum spirttalem. Omnino isto modo & hic; hūc ergo cibū operamini, nō q perit sed q permanet in vitā æternā quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus.) Istum filium hominis nolite sic accipere, quasi alios filios hominum, de quibus dictum est, Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadam gratia spiritus, & secundum carnem filius hominis, exceptus à numero hominum, filius hominis est. Iste & filius hominis & filius dei est, iste homo etiam deus est. Alio loco interro-
Mat.16. gans discipulos ait, Quem dicunt esse homines filium hominis? Et illi, Alii Ioannem, alii Heliam, alii Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Et ille, Vos vero quem me dicitis esse? Respondit Petrus, Tu es Christus filius dei viui. Ille dixit se filium hominis, & Petrus eum dixit filium dei viui. Optime ille commemorabat quod misericorditer exhibuerat. Ille commemorabat quod in claritate permanebat, Verbum dei commendabat humilitatem suam, homo agnoscit claritatem domini sui. Et reuera fratres, puto quia iustum est. Humiliauit se propter nos, glorificemus illum nos. Non enim filius hominis propter se est: sed propter nos, Ergo filius hominis erat illo modo, Cum verbum caro factū est, & habitauit in nobis, ideo enim hunc deus pater signauit. Signare quid est nisi, proprium aliquid ponere? Hoc est enim signare, imponere aliquid quod non confundatur cum cęteris. Signare, est signum rei ponere. Cuicunq; rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum aliis, à te non poscit agnosci. Pater ergo eum signauit. Quid est signauit? Proprium quiddam illi dedit, ne cæteris comparetur hominibus. Ideo de illo dictum est,
Psal.44. Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Ergo signare quid est? Exceptum habere, hoc est, præ participibus tuis. Itaque nolite, inquit, me contemnere, quia filius sum hominis, & quærite à me cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam. Sic enim filius hominis sum, vt non sim vnus ex vobis, sic sum filius hominis, vt pater deus me signaret. Quid est signaret? Proprium aliquid mihi daret, quo non confunderer cum genere humano, sed per me liberaretur genus humanum. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera dei?) Dixerat enim illis, Operamini escā, non quæ perit, sed quę permanet in vitā æternam. Quid faciemus, inquiunt? quid obseruando hoc præceptum implere poterimus? Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus dei vt credatis in eum quem misit ille.) Hoc est ergo manducare cibum nō qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrem? Crede &
De conse. manducasti. Discernitur quidem ab operibus fides: sicut Apostolus dicit, iustificari hodis.2.cap. minem per fidem sine operibus legis, & sunt opera quæ vidētur bona sine fide Christi,
Vt quid & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. Finis enim legis
Rom.3. Christus ad iustitiam omni credenti. ¶Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam
Rom.10. fidem dixit esse opus dei: Ipsa est enim quæ per dilectionem operatur. Nec dixit, hoc est
Gala.5. opus vestrum: sed, hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille, vt qui gloriatur,
1.Cor.1. in domino glorietur. Quia ergo inuitabat eos ad finem, illi adhuc quærebant signa quibus crederent. Vide si non Iudæi signa petūt. Dixerūt ergo ei, Quod ergo tu facis signū,

vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Parumne erat quod de quinq; panibus pasti sunt? Sciebant hoc quidem, sed huic cibo manna de cœlo præferebant. Dominus au-
48 tem Iesus talem se dicebat, vt se Moysi præponeret. Non enim ausus est Moyses de se di-
B cere, quod daret cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Aliquid plus iste promittebat quam Moyses. Per Moysen quippe promittebatur regnum & terra fluēs Exod.3.
lac & mel, temporalis pax, abundantia filiorum, salus corporis, & cætera omnia, tempora lia quidem, in figura tamen spiritalia, quia veteri homini in veteri testamento promittebantur. Attendebant ergo promissa per Moysen, attendebāt promissa per Christum. Ille plenum ventrem promittebat in terra, sed cibo qui periit: iste promittebat cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Attendebant eum plus promittentem, & quasi nondum videbant maiora facientem. Attendebant itaq; qualia fecisset Moyses, & adhuc aliqua maiora volebant fieri ab eo qui tam magna promittebat, quid, inquiunt, facis vt credamus tibi? Et vt noueritis quia miracula illa huic miraculo comparabant, & ideo quasi minora ista iudicabant quæ faciebat Iesus, Patres enim nostri, inquiunt, mā-
na manducauerunt in deserto.) Sed quid est manna? Forte contemnitis. Sicut scriptum
48 est, Dedit illis manna manducare.) Per Moysen patres nostri panem de cœlo acceperūt,
C & non est dictum eis à Moyse, operamini cibum non qui perit. Tu promittis cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, & non talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit sed dedit manna de cœlo. Dixit ergo eis Iesus: Amen amē dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dedit vobis panem de cœlo. Verus enim panis est qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.) Verus ergo ille panis q dat vitā mundo, & ipse cibus est, de quo pauloante locutus sum, operamini cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Ergo & illud manna hunc significabat, & illa omnia signa mea erant. Signa mea dilexistis, qui significabatur contemnitis. Non ergo Moyses dedit panem de cœlo, deus dat panem. Sed quem panem? Forte manna? Non, sed panem quem significabat manna, ipsum scilicet dominum Iesum Pater meus dat vobis panem verum. Panis enim deus est qui descendit de cœlo, & dat vitā mundo. Dixerunt ergo ad eum, domine, da nobis semper panem hunc.) Quomodo mulier illa Samaritana cui dictum est, Qui biberit de hac aqua, non sitiet vnquam: conti-
48 nuo illa secundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia nolens, da mihi, inqt, Ioan.4.
D domine de hac aqua: sic & isti, domine, da nobis panem hunc qui nos reficiat, nec deficiat. Dixit autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet vnquam.) Qui venit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me: & quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet vnquam. Vtroq; illa significatur æterna satietas, vbi nulla est egestas. Panem de cœlo desideratis, ante vos habetis, & non manducatis. Sed dixi vobis, quia & vidistis me & non credidistis.) Sed non ideo ego populum perdidi. Nunquid enim infidelitas vestra fidem dei euacuauit? Vide enim quod sequitur, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me non eiiciam foras.) Quale est, intus illud, vnde non exitur foras? Magnum penetrale, & dulce secretum. O secretum sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum & dolorum. Nonne illud secretum est quo intrauit ille, cui dicturus
est domus seruo bene merito, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui? Mat.25.
Et eum qui veniet ad me, non eiiciam foras.) Quia descendi de cœlo non vt faciam vo-
48 lūtatem meam, sed eius qui misit me.) Ideo ergo eum qui veniet ad te, non eiicies foras,
E quia descendisti de cœlo, non facere voluntatem tuam, sed voluntatem eius qui te misit: Magnum sacramentum. | Obsecro vos, simul pulsemus, exeat ad nos aliquid quod nos pascat, secundum quod nos delectauit. Magnum illud & dulce secretum, Qui veniet ad me, attende, attende & appende. Qui venit ad me, non eiiciam foras. Ergo qui veniet, inquit, non eiiciam foras. Quare? Quia descendi de cœlo, non vt faciam volūtatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Ipsa est ergo causa quare non eiicias eum foras qui venit ad te, quia non voluntatem tuam facere descendisti de cœlo, sed volūtatem eius qui te misit. Ipsa est, quid ergo quærimus vtrum ipsa sit? Ipsa est, ipse quippe loquitur. [Non enim fas est aliud opinari quam loquitur. Qui venerit ad me, non eiiciam foras. Et quasi quæreres, quare? Quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Timeo ne foras propterea exierit anima á deo, quia superba erat, imò non dubi- Eccl.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to: ſcriptum eſt enim. Initium omnis peccati ſuperbia: &, Initium ſuperbiæ hominis
apoſtatare à deo: ſcriptum eſt, firmum eſt, verum eſt. Deinde quid de ſuperbo dicitur
mortali accincto pannis, carnis prægrauato pondere, corruptibili corpore, & tamen ex-
tollenti ſe, & obliuiſcenti qua pelle veſtitus ſit? Quid ei dicit ſcriptura? Quid ſuperbis
terra & cinis? Quid ſuperbit? Dicat quid ſuperbit. Quoniam in vita ſua proiecit intima
ſua? Quid eſt proiecit, niſi perrò iecit? hoc eſt exire foras. Etenim intrare intrò, appetere
intima eſt: proiicere intima foras, exire eſt. Intima proiecit ſuperbus, intima appetit hu-
milis: ſuperbia eiicimur, humilitate regredimur. Caput omnium morborum ſuperbia,
quia caput omnium peccatorũ ſuperbia. Medicus quando ægritudinem diſcutit, ſi cu-
ret quod per aliquam cauſam factum eſt: & ipſam cauſam per quam factum eſt non cu-
ret, ad tempus videtur mederi cauſa manente morbus repetitur. Verbi gratia, apertius
hoc dicam. Humor in corpore ſcabiem vel vlcera gignit in corpore, fit magna febris, &
non paruus dolor, exhibentur quædam medicamenta quæ ſcabiem compeſcant, & fer-
uorem illum vlceris ſedant, & exhibentur & proficiunt, vides hominem qui fuit vlcero-
ſus & ſcabioſus ſanatum, ſed quia humor ille non eiectus eſt, rurſus ad vlcus redit: co-
gnoſcens hoc medicus, purgat humorem, detrahit cauſam, & nulla erunt vlcera. Vnde
ergo abundat iniquitas? Per ſuperbiam. Cura ſuperbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo
cauſa omnium morborum curaretur, id eſt, ſuperbia, deſcendit & humilis factus eſt fi-
lius dei. Quid ſuperbis homo? Filius dei propter te humilis factus eſt. Puderet te fortaſſe
imitari humilem hominem, ſaltem imitare humilem deum. Venit filius dei in homine,
& humilis factus eſt. Præcipitur tibi vt ſis humilis, nõ tibi præcipitur vt ex homine fias
pecus. Ille deus factus eſt homo, tu homo cognoſce quia es homo. Tota humilitas tua
eſt, vt cognoſcas te. Ergo quia humilitatem docet deus: dixit, Non veni facere voluntа-
tem meam, ſed eius voluntatem qui miſit me: hæc enim commendatio humilitatis eſt.
Superbia quippe facit voluntatem ſuam, humilitas facit volũtatem dei. Ideo qui ad me
venerit, non eiiciam foras. Quare? Quia non veni facere voluntatem meam, ſed volun-
tatem eius qui miſit me. Humilis veni, humilitatem docere veni: qui ad me venit, incor
poratur mihi: qui ad me venit, humilis fit: qui mihi adhęret, humilis erit, quia non facit
volũtatem ſuam, ſed dei: & ideo non eiicietur foras, quia cum ſuperbus eſſet, eiectus eſt
Pſal.35. foras. Vide illa introita commendari in Pſalmo, Filii autem hominum in protectione ala
rum tuarum ſperabunt. Vide quid ſit ire intrò, vide quid ſit ad illius protectionem con
fugere, vide quid ſit etiam ſub verbera patris currere: flagellat enim omnem filium quẽ
Hebr.12. recipit. Filii autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt; & quid eſt intus?
Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Cum miſeris intrò, intrantes in gaudium domi
ni ſui inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
Quoniam apud te eſt fons vitæ, non foris extra te, ſed intus apud te, ibi fons vitę & in lu
Philip.2. mine tuo videbimus lumen, Prætẽde miſericordiam tuam ſcientibus te & iuſtitiam tuã
his qui recto ſunt corde. Qui ſequuntur voluntatem domini ſui, non quærentes ſua, ſed
Pſal.72. quæ Ieſu Chriſti, ipſi ſunt recto corde, ipſis non commouentur pedes; Bonus enim deus
Iſrael rectis corde. Mei autem, inquit ille, penè commoti ſunt pedes? Quare. Quia zelaui
in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Ergo quibus bonus eſt deus niſi rectis cor
de? Nam mihi toto corde diſplicuit deus. Quare diſplicuit? quia dedit fœlicitatem ma-
lis: & ideo nutarunt mihi pedes, quaſi ſine cauſa ſeruiſſem deo. Ideo ergo mei penè com
moti ſunt pedes, quia non fui rectus corde. Quid eſt ergo rectus corde? Sequens volun-
tatem dei. Fœlix eſt ille, laborat ille: ille male viuit & fœlix eſt, ille iuſte uiuit & laborat.
Non indignetur iuſte viuens & laborans, intus habet quod fœlix ille non habet, non er-
go triſtetur, non maceretur, non deficiat. Fœlix ille habet aurum in arca, iſte deum in
conſcientia. Compara nunc aurum & deum, arcam & conſcientiam. Ille illud habet qđ
perit, & ibi habet vnde perit: iſte deum habet, & eum qui perire non poteſt, & ibi habet
Pſal.35. vnde auferri non poteſt, ſed ſi ſit rectus corde, tunc enim intrat & non exit: ideo ille di-
cebat, Quoniam apud te eſt fons vitæ, & non apud nos: Ideo intrare debemus vt viua-
mus, non quaſi nobis ſufficere vt pereamus, non quaſi de noſtro velle ſatiari vt areſca-
mus, ſed os ad ipſum fontem ponere, vbi aqua non deficit. Quia voluit ſuo conſilio viue
re Adam, & lapſus eſt per eum qui ante ceciderat per ſuperbiam, qui ei calicem ipſius ſu-
perbiæ propinauit. Quia ergo apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ,

ibid.b

intus

70

48 intus bibamus, intus videamus. Quare enim inde exitum eſt? audi quare. Non veniat
K mihi pes ſuperbiæ: ergo ille exiit, cui venit pes ſuperbiæ, oſtendit quia ideo exiit. Et ma-
nus peccatorum non moueant me, propter pedem ſuperbiæ Quare hoc dicis? Ibi ceciderunt
omnes qui operantur iniquitatem. Vbi ceciderunt? In ipſa ſuperbia expulſi ſunt,
nec potuerunt ſtare. Si ergo ſuperbia expulit eos qui non potuerunt ſtare humilitas
intromittit, qui poſſunt in perpetuum ſtare. Ideo etenim ille qui dixit, Exultabunt oſſa
humiliata: prædixit, Auditui meo dabis exultationem & lætitiam. Quid eſt audi-
tui meo? Audiendo te fœlix ſum: de voce tua fœlix ſum intus bibendo fœlix ſum:
ideo non cado, ideo exultabunt oſſa humiliata, ideo amicus ſponſi ſtat & audit eum:
ideo ſtat, quia audit. De interiore fonte bibit, ideo ſtat. Illi qui noluerunt de inte-
riore fonte bibere, ideo ceciderunt & expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Doctor itaque
humilitatis venit non facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem eius qui miſit illum. Ve-
48 niamus ad eum, intremus ad eum, incorporemur ei, vt nec nos faciamus voluntatem no
L ſtram, ſed voluntatem dei, & non nos eiiciet foras, quia membra eius ſumus, quia caput
noſtrum eſſe voluit docendo humilitatem. Ad extremum, ipſum audite concionantem,
Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis. Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à
me, quia mitis ſum & humilis corde. Et cum hoc didiceritis, inuenietis requiem anima-
bus veſtris, vnde non eiiciamini foras quia deſcendi de cœlo non vt faciam voluntatem
meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Humilitatem doceo, ad me venire non poteſt
niſi humilis. Non mittit foras niſi ſuperbia, quomodo non exit foras qui ſeruat humili
tatem, & non labitur à veritate. Dicta ſunt quantum dici potuerunt de abſcondito ſenſu
fratres: ſatis enim hic latet ſenſus, & neſcio vtrum congruis verbis à me ſit depromptus
& excultus, quare ideo non eiiciat foras qui venit ad illum, quia non venit facere volun
tatem ſuam, ſed voluntatem eius qui miſit eum. Hæc eſt autem, inquit, volũtas eius qui
miſit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.) Ipſe illi datus eſt qui ſer-
uat humilitatem; hoc accepit, qui non ſeruat humilitatem, longe eſt à magiſtro humili-
48 tatis. Vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Sic non eſt voluntas in conſpectu pa
M tris veſtri, vt pereat vnus de puſillis iſtis. De tumentibus poteſt perire, de puſillis nihil
perit: quia niſi fueritis ſicut puſillus iſte, non intrabitis in regnum cœlorum. Omne qđ
dedit mihi pater non perdam ex eo, Sed reſuſcitabo illud in nouiſsimo die.) Videte quẽ-
admodum & hic geminam illam reſurrectionem delinıet. Qui venit ad me, modo reſur-
git humilis factus in membris meis, ſed & reſuſcitabo eum in nouiſsimo die ſecundum
carnem. Hæc eſt enim voluntas patris mei qui miſit me vt omnis q uidet filiũ, & credit
in eum habeat uitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die.) Superius di-
xit qui audit uerbum meum & credit ei qui miſit me: modo autem, qui uidet filium, &
credit in eum. Non dixit, uidet filium, & credit in patrem: hoc eſt credere in filium quod
& in patrem, quia ſicut habet pater uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in
ſemetipſo, ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam. Creden-
do & tranſeundo ad uitam tanquam prima illa reſurrectione & quia non eſt ſola, & re-
ſuſcitabo ego eum, inquit, in nouiſsimo die.

Pſal.50. Ioan.3. Mat.11. Mat.18.

Ab eo quod ſcriptum eſt. Murmurabunt ergo Iudæi de illo quia dixiſ-
49 ſet, Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi: uſque ad
A id ubi ait, Qui manducat hunc panem uiuet
in æternum. Tractatus. XXVI.

CVm dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſicut in Euangelio cum legeretur audiui-
mus, panem ſe eſſe dixiſſet, qui de cœlo deſcendit, Murmurauerunt Iudæi & di
xerunt, Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem?
Quomodo ergo hic dicit, quia deſcẽdit de cœlo?) Iſti à pane de cœlo longe erant, nec eũ
eſurire nouerant. Fauces cordis languidas habebant, auribus apertis ſurdi erant, uide-
bant & cæci ſtabant: panis quippe iſte interioris hominis quærit eſuriem; unde alio lo-
co dicit, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Iuſtitiam ue
ro nobis eſſe Chriſtum Paulus apoſtolus dicit, ac per hoc qui eſurit hunc panem, eſuriat
iuſtitiam: ſed iuſtitiam quæ de cœlo deſcendit, iuſtitiam quam dat deus, non quam ſibi
facit homo. Si enim nullam ſibi homo faceret iuſtitiam, nõ diceret Apoſtolus de Iudæis:

Mat 5.
1. Cor.1.
Rom. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignorantes enim dei iustitiam,& suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti: inde erant isti qui panem de cœlo descendentem non intelligebant, quia sua iustitia saturati, iustitiam dei non esuriebant. Quid est hoc, iustitia dei & iustitia hominis? Iustitia dei hic dicitur, non qua iustus est deus, sed quā dat homini deus', vt iustus sit homo per deum. Quæ autem erat illorum iustitia, qui de suis viribus præsumebant, & quasi impletores legis seipsos ex sua virtute dicebant? Nemo autem implet legem, nisi adiuuerit gratia, id est, panis qui de cœlo descendit: Legis enim plenitudo, compendio
Roma. 13. vt ait Apostolus, charitas est: charitas non numi, sed dei: charitas non terræ, non cœli,
Roma. 5. sed eius qui fecit cœlū & terrā. Vnde ista charitas homini? Ipsum audiamus, Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Daturus ergo dominus spiritum sanctum, dixit se panem qui de cœlo descendit, hortans vt
De conse. dist. 2. cap. credamus in eum. Credere enim in eum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit
credere. 4. in eum, manducat, inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. Infans intus
sentē dist. est, nouus intus est, vbi nouellatur, ibi satiatur. Quid ergo talibus murmurantibus. Re
9. cap. 1. spondit Iesus? Nolite murmurare inuicem.) Tanquam dicens, Scio quare non esuriatis, & istum panem non intelligatis neq; quæratis, Nolite murmurare inuicem. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.) Magna gratiæ commendatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat & quem non trahat: quare illum trahat, & illū nō trahat, noli velle iudicare si non vis errare: semel accipe & intellige, Non traheris, ora vt
2. sen. dist. traharis. Quid hic dicimus fratres? si trahimur ad Christum, ergo inuiti credimus, ergo
2. c. nō est violentia adhibetur, non voluntas excitatur? Intrare quisquam Ecclesiam potest nolēs,
tamen. accedere ad altare potest nolens, accipere potest sacramētum nolens, credere non potest
Rom. 10. nisi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: sed non corpore creditur ad iustitiā. Apostolū audi dicentē, Corde creditur ad iustitiā. Et quid sequitur? Ore autē confessio fit ad salutē. De radice cordis surgit ista confessio. Aliquando audis confitentē, & nescis ardentem: vocas confitentem, & nescis credentē. Sed nec debes vocare confitentē, quem iudicas non credentē: hoc est enim confiteri dicere quod habes in corde. Si autem aliud in corde habes, aliud dicis, loqueris non confiteris. Cum ergo in Christum corde credatur, quod nemo vtiq; facit inuitus: qui autem trahitur, tanquam inuitus cogi videtur, quomodo istam soluimus quęstionem: Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit traxerit eum? Si trahitur, ait aliquis, inuitus venit: si inuitus venit, nec credit: si nō credit, nec venit. Non. n. ad Christū ambulando currimus, sed credendo: nec motu corporis, sed voluntate cordis accedimus. Ideo illa mulier quæ fimbriam tetigit, magis te-
Luc. 8. tigit q̄ turba quę pressit. Ideo dns dixit, Quis me tetigit? & mirātes discipuli dixerunt,
turba te comprimit, & dicis, quis me tetigit? Et ille repetiuit, Tetigit me aliquis. Illa tangit, turba premit: quid est tetigit, nisi credidit? Vnde & mulieri illi post resurrectionē
Ioan. 20. dixit volenti se mittere ad pedes eius, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem: quod vides, hoc solum me esse putas. Noli me tangere, quid est? Hoc me solum esse putas quod tibi appareo. Noli me sic credere, hoc est, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: tibi nondum ascendi, nam inde nunquam recessi. In terra non tangebat stantem, & quomodo tangeret ad patrem ascendentem? Sic tamen sic se tangi voluit, sic tangitur ab eis à quibus bene tangitur, ascendens ad patrem, manens cum patre, æqualis patri. Inde & hic si aduertis, Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit, noli te cogitare inuitum trahi. Trahitur animus & amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus qui verba perpendunt, & à rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt, in hoc scripturarum sanctarum euangelico verbo forsitan reprehendamur, & dicatur nobis, Quomodo voluntate credo si trahor? Ego dico, Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? Delectare in
Psal. 36. domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quædam voluptas cordis, cui panis dul-
Virg. in. 2. cis est ille cœlestis. Porrò si poetæ dicere licuit, Trahit sua quenq; voluptas: non neæglog. cessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? An vero habent corporis sensus voluptates suas, & animus deseritur à voluptatibus suis? Si ani-
Psal. 35. mus non habet voluptates suas, vnde dicitur, Filii autem hominum, sub tegmine ala-

rum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis delitiarum tuarum potabis eos: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vi-
49 debimus lumen? Da amantem, & sentit quod dico, da desiderantem, da esurientem,
F da in ista solitudine peregrinantem atq; sitientem, & fontem æternæ patriæ suspirantem, da talem, & scit quid dicam: si autem frigido loquor, nescit quid loquor. Tales erāt isti qui inuicem murmurabant. Pater, inquit, quem traxerit venit ad me. Quid est autem, pater quem traxerit, cum ipse Christus trahat? Quare voluit dicere, pater quē traxerit? Si trahendi sumus, ab illo trahamur, cui dicit quædam quæ diligit, Post odorem vnguentorum tuorum curremus. Sed quid intelligi voluit, aduertamus fratres, Cant. 1.
& quantum possumus capiamus. Trahit pater ad filium eos qui propterea credunt in filium, quia eum cogitant patrem habere deum. Deus enim pater æqualem sibi genuit filium, & qui cogitat, atq; in fide sua sentit & ruminat æqualem esse patri eum in quē credidit, ipsum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam, non eum traxit pater, quia non considerat patrem, qui filium non credit æqualem. Quid dicis ò Arri, quid dicis hæretice, quid loqueris? Quid est Christus? Non inquit, deus verus, sed
49 quem fecit deus verus, Non te traxit pater, non intellexisti patrem, cuius filium negas.
G Aliud cogitas, non est ipse filius, nec à patre traheris, nec ad filium traheris. Aliud est enim filius, aliud quod tu dicis. Fotinus dicit, Homo solus est Christus, non est & deus: Qui sic credit, non pater eum trahit. Quem trahit pater? Illum qui dicit, Tu es Christus filius dei viui, non sicut Propheta, non sicut Ioannes, non sicut aliquis magnus iustus, sed sicut vnicus, sicut æqualis, Tu es Christus filius dei viui, ait. Vide quia tractus est, & à patre tractus est. Et dominus quid? Beatus es Simon bar-Iona, Matt. 16.
quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ista est reuelatio, ipsa est attractio. Ramum viridem ostendis oui, & trahis illam. Nuces puero demonstrantur & trahitur, & quòd currit trahitur, amando trahitur, sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Si ergo ista quæ inter delitias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt, quoniam verum est, Trahit sua quenq; voluptas: non trahit reuelatus Christus à patre? Quid enim fortius desiderat anima quàm veritatem? Quò auidas fauces habere debet, vnde optare, vt sanum sit intus palatum
49 vera iudicandi, nisi vt manducet & bibat sapientiam, iustitiam, veritatem, æternitatē?
H Vbi autem hoc? Ibi melius, verius ibi, planius ibi: nam hic facilius possumus esurire, & hoc si bonam spem habemus, quàm saturari: Beati enim, inquit, qui esuriunt & siti- Matt. 5.
unt iustitiam, sed hic: quoniam saturabuntur, sed ibi. Ideo cum dixisset, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eū: quid subiecit? Et ego resuscitabo eū in nouissimo die.) Reddo illi quod amat, reddo quod sperat. Videbit quod adhuc nō videndo credidit: māducabit quod esuriit, satiabitur eo quod sitit. Vbi? In resurrectione mortuorum, quia ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptū est. n. in prophetis, Et erunt oēs docibiles dei.) Quare hoc dixi ô Iudæi? Pater vos non docuit, quomodo potestis me agnoscere? Omnes regni illius homines docibiles dei erunt, non ab hominibus audient: & si ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt, intus datur, intus coruscat, intus reuelatur. Quid faciunt homines forinsecus annunciantes? Quid facio modo ego cum loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est, quid dico, quid loquor? Exterior, cultor arboris: interior, est creator: Qui plantat & 1. Cor. 3.
qui rigat, extrinsecus operatur: hoc facimus nos. Sed neq; qui plantat est aliquid, neque
49 qui rigat, sed qui incrementum dat deus: hoc est, erunt omnes docibiles dei. Qui om-
I nes? Omnis q audiuit à patre & didicit, venit ad me.) Videte quomodo trahit pater: docendo delectat, non necessitatem imponendo. Ecce quomodo trahit, erunt oēs docibiles dei. Trahere dei est, Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me: trahere. n. dei est. Quid igitur fratres? Si omnis qui audiuit à patre & didicit, ipse venit ad me Christum, Christus nihil hic docuit. Quid quòd patrem magistrum hominēs non viderunt, filium viderunt? Filius dicebat, sed pater docebat. Ego cum homo sim quem doceo? Quē fratres nisi eum, qui audit verbum meum? Si ego cum homo sim, illum doceo qui audit verbum meum: illum docet pater, qui audit verbum eius. Si illum docet pater, qui audit verbum eius, quære quid sit Christus, & inuenies verbum eius. In principio erat Ioan. 1.
verbū. Nō in principio fecit deus verbū, quomodo in principio fecit deus cœlū & terrā:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecce quia non est creatura. Discе trahi ad filium á patre, doceat te pater, audi verbum eius. Quod verbum inquies, audio? In principio erat verbum. Non factum est, sed erat, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū. Quomodo homines in carne constituti audiant tale verbum? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Exponit hoc & ipse, & ostendit nobis quid dixerit, qui audiuit á patre & didicit, venit ad me. Continuo subiecit quod cogitare posimus. Non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic vidit patrem.) Quid est quod ait, Ego vidi patrem, vos non vidistis patrem, & tamen non venitis ad me nisi trahamini à patre? Quid est aūt nobis trahi à patre, nisi discere à patre? Quid est discere à patre, nisi audire a patre? Quid est audire à patre, nisi audire verbum patris, id est me? Ne forte ergo cum dico vobis, Omnis qui audiuit à patre & didicit, dicatis apud vos, sed nunquam vidimus patrem, quomodo ergo discere potuimus à patre? A meipso audite, Non quia patrem vidit quisquam, sed qui est á deo, hic vidit patrem: ego noui patrem, ab illo sum, sed quomodo verbum ab illo cuius est verbum, non quod sonat & transit, sed quod manet cum dicente, & trahit audientem: admoneat quod sequitur: Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitā æternā.) Reuelare se voluit quid esset: nā compendio dicere potuit, qui credit in me, habet me: ipse enim Christus verus deus est, & vita æterna. [Qui ergo credit in me, inquit, it in me: & qui it in me, habet me.] Quid est autem habere me? Habere vitam æternam: vita æterna mortem assumpsit, vita æterna mori voluit: sed de tuo, non de suo accepit à te, vbi moreretur pro te: ab hominibus enim carnem assumpsit, sed non more hominum. Nam patrem habens in cœlo, matrem elegit in terra, & illic natus sine matre, & hic sine patre. Assumpsit ergo vita mortem, vt vita occideret mortem. Nam qui in me credit, inquit, habet vitā æternam, non quod patet, sed quod latet. Vita. n. æterna verbum in principio erat apud deum, & deus erat verbum, & vita erat lux hominum. Ipse vita æterna, dedit & carni susceptæ vitam æternam. Mori voluit, sed die tertio resurrexit. Inter verbū suscipiens & carnem resurgentem, mors media consumpta est. Ego sum, inquit, panis uitæ.) Et unde illi superbiebant? Patres uestri, inquit, manducauerunt in deserto manna, & mortui sunt.) Quid est unde superbitis? Manducauerunt manna, & mortui sunt. Quare manducauerunt & mortui sunt? Quia quod videbant, credebant, quod non videbant, non intelligebant: ideo patres vestri, quia similes estis illorum. Nam quantum pertinet fratres mei ad mortem istam visibilem & corporalem, nunquid nos non morimur, qui manducamus panem de cœlo descendentem? Sic sunt mortui & illi, quemadmodum & nos sumus morituri, quantum attinet, vt dixi, ad mortem huius corporis visibilem atq; carnalem. Quātum autem pertinet ad illam mortem, de qua terret dominus, quia mortui sunt patres istorum. Manducauit manna & Moyses, manducauit manna & Aaron, manducauit manna & Phinees, manducauerunt ibi multi qui domino placuerunt, & mortui non sunt. Quare? Quia visibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustauerunt, vt spiritaliter satiarentur. Nam & nos hodie accepimus visibilem cibum: sed aliud est sacramētum, aliud est virtus sacramenti. Quā multi de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriuntur; vnde dicit Apostolus, Iudicium sibi manducat & bibit. Nónne buccella dominica venenum fuit Iudæ? & tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intrauit, non quia malum accepit, sed qa bonum male malus accepit. Videte ergo fratres, panem cœlestem spiritaliter manducare, innocentiam ad altare apportate. Peccata & si sunt quotidiana, vel non sint mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quod dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem non fallis; mentiri deo potes, deum fallere non potes. Nouit ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat aut coronat. Patres ergo istorum, id est, mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis dominum offendisse ille populus dictus est, quàm contra deum murmurando. Ideo & dominus volens ostendere eos talium filios, hinc ad eos cœpit, Quid murmuratis in inuicē murmuratores, filii murmuratorū? Patres vestri māna māducauerunt, & mortui sunt, nō quia malū erat māna, sed quia male manducauerunt. Hic est panis qui de cœlo descen-

1. Cor. 11. De conse. dist. 2. cap. & sancta. &c. sicut Iudas. De conse. dist. 2. cap. Panem de altari. Mat. 6.

50 descendit.) Hunc panem significauit manna, hunc panem significauit altare dei. Sacra-
B menta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, sed in re quæ significatur paria sunt. Apostolū audi, Nolo enim vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube 1. Cor. 10.
fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. Spiritalem vtiq; eandem, nā De conse.
corporalem alteram, quia illi manna, nos aliud: spiritalem vero quam nos, sed patres nos dist. 2. cap.
stri, non patres illorum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt. Et inquit.
adiungit, Et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significante virtute spiritali. Quomodo enim eundem potum? Bibebant, inquit, de spirituali, sequente petra: petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in verbo & in carne. Et quomodo biberunt? Percussa est petra de virga bis. Gemina percusio, duo ligna crucis Num. 20.
significat. Hic est ergo panis qui de cœlo descendit. Vt siquis manducauerit ex ipso, nō
50 moriatur.) Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sa-
C cramentum. Qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit dē te. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.) [Ideo viuus, quia de cœlo descendi.] De cœlo descendit & manna: sed manna vmbra erat, iste veritas est. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.) Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capi caro. Et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc atse multum esse dixerunt, hoc non posse fieri putauerunt. Caro mea est, inquit, pro mundi vita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi non negligant esse. Fiant corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi. De spiritu Christi non viuit, nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei quid dixerim, Homo es, & spiritum habes, & corpus habes, Spiritum dico quæ anima vocatur, qua constas quòd homo es: cōstas enim ex anima & corpore. Habes enim spiritum inuisibilem, corpus visibile. Dic mihi quid ex quo viuat? Spiritus tuus viuit ex corpore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondet omnis qui viuit, qui autem hoc non potest respondere, nescio si viuit. Quid respondet omnis qui vi-
50 uit? Corpus vtiq; meum viuit de spiritu meo. Vis ergo & tu viuere de spiritu Christi, in
D corpore esto Christi. Nunquid enim corpus meum viuit de spiritu tuo? Meum viuit de spiritu meo, & tuum de spiritu tuo. Nō potest viuere corpus Christi nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponēs nobis Apostolus Paulus hunc panē, Vnus panis, inquit, vnū 1. Cor. 10.
corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, ò signū vnitatis, ò vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur vt viui ficetur. Nō abhorreat à cōpage mēbrorū, [nō sit putre mēbrū] qd' resecari mereatur, nō sit distortum de quo erubescatur: sit pulcrum, sit aptum, sit sanum: hæreat corpori, viuat De conse.
deo de deo, nunc laboret in terra, vt postea regnet in cœlo. Litigabant ergo Iudæi ad- dist. 2. cap.
inuicem dicentes, Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? Li- hoc est sa-
tigabant vtiq; adinuicem, quoniam panem concordiæ non intelligebant, nec sumere vo- cramentū
lebant: nam qui manducant talem panem, non litigant ad inuicem, quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus. Et per hunc facit deus vnius moris habitare in domo. Psal. 67.
Quod autem adinuicem litigabant, & quærunt quomodo posit dominus carnem suā dare ad manducandum, non statim audiunt, sed adhuc eis dicitur, Amen amen dico vo-
50 bis, nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis
E vitam in vobis.) Quomodo quidem edatur, & quisnam modus sit manducandi istum panem ignoratis. Veruntamen nisi māducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hæc non vtiq; cadaueribus, sed viuentibus loquebatur. Vnde ne istam vitam intelligentes, & de hac re litigarent, secutus adiunxit, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.) Hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit: nam temporalem vitam sine illo habere homines possunt, æternam vero omnino non possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet in se vitam: & qui manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem, habet vitam æternam. Ad vtrūq; autem respondit quod dixit, æternam non ita est in hac esca, quam sustentandæ huius corporis vitæ causa sumimus: nam qui eam non sumpserit, non viuet, nec tamen qui eā

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumpserit viuet. Fieri enim potest, vt senio, vel morbo, vel aliquo casu, plurimi & qui eā
sumpserint, moriantur: in hoc vero cibo & potu, id est, corpore & sanguine domini non
ita est, nam & qui eam non sumit, non habet vitam: & qui eam sumit habet vitam, &
hanc vtiq; æternam. Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis &
membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in prædestinatis & vocatis, & iustificatis,
& glorificatis sanctis & fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, id est, prædesti-
natio: secundum & tertium factum est, & fit, & fiet, id est vocatio & iustificatio: quartum
vero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est glorificatio. Huius rei sacramentum,
id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis
dierum in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad vi
tam, quibusdā ad exitiū. Res vero ipsa cuius & sacramentum est, omni homini ad vitā,
nulli ad exitium, quicunq; eius particeps fuerit. Ne autem putarent sic in isto cibo & po
tu promitti vitam æternam, vt qui eam sumerent, iam nec corpore morerentur: huic co
gitationi dignatus est, occurrere, nam cum dixisset, Qui manducat meam carnem & bi-
bit meum sanguinem, habet vitam æternam: continuo subiecit & dixit, Et ego resuscita-
bo eum in nouissimo die.) Vt habeat interim secundum spiritum vitam æternam in re
quie, quæ sanctorum spiritus suscipit: quod autem ad corpus attinet, nec caro eius uita
æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die. Caro enim mea, in
quit, uere est cibus, & sanguis meus uere est potus.) Cum enim cibo & potu id appetant
homines, ut neq; esuriant neq; sitiant: hoc ueraciter non præstat nisi iste cibus & potus,
qui eos à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit, id est, societas ipsa sancto
rum, ubi pax erit & unitas plena atq; perfecta. Propterea quippe sicut etiā ante nos hoc
intellexerunt homines dei, dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum
in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Nanq; aliud in
unum ex multis granis conficitur & constat: aliud in unum ex multis acinis confluit. De
niq; iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, &
sanguinem eius bibere. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me
manet & ego in illo.) Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potū, in Chri-
De conse. dist. 2. ca. qui discor dat. sto manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in
quo nō manet Christus, proculdubio nec māducat spiritaliter carnē eius nec bibit eius
sanguinem, licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramentum corporis & san-
guinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudiciū sibi manducat & bibit, quia
immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta, quæ aliquis non digne sumit,
nisi qui mundus est: de quibus dicitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi deū uidebunt.
Mat. 5. Sicut, inquit, misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, ip-
se uiuet propter me.) Non ait, sicut manduco patrem, & ego uiuo propter patrem: & qui
manducat me, & ipse uiuet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior,
qui est natus æqualis, sicut participatione filii per unitatem corporis eius & sanguinis,
quod illa manducatio potatioq; significat, nos efficimur meliores. Viuimus ergo nos pro
pter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes æternam uitā, quam nō habeba
mus ex nobis: uiuit autem ipse propter patrem, missus ab eo, quia semetipsum exinani-
Phil. 2. Ioan. 14. uit factus obediens usq; ad mortē crucis. Si enim secundum id accipimus, uiuo propter
patrem, quod alibi ait, Pater maior me est: sicut & nos uiuimus propter ipsum, qui ma-
ior est nobis, hoc ex eo quod missus est, factum est: missio quippe eius exinanitio sui-
metipsius est, & formæ seruilis acceptio, quod recte intelligitur, seruata etiam filii cum
patre æqualitate naturæ. Maior enim est pater homine filio, sed æqualem habet deum fi
lium, cum idem sit & deus & homo, dei filius & hominis filius unus Christus. In qua
sententia si recte accipiuntur hæc uerba, ita dixit, Sicut me misit uiuens pater, & ego uiu
uo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse uiuet propter me: ac si diceret, Vt ego vi
uam propter patrem, id est, ad illum tanquam ad maiorem referam uitam meam, exina-
nitio mea fecit in qua me misit. Vt autem quisquam uiuat propter me, participatio facit
qua manducat me. Ego itaq; humiliatus uiuo propter patrem, ille erectus uiuit propter
me. Si autem ita dictum est, uiuo propter patrem, quia ipse de illo, non ille de ipso est, si-
ne detrimento æqualitatis dictum est. Nec tamen dicendo, & qui manducat me, ipse ui-
uet propter me, eandem suam & nostram æqualitatem significauit, sed gratiam media-

50 K toris ostendit. Hic est panis qui de cœlo descēdit.) Vt illum manducando viuamus, quia
æternam vitam ex nobis habere non possumus. Non sicut, inquit, manducauerūt patres
vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.) Quōd er
go illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in æternum: nam temporaliter & hi
profecto moriuntur qui Christum manducant, sed viuunt in æternum, quia Christus
est in vita æterna.

Ab eo quod scriptum est: Hæc dixit in synagoga docens sabbato
in Capernaum: vsque ad id quod ait, Ille enim
traditurus erat eum, cum esset vnus de
duodecim. Tractatus. XXVII.

VErba domini ex Euangelio, quæ sermonem pristinum consequuntur audiui-
mus, hinc sermo debetur auribus & mentibus vestris, & hodierna die non impor
50 L tunus est. Est enim de corpore domini, quod dicebat se dare ad manducandum
propter æternam vitam. Exposuit autem modum attributionis huius & doni sui, quo-
modo daret carnem suam manducare dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit san
guinem meum, in me manet & ego in illo. Signum quia manducauit & bibit, hoc est si
manet & manetur, si habitat & inhabitatur, si hæret vt non deseratur, Hoc ergo nos do-
cuit & admouit mysticis verbis, vt simus in eius corpore sub ipso capite in membris
eius, edentes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius. Sed qui aderant, plu-
res non intelligendo scandalizati sunt: Non enim cogitabant hæc audiendo, nisi
carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & verum dicit: Sapere secūdum carnem Rom. 8.
mors est. Carnem dat nobis suam dominus manducare, & sapere secundum carnem
mors est. Cum de carne sua dicat, quia ibi est vita æterna: ergo nec carnem debemus sa- Præteritur
pere secundum carnem, sicut in his verbis: Multi itaq; audientes:) Non ex inimicis, sed hic textus,
ex discipulis suis, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?) Si discipuli Hæc dixit
durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, vt diceretur in synago
50 M quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum dei intentos debet facere, non aduersos; ga docens
isti autem cito defecerunt. Talia loquente domino Iesu Christo, non crediderunt aliqd in Caper-
magnum dicentem, & verbis illis aliquam gratiam cooperientem, sed prout voluerunt naum.
ita intellexerunt, & more hominum, quia poterat Iesus, aut hoc disponebāt Iesus, carnē
qua indutum erat verbum, veluti concisam distribuere credentibus in se. Durus est, in-
quiunt, hic sermo: quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia
murmurabant de eo discipuli eius.) Sic enim apud se ista dixerunt, vt ab illo non audirē
tur, sed ille qui eos nouerat in seipsis, audiens apud semetipsum: Respōdens ait, hoc vos
scandalizat:) Quia dixi, carnem meam do vobis manducare, & sanguinem meum bibe-
re, hoc vos nempe scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat † alias
prius.) Quid est hoc? Hinc soluit illud quod non nouerant: †hinc aperuit vnde fuerant quod ip-
scandalizati: hinc planè si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suū sos moue-
ille autem dixit, se ascensurum in cœlum, vtiq; integrum. Cum videritis filium hominis rat.
ascendentem vbi erat prius: certe vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis ero-
gat corpus suum, certe vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus.
51 A Et ait: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.) Hoc antequam exponā-
mus vt dominus donat, illud non negligenter prætereundum est, quod ait, Si ergo videri
tis filium hominis ascendentem vbi erat prius: Filius enim hominis Christus ex vir- Psal. 84.
gine Maria. Ergo filius hominis hic cœpit esse in terra, vbi carnem assumpsit ex terra. Vn
de prophetice dictum erit: Veritas de terra orta est. Quid sibi ego vult quod ait: Cum vi
deritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Nulla enim esset quæstio si ita dixis-
set: Si videritis filium dei ascendentem vbi erat prius. Cum vero filium hominis dixit
ascendentem vbi erat prius: nunquid filius hominis in cœlo erat prius, quam in terra es
se cœpit? Hic quidem dixit, vbi erat prius, quasi tunc non ibi esset quando hæc loquebatur. Ioan. 3.
Alio autem loco ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius ho-
minis qui est in cœlo: non dixit erat, sed filius, inquit, hominis qui est in cœlo. In terra lo
loquebatur, & in cœlo se esse dicebat: & non ita dixit, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

de cœlo descendit. filius hominis † qui est in cœlo: quò pertinet nisi vt intelligamus, q^d etiam pristino sermone commendaui charitati vestræ, vnam personam esse Christum deum & hominem, non duas: ne fides nostra non sit trinitas, sed quaternitas. Christus ergo vnus est, verbum, anima & caro: vnus Christus filius dei & filius hominis: vnus Christus filius dei semper, filius hominis ex tempore, tamen vnus Christus secundum vnitatem personæ in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in cœlo quemadmodũ filius dei erat in terra: filius dei in terra in suscepta carne, filius hominis in cœlo in vnitate personæ. Quid est ergo quod adiungit: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam? Dicamus ei: paritur enim nos non contradicentes, sed nosse cupientes. O domine, magister bone, quomodo caro non prodest quicquam, cum tu dixeris. Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam? An vita non prodest quicquàm, & propter quid sumus quod sumus, nisi vt habeamus vitam æternam, quam tua carne promittis? Quid est ergo, non ꝓdest quicquam? Caro non prodest quicquam: sed quomodo illi intellexerunt: carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, nõ quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictum est, caro non prodest quicquam, quomodo dictum est, scientia inflat. Iam ergo debemus odisse scientiam? Ablit. Et quid est, scientia inflat? Sola, sine charitate. Ideo adiunxit, charitas vero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia, non per se, sed per charitatem: sic etiam nunc caro non prodest quicquam, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum: nam si caro nihil prodesset, verbum caro non fieret, vt inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multum profuit Christus, quomodo caro nihil prodest? Sed per carnẽ spiritus aliquid pro salute nostra egit, caro vas fuit, quod habebat attende, non quod erat. Apostoli missi sunt, nũquid caro ipsorum nihil nobis profuit? Si caro Apostolorum nobis profuit, caro domini poterat nihil prodesse? Vnde enim ad nos sonus verbi, nisi per vocem carnis? Vnde stylus? Vnde conscriptio? Ista omnia opera carnis sunt, sed agitante spiritu tanquam organum suum. Spiritus ergo est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Sicut illi intellexerunt carnẽ, non sic ego do ad manducandum carnem meam. Proinde, Verba, inquit, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.) Diximus. n. fratres hoc dominum commẽdasse in manducatione carnis suæ, & potione sanguinis sui, vt in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra eius: manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius. Vt autem simus membra eius, vnitas nos compaginat: vt compaginet vnitas, quæ facit nisi charitas? Et charitas dei vnde? Apostolum interroga: Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo spiritus est qui viuificat: spiritus enim facit viua membra, nec viua membra spiritus facit, nisi quæ in corpore quod vegetat, ipse spiritus inuenerit: nam spiritus qui est in te, ô homo, quo constas vt homo sis, nunquid viuificat membrũ quod separatum inuenerit à carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non viuificat nisi membra quæ sunt in carne tua, vnum si tollas, iam nõ viuificatur ex anima tua, quia vnitati corporis tui non copulatur. Hæc dicuntur vt amemus vnitatem, & timeamus separationem: nihil sic enim debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Spiritus ergo est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quid est spiritus & vita sunt? Spiritaliter intelligenda sunt. Intellexisti spiritaliter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Sed sunt quidam, inquit, in vobis qui non credunt.) Non dixit, sunt quidam in vobis qui non intelligunt: sed causam dixit, quare non intelligant. Sunt enim quidam in vobis qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit. Nisi credideritis, non intelligetis. Per fidem copulamur, per intellectum viuificamur: prius hæreamus per fidem, vt sit quod viuificetur per intellectum: Nam qui non hæret, resistit: qui resistit, non credit: nam qui resistit, quomodo viuificatur? Aduersarius est radio lucis quo penetrandus est, non aduertit aciem, sed claudit mentem. Sunt ergo quidam

† 1. Cor. 8. — Rom. 5. — 23. q. 3. ca. nihil. — Rom. 8. — Esa. 7.

qui non credunt: credant & aperiant, aperiant & illuminabuntur: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & qui traditurus esset eum.) Ibi enim erat & Iudas: nam quidam scandalizati sunt: ille autem mansit ad insidiandum, non ad intelligẽdum. Et quia ideo manserat, non de illo tacuit dominus: non illum espresit, sed nec siluit, vt omnes timerent, quanuis vnus periret. Sed postea quàm dixit, & distinxit credentes à non credentibus, expresit causam quare non credant. Propterea dixit vobis, inquit, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.) Ergo & credere datur nobis, non enim nihil est credere. Si autem magnum aliquid est, gaudes quia credidisti, sed noli extolli. Quid enim habes quod non accepisti? Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulauerunt.) Alii abierunt retro, sed post satanã, non post Christum: nam aliquando dominus Christus Petrum appellauit satanam, magis quia volebat præcedere dominum suum, & consilium dare ne moreretur ille qui venerat vt moreretur, ne nos in æternum moreremur: & ait illi, Redi post me satanas, non enim sapis quæ dei sunt, sed quæ hominis sunt: Non enim illum repulit retro ire post satanam, & appellauit satanam, sed fecit post se ire, vt non esset satanas ambulando post dominum. Isti autem sic redierunt retro, quomodo de quibusdam fœminis dicit Apostolus, Quædam conuersæ sunt retro post satanam. Et vlterius cum illo non ambulauerunt. Ecce præcisi à corpore vitam perdiderunt, quia forte in corpore nõ fuerunt. Inter non credentes & ipsi deputandi sunt, quanuis discipuli dicerentur: abierunt retro non pauci, sed multi. Hoc factum est ad consolationem, quomodo aliquando contingit vt dicat homo verum, & quod dicitur, non capiatur: atq; illi qui audiunt, scandalizentur & discedant. Pœnitet autem hominem dixisse quod verum est. Dicit autem apud se homo, non debui sic dicere, non hoc dicere debui. Ecce domino contingit: Dixit & perdidit multos, remansit ad paucos. Sed non turbabatur ipse, quia ab initio nouerat & qui credentes essent, & qui non credentes: nos si nobis contingat, perturbamur, solatium in domino inueniamus, & tamen caute verba dicamus, ea quę ille ad paucos qui remanserant. Dixit ergo Iesus ad duodecim,)id est, illis duodecim qui remanserunt: Nunquid & vos, inquit, vultis ire? Non discessit nec Iudas, sed quare manebat? Domino iam apparebat, nobis postea manifestatus est. Respondit Petrus pro omnibus, vnus pro multis, vnitas pro vniuersis: Respondit ergo ei Simon petrus, Domine ad quem ibimus?)Repellis nos à te, da nobis alterum te. Si à te recedimus, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.) Videte quemadmodum Petrus dante deo, recreante spiritu sancto intellexit. Vnde nisi quia credidit, Verba vitæ æternæ habes? Vitam enim æternam habes in ministratione corporis, & sanguinis tui. Et nos credidimus & cognouimus:) Non cognouimus & credidimus, sed credidimus & cognouimus, Credidimus enim vt cognosceremus: nam si prius cognoscere, & deinde credere velemus, nec cognoscere nec credere valeremus. Quid credidimus & quid cognouimus? Quia Tu es Christus filius dei viui:) id est, quia ipsa vita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo nisi quod es. Ait ergo dominus Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?) Ego vndecim elegi diceret, an eligitur diabolus, & in electis est diabolus? Electi in laude solent dici: an electus est ille, de quo nolente & nesciente magnum aliquid boni fieret? Hoc est proprium dei, contrarium iniquis. Sicut enim iniqui male vtuntur bonis operibus dei, sic contrà deus bene vtitur malis operibus iniquorum. Quam bonum est membra corporis ita esse, quemadmodum disponi non possunt nisi ab artifice deo. Petulantia tamen quàm male vtitur oculis? fallacia quam male vtitur lingua? Falsus testis nonne linguam suam & animam suam prius trucidat, & alterum lædere se perempto conatur? Male vtitur lingua, nec ideo malum est lingua: opus est dei lingua, sed bono opere dei male vtitur illa nequitia. Quomodo vtuntur qui pedibus currunt ad scelera, quomodo vtuntur manibus homicidæ, & illis adiacentibus forinsecus bonis creaturis dei? Quam male vtuntur mali auro, iudicia corrumpunt, innocentes opprimunt. Luce ista mali male vtuntur: male viuendo enim etiam ipsam lucem quam vident, ad ministerium scelerum suorum vsurpant. Iens enim vt faciat aliquid mali malus, lucere sibi vult ne offendat, qui iam intus offendit & cecidit: quod timet in corpore, iam incurrit in corde. Omnibus ergo bonis dei, ne per singula curre-

3. sent. dis. 23. cap. nodandum in fine.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re longum sit, male vtitur malus: contrà, malis hominum malorum bene vtitur bo- 51
Mar.10. nus. Et quid tam bonum, quàm vnus deus? Quando quidem ipse dominus dixit: K
Nemo bonus nisi vnus deus. Quanto ergo ille melior, tanto melius vtitur & malis
nostris. Quid Iuda peius? Inter omnes adhærentes magistro, inter duodecim, locu-
pilli commissi sunt, & dispensatio pauperum distributa. Ingratus tanto beneficio,
honori tanto, accepit pecuniã, perdidit iustitiam: tradidit vitam mortuus, quem vt
discipulus secutus, vt inimicus persecutus est: & totum hoc malum Iudæ, sed malo
eius bene vsus est dominus. Tradi se pertulit, vt redimeret nos: ecce malum Iudæ in
bonum conuersum est. Satanas quantos martyres persecutus est? si satanas perse-
quendo cessaret, hodie tam gloriosam coronam sancti Laurentii non celebraremus. Si
ergo ipsius diaboli malis operibus bene vtitur deus, quod facit malus, male vtendo
sibi nocet, non bonitati dei contradicit. Artifex illo vtitur, & magnus artifex: si illo
vti non posset, nec eum esse permitteret. Ergo vnus ex vobis diabolus est, ait: cum
Acto.1. ego vos duodecim elegerim. Potest & sic intelligi quod ait: Duodecim elegi, quia sa-
cratus est numerus. Non enim quia periit inde vnus, ideo illius numeri honor dem-
ptus est: nam in locum pereuntis, alius subrogatus est. Mansit numerus consecra-
tus, numerus duodenarius, quia per vniuersum mundum, hoc est, per quatuor car-
dines mundi, trinitatem fuerant annunciaturi, ideo & quaterni. Se ergo exterminauit Iudas, non duodenarium numerum violauit: ipse deseruit præceptorem, nam de-
us ille apposuit successorem. Hoc totum quod dominus de carne & de sanguine suo lo
cutus est, & quod in eius distributionis gratia vitam nobis promisit æternam, & quod
hinc voluit intelligi manducatores & potatores carnis & sanguinis sui, vt in illo ma-
neant, & ipse in illis, & quòd non intellexerunt qui non crediderunt, & quòd spiritalia carnaliter sapiendo scandalizati sunt, & quòd eis scandalizatis & pereuntibus, con-
solatio domini affuit discipulis qui remanserant, ad quos probandos interrogauit; Num
quid & vos vultis ire? vt responsio permansionis eorum innotesceret & nobis: nam
& ille nouerat qui manebant. Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat dilectissimi, vt car
nem Christi & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi
mali, sed vsq; ad spiritus participationem manducemus & bibamus, vt in domini cor
pore tanquam membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur, & non scandalizemur,
a. Tim.2. etiam si multi modo nobiscum manducant & bibunt temporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta: modo enim corpus Christi mistum est tãquam area,
sed nouit dominus qui sunt eius: si tu nosti quid triturￃs, quia ibi est latens massa; nec
consumit trituratio quod purgatura est ventilatio. Certi sumus fratres, quia omnes
qui sumus in corpore domini, & manemus in illo, vt & ipse maneat in nobis, in hoc
seculo necesse habemus vsq; in finem inter malos viuere, non inter illos dico malos qui
blasphemant Christum: raro enim iam inueniuntur qui lingua blasphemant, sed multi qui vita. Necesse est ergo vt inter illos vsq; in finem viuamus. Sed quid est quod
Matt.10. ait: Qui manet in me & ego in illo: quid nisi quod martyres audiebant, Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit? Quomodo mansit in illo sanctus Laurentius, cuius hodie festum diem celebramus? Mansit vsq; ad tentationem, mansit vsq; ad tyrannicam interrogationem, mansit vsq; ad acerrimam comminationem, mansit vsq; ad
peremptionem, parum est, vsq; ad immanem excruciationem mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne. Diu viuere permissus est, immo non diu viuere
permissus est, sed tarde mori compulsus est. In illa ergo longa morte, in illis tormentis quæ bene manducauerat & bene biberat, tanquam illa esca saginatus, & illo calice
ebriatus, tormenta non sensit. Ibi enim erat qui dixit, Spiritus est qui viuificat: Caro
enim ardebat, sed spiritus animam vegetabat. Non cessit, & in regnum successit. Dixerat autem illi Sixtus martyr sanctus, cuius diem quinto ab hinc retro die celebrauimus: noli mœrere fili: Episcopus enim erat ille, iste diaconus: Noli mœrere, inquit,
sequeris me post triduum. Triduum autem dixit medium inter diem passionis sancti
†aliàs, securus. Sixti, & diem hodiernum passionis sancti Laurentii, triduum est medium. O consolatio: non ait, noli mœrere fili, desinet persecutio, & saluus † eris: sed noli mœrere, quò
ego præcedo tu sequeris, nec consecutio tua differtur. Triduum medium erit & mecũ
eris. Accepit oraculum, vicit diabolum, peruenit ad triumphum.

52 De eo quod ait, Et post hæc ambulabat Iesus in Galilæam: vsq; ad id, Nemo
B tamen palam loquebatur de eo propter metum Iudæorum.

Tractatus. XXVIII.

IN isto Euangelii capitulo fratres, dominus noster Iesus Christus secundum hominẽ Cap.VII.
se plurimum commendauit fidei nostræ. Etenim semper hoc agit dictis & factis suis,
vt deus credatur & homo. Deus qui nos fecit, homo qui nos quæsiuit: deus cũ patre
semper, homo nobiscum ex tempore. Non enim quæreret quem fecerat, nisi ipse quod fe
cerat fieri voluisset. Verum hoc mementote, & de cordibus vestris nolite dimittere, sic es
se Christum hominem factum, vt non desisteret deus esse. Manens deus accepit hominẽ,
qui fecit hominem: quando ergo latuit vt homo, non potentiam perdidisse putãdus est,
sed exemplum infirmitati præbuisse. Ille enim quando voluit detentus est, quando vo-
luit occisus est. Sed quomodo futura erãt membra eius: id est, fideles eius qui non habe-
rent illam potestatem quam habebat ipse deus noster: quòd latebat, quòd se tanquam
52 ne occideretur occultabat, hoc indicabat factura esse membra sua, in quibus vtiq; mem-
C bris suis ipse erat. Non enim Christus in capite & non in corpore, sed Christus totus in
capite & in corpore. Quod ergo membra eius, ipse: quod autem ipse, non continuo mẽ-
bra eius: nam si non ipsi essent membra eius, non diceret Saulo: Quid me persequeris? Acto.9.
Non enim Saulus ipsum, sed membra eius, id est, fideles eius in terra persequebatur. No
luit tamen dicere sanctos meos, seruos meos: postremo honorabilius, fratres meos: sed,
me: hoc est membra mea quibus ego sum caput. His prædictis puto nos in hoc capitulo
quod modo lectum est, non esse laboraturos: sæpe enim significatum est in capite, quod
futurum erat in corpore. Post hæc, inquit, ambulabat Iesus in Galilæam: non enim vole
bat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.) Hoc est quod dixi,
infirmitati nostræ præbebat exemplum. Non ipse perdiderat potestatem, sed nostram
consalabatur fragilitatem. Futurum enim erat, vt dixi, vt aliquis fidelis eius abscõderet
se, ne à persecutoribus inueniretur. Et ne illi pro crimine obiiceretur latibulum præces
sit in capite quod in membro confirmaretur: sic enim dictum est: Nolebat ambulare in
Iudæam, quia quærebant eum Iudæi occidere: quasi non posset Christus & ambulare
52 inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam quando voluit demonstra-
D uit: nam cum eum iam passurum tenere vellent, ait illis: Quem quæritis? Respondерunt, Ioan.18.
Iesum: & ille, Ego sum: non se occultans, sed manifestans. Ad eam tamen manifestationẽ
illi non substiterunt, sed recedentes retro ceciderunt. Et tamen quia pati venerat, surre-
xerunt & tenuerunt, ad iudicem adduxerunt & occiderunt. Sed quid fecerunt? Quod ait
quædam scriptura: Terra tradita est in manus impii, caro data est in potestatem Iudæis; Iob.9.
Et hoc propterea, vt quasi sacculus consinderetur, vnde nostrum preciũ manaret. Erat
autem in proximo dies festus Iudæorum scenophegia.) Quid sit scenophegia, scripturas
qui legerunt, nouerunt. Faciebant die festo tabernacula ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerunt, cum ex Aegypto educti peregrinarẽtur in eremo. Iste erat
dies festus & magna solennitas: celebrabant hoc Iudæi velut reminiscentes beneficia do
mini qui occisuri erant dominum. Hoc ergo die festo, quia plures erant dies festi: sic n.
52 appellabatur apud Iudæos dies festus, vt non esset dies vnus sed plures. Locuti sunt fra-
E tres eius ad dominum nostrum.) Fratres eius sic accipite sicut nostis: non enim nouum
est quod auditis. Consanguinei virginis Mariæ, fratres domini dicebantur. Erat enim
consuetudinis scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos & cognationis
propinquos, & extra vsum nostrum, non quo more nos loquimur: nam quis dicat fratres auunculum & filium sororis? Scriptura tamen etiam huiusmodi cognationes fratres
appellat: nam Abraham & Loth fratres sunt dicti, cum esset Abraham patruus Loth: & Gene.13.
Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob. Cum ergo auditis Gene.29.
fratres domini, Mariæ cogitate consanguinitatem non iterum parientis vllam propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec antea nec postea mortuis iacuit: sic vterus Mariæ nec antea nec postea quicquam mortale concepit. Diximus
fratres qui fuerint: audiamus quid dixerint, Transi hinc & vade in Iudæam, vt & discipu
li tui videãt opera tua quæ tu facis.) Opera dñi discipulos non latebãt sed istos latebãt.
Isti. n. fratres, id est, consanguinei, xpm consanguineum habere potuerunt, credere autẽ
in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Dictum est in Euangelio, non enim hoc nos au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

demus opinari,modo audistis,addunt & monet,Nemo.n.in occulto quid facit, & quærit palam esse. Si hæc facis,manifesta temetipsum mundo:) Et continuo,Neq; n.fratres eius credebant in eum.) Quare in eum non credebant? Quia humanam gloriam requirebant. Nam & quod eum videntur monere fratres,gloriæ ipsius consulunt, facis mirabilia, innotesce:id est,appare omnibus vt laudari possis ab omnibus. Loquebatur caro carni: sed caro sine deo, carni cum deo. Loquebatur n.prudentia carnis verbo quod caro factum est,& habitauit in nobis. Quid ad hæc dominus? Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum venit, tempus autem vestrum semper est paratū.) Quid est hoc? Nondum venerat tempus Christi? Quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondū venerat? Nonne audimus Apostolū dicentem, Cum autē venit plenitudo temporis, misit deus filium suum? Si ergo in plenitudine temporis missus est, quando debuit missus est, quando oportuit venit: quid ergo est, tempus meum nondum venit? Intelligite fratres quo animo illi loquebantur, qui quasi fratrem suum monere videbantur: dabāt ei consilium consequendæ gloriæ, veluti secularitet & terreno affectu monentes, ne esset ignobilis & latitaret. Quod ergo ait dominus Tempus meū nondū venit, illis respondit qui ei consiliū de gloria dabant. Tempus gloriæ meæ nondum venit. Videte quām profundum sit, de gloria illi admonebant, sed ille voluit altitudinem humilitate præcedere, & ad ipsam celsitudinē per humilitatem viā sternere: nam & illi discipuli vtiq; gloriam requirebant, qui volebant sedere, vnus ad dexteram eius, & alter ad sinistram. Attendebant quo, & non videbant qua via dominus eos vt ordinate venirent ad patriā, reuocauit ad viam. Excelsa est enim patria, humilis via: patria est vita Christi, [via est mors Christi; patria est mansio xpi,] via passio xpi. Qui recusat viā, quid quærit patriā? Deniq; & illis hoc respondit, quærentibus altitudinē: Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Ecce quà venitur ad celsitudinē quam desideratis, calicē quippe cōmemorabat humilitatis atq; passionis. Ergo & hic tempus meū nondum venit, tempus aūt vestrum, id est, mundi gloria semper est paratū: hoc est tempus de quo in prophetia loquitur Christus, id est, corpus Christi: cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Modo enim nō est tempus iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi & toleret iniqtatem male viuentiū, habeat tamen iustitiā modo antequā habeat iudiciū p iustitiā. n. puenit ad iudiciū. Tolerantibus qppe membris iniquitatē seculi huius, qd scriptura sancta dicit in Psalmo? Nō repellet deus plebem suā. Laborat quidē plebs eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes, inter murmurantes, detrahentes, insectantes, & si licet perimentes. Laborat quidem, sed nō repellet dominus plebem suā, & hæreditatē suam nō derelinquet quoadusq; iustitia, quæ modo est in sanctis eius, conuertatur in iudicium, cum implebitur quod eis dictum est, Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Habebat iustitiam Apostolus, sed nondū illud iudicium de quo dicit, Nescitis quoniam angelos iudicaturi sumus? Sit ergo modo tempus iuste viuendi, postea erit tempus eos qui male vixerunt iudicandi. Quoadusq; iustitia, inquit, cōuertatur in iudiciū, hoc erit tempus iudicii, de quo dns dixit, tempus meū nondū venit. Erit.n tempus gloriæ: qui venit in humilitate, veniet in altitudine: qui venit iudicandus, veniet iudicaturus: qui venit occidi à mortuis, veniet iudicare de viuis & mortuis. Deus, inquit Psalmus, manifestus veniet, deus noster & non silebit. Quid est manifestus veniet? Quia venit occultus. Tunc non silebit: nam quando veniet occultus, sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum. Veniet & non silebit. Tacui, inquit, nunquid semper tacebo? Modo autē quid necessarium est eis qui habent iustitiam, quod in illo Psalmo sequitur, Quoadusq; iustitia conuertatur in iudicium. Et qui habent eam? Omnes qui recto sunt corde. Quæritis fortasse qui sint recti corde? Illos inuenimus in scriptura rectos corde, qui mala seculi tolerant, & non accusant deum. Videte fratres: rara causa est ista quam loquor: nescio quo.n.modo quando euenit homini aliquid mali, deum currit accusare, qui deberet se. Quando boni aliquid agis, te laudas: quando mali aliquid pateris, deum accusas: hoc est cor tortū, non rectum: ab ista distortione & prauitate si corrigaris, conuertitur in cōtrariū quod faciebas. Antea.n.quid faciebas? Laudabas te in bonis dei: accusabas deum in malis tuis: conuerso corde & directo, laudabis deum in bonis suis, accusabis te in malis tuis: isti sunt recto corde. Denique ille nondum recto, cui displicebat fœlicitas malorum & labor bonorum, ait correctus: Quā bonus deus Israel rectis corde: Mei autem, quando non eram rectus corde, penè commoti sunt pedes paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Vidi, inquit, malos fœlices, & displicuit mihi deus: hoc.n. volebat, pacem peccatorum intuens, vt nō permitteret deus malos esse fœlices. Intelligat homo, nunquam hoc permittit deus. Sed ideo malus fœlix putatur, quia quid sit fœlicitas ignoratur. Simus ergo recti corde: tempus enim gloriæ nostræ nondum venit. Dicitur amatoribus huius seculi, quales erant fratres domini: tempus vestrum semper adest paratum, tempus nostrum nondum venit. Audemus enim hoc dicere & nos, quoniam corpus domini nostri sumus, quoniam membra eius sumus, quoniam caput nostrum gratanter agnoscimus. Dicamus prorsus, quoniam propter nos & ipse hoc dignatus est dicere. Quando nobis insultant amatores huius seculi, dicamus eis: tempus vestrum semper adest paratum: tempus autem nostrum nondum venit, nobis.n. dixit Apostolus: Mortui.n. estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quando veniet tempus nostrum? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quid deinde addit? Non potest mundus odisse vos,) Quid est hoc, nisi non potest mundus odisse amatores suos, testes falsos suos? Bona.n. dicitis, quæ mala sunt, & mala quæ bona sunt. Me autem odit, quia testimonium ego perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc.) Quid est hunc? Vbi gloriam humanam quæritis. Quid est hūc? Vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare. Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia meum tempus nondum impletū est.) In die festo hoc gloriam vos humanam requiritis. Meum vero tempus, id est, gloriæ meæ nondum venit. Ipse erit dies festus meus, non diebus istis percurrens & transiens, sed permanens in æternum: ipsa erit festiuitas, gaudium sine fine, æternitas sine labore, serenitas sine nube. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.) Ideo non ad diem festum hunc, quia non gloriari temporaliter, sed aliquid docere salubriter, corrigere homines, de die festo æterno admonere, amorem ab hoc seculo auertere, & in deū conuertere cupiebat. Quid est autem quòd quasi latenter ascendit ad diem festum? Non vacat & hoc ab intellectu. Videtur mihi fratres etiam hinc quòd quasi latenter ascendit, aliquid significare voluisse: nam consequentia docebunt, sic eum ascendisse meditato die festo, id est, meditatis illis diebus, vt etiam palam doceret. Sed quasi latenter dixit, ne se ostenderet hominibus. Non vacat quòd latenter ascendit Christus ad diem festum, quia ipse latebat in illo die festo. Adhuc etiam ego quod dixi in latibulo est: Manifestetur ergo: tollatur velum, & appareat quod erat secretū. Omnia quę dicta sunt antiquo populo Israel in multiplici scriptura sanctæ legis quæ agerēt, siue in sacrificiis, siue in sacerdotiis, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus, quibus deum colebant, quæcunque illis dicta & præcepta sunt, vmbræ fuerunt futurorum. Quorum futurorum? Quę implentur in Christo: vnde dicit Apostolus: Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo etiam: id est, in Christo impletæ sunt. Deinde dicit in alio loco: Omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum deuenerūt. Dixit & alibi: Finis enim legis Christus est, Itē alio loco: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenię, aut sabbatorum, quę sunt vmbra futurorū. Si ergo omnia illa vmbra fuerunt futurorum, & scenophegia vmbra erat futurorū: hic ergo dies festus, quæramus cuius futuri vmbra erat. Expolui quid erat scenophegia, celebratio erat tabernaculorū, propterea quia populus de Aegypto liberatus tendens per desertū ad terram promissionis in tabernaculis habitauit. Quid sit animaduertamus, & nos erimus: nos, inquam, qui membra Christi sumus. Si sumus, illo autem dignante sumus, non nobis promerentibus. Attendamus ergo nos fratres: educti sumus de Aegypto, vbi diabolo tanquam Pharaoni seruiebamus, vbi lutea opera in terrenis desideriis agebamus, & in eis multum laborabamus, etenim nobis Christus quasi lateres facientibus clamauit: Venite ad me omnes qui laboratis. Hinc educti per baptismum tanquam mare rubrum, ideo rubrum, quia Christi sanguine consecratū mortuis omnibus inimicis nostris q nos insectabantur, id est, deletis oibus peccatis nostris in desertū traiecti sum⁹. Modo ergo anteq̄ ad patriam promissionis, id est, æternū regnū veniamus, in deserto in

Ioan.1.
Galat.4.
Mar.10.
Psal.74.
Psal.93.
Matt.4.
1.Cor.6.
Psal.49.
Esa.53.
Psal.93.
Psal.72.
Colo.3.
2.Cor.1.
1.Cor.10.
Rom'10,
Colo.2.
Matt.11.

tabernaculis sumus. Qui ista agnoscunt, in tabernaculis sunt: futurum enim erat, vt quidam hoc agnoscerent. Ille enim est in tabernaculis, qui se esse in mundo intelligit peregrinum. Ille se intelligit peregrinantem, qui se videt patriæ suspirantem. Cum autem corpus Christi est in tabernaculis, Christus est in tabernaculis, sed tunc non euidenter, sed latenter, adhuc enim vmbra lucem obscurabat: veniente luce vmbra remota est. Christus erat in occulto, in scenophegia Christus erat, sed latens Christus.
Mat.5. Modo iam cum manifesta sunt ista, agnoscimus, nos iter agere in eremo: si enim agnoscimus, in eremo sumus. Quid est in eremo? In deserto. Quare in deserto? Quia in isto
1.Cor.10. mundo vbi sititur in via inaquosa. Sed sitiamus vt saturemur. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et sitis nostra de petra impletur in eremo: petra enim erat Christus, & virga percussa est: vt autem manaret, bis percussa est, quia duo ligna sunt crucis. Omnia ergo hæc quæ fiebant in figura, manifestantur in nobis. Et non vacat quod de domino dictum est, ascendit ad diem festum, non manifeste, sed tanquam in occulto. Figura enim erat ipsum in occulto, quia in ipso die festo Christus latebat, quia ipse dies festus Christi membra peregrinatura significabat. Iudæi ergo quærebant eum in die festo: (antequam ascenderet. Priores enim fratres ascenderunt, & non tunc ascendit ille, quando illi putabant & volebant, vt etiam hoc impleretur quod ait: Non ad hunc, id est, ad quem vultis, primum vel secundum diem. Ascendit autem postea, vt Euangelium loquitur, mediante die festo: id est, cum iam illius diei festi tot dies præterissent quot remansissent: ipsam enim festiuitatem quantum intelligendum est diebus plurimis celebrabant. Dicebãt ergo: Vbi est ille? Et murmur multum de eo erat in turba.) Vnde murmur? De contentione. Quæ fuit contentio? Quidam enim dicebãt
Coloss.3 quia bonus est, alii autem non, sed seducit turbas.) De omnibus seruis eius hoc dicitur modo. Quicunq; eminuerit in aliqua gratia, spiritali profectu, alii dicũt quia bonus est, alii quia non, sed seducit turbas, vnde hoc? Quia vita nostra abscondita est cum Christo in deo: ideo licet dicere hominibus per hyemem, mortua est ista arbor, verbi gratia: Ar
Psal.49. bor fici arbor piri, & huiusmodi pomorum similis est aridæ, & quandius hyems est, non apparet, æstas probat, iudicium probat: æstas nostra reuelatio Christi est, Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit: Ignis ante eum præibit. Iste ignis inflammabit inmi cos eius. Aridas arbores ignis comprehendet, tunc enim aridæ apparebunt, quando
Mat.25. eis dicetur: Esuriui, & non dedistis mihi manducare. In alia vero parte, hoc est, in dextera, apparebit fœcunditas fructuum, dignitasq; foliorum, viriditas æternitas eis erit. Illis
Mat.3. ergo tanquam aridis dicetur: Ite in ignem æternum: Ecce enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Dicant ergo de te si proficis in Christo, dicant homines, seducit turbas. De ipso toto corpore Christi hoc dicitur. Cogita corpus Christi adhuc in mundo, cogita corpus Christi adhuc in area, vide quemadmodum blasphemetur à palea: simul quidem triturantur, sed paleæ conteruntur, frumentum purgatur. Quod dictum est ergo de domino, valet ad consolationem, de quocunq; hoc dictum fuerit Christiano. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.) Sed qui non loquebantur de illo propter metum Iudæorum? Qui dicebant bonus est: non qui dicebant, seducit turbas. Qui dicebant, seducit turbas, sonitus eorum audiebatur tanquam aridorum foliorum. Seducit turbas, clarius sonabant: bonus est, pressius susurrabant. Modo autem fratres quanuis nondum venerit illa gloria Christi, quæ nos æternos factura est, modo tamen ita crescit Ecclesia eius, ita eam dignatus est per cuncta diffundere, vt iam susurretur, seducit turbas, & clarius personet, bonus est.

De eo vbi ait, Iam autem die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat: vsq; ad id quod ait, Qui misit illum hic verax est, & iniustitia in illo non est.

Tractatus. XXIX.

QVod sequitur de Euangelio & hodie lectum est, cõsequenter & nos videamus, & quod dominus donauerit, hinc dicamus. Hesterno die hucusq; lectum erat, quia licet non vidissent dominum Iesum in templo per die festum, loquebantur tamen de illo: Et alii dicebant, bonus est: alii autem non, sed seducit turbas. Dictum enim hoc est ad eorum solatium, qui postea prædicantes verbum dei, futuri erant vt se-

53 F ductores & veracẽs. Si enim seducere decipere est, nec Christus seductor, nec Apostoli 2.Cor.6
eius, nec quisquam seductor debet esse Christianus: si autem seducere aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere est, quærendum est vnde & quò: Si à malo ad bonum, bonus seductor est: si à bono ad malum malus seductor est. In hac ergo parte qua seducuntur homines de malo ad bonum, vtinam omnes seductores, & vocemur & simus. Ascendit ergo postea dominus ad diem festum, mediante die festo & docebat, & mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit cum non didicerit?) Ille qui latebat, docebat, & palàm loquebatur, & non tenebatur. Illud enim vt lateret erat causa exempli, hoc potestatis. Sed cum doceret, mirabantur Iudæi: omnes quidem quantum arbitror mirabantur, sed non omnes conuertebantur. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vbi natus, quemadmodum fuerit educatus: nunquam eum viderant literas discentem. Audiebant autem de lege disputantem, legis testimonia proferentem, quæ nemo posset proferre nisi legisset, nemo legeret nisi literas didicisset, & ideo mirabantur. Eorum autem ad-
53 G miratio, magistro facta est insinuandæ altius veritatis occasio. Ex eorum quippe admiratione & verbis, dixit dominus profundum aliquid, & diligẽtius inspici & discuti dignũ. Propter quod intentam facio charitatem vestram, non solum ad audiendum, pro vobis sed etiam ad orandum pro nobis. Quid ergo dominus respondit eis admirantibus quomodo sciret literas quas non didicerat? Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius qui misit me.) Hæc est profunditas prima: videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait, ista doctrina non est mea: sed, mea doctrina non est mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua? Tu enim dicis vtrunq;, & mea doctrina & non mea. Nam si dixisset, ista doctrina non est mea, nulla esset quæstio. Nunc vero fratres, primitus intendite quæstionem, & sic ordine expectate solutionem: nam qui non videt quæstionem quæ proponitur, quomodo intelligit quod exponitur? Hoc est ergo in quæstione, quod ait, mea, non mea Hoc videtur esse contrarium, quomodo mea, quomodo non mea. Si ergo intueamur diligenter quod ipse in exordio dicit sanctus Euangelista: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum; inde Ioan.1.
pendet huius solutio quæstionis. Quæ est doctrina patris, nisi verbum patris? Ipse ergo
53 H Christus doctrina patris, si verbum patris. Sed quia uerbum non potest esse nullius, sed alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum, & non suam, quia patris est uerbum. Quid. n. tam tuum quàm tu? Et quid tam non tuum quàm tu, si alicuius est quod es? Verbum ergo & deus est, & doctrinæ stabilis uerbum est, non sonabilis per syllabas & uolatilis, sed manentis cum patre, ad quam conuertamur manentem, sonis transeuntibus admoniti. Non enim nos ita admonet quod transit, ut ad transitoria nos uocet: ita admonemur, ut diligamus deum. Totum hoc quod dixi, syllabæ fuerunt, percussum aerem uerberauerunt, ut ad sensum uestrarum aurium peruenirent: sonando transierunt, non tamen illud quod uos admonuit transire debet, quia ille quem uos diligere admonui non trãsit. Et cum transeuntibus syllabis admoniti, conuersi ad eum fueritis, nec uos transibitis, sed cum manente manebitis. Hoc est magnum in doctrina altum & æternum quod ma-
53 I net, quod uocat omnia quæ temporaliter transeunt, quando bene significant, nec menduciter proferuntur. Omnia quippe signa quæ proferimus sonis, aliquid significant qđ non est sonus: Non enim duæ breues syllabæ, deus est, & duas breues syllabas colimus, & duas breues syllabas adoramus, & ad duas breues syllabas peruenire desideramus, quæ penè ante desinunt sonare quàm cœperunt, nec in eis secundę locus est nisi prima transierit. Manet ergo aliquid magnum quod dicitur deus, quanuis non maneat sonus cum dicitur deus. Sic intendite doctrinam Christi, & peruenietis ad uerbum dei: cum autem peruenieritis ad verbum dei, intendite deus erat uerbum, & uidebitis uerum dictum esse, mea doctrina. Intendite etiam cuius est uerbum, & uidebitis recte dictum esse, non est mea. Breuiter ergo dico charitati uestræ: hoc uidetur mihi dixisse dominꝰ Iesus Christus: Mea doctrina non est mea: ac si diceret, Ego non sum à meipso. Quanuis enim filiũ patri dicamus & credamus æqualem, nec ullam in eis esse naturæ uel substantiæ distantiam, nec inter generantem atq; generatum aliquod interfuisse temporis interuallum, tamen hoc seruato & custodito ista dicimus, quòd ille pater est, ille filius. Pater autem non est, si non habeat filium, & filius non est, si nõ habeat patrem: sed tamen filius deus de patre, pater autem deus, sed non de filio. Pater filii, non deus de filio, ille autem filius

patris & deus de patre. Dñs enim Christus dicitur lumen ex lumine. Lumen ergo quod
non ex lumine & lumẽ æquale quod ex lumine, simul vnũ lumen, non duo lumina. Si
intellexerimus, deo gratias: siquis autem parum intellexit, fecit homo quousq; potuit,
1. Cor. 3. cætera videat vnde speret. Forinsecus vt operarii possumus plantare & rigare, sed dei est
incrementum dare. Mea, inquit doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Audiat con-
silium, qui dicit, nondum intellexi. Magna quippe res & profunda cum fuisset dicta, vi-
dit vtiq; ipse dominus Christus hoc tam profundum non omnes intellecturos, & in con
sequenti dedit consilium. Intelligere vis, crede: deus enim per Prophetam dixit: Nisi cre
Isa. 7. dideritis, non intelligetis. Ad hoc pertinet quod etiam hic dominus secutus adiunxit: Si
quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit, an ego à
meipso loquar.) Quid est hoc: Si quis voluerit voluntatem eius facere? Sed ego dixerã,
si quis crediderit, & hoc consilium dederam, si nõ intellexisti, inquam, crede. Intellectus
.n. merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere vt credas, sed crede vt intelligas: quoniã
nisi crediderit is, non intelligetis. Cum ergo ad posibilitatem intelligendi consilium de-
derim obedientiam credendi, & dixerim dominum Iesum Christum hoc ipsum adiun-
xisse in consequẽti sententia, inuenimus eum dixisse: Si quis voluerit voluntatem eius
facere, cognoscet de doctrina eius. Quid est, cognoscet? Hoc est intelliget. Quid est autẽ,
si quis voluerit voluntatem eius facere? Hoc est credere. Sed quia cognoscet, hoc est intel
liget, omnes intelligunt. Quia vero quod ait: Si quis voluerit voluntatem eius facere,
hoc pertinet ad credere, vt diligentius intelligatur, opus est nobis ipso domino nostro
expositore, vt indicet nobis vtrum reuera ad credere pertineat facere voluntatem patris
eius. Quis nesciat hoc esse facere volũtatem dei, operari opus eius: id est, quod illi placet.
Ioan. 6. Ipse autem dominus aperte alio loco dicit: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem il-
le misit. [Vt credatis in eũ, nõ vt credatisei.] Sed si creditis in eũ, creditis ei. Nõ aũt contí
nuo q credit ei, credit in eũ: nã & dæmones credebant ei, & nõ credebãt in eũ. Rursus etiã
de Apostolis ipsius possumus dicere: Credimus Paulo, sed non credimus in Paulum: cre
Rom. 4. dimus Petro, sed non credimus in Petrum. Credenti autem in eum qui iustificat impiũ,
3. sen. dist. deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credẽ-
23. cap. Aliud est. do diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam
de nobis exigit deus: & non inuenit quod exigat, nisi donauerit quod inueniat. Quæ fi-
Gala. 5. des nisi quam definiuit alio loco Apostolus plenissime dicens: Neq; circuncisio aliquid
valet neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur, nõ qualiscunq; fides, sed
fides quæ per dilectionẽ operatur. Hæc in te sit, & intelliges de doctrina dei. Quid enim
intelliges? Quia doctrina ista non est mea, sed eius qui me misit: id est, intelliges quia
Christus dei filius, qui est doctrina patris, nõ nõ est ex seipso, sed filius est patris. Sabel-
lianam hæresim sententia ista dissoluit. Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum esse filiũ
qui est & pater, duo esse nomina, sed vnam rem. Si duo essent nomina & res vna, non di-
ceretur, mea doctrina non est mea. Vtiq; si tua doctrina non est tua ò domine, cuius est,
nisi alius sit cuius sit? Quod dixisti, Sabelliani non intelligunt, non enim trinitatem vi-
derunt, sed sui cordis errorem secuti sunt: nos cultores trinitatis & vnitatis, patris & filii
& spiritus sancti & vnius dei, intelligamus de doctrina Christi, quomodo nõ est eius, &
ideo dixit se non à seipso loqui. quoniam Christus patris est filius, & pater Christi est pa
ter & filius de deo patre deus est, pater autem deus, non de filio deo deus est. Qui à se-
metipso loquitur, gloriam propriam quærit.) Hoc erit ille qui vocatur antichristus, ex-
2. The. 2. tollens se, sicut Apostolus ait, supra omne quod dicitur deus, & qđ colitur. Ipsum quip-
pe annuncians dominus gloriam suam quæsiturum, non gloriam patris, ait ad Iudæos:
Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, & hũc
susciperetis. Significauit eos antichristum susceturos, qui gloriam nominis sui quæsitu
rus est inflatus, non solidus, & ideo non stabilis, sed vtiq; ruinosus. Dominus autem no-
ster Iesus Christus, magnum exemplum nobis præbuit humilitatis: nempe æqualis est
Ioan. 1. patri, nempe in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum:
Ioan. 14. nempe ipse dixit, & verisime dixit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis
Ioan. 10. me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: nempe ipse dixit & verisime dixit: Ego & pa
ter vnum sumus. Si ergo ille cum patre vnum æqualis patri, deus de deo, deus apud deũ,
coæternus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator &

dispositor

54 dispositor temporum: tamen quia venit in tempore, & formam serui accepit, & habitu Phili. 2.
B est inuentus vt homo, quærit gloriam patris, non suam. Quid tu homo facere debes, qui
quando aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quando autem aliquid mali facis, deo
calumniam meditaris? Intende tibi, creatura es, agnosce creatorem: seruus es, ne contẽ-
nas dominum; adoptatus es, sed non meritis tuis. Quære eius gloriam, à quo habes hanc
gratiam. Homo assumptus cuius gloriam quæsiuit? Eius, cuius est vnicus natus. Qui au
tem quærit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.) In an
tichristo autem iniustitia est, & verax non est, quia gloriam suam quæsiturus est, non
eius à quo missus est: non enim est missus, sed venire permissus. Omnes ergo pertinen-
tes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueos antichristi, nõ quæramus gloriã nostrã:
sed si ille quæsiuit gloriam eius qui eum misit, quanto magis nos eius qui nos fecit?

54 Ab eo quod ait, Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vo-
C bis facit legem? Quid me quæritis interficere: vsque ad id
qđ ait, Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum
iudicium iudicate. Tractatus. XXX.

Evangelii sancti lectionem, de qua pridem charitati vestræ locuti sumus, ista quæ mo
do lecta est, hodierna consequitur. Dominum loquentem audiebant & discipuli &
Iudæi: veritatem loquentem audiebant, & veraces & mendaces: charitatem loquentem
audiebant, & amici & inimici: bonum loquentem audiebant, & boni & mali. Illi audie-
bant, sed ille discernebat, & quibus sermo prodesset, & profuturus esset, videbat & præui
debat. In illis enim qui tunc erant videbat, in nobis qui futuri eramus prẽuidebat. Nos
itaq; sic audiamus Euangelium, quasi præsentem dominum, nec dicamus: O illi fœlices
qui eum videre potuerunt: quia multi in eis qui uiderunt & occiderunt: multi autem in
nobis qui non viderunt & crediderunt. Quod enim pretiosum sonabat de ore domini,
& propter nos scriptum est, & nobis seruatum est, & propter nos recitatur, & propter po-
steros recitabitur, & donec seculum finiatur. Sursum est dominus, sed etiam hic est veri-
54 tas dominus. Corpus enim domini, in quo resurrexit, vno loco esse potest: veritas eius
D vbiq; diffusa est Dominum ergo audiamus, & quod ipse donauerit de verbis eius, & nos
dicamus: Nonne Moyses, inquit, dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid
me quæritis interficere?) Ideo enim quæritis interficere, quia nemo ex vobis facit legẽ:
nam si legem faceretis, in ipsis literis Christum cognosceretis, & præsentem non occide-
retis. Respondit enim turba.) Respondit quasi turba non pertinentia ad ordinem, sed ad
perturbationem. Deniq; turba turbata, videte quid responderit? Dæmonium habes, quis
te quærit occidere?) Quasi non peius fuit dicere, dæmonium habes, quam eum occide-
re. Et quippe dictum est, quòd dæmonium haberet qui dæmones expellebat. Quid pos-
set aliud dicere turba turbulenta? Quid posset aliud olere cœnum commotum? Turba
turbata est: Vnde? A veritate. Turbam lippitudinis turbauit claritas lucis. Oculi enim
non habentes sanitatem non possunt ferre luminis claritatem. Dominus autem non pla
nẽ turbatus, sed in sua veritate tranquillus non reddidit malum pro malo, nec maledi-
54 ctum pro maledicto: Quibus si diceret, dæmonium habetis vos, verum vtique diceret.
E Non enim talia illi veritati dicerent, nisi eos falsitas diaboli irritaret. Quid ergo respon- 2. Petr. 3.
dit, audiamus tranquille, & trãquillum bibamus: Vnum opus feci, & omnes miramini.)
Tanquam dicens: Quid si omnia opera mea videretis? Ipsius enim opera erant quæ in
mundo videbant, & ipsum qui fecit omnia nõ videbant. Fecit vnam rem, & turbati sunt,
quia saluum fecit hominem sabbato. Quasi vero si quisquam ęgrotum sabbato sanaret,
alius illum sanum fecisset quam ille qui eos scandalizauit, quia vnum hominem saluũ
fecit sabbato. Quis enim alius alios saluos fecit quam ipsa salus, qui illam salutem quã
dedit huic homini, dat & iumentis? Salus enim corporalis erat. Salus carnis & reparatur
& moritur, & cum reparatur, mors differtur, non aufertur. Tamen fratres, etiam ipsa sa-
lus à domino est, per quem libet detur, quocũq; curante & ministrante impertiatur, ab
illo datur à quo est omnis salus, cui dicitur in Psalmo: Homines & iumenta saluos facies Psal. 35.
domine: sicut multiplicasti misericordiam tuam deus. Quia enim deus est, multiplicat
misericordiam suam, peruenit etiam ad salutem carnis humane, peruenit etiam ad salu-
tem mutorum animalium. Sed qui dat salutem carnis hominibus iumentisq; commu-

nem,nunquid nulla ſalus eſt quam ſeruat hominibus? Eſt certe alia quæ non ſolum nō communis eſt hominibus & iumentis, ſed nec ipſis hominibus communis eſt bonis & malis Deniq; cum ibi de iſta ſalute dixiſſet,quam homines communiter accipiunt pecora & homines propter illā ſalutem quā ſperare debent homines,ſed boni homines. ſecutus adiunxit,Filii aũt hominũ,ſub tegmine alarum tuarum ſperabũt: Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos: Qm̃ apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Hæc eſt ſalus quæ ad bonos pertinet, quos appellauit filios hominũ,cum ſupra dixiſſet;Homines & iumẽta ſaluos facies domine. Quid ni? Illi homines non erant filii hominũ,vt cũ dixiſſet homines,ſequeretur & diceret: Filii autem hominũ,in tegmine alarũ tuarũ ſperabunt? Quaſi aliud erant homines,& aliud filii hominũ. Non tamen arbitror ſine aliqua ſignificatione diſtinctionis hoc dixiſſe ſpiritu ſanctum. Homine,ad primũ Adam,filii hominũ ad Chriſtũ. Forte.n.homines pertinent ad primum hominem: filii autem hominum pertinent ad filium hominis. Vnum opus feci,& omnes miramini,& continuo ſubiungit: Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionem.) Bene factum eſt vt acciperetis circunciſionem à Moyſe: Non quia ex Moyſe eſt,ſed ex patribus.) Abraham quippe primus accepit circunciſionem à domino. Et in
Gene.17. ſabbato circunciditis.) Conuincit vos Moyſes. In lege accepiſtis vt circuncidatis octauo
Exo.20. die: accepiſtis in lege vt vacetis ſeptimo die: ſi octauus dies illius qui natus eſt occurrerit ad diem ſeptimum,quid facietis? Vacabitis vt ſeruetis ſabbatum, an circuncidetis vt impleatis ſacramentum diei octaui? Sed noui,inquit,quid facitis,circũciditis hominem. Quare? Quia circunciſio pertinet ad aliquod ſignaculum ſalutis, & non debent homines ſabbato vacare à ſalute, ergo nec mihi iraſcamini, qui ſaluum feci totum hominem ſabbato. Si circunciſionem,inquit,accipit homo in ſabbato,vt non ſoluatur lex Moyſi.) Aliquid enim per Moyſen in illa conſtitutione circunciſionis ſalubriter inſtitutum eſt, mihi operanti ſalutem in ſabbato quare indignamini? Forte enim illa circunciſio ipſum dñm ſignificabat, cui iſti curanti & ſananti indignabantur. Iuſſa eſt.n. adhiberi octauo die circunciſio Et quid eſt circunciſio,niſi carnis expoliatio? Significat ergo iſta circunciſio expoliationem à corde cupiditatum carnalium: non ergo ſine cauſa data eſt, & in
1. Cor.15. eo membro iuſſa fieri, quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium, & per vnum hominem mors,ſicut per vnum hominem reſurrectio mortuorum,& per vnu hominem peccatum intrauit in mundum,& per peccatum mors. Ideo quiſq; cum præ-
Rom. 5. putio naſcitur,quia omnis homo cum vitio propaginis naſcitur, & non mundat deus ſiue à vitio cum quo naſcimur,ſiue à vitiis quæ male viuendo addimus, niſi per cultellũ
1. Cor.10. petrinum,id eſt dominum Ieſum Chriſtum. Petra enim erat Chriſtus. Cultellis enim petrinis circuncidebant,& petræ nomine Chriſtum figurabant,& præſentem non agnoſcebant,ſed inſuper eum occidere cupiebant. Quare autem octauo die, niſi quia poſt ſeptimum ſabbati dominus die, dominico reſurrexit? Ergo reſurrectio Chriſti quæ facta eſt tertio quidem die paſsionis, ſed octauo die in diebus hebdomadis, ipſa nos cir-
Coloſ.3. cuncidit. Audi circunciſos vera petra, Apoſtolo admonente, Quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram, Circunciſis loquitur, Reſurrexit Chriſtus, abſtulit vobis deſideria carnalia,abſtulit concupiſcentias malas, abſtulit ſuperfluum cum quo nati eratis,& multo peius quod male viuendo addideratis. Circunciſi per petram quare ad huc ſapitis terram? Et ad extremum quia legem dedit Moyſes,& circunciditis hominem ſabbato, intelligite hoc ſignificari opus bonũ qd ego feci totum hominem ſaluum ſabbato,quia & curatus eſt vt ſanus eſſet in corpore,& credidit vt ſanus eſſet in anima. Nolite iudicare perſonaliter,ſed rectum iudicium iudicate.) Quid eſt hoc? Modo quia per legem Moyſi circunciditis ſabbato, non iraſcimini Moyſi,& quia ego die ſabbati ſaluũ feci hominem,iraſcimini mihi. Perſonaliter iudicatis,veritatem attendite: Ego non me præfero Moyſi, ait dominus, qui erat & ipſius Moyſi dominus. Sic attendite quomodo homines nos duos tanquam ambos homines: iudicate inter nos, ſed verum iudicium
Ioan.5. iudicate: nolite me honorato illum damnare,ſed illo intellecto me honorate. Hoc enim eis alio loco dixit,Si crederetis Moyſi,crederetis vtique & mihi, de me enim ille ſcripſit. Sed hoc loco noluit hoc dicere, tanquam ſe & Moyſe ante illos conſtitutis. Propter legem Moyſi circunciditis, quando etiam ſabbatum occurrerit, & ego ſanitatum facẽdarũ beneficentiam nō vultis vt exhibeam per ſabbatũ? Quia dominus circũciſionis,&

54 dominus ſabbati,ſalutis eſt author. Et ſeruilia opera prohibiti eſtis facere ſabbato, ſi ve
K re intelligatis ſeruilia opera, non peccatis. Qui enim facit peccatum,ſeruus eſt peccati. Nunquid ſeruile opus eſt hominem ſanare ſabbato? Manducatis & bibitis, vt aliqd Ioan.8.
dicam ex admonitione domini noſtri Ieſu Chriſti,& ex verbis eius. Vtiq; quare manducatis & bibitis in ſabbato, niſi quia pertinet ad ſalutem quod facitis? Per hoc oſtenditis opera ſalutis non eſſe vllo modo die ſabbati omittenda. Ergo nolite perſonaliter iudicare, ſed rectum iudicium iudicate: attendite me quomodo hominem, attendite Moyſen quomodo hominem: ſi ſecundum veritatem iudicetis,neq; Moyſen neq; me condemnabitis: & veritate cognita me cognoſcetis, quia ego ſum veritas. Hoc vitium fratres quod dominus notauit hoc loco,euadere in hoc ſeculo magni laboris eſt,non perſonaliter iudicare,ſed rectum iudicium retinere. Admonuit quidẽ dominus Iudæos, ſed monuit &
54 nos: illos conuicit,& nos inſtruxit: illos redarguit, nos exacuit, non putemus hoc nobis Ioan.14.
L non ideo dictum,quia tunc ibi non fuimus: ſcriptum eſt,legitur, cum recitaretur audiuimus,ſed tanquam Iudæis dictum audiuimus: non nos ponamus poſt nos, & quaſi intueamur iniquos reprehenſos,& ipſi nos faciamus quod in nobis veritas ipſa reprehendat. Iudæi quidem perſonaliter iudicabant: ſed ideo non pertinent ad nouum teſtamentum, ideo non habent in Chriſto regnum cœlorum, ideo non iunguntur ſanctorum ſocietati angelorum: terrena quærebant à domino. Terra enim promiſsionis victoria ab inimicis, fœcunditas pariendi, multiplicatio filiorum, abũdantia fructuum, qui illis omnia à deo quidem vero & bono, tamen vt carnalibus promiſſa ſunt: omnia hæc fecerat illis vetus teſtamentum. Quid eſt vetus teſtamentum? Quaſi hæreditas pertinens ad hominem veterẽ. Nos innouati ſumus, homo nouus facti ſumus, quia & ille homo nouus venit. Quid tam nouum quam naſci de virgine? Quia ergo non erat quod in illo innouarẽt præceptum, quia nullum habebat peccatum, nouus partus eſt datus. In illo partus nouus in nobis homo nouus. Quid eſt homo nouus? A vetuſtate innouatus. Ad quam
54 rem innouatus? Ad deſideranda cœleſtia, ad concupiſcenda ſempiterna, ad patriam quæ
M ſurſum eſt, quæ hoſtẽ non timet deſiderandam: vbi non perdimus amicum, non timemus inimicum: vbi viuemus cum bono affectu, ſine defectu; vbi nemo naſcitur, quia nemo moritur: vbi nemo iam proficit, & nemo deficit: vbi non eſuritur & non ſititur, ſed ſatietas eſt immortalitas & cibus veritas. Hæc habentes promiſſa & ad nouum teſtamentum pertinentes, & nouæ hæreditatis facti hæredes, & ipſius domini cohæredes, aliam ſpem valde habemus, non perſonaliter iudicemus, ſed rectum iudicium teneamus. Quis eſt qui non iudicat perſonaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio æqualis facit non accepti perſonas: nam cũ homines diuerſo modo pro ſuis gradibus honoramus, tunc timendum eſt ne perſonas accipiamus. Sed quando inter duos iudicamus,& aliquando interceſſarios, fit nonnũquam iudiciũ inter patrem & filiũ: queritur pater de malo filio, 2.q.7. cap.
aut queritur filius de duro patre, ſeruamus honorificentiam quæ debetur patri a filio, queritur.
quæ deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore, ſed præponimus ſi bonam cau Eccl.41.
ſam habet,filiũ æquamus patri in veritate,& ſic tribuimus honorem debitũ, vt nō pdat æqualitas meritũ: ita verbis dñi proficimus, & vt proficiamus, gratia illius adiuuamur.

55
A Ab eo quod ait, Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis, Nonne hic eſt quem quærebant Iudæi interficere,& ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: vſq; ad id, quod ait, Quæritis me & non inuenietis,& vbi ſum ego, vos non poteſtis venire. Tractatus. XXXI.

MEminit charitas veſtra priſtinis ſermonibus & lectum eſſe in Euangelio, & à nobis vt potuimus diſputatum, quod dominus Ieſus ideo voluit occulte aſcendere ad diem feſtum, non quia timebat ne teneretur [cuius poteſtas erat ne teneretur:] ſed vt ſignificaret etiam in ipſo die feſto qui celebrabatur à Iudæis, ſe occultari,& ſuum eſſe myſterium. Hodierna ergo lectione apparuit poteſtas, quæ putabatur timiditas: loquebatur.n. palã in die feſto, ita ut mirarẽtur turbæ,& dicerent quod audiuimus, cum lectio legeretur: Nonne hic eſt quẽ quærebant interficere, & ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt, nunquid uere cognouerunt principes quia hic eſt Chriſtus?) Qui no uerãt qua ſæuitia quærebatur, mirabantur qua potentia nō tenebatur: deinde nō plene

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligentes illius potentiam,putauerunt principum esse scientiam,quod ipsi cognouerant eundem esse Christum,ideo pepercerunt ei,quem tantopere occidendum quæsierunt:deinde illiipsi apud seipsos,qui dixerant,Nunquid cognouerũt principes quia hic est Christus,fecerunt qu ęstionem quia eis videretur ꝙ non ipse esset Christus:adiungentes enim dixerunt,Sed istum nouimus vnde sit,Christus autem cum venerit,nemo scit vnde sit.)[Hæc opinio apud Iudæos vnde nata fuerit,ꝙ Christus cum venerit nemo scit vnde sit?]Non enim inaniter opinio nata est.Si consideremus scripturas, inuenimus fratres,quomodo sanctæ scripturæ dixerint de Christo, quoniam Nazaræus vocabitur:ergo prædixerunt vnde sit.Rursus si locum natiuitatis eius quæramus,tanquã inde sit vbi natus est,nec hoc latebat Iudæos propter scripturas quæ ista prædixerant.

Matt.2. Nam cum eum visa stella Magi quærerent adorare,venerunt ad Herodem, & dixerũt quid quærerent & quid vellent. Ille autem conuocatis eis qui legem sciebant, quæsiuit

Mich.5. ab eis vbi Christus nasceretur. Illi dixerunt,In Bethleem Iudæ, & testimonium etiam propheticum protulerunt.Si ergo prophetæ prædixerant & locum vnde erat origo carnis eius,locum vbi eum peperit mater eius,vnde nata est ista opinio apud Iudæos quã modo audiuimus, Christus cum venerit,nemo scit vnde sit,nisi quia vtrunq; prędicauerant & prænunciauerant scripturæ.Secundum hominem prædixerũt scripturæ vnde esset,secundum deũ latebat impios,& quærebat pios:ad hoc enim & isti dixerunt, Christus cum venerit,nemo scit vnde sit:quia hanc illis opinionem generauerat, quod per

Esaiæ.53. Esaiam dictum est,Generationem autẽ eius quis enarrabit? Deniq;& ipse dominus ad vtrunq; respondit, & quia nouerant eum vnde esset, & quia non nouerant,vt attestaretur prophetiæ sanctæ quæ de illo antè prædicta est, & secundum humanitatem infirmitatis,& secundum diuinitatem maiestatis.Audite ergo verbum domini fratres,videte quemadmodum confirmauit eis,quod dixerunt,Christus cũ venerit,nemo scit vnde sit.Clamabat ergo docens in templo Iesus, Et me scitis, & vnde sim scitis, & à meipso non veni,sed est verus qui me misit, quem vos nescitis.)Hoc est dicere, & me scitis, & me nescitis:hoc est dicere,& vnde sim scitis,& vnde sim nescitis.Vnde sim scitis, Iesus à Nazareth,cuius etiam parentes nostis: solus enim in hac causa latebat virginis partus, cui tamen testis erat maritus,ipse enim hoc poterat fideliter indicare, qui posset maritaliter & cælare.Hoc ergo excepto virginis partu,totum nouerant in Iesũ quod ad hominem pertinet. Facies ipsius nota erat patria ipsius nota erat,genus ipsius notũ erat, vbi natus est sciebatur.Recte ergo dixit,& me nostis,& vnde sim scitis, secundum carnem & effigiem hominis quam gerebat: secundum autem diuinitatem & à meipso nõ veni, sed verus est qui me misit,quem vos non scitis, sed vt eum sciatis,credite in eum

Ioan.1. quem misit,& scietis:deum enim nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris,ipse enarrauit:&,Patrem non cognoscit nisi filius,& cui voluerit filius reue-

Matth.11. lare.Deniq;cum dixisset,Sed est verus qui misit me,quem vos non scitis: vt ostenderet eis vnde possent scire quod nesciebant, subiecit,Ego scio eum.)Ergo à me quærite vt sciatis eum. Quare autem scio eum? Quia ab ipso sum, & ipse me misit.)Magnifice vtrunq;monstrauit,Ab ipso,inquit,sum, quia filius de patre, & quicquid est filius, de illo est,cuius est filius. Ideo dominum Iesum dicimus deum de deo, patrem non dicimus deum de deo, sed tantum deum:& dicimus dominum Iesum lumen de lumine,patrem non dicimus lumen de lumine,sed tantum lumen;ad hoc ergo pertinet, quod dixit,Ab ipso sum.Quod autem videtis me in carne,ipse me misit.Vbi audis, ipse me misit,noli intelligere naturæ dissimilitudinem,sed generantis authoritatem.Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus,quia nõdum venit hora eius,) hoc est,quia nolebat. Quid est enim nondum venit hora eius?Nõ enim dominus sub fato natus est,hoc nec de te credendum est, quanto minus de illo per quem factus es? Si tua hora voluntas est illius,illius hora quæ est nisi voluntas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori,sed qua dignaretur occidi:tempus enim expectabat quo moreretur,quia & tempus expectare voluit quo nasceretur, de hoc tempore Apostolus lo-

Galat.4. quens,ait,Cum autem venit plenitudo temporis,misit deus filium suum.Ideo multi dicunt,Quare nõ antè venit Christus?Quibus respondendũ est,quia nondũ venerat plenitudo temporis,moderante illo per quem facta sunt tempora,sciebat.n.quando venire deberet.Primo per multam seriem temporum & annorum prædicendus fuit:nõ enim

aliquid

55 aliquid paruum venturum fuit,diu fuerat prædicendus,semper tenendus. Quanto ma-
F ior iudex veniebat,tanto præconum longior series præcedebat.Deniq; vbi venit plenitudo temporis,venit & ille qui nos liberaret à tempore:liberati enim a tempore,venturi sumus ad æternitatem illam vbi non est tempus. Nec dicitur ibi,quando veniet hora dies est enim sempiternus,qui nec præceditur hesterno,nec excluditur crastino.In hoc autem seculo voluuntur dies,& alii transeunt & alii veniunt,nullus manet,& momenta quibus loquimur,inuicem se expellunt:nec stat prima syllaba vt sonare possit secunda.Ex quo loquimur aliquantum tenuimus, & sine vlla dubitatione senior sum modo quã mane,ita nihil stat,nihil fixum manet in tempore.Amare itaq; debemus per quem facta sunt tempora,vt liberemur à tempore,& figamur in æternitate, vbi iam nulla est mutabilitas temporum.Magna igitur misericordia domini nostri Iesu Christi, factum esse eum propter nos in tempore,per quem facta sunt tempora,factum esse inter omnia

55 per quem facta sunt omnia,factum esse quod fecit:factus est enim quod fecerat: factus
G est homo qui hominem fecerat,ne periret quod fecerat. Secundum hanc dispensationẽ tam venerat hora natiuitatis,& natus erat: sed nondum venerat hora passionis, ideo nondum passus erat.Deniq; vt noueritis non necessitatem, sed potestatem morientis, propter nonnullos hoc loquor,qui cum audierint,nõdum venit hora eius, ædificantur ad credenda fata eius, & fiunt corda eorum fatua. Vt ergo noueritis potestatem morientis,ipsam passionem recolite,crucifixum intuemini:dixit in ligno pendens,Sitio, Illi Ioan.9.
hoc audito,in arundine per spongiam obtulerunt ei acetum in cruce,accepit & ait, Perfectum est:& inclinato capite tradidit spiritum.Videtis potestatem morientis,quia hoc expectabat volens,donec omnia complerentur quæ de illo prædicta fuerant ante mortem futura: dixerat enim Propheta,Dederunt in escam meam fel,& in siti mea potaue Psal.68.
runt me acero:expectabat vt hæc omnia complerentur:posteaquam completa sunt, dixit,Perfectũ est;& abscessit potestate,quia non venerat necessitate:ideo quidam plus mirati sunt istam potestatem morientis,quam potentiam miracula facientis. Ventum est enim ad crucem,vt corpora deponerentur de ligno,quoniam sabbatũ illucescebat: & inuenti sunt latrones viuentes.Supplicium quippe crucis ideo durius erat, quia diu-

55 tius cruciabat,& omnes crucifixi longa morte necabantur.Illi autem ne remanerent in
H ligno,cruribus fractis coacti sunt mori,vt possent inde deponi.Dominus autem inuentus est mortuus,& admirati sunt omnes:& qui eum viuum contempserunt, mortuum sic mirati sunt,vt dicerent quidam,Vere filius dei est hic.Vnde est illud fratres, vbi ait Matt.27.
quærentibus se,Ego sum:& illi retro redeuntes omnes ceciderunt: erat ergo in illo potestas summa.Nec hora cogebatur mori,sed horã expectabat qua opportune fieret voluntas,non qua inuiti impleretur necessitas.De turba autem multi crediderũt in eũ.) humiles & pauperes saluos faciebat dominus:principes insaniebant,& ideo medicũ nõ solum non agnoscebant,sed etiam occidere cupiebant. Erat quædam turba quæ suam ægritudinem cito vidit,& illius medicinam sine dilatione cognoscebat.Videte quid sibi dixerit turba ipsa commota miraculis:Nunquid Christus cum venerit, plura signa fa-

55 cturus est?)Vtiq;si duo non erunt hic est:crediderunt ergo in eum dicentes ista. Prin-
I cipes vero illi audita multitudinis fide & eo murmure quo Christus glorificabatur,Miserunt ministros,vt apprehenderent eum.)Quem apprehenderent, adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem,missi sunt vt audirent docentẽ.Quid docentem?Dicit ergo Iesus,Adhuc modicum tempus vobiscum sum.)Quod modo vultis facere,facturi estis,sed non modo,[quia modo nolo:Quare adhuc modo nolo?]quia adhuc modicum tempus vobiscum sum:Et tunc vado ad eum qui me misit.) Implere debeo dispensationem meam,& sic peruenire ad passionem meam. Quæretis me & non inuenietis,& vbi sum ego,vos non potestis venire.)Hic iam resurrectionem suam prædixit:noluerunt enim agnoscere præsentem,& postea quęsierunt,cum viderent in eum multitudinem iam credentem:magna enim signa facta sunt, etiam cum dominus resurrexit,& ascendit in cœlum.Tunc per discipulos facta sunt magna, sed illi per illos qui Ioan.15.
& per seipsum:ipse quippe illis dixerat,Sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille qui sedebat ad portam,ad vocem Petri surrexit, & suis pedibus ambulauit vt ho- Acto.3.
mines mirarentur:sic eos allocutus est Petrus,quia non in sua potestate ista fecit,sed in Acto.2.
virtute illius quem ipsi occiderunt, multi compuncti dixerunt, Quid faciemus?Vide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt enim se ingenti crimine impietatis astrictos,quando illum occiderunt,quem venerari & adorare debuerunt,& hoc putabant esse inexpiabile: magnum enim facinus erat, cuius consideratio illos faceret desperare: sed nō debebant desperare,pro quibus in cruce pendens dominus est dignatus orare: dixerat.n.Pater ignosce illis,quia nesciūt quid faciunt. Videbat quosdam suos inter multos alienos,illis iam petebat veniam,à quibus adhuc accipiebat iniuriam: Non enim attendebat quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. Multum est quod illis concessum est,& ab ipsis & pro ipsis, vt nemo de sui peccati dimissione desperet, quando illi veniam meruerunt qui occiderunt Christū. Mortuus est Christus pro nobis,sed nūquid à nobis? At vero illi viderunt xpm suo scelere morientem,& crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentē: quousq; biberent sanguinem quem fuderant,de sua salute desperauerunt: ergo hoc dixit, Quæretis me & non inuenietis,& vbi sum ego,vos non potestis venire: quia quæsituri illū erant post resurrectionem compuncti: nec dixit,vbi ero: sed,vbi sum. Semper enim ibi erat Christus,quò fuerat rediturus: sic enim venit vt non recederet: vnde alio loco ait, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo,filius hominis qui est in cœlo: non dixit,qui fuit in cœlo. In terra loquebatur,& in cœlo se esse dicebat. Sic venit,vt inde nō abscederet: sic rediit,vt nos non derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit. Homo enim secundum corpus in loco est,& de loco migrat,& cum ad alium locum venerit, in eo loco vnde venit non est: deus autem implet omnia, & vbiq; totus est,non secundum spatia tenetur locis: erat tamen Christus secundum visibilem carnem in terra[secundū inuisibilem maiestatem in cœlo & in terra.]Ideo ait, Vbi ego sum, vos non potestis venire: nec dixit,non poteritis: sed,non potestis. Tales enim tunc erant qui non possent: nam vt sciatis non hoc ad desperationem dictum, & discipulis suis dixit tale aliquid, Quo ego vado,vos non potestis venire: cum pro illis orans dixerit, Pater, volo vt vbi ego sum,& ipsi sint mecum. Denique hoc Petro exposuit,& ait illi, Quò ego vado, non potes me sequi modo,sequeris autem postea. Dixerunt ergo Iudæi,)non ad ipsum, sed ad semetipsos, Quò hic iturus est quia non inueniemus eum? Nūquid in dispersionem gentium iturus est,aut docturus gentes?)Non enim sciebant quid dixerunt, sed qa ille voluit,prophetauerunt. Iturus .n. erat dominus ad gentes,non præsentia corporis sui, sed tamen pedibus suis. Qui erant pedes eius? Quos pedes cōculcare volebat persequendo Saulus,quando ei caput clamabat,Saule Saule,quid me persequeris? Quis est hic sermo,quem dixit, Quæretis me & non inuenietis,& vbi ego sum, vos non potestis venire?) Vnde hoc dixit dominus nescierunt,& tamen aliquid quod futurum erat, nescientes prænunciauerunt. Dixit enim hoc dominus,quia locum, si tamen dicendus est locus,id est,sinum patris vnde nunquam discesserit vnigenitus filius,non illi nouerāt, nec cogitare idonei erant vbi erat Christus,vnde non recesserit Christus, quò rediturus erat Christus,vbi manebat Christus. Vnde hoc cordi humano cogitare,aut linguæ explicare? Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt,& tamen ex hac occasione salutem nostram prædixerunt, quòd dominus iturus esset ad desperationem gentium, & impleturus qđ legebant,& non intelligebāt, Populus quem non cognoui seruiuit mihi,in obauditu auris obaudiuit mihi: illi non audierunt in quorum oculis fuit,illi audierunt in quorum auribus sonuit. Illius enim Ecclesiæ venturæ de gentibus typum gerebat mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur,tangebat & non videbatur, nesciebatur & sanabatur. Figura quippe erat quod dominus interrogauit, Quis me tetigit? Quasi ignorans ignoram sanauit: sic fecit & gentibus: non eū didicimus in carne, & meruimus carnem eius manducare, & in carne eius membra esse. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Præcones suos,discipulos suos,seruos suos,redemptos suos quos creauit, sed quos & redemit fratres suos: totum parum dixi,membra sua,semetipsum: misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua. Tamen secundum speciem corporis quā Iudæi viderunt & cōtempserunt,non apud nos fuit Christus,quia & hoc de illo dictum erat,sicut Apostolus dicit, Dico enim Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Ad illos debuit venire,à quorum patribus,& quorum patribus est promissus: ideo & ipse sic ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel: sed quid dicit Apostolus in sequenti? Gentes autem super misericordia glorificare deum: quid & ipse dominus? Habeo alias oues quę non sunt ex hoc ouili:qui dixerat, Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel: quomodo habet alias ad quas non est missus, nisi quia significauit per præsentiam corporalem non se missum exhibere nisi solis Iudæis,qui viderunt & occiderunt, & multi tamen inde & antea & postea crediderunt? Messis prima de cruce vētilata est,vt esset semen vnde alia messis cōsurgeret. Nūc vero cū fama Euāgelii,& bono eius odore excitati,credunt fideles eius per omnes gentes, erit expectatio gentium,quando veniet qui iam venit,quando ab omnibus videbitur,qui tunc à quibusdā visus nō est,à quibusdā visus est: quādo veniet iudicaturus q venit iudicandus,quando veniet discreturus,q venit vt discerneretur. Nō.n.ab impiis Christus est discretus,sed cū impiis iudicatus: de illo.n.dictū est, Inter iniquos reputatus est. Latro euasit,Xps damnatus est: accepit indulgentiā criminosus,damnatus est qui omniū crimina cōfitentiū relaxauit: tamē & ipsa crux si attendas tribunal fuit. In medio.n.iudice cōstituto,vnus latro qui credidit liberatur, alter q insultauit,damnatus est. Iam significabat quod facturus est de viuis & mortuis, alios positurus ad dexteram,alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad sinistram,similis alter futuris ad dexteram,iudicabatur,& iudiciū minabatur.

Ab eo loco vbi ait, In nouissimo aūt die festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens, Siquis sitit veniat ad me & bibat: vsque ad id,quod ait, Nō enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Tractatus. XXXII.

INter dissensiones & dubitationes Iudæorum de domino Iesu Christo, inter cætera quæ dixit,quibus alii confunderētur,alii docerentur, Nouissimo festiuitatis die illius.) Tunc enim ista agebantur quæ appellantur scenophegia,id est,tabernaculorū constructio,de qua festiuitate iam antē meminit charitas vestra fuisse dissertum, vocat dominus Iesus Christus,& hoc non vtcunq; loquendo,sed clamando,vt qui sitit,veniat ad eum. Si sitimus,veniamus,& non pedibus sed affectibus, nec migrando sed amando veniamus: quāquā secundū interiorem hominem & qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore,aliud corde: migrat corpore,qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas,aliud amabas,non ibi es, vbi eras: clamat ergo nobis dominus, Stabat.n.& clamabat. Siquis sitit veniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut scriptum est,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.) Quid hoc est,& quando Euangelista exposuit,immorari non debemus: vnde enim dixerit dominus, Siquis sitit,veniat ad me & bibat,& qui credit in me,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: consequenter exposuit Euangelista,dicens, Hoc autem dixit de spiritusancto,quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim fuerat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus,)est ergo sitis interior & venter interior,quia est homo interior. Et ille quidem interior inuisibilis,exterior autem visibilis: sed melior interior quàm exterior. Et quod non videtur hoc plus amatur,constat enim plus amari hominem interiorem quam exteriorem: vnde hoc constat, unusquisq; in seipso probet. Quanuis enim qui male viuunt, animos suos corpori addicant, viuere tamen volunt, quod non est nisi animi: magisq; seipsos indicant qui regunt,quā illa quæ reguntur. Regunt enim animi,reguntur corpora. Gaudet vnusquisq; voluptate, & capit de corpore voluptatem: Sed separa animum,nihil restat in corpore quod gaudeat, etsi de corpore gaudet, animus gaudet. Si gaudet de domo sua, de se non debet gaudere? Et si habet animus vnde delectetur extrinsecus, sine delitiis manet intrinsecus? Omnino constat plus amare hominem animam suam quam corpus suum: sed & in alio homine plus amat homo animam quàm corpus. Quid enim amatur in amico, vbi est amor syncerior & castior? Quid amatur in amico,animus an corpus? Si fides amatur, animus amatur: si beneuolentia amatur, beneuolentiæ sedes animus est. Si hoc amas in altero, quia & ipse amat te,animū amas,quia non caro,sed animus amat;ideo enim amas,quia te amat quære vnde te amet,& vides quid amas: plus ergo amatur & non videtur. Aliquid etiam volo dicere, vbi magis appareat dilectioni uestræ quantū ametur aīus,& quēadmodū corpori præponatur. Illi ipsi lasciui amatores,q pulchritudine corporū delectantur, & forma membrorū accenduntur,tunc amāt amplius quādo amantur: nā si amet & sentiat qa odio habetur, magis irascitur quàm diligit. Quare magis irascitur quàm diligit? Quia nō ei redditur quod impendit. Si ergo ipsi corporū amatores redamari se uolūt, &

Lucæ. 23.
De consec. dist. 2. cap. accesserūt.
Ioan. 3.
Ioan. 17.
Ioan. 13.
Actor. 9.
Psal. 17.
Lucæ. 8.
Roma. 15.
Matt. 15.
Roma. 15.
Gen. 49.
Esaiæ. 52.
Marci. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc magis eos delectat si amentur, quales sunt amatores animorum? Et si magni sunt amatores animorum, quales sunt amatores dei, qui pulchros animos facit? Sicut enim animus facit decus in corpore, sic deus in animo: non enim facit corpori unde amerur nisi animus, qui cum migrauerit, cadauer horrescit, & quantumcunq; pulchra illa membra dilexeris, sepelire festinas: decus ergo corporis animus, decus animi deus. Clamat ergo deus ut ueniamus & bibamus, si intus sitiamus: & dicit, quia cum biberimus, flumina aquæ uiue fluent de uentre nostro. Venter interioris hominis conscientia cordis est. Bibito ergo de isto liquore, riuuisci purgata conscientia, & hauriens fontē habebit: etiam ipsa fons erit. Quid est fons, & quid est fluuius, qui manat de uentre interioris hominis? Beneuolentia qua uult consulere proximo. Si enim putet quia quod bibit, soli ipsi debet sufficere, non fluit aqua uiua de uentre eius: si autem proximo festinat consulere, ideo non siccat, quia manat. Videmus nunc quid sit quid bibunt, qui credunt in domino, quia utiq; Christiani sumus, & si credimus, bibimus, & unusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit, & si uiuit ex eo quod bibit: nō enim nos deserit fons, si non deseramus fontem. Exposuit Euangelista, ut dixi, unde dominus clamasset, ad qualem potum inuitasset, & quid bibentibus propinasset, dicens, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quem dicit spiritum, nisi sanctum spiritum? Nā unusquisq; homo habet in se proprius spiritum, de quo loquebar cum animum commendarem: animus enim cuiusque, proprius est spiritus eius, de quo dicit Paulus Apostolus,

1.Cor.2. Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Deinde adiunxit, Sic & quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei. Nostra nemo scit, nisi spiritus noster. Non enim noui quid cogitas, aut tu quid cogito; ipsa n. sunt propria nostra, quæ interius cogitamus, & cogitationū uniuscuiusq; hominis ipsius spiritus testis est. Sic & quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei: nos cum spiritu nostro, deus cum suo: ita tamen ut deus cū suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis: nos autem sine eius spiritu scire nō possumus quid agatur in deo. Deus aurem scit in nobis, & quod ipsi nescimus in nobis: nam infirmitatem suam Petrus nesciebat, quando a domino quod ter esset negaturus audiebat, & eger se nesciebat, medicus ægrū sciebat. Sunt ergo quædā quę deus nouit in nobis, nescientibus nobis: tamen quantū ad homines prinet, nemo sic se nouit quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur, sed spiritus eius nouit. Accepto autem spiritu dei, discimus & quid agatur in deo, non totum, quia no accepimus totum. De pignore multa nouimus: pignus.n. accepimus, & huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interim in hac peregrinatione pignus nos consolatur, quia qui nos dignatus est oppignerare, multum paratus est dare. Si talis est arra, quid est cuius est arra? Sed quid est quod ait, Non erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus, non enim non erat spiritus dei, qui erat apud deum: sed nondū erat in eis qui crediderant in Iesum, ita enim disposuit dominus Iesus, non eis dare spiritum istum de quo loquimur, nisi post resurrectionem suam, & hoc non sine causa. Et forte si quæramus, annuet ut inueniamus: & si pulsemus, aperiet ut intremus. Pietas pulsat, non manus: quanquam pulsat & manus, si ab operibus misericordiæ non cesset manus. Quæ igitur causa est, cur dominus Iesus Christus statuerit non nisi cum esset glorificatus dare spiritum sanctum? Quod antequā dicamus ut possumus, prius quærendū est, ne quem forte moueat quomodo nondum erat spiritus in hominibus sanctis, cum de ipso domino recens nato legatur in Euangelio, quod eum in spiritu sancto agnouerit Symeon: agnouerit etiam Anna vidua prophetissa: agnouerit Ioānes ipse qui eū baptizauit: impletus spūsancto Zacharias multa dixit: spūnisanctū ipsa Maria, ut dominū conciperet, accepit. Multa.n. indicia præcedentia de spiritusancto habemus, antequam dominus glorificaretur resurrectione carnis suæ. Non enim alium spiritum etiam Prophetæ habuerunt, qui Christum venturum prænunciauerunt: sed modus quidā futurus erat donationis huius, qui omnino antea non apparuerat: de ipso hic dicitur, nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto spiritusancto, linguis omnium gentium locutos fuisse. Post resurrectionem autem suam, primum quando apparuit discipulis suis, dixit illis, Accipite spiritū sanctū: de hoc ergo dictū est, Nō erat spiritus datus, qa Iesus nondū erat glorificatus. Et insufflauit in faciē eorū, quo flatu primū

Mat.26.

Lucæ.2.

Ioan.20.

55 K hominem quem fecit viuificauit, & de limo erexit, quo flatu animam membris dedit, significans eum se esse, qui insufflauit in faciem eorum, vt à luto exurgerent, & luteis operibus renunciarent. Tunc primum post resurrectionem suam dominus quam dicit Euāgelista glorificationem, dedit discipulis suis spiritum sanctum. Deinde commoratus cū eis quadraginta diebus, vt liber Actuum Apostolorum demonstrat, ipsis videntibus & videndo deducentibus ascendit in cœlum. Ibi peractis decem diebus, die pentecostes missit desuper spiritum sanctum. Quo, sicut dixi, qui fuerant in vno loco congregati accepto impleti, omnium gentium linguis locuti sunt. Quid ergo fratres, quia modo qui baptizatur in Christo, & credit in Christum, non loquitur omnium gentium linguis, non est credendus accepisse spiritum sanctum? Absit vt ista perfidia teneatur cor nostrum: certi sumus omnem hominem accipere: sed quantum vas fidei attulerit ad fontem, tan-

56 L tum implet. Cum ergo & modo accipiatur, dixerit aliquis: Quare nemo loquitur linguis omnium gentium? Quia iam ipsa Ecclesia linguis omnium gentium loquitur: antea in vna gente erat Ecclesia, vbi omnium linguis loquebantur: Loquendo linguis omnium significabat futurum, vt crescendo per gentes, loqueretur linguis omnium gentium: in hac Ecclesia qui non est, nec modo accipit spiritum sanctum. Præcisus enim & diuisus est ab vnitate membrorum, quæ vnitas linguis omnium loquitur, renunciet sibi, nō habet: nam si habet, det signum quod tunc dabatur. Quid est, det signum quod tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis: respondet mihi, Quid enim, tu loqueris omnibus linguis? Loquor planè, quia omnis lingua mea est, id est, eius corporis, cuius membrum sum. Diffusa Ecclesia per gētes loquitur omnibus linguis: Ecclesia est corpus Christi, in hoc corpore membrum es: cum ergo membrum sis eius corporis quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis. Vnitas enim membrorum charitate concordat, & ipsa vnitas loquitur, quomodo tunc vnus homo loquebatur. Accipimus ergo & nos spi-

56 M ritum sanctum, si amamus Ecclesiam, si vnitate[compaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres, quantum quisq; amat Ecclesiam Christi, tantum habet spiritum sanctum: datus est enim spiritus, sicut Apostolus dicit, ad manifestationē. Quam manifestationem? Sicut ipse idem dicit, Quia alii datur per spiritum sermo sapiētiæ, alii sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii dona tio curationum in vno spiritu, alii operatio virtutum in eodem spiritu: multa enim dā-

Gene.2.

Acto.1.

Acto.2.

[aliàs, charitate

tur ad manifestationem, sed tu forsitan eorum omnium quæ dixi nihil habes. Si, amas nōnihil habes, si .n. amas vnitatem, etiam tibi habet, quisquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo: tollam inuidiam, & meum est quod habes: liuor separat, sanitas iungit. Oculus solus videt in corpore, sed nunquid soli sibi oculus videt? Et manui videt, & pedi videt, & cæteris membris videt: non enim si aliquis ictus in pedē veniat, auertit se oculus inde vt non præcaueat. Rursus sola manus operatur in corpore sed nunquid sibi soli operatur? Et oculo operatur, nam si ictus aliquis veniens non

57 A eat in manum, sed tantum in faciem, nunquid dicit manus, non me moueo, quia non tē dit ad me? Sic pes ambulando omnibus membris militat: membra cætera tacent, & lingua omnibus loquitur. Habemus ergo spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam: amamus autem, si in eius compage & charitate consistimus; nam ipse Apostolus cum dixisset diuersa dona dari diuersis hominibus, tanquam officia quorumq; membrorum, Adhuc, inquit, supereminentiorem viam vobis demonstro: & cœpit loqui de charitate. Præposuit eam linguis hominum & angelorum, præposuit miraculis fidei, præposuit scientiæ & prophetiæ, præposuit etiam illam magno operi misericordiæ, quo sua quæ possidet, distribuit quisq; pauperibus: & ad extremum, præposuit eam etiam corporis passionibus. His omnibus tam magnis rebus præposuit charitatem. Ipsam habeto, & cuncta habebis: quia sine illa nihil proderit quicquid habere potueris. Quia vero ad spiritum sanctū pertinet charitas de qua loquimur: quæstio enim modo in Euangelio de spiritusancto retractatur, audi Apostolum dicentem, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quare ergo dominus spiritum, cuius maxima beneficia sunt in nobis: quia charitas dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris, post re-

1.Cor.13.

Rom.5.

57 surrectionem suam dare voluit? Quid significauit? Vt in resurrectione nostra charitas
B flagret, & ab amore seculi separetur, vt tota currat in deum. Hic enim nascimur & morimur, hoc non amemus: charitate migremus, charitate sursum habitemus, charitate illa

qua diligimus deum. Nihil aliud in hac vita noſtræ peregrinationis meditemur, niſi qa
& hic non ſemper erimus, & ibi nobis locum bene viuendo præparabimus, vnde nun-
quam migremus. Dominus enim noſter Ieſus, poſteaquam reſurrexit, iam non moritur,
Rom. 6. mors illi vltrà, ſicut Apoſtolus dicit, non dominabitur. Ecce quod amemus ſi viuimus, ſi
in ipſum credimus qui reſurrexit, & dabit nobis non quod hic amant homines qui deũ
non amant, aut tanto plus amant, quanto illum minus amant, tanto autem hoc minus
amant, quanto illum plus amant. Sed videamus quid nobis promiſit, non diuitias terre-
nas & temporales, non honores & poteſtates in ſeculo iſto: videtis enim omnia hæc dari
& hominibus malis, ne magni pendantur à bonis. Non ipſam poſtremo corporis ſanita-
tem, non quia ipſe illam non dat, ſed quia vt videtis & pecoribus dat: non vitam lógam,
quid eſt enim longum quod aliquando finitur? Non pro magno nobis credentibus pro
miſit lógæuitatem, aut decrepitam ſenectutem, quam omnes optant antequam veniat,
omnes de illa cum venerit murmurant. Non pulchritudinem corporis, quam vel corpo-
ris morbus vel ipſa ſenectus quæ optatur, exterminat. Vult eſſe pulcher, & vult eſſe ſe-
nex, iſta duo deſideria ſibiinuicem concordare non poſſunt. Si ſenex eris, pulcher non
eris: quando ſenectus venerit, pulchritudo fugiet, & in vno habitare non poſſunt vigor
pulchritudinis, & gemitus ſenectutis. Omnia ergo iſta nõ nobis promiſit, qui dixit, Qui
credit in me, veniat & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vitam æternã
promiſit, vbi nihil timeamus, vbi non conturbemur, vnde non migremus, vbi non mo-
riamur, vbi nec deceſſor plangatur, nec ſucceſſor ſperetur. Quia ergo tale eſt quod no-
bis promiſit amantibus, & per ſpiritumſancti charitatem feruentibus, ideo ipſum ſpiri-
tum noluit dare, niſi cum eſſet glorificatus, vt in ſuo corpore oſtenderet vitam, quam
modo non habemus, ſed in reſurrectione ſperamus.

Ab eo loco vbi ait, Ex illa ergo turba cum audiſſent hos ſermones eius:
vſque ad id quod ait, Nec ego te condemnabo, Vade & amplius
noli peccare: Tractatus. XXXIII.

MEminit charitas veſtra ſermone priſtino ex occaſione lectionis Euangelicæ lo-
cutos nos eſſe vobis de ſpiritu ſancto. Ad hunc potandum cum dominus inui-
taſſet credentes in ſe, loquens inter eos qui illum tenere cogitabant, & interfice
re cupiebant, nec valebant, quia ille nolebat. Cum ergo hæc locutus eſſet, nata eſt de il-
lo in turba diſſenſio, aliis putantibus quòd ipſe eſſet Chriſtus, aliis dicentibus quia de
Galilæa non exurget Chriſtus. Qui vero miſſi fuerant vt eum tenerent, redierunt im-
munes à crimine & pleni admiratione: nam & teſtimonium perhibuerunt diuinæ do-
ctrinæ eius cum dicerent à quibus miſſi fuerant, Quare non adduxiſtis eum? Reſponde
runt enim nunquam ſe audiſſe hominem ſic locutum.) Non enim quiſquam ſic loqui-
tur homo, ille autem ſic locutus eſt, quia deus erat & homo. Tamen Phariſæi teſtimo-
nium eorum repellentes, dixerunt eis, Nunquid & vos ſeducti eſtis? Videmus enim dele-
ctatos vos eſſe ſermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eum aut
ex Phariſeis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt.) Qui non nouerant
legem, ipſi credebant in eum qui miſerant legem: & eum qui miſerat legem contemne-
bant illi qui docebant legem, vt impleretur quod dixerat ipſe dominus, Ego veni vt nó
Ioan. 9. videntes videant, & videntes cæci fiant. Cæci enim facti ſunt Phariſæi doctores, illumi-
nati ſunt populi neſcientes legem, & in authorẽ legis credentes. Nicodemus tamen vnus
ex Phariſæis, qui ad dominum nocte venerat.) Et ipſe non quidem incredulus, ſed timi
Ioan. 3. dus: nam ideo nocte uenerat ad lucem, quia illuminari volebat, & ſciri nolebat, reſpon-
dit Iudæis: Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi audierit ab ipſo prius & cognouerit quid faciat? Volebant enim illi peruerſe ante eſſe damnatores quàm cognitores: ſcie-
bat enim Nicodemus, uel potius credebat, quia ſi tantummodo eum uellent patienter au
dire, forte ſimiles fierent illis qui miſſi ſunt tenere, & maluerunt credere. Illi reſponde-
runt,) ex præiudicio cordis ſui, quod & illis: Nunquid & tu Galilæus es?) id eſt, quaſi à
Galilæo ſeductus, dominus enim Galilæus dicebatur, quoniam de Nazareth ciuitate
erant parentes eius. Secundum Mariam dixi parentes, non ſecundum uirile ſemen: non
enim quæſiuit in terra niſi matrem, qui iam habebat deſuper patrem: nam vtraq; eius
natiuitas mirabilis fuit diuina ſine matre, humana ſine patre. Quid ergo illi quaſi legis

doctorẽs ad Nicodemum dixerunt? Scrutare ſcripturas & vide, quia Propheta à Galilæa
57 non ſurgit.) Sed dominus Prophetarum inde ſurrexit. Reuerſi ſunt, inquit Euangeliſta,
F vnuſquiſq; in domum ſuam. Inde Ieſus perrexit in mõtem Oliueti.) In montem autem
Oliueti, in montem fructuoſum, in montem vnguenti, in montem chriſmatis: vbi enim Cap. VIII.
docebat docere Chriſtum niſi in monte Oliueti? Chriſti enim nomen à chriſmate dictũ
eſt. Chriſma autem Græce, Latine vnctio nuncupatur. Ideo autem nos vnxit, quia lucta
tores contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus ve
nit ad eum, & ſedens docebat eos.) & non tenebatur, quia nondum pati dignabatur. Nũc
iam attendite, vbi ab inimicis tentata ſit domini manſuetudo. Adducunt autem illi ſcri-
bæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio & dixe
runt ei, Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem Moyſes
mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes
eum, vt poſſent accuſare eum.) Vnde accuſare? Nunquid ipſum in aliquo facinore depre
henderant, aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuiſſe dicebatur? Quid eſt, ergo ten
tantes eum, vt poſſent accuſare eum? Intelligamus fratres admirabilem mãſuetudinem
57 in domino fuiſſe. Animaduerterunt eum nimium eſſe mitem: nimium eſſe manſuetum,
G de illo quippe fuerat antè prædictum, Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſ-
ſime. Specie tua & pulchritudine tua, intende proſpere, procede & regna: Propter verita Pſal. 44.
tem & manſuetudinem & iuſtitiam. Ergo attulit veritatem, vt doctor, manſuetudinem
vt liberator, iuſtitiam vt cognitor. Propter hæc eum eſſe regnaturum in ſpiritu ſancto
Propheta prædixerat: cum loqueretur, veritas agnoſcebatur: cum aduerſus inimicos nõ
moueretur, manſuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus iſtis id eſt, de veritate & man
ſuetudine eius inimici liuore & inuidia torquerentur: in tertio id eſt, iuſtitia, ſcandalũ
poſuerunt. Quare? Quia lex iuſſerat adulteros lapidare. Et vtiq; lex quod iniuſtum erat,
iubere non poterat. Si quis aliud diceret quàm lex iuſſerat, iniuſtus deprehẽderetur. Di-
xerant ergo apud ſemetipſos, Verax putatur, manſuetus videtur, de iuſtitia illi quæren-
da calumnia eſt? offeramus ei mulierem in adulterio deprehenſam, dicamus quid de illa
in lege præceptum ſit: ſi eam iuſſerit lapidare, manſuetudinem non habebit: ſi eam di-
mitti cenſuerit iuſtitiam non tenebit. Vt autem manſuetudinem, inquiunt, non perdat,
57 in qua iam populis amabilis factus eſt, ſine dubio eam dimitti debere dicturus eſt, hinc
H nos inueniemus accuſandi occaſionem, & eum reum faciemus tanquam legis præuarica
torem, dicentes ei, Hoſtis es legis, contra Moyſen reſpondes, imò cõtra eum qui per Moy
ſen legem dedit: reus es mortis, cum illa & tuipſe lapidandus es. Poſſet his verbis atque
his ſententiis inflammari inuidia, feruere accuſatio, flagitari damnatio. Sed cui hoc? Per-
uerſitas rectitudini, falſitas veritati, corruptum cor directo, ſtultitia ſapientiæ. Quando
illi laqueos præpararent, in quos non prius ipſi caput immitterent. Ecce dominus in re-
ſpondendo, & iuſtitiam ſeruaturus eſt, & à manſuetudine non receſſurus. Non eſt captus
cui tendebatur, ſed potius capti ſunt qui tendebant, quia in eum qui eos poſſet de la-
queis eruere non credebant. Quid ergo reſpondit dominus Ieſus? Quid ergo reſpondit
veritas? Quid reſpondit ſapientia? Quid reſpondit ipſa cui calumnia parabatur iuſtitia?
Non dixit, non lapidetur, ne contra legẽ dicere, videretur. Abſit aũt vt diceret lapidetur:
venit enim non perdere quod inuenerat, ſed quærere quod perierat. Quid ergo reſpon-
57 dit? Videte quàm plenum ſit iuſtitia, plenum manſuetudine & veritate. Qui ſine pecca-
I to eſt veſtrum, inquit, prior in illã lapidẽ mittat.) O reſponſio ſapientiæ, quomodo eos
intromiſit in ſemetipſos? Foris. n. calũniabantur, ſeipſos intrinſecus nõ perſcrutabãtur:
adulterã videbãt, ſe nõ pſpiciebãt: præuaricatores legis legẽ implere cupiebãt, & hoc ca-
lũniando: nõ vere, tanquã adulterã à caſtitate dãnando. Audiſtis Iudæi, audiſtis Phari-
ſæi, audiſtis doctores legis, legis cuſtodẽ, ſed nondũ intellexiſtis legiſlatorẽ, quid vobis
aliud ſignificat, cũ digito ſcribit in terra? Digito. n. dei lex ſcripta eſt, ſed ppter duros in Exod. 31.
lapide ſcripta eſt. Nũc iã dñs in terra ſcribebat, quia fructũ quærebat. Audiſtis ergo, Im
pleatur lex, lapidetur adultera: ſed nunquid in illa punienda, lex implenda eſt â punien-
dis? Cõſideret ſe vnuſquiſq; veſtrũ, intret in ſemetipſum, aſcendat tribunal mẽtis ſuæ,
cõſtituat ſe ante cõſcientiã ſuã, cogat ſe cõfiteri. Scit. n. qui ſcit: quia nemo ſcit hominũ 1. Cor. 12.
q̃ ſunt hois, niſi ſpũs hois q̃ in ipſo eſt. Vnuſquiſq; in ſe intẽdẽs, peccatorẽ ſe inuenit. Ita
planè. Ergo aut iſtã dimittite, aut ſimul cũ illa pœnã legis excipite. Si diceret, nõ lapide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur adultera,iniustus conuinceretur:si diceret lapidetur,mansuetus non videretur. Di
cat quod dicere debet,& mansuetus & iustus: Qui sine peccato est vestrum, prior in illā 57
lapidem mittat:hæc vox iustitiæ est,puniatur peccatrix,sed non à peccatoribus:impleat
tur lex,sed non à præuaricatoribus legis. Hæc vox omnino iustitiæ est, qua iustitia illi
tanquam trabali telo percussi,se se inspicientes & reos inuenientes,Vnus post vnū om-
nes recesserunt,) Relicti sunt duo,misera & misericordia. Dominus autem cum eos illo
telo iustitiæ percussisset,nec dignatus est cadentes attendere, sed auerso ab eis obtutu,
Rursum digito scribebat in terra.)Relicta autem sola illa muliere, omnibusq; abeunti-
bus,Leuauit oculos suos ad mulierem.) Audiuimus vocem iustitiæ, audiamus & man-
suetudinis:Plus n.credo territa erat illa cū audisset à domino dictum, Qui sine peccato
est vestrum,prior in illam mittat lapidem. Illi ergo attendentes se,& ab sceſſu ipso con-
fessi de se,reliquerant mulierem cum grandi peccato ei,qui erat sine peccato. Et quia il
la hoc audierat,Qui sine peccato est prior in illā lapidē mittat,ab illo se sperabat puniē-
dā, in quo peccatum inueniri nō poterat. Ille aūt qui aduersarios eius repulerat lingua
iustitiæ, leuans in eam oculos mansuetudinis, Interrogauit eam, nemo te condēnauit? 57
Respōdit illa,Domine,nemo:& ille,Nec ego te cōdēnabo.) à quo te forte dānari timui- K
sti,quia in me peccatum non inuenisti,nec ego te condemnabo.Quid domine? Faues er
go peccatis?Non planè. Ita attende quod sequitur,Vade,deinceps iam noli peccare.) Er
go & dns damnauit,sed peccatū non hominem:nam si peccatorum fautor esset,diceret,
nec ego te cōdēnabo,vade & viue vt vis,de mea liberatione esto secura, ego quantūcūq;
peccaueris, te ab omni pœna etiā gehennæ & inferni terroribus liberabo. Nō hoc dixit:
intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem,& timeant veritatem: etenim dul
Psal 24. cis & rectus dominus. Amas quòd dulcis est,time quòd rectus est. Tanquam mansuetus
Esa. 42. dixit,tacui:sed tanquā iustus,nūquid semper tacebo? Misericors & miserator dominus,
Psa.102. Ita planè,adhuc adde lōganimis,adhuc adde,& misericors: sed time quod est in nouissi
Rom.2. mo & verax:quòd.n.modo sustinet peccantes,iudicaturus est contēnentes. An diuitias
longanimitatis & mansuetudinis eius contēnis ? Ignoras quia patientia dei ad penitē-
tiā te adducit? Tu aūt secundū duritiam cordis tui & cor impœnitēs,thesaurizas tibi irā
in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,qui reddet vnicuiq; secundū opera sua. Mā- 57
Psa.102. tus dominus,longanimis, dns misericors dominus: sed & iustus dominus, & verax do- M
minus,largitur tibi spatiū correctionis, sed tu plus amas dilationem quàm emendatio-
nem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto,& hodiernū diem in malitia peregisti, vel cras
mutare: super expectas, & de misericordia dei tibi plurimum polliceris,quasi ille qui ti-
bi per patientiam promisit indulgentiam,promiserit tibi etiam prolixiorem vitam. Vn-
Pro. 23. de scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, quando me correxero,deus
mihi omnia peccata mea dimittet.Negare non possumus, quòd correctis atq; conuersis
indulgentiam deus promisit: nam in quo Propheta mihi legis,quia promisit correcto in
dulgentiam: non mihi legis,quia promisit tibi deus lōgam vitam. Ex vtroq; igitur ho-
mines periclitantur, & sperando & desperando : contrariis rebus, contrariis affectioni-
bus. Sperando qui decipitur? Qui dicit, Bonus est deus,misericors est deus,faciam quod
mihi placet,quod libet,laxē habenas cupiditatibus meis, impleā desideria animæ meæ.
Quare hoc? Quia misericors est deus, bonus est deus, mansuetus est deus: spe isti peri-
clitantur. Desperatione autem,qui cū inciderint in grauia peccata, putantes sibi nō pos- 58
se iam ignosci pœnitentibus,& statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, di- A
cunt apud semetipsos,iam damnandi sumus,quare non quod volumus facimus? Animo
gladiatorū,ferro destinatorū,ideo molesti sunt desperati. Iam.n.quod timeāt nō habēt,
& vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat,spes illos. Inter spem & desperatiōē
fluctuat animus. Metuendū est ne te occidat spes,& cū multū speras de misericordia,in-
cidas in iudicū. Metuendū est rursus ne te occidat desperatio , & cū putas iam tibi non
ignosci quæ grauia cōmisisti,nō agas pœnitentiā,& incurras in iudicē sapiētiā, q̄ dicit,
Prou.1. Et ego vestræ ꝓditioni superridebo . Quid ergo agit dns cū periclitātibus vtroq;
Eccl.5. bo? Illis q spe periclitātur.h.d.Ne tardes cōuerti ad dīm,neq; differas de die in die: subi-
to.n. veniet ira illius,& in tpe vindictæ disperdet te. Illis q desperatione periclitātur, qd
Eze. 18. dicit? In quacūq; die iniquus cōuersus fuerit,oēs iniquitates eius obliuiscar. Propter il-
los ergo q desperatione periclitātur, ꝓposuit indulgētiæ portū: propter illos qui spe peri

clitantur,& dilationibus illuduntur,fecit diem mortis incertū, quando veniat vltimus 58
B dies,nescis. Ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris ? Sic ergo dixit ad istā
mulierem,Nec ego te condemnabo: sed facta secura de præterito,caue futura,nec ego te Ioan.8.
condemnabo: deleui quod commisisti,obserua quod præcepi,vt inuenias qd promisi.

De eo quod dictum est,Ego sum lux mundi: qui sequitur me
non ambulat in tenebris,sed habebit lumen vitæ.

Tractatus. XXXIIII.

QVod modo audiuimus & intenti accepimus cum sanctum Euangelium legere
tur, non dubito quod omnes etiam intelligere conati sumus, & quisq; nostrū
de re tam magna quæ lecta est,pro suo modulo cepit quod potuit,& polito pa
ne uerbi , nemo est q se quæratur nihil gustasse. Sed interim non dubito,qa difficile quis
quam est qui totum intellexerit: tamen etiam si est qui omnia verba domini nostri Iesu
xpi modo ex Euangelio recitata satis intelligat,toleret ministerium nostrum,quousq; si
possumus illo adiuuante tractando faciamus,vt vel oēs,vel multi intelligant,qd se pau-
ci intellexisse lætantur. Quod ait dns,Ego sum lux mundi:) clarum puto esse eis qui ha
58 bent oculos,vnde huius lucis participes fiant. Qui aūt non habēt oculos nisi in sola car
C ne mirantur quod dictū est à dño Iesu Christo,Ego sum lux mundi:& forte non desit q
dicat apud semetipsum,Nunquid fortè dns Christus est sol iste,qui ortu & occasu pera-
grat diem? Non n. defuerunt hæretici qui ista senserunt. Manichæi solem istum oculis
carneis visibilem,expositū & publicū,non tantū hominibus,sed etiā pecoribus ad viden
dū, Christū dominum esse putauerunt. Sed catholicæ Ecclesiæ recta fides improbat tale
commentū,& diabolicam doctrinam esse cognoscit. Nec solum agnoscit credendo,sed in
quibus potest conuincit etiam disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorem, quē
sancta ab initio anathematizauit Ecclesia. Non arbitremur dominū Iesum Christū hūc
esse solem quem videmus oriri ab Oriente,occidere in Occidente: cuius cursui nox suc-
cedit,cuius radii nube vmbrantur, q certa de loco in locum motione cōmigrat. Non est
hoc dns Christus sol factus,sed per quē sol factus est,Omnia enim per ipsum facta sunt, Ioan.1.
& sine ipso factum est nihil. Est ergo lux quæ fecit hanc lucem, hanc amemus, hanc in-
58 telligere cupiamus,ipsam sitiamus, vt ad ipsam lucem aliquādo veniamus , & in illa ita
D viuamus,vt nunquam omnino moriamur. Ista enim lux est,de qua prophetia olim præ
missa ita in Psalmo cecinit, Homines & iumenta saluabis domine, sicut multiplicata est
misericordia tua deus. Psalmi sancti ista verba sunt. Aduertite quid de tali luce antiquus
sanctorum hominum dei sermo præmiserit. Homines, inquit, & iumenta saluos facies Psal.35.
domine,sicut multiplicata est misericordia tua deus. Quomodo enim deus es, & habes
multiplicem misericordiam: peruenit eadem multiplicitas misericordiæ tuæ,non solum
ad homines quos creasti ad imaginem tuam, sed etiam ad pecora quæ hominibus subdi
disti: à quo enim salus hominis,ab illo salus & pecoris. Non erubescas hoc sentire de do-
mino deo tuo,imò præsumas & fidas & caueas ne aliter sentias. Qui saluum facit te,ip-
se saluum facit equum tuum,ipse ouem tuam,ad minima omnino veniamus,ipse galli-
nam tuam. Domini est salus,& ista deus saluat. Moue te,interrogas, miror quid dubitas, Psal.3.
dedignabitur saluare,qui dignatus est creare? Domine est salus,Angelorum,hominum,
58 pecorum,domini est salus. Sicut nemo est à seipso,ita nemo saluus est à seipso. Proinde
E verissime Psalmus atq; optime ait, Homines & iumenta saluos facies domine. Quare? Psal.35.
Sicut multiplicata est misericordia tua deus: tu .n. es de⁹,tu creasti,tu saluas,tu dedisti es
se,tu das sanum esse. Si ergo sicut multiplicata est misericordia dei,ab illo homines & iu
menta saluantur , nonne homines habent aliquid aliud quod eis deus præstet creator,
quod iumentis non præstet? Nūllane discretio est inter animal factum ad imaginem dei,
& animal subditum imagini dei? Est planè . Præter salutem istam communem nobis cū
animantibus mutis,est quod nobis præstet deus,illi aūt non præstet. Quid est hoc? Se-
quere in eodem Psalmo, Filii autem hominū sub tegmine alarum tuarum sperabunt: ha
bentes modo salutem cōmunē cū pecoribus suis, filii hominū sub tegmine alarū tuarū
sperabūt. Alia habent salutē in re,aliā in spe. Salus ista quæ in præsenti est, hominibus
pecoribusq; cōmunis est. sed est alia quā sperāt homines,& accipiūt q sperāt,nō accipiūt
q desperant,Filii aūt hominū sub tegmine,inquit,alarum tuarum sperabunt. Qui autē
perseuerantèr sperant,à te protegūtur,ne de spe à diabolo deiiciātur,sub tegmine alarū

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuarum ſperabunt: ſi ergo ſperabunt, quid ſperabunt niſi quod pecora non habebunt? 57 F
Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quale vinum eſt, vnde inebriari laudabile eſt? Quale vinum eſt, quod non turbat, ſed dirigit mẽtem? Quale vinum eſt, quod facit perpetuo ſanum, non inebriando facit inſanum? Inebriabuntur vnde? Ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Vnde? Quoniam apud te eſt fons vitæ, ipſe fons vitæ ambulabat in terra; ipſe dicebat, Qui ſitit veniat ad me. Ecce fons. Sed nos de lumine loqui cœperamus, & propoſitã ex Euangelio quæſtionẽ de lumine tractabamus: lecta eſt enim nobis dicente domino, Ego ſum lux mundi. Inde quæſtio, nequis carnaliter ſapiens ſolem iſtum intelligendum putaret: venimus inde ad Pſalmum, quo conſiderato, inuenimus interim dominum fontem vitæ bibe & viue. Apud te, inquit, fons vitæ, ideo ſub vmbraculo alarum tuarum ſperabunt filii hominum, inebriari iſto fonte quærentes. Sed de lumine dicebamus, ſequere ergo: nam Propheta cum dixiſſet, Apud te eſt fons vitæ, ſecutus adiunxit, & in lumine tuo videbimus lumen, deum de deo, lumen de lumine: per hoc lumen factum eſt ſolis lumen, & lumen quod fecit ſolem, ſub quo fecit & nos, factum eſt ſub ſole propter nos. Factum eſt, inquam, propter nos ſub ſole lumen quod fecit ſolem. Noli contemnere nubẽ carnis: nube tegitur, non vt obſcuretur ſol, ſed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen ſcientiæ, lumen ſapientiæ: ait hominibus, Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.) Quomodo te abſtulit ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis? Non enim ſufficit dicere, qui me ſequitur non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen: addidit enim vitæ: ſicut ibi dictum eſt, quoniam apud te eſt fons vitæ. Videte itaq; fratres mei, quomodo verba domini cum illius Pſalmi veritate concordent, & ibi lumen poſitum eſt cum fonte vitæ, & à domino dictum eſt lumen vitæ. In illis autem vſibus corporalibus, aliud eſt lumen, aliud fons. Fontem fauces quærunt, lumen oculi: quando ſitimus, quærimus fontem: quando in tenebris ſumus, quærimus lumen: & ſi forte nocte ſitiamus, lumen accendimus vt ad fontem veniamus. Non eſt ſic apud deum: quod lumen eſt, hoc eſt fons. Qui tibi lucet vt videas, ipſe tibi manat vt bibas. Videtis ergo fratres mei, videtis ſi intus videris, quale hoc lumen eſt, de quo dominus dicit, Qui me ſequitur, non ambulabit in tenebris. Sequere iſtum ſolem, videamus ſi non ambulabis in tenebris, 58 H

Ecce oriendo exit à te, ille curſu ſuo ad Occidentem pergit: tibi forte ad Orientem profectio eſt, niſi tu in contrariam partem pergas, non quà ille tendit, ſequendo eũ profecto errabis, & pro Oriente Occidentem tenebis: tu eum in terra ſi ſequaris, errabis: nauta ſi eum in mari ſequebatur errabit. Poſtremo videtur tibi ſequendum eſſe ſolem, & tendis etiam ipſe ad Occidentem, quò & ille tendit. Videamus cum occiderit, ſi non ambulabimus in tenebris. Vide quemadmodum & ſi nolueris eum deſerere tu, ipſe te deſeret, ſeruitutis ſuę neceſsitate peragens diem. Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus interim & cum per carnis nubem non omnibus apparebat, per ſapientiæ poteſtatem omnia tenebat. Deus tuus vbiq; totus eſt, ſi non ab illo facias caſum, nunquam à te ipſe facit occaſum. Qui ergo me inquit, ſequitur, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ. Quod promiſit, futuri tẽporis verbo poſuit: nõ. n. ait, habet: ſed habebit, inqt, lumẽ vitæ: non ait tamen, qui ſequetur me: ſed qui ſeqtur me. In eo quod facere debemus, præſens tps poſuit: quod aũt promiſit facientibus, futuri tẽporis verbo ſignificauit. Qui ſequitur, habebit: modo ſequitur, pòſt habebit: modo ſequitur per fidem, pòſt habebit per
2. Cor. 5. ſpeciẽ: quãdiu. n. ſumus in corpore, ait Apoſtolus, peregrinamur à domino: per fidem. n. ambulamus, nõ per ſpeciẽ; quãdo per ſpeciẽ? Cũ habuerimus lumen vitæ, cum ad illã viPſal. 5. ſionem venerimus, quando nox iſta tranſierit. De illo quippe die qui exoriturus eſt, di-
2. Petr. 5. ctum eſt, Mane aſtabo tibi & contemplabor. Quid eſt mane? Tranſacta nocte ſeculi huius, tranſactis erroribus tentationum, ſuperato illo leone q nocte rugiens circumit, quẽ deuoret quærens. Mane aſtabo tibi & contẽplabor. Nũc vero quid putamus fratres huic
Pſal. 6. tpi cõgruere, niſi quod rurſus in pſalmo dicitur? Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Per ſingulas noctes, inquit, flebo, in deſiderio lucis
Pſal. 37. ardebo. Videt dominus deſiderium meũ. Quomodo dicit illi alter pſalmus, Ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſcõditus. Deſideras aurum, videri potes: quærẽs. n. aurũ manifeſtus eris hoibus: deſideras frumẽtũ, interrogas q habeat, &

cupiẽs peruenire ad id quod deſideras, indicas te. Deſideras deum, quis videt niſi deus? à quo. n. petis deũ ſicut panẽ, ſicut aquã, ſicut aurũ, ſicut argentũ, ſicut frumentum? A
58 quo petis deum niſi à deo? Ipſe petitur a ſeipſo, qui promittit ſeipſum. Extendat anima
K cupiditatem ſuam, & ſinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus nõ vidit, nec
Eſa. 64. auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Deſiderari poteſt, concupiſci poteſt, ſuſpirari
1. Cor. 2. poteſt in illud: digne cogitari, & verbis explicari non poteſt. Ergo fratres mei, quod dominus breuiter ait, Ego ſum lux mundi, qui me ſequitur, nõ ambulabit in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ. Quibus verbis aliud eſt quod iuſsit, aliud quod promiſit. Faciamus quod iuſsit, ne impudenti fronte deſideremus quod promiſit, ne dicat nobis in iudicio ſuo: feciſti. n. quod iuſsi, vt petas quod promiſi? Quid ergo iuſsiſti domine deus noſter? Dicet tibi, vt ſequereris me. Conſilium vitæ petiſti, cuius vitæ, niſi de qua dictum eſt, Apud te eſt fons vitæ: audiuit quidam, Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus
Pſal. 35. & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me: triſtis abſceſsit, non eſt ſecutus. Que
Matt. 19. ſiuit magiſtrum bonum, interpellauit doctorem, & contempſit docentem: triſtis abſceſsit, ligatus cupiditatibus ſuis: triſtis abſceſsit, habens grandem ſarcinam auaritiæ ſu-
58 per humeros ſuos, laborabat. æſtuabat, & qui ab illo ſarcinam deponere voluit, non eſt
L ſequendus putatus, ſed deſerendus. Poſtea vero quàm dominus per Euangelium clama
Matt. 11. uit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam: Tollite iugũ meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: quàm multi fecerunt audito Euangelio, quod ex ore ipſius auditum dies ille nõ fecit. Ergo modo faciamus, ſequamur dominum, ſoluamus compedes, quibus impedimur ſequi. Et quis idoneus ſoluere tales nodos, niſi ille adiuuet cui dictum eſt, Dirupiſti vincula mea? de quo alius
Pſal. 115. Pſalmus dicit, Dominus ſoluit compeditos, dominus erigit eliſos. Et quid ſequuntur ſo
Pſal. 145. luti & erecti, niſi lumen à quo audiunt, Ego ſum lux mundi, qui me ſequitur, non ambulabit in tenebris, quia dominus illuminat cæcos. Illuminamur ergo modo fratres, habentes collyrium fidei. Præceſsit eius ſaliua cum terra, vnde inungeretur qui cæcus
Ioan. 9. eſt natus, Et nos de Adam cæcinati ſumus, & illo illuminante opus habemus: miſcuit ſaliuam cum terra, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: miſcuit ſaliuam cũ terIoan. 1. ra, ideo prædictum eſt, Veritas de terra orta eſt: ipſe autem dixit, Ego ſum via, veritas &
Pſal. 84. vita. Veritate perfruemur cum viderimus facie ad faciem: quia & hoc promittitur nobis:
Ioan. 14. 58 nam quis auderet ſperare, quod deus non dignatus eſſet vel polliceri vel dare? Videbi-
M mus facie ad faciem: Apoſtolus dicit, Nunc ſcio ex partè, nunc in ænigmate per ſpeculũ,
1. Cor. 13. tunc aũt facie ad faciẽ. Et Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua, Dilectiſsimi, nunc filii dei
1. Ioan. 3. ſumus, & nondum apparuit quid erimus: ſcimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hæc eſt magna promiſsio: ſi amas ſequere, amo, inquis, ſed quà ſequor? Si dixiſſet tibi dominus deus tuus, Ego ſum veritas & vita, deſiderans veritatem, concupiſcens vitam, viam qua ad hæc peruenire poſſes, profecto quæreres & diceres tibi, Magna res veritas, magna res vita, ſi eſſet quomodo illuc peueniret anima mea. Quæris quà? audi eum dicentem primo, Ego ſum via: antequam diceret quò, præmiſit quà, Ego ſum, inquit, via, quò via? Et veritas & vita. Primo dixit quà venias, poſtea dixit quò venias. Ego ſum via, ego ſum veritas, ego ſum vita. Manẽs apud patrem, veritas & vita, induens ſe carne, factus eſt via. Non tibi dicitur, labora quærendo viam, vt peruenias ad veritatem & vitam, non hoc tibi dicitur, piger ſurge, via ipſa ad te venit, & te de ſomno dormientem excitauit: ſi tamen excitauit, ſurge & ambula.
59 Forte conaris ambulare, & non potes, quia dolent pedes. Vnde dolent pedes? An iubente
A auaritia per aſpera cucurrerunt? Sed dei verbum ſanauit & claudos. Ecce, inquis, ſanos habeo pedes, ſed ipſam viam non video: illuminauit & cæcos: hoc totum per fidẽ, quandiu peregrinamur à domino manentes in corpore. Cum autem perambulauerimus viam, & ad ipſam patriam peruenerimus, quid erit nobis lætius? quid erit nobis beatius? quia nihil pacatius: nihil enim aduerſus hominem rebellabit. Nunc vero fratres, difficile ſine rixa ſumus: ad concordiam quidem vocati ſumus, iubemur pacem habere inter nos, ad hoc conandum eſt, omnibus q̃ nitendum viribus, vt aliquando perueniamus ad perfectiſsimam pacem. Modo autem litigamus plerunq; cum eis, quibus conſulere volumus: ille erat: tu vis ducere ad vitam reſiſtit Paganus, diſputas contra erores idolorum & dæmoniorum: reſiſtit hæreticus, diſputas contra alias doctrinas dæmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niorum. Malus catholicus non vult bene viuere: corripis etiam interiorem fratrem tuum, tecum manet in domo, & perditas vias quærit, æstuas quomodo illum corrigas, vt de illo bonam rationem domino amborum reddas: quantæ vndiq; rixarum necessitates? Plerunq; homo tædio affectus, dicit apud semetipsum, Quid mihi est pati contradictores, pati eos qui reddunt mala pro bonis? Ego volo consulere, illi volunt perire: consumo vitam meam litigando, pacem nō habeo: inimicos insuper facio, quos amicos habere deberem, si beneuolentiam consulentis attenderent. Quid mihi est ista perpeti? Redeam ad me, mecum ero, deum meum inuocabo. Redi ad teipsum, ibi inuenies rixam: si cœpisti deum sequi, ibi inuenis rixam. Quam rixam, inquis, inuenio? Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ecce tuipse es, ecce tu solus es, ecce tecum es, ecce alium nullum hominem pateris: sed vides aliam legem in membris tuis, repugnantem legi mentis tuæ, & captiuantem te in lege peccati quæ est in mēbris tuis. Exclama ergo, & à rixa interiore clama ad deum, vt tibi pacificet te: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, Quia qui me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Finita tota rixa, immortalitas consequetur, qa nouissima inimica destruetur mors. Et qualis pax erit? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatē, quò vt veniamus, qa tunc erit in re, nūc sequamur in spe eū qui dixit, Ego sum lux mūdi, q me seqtur, nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumē vitæ.

Gal. 5.
Rom. 7.
1. Cor. 15.

Ab eo quod dictum est, Dixerunt ergo Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum no est verum: vsq; ad id quod dictū est, Verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quò vado. Tractatus. XXXV.

DE verbis domini nostri Iesu Christi vbi ait, Ego sum lux mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ, hesterno die qui affuistis, diu disputatum esse meministis. Et si adhuc velimus de illo lumine disputare, diu loqui possumus: nā nó possumus explicare compēdio. Itaq; fratres mei, sequamur Christum lumen mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ metuendæ sunt, morum non oculorum: & si oculorum non exteriorum, sed interiorum: vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum. Cum hæc ergo dixisset dominus noster Iesus Christus, Responderunt Iudæi, Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum.) Antequā veniret dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas prophe
59 D
ticas accendit & misit. De his etiam erat Ioannes Baptista, cui tam magnum ipsum lumen, quod est dominus Christus, perhibuit testimonium, quale nulli hominum: ait enim. In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Hic tamē quo nemo erat maior in natis mulierum, dicit de domino Iesu Christo, Ego quidem baptizo vos in aqua, qui autem venit fortior me est, cuius non sum dignus calciamentum soluere. Videte quemadmodum se lucerna diei submittat: lucernam vero ipsum Ioannem fuisse dominus ipse testatur, ille erat, inquit, lucerna ardens & lucens, & vos voluistis ad horam exultare in lumine eius. Quando autem dixerunt Iudæi domino, Dic nobis in qua potestate ista facis? Sciens dominus quia Ioannem Baptistam pro magno habebant, & quod ipse quem pro magno habebant, eis de domino testimonium perhibuisset, respondit eis, Interrogabo & ego vos vnum sermonem, dicite mihi, Baptisma Ioannis vnde est de cœlo, an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos, cogitabant, quia si dicerent ab hominibus, lapidari possunt à turba, quæ Ioannem Prophetam esse credebat: si diceret, de cœlo: respondet eis, Ille quem confitemini de cœlo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, & ab illo audistis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt, ergo quodlibet horum respondissent, in laqueos se casuros, & dixerunt, Nescimus. Et dns eis, Nec ego dico vobis, in qua potestate ista facio. Non vobis dico quod scio, quia non vultis fateri quod scitis. Iustissime vtiq; repulsi, confusi abscesserunt. Et impletū est quod in Psalmo per Prophetam dicit deus pater, Paraui lucernam Christo meo, id est, ipsum Ioannem. Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Habebat ergo dns Iesus xps testimoniū Prophetarū ante se præmissorū, præconū iudicē præcedentiū. Habebat testimoniū a Ioanne, sed ipse maius testimoniū erat quod sibi perhibebat. Illi aūt infirmis oculis lucernas qrebāt, qa diē fere nó poterāt. nā loānes

Matt. 11.
Ioan. 1.
Ioan. 5.
Matt. 21.
Psal. 131.

idem ipse Apostolus, cuius Euangelium in manibus habemus, in ipsius Euangelii sui capite ait de Ioanne, Erat homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes, Hic venit vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per eum: non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: si omnem, ergo & Ioannem: vnde dicit & ipse Ioannes, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Discernite ergo ista, vt ꝓficiat mens vestra in fide Christi, ne semper infantes sitis vbera quærentes, & à cibo solido resilientes. Debetis apud matrem sanctam Ecclesiam Christi nutriri & ablactari, & ad escas solidiores accedere mente, non ventre. Hoc ergo discernite, aliud esse lumen quod illuminatur, aliud quod illuminat: nam & oculi nostri lumina dicuntur, & vnusquisq; irato iurat, tangens oculos super lumina sua, sic viuant lumina mea. Vsitata iuratio est. Quę lumina si lumina sunt, desit lumen in cubiculo tuo clauso, pateant & luceant tibi: non vtiq; possunt. Quomodo ergo ista in facie quæ habemus & lumina nūcupamus, & quādo sana sunt & quando patent, indigent extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato & non illato, sana sunt, aperta sunt, nec tamen vident: sic mens nostra quæ est oculus animæ, nisi veritatis lumine radietur, & ab illo qui illuminat, nec illuminatur, mirabiliter illustretur, nec ad sapientiam nec ad iustitiam poterit peruenire: ipsa est enim vita nostra iuste viuere. Quomodo autem non offendit in via, cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est, in tali via videre magnū est: nā Tobias in facie oculos clausos habebat, & filius patri manum dabat, pater filio viam præcipiendo monstrabat. Responderunt ergo Iudæi, Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est verum. Videamus quid audiant, audiamus & nos, sed non sicut illi: illi contemnentes, non credentes: illi occidere Christum volentes, nos per Christum viuere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesq; nostras, & audiamus quid responderit dominus Iudæis. Respondit Iesus & dixit eis, Et si ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado) Lumē & alia demonstrat & seipsum. Accendis lucernam, verbi gratia, vt quæras tunicam, & præstat tibi ardēs lucerna vt inuenias tunicam: nunquid accendis lucernam vt videas ardentem lucernam? Lucerna quippe ardens idonea est & alia quæ tenebris operiebantur nudare, & seipsam tuis oculis demonstrare: sic & dominus Christus, & inter fideles suos, & inimicos Iudæos, tanquam inter lucem & tenebras distinguebat, tanquā inter illos quos radio fidei perfundebat, & illos quorum clausos oculos circunfundebat. Nam etiam sol iste & videntis faciem illustrat & cæci: ambo pariter stantes, & faciem ad solem habentes, illustrantur in carne, sed non ambo illuminantur in acie: videt ille, sed non ille videt. Ambobus sol prę sens est, sed præsente sole vnus est absens: sic & sapiētia dei, verbum dei, dominus Iesus Christus vbiq; præsens est, quia vbiq; est veritas, vbiq; est sapientia. Intelligit quis in Oriente iustitiam: intelligit alius in Occidente iustitiam, nunquid alia est iustitia quā ille intelligit, alia quā iste? Separati sunt corpore, & in vno habent acies mentiū suarū. Quā video iustitiā hic constitutus, si iustitia est: ipsam videt iustus, nescio quot mansionibus à me carne seiunctus, & in illius iustitiæ luce cōiunctus. Ergo testimoniū sibi perhibet lux, aperit sanos oculos, & sibi ipsa testis est vt cognoscatur lux. Sed quid agimus de infidelibus? nunquid illis non est præsens? Est præsens & illis, sed quibus eam videant, oculos non habēt cordis. Audi de illis ex Euangelio ipso pro latam sententiam. Et lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ergo ait dominus & verū
60 I
veni, & quo vado. Patrem volebat intelligi, patri gloriam dabat filius: æqualis glorificat eum à quo est missus, quantum debet homo glorificare eū à quo est creatus? Scio enim vnde veni, & quo vado. Iste qui in præsentia vobis loquitur, habet quod non deseruit, sed tamen venit: non enim veniendo inde discesit, aut redeundo nos reliquit. Quid miramini? deus hoc: non potest hoc fieri, sed ab homine non potest hoc fieri ab ipso sole, quando pergit ad occidentem, deserit orientem, & donec oriturus redeat ad orientē, non est in oriente: dominus autem noster Iesus Christus & venit & ibi est, & rediit & hic est. Audi ipsum Euangelistam alio loco dicentem, & si potes, cape: si non potes, crede. Deum inquit, nemo vidit vnquā, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: non dixit, fuit in sinu patris, quasi veniēdo deseruerit sinum patris. Hic loqueba-

Ioan. 8.
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.28. tur,& ibi se esse dicebat: qui & hinc discessurus,quid dixit,Ecce ergo vobiscum sum om
nibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Ergo verum est testimonium luminis,
siue se ostendat siue alia: quia sine lumine non potes videre lumen, & sine lumine non
potes videre quodlibet aliud quod non est lumen. Si idoneum est lumen ad demõstran
da ea quæ non sunt lumina,nunquid in se deficit? nunquid se non aperit, sine quo alia
patere non possunt? Locutus est Propheta verum, sed vnde haberet nisi de fonte verita-
Ioan.1. tis hauriret? Locutus est Ioannes verum: sed vnde locutus est,ipsum interroga,Nos om
nes,inquit,de plenitudine eius accepimus. Ergo idoneus est dominus noster Iesus Chri
stus,qui sibi perhibeat testimonium. Sed planè fratres mei,in nocte huius seculi audia-
mus & prophetiam intente: modo enim ad fragilitatem nostram,nocturnasq; cordis no
stri intimas tenebras humilis voluit venire dominus noster. Homo venit contemnen-
dus & honorandus,venit negandus & confitendus: contemnendus & negandus à Iudæ-
is,honorandus & confitendus à nobis: iudicandus iniuste,iudicaturus iuste. Talis ergo
venit,vt oporteret ei lucernam testimonium perhibere,nunquid opus erat,vt Ioannes
tanquam lucerna perhiberet testimonium diei, si dies ipse ab infirmitate nostra posset
videri? Sed non poteramus. Infirmus factus est infirmis,per infirmitatem sanauit infir-
mitatem: per mortalem carnem,carnis abstulit mortem: de corpore suo collyrium fecit
luminibus nostris. Quia ergo dominus venit,& in nocte seculi adhuc sumus,oportet vt
& prophetias audiamus: nam de prophetia conuincimus contradicentes Paganos. Quis
est Christus,dicit Paganus? Cui respondemus, quem prænunciauerunt Prophetæ. Et
ille,qui Prophetæ? Recitamus Esaiam,Danielem,Hieremiam, alios sanctos Prophetas,
dicimus quàm longe ante illũ venerint,quanto tempore aduentum eius præcesserunt:
hoc ergo respondemus,Præuenerunt eum Prophetæ prædixerunt eum esse venturum.
Respondet aliquis eorum,qui Prophetæ? Nos recitamus,qui nobis quotidie recitantur.
Et ille,qui sunt hi Prophetæ? Nos respondemus, qui & prædixerunt ea quæ fieri vide-
mus: & ille,Vos,inquit,vobis illa finxistis: vidistis ea fieri,& quasi ventura quæ prædi-
cta sunt essent,in libris quibus voluistis,conscripsistis. Hic contra inimicos Paganos,oc
currit nobis aliorum testimonium inimicorum. Proferimus codices à Iudæis, & respon
demus,Nempe & vos & illi,fidei nostræ estis inimici,ideo sparsi sunt per gentes, vt alios
Esa.53. ex aliis conuincamus inimicis. Codex Esaiæ proferatur à Iudæis, videamus si non ibi
lego,Sicut ouis ad immolandum ductus est,& sicut agnus coram tondente fuit sine vo-
ce,sic non aperuit os suum,in humilitate iudicium eius sublatum est,liuore eius sanati
sumus. Omnes vt oues errauimus,& ipse traditus est pro peccatis nostris. Ecce lucerna
Psal.21. vna. Alia proferatur,Psalmus aperiatur,etiam inde prædicta passio Christi recitetur. Fo
derunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero conside-
rauerunt & conspexerunt me,diuiserunt sibi vestimenta mea,& super vestimentũ meũ
miserunt sortem. Apud te laus mea,in Ecclesia magna confitebor tibi. Cõmemorabun-
tur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius
vniuersæ patriæ gentium: quia domini est regnum,& ipse dominabitur gentiũ. Erube-
scat vnus inimicus,quia codicem mihi ministrat alius inimicus. Sed ecce de codicibus
prolatis,ab vno inimico alterum vici,& ipse qui mihi codicẽ protulit,non relinquatur:
ab illo apferatur,vnde & ipse vincatur. Lego aliũ Propherã,& inuenio dominũ loquen-
Mala.1. tẽ ad Iudæos,Nõ est mihi volũtas in vobis,dicit dñs, nec accipiã sacrificiũ de manibus
vestris: qm̃ ab ortu solis vsq; ad occasum,sacrificiũ mundũ offertur nomini meo. Non
venis Iudæe ad sacrificiũ mundum? conuinco te immundum. Ecce & lucernæ perhibẽt
testimonium diei propter infirmitatẽ nostrã,quia diei claritatem tolerare & videre nõ
possumus: nam & nosipsi xpiani in cõparatione quidẽ infideliũ lux iã sumus: vnde di-
Ephe.5. cit Apostolus,Fuistis. n. aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino, sicut filii lucis
Roma.3. ambulate. Et alibi dixit,Nox præcessit,dies autẽ appropinquauit. Abiiciamus ergo ope
ra tenebrarum,& induamur arma lucis. Sicut in die,honeste ambulemus. Tamen quia
in comparatione illius lucis,ad quam venturi sumus, adhuc nox est etiam dies in quo
sumus. Audi Petrum Apostolum, delatam dicit domino Christo vocem à magnifica
2. Petri.1. potestate, Tu es filius meus dilectus, in quo bene complacui; hãc vocem,inquit, nos
Matt.17. de cœlo audiuimus delatam, cum essemus cum illo in monte sancto. Sed quia nos non
ibi fuimus, & istam vocem de cœlo tunc non audiuimus,ait ad nos ipse Petrus, Et ha-

bemus certiorẽm Propheticum sermonem: præuidẽs enim dominus Iesus Christus im
pios quosdam futuros,qui miraculis eius calumniarentur,magicis artibus ea tribuen-
do,Prophetas antè præmisit: nunquid. n. si magus erat,& magicis artibus fecit vt colere
tur & mortuus,magus erat antequam natus? Prophetas audi,ô homo mortue, & verme
scendo columnioſe: Prophetas audi,lege: audi quia ante dominum venerũt. Habemus,
60 inquit Apostolus Petrus,certiorem Propheticum sermonem,cui benefacitis attenden-
B tes,sicut lucernæ obscuro loco,donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus ve-
stris. Quando ergo dominus Iesus Christus venerit,& sicut dicit etiam Apostolus Pau-
lus,illuminauerit occulta tenebrarum,& manifestauerit cogitationes cordis,vt laus sit
vnicuiq; à deo,tunc præsenti tali die lucernæ non erunt necessariæ. Non legetur nobis
Propheta,non aperietur codex Apostoli,non requiretur testimonium Ioannis, nõ ipso
indigebimus Euangelio: ergo omnes scripturæ tollentur de medio, quæ nobis in huius
seculi nocte tanquà lucernæ accẽdebantur,ne in tenebris remaneremus. Istis omnibus
sublatis,ne quasi nobis luceant indigentibus,& ipsis hominibus dei per quos hæc mi-
nistrata sunt,nobiscũ lumen illud verum clarumq; videntibus,remotis ergo his adiu-
mentis quid videbimus? Vnde pascetur mens nostra? Vnde obtutus ille lętabitur? Vnde Esai.64.
erit illud gaudium,quod nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascẽdit? 1.Cor.2.
Quid videbimus? Obsecro vos,amate mecũ,currite credendo mecum, patriam super-
60 nam desideremus, supernæ patriæ suspiremus,peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid
C tunc videbimus? dicat nunc Euangelium, In principio erat verbum, & verbũ erat apud Ioan.1.
deũ,& deus erat verbũ. Vnde tibi ros insperſus est,ad fontem venies,vnde radius p obli
qua & per anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est, nudus ipsam lucem videbis,
cui videndæ ferendæq; mundaris. Dilectissimi,quod & hesterno die commemoraui Io- 1.Ioan.3.
annes ipse dicit,Filii dei sumus,& nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum ap-
paruerit,similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Sentio vestros affectus Sapien.9.
attolli mecum in superna,sed corpus quod corrumpitur,aggrauat animam,& deprimit
terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Depositurus sum & ego codicem istum,
discessuri estis & vos quisq; ad sua. Bene nobis fuit in luce cõmuni, bene gauisi sumus,
bene exultauimus: sed cum ab inuicem recedimus, ab illo non recedamus.

Ab eo quod dictum est, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquã
vsq; ad id quod dictum est, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso:
& testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater. Tractatus. XXXVI.

60 IN quatuor Euangeliis, vel potius quatuor libris vnius Euangelii sanctus Ioannis
D Apostolus, non immerito secundum intelligentiam spiritalem aquilæ comparatus,
altius multoq; sublimius aliis tribus erexit prędicationem suam,& in eius erectione etiã
corda nostra erigi voluit: nam cæteri tres Euangelistæ tãquam cum homine domino in
terra ambulant,de diuinitate eius pauca dixerunt: istum autem quasi piguerit in terra
ambulare,sicut ipso exordio sui sermonis intonuit,erexit se,non solum super terram,&
super omnem ambitum aeris & cœli,sed super omnem etiam exercitum angelorũ, om-
nemq; constitutionem inuisibilium potestatũ, & peruenit ad eum per quem facta sunt
omnia: dicendo: In principio erat verbum,& verbum erat apud deum,& deus erat ver- Ioan.1.
bum,Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum
est nihil. Huic tantæ sublimitati principii etiam cætera congrua prædicauit, & de domi-
ni diuinitate quomodo nullus alius est locutus,hoc ructabat quod biberat. Non enim
sine causa de illo in isto ipso Euangelio narratur, quia & in conuiuio super pectus do-
mini discumbebat. De illo ergo pectore in secreto biberat: sed quod in secreto bibit, in
60 manifesto eructauit, vt perueniat ad omnes gentes,non solum incarnatio filii dei,pas- Ioan.13.
E sio,& resurrectio,sed etiam quod erat ante incarnationem,vnicus patri,verbum patris,
coæternus generanti,æqualis ei à quo missus est,sed in ipsa missione minor factus,quo
maior esset pater. Quicquid ergo humiliter positum auditis de domino Iesu Christo,su
sceptæ carnis dispensationem cogitate,qualis factus est propter nos, non qualis erat vt
faceret nos: quicquid autem sublime & supra omnes creaturas excelsum atq; diuinum,
& patri æquale atq; coæternum de illo audieritis in Euangelio poni vel legeritis,scitote
Vos hoc legere quod ad formam dei pertinet: non quod ad formam serui: quia si istam

Universidad de Deusto
Biblioteca

regulam tenueritis qui capere poteſtis: non autē omnes capere poteſtis, ſed omnes credere debetis: ſi ergo hanc regulam tenueritis, aduerſus calumnias tenebrarum hæreticarum, tanquam in lumine ambulantes ſecuri pugnabitis. Non enim defuerunt qui ſola Euangelica teſtimonia legendo ſectarentur, quæ de humilitate Chriſti poſita ſunt, & aduerſus ea teſtimonia, quæ de diuinitate eius locuta ſunt, ſurdi fuerunt: ideo ſurdi vt male verboſi. Item quidam illa ſola attendentes, quæ de domini ſublimitate dicta ſunt, etiam ipſi miſericordiam eius, qua homo factus eſt propter nos, & ſi legerunt non crediderunt, & ab hominibus inducta atq; falſa eſſe putauerunt, contendentes deum tantummodo fuiſſe dominū noſtrū Ieſum Chriſtum, non etiam hominem: alii ſic, alii ſic, vtriq; in errore. Catholica aūt fides ex vtroq; verū tenens quod tenet, & prædicās quod credit, & deū Chriſtū intellexit, & hominem credidit: vtrunq; enim ſcriptū eſt, & vtrunq; verū eſt. Si deū tantū dixeris Chriſtū, medicinam negas qua ſanatus es: ſi hominē tantum dixeris Chriſtum, potentiam negas qua creatus es. Vtrunq; igitur tene anima fidelis & cor catholicum: vtrunq; crede vtrunq; fideliter confitere: & deus Chriſtus eſt, & homo Chriſtus. Qualis deus Chriſtus? æqualis patri, vnum cum patre. Qualis homo Chriſtus? De virgine natus, trahens de homine mortalitatem, non trahens iniquitatem. Iſti ergo Iudæi videbant hominem, nec intelligebant, nec credebant deum, atq; inter cætera audiſtis iam quemadmodum ei dixerunt, Tu de teipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuum non eſt verum: audiſtis etiam quid ille reſponderit, cum heſterno die lectum eſſet, & pro noſtris viribus diſputatum. Hodie verba eius hæc lecta ſunt. Vos ſecundum carnem iudicatis.) Ideo, inquit, mihi dicitis, Tu de te teſtimonium dicis, teſtimonium tuum non eſt verum, quia ſecundum carnem iudicatis, quia deum non intelligitis, & hominem videtis, & hominem perſequendo deum latentem offenditis, ergo ſecundum carnem iudicatis. Ideo vobis arrogans videor, quia ego de me teſtimonium perhibeo: omnis enim homo quando de ſe vult perhibere teſtimonium laudabile, arrogans & ſuperbus videtur: ideo ſcriptum eſt, Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui: ſed hoc homini dictum eſt: infirmi enim ſumus, & apud infirmos loquimur, verum dicere & mentiri poſſumus, & ſi verum dicere debemus, & mentiri tamen poſſumus cum volumus. Lux mentiri non poteſt, abſit vt in lucis diuinæ ſplendore tenebræ mendacii reperiantur. Loquebatur ille tanquam lux, loquebatur tāquam veritas, ſed lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt: ideo ſecundum carnem iudicabant. Vos, inquit, ſecundum carnem iudicatis. Ego non iudico quenquam.) Non ergo iudicat quenquam dominus Ieſus Chriſtus? Nonne ipſe eſt quem confitemur reſurrexiſſe tertia die, aſcendiſſe in cœlum, ibi ſedere ad dexteram patris, inde eſſe venturum ad iudicandos viuos & mortuos? Nonne ipſa eſt fides noſtra, de qua dicit Apoſtolus, Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem? Ergo quando iſta confitemur, contra dominum loquimur? Nos dicimus venturum iudicem viuorum & mortuorum: ipſe autem dicit, Ego non iudico quenquam [Quæſtio iſta duobus modis ſolui poteſt, vt aut hoc intelligamus, non iudico quenquam: id eſt modo, ſicut dicit alio loco, Ego non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluum faciam mundum: non iudicium ſuum negando, ſed differendo. Aut certe quia dixerat, Vos ſecundum carnem iudicatis, ita ſubiunxit, Ego non iudico quenquam: vt ſubaudias, ſecundum carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quam tenemus & annunciamus de iudice Chriſto, ſcrupulus dubitationis in corde remaneat. Venit Chriſtus, ſed primo ſaluare, poſtea iudicare, eos iudicando in pœnam qui ſaluari noluerunt, eos perducendo ad vitam, qui credendo ſalutem non reſpuerunt. Prima ergo diſpenſatio domini noſtri Ieſu Chriſti medicinalis eſt, non iudicialis: nam ſi primo veniſſet iudicaturus neminem inueniſſet cui præmia iuſtitiæ redderet. Quia ergo vidit omnes peccatores, & omnino neminem eſſe immunem a morte peccati: prius erat eius miſericordia præroganda, & poſt exerendum iudicium quia de illo cantauerat pſalmus, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Non enim iudicium ait & miſericordiam, nam ſi primo eſſet iudicium, nulla eſſet miſericordia: ſed primo miſericordia, poſtea iudicium. Quæ eſt primo miſericordia? Creator hominis, homo eſſe dignatus eſt, factus eſt quod fecerat, ne periret quem fecerat. Quid huic miſericordiæ addi poteſt? Et tamen addidit, Parum fuit ei hominem fieri,

Prou. 27.

Rom. 10.

Ioan. 3.

Pſal. 100.

ſed voluit etiam ab hominibus reprobari: parū fuit reprobari, & exhonorari: parū erat exhonorari & occidi: ſed & hoc parum eſt, morte crucis. Nam & cū eius obedientiam vſque ad mortem factam commendaret Apoſtolus, parum illi fuit dicere, factus obediens vſq; ad mortem: non.n. qualemcunq;, ſe addidit: mortē aūt crucis. Illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortiū. Deniq; vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocatur, à cruce nominatus: pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignū pedibus manibusq; confixi, producta morte necabantur: non enim crucifigi hoc erat occidi, ſed diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, ſed quia mors ipſa protēdebatur, ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis, parum dicimus: crucifigi dignatus eſt, vſq; ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & peſsimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortem. De morte peſsima occidit omnē mortem: peſsima.n. erat non intelligentibus Iudæis, nam à domino electa erat: ipſam.n. crucem ſuam ſignū habiturus erat, ipſam crucem de diabolo ſuperato tanquam trophæū in frontibus fidelium poſiturus, vt diceret Apoſtolus, Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Nihil erat tunc in carne intolerabilius, nihil eſt nunc in fronte glorioſius. Quid ſeruat fideli ſuo, qui talē honorem dedit ſupplicio ſuo? Deniq; modo in pœnis reorū non eſt apud Romanos, vbi enim domini crux honorata eſt, putatum eſt quod & reus honoraretur ſi crucifigeretur. Qui ergo ideo venit, neminem iudicauit & mala paſſus eſt: pertulit iniuſtum iudicium, vt ageret iuſtum: ſed in eo quod pertulit iniuſtū, miſericordiæ fuit. Deniq; ita humilis factus eſt vt perueniret ad crucem, diſtulit quidem potentiam, ſed publicauit miſericordiam. Vnde diſtulit potentiam: Quia de cruce noluit deſcendere, q potuit de ſepulchro reſurgere. Vnde publicauit miſericordiam? quia pendens in cruce dixit, Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Siue ergo propter hoc, quia non venerat iudicare mundū, ſed ſaluare mūdū dixit, Ego nō iudico quenquam: ſiue quemadmodū cōmemorati, qm̄ dixerat, Vos ſecundū carnem iudicatis: addidit, Ego non iudico quenquā: vt intelligamus Chriſtum non ſecundum carnem iudicare, ſicut ab hominibus iudicatus eſt: nā vt agnoſcatis iam & iudicem Chriſtum, audite quod ſequitur, Et ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt.) Ecce habes & iudicem, ſed agnoſce ſaluatorem, ne ſentias iudicem. Quare autem dixit iudicium ſuum verum eſſe? Quia ſolus, inquit, non ſum, ſed ego & qui miſit me pater.) Dixi vobis fratres, quia Ioan. iſte Euangeliſta ſanctus multum alte volat: vix eſt eum mente comprehendere. Myſterium autem altius volantis opus eſt vt commemorem charitati veſtræ. Et apud Ezechielem Propheram, & in Apocalypſi ipſius Ioan. cuius eſt hoc Euangeliū, commemoratur animal quadrupes, habens quatuor perſonas, hominis, vituli, leonis, aquilę. Qui ante nos ſcripturarum ſanctarum myſteria tractauerunt, pleriq; in hoc animali, vel potius in his animalibus quatuor Euangeliſtas in telle exerunt. Leonem pro rege poſitum, quoniam videtur leo rex eſſe quodammodo beſtiarum, propter potentiam & terribilem fortitudinē. Hæc perſona tributa eſt Matthæo, quia in generationibus domini regum ſerie pro ſecutus eſt, quemadmodum eſſet dominus per ſtirpem regiam de ſemine Dauid regis. Lucas autem quoniam cœpit à ſacerdotio Zachariæ ſacerdotis, faciens mentionem patris Ioan. Bap. vitulo deputatus eſt, quia magna victima vitulus erat in ſacrificiis ſacerdotum. Marco homo Chriſtus merito aſſignatus eſt, quia neq; de regia poteſtate aliquid dixit, neq; de ſacerdotali cœpit, ſed tanū ab homine Chriſto exorſus eſt. Hi omnes propè de terrenis, id eſt, de iis quæ in terra geſsit dominus noſter Ieſus Chriſtus: non receſſerunt: de diuinitate eius per pauca locuti ſunt tanquam in terra cum illo ambulantes. Reſtat aquila, ipſe eſt Ioannes, ſublimiū prædicator, & lucis internæ atque æternæ fixis oculis contemplator: dicuntur.n. & pulli aquilarum à parentibus ſic probari, patris. ſ. vngue ſuſpendi, & radiis ſolis opponi, qui firme contemplatus fuerit, filius agnoſcitur: ſi acie palpitauerit, tanquam adulterinus ab vngue dimittitur. Iam ergo videte quām ſublimia loqui debuit, qui eſt aquilæ comparatus, & tamen etiam nos humi repentes, infirmi & vix vllius momenti inter homines, audemus tractare iſta, & iſta exponere, & putamus nos aut capere poſſe cum cogitamus, aut capi dum dicimus. Quare iſta dixi? forte enim poſt hæc verba quiſquam mihi iuſte dicat, Pone ergo codicem: quod excedit menſuram tuam, quid ſumis in manum tuam? quid ei commitis linguam tuam? ad hoc reſpondeo, Multi hæretici abundant, &

Philip. 2.

Galat. 6.

Luc. 23.

Ezec. 1.

Apoca. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hoc eos deus abundare permisit, ne semper lacte nutriamur, & in bruta infantia remaneamus. Quia enim non intellexerunt quomodo commendaretur diuinitas Christi, sapuerunt sicut voluerunt. Non autem recte sapiendo, fidelibus catholicis quæstiones molestissimas intulerunt: cœperunt exagitare & fluctuare corda fidelium. Iam tunc necessitas facta est spiritalibus viris, qui aliquid secundum diuinitatem domini nostri Iesu Christi, non solum legerant in Euangelio, sed etiam intellexerant, vt contra arma diaboli Christi arma proferrent, & de Christi diuinitate aduersus falsos fallacesq; doctores, quantis possent viribus, apertissima conflictatione pugnarent, ne cum ipsi tacerent, alii perirent. Quicunq; enim senserunt dominum nostrum Iesum Christum, aut diuersæ substantiæ esse quàm pater est, aut tantũ esse Christum solum vt ipse sit pater, ipse sit filius, ipse sit spiritussanctus: quicunq; etiam sentire voluerunt hominem fuisse solũ, non deum factum hominem, aut ita deum vt in sua diuinitate mutabilem, aut ita deum vt non & hominẽ, à fide naufragauerunt, & de portu Ecclesiæ proiecti sunt, ne inquietudine sua naues secum positas frangerent. Quæ res coegit, vt etiam nos minimi, & quantũ ad nos pertinet prorsus indigni, quantum autem ad illius misericordiam, in aliquo dispensatorum eius numero constituti, non vobis taceamus, quod aut intelligatis, mecũq; gaudeatis, aut si intelligere nondum valetis, credendo securi in potu maneatis. Dicam ergo, capiat qui potest, credat qui non potest. Tamen dicam quod ait dominus, Vos secũdum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam: aut modo, aut, secũdum carnem: sed & si ego iudico, iudicium meum verum est: Quare iudicium meum verum est? Quia solus non sum, inquit, sed ego & qui misit me pater. Quid ergo domine Iesu? Si solus esses, falsum esset iudicium tuum, & ideo verum iudicas, quia solus non es, sed tu & qui te misit pater, Quid respondeat, Verum est, inquit, iudicium meum. Quare? quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater mecum est. Si tecum est, quomodo te misit? Et te misit, & tecum est, itáne & missus non recessisti, itáne & ad nos venisti, & ibi mansisti? Quomodo istud creditur? quomodo capitur? ad hæc duo respondeo. Quomodo capitur, recte dicis: quomodo creditur, non recte dicis. Imò ideo bene creditur, quia non cito capitur: nam si cito caperetur, non opus erat vt crederetur, quia videretur ideo credis, quia non capis, sed credendo fis idoneus vt capias. Nam si non credis, nunquam capies, quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mundat te, vt intellectus impleat te. Verum est, inquit, iudicium meum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Ergo domine deus noster Iesu Christe, missio tua incarnatio tua est: sic video, sic intelligo: postremo sic credo, nec arrogantiæ sit dicere, sic intelligo. Prorsus & hic est dominus noster Iesus Christus, imò hic erat secundum carnem, modo hic est secundũ diuinitatem, & cum patre erat & à patre non recesserat. Quòd ergo dicitur missus venisse ad nos, incarnatio ipsius commendatur, quia pater non est incarnatus. Nam Sabelliani dicti sunt quidam hæretici, qui vocantur & Patripassiani, qui dicunt ipsum patrem passum fuisse, noli tu catholice: si enim fueris Patripassianus, non eris sanus. Ergo intelligе missionẽ filii nominatã incarnationẽ filii: patrem aũt incarnatũ esse nõ credas, sed &à filio incarnato patrẽ recessisse nõ credas. Ille carnẽ portabat, ille ãt cũ filio erat. Sum cœlo pater, in terra filius: qũo pater cũ filio erat? qa & pater & filius vbiq; erãt: non. n. in cœlo sic est deus, vt non sit in terra. Audi illum qui volebat fugere iudicũ dei, & non inueniebat quò, Quò ibo, inquit, à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? si ascendero in cœlum, tu ibi es. De terra erat quæstio: audi quod sequitur, si descendero ad infernum, ades. Si ergo & in inferno dicitur quod adsit, quid rerum remanet vbi non sit? vox enim dei est apud Prophetam, Cœlum & terram ego impleo. Vbiq; ergo est qui nullo claditur loco: noli ab illo auerti, & tecum est. Si vis ad eum peruenire, noli piger esse amare: non enim pedibus, sed affectibus curris, vno loco manens venis, si credis & diligis: ergo vbiq; est. Si vbiq; est, quomodo cum filio non est? Itáne cum filio non est, qui si credis & tecum est? Vnde ergo verum est iudicium eius, nisi quia verus est filius? Hoc enim dixit, Et si iudico, verum est iudicium meum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: tanquam diceret, Verum est iudicium meum, quia filius dei sum: vnde probas quia filius dei es? quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Erubesce Sabelliane, audis filiũ, audis patrem. Pater, pater est: filius, filius est: nõ dixit, Ego sum pater, & ego ipse sum filius: sed solus non sum, inquit. Quare solus non es? quia mecũ est pater. Ego sum

Psal. 138.

Hier. 23.

& q misit mẽ pater: audis, ego sum, & qui me misit. Ne perdas personam, distingue personas, distingue intelligentiam, noli separare perfidia, ne iterũ quasi fugiens Charybdim, in Scyllam incurras: vorabat. n. te gurges impietatis Sabellianorũ, vt diceres ipsum esse patrem qui est filius, modo didicisti, solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Agnoscis quia pater, pater est; & filius, filius est. Benè agnoscis: sed noli dicere, pater maior est, filius minor est: noli dicere, pater aurũ est, filius argentũ est. Vna substantia est, vna diuinitas, vna cœternitas, perfecta æqualitas, dissimilitudo nulla. Nam si tantũmodo alterũ credideris esse Christũ, non eum qui pater est, & in aliquo tamen distantem secundum naturam esse putaueris, à Charybdi quidem euasisti, sed in Scyllæis scopulis naufragasti. In medio nauiga, vtrunq; periculosum latus euita. Pater, pater est: filius, filius est. Iã dicis ptaer pater est, filius filius est: bene periculũ absorbentis gurgitis euasisti, quid vis ire in alteram partem, vt dicas, Aliud est pater, filius aliud? Alius est recte dicis, aliud non recte: alius. n. est filius, qa non est ipse qui pater, & alius pater quia nõ est ipse qui filius: non tamen aliud, sed hoc ipsum est & pater & filius. Quid est, hoc ipsum est? Vnus deus est. Audisti quia non sum solus, sed ego & qui misit me pater: audi quomodo credas patrem & filium, audi ipsum filium, Ego & pater vnũ sumus: non dixit, pater ego sum, aut ego & pater vnum est: sed cum dicit, Ego & pater vnum sumus, vtrunq; audi, & vnũ & sumus, & à Charybdi & à Scylla liberaberis. In duobus istis verbis, quòd dixit, vnum, liberat te ab Arrio: quòd dixit, sumus, liberat te à Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum: si sumus, ergo & pater & filius: sumus. n. non diceret de vno, sed vnum non diceret de diuersis: ergo ideo verum est, inquit, iudicium meũ, breuiter vt audias quia, filius dei sum: sed sic tibi persuadeo, inquit, quia filius dei sum, vt intelligas quia mecum est pater, non sic sum filius vt ipsum deseruerim, non ita hic sum, vt cum ipso non sim: non ita ibi ille est, vt mecum non sit. Formam serui accepi, sed formam dei non amisi. Solus ergo, inqt, non sum sed ego & qui misit me pater. Dixerat de iudicio, de testimonio vult dicere. In lege, inquit, vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater.) Exposuit illis & legem si ingrati non essent. Magna. n. quæstio est fratres mei, & valde mihi videtur in mysterio res esse constituta: vbi deus dixit, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Veritas quæritur per duos testes? Ita planè, sic se habet humani generis consuetudo: sed tamen fieri potest vt & duo mentiantur. Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur: nunquid quia duo erant, ideo falsi testes nõ erãt? De duobus dicimus aut de tribus, vniuersus populus mentitus est contra Christum. Si ergo populus constans ex magna hominum multitudine, falsus testis inuentus est, quomodo accipiendum est, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum, nisi qa hoc modo per mysterium trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis? Vis habere bonam causam? habeto duos vel tres testes, patrem & filium & spiritumsanctum. Deniq; quando Susanna casta fœmina, fidelisq; coniux, duobus falsis testibus vrgebatur, trinitas illi conscientia atq; in occulto suffragabatur, illa trinitas de occulto vnum testem Danielem excitauit, & duos conuicit. Ergo quia in lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium verum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiatis iudicium. Ego enim inquit, non iudico quenquam, sed testimonium perhibeo de me: differo iudicium, non differo testimonium. Eligamus nobis fratres contra linguas hominum, contra infirmas suspitiones generis humani deum iudicem, deũ testem: non enim dedignatur testis esse qui iudex est, aut promouetur cum sit iudex, quoniam qui testis est, ipse iudex erit. Quare ipse testis? quia non quærit alium vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? quia ipse habet potestatem mortificandi & viuificandi, damnandi & absoluendi, in gehennam præcipitandi, & in cœlos leuandi, diabolo coniungendi & cum angelis coronandi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatem, iudex est: quia vero vt te cognoscat non quærit alium testem, qui tunc iudicabit te, modo videte. Non est vnde illum fallas, cum cœperit iudicare: non enim adhibes tibi aliquos falsos testes, qui iudicem illum possent circumuenire. Quando cœperit te iudicare deus, hoc tibi dicet. Quando contemnebas, ego videbam: & quando non credebas, sententiã meam non frustrabam: differebã, non auferebã: noluisti audire quod præcepi, senties qd prædixi: si autem audias quæ præcepi, non mala senties quæ prędixi, sed bona percipies

Ioan. 10.

Phil. 2.

Deu. 19.

Dani. 13.

Matt. 26.

quæ promisi. ne aliquem sanè moueat qd ait, Verum est iudicium meum, quia solus nō
Ioan 5. sum, sed ego & qui misit me pater: cum alibi dixerit, Pater non iudicat quenquam, sed
omne iudicium dedit filio. Iam in eisdem verbis Euangelii disputauimus, & nunc admo-
nemus non hoc ideo dictum, quia pater non erit cum filio iudicante, sed quoniam bo-
nis & malis in iudicio solus filius apparebit in ea forma, in qua passus est, & resurrexit, &
Actor. 1. ascendit in cœlū: discipulis quippe tūc aspicientibus ascendentem, vox angelica sonuit.
Zach. 12. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlū, id est, in forma hominis: in qua
Ioan. 19. iudicatus est, iudicabit, vt etiam illud Propheticū impleatur, Viderūt in quem pupugerūt. Cum vero euntibus iustis in vitam æternam, videbimus eū, sicuti est, non erit illud
Apoca. 1. iudicium viuorum & mortuorum, sed præmium tantūmodo viuorū. Item, ne moueat
Deu. 19. quod ait, In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, &
ideo quisquam existimet non fuisse illam legem dei, quia non dictū est in lege dei: sciat
Mat. 6. ita dictum esse, in lege vestra, tanquam diceret, in lege quæ vobis est data, a quo nisi a
deo? Sicut dicimus, Panem nostrum quotidianum, & tamen dicimus, Da nobis hodie.

Ab eo quod dictum est, Dicebant ergo, Vbi est pater tuus? vsque ad id quod dictum est, Et nemo apprehendit eū, quia nondum venerat hora eius. Tractatus. XXXVII.

QVod in sancto Euangelio breuiter dicitur, non breuiter oportet exponi, vt quod auditur intelligatur. Verba enim pauca domini, sed magna sunt: non numero æstimanda, sed pondere: nec ideo contemnenda quia pauca, sed ideo quærenda quia magna. Quis affuistis hesterno die audistis: vt potuimus disputauimus ex eo quod ait dominus, Vos secundū carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Sed & si iudico ego, iudicium meum, verum est quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. In lege vestra scriptum est, quia duorū hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ex his verbis, hesterno, ut dixi, die redditus est sermo auribus & mentibus uestris. Hæc cum dominus, dixisset, illi qui audierant, uos secundum carnem iudicatis, manifestauerunt quod audierunt. Responderunt enim domino loquenti de deo patre suo & dixerunt, Vbi est pater tuus?) Patrem Christi carnaliter acceperunt, quia uerba Christi secundum carnem iudicauerunt. Erat autem qui loquebatur in aperto caro, in occulto uerbum: homo manifestus, deus occultus. Videbant indumentum: & contemnebant indutum contemnebant, quia nesciebant: nesciebant, quia non uidebant: non uidebant, quia cæci erant: cæci erant, quia non credebant. Videamus ergo, & ad hæc dominus quid responderit. Vbi est, inquiunt, pater tuus? audiuimus te dicere, Solus non sum, sed ego & qui me misit pater. Nos solum te uidemus, patrem tuum tecum non uidemus. quomodo te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut ostende nobis tecū esse patrē tuū. Et dominus:) Nū quid me uidetis, ut patrem ostendam uobis? Hoc enim sequitur, hoc suis uerbis ipse respondit, quorum uerborum expositionem nos ante præmisimus. Videte enim quid dixerit, Neque me scitis, neque patrem meum. si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis.) Dicitis ergo, ubi est pater tuus, quasi iam me sciatis, quasi totum hoc sim quod videtis. Ergo quia me non nostis, ideo vobis patrem meum non ostendo. Me quippe hominem putatis, ideo patrem meum hominem quæritis, quia secundum carnem iudicatis: Quia ergo secundum quod videtis aliud sum, & aliud secundum quod non videtis: patrem autem meum loquor occultus occultum, prius est vt me noueritis, tunc & patrē meum scietis: si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit, forsitan, non dubitat, sed increpat: attende enim quomodo increpatiue dicatur ipsum, forsitan, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed dubitationis verbum est quando dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur a deo verbum dubitationis, cum deum nihil vtique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent aliquando increpatiue dubitant, id est verbum, dubitationis pomunt, cum corde non dubitent: velut si indigneris seruo tuo: & dicas, Contemnis me? considera, forsitan dominus tuus sum: hinc & Apostolus ad quosdam contemptores
1. Cor. 7. suos loquens ait, Puto autem quòd & ego spiritum dei habeo. Qui dicit, puto, dubitare

videtur: sed ille increpabat, nō dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco increpās infidelitatem futuram generis humani: Cum venerit, inquit, filius hominis, putas inue- Luc. 18.
niet fidem in terra? Iam quantū existimo, intellexistis quomodo sit positum, forsitan, ne
quis verborū appensor & syllabarū examinator veluti Latine loqui sciens, reprehendat
62 verbum quod dixit dei verbū, & reprehendendo dei verbū, non eloquens, sed mutus re
B maneat. Quis n. loquitur sic quō loquitur verbū quod erat in principio apud deū? Noli
verba ista considerare, & ex his verbis assuetis illud verbum metiri velle quod deus est:
audis n. verbum & contemnis: audi deum & time. In principio erat verbum. Tu reuocas ad vsum sermocinationis tuæ, & dicis apud te, Quid est verbum? Quid magnum est
verbum? Sonat & transit: verberato aere aurem percutit, postea non erit. Audi adhuc:
verbum erat apud deū: manebat, non sonando transibat. Adhuc forte contemnis: Deus
erat verbum. Apud teipsum ô homo, cū est in corde tuo verbum, aliud est quam sonus:
sed verbum quod est apud te vt transeat ad me, sonum quasi vehiculū quærit, assumit
enim sonum, imponit se quodammodo in vehiculum, transcurrit aerem, venit ad me,
non recedit à te: sonus aūt vt veniret ad me, recessit à te, nec perstitit apud me, verbum
enim quod erat in corde tuo, nunquid sono prætereunte præterijt? Quod cogitabas di
62 xisti: sed vt ad me perueniret quod apud te latebat, syllabas sonuisti, sonus syllabarum
C perduxit ad aurē meam cogitationem tuam: per aurem meam descendit in cor meū cogitatio tua, sonus medius transuolauit: verbum vero illud quod assumpsit sonum, antequam sonares, erat apud te: quia sonuisti, est apud me, & non recessit à te. Hoc attende, quisquis examinator sonorum: verbum dei contemnis, quia verbum hominis non
comprehendis. Scit ergo omnia per quem facta sunt omnia, & tamen dubitando increpat: si me sciretis, forsitan patrem meum sciretis. Increpat infideles, nam talem sententiam dixit discipulis suis: sed ibi non est verbum dubitationis, quia non fuit causa increpandæ infidelitatis: nam quomodo dixit Iudæis: si me sciretis, forsitan & patrē meū
sciretis: dixit & discipulis suis, quando eum Philippus interrogauit, immo postulauit &
ait, Domine ostende nobis patrē, & sufficit nobis: quasi diceret & ipse, te iam nouimus, Ioan. 14.
apparuisti nobis, vidimus te, dignatus es eligere nos, secuti sumus te: mirabilia tua vidimus, verba salutis audiuimus, præcepta suscepimus, promissa speramus, multum no-
bis conferre præsentia tua ipse dignatus es: sed tamen cum te nouerimus, quia patrem
nondum nouimus, inflammamur desiderio illius videndi quē nōdum nouimus: ac per
62 hoc quia te nouimus, sed non nobis sufficit, donec & patrem nouerimus, ostende nobis
D patrem & sufficit nobis. Et dominus vt scirent non se nosse quod se putabant iam nosse: tanto tempore vobiscum sum, & me nescitis? Philippe qui me videt, videt & patrem
meum. Nunquid habet ista sententia verbum dubitationis? Nunquid dixit, qui me videt, forsitan videt & patrem. Quare? Quia fidelis audiebat, non fidei persecutor, ideo nō
erat dns increpator, sed doctor, Qui me videt, videt & patrē meū: & hic, si me sciretis, &
patrē meū sciretis. Tollamus verbū quo notata est infidelitas audientiū, & ipsa sententia est. Iam hesterno die cōmendauimus charitati vestræ, & diximus sententias Ioānis
Euangelistæ, quibus nobis narrat quod à domino didicit, nec discutiendas fuisse si fieri
posset, nisi hæreticorum cōmenta compellerent. Breuiter ergo hesterno die insinuauimus charitati vestræ esse hæreticos qui vocantur Patri passiani, vel à suo authore Sabel
liani, hi dicunt ipsum esse patrem qui est filius, nomina diuersa, vnam vero esse personā
cum vult pater est, inquiunt, cū vult filius, tamen vnus est. Iterum sunt alii hæretici q
vocantur Arriani: confitentur quidem vnicū patris filium dominūm nostrum Iesum
62 Christum, illum patrem filii, istum filium patris: eum qui pater est non esse filium: eum
E qui filius est, non esse patrem: confitentur generationem, sed negant æqualitatem. Nos, id est, catholica fides, veniens de doctrina Apostolorum, plantata in nobis, per seriē successionis accepta, sana ad posteros transmittenda, inter vtroſq;, id est, inter vtrunq; errorem tenuit veritatem. In errore Sabellianorū vnus est solus, ipse pater qui filius: in
errorē Arrianorum, alius est quidem pater, alius filius, sed ipse filius non solum alius,
sed etiam aliud est: tu in medio quid? Exclusisti Sabellianum, exclude & Arrianum: Pa Ioan. 10.
ter, pater est: filius, filiꝰ est: alius, nō aliud: Quia ego & pater, inqt, vnū sumus, sicut etiā
hæsterno die quantum potui commendaui. Cum audit, sumus, abscedat confusus Sabellianus: cum audit, vnum abscedat confusus Arrianus, Gubernet catholicus inter

vtrunq; fidei suæ nauigium, quoniam iam cauendum est in vtroq: naufragiū. Dic ergo
Ioan.10. tu quod dicit Euangelium: Ego & pater vnum sumus: non ergo diuersum, quia vnum:
non vnus, quia sumus. Pauloante dixit, Iudicium meum verum est, quia solus nō sum,
sed ego & qui misit me pater: tanquam diceret, ideo iudicium meum est verum, quia
filius dei sum, quia verum loquor, quia ipsa veritas ego sum. Isti carnaliter intelligen-
Ioan.14. tes dixerunt: Vbi est pater tuus? Modo audi Arriane, neq; me scitis, neq; patrem meū
sciretis: Quia est, si me sciretis, & forsitan & patrem meum sciretis. Quid est, si me scire-
tis, & patrem meum sciretis: nisi, ego & pater vnū sumus? Quando vides aliquem alicui
similem, intendat charitas vestra, quotidiana locutio est, non sit vobis arduū, quod esse
aduertitis vsitatum: quando ergo vides aliquem alicui similem, & nosti tu cui similis sit
admirans dicis: quomodo iste homo similis est illi homini? Hoc non diceres, nisi duo es-
sent. Hic ille qui eum ignorat, cui tu istum similem dicis, Itane, inquit, similis est? Et tu
ad eum, Quid enim? Tu illum non nosti? At ille: Non noui, inquit. Iam tu vt illum qué
nescit, ei notum facias, ex præsente quem cernit, respondes & dicis, Hunc vidisti, illum
vidisti: non vtique quia hoc dixisti, vnum esse asseueraſti, & duos negasti, sed propter si-
militudinem tale dedisti responsum: istum nosti & illum nosti, valde enim similis est, &
nihil distat omnino. Hinc & dominus: Si me, inquit, sciretis, & patrem meum sciretis, no
quia pater est filius, sed quia patri similis est filius. Erubescat Arrianus. Gratias domino
quia & ipse Arrianus recessit ab errore Sabelliano, & non est Patripassianus, non dicit
ipsum patrem indutum carne venisse ad homines, ipsum esse passum, ipsum resurrexis-
se, & quodammodo ad se ascendisse, hoc non dicit: agnoscit mecum patrem, patrem esse:
& filium, filium esse: sed ò frater, euasisti illud naufragium, quare tendis in alterum? Si
pater pater est, filius filius est, quare dicis dissimilem? quare diuersum? quare aliā sub-
Ioan.14. stantiam? Si dissimilis esset, nūquid diceret discipulis suis: Qui me videt, videt & patrē?
Nunquid diceret Iudæis: si me sciretis, & patrem meum sciretis? Vnde hoc verum esset,
Ioan.10. nisi & illud verum: Ego & pater vnum sumus. Hæc verba locutus est in Gazophylacio,
docens in templo.) Magna fiducia sine timore: non enim pateretur quod nollet, qui nec
nasceretur si nollet: deniq; quod sequitur: Et nemo apprehendit eum, quia nondum ve-
nerat hora eius.) Hoc item nonnulli cum audiunt, sub fato fuisse dominum Christū &
credunt, & dicunt: Ecce Christus habebat fatum. O si cor tuum non esset fatuum, non
crederes fatum: si fatum sicut nonnulli intellexerunt, à fando dictū est, id est, à loquen-
do, verbum dei quomodo habet fatum, quando in ipso verbo omnia sunt quæ condita
sunt? Non enim aliquid deus constituit, quod ante nesciuit: in verbo ipsius erat quod
factum est. Mundus factus est, & factus est & ibi erat: quomodo & factus est & ibi erat?
Quia domus quam ædificat structor, prius in arte erat: & ibi melius erat sine vetustate,
sine ruina: tamen vt ostendat artem, fabricat domum, & processit quodammodo domus
ex domo, & si domus ruat, ars manet: ita apud dei verbum erant omnia quæ condita
Psal.103. sunt, quia omnia in sapientia fecit deus, & cuncta nota fecit: non enim quia fecit didi-
cit, sed quia nouerat fecit. Nobis quia facta sunt, nota sunt: illi nisi nota essent, facta non
essent. Præcessit ergo verbum & quid ante verbum dei? Nihil omnino, nam si esset aliqd
ante, non dictum esset, In principio erat verbum: sed, in principio factum est verbum.
Gene.1. Deniq; de mundo quid ait Moyses? In principio fecit deus cœlum & terram: fecit quod
non erat: si ergo fecit quod non erat, ante quid erat? In principio erat verbum. Et vnde
cœlum & terra? Omnia per ipsum facta sunt: tu ergo positionis Christū sub fato. Vbi
sunt fata? In cœlo, inquis, in ordine & conuersionibus syderum: quomodo ergo fatum
habet, per quem factum est cœlum & sydera, cum tua voluntas, si recte sapias, tran-
scendat & sydera? An quia nosti Christi carnem fuisse sub cœlo, ideo putas & potesta-
tem Christi subditam cœlo? Audi stulte, nondum venerat hora eius: non qua cogere-
tur mori, sed qua dignaretur occidi: nouerat enim ipse quando deberet mori. Intendit
omnia quæ prædicta sunt de illo, & expectabat finiri omnia quæ prædicta sunt aī eius
passionem futura, vt cum impleta essent, tunc veniret passio dispositionis ordine, non
Psal.68. fatali necessitate. Deniq; audite vt probetis, inter cætera quæ de illo prophetata sunt,
scriptum est etiam hoc, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerant me ace-
to. Quomodo facta sint, in Euangelio nouimus, prius dederunt fel, accepit, gustauit &
despuit: postea in cruce pendens, vt omnia prædicta complerentur, ait, Sitio: acceperunt

spongiam aceto plenam, in arundine ligauerunt, & admonuerunt pendenti, accepit ille Ioan.19.
& ait, Perfectum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia quæ ante passionem
G2 meam fuerant prophetata: ergo adhuc quid hic facio? Deniq; posteaquam dixit, perfe-
K ctum est inclinato capite tradidit spiritum. Nunquid illi latrones iuxta confixi, quādo
voluerunt, expirauerunt? Tenebantur vinculis carnis, quia non erant creatores carnis,
clauis confixi diu cruciabantur, infirmitati non dominabantur. Dominus autem quan
do voluit, carnem in vtero virginali accepit, quando voluit ad homines processit, quan-
diu voluit inter homines vixit, quando voluit à carne discessit hoc est potestatis, non
necessitatis. Hanc ergo horam ille expectabat, non fatalem, sed opportunam & volun-
tariam, vt prius omnia complerentur, quæ ante passionem ipsius compleri oportebat:
nam quomodo sub fati necessitate positus erat, qui alio loco dixit, Potestatem habeo Ioan.10.
ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam? Nemo tollit eam à
me, sed ego ipse pono eam à me, & iterum sumo eam. Ostendit hanc potestatem, quan-
do eum Iudæi quærebant: quem quæritis, inquit? Et illi, Iesum: & ille, Ego sum: qua vo Ioan.18.
ce audita, redierunt retro, & ceciderunt. Dicit aliquis: si hæc in illo potestas erat, quare
G2 cum Iudæi insultarent pendenti & diceret, Si filius dei est, descendat de cruce: non de-
L scendit, vt eis suam potestatem descendendo monstraret? Quia patiētiam docebat, ideo Matt.27.
potentiam differebat: nisi n. quasi cōmotus ad eorū verba descenderet, victus conuitio
rum dolore putaretur. Prorsus non descendit, fixus permansit, quando voluit abscessu
rus: nam quid ei magnum fuit de cruce descendere, qui potuit de sepulcro resurgere? In
telligamus ergo nos quibus hoc ministratum est, potentiam domini nostri Iesu Christi Psal.49.
occultam tunc, manifestam futuram in iudicio: de quo dictum est, Deus manifestus ve-
niet? Quia venit occultus, veniet manifestus deus noster, hoc est Christus, & non sile-
bit: quid est, non silebit? Quia primo siluit: vbi siluit? quando iudicatus est, vt etiā hoc
impleretur, quod & Propheta prædixerat, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut Esaiæ. 53.
agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Si ergo pati nollet, non pa-
teretur: si non pateretur, sanguis ille non funderetur: si sanguis ille non funderetur,
mundus non redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati diuinitatis, & miserā-
tioni infirmitatis eius, & de occulta potentia quam Iudæi non nouerant, vnde illis mo-
G2 do dictum est, neq; me nostis, neq; patrem meum, & de carne susceptā quam Iudæi no-
M uerant, & eius patriam sciebant. Vnde illis alio loco dixit, Et me scitis, & vnde sim scitis: Ioan.7.
vtrunq; nouerimus in xp̄o, & vnde æqualis est patri, & vnde illo maior est pater. Illud
verbum est, illud caro, illud deus est, illud hō: sed vnus est Christus deus & homo.

Ab eo quod dictum est, Dixit ergo eis Iesus, Ego vado & quæretis me vsq; ad
id quod dictum est, Dixit eis Iesus, Principium qui & loquor
vobis. Tractatus. XXXVIII.

LEctio sancti Euangelii quæ præcessit hodiernam ita concluſa erat, quia Iocutus est
docens in gazophylacio dñs quæ voluit, & quæ audistis, & nemo apprehendit eum,
quia nōdum venerat hora eius. Hinc disputatum est dñico die, quod ipse donare digna
tus est. Intimauimus charitati vestræ quare dictū sit, Nondū venit hora eius: ne politū
Christū sub aliqua necessitate fatali vlla impietas auderet improbe suspicari: nondū. n.
venerat hora qua ex ordine suo secundū ea quæ prædicta sunt de illo, nō mori cogere-
G3 tur inuitus, sed occideretur paratus. Modo aūt de ipsa passione sua, quæ posita erat, nō
A in eius necessitate, sed potestate: Locutus est Iudæis dicens, Ego vado.) Christo. n. dño
mors profectio fuit illō, vnde venerat & vnde non discesserat. Ego, inquit, vado & quæ-
retis me:) nō desiderio sed odio: nā illum posteaquā abscesit ab oculis hominū inqui-
sierunt, & qui oderant, & qui amabant. Illi persequendo, illi habere cupiendo. In Psal-
mis ait ipse dominus per Prophetam: Periit fuga à me, & non est qui requirat animam Psal. 141.
meā: & iterū ait alio Psalmo: Confundantur & reuereantur requirentes animā meā: cul Psal. 39.
pauit q nō requirerent, dānauit requirentes: bonū est. n. quærere aiam Christi, sed quo
modo eā quæsierūt discipuli: & malū est quærere aiam xp̄i, sed quomodo eā Iudæi quę-
sierunt. Illi n. vt haberent, isti vt perderent: deniq; isti qa sic quærebant more malo, cor-
de peruerso, quid secutus adiunxit? Quæretis me, & ne putetis quia bene me quære-
tis, In peccato vestro moriemini.) Hoc est Christū male quærere, in peccato suo mo-
ri: hoc est, illum odisse per quem posset solum saluus esse. Cū. n. homines quorū spes in

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo est,non debeant mala reddere nec ꝓ malis,reddebant illi mala pro bonis. Prænunciauit ergo illis dñs,dixitq; sententiam præscius,ꝙ in suo peccato morerentur: deinde adiunxit;Quò ego vado, vos non potestis Venire.) Hoc & dñs discipulis suis alio loco dixit,nec tamen eis dixit,in peccato vestro moriemini. Quid autē dixit? Quod & istis: quò ego vado,vos non potestis venire: non abstulit spem,sed prædixit dilationē: quando enim hoc discipulis dominus loquebatur,tunc nō poterant venire quò ille ibat, sed postea venturi erant: isti autem nunquā,quibus præscius dixit, In peccato vestro moriemini: His auditis verbis,quomodo solent carnea cogitantes,& secundum carnē iudicantes,& totū carnaliter audientes atq; sapientes dixerunt,Nunquid interficiet semetipsum quia dixit,quò ego vado vos non potestis venire? Stulta verba & omnino insipientiæ plena. Quid enim? Non poterant illò venire quò ille perrexisset,si interficeret semetipsum: nunquid ipsi non erāt morituri? Quid est ergo: nunquid interficiet semetipsum,quia dixit,quò ego vado vos non potestis venire? Si de morte hominis diceret, quis homo non moritur? Ergo quò ego vado dixit, non cum itur ad mortem, sed quò ibat ipse post mortem. Illi itaq; non intelligentes,ista responderūt: & dñs ad eos qui terram sapiebant quid ait? Et dicebat eis, Vos de eorsum estis:) Ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis: quid est, terram manducatis? Terrenis pascimini, terrenis delectamini,terrenis inhiatis,sursum corda non habetis. Vos de deorsum estis: Ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis,ego non sum de hoc mundo.) Quomodo enim erat de mundo,per quem factus est mundus? Omnes de mundo post mundū,quia prius mundus,& sic homo de mundo. Prius autē Christus,deinde mundus: quomodo ante mundum Christus,ante Christum nihil? Quia in principio erat verbum, omnia per ipsum facta sunt: si ergo erat ille de supernis: de quibus supernis? de aere? Absit, ibi & aues volitant: de cœlo quod videmus? Et hoc absit,ibi & stellæ & sol & luna circumeunt: de angelis? ueq; hoc intelligatis: per illum & angeli facti sunt,per quem omnia facta sunt: de quibus ergo supernis Christus? Ab ipso patre,nihil illo deo superius, q verbum genuit æquale sibi,coæternum sibi vnigenitum,sine tempore, per quem conderet tempora: sic ergo accipe Christum de supernis, vt excedas cogitatione tua omne quod factum est,vniuersam omnino creaturam,omne corpus omnem conditum spiritū,omnem rem quoquomodo mutabilem. Totum excede,sicut excesit Ioannes,vt contingeret,In principio erat verbum,& verbum erat apud deū,& deus erat verbū. Ego ergo,inquit,de supernis sum,vos de hoc mundo estis,ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis,quia moriemini in peccatis vestris.) Exposuit nobis fratres quid intelligi voluerit: vos de hoc mundo estis: [Ideo quippe dixit,Vos de hoc mundo estis:] quia peccatores erant,quia iniqui erant,quia infideles erant,quia terrena sapiebant: nam quid vobis videtur de sanctis Apostolis? Quantum intererat inter Iudæos & Apostolos? quantū inter tenebras & lucem,quantum inter fidem & infidelitatem,quantū inter pietatem & impietatem,quantum inter spem & desperationem,quantum inter charitatem & cupiditatem: multum ergo intererat. Quid ergo quia tantum intererat,Apostoli de mundo nō erant? Si cogites quomodo nati sint,& vnde venerint,quia omnes ex Adam venerāt, de hoc mundo erant: sed quid eis ait ipse dominus? Ego vos de hoc mundo elegi. Qui ergo de mundo erant,facti sunt non de mundo,& pertinere cœperunt ad eum per quē factus est mundus. Isti aūt remanserunt esse de mundo,quibus dictum est: moriemini in peccatis vestris. Nemo ergo dicat fratres,de hoc mundo non sum: quisquis es homo, de hoc mundo es: sed venit ad te qui fecit mundum,& liberauit te de hoc mundo: si delectat te mundus,semper vis esse immundus: si autem iam non te delectat hic mundus,iam tu es mundus: veruntamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habitet in te qui mundat,& eris mundus: si autem fueris mundus,non manebis in mundo, nec audies quod audierunt Iudæi: moriemini in peccatis vestris. Omnes enim cum peccato nati sumus,omnes viuendo ad id quod nati eramus,addidimus, magisq; de mundo facti sumus,quàm tunc quando de parentibus nostris nati sumus. Et vbi essemus, si ille non veniret,qui non habebat omnino peccatum,vt solueret omne peccatum? In quem Iudæi quia non credebant,merito audierunt,moriemini in peccatis vestris. Quia non habere peccatum nullo modo potuistis,qui cum peccato nati estis: sed tamen si in me, inquit,crediderit is, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri non

Ioan. 13.

Ioan. x.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

estis. Tota ergo infœlicitas Iudeorum ipsa erat,non peccatū habere,sed in peccatis mori. Hoc est quod debet fugere omnis Christianus. Propter hoc ad baptismum curritur, propter hoc qui ægritudine vel aliunde periclitantur, sibi desiderant subueniri, propter hoc etiam surgens paruulus à matre piis manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine baptismo exeat, & in peccato quo natus est moriatur. Infœlicissima conditio, misera sors istorum, qui de ore veridico audierunt, in peccatis vestris moriemini. Vnde tamen hoc eis cōtingat, exponit: Si enim non crediderit is quia ego sum, moriemini in peccatis vestris.) Credo fratres in illa multitudine, quæ dominum audiebat, & eos fuisse qui crediturі erant, quasi autem in omnes processerat seueriſsima illa sententia, in peccato vestro moriemini: ac per hoc & illis qui crediturі erant, spes erat ablata. Illi sæuiebant, illi timebant: immo non timebant, sed etiam desperabant. Reuocauit eos in spem: adiunxit enim si non crediderit is quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Ergo si crediderit is quia ego sum, non moriemini in peccatis vestris. Reddita est spes desperantibus excitatio facta est dormientibus cordibus euigilauerunt inde plurimi, crediderūt, sicut Euāgelii ipsius consequentia testatur. Erant enim illic membra Christi, quæ nondum adhæserant corpori Christi: & in illo populo à quo crucifixus est, à quo in ligno suspensus est, à quo pendens irrisus est, à quo lācea vulneratus est, à quo felle & aceto potatus est, erant membra Christi pro quibus dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid autē conuerso non ignoscitur, si fusus Christi sanguis agnoscitur? Quis homicida desperet, si in spem redditus est à quo etiam Christus occisus est? Crediderunt inde multi, donatus est eis sanguis Christi, vt magis eum biberent quo liberarentur, quàm rei de illo effuso tenerentur. Quis desperet, si in cruce latro saluatus est? ante paululum homicida, post paululum accusatus, conuictus, damnatus, suspensus, liberatus: noli mirari, vbi cōuictus ibi damnatus, sed ibi liberatus vbi mutatus. In hoc ergo populo cui dominus loquebatur, erant qui in peccato suo fuerant morituri, erant etiā q; in ipsum qui loquebatur fuerant crediturі, & ab omni peccato liberandi: tamen hoc attende quod ait dominus Christus: Si non crediderit is quia ego sum, moriemini in peccatis vestris qd est, si non crediderit is qa ego sum? Ego sum, quid? Nihil addidit, & quia nihil addidit, multum est quod cōmendauit: expectabatur. n. vt diceret quid esset, nec tamen dixit: quid expectabatur vt diceret? Forte, nisi crediderit is quia ego sum xps, nisi crediderit is quia ego sum dei filius, nisi crediderit is quia ego sum verbum patris, nisi crediderit is qa ego sum conditor mundi, nisi crediderit is quia ego sum hominis formator & reformator, creator & recreator, factor & refactor, nisi hoc crediderit is quia ego sum, moriemini in peccatis vestris: multū est quod ait ipse ego sum: qa sic dixerat dñs Moysi: Ego sum qui sum. Quis digne eloquatur, quid sit, sum? Mittebat deus p angelū suum, seruum suum Moysen ad liberandū ex Aegypto populū suum. Legistis quod audistis & nostis, cōmoro tamen, mittebat trementē, excusantē, sed obedientem. Cū ergo excusaret ait deo, quē loqui in angelo intelligebat: si dixerit mihi populus, & quis est deus qui misit te, quid dicam eis? Et dominus ad eum, Ego sum qui sum: & repetiuit, Dices filiis Israel: qui est, misit me ad vos: non ait ibi, ego sum deus: aut, ego sum mundi fabricator: aut, ego sum omniū rerum creator; aut, ego sum ipsius populi liberandi propagator: sed hoc tantum, ego sum qui sum: & dices filiis Israel, qui est: nō addidit, qui est deus vester, qui est deus patrū vestrorū: sed tantū hoc dixit, qui est misit me ad vos. Forte multū erat & ad ipsum Moysen, sicut multum est & ad nos, & multo magis ad nos intelligere quid dictū sit, ego sum qui sum, & qui est, misit me ad vos. Et si forte caperet Moyses, illi ad quos mittebatur quando caperent? Distulit ergo dominus quod capere homo non posset, & addidit quod capere posset: adiunxit. n. & ait: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Hoc potes capere: nam ego sum qui sum, quæ mens potest capere? Quid ergo nos? Audebimúsne aliquid dicere ex hoc quod dictum est, ego sum qui sum? Vel potius ex hoc quod dominum dicere audistis, nisi crediderit is quia ego sum, moriemini in peccatis vestris? Itáne his verbis meis tantillis & penè nullis audebo disputare, quid sit quod ait dominus Christus, nisi crediderit is quia ego sum? Audebo ipsum dominum interrogare, audite me interrogantē potius quam disputantē, magis q̄rentē q̄ præsumentē, potius discentē q̄ docentē, & certe in me vel per me etiā vos interrogate.

Exod. 3.

ꝙ aliis viribus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præstò est etiam ipse dominus & qui vbiq; est, audiat interrogandi affectum & intelligendi præstet effectum: nam & ego quibus verbis & si forte aliquid capio perducere possum quod capio ad corda vestra? quisnam sufficit sonus, quæ suppetit eloquentia, quæ vires intelligendi, quæ facultas proferendi? Dicam ergo domino nostro Iesu Christo, dicam, & audiet me: credo præsentem, omnino non dubito: ipse enim dixit, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. O domine deus noster, quid est quod aliquando nisi credideritis quia ego sum? Quid enim non est eorum quæ fecisti? nunquid cœlum non est? nunquid terra non est? nunquid non sunt ea quæ in terra & in cœlo sunt? nunquid homo ipse cui loqueris non est? nunquid angelus quem mittis non est? Si omnia sunt hæc quæ per te facta sunt, quid est quod tibi proprium quiddam tenuisti ipsum esse, quod aliis non dedisti, vt tu solus esse? Nam quomodo audio, ego sum qui sum: quasi alia non sint? Et quomodo audio, nisi credideritis quia ego sum? Illi non erant qui audiebant? Et si peccatores erant, homines erant: quid ergo facio? quid sit ipsum esse, dicat cordi, intus dicat, intus loquatur, homo interior audiat, mens capiat vere esse, est enim semper eodem modo esse. Res. n. quælibet) omnino quasi cœpi disputare, & destiti quærere, forte quod audiui volo loqui, auditui nemo det exultationem & vestro cum loquor) res enim quælibet prorsus qualicunq; excellentia si mutabilis est, non vere est: non enim est ibi verum esse, vbi est, & non esse: quicquid. n. mutari potest, mutatum non est quod erat: si non est quod erat, mors quædam ibi facta est: peremptum est aliquid ibi quod erat, & non est. Nigredo mortua est in capite albescentis senis, pulchritudo mortua est in corpore fessi & incurui senis, mortuæ sunt vires in corpore languentis, mortua est statio in corpore ambulantis, mortua est ambulatio in corpore stantis, mortua est ambulatio & statio in corpore iacentis, mortua est locutio in lingua tacentis. Quicquid mutatur & est quod non erat, video ibi quandam vitam in eo quod est, & mortem in eo quod fuit: deniq; de mortuo cum dicitur, vbi est homo ille? respondetur, fuit. O veritas quæ vere es: nam in omnibus actionibus & motibus nostris, & in omni prorsus agitatione creaturæ duo tempora inuenio, præteritum & futurum; præsens quæro, nihil stat: quod dixi iam non est quod dicturus sum, nondum est: quod vixi, iam non est: quod victurus sum, nondum est. Præteritum & futurum inuenio in omni motu rerum: in veritate quæ manet, præteritum & futurum non inuenio, sed solum præsens, & hoc incorruptibiliter, quod in creatura non est. Discute rerum mutationes, inuenies fuit & erit. cogita deum, inuenies est, vbi fuit & erit, esse non potsit. Vt ergo & tu sis, transcende tempus: sed quis transcendet viribus suis? Leuet illuc ille qui patri dixit: Volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. Hoc itaq; promittens ne moriamur in peccatis nostris, nihil aliud dominus Iesus Christus mihi videtur his verbis dixisse, nisi credideritis quia ego sum: prorsus nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse quàm hoc, nisi credideritis quia deus ego sum, moriemini in peccatis vestris. Bene, deo gratias, quia dixit, nisi credideritis: non dixit, nisi ceperitis: quis enim hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere, & nisi restis intellegere, aliquid de tanta ineffabilitate cepistis: si ergo non capis, fides te liberat: Ideo & dominus non ait, nisi ceperitis quia ego sum: sed quod poterant dixit, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Et illi semper terrena sapientes & semper secundum carnem audientes & respondentes: Quid ei dixerunt? Tu quis es?) Non enim cum dixisti, nisi credideritis quia ego sum, addidisti quid esses: quis es vt credamus? Et ille principium.) Ecce quod est esse principium, mutari non potest, principium in se manet & innouat omnia: principium est, cui dictum est, Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiēt. Principium ait, Qui & loquor vobis.) Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris; tanquam enim in eo quod dixerunt, tu quis es? Nihil aliud dixerunt, quàm quid te esse credimus. Respondit, principium, id est, principiū me credite. In Græco nanq; eloquio discernitur. quod non potest in Latino. Apud Græcos enim fœminini generis est principiū, sicut apud nos lex generis fœminini est, quæ apud illos est masculini: sicut sapientia & apud nos & apud illos generis fœminini est. Cōsuetudo locutionis ideo per diuersas linguas variat genera vocabulorum, quia in ipsis rebus non inuenis sexum. Non enim sapientia vere fœmina est, cum Christus sit dei sapientia, & Christus appelletur genere masculino, sapientia fœminino, cum ergo dicerent Iudei: Tu quis es? Ille qui sciebat esse ibi quosdā credituros, & ideo dixisse, tu quis es? vt scirent quid illū

Mat. 28.

Ioan. 17.

Psal. 101.

1. Cor. 1.

64 credere debent: respondit, principium: non tanquam diceret, principium sum: sed, tan-
B quam diceret principium me credite. Quod in sermone Græco, vt dixi, euidenter appareret, vbi fœminini generis est principium: velut si vellet dicere se esse veritatem, & dicentibus: tu quis es? respondit, veritatem, cū videretur ad id quod dictum est: tu quis es? respondere debuisse, veritas, id est, veritas sum: sed altius respondit, cum videret eos ita dixisse, tu quis es? ac si dicerent: quoniam abs te audiuimus, nisi credideritis quia ego sum, quid te esse credemus? Ad hoc respondit, principium: tanquam diceret, principium me credite. Et addidit, qui & loquor vobis, id est, quia humilis propter vos factus ad ista verba descendi: nam si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo, inquit, credite me esse principium, quia vt credatis non solum sum, sed & loquor vobis: sed de hac re iam multum est loqui vobis. placeat itaq; charitati vestræ, vt quod restat, illo adiuuanti seruemus crastino reddituri.

64 C Ab eo quod dictum est, Multa habeo de vobis loquī & iudicare, sed qui misit me est: vsq; ad id quod dictum est, Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum: Tractatus. XXXIX.

VErba domini nostri Iesu Christi quæ habuit cum Iudæis, ita moderans loquelā suam, vt cæci non viderent, & fideles oculos aperirent, quæ hodie de sancto Euāgelio recitata sunt, ista sunt: Dicebant ergo Iudæi, tu quis es?) Quia dixerat supra dominus, nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Ad hoc ergo illi: Tu quis es? veluti quærentes nosse in quem deberent credere, ne in suo peccato morerentur. Respondit) dicentibus: tu quis es? Et ait, principium qui & loquor vobis.) Si se dixit dominus esse principium, quæri potest vtrum & pater principium sit? Si enim filius principium est qui habet patrem, quanto facilius intelligendus est deus pater esse principium qui habet quidem filium cui pater sit, sed non habet de quo sit: filius enim patris est filius, & pater vtiq; filii pater est: sed deus de deo filius dicitur, lumen de lumine filius dicitur. Pater dicitur lumen, sed non de lumine: pater dicitur deus, sed non de
64 D deo: si ergo deus de deo, lumen de lumine principium est, quanto facilius intelligitur principium, lumen de quo lumen, & deus de quo deus? Videtur itaq; absurdum charissimi, vt filium dicamus principium, & patrem principiū non dicamus, sed quid agamus? Nunquid duo erunt principia? Cauendum est hoc dicere. Quid ergo? Et si pater principium, & filius principium, quomodo non duo principia? Quomodo dicimus patrem deum & filium deum, nec tamen dicimus duos deos: nephas est enim dicere duos deos, nephas est dicere tres deos: & tamen qui pater est, non est filius: qui filius est, non est pater: spiritus autem sanctus patris & filii spiritus, nec pater est nec filius. Quanuis ergo, si cut aures catholicæ sunt eruditæ in gremio matris Ecclesiæ, nec ille qui est pater sit filius, nec ille qui est filius sit pater, nec spiritus sanctus patris & filii sit, vel filius vel pater tres deos tamen esse non dicimus, quanuis de singulis si quæratur, necesse est de quocū que interrogati fuerimus, deum esse fateamur. Et absurda ista videntur hominibus solita trahentibus ad insolita, visibilia, ad inuisibilia creaturam comparantibus creatori. In
64 terrogant enim nos aliquando infideles & dicunt: patrem quem dicitis? deum dicitis? re-
E spondemus deum: filium quem dicitis, deum dicitis? respondemus deum: spiritū sanctū quem dicitis, deum dicitis? respondemus deum: Ergo, inquiunt, pater & filius & spiritus sanctus tres sunt dii? respondemus, non. Turbantur, qa non illuminantur: cor clausum habent, qa clauem fidei non habent. Nos ergo fratres fidem præcedente, quæ sanat oculū cordis nostri, qd intelligimus sine obscuritate capiamus, quod non intelligimus, sine dubitatione credamus. A fundamento fidei non recedamus, vt ad culmen perfectionis veniamus: deus est pater, deus est filius, deus est spiritus sanctus, & tamen pater non est qui filius: nec filius est qui pater: nec spiritus sanctus patris & filii spiritus, aut pater est aut filius. Trinitas vnus deus, Trinitas, vna æternitas, vna potestas, vna maiestas, tres personæ, sed non tres dii. Nūc mihi calūniator respondeat: qd ergo tres? Si enim tres ait, oportet dicat, qd tres? Respondeo. Pater & filius & spiritus sanctus. Ecce, inqt, tres dixisti; sed qd tres exprime, immo tu numera? Nam ego compleo tres, cū dico pater & filius & spiritus sanctus. Id enim qd pater ad se est, deus est: qd ad filiū est, pater est: quod filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad seipsum est,deus est: quod ad patrem est filius est. Ista quæ dico potestis de similitudi
nibus agnoscere quotidianis. Homo & alter homo,si ille sit pater, ille filius, quod homo
est ad seipsum est,quod pater est,ad filium est: & filius quod homo est ad seipsum est, qđ
autem filius est,ad patrem est: pater enim nomen est dictum ad aliquid,& filius ad aliqd:
sed isti duo homines sunt. At vero pater deus ad aliquid est pater,id est,ad filiū: & filius
deus ad aliquid est filius, id est, ad patrem : sed non quomodo illi duo homines sunt, sic
isti duo dii. Quare hoc non ita est ibi? Quia illud aliud,hoc autem aliud est: quia illa di-
uinitas est hæc humanitas. Est ibi aliquid ineffabile,quod verbis explicari non possit,ve
& numerus sit,& numerus non sit: videte.n. si non quasi apparet numerus,pater & filius
& spiritus sanctus trinitas: si tres,quid tres? Deficit numerus: ita deus nec recedit a nu-
mero,nec capitur numero: quia tres sunt,tanquam est numerus: si quæris qui tres? Non
Psal.146. est numerus: vnde dictū est: Magnus dominus deus noster & magna virtus eius,& sapiē-
tiæ eius non est numerus. Vbi cogitare cœperis,incipis numerare ; vbi numeraueris,qd
numeraueris non potes respondere. Pater, pater est. filius,filius est: spiritus sanctus,
spiritus sanctus est. Quid sunt isti tres,pater & filius & spiritus sanctus,non tres dii? no:
Non tres omnipotentes? non. Non tres mundi creatores? non. Ergo omnipotens pater?
omnipotens planè. Ergo & filius non omnipotens? & filius omnipotens planè. Ergo spi-
ritus sanctus non omnipotens ? & ipse omnipotens : tres ergo omnipotentes ? Non, sed
vnus omnipotens. Hoc solo numerum insinuant quòd adinuicem sunt,non quòd ad se
sunt : quia. n. deus pater ad se est deus simul cum filio & spiriritussancto, non sunt tres
dii; quia ad se est omnipotens simul cum filio & spiritu sancto,non sunt tres omnipoten-
tes. Quia vero non ad se est pater, sed ad filium, nec filius ad se est, sed ad patrem, nec spi-
ritus sanctus ad se, in eo quod dicitur spiritus patris & filii,non est: quid dicam tres, nisi
patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum, vnum omnipotentem : ergo vnum
principium. Accipite aliquid de scripturis sanctis, vnde hoc quod dicitur vtcunq; capia-
tis. Posteaquam dominus noster Iesus Christus resurrexit,& cum voluit ascendit in cœ-
Acto.2. lum, decem diebus illic impletis misit inde spiritum sanctum : quo impleti qui aderant
in conclaui vnà, omnium gentiū linguis cœperunt loqui, miraculo exterriti domini in-
terfectores, compuncti doluerunt, dolentes mutati sunt, mutati crediderunt, accesserūt
Acto.4. corpori domini, id est, numero fidelium tria milia hominum. Item alio facto quodam
miraculo, accesserunt alia quinq; milia, facta est plebs vna non pauca, in qua omnes ac-
cepto spiritu sancto, quo amor spiritalis accensus est charitate ipsa & feruore spiritus in
vnum redacti, cœperunt in ipsa societatis vnitate vendere omnia quæ habebant, & pre-
cia ponere ad pedes apostolorum, vt distribueretur vnicuiq; , prout cuiq; opus erat: Et
Actor.4. hoc de illis scriptura dicit, quod erat eis anima vna & cor vnum in deum. Attendite ergo
fratres, & hic agnoscite mysterium trinitatis quomodo dicamus & pater est & filius est,
& spiritus sanctus est: & tamen vnus deus est. Ecce illi tot milia erant,& cor vnum erant:
ecce tot milia erant,& vna anima erant, sed vbi? In deo,& quanto magis ipse deus? Num-
quid erro in verbo quando dico duos homines duas animas, aut tres homines tres ani-
mas, aut multos homines multas animas? Recte vtiq; dico, accedant ad deum & vna ani-
ma est omnium : si accedentes ad deum, multæ animæ per charitatem vna anima est, &
multa corda vnū cor: quid agit ipse fons charitatis in patre & filio? nonne ibi magis tri-
nitas est vnus deus ? Inde enim nobis charitas venit de ipso spiritu sancto : sicut dicit
Rom.5. Apostolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est
nobis: si ergo charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis,& multas animas facit vna anima, & multa corda facit vnum cor, quanto ma-
gis pater & filius & spiritus sanctus, deus vnus, lumen vnum, vnū q principium? Audia-
mus ergo principium quod loquitur nobis? Multa, inquit, habeo loqui de vobis & iudi-
care.) Meministis quod ait: Ego non iudico quenquam: ecce modo dicit, Multa habeo de
vobis loqui & iudicare: sed aliud est, non iudico: aliud, habeo iudicare: non iudico, dixit
Ioan.3. ad præsens: venerat enim vt saluaret mundum, non vt iudicaret mundū. Quod autem
dicit, Multa habeo de vobis loqui & iudicare: iudicium futurum dicit. Ideo enim ascen-
dit, vt veniat iudicare viuos & mortuos; nemo iustius iudicabit, quàm qui iniuste iudi-
catus est. Multa, inquit, habeo de vobis loqui & iudicare. Sed qui misit me verax est.) Vi
dete quemadmodum patri det gloriam æqualis filius. Exemplum enim nobis præbet, &

tanquam

64 tanquam in cordibus nostris loquitur, O homo fidelis, si Euangelium meum audis, di-
K cit tibi dominus deus tuus : vbi ego in principio verbum deus apud deum, æqualis pa-
tri, cœternus gignenti, do gloriam ei cuius sum filius, quomodo tu superbus es aduer-
sus eum cuius seruus es? Multa habeo, inquit, de vobis loqui & iudicare, sed qui me mi-
sit verax est: tanquam diceret ideo verum iudico, quia filius veracis veritas sum. Pater
uerax, filius ueritas, quid putamus esse amplius ? Cogitemus si possumus quid est am-
plius, uerax an ueritas? De quibusdam quæramus, pius homo an pietas? sed plus est ipsa
pietas: pius enim à pietate, nō Pietas a pio: potest enim esse pietas, etsi ille qui pius erat,
factus est impius, ipse perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Quid item pulcher : pul-
chritudo? Plus est pulchritudo quam pulcher: pulchritudo enim facit pulchrū, nō pul-
cher facit pulchritudinem. Castus & castitas? Castitas planè plus est quàm castus : si.n.
64 castitas non esset, unde esset iste castus non haberet: si autem noluerit esse castus , casti-
L tas integra perseuerat. Si ergo plus pietas quàm pius , plus pulchritudo quam pulcher,
plus castitas quam castus, nunquid dicturi sumus plus ueritas quàm uerax? Si hoc dixe
rimus, filiū incipiemus dicere patre maiorem: ait.n apertissime ipse dominus: Ego sum
uia & ueritas & uita. Ergo si filius ueritas, pater quid, nisi quod ait ipsa ueritas, qui me Ioan.14.
misit uerax est. Filius veritas, pater verax, quid plus sit quæro, sed equalitatem inuenio:
uerax enim pater non ab ea ueritate uerax est, cuius partē cepit, sed quam totam genuit.
Video planius esse dicendū, & certe nos diu teneam, hodie hucusq; tractetur, cum fi-
niero quod uolo dicere, adiuuante deo sermo claudatur. Hoc ideo dixi, ut intentos uos
facerem. Omnis anima quoniā res est mutabilis, & quanuis magna creatura, tamen crea
tura est, quanuis corpore melior, tamē facta: omnis ergo anima quoniam mutabilis est,
hoc est, modo credit, modo non credit, modo, uult, modo non uult modo adultera est, mo
do casta, modo bona, modo mala, mutabilis est. Deus autem hoc est qđ est, ideo propriū
64 nomen sibi tenuit: Ego sum q sum: hoc & filius, dicendo, Nisi credideritis quia ego sum.
M Ad hoc pertinet: & tu quis es? Principium. Deus igitur incommutabilis est, anima muta Exod.3.
bilis : quando capit anima ex deo unde sit bona, participando fit bona, quomodo tuus
oculus participando uidet: nam lumine subtracto non uidet, cuius particeps factus ui-
det, quia ergo anima participando fit bona, si mutata cœpit esse mala, bonitas manet cu
ius erat participes bona : bonitatis enim cuiusdam particeps facta est cū bona esset, qua
mutata in peius, integra bonitas permanet. Si recedat anima & mala fiat, non minuitur
bonitas: si reuertatur & bona fiat, non crescit bonitas. Factus est oculus tuus particeps
lucis huius & uides: clausus est, hanc lucem non minuisti: apertus est , hanc lucem non
auxisti. Hac data similitudine fratres intelligite, qa si pia est anima, est pietas apud deū,
cuius fit particeps anima, si est casta anima, est caltitas apud deū, cuius est particeps ani-
ma: si bona est anima, est bonitas apud deū, cuius est particeps anima; si est verax anima
est ueritas apud deū, cuius est particeps anima; cuius particeps si non fuerit anima, om-
nis homo mendax; si omnis homo mendax, nullus homo de suo est uerax. Pater autem Psal.115.
65 uerax de suo est uerax, quia genuit ueritatem. Aliud est, uerax est homo iste qui iam per
A cepit ueritatem: aliud est, uerax deus q genuit ueritatem. Ecce quomodo uerax est deus,
non participando, sed generando ueritatē. Video uos intellexisse & gaudeo; sufficiat uo-
bis hodie, cætera quando domino placuerit, sicut donauerit exponemus.

Ab eo loco ubi dictum est, Dixit ergo eis Iesus, Cum exaltaueritis filium ho-
minis ; usq; ad id quod dictum est, Hæc illo loquente, multi credi-
derunt in eum. Tractatus. XL.

DE sancto Euangelio secundum Ioannem quod gestare nos uidetis in manibus,
am multa audiuit charitas uestra, quæ deo donante, sicut potuimus, dispuraui-
mus, commendantes uobis maxime istum Euangelistam de domini diuinitate,
secundum quam æqualis est patri filius vnicus dei, loqui elegisse, & propterea aquilæ cō
Paratū; nulla quippe auis uolare altius perhibetur. Proinde quę ex ordine subsequūtur,
sicut ea dominus tractare donauerit, intentissime audite. Locuti sumus uobis de præce-
denti lectione insinuantes, quomodo intelligatur pater uerax, filius ueritas. Cū autem
dixisset dominus Iesus; uerax est qui me misit, Non intellexerunt Iudæi quòd de patre
illis diceret. Et aut illis ;) quomodo cum legeretur audistis, Cum exaltaueritis filium

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominis,tunc cognoscetis quia ego sum,& à meipso facio nihil, sed sicut docuit mẽ pa-
ter,hæc loquor.) Quid est hoc? Nihil.n.aliud videtur dixisse,nisi eos post passionem suã
cognituros quis eẽt. Proculdubio ergo videbat ibi aliquos quos ipse nouerat,quos ipse
cum cæteris sanctis suis ante constitutionem mundi præsciendo elegerat, post passio-
nem suam esse credituros. Ipsi sunt illi quos assidue cõmendamus, & ad imitationẽ cũ
magna exhortatione proponimus: misso.n. desuper spiritu sancto post domini passio-
nem,& resurrectionẽ,& ascensionẽ,cũ miracula fierent in eius nomine,quẽ tãquã mor
tuũ persequentes Iudæi contẽpserant,compuncti sunt corde: & q seuientes occiderũt,
mutati crediderunt: & quem sanguinẽ sæuiendo fuderunt, credendo biberunt illa tria
Acto.2. & 4. milia,& illa quinq; milia Iudæorum,quos ibi videbat quando dicebat: Cum exaltaueri
tis filiũ hominis,tunc cognoscetis quia ego sum: tanquã dicens: differo cognitionẽ ve-
strã,vt impleam passionem meam, Ordine verso cognoscetis qui sum, non quia omnes
tũc erant crediturí ex iis qui audiebant,id est post passionẽ dñi: nã paulopost dicit, Hæc
eo loquente,multi crediderunt in eũ: & nõdũ exaltatus erat filius hominis. Exaltationẽ
quippe dicit passionis,nõ glorificationis: crucis,nõ cœli: quia & ibi exaltatus est,quãdo
Phil.2. pependit in ligno,sed illa exaltatio humiliatio fuit: Tunc.n.factus est obediens vsq; ad
mortẽ,mortẽ aũt crucis. Hoc oportebat impleri per eorũ manus, qui postea fuerant cre
dituri,quibus dixit: Cũ exaltaueritis filiũ hois,tunc cognoscetis quia ego sum. Quare
hoc,nisi vt nemo desperaret in quocunq; scelere male sibi conscius, quando videat eis
donari homicidium,qui occiderant Christum? Hos ergo in illa turba agnoscens domi-
nus dixit: Cum exaltaueritis filiũ hominis,tunc cognoscetis quia ego sum. Iam nostis
quid sit sum,nec assidue repetendum est,ne pariat res tanta fastidium. Recolite illud:
Exo.3. Ego sum qui sum,& qui est misit me,& agnoscetis quid dictum sit, tunc scietis quia ego
sum: sed & pater est,& spiritus sanctus est,ad ipsum esse pertinet tota trinitas. Sed quia
dominus sicut filius loquebatur, ne forte in eo quod dixit, tunc cognoscetis quia ego
sum,subintraret error Sabellianorũ,hoc est,Patripassianorũ, quẽ vobis errorẽ cõmen-
daui nõ tenendum,sed cauendũ,eorum. s. qui dixerũt: Ipse est pater,ipse est filius, duo
sunt nomina,sed res vna: ꝓpter istũ ergo cauendũ errorem cum dixisset dominus, tũc
cognoscetis quia ego sum: ne ipse intelligeretur pater, continuo subiunxit, Et à meipso
facio nihil,sed sicut docuit me pater,hæc loquor.) Iam gaudere cœperat Sabellianus,er
roris sui occasione comperta: statim vt se tanquam in obscuro extulit, sequentis senten
tiæ luce confusus est. Putaueras eum esse patrẽ,quia dixit ego sum: audi quia filius est,
à meipso facio nihil. Quid est,à meipso facio nihil? A meipso non sum: filius.n.de patre
est deus: pater aũt non est de filio deus,filius est deus de deo,pater aũt deus, sed non de
deo: filius est lumẽ de lumine: pater autẽ lumẽ,sed nõ de lumine,filius est,sed est de quo
est: pater aũt est,sed nõ est,de quo est. Quod ergo addidit: sicut docuit me pater, hæc lo
quor,nemini vestrũ obrepat cogitatio carnalis fratres mei: non. n. potest humana infir-
mitas cogitare nisi quod consueuit facere vel audire. Nolite ergo vobis quasi duos ho-
mines ante oculos ponere,vnũ patrẽ,alterum filiũ,& loquentẽ patrẽ ad filiũ, sicut facis
quando verba aliqua dicis filio tuo,monens eũ & instituens eũ quomodo loquatur, vt
quæcunq; audiuit à te cõmendet memoriæ: cũ commendauerit memoriæ, ꝓferat & lin-
gua,distinguat ꝓ sonos,inferat auribus alienis quod percepit in suis. Nolite ita cogitare
ne in corde vestro idola fabricetis,& humanã formã humanorũ liniamenta membrorũ
figuram carnis humanæ,sensus istos conspicuos,staturam motusq; corporis linguæ of-
Ioan.1. ficium, distinctiones sonorum: Nolite in illa trinitate cogitare, nisi quod pertinet ad for
mam serui quam accepit vnigenitus filius, cum verbũ caro factum est vt habitaret in
nobis,ibi nõ te prohibeo humana infirmitas cogitare quod nosti, imò etiam compello.
Si fides in te vera est,talẽ xpm cogita,sed ex Marie virgine, nõ de deo patre. Talẽ cogita
infans fuit,creuit vt hõ ambulauit vt hõ,esuriuit,sitiuit vt hõ,dormiuit vt homo,pas-
sus postremo vt homo,suspensus in ligno,occisus,sepultus vt homo,in eadem forma re-
surrexit,in eadem forma ante oculos discipulorum ascendit in cœlum, in eadem forma
venturus est ad iudicium,angelorum.n. vox est in Euãgelio expressa; Sic veniet quomõ
Acto. 1. eum vidistis euntem in cœlum. Quando ergo de forma serui cogitas in Christo,huma-
nam effigiem cogita,si est in te fides: quando autem cogitas, In principio erat verbũ, &
Ioan. 1. verbũ erat apud deũ,& deus erat verbũ: pereat de corde tuo omnis humana figuratio,

65 F pellatur de cogitationibus tuis quicquid fine corporeo terminatur, quicquid loci spa-
tio continetur,vel quantalibet mole diffunditur,de corde tuo figmẽtum tale dispereat.
Cogita,si potes,pulchritudinem sapientiæ, occurrat tibi pulchritudo iustitiæ: Forma
est? Statura est? Color est? Nihil horum est,& tamen est: nam si non esset,non amaretur,
nec merito laudaretur,nec amata,nec laudata corde moribusq; teneretur. Nunc vero
fiunt homines sapientes,vnde fierent nisi esset sapientia? Porrò autem ô homo, si sapi-
entiam tuam videre carnis oculis non potes, nec tali imaginatione cogitare quali cor-
poralia cogitantur,sapiẽtiæ dei audes ingerere humanam corporis formam? Quid ergo
dicimus fratres? Quomodo locutus est pater filio? Quomodo filius ait, sicut docuit me
pater,hæc loquor? Locutus est illi,quando docuit pater filium verba fecit,quomodo tu
quando doces filium tuum verba facis? Quomodo facis verba verbo? Quæ verba mul-
ta fierent vnico verbo? Verbũ.n. patris aurẽ habuit ad os patris? Carnalia sunt ista,per-
eant de cordibus vestris. Hoc.n. dico,ecce si intellexistis quod ego dixi,ego certe locutus
sum,& mea verba sonuerunt,sonisq; aures pepulerunt, & per sensum auditus vestri ad
65 G cor sententiam perduxerunt. Si intellexistis, facite aliquem audisse Latinæ linguæ ho-
minem: tantũmodo audisse, nec tamen intellexisse quod dixi: quantum ad strepitum
pertinet emissum ex ore meo,sic eius ille particeps factus est qui non intellexit,quomo
do & vos. Eum sonum audiuit,eædem syllabæ aures eius percusserunt,sed in corde ipsi
us nihil genuerunt. Quare? Quia non intellexit. Vos autem si intellexistis,vnde intelle
xistis? Ego ad aurem sonui,nunquid ego in cor lumen accendi? Proculdubio si verũ est
quod dixi,& hoc verbũ non solũ audistis,verũetiã intellexistis,duæ rex ibi factæ sunt,
discernite illas,auditus & intellectus. Auditus per me factus est, intellectus per quem?
Ego ad aurẽ dixi vt audiretis,ad cor vestrum quis dixit vt intelligeretis? Sine dubio ali-
quis & ad cor vestrum aliquid dixit: vt non solũ strepitus iste verborum percuteret au-
rem vestram,sed etiam in cor vestrum aliquid descenderet veritatis. Dixit aliquis & ad
cor vestrum,sed non eum videtis: si intellexistis fratres,dictum est & cordi vestro: Mu-
nus dei est intelligentia. Quis hoc dixit in corde vestro si intellexistis? Cui dicit Psal- Psal. xliij.
mus: Da mihi intellectum vt discam mandata tua. Verbi gratia, Episcopus locutus est.
65 Quid locutus est,aliquis ait? Respondens quid locutus sit,addis, verum dixit. Tunc a-
H hus qui non intellexit,quid dixit,inquit? Aut quid est quid laudas? Ambo me audierũt
ambobus ego dixi, sed vni ipsorum deus dixit. Si parua magnis comparare cõceditur,
quomodo nos ad eum quid sumus? Tamẽ nescio quid incorporaliter & spiritaliter facit
in nobis deus,quod nec sonus est qui aurem percutiat,nec color qui oculis discernatur
nec odor est qui naribus capiatur,nec sapor qui faucibus iudicetur,nec durũ,nec mol-
le quid tangendo sentiatur,tamen aliquid est quod sentire facile est,explicare impossi
bile est. Si ergo deus,vt dicere cœperam,loquitur in cordibus nostris sine sono,quomõ
loquitur filio suo? Sic ergo fratres,sic cogitate quantum potestis: vt dixi, licet parua ma
gnis modo aliquo comparare,sic cogitare, Incorporaliter pater locutus est filio,quia in-
corporaliter pater genuit filium,nec eum sic docuit quasi indoctum genuerit, sed hoc
est eum docuisse,quod est scientem genuisse,& hoc est docuit me pater,quod est scientẽ
me genuit pater. Si enim,quod pauci intelligunt,simplex est natura veritatis,hoc est fi-
lio esse quod nosse. Ab illo ergo habet vt nouerit,à quo habet vt sit, non vt prius ab il-
65 lo esset,& ab illo postea nosset,sed quemadmodum illi gignendo dedit vt esset,sic gignẽ
I do dedit vt nosset,quia simplici,vt dictum est,naturæ veritatis esse & nosse nõ est aliud
atque aliud,sed hoc ipsum. Dixit ergo ista Iudæis,& addidit, Et qui me misit mecũ est;
iam hoc & ante dixerat,sed rem magnam assidue commemorat,misit me & mecum est.
Si ergo tecum est ô domine,non vnus ab alio missus est,sed ambo venistis: & tamen cũ
ambo simul sint,vnus missus est,alter misit. Quomodo missio incarnatio est,& ipsa in-
carnatio filii tantum est,non & patris: misit itaq; pater filium sed non recessit à filio: nõ
enim quo misit filium,non ibi erat pater: vbi enim non est qui fecit omnia,vbi non est
& qui dixit, Cœlum & terram ego impleo? Sed forte pater vbiq;,& filius non vbiq; est.
Euangelistam audi, In hoc mundo erat,& mundus per eum factus est: ergo,inquit, qui Hiere. 23.
misit me,cuius authoritate tanquam paterna incarnatus sum,mecum est, non me reli- Ioan. 8.
quit. Quare non me reliquit? Et non me reliquit,inquit,solum, quia ego quæ placita
sunt ei facio semper.) Ipsa est æqualitas semper,non ex quodam initio & deinceps, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

fine initio, fine fine: dei.n. generatio nō habet initium temporis, quia per genitum facta
sunt tempora. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum)Vtinam & me loquēte mul-
ti qui aliud sapiebant intelligant, & credant in eum. Quidam enim fortasse sunt in ista
multitudine Arriani, non audeo suspicari esse Sabellianos, qui ipsum patrem dicunt es-
se qui filius est. Hæresis quippe ista nimis antiqua est, & paulatim euiscerata: Arriano-
rum autem adhuc videtur habere aliquam motionem quasi cadaueris putrescentis, aut
certe vt multum quasi hominis animam agentis: oportet inde reliquos liberari, sicut
inde multi liberati sunt. Et quidem ista ciuitas eos non habebat: sed posteaquam multi
peregrini aduenerunt, nonnulli & ipsi venerunt. Ecce hæc domino loquente, multi Iu-
dæi crediderunt in eum, ecce & me loquente Arriani credunt, non in me, sed mecū in eo.
Dicebat ergo dominus ad eos qui crediderant in eum Iudæos, Si vos manseritis in ver-
bo meo:)ideo manseritis, quia initiati estis, quia & ibi esse cœpistis: si mānseritis, hoc est,
in fide quæ in vobis esse credentibus cœpit, quò peruenietis? Vide quale initium, quò
perducit. Amasti fundamentum, culmen attende, & ex ista humilitate aliam celsitudi-
nem quære. Fides enim humilitatem habet, cognitio & immortalitas & æternitas nō ha-
bet humilitatem, sed celsitudinem, erectionem, nullam defectionem, æternam stabilita-
tem, nullam ab inimico expugnationem, nullum deficiendi timorem. Magnū est quod
incipit à fide, sed contemnitur fundamentum: solet etiam in ædificio ab imperitis con-
temni, fossa fit grādis, lapides quoquo modo passim mittuntur, nulla ibi expolitio, nul-
la pulchritudo apparet, quomodo nec in arboris radice apparet aliqua pulchritudo, ro-
tum tamen quicquid te delectat in arbore, de radice surrexit. Si vides radicem & nō de-
lectaris, vides arborem & miraris, Stulte quid miraris, inde surrexit quo non delectaris.
Parum aliquid videtur fides credentium, non habes stateram vnde appendas. Audi ergo quò peruenias, & vide quanta sit: sicut & ipse dominus in alio loco dicit, Si habueris
Matt.17. tis fidem sicut granum sinapis: quid humilius, quid vehementius, quid minutius, quid
feruentius? Ergo & vos ait, Si manseritis in verbo meo, in quo credidistis, quò perduce-
mini? Vere discipuli mei eritis.) Et quid nobis prodest? Et cognoscetis veritatē.)Quid
promittit credentibus fratres? Et cognoscetis veritatem. Quid enim non illā cognouerant, quando dns loquebatur? Si nō cognouerant, quomodo crediderunt? Non quia co-
gnouerunt crediderunt, sed vt cognoscerent crediderunt: credimus.n. vt cognoscamus,
non cognoscimus vt credamus: quod.n. cogniturī sumus, nec oculus vidit, nec auris au-
1.Cor.2. diuit, nec in cor hominis ascendit. Quid est n fides, nisi credere quod nō vides? Fides er-
go est quod nō vides credere, veritas quod credidisti videre: sicut ipse quodā loco ait,
Ideo dns prius ad faciendā fidem ambulauit in terra. Homo erat, humilis factus est, ab
omnibus videbatur, nec ab omnibus cognoscebatur, à multis reprobabatur, à turba oc-
cidebatur, à paucis dolebatur, sed tamen nec ab eis, à quibus dolebatur, nondum sicut
Ioan.14. erat cognoscebatur. Totum hoc quasi initium est liniamentorum fidei & structuræ tu-
turæ. Quod dominus ipse attendens quodam loco ait, Qui diligit me, mandata mea cu-
stodit: & qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & ostendam meipsum
illi: quē qui audiebant, vtiq; iam videbant: eis tamen si diligebant, videndum se pmit-
tebat: sic & hic cognoscetis veritatē. Quid n.qd dixisti, non est veritas? Veritas est, sed
adhuc creditur, nondum videtur: si maneatur in eo quod creditur, puenitur ad id quod
1.Ioan.3. videatur. Inde Ioannes ipse sanctus Euāgelista in Epistola sua, Dilectissimi, inquit, filii
dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus. Iam sumus & aliquid erimus. Quid plus
erimus q̄ sumus? Audi, nondū apparuit quid erimus, scimus quia cū apparuerit, similes
ei erimus. Vnde? qm̄ videbimus eū sicuti est, magna pmissio, sed merces est fidei: quæris
mercedē, opus præcedat; si credis, mercedem exige fidei: si autē non credis, fidei mercedē
qua fronte quæris? Si ergo manseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis, vt conten
plemini ipsam veritatē sicuti est, non per verba sonantia, sed per lucē splendentē, cū si-
Psal.4. gnauerit nos, quod legitur in Psalmo, Signatū est sup nos lumē vultus tui dñe. Monet
dei sumus, numus à thesauro aberrauimus, errore detritū est quod in nobis fuerat im-
Luc.20. pressum, venit qui reformet, qa ipse formauerat. Quærit & ipse numū suū, sicut Cæsar
numū suū: ideo ait, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt: Cæsari nu-
mos, deo vos ipsos: tunc ergo exprimetur veritas in nobis. Quid dicā charitati vestræ: O
si cor esset qualitercunq; suspirans in illā ineffabilē gloriā, ò si peregrinationē nostrā in

gemitu

66 gemitu sentiremus, & seculū non amaremus, & ad eum qui nos vocauit, pia mēte per-
B petuo pulsaremus. Desiderium sinus cordis est, capiemus, si desiderium quantum possu-
mus extendamus. Hoc nobiscū agit scriptura diuina, hoc congregatio populorum, hoc
celebratio sacramentorū, hoc baptismus sanctus, hoc cantica laudis dei, hoc ipsa nostra
disputatio, vt hoc desiderium non solum seminetur & germinet, verumetiam in modū
tantæ capacitatis augeatur, vt idoneum fit sumere quod oculus non vidit, nec auris au-
diuit, nec in cor hominis ascendit. Sed amate mecū, non amat multū numum, qui amat 1.Cor.2.
deum. Et ego palpaui infirmitatem, non ausus sum dicere, non amat numum, sed non
multum amat numum, quasi amandus sit numus, sed non multum. O si deū digne ame-
mus, numos omnino non amabimus. Erit tibi numus instrumentum peregrinationis,
non iritamentū cupiditatis, quo vtaris ad necessitatem, non quo fruaris ad delectatio-
nem. Deum ama si aliquid in te egit, quod audisse te laudas. † Vtere mūdo, non te capiat † alias au-
66 mūdus quò intrasti, iter agis, exiturus venisti, nō remansurus. Iter agis, stabulū est hæc dis & lau-
C vita, vtere numo, quo viator in stabulo vtitur mensa, calice, vrceo, lectulo, dimissurus das.
non permansurus. Si tales fueritis, erigite cor si potestis & audite me, si tales fueritis, ad
eius promissa venietis: non enim multum est ad vos, quia magna est manus eius qui
vos vocauit; vocauit, inuocetur, dicatur illi, Vocasti nos, vocamus te: ecce audiuimus vo
cantem, audi te inuocantes. Perduc quò promisisti, perfice quod inchoasti, noli deserere
munera tua, noli deserere agrum tuum, germina tua intrent in horreū tuum. Abundant
tempestates in mundo, sed maior est qui fecit mundum: abundant tentationes, sed non
deficit qui in illo spem ponit in quo defectus nullus est. Ad hoc hortatus sum ista fra-
tres, quia libertas de qua loqtur dominus noster Iesus xps, non huius tpis est: videte qd
adiunxit, Vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, Et veritas liberabit vos.)
Quid est, liberabit vos? Liberos vos sciet. Deniq; Iudæi carnales, & secūdū carnē ambu
lantes nō hi q crediderant, sed in illa turba q non crediderant iniuriā sibi factam putaue
rūt, qa dixit eis, Veritas liberabit vos: indignati sunt seruos se esse significatos. Et vere
66 seruierunt, & exponit illis quę sit seruitutis, & quæ sit futura libertas, quā ipse promittit.
D Sed de hac libertate & de illa seruitute, nimis longum est, vt hodie disputemus.

Ab eo quod ait, Dicebat autem Iesus ad eos qui crediderant: vsq; ad id quod dictum est, Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis.

Tractatus. XLI.

QVod lectionem pristinam sequitur, & de sancto Euangelio hodie nobis recitatum est, tunc distuli dicere, quoniam multa iam dixeram, & de libertate in qua nos vo-
cauit gratia saluatoris, non prætereunter neq; negligenter fuerat differendum: hinc ho-
die domino adiuuante statuimus loqui vobis. Quibus enim loquebatur dominus Ie sus
Christus, Iudæi erāt, ex magna quidē parte inimici, sed etiā amici ex quadā parte iā fa-
cti & futuri: nā quosdā ibi videbat, sicuti iā diximus, qui post eius passionē fuerant cre-
dituri, hos intuens dixerat, Cū exaltaueritis filiū hominis, tūc cognoscetis qa ego sum.
Erat ibi etiam qui hæc loquente illo continuo crediderunt, ipsis locutus est quod audi-
66 uimus hodie. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant ei Iudæos, Si manseritis in ver-
E bo meo, vere discipuli mei eritis.) Manendo eritis: quia enim nunc credentes estis, ma-
nendo videntes eritis: ideo sequitur, Et cognoscetis veritatem.) Veritas incommutabi-
lis est, veritas panis est, mentes reficit, nec defecit, mutat vescentem, non ipsa in vescente
mutatur. Ipsa est veritas verbum dei, deus apud deum vnigenitus filius: hæc enim veri
tas carne induta est propter nos, vt de Maria virgine nasceretur, & impleretur prophetia,
Veritas de terra orta est. Hæc ergo veritas cum Iudæis loqueretur, latebat in carne, late-
bat aūt nō vt negaretur, sed vt differretur, differretur vt in carne pateretur, in carne aūt Psal.84.
pateretur, vt caro peccati redimeretur. Stans itaq; conspicuus secundum infirmitatem
carnis dominus noster Iesus Christus, & secundum maiestatem diuinitatis occultus, di-
xit ad eos qui ei cum hæc loqueretur crediderant, Si manseritis in verbo meo, vere di-
scipuli mei eritis: Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit; & cognosce- Matt.10.
tis veritatem quæ modo vos latet & loquitur vobis. Et veritas liberabit vos.) Hoc
verbum dominus ad libertatem posuit, liberabit vos: nihil est enim aliud proprie libe-
rat, nisi liberum facit: quomodo saluat, nihil est aliud quàm saluum facit: quomodo sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mat nihil est aliud quàm sanum facit: ditat, nihil est aliud quàm diuitem facit: sic liberat, nihil est aliud quàm liberum facit. Hoc in verbo Græco planius est: nam in Latina consuetudine plerunq; dicimus hominem liberari, quod ad libertatem non pertinet, sed tantum ad salutem: sicut quisquam dicitur liberari ab infirmitate, vsitate dicitur, non tamen proprie. Sic autem posuit dominus hoc verbum, vt diceret, Et veritas liberabit vos, vt in Græca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse. Deniq; & Iudæi sic intellexerunt & responderunt ei non illi qui iam crediderant, sed illi qui in turba erant nondum credentes, Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquã, quomodo tu dicis, liberi eritis? Non autem dixerat dominus, liberi eritis, sed veritas liberabit vos. In quo tamen verbo illi, quia sicut dixi patet in Græco, non intellexerunt, nisi libertatem, & extulerunt se quòd semen essent Abrahæ, & dixerunt, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu dicis, liberi eritis? O pellis inflata, non est ista magnitudo, sed rumor. Et hoc ipsum secundũ huius temporis libertatem quomodo verum dixistis, nemini seruiuimus vnquam? Ioseph non est venundatus? Prophetæ sancti in captiuitatem non sunt ducti? Deinde nonne ipse ille est populus, qui in Aegypto lateres faciebat, & regibus duris, non saltem in auro & argẽto, sed in luto seruiebat? Si nemini seruistis vnquam, ò ingrati, quid est quod assidue vobis imputat deus, quod vos de domo seruitutis liberauit? An forte patres vestri seruierunt, vos autem qui loquimini, nemini vnquam seruiuistis? Quomodo ergo soluebatis iam tributa Romanis? Vnde & ipsi veritati laqueum quasi captionis proposuistis, vt diceretis, Licet reddere tributum Cæsari? vt si dixisset, licet, teneretis eum quasi male optasset libertati seminis Abrahæ; si autem diceret, non licet, calumniaremini apud reges terræ, quòd prohiberet regibus tributa persolui. Merito prolato numo victi estis, & captioni vestræ vosipsi estis re-
Mat.22. spondere compulsi: ibi enim vobis dictum est, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt: cum vosipsi respondissetis, quod numus haberet imaginem Cæsaris: quia sicut quærit Cæsar in numo imaginem suam, sic deus quærit in homine suam: hæc ergo respondet Iudæis. Mouet enim me fratres, hominum vana superbia, qui etiam de ipsa quam carnaliter intelligebant, sua libertate mentiti sunt dicentes, Nemini seruiuimus vnquam. Dominus autem quid eis responderit, hoc potius & intentius audiamus, ne & nosipsi serui inueniamur. Respondit enim eis Iesus. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati.) Seruus est, sed vtrũ hominis & non peccati? Quis non sub his verbis contremiscat? Præstet nobis dominus noster Iesus Christus, id est, & mihi & vobis, vt pro sententia loquar de hac libertate appetenda, & de illa seruitute vitanda. Amen amen dico vobis, veritas dicit: & quale est domini nostri dicere, Amen amen dico vobis. Multum commendat quod ita pronunciat, quodammodo si dici fas est, iuratio eius est, amen amen dico vobis. Amen quippe interpretatur verum: & tamen nõ est
Amen. interpretatum, cum potuisset dici, verum dico vobis. Nec Græcus hoc interpres nuspiam est facere, nec Latinus: nam hoc verbum quod est amen, nec Græcum est nec Latinum, sed Hebræum: sic mansit, non est interpretatum, ut honorem haberet uelamento secreti, non ut esset negatum, sed ne uilesceret nudatũ: nec semel tamen, sed bis à domino dictum est, amen amen dico uobis. Iam quantum hoc commendatum sit, ex ipsa geminatione cognoscite. Quid est ergo commendatum? Verum uerum dico uobis, ueritas dicit. Quæ utiq; etsi non diceret, uerum dico, mentiri omnino non posset. Tamen commendat, tamẽ inculcat, dormientes quodammodo excitat, intentos facit, contemni nõ uult. Quid dicit? Amen amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. O miserabilis seruitus. Plerunq; homines cum dominos malos patiuntur, uenales sepe-
De iis qui fugiũt ad Ecclesiam. [nolentes carere diuinis, qui nolũt carere peccatis. tunt, non quærentes dominum non habere, sed saltem mutare: seruus peccati quid faciat? Quem interpellet? Apud quem se uenalem petat? Deinde seruus hominis aliquando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit: seruus peccati quò fugiet? secum se trahit quocunq; fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quò ea sequitur se, imo non recedit à se: peccatum enim quod facit intus est. Fecit peccatum, aliquam corporalem caperet uoluptatem, uoluptas transit, peccatum manet, præterit quod delectabat, remansit quod pungat: mala seruitus. Aliquando fugiunt homines ad Ecclesiam, & plerunq; eos patimur quanquam indisciplinatos, [nolentes carere dominis qui nolunt carere peccatis. Aliquando autem etiam illicito iugo & improbo subiecti

fugiunt ad Ecclesiam, quia retinentur ingenui ad seruitutem, & interpellatur Epis-
66 K copus, & nisi curet operã impendere, ne ingenuitas opprimatur, immisericors deputatur. Ad Christum omnes fugiamus, contra peccatum deum liberatorem interpellemus: venales nos petamus, vt eius sanguine redimamur, dicit.n. dominus, Gratis venũdati estis, Esa.52.
& sine argento redimemini: sine precio. s. vestro, quia meo. Hoc dñs dicit, ipse.n. prẽcium dedit, non argentum, sed sanguinem suum: nam nos & serui & egeni remanseramus. Liberat ergo ab hac seruitute solus dñs: qui illam non habuit, ipse de illa liberat, solus.n. in hac carne venit sine peccato: nam quos videtis in manibus matrũ paruulos ferri, nõdum ambulant, & iam sunt compediti, traxerunt.n. de Adam quod soluatur à Christo. Pertinet etiam ad ipsos cum baptizantur ista gratia, quam dominus pollicetur, quia de peccato solus liberare potest, qui venit sine peccato, & factus est sacrificiũ pro peccato: audistis.n. cũ Apostolus legeretur, Pro xp̃o, inquit, legatione fungimur, tanquam deo ex 2.Cor.8.
hortante per nos: obsecramus pro xp̃o, id est, tanquam vos xp̃s obsecret, quid? reconciliamini deo. Si exhortatur & obsecrat Apostolus vt recõciliemur deo, inimici eramus deo:
66 L nemo.n. reconciliatur nisi ex inimicitiis: inimicos autem nos non natura, sed peccata secerunt. Vnde inimici illius, inde serui peccati. Non habet deus liberos inimicos, necesse est serui sint: & serui remanebunt, nisi ab illo liberentur, cui peccando inimici esse voluerunt. Obsecramus ergo, inquit, pro xp̃o, recõciliamini deo. Quo aũt reconciliamur, nisi soluatur quod inter nos & ipsum separat? ait.n. Propheta, Nõ grauauit aurem ne audiat, Esa.59.
sed peccata vestra separant inter vos & deũ: quia ergo non reconciliamur nisi ablato qd in medio est, & posito quod in medio sit. Est.n. medium separans, sed contrà est mediator reconcilians: mediũ separans est peccatũ, mediator reconcilians est dominus Iesus Christus, vnus.n. deus, & vnus mediator dei, & hominũ homo Christus Iesus. Vt ergo tollatur materia separans quod est peccatũ, venit ille mediator, & factus est sacrificium sacer- 1.Tim.2.
dos ipse. Et quia sacrificium factus est pro peccato, offerens seipsum in holocaustum in cruce passionis suæ: sequitur Apostolus & dicit, cum dixisset, obsecramus pro Christo reconciliamini deo, quasi diceremus, quomodo poterimus reconciliari? Eum, inquit, id 2. Cor.5.
est, ipsum xp̃m, qui non nouerat peccatũ, peccatum pro nobis fecit, vt nos simus iustitia dei in ipso, eum ipsum, inquit, Christum deũ, qui non nouerat peccatũ. Venit.n. in car-
66 M ne, hoc est, in similitudine carnis peccati, non tamen in carne peccati, non habens vllum Rom.8.
omnino peccatum, & ideo factus est verũ sacrificium pro peccato, quia nullum habebat ipse peccatũ. Sed fortè de sensu meo dixi, quia peccatum sacrificium est pro peccato, quia legerunt agnoscant, qui non legerũt, non sint pigri, non sint, inquam, pigri ad legendũ, vt veraces sint ad intelligendum. [4 Cum de sacrificiis.n. præciperet deus offerendis pro 4 [aliàs
peccato, in quibus sacrificiis non erat expiatio peccatorum, sed vmbra futurorũ, eadem iudicãdũ.
ipsa sacrificia, easdem ipsas hostias, easdem ipsas victimas, eadem ipsa animalia quæ adhuc mouebantur mactanda pro peccatis, in quorũ sanguine sanguis ille figurabatur, peccata lex appellat, vsqueadeo vt in quibusdam locis scriptum sit ita, vt sacerdotes immolaturi ponerent manus suas super caput peccati. i. super caput victimæ immolandæ pro peccato. Tale ergo peccatũ, id est, sacrificium pro peccato, factus est dominus noster Ie-
67 A sus xp̃s, qui non nouerat peccatũ, merito liberat ab hac seruitute peccati, ille qui dicit in Psalmis, Factus sum tanquam homo sine adiutorio, inter mortuos liber: solus.n. liber, Psal.87.
quia non habebat peccatũ: ipse.n. dicit in Euangelio, Ecce venit princeps huius mundi, diabolum significans venturum in Iudæis persecutoribus: ecce, inquit, venit, & in mẽ nihil inueniet. Non quomodo in eis quos occidit etiam iustos: inuenit qualecunq; peccatum, in me nihil inueniet: & tãquam ei diceretur, si nihil in te inueniet, quare te occidet? Ioan.14.
subiecit & ait, Sed vt sciant omnes quia volũtatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Non, inquit, mortem mei peccati necessitate persoluo, sed in eo quòd morior voluntatẽ patris mei facio, plusq; ibi facio quàm patior, quia si nollẽ, nec passus essem: habes illum alio loco dicentem, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo ite- Ioan.10.
rum sumendi eam: ecce vere inter mortuos liber. Cum ergo omnis qui facit peccatum, Psal.87.
seruus sit peccati, quæ sit spes nobis libertatis audite, Seruus aũt, inquit, non manet in domo in æternum.) Ecclesia est domus, seruus peccator est, intrant multi in Ecclesiam peccatores: non ergo dixit, seruus non est in domo: sed, nõ manet in domo in æternũ: si ergo nullus ibi seruus erit, qs ibi erit? Cũ.n. rex iustus sederit in throno, sicut scriptura Prou.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquitur, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse à
peccato? Multum nos terruit ô fratres mei dicendo, seruus non manet in domo in æter-
num: adiungit autem & dicit, Filius autem manet in æternum.) Ergo solus in domo sua
erit Christus, nullus illi populus cohærebit: cui hæret caput, si non erit corpus? An forte
totum hoc filius, caput & corpus: non enim sine causa, & terruit, & spem dedit. Terruit,
ne peccatum amaremus: spem dedit, ne de peccati solutione diffideremus. Omnis, inquit,
qui facit peccatum, seruus est peccati.) Seruus autem non manet in domo in æternum.
Quæ ergo nobis spes est, qui non sumus sine peccato? audi spem tuam, filius manet in
æternum. Si ergo filius vos liberauerit, tũc vere liberi eritis.) hæc spes nostra est fratres,
vt à libero liberemur, & liberando seruos nos faciat: serui enim eramus cupiditatis, libe-
Gal. 5. rati serui efficimur charitatis: hoc & Apostolus dicit, Vos autem fratres in libertatem vo
cati estis, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite in
uicem: non ergo dicat Christianus, Liber sum, in libertatem vocatus sum: seruus eram,
sed redemptus sum, & ipsa redemptione liber effectus sum, faciam quod volo, nemo me
prohibeat à voluntate mea si liber sum: sed si ista voluntate peccatũ facis, seruus es pec-
cati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed vtere ad non peccandum: erit n.
Rom. 6. voluntas tua libera, si fuerit pia: eris liber, si fueris seruus, liber peccati, seruus iustitiæ,
dicente Apostolo, Cum serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ: nunc autem liberati à
peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero
vitam æternam. Hoc conemur vt id ipsum agamus, prima libertas est carere criminibus. In-
tendite fratres mei intendite, ne forte posim perducere vobis ad sensum, & qualis mo-
do sit, & qualis futura sit ista libertas. Quemlibet valde iustum discutias in hac vita, qui
uis iam sit dignus iusti vocabulo, non est tamen sine peccato: audi ipsum sanctum Ioã-
1. Ioan. 1. nem, cuius & hoc Euangelium est, in Epistola sua dicentem, Si dixerimus, inquit, quia
peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Solus hoc dice
re potuit in mortuis liber, de solo dici potuit qui non nouerat peccatum, de solo dici po
tuit, etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato: solus dicere po-
Ioan. 14. tuit, Ecce veniet princeps mundi, & in me nihil inueniet: quemcunq; alium licet iustum
discusseris, non omnimodo est sine peccato. Nec qualis erat Iob, cui dominus tale testi-
monium perhibebat, vt diabolus inuideret, & postularet tentandum, tentans superare-
tur vt ille probaretur: ideo autem ille probatus est, non quia latebat deum coronandus,
Iob. 23. sed vt innotesceret hominibus imitandus: etiam ipse Iob quid dicit, Quis. n. mundus?
nec infans, cuius est vnius diei vita super terram. Sed planè multi iusti dicti sunt sine
querela, quod intelligitur sine crimine: nulla enim querela iusta est de his in rebus hu-
manis qui non habent crimen: crimen autem est peccatum graue, accusatione & damna
Dist. 85. tione dignissimum. Non ergo deus quædam peccata damnat, quædam iustificat & lau-
ca. apost. dat: nulla laudat, sed odit omnia. Quomodo odit medicus ægritudinẽ ægroti, & id agit
curãdo vt ægritudo pellatur, æger leuetur: sic deus gratia sua hoc nobis agit, vt peccatũ
consumatur, hõ liberetur. Sed quãdo consumitur, inquies? si minuitur, quare non con-
sumitur? minuitur autem in vita proficientiũ, quod in vita consumitur perfectorum:
prima est ergo libertas, carere criminibus: ideo & Apostolus Paulus quando elegit ordi-
nandos vel presbyteros vel diacones, & quicunq; ordinandus est ad præposituram Ec-
clesiæ: non ait, siquis sine peccato est: hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur,
1. Tim. 3. nullus ordinaretur, sed ait, Si quis sine crimine est, sicut est homicidium, adulterium, ali
ad Tit. 1. qua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi: cũ cœpe
rit ea non habere homo, debet autem non habere omnis Christianus, homo incipit ca-
Rom. 7. put erigere ad libertatem, sed ista inchoata est, non perfecta libertas. Quare, inquit ali-
quis, non est perfecta libertas? Quia video aliam legem in membris meis, repugnantem
Gala. 5. legi mentis meæ: non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Caro, inquit,
concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis illa facia
tis: ex parte libertas, ex parte seruitus: nondum tota, nondum pura, nondũ plena liber-
tas, quia nondũ plena æternitas: habemus. n. ex parte infirmitatẽ, ex parte accepimus li-
bertatẽ, qcquid peccatũ est à nobis antea, deletũ est in baptismo: nũquid quia delera est
tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? si nõ remansisset, sine peccato hic viueremus.
Quis aũt audeat hoc dicere nisi superbus? nisi misericordia liberatoris indignus? nisi q

67 seipsum vult decipere, & in quo veritas non est? ergo ex eo quòd remansit aliquid infir-
F mitatis audeo dicere, ex qua parte seruimus deo, liberi sumus: ex qua parte seruimus le
gi peccati, adhuc serui sumus: vnde dicit Apostolus quod dicere cœperamus, Condele- Rom. 7.
ctor legi dei secundum interiorem hominem: ecce vnde liberi, vnde condelectamur legi
dei. Libertas enim delectat, nam quandiu timore facis quod iustum est, non deus te dele
ctat, quandiu adhuc seruus facis, non te delectat: delectet te, & liber es. Noli timere pœ-
nam, sed ama iustitiam: nondũ potes amare iustitiam, time vel pœnam, vt peruenias ad
amandam iustitiã, ergo iã ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat, vnde dicebat,
Condelector legi dei secũdum interiorem hominem. Delectat me lex, delectat me quod
iubet lex, delectat me ipsa iustitia. Video autem aliam legem in membris meis, hæc est
quæ remansit infirmitas, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege pec
cati, quæ est in membris meis. Et ex hac parte sentit captiuitatem, vbi non est impleta
iustitia: nam vbi condelectatur legi dei, non captiuus, sed legis amicus est: & ideo liber,
67 quoniam amicus. Quid ergo ex eo quod restat? Quid nisi respiciamus ad illum, qui di-
G xit, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis? Deniq; & ipse qui loquebatur ad illũ
respexit, infelix ego homo, quis me liberabit, inquit, de corpore mortis huius? Gratia dei
per Iesum Christum dominũ nostrum: ergo si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eri
tis: deniq; ita conclusit, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati:
ipse ego, inquit: non. n. duo sumus inter nos contrarii de diuersis principiis venientes,
sed ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati, quandiu languor obluctatur
saluti. Sed si carne seruis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus, Non ergo regnet pec- Rom. 6.
catum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, neq; exhibeatis mem-
bra vestra arma iniquitatis peccato: non ait, non sit: sed, non regnet, Quandiu viuis, pec
catũ necesse est esse in membris tuis, saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet.
Surgit ira, noli dare iræ linguam ad maledicendũ, noli dare iræ manũ aut pedem ad fe-
riendum: non surgeret ista ira irrationabilis, nisi peccatum esset in membris: sed tolle illi
regnum, non habeat arma vnde contra te pugnet, discet etiam non surgere, cum arma
67 non cœperit inuenire: non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed in-
H duite arma iustitiæ, alioquin toti captiui eritis, & non erit dicere, mente seruio legi dei:
mens enim si teneat arma, membra non mouentur in ministeriũ furentis peccati. Te-
neat arcem imperator interior, quia sub maiore imperatore iuuandus assistit, frenet irã,
coerceat concupiscentiam: ineſt tamen quod frenetur, ineſt quod coerceatur, ineſt quod
teneatur. Quid autem volebat ille iustus mente seruiens legi dei, nisi vt omnino non es-
set quod frænaretur? Et hoc debet conari omnis qui tendit ad perfectionem, vt & ipsa
concupiscentia cui non dantur ad obediendum membra, quotidie in proficiente minua
tur. Velle, inquit, adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: nunquid dixit, non
mihi adiacet facere bonum? si hoc dixisset, spes nulla esset: non ait, non mihi adiacet fa-
cere: sed, non mihi adiacet perficere. Quæ est enim perfectio boni, nisi consummatio
† & finis mali? Quæ est autem consummatio mali, nisi quod lex dicit, Non concupisces? † aliàs con
Omnino non concupiscere perfectio boni est, quia consummatio mali est. Hoc dicebat sumptio.
67 ille, perficere bonum non mihi adiacet, quia non poterat facere vt non concupisceret: & sic dein-
I faciebat tantum vt concupiscentiam refrænaret, vt concupiscentiæ membra ad satelli- ceps.
tiũ non præberet. Perficere ergo, inquit, bonum non mihi adiacet. Non possum implere Exo. 20.
quod dictum est: non concupisces. Quid ergo opus est vt impleas, post concupiscentias
tuas non eas. Hoc age interim quandiu sunt illicitæ concupiscentiæ in carne tua, post cõ
cupiscentias tuas non eas. Mane in seruitute dei, in libertate Christi, mente serui legi dei
tui. Nolito dare concupiscentiis tuis vires, sequendo eas, vires eis addis: dando eis vires
quomodo vincis, quando contra te inimicos nutris viribus tuis? Quæ igitur libertas
plena atque perfecta est in illo domino Iesu, qui dixit, Si vos filius liberauerit, tunc
vere liberi eritis, quando plena & perfecta libertas erit? Quando nullæ inimicitiæ, quã 2. Cor. 15.
do nouissima inimica destruetur mors. Oportet enim corruptibile hoc induere incor-
ruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cum autem mortale hoc indue-
rit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scripturis est, Absorpta est mors in victoria:
Vbi est mors contentio tua? Quid est, vbi est mors contentio tua? Caro concupi-
scit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, sed quando peccati caro vigebat, Gal. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Cor. 5. Vbi est mors contentio tua? Iam viuemus, iam non moriemur in illo, qui pro nobis mor 67
tuus est & resurrexit, vt qui viuunt, inquit, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mor K
tuus est & resurrexit. Precemur medicum saucii, portemur in stabulum curandi. Ille est
Luc. 10. enim qui promittit sanitatem, qui misertus est in via semiuiuo à latronibus derelicto,
2. Cor. 5. infudit oleum & vinum, curauit vulnera, leuauit in iumentum, perduxit in stabulum,
stabulario commendauit. Cui stabulario? Forte illi qui dixit, Pro Christo legatione
fungimur. Dedit etiam duos numos qui impenderentur saucio curando, forte ipsa sunt
Mat. 22. duo præcepta, in quibus tota lex pendet & Prophetæ. Ergo fratres & Ecclesia hoc tem-
pore in qua saucius sanatur, stabulum est viatoris, sed ipsi Ecclesiæ sursum est hære-
ditas possessoris.

Ab eo quod scriptum est, Scio quòd filii Abrahæ estis, sed quæri-
tis me interficere: vsq; ad id quod scriptum est, Propte-
rea vos non auditis, quia ex deo non estis.

Tractatus. XLII.

Rom. 8. DOminus noster etiam in forma serui non seruus, sed in forma etiam serui do- 67
minus, fuit quippe illa carnis forma seruilis, sed quanuis esset similitudo carnis L
peccati, nō erat caro peccati, libertatē promisit credentibus in se: Iudæi verò tā-
quam de sua libertate superbientes, dedignati sunt fieri liberi, cum essent serui peccati:
ideo autem se liberos esse dixerunt, quia semen erant Abrahæ. Quid ergo eis respon-
dit ad hæc dominus, hodierna lectio cum recitaretur, audiuimus. Scio, inquit, quia filii
Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.) Agno-
sco vos, inqt, filii Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, agnosco carnis originem, nō
cordis fidem. Filii Abrahæ estis, sed scdm carnē, ideo, inquit, queritis me occidere: sermo
.n. meus non capit in vobis: si sermo meus caperetur, caperet: si caperemini, intra retia fi
dei tanquam pisces concluderemini. Quid est ergo non capit in vobis? Nō capit cor ve-
strū, quia nō recipitur à corde vestro: sic. n. est sermo dei, & sic esse debet fidelibus tāquā
pisci hamus: tunc capit quando capitur, nec fit iniuria illis qui capiuntur: ad salutem
Mat. 4. quippe, non ad perniciem capiuntur: vnde dominus discipulis suis ait, Venite post me, &
faciam vos piscatores hominum. Non ergo isti erant tales, & tamen filii Abrahæ erant, fi
lii hominis dei homines iniqui: trahebant. n. carnis genus, sed degeneres facti erant, nō 68
imitando fidem Illius cuius filii erant: audistis certe dominum dicentem, Scio quia filii A
Abrahæ estis, audite quid dicat postea, Ego quod vidi apud patrem meum loquor, & vos
quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.) Iam dixerat, scio quia filii Abrahæ estis.
Quid autem faciunt quod eis dixit, quæritis me occidere, hoc apud Abraham nunquā
viderunt. Dominus autem patrem deum voluit intelligi, cum dixit, Quæ vidi apud pa-
trem meum loquor: veritatem vidi, veritatem loquor, quia veritas sum. Si. n. dominus
veritatem loquitur quam vidit apud patrem, se vidit, & se loquitur, quia ipse est veritas
patris quam vidit apud patrem: ipse est enim verbū, quod verbum erat apud deum. Isti
ergo malum quod faciunt, quod dominus obiurgat & corripit, vbi viderunt? Apud pa-
trem suum. Cum audieritis in consequentibus apertius dictum, quis sit eorū pater: tunc
intelligemus qualia viderint apud talem patrem; adhuc enim non nominat patrem ip-
sorum, paulosuperius Abraham commemorauit, sed carnis origine, non vitæ similitu-
dine. Dicturus est alterum patrem illorum, qui nec genuit eos nec creauit vt homines
essent, sed tamen filii erant eius inquantum mali erant, non inquantum homines erant,
in quo imitati, non quod creati. Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abrahā est.)
quasi dicerent, quid dicturus es tu contra Abraham, aut si aliquid potes audere repre-
hendere Abraham: non quia dominus non audebat reprehendere Abraham, sed talis
erat Abraham qui non reprehenderetur à domino, sed potius laudaretur: tamen isti vi-
debantur eum prouocare, vt aliquid mali diceret de Abraham, & esset occasio faciendi
quod cogitabant, Pater noster Abrahā est Audiamus quomodo eis respōderit dominus,
cū illorū damnatione laudans Abrahā. Dicit eis Iesus, Si filii Abrahæ estis opera Abrahę
facite: nūc aūt quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quā
audiui à deo, hoc Abrahā non fecit.) Ecce ille laudatus, isti damnati. Abraham non erat
homicida. Non dico, inquit, ego dominus sum Abrahæ: quod si diceret, verum dice-
ret: nam dixit alio loco, Ante Abraham ego sum: tunc eum illi lapidare voluerunt. Non

68 dixit hoc, interim q̄ videtis, quod aspicitis, quod me solum putatis, homo sum, hominē
B dicentē vobis quod audiuit à deo, quare vultis occidere, nisi quia nō estis filii Abrahæ?
Et tamen superius ait, Scio quia filii Abrahæ estis, non negat eorū originē, sed facta con
demnat: caro eorum ex illo erat, sed vita non erat. Nos autem charissimi, nunquid de ge
nere venimus Abrahæ, aut vllo modo Abrahā pater noster fuit secundū carnem? Origi
nem de carne eius caro Iudæorum ducit, non caro Christianorum, nos de aliis gentibus
venimus, & tamē imitando Abrahę fidem filii facti sumus: audi Apostolū, Abrahæ dictę Gala. 3.
sunt promissiones & semini eius. Nō dicit, inquit, & seminibus, quasi in multis, sed tāquā
in vno, & semini tuo quod est Christus. Si autē vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, se-
cundū promissionē hæredes. Nos ergo facti sumus semē Abrahę gratia dei, nō de carne
Abrahæ. Fecit illi coheredes deus: illos exhæredauit, istos adoptauit, & de arbore illa oli-
68 uæ cuius radix est in Patriarchis, ramos naturales superbos amputauit, humilē oleastrū Roma. 11.
C inseruit: ideo cum venirent ad Ioannem baptizandi Iudæi, erupit in illos, & ait illis, Ge
neratio viperarum: maxime quippe de altitudine originis gloriabantur, ille autem ge- Matt. 3.
nerationem eos dixit viperarum: non saltem hominum, sed viperarum: hominum for-
mam videbat, sed venenum agnoscebat: venerant tamen mundandi, quia vtiq; bapti-
zandi: & ait illis, Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere à ventura ira? Facite
ergo fructus dignos pœnitentiæ, & nolite dicere intra vosipsos, patrēm habemus Abra-
ham: potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: si fructus dignos
pœnitentiæ non feceritis, nolite vobis de illa stirpe blandiri, potens est deus & vos dam
nare, & Abraham filiis non fraudare: habet enim vnde excitet filios Abrahæ: fient filii,
qui fidem fuerint imitati, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Nos
sumus, in parentibus nostris lapides eramus, quando pro deo lapides colebamus, de ta-
libus lapidibus familiam deus fecit Abrahæ. Quid se ergo extollit inanis & vana iactan
tia? Filii Abrahæ gloriari iam desinant: audierunt quod audire debuerunt, Si filii Abra-
68 hæ estis, factis probate, non verbis. Quæritis me occidere hominem interim, non dico
D filium dei, non dico deum, non dico verbum, quia non moritur verbum: hoc dico quod
videtis, quia & quod videtis potestis occidere, & quem non videtis offendere. Hoc ergo
Abraham non fecit, vos facitis opera patris vestri, & adhuc non dixit, quis est iste pater
eorum. Modo illi quid responderunt? Cœperunt enim vtcunq; cognoscere, non de car
nis generatione deum loqui, sed de vitæ institutione. Et quia consuetudo scripturarum
est quas legebant, fornicationem spiritaliter appellare, cum diis multis & falsis anima
tanquam prostituta subiicitur, ad hoc responderunt. Dixerunt itaq; ei, Nos ex fornica-
tione non sumus nati, vnum patrem habemus deum.) Iam viluit Abrahā, repulsi enim
sunt quomodo repelli debuerunt ore veridico, quia talis erat Abraham, cuius facta non
imitabantur, & de illius genere gloriabantur, & mutauerunt responsionem, credo dicen
tes apud semetipsos, quotiescunq; nominauerimus Abraham, dicturus est nobis, Qua
re non imitamini eum, de cuius genere gloriamini? Nos sanctum, iustum, innocen-
tem tantum virum imitari non possumus, deum dicamus patrem nostrum, videamus
quid nobis dicturus est: prorsus falsitas inuenit quod diceret, vt non inueniret veritas
68 quid responderet, audiamus quid dicant, audiamus quid audiant, Vnum, inquiunt,
E patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus, Si deus pater vester esset, diligeretis vtiq;
me. Ego enim ex deo processi, & veni, neq; a meipso veni, sed ille me misit.) Dicitis deū
patrem, agnoscite me vel fratrem. Veruntamen erexit intelligentibus cor, & illud te-
tigit quod solet dicere, Non à meipso veni, sed ille me misit, à deo processi & veni.
Mementote quòd soleamus dicere, ab illo venit, & à quo venit cum illo venit: Christi
ergo missio est incarnatio. Quod vero de deo processit verbum, æterna processio est,
non habet tempus, per quem factum est tempus: nemo dicat in corde suo, antequam
esset verbum, quomodo erat deus? Nunquam dicas, antequam esset verbum dei nun-
quam deus sine verbo fuit, quia verbum est manens, non transiens, deus, non sonus, per
quem factum est cœlum & terra, non quod præterit cum iis quæ facta sunt super ter-
ram: ergo ab illo processit vt deus, vt æqualis, vt filius vnicus, vt verbum patris, &
venit ad nos, quia verbum caro factum est vt habitaret in nobis: aduentus eius, hu- Ioan. 1.
manitas eius: mansio eius, diuinitas eius: diuinitas eius quò imus, humanitas eius
quà imus. Nisi nobis fieret quà iremus, nunquam ad illum manētem perueniremus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare,inquit,loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.) Ideo non poterant cognoscere, quia non poterant audire: sed vnde audire non poterant,nisi quia corrigi credendo nolebant:Et hoc vnde? Vos ex patre diabolo estis.)Quandiu patrem commemoratis,quandiu patres mutatis,modo Abraham, modo deum,audite à filio dei, cuius sitis filii,à patre diabolo estis.Hic iam cauenda est heresis Manichæorum,quæ dicit esse quandam naturam mali, & quandam gentem tenebrarum cum principibus suis,quæ ausa est pugnare contra deum. Illum vero deum nec debellaret gens aduersa,regnum eius misisse contra eam,tanquam viscera sua princeps de luce sua,eamq; gentem fuisse debellatam,vnde diabolus originem ducit: hinc dicit ducere originem carnem nostram,& secundum hoc putant dictum à domino,Vos ex patre diabolo estis,quod essent illi velut natura mali,ducentes originem de gente contraria tenebrarum:Sic errant,sic excæcantur, sic seipsos faciunt gentem tenebrarum, credendo quod falsum est contra eum à quo creati sunt: bona est enim omnis natura, sed vitiata hominis est natura per voluntatem malam.Quod fecit deus,non potest esse malum,si ipse homo non sit sibi malus: sed planè creator, creator est; creatura, creatura est, æquari creatura non potest creatori, discernit eum qui fecit ab eo quod fecit. Aequari non potest fabro scamnum,æquari non potest columna structori: & tamen faber si scamnum fecit,lignum ipse non creauit:dominus autem deus noster quia omnipotens est,& verbo fecit quod fecit,omnia quæ fecit non habuit vnde faceret, & tamen fecit: facta sunt enim quia voluit, facta sunt quia dixit, sed facta factori comparari non possunt.Quæris quid compares,filium vnicum agnosce.Vnde ergo Iudæi filii diaboli? imitando non nascendo.Audite scripturæ sanctæ consuetudinem.Propheta dicit ad ipsos Iudæos,Pater tuus Amorræus,& mater tua Cethæa:Amorræi gens erat quædã vnde originem Iudæi non ducebant: Cethæi & ipsi gentem suam habebant, omnino alienam à genere Iudæorum: sed quia erant impii Amorræi,& Cethæi,Iudæi aũt imitati sunt impietates illorum,inuenerunt sibi parentes,non de quibus nascerentur, sed quorum mores sectantes pariter damnarentur.Quæritis autem fortasse vnde ipse diabolus? Inde vtiq; vnde & cæteri angeli,sed & cæteri angeli in sua obedientia perstiterũt, ille in obediẽdo & superbiendo lapsus est angelus,& factus est diabolus:sed modo audite quid dicat dominus,Vos,inquit,de patre diabolo estis:Et desideria patris vestri vultis facere.)Ecce vnde filii eius, quia talia desideratis, non quia de illo nati estis: quæ sunt illius desideria? Ille homicida erat ab initio.)Ecce quid est, desideria patris vestri facere vultis.Quæritis me occidere,hominem qui veritatem vobis dico. Et ille inuidit homini,& occidit hominem:diabolus enim cùm inuideret homini,serpente induitus,locutus est mulieri,& de muliere venenauit & virum.Mortui sunt, diabolum audiendo, quem non audissent, si dominum audire voluissent; positus enim homo inter eum qui creauit, & eum qui lapsus est,obtemperare debuit creatori,non deceptori:ergo ille homicida erat ab initio: videte genus homicidii fratres.Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus,non ferro accinctus ad hominem venit, verbum malum seminauit & occidit.Noli ergo putare te non esse homicidam,quando fratri tuo mala persuades,si fratri tuo mala persuades,occidis,& vt scias quia occidis, audi psalmum,Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ,& lingua eorum gladius acutus.Vos ergo desideria patris vestri vultis facere,ideo sæuitis in carnem,quia non potestis in mentem. Ille homicida erat ab initio,vtiq; in primo homine, ex illo ille homicida,ex quo potuit fieri homicidium:ex illo potuit fieri homicidium:ex quo factus est homo.Non enim posset occidi homo,nisi prius fieret homo.Homicida ergo ille ab initio,& vnde homicida? Et in veritate non stetit.)ergo in veritate fuit, sed non stando cecidit. Et quare in veritate non stetit? Quia veritas non est in eo.)Non quomodo in Christo, sic est veritas, vt Christus ipse sit veritas.Si ergo iste in veritate stetisset,in Christo stetisset, sed in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius.)Quid est hoc? Audistis verba Euangelii, intenti accepistis: ecce repeto vt agnoscatis quid exigatis, de diabolo dominus ea dicebat, quæ de diabolo dici à domino debuerunt. Ille homicida erat ab initio,verum est: nam primum hominem occidit, & in veritate non stetit,quia de veritate lapsus est. Cũ loquitur mendacium,vtiq; ipse diabolus de propriis loquitur, quia mendax est & pa-

Ezech.16.

Gene.3.

De pœni. dist.1.cap. noli.

Psal.56.

ter eius. In his verbis quidam patrem diabolum habere putauerunt,& quæsierũt, quis esset diaboli pater.Hic verò detestabilis error Manichæorum inuenit adhuc quo deci-
68 peret imperitos: solent enim dicere, Puta diabolus angelus fuit & lapsus est. Ab illo
K cœpit peccatum,sicut dicitis,Pater eius, qui erat?Nos contra,Quis enim nostrum aliquando dixit diabolum habere patrem?Et illi contra,Dominus dicit, Euangelium loquitur de diabolo,dicens ait,ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo.Cum loquitur mendacium,ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius.Audi,intellige,non tè longe mitto,in ipsis verbis intellige, diabolum dominus dixit patrem mẽdacii:quid est hoc?Audi quid sit, replica modo ipsa verba & intellige: non omnis enim qui mentitur,pater mendacii sui est:si enim ab alio mendacium accepisti, & dixisti,tu quidem mentitus es proferendo mendacium,sed pater mendacii ipsius non es,quia ab altero accepisti mendacium;diabolus autem à seipso mẽdax fuit: mendacium suum ipse genuit, quod à nemine audiuit. Quomodo deus pater genuit filium veritatem:sic diabolus lapsus genuit, quasi filium mendacium.His auditis, replica nunc,& recole verba domini mens catholica,quid audieris, aduerte quid dicat,
68 attende. Ille quis?diabolus homicida erat ab initio. Agnoscimus,occidit Adam,& in ve-
L ritate non stetit:agnoscimus,quia de veritate lapsus est, quia veritas in eo non est:verum est, quia recedendo à veritate, non habet veritatem.Cum loquitur mendaciũ, de propriis loquitur,non aliunde accepit vnde loquatur:cum loquitur mendacium de propriis loquitur,quia mendax est & pater eius.Et mendax est, & pater mendacii: nam tu fortè mendax es,quia mendacium loqueris,sed non es pater eius: si enim quod dicis à diabolo acrepisti,& diabolo credidisti,mendax es,pater mendacii non es.Ille verò quia non aliunde accepit mendacium,quo mendacio tanquam veneno serpens hominem occideret,pater est mendacii, sicut deus pater est veritatis.Recedite à patre mendacii, currite ad patrem veritatis,amplectimini veritatem,vt accipiatis libertatem. Illi autẽ Iudæi apud patrem suum viderant quod loquebantur,quid,nisi mendaciũ?Dominus aũt apud patrẽ suum vidit qđ loqueretur,quid nisi seipsum?Quid,nisi verbũ patris?Quid, nisi veritatem patris æternam,& patri coæternã?Ille ergo homicida erat ab initio, & in
68 veritate non stetit,quia veritas nõ est in eo:cum loquitur mendaciũ,de propriis loqui-
M tur,quia mendax est:& non solum mẽdax est,sed & pater eius,id est,ipsius mendacii qđ loquitur pater est,quia ipse genuit mendaciũ suum.Ego aũt quia veritatem dico,nõ creditis mihi.Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi?)Pensate fratres charissimi mansuetudinem dei,relaxare peccata venerat,& dicebat,Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorẽm non esse,qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare:quis ex vobis arguet me de peccato,quomodo ego arguo & vos & patrem vestrũ?Si veritatẽ dico, quare vos nõ creditis mihi,nisi quia filii diaboli estis?Valde terribile est quãdo subdit,Qui est ex deo,verba dei audit,propterea vos non auditis,quia ex deo non estis?)Iterũ nolite attendere naturam,sed vitium:sic sunt isti ex deo,& nõ sunt ex deo:natura ex deo, vitio non ex deo.Obsecro vos attendite,in Euangelio habetis vnde sanemini contra errores venenosos & nefarios hæreticorum,quoniã & de his verbis solent Manichæi dicere:ecce quia duæ naturæ sunt,vna bona & altera mala.Dominus dicit, quid dicit dñs?
69 Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis, dicit dominus hæc.Quid ergo,inqt,
A tu ad ista dicis?Audi quæ dicã:& ex deo sunt,& ex deo non sunt:natura ex deo sunt, vitio non sunt ex deo:natura enim bona,quæ ex deo est,peccauit voluntate credendo,qđ diabolus persuasit & vitiata est,ideo medicum quærit,quia sana non est.Ecce quod dico,si impossibile tibi videtur vt ex deo sint, & ex deo non sint, audi quia non est impossibile: sic sunt ex deo, & non sunt ex deo, quomodo & filii Abrahæ sunt, & non sunt filii Abrahæ. Hic habetis, non est quod dicatis, ipsum dominum audi, ipse illis dixit, Scio quia filii Abrahæ estis, nunquid dominus mentiretur? Absit, ergo verum est quod dixit dñs.Verum est, ergo quod illi Abrahæ filii erant, verum est. Audi ipsum negantẽ qui dixit,filii Abrahæ estis,ipse illos negauit filios Abrahæ.Si filii Abrahæ estis,facta Abrahæ facite:nunc aũt quiritis me occidere,hominem qui veritatẽ vobis dico,quã audiui à deo,hoc Abraham nõ fecit:vos facitis opa patris vestri,id est,diaboli:quo ergo & filii Abrahæ erãt,& filii Abrahæ non erant?Vtrunq; in illis ostẽdit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

filii Abrahæ erant propter originẽ carnis,& nõ erant filii Abrahæ,propter vitiũ diabolicæ psuasionis:sic & dñm & deum nostrũ attendite,& ex illo erant,& ex illo non erant. Quomodo ex illo erant? quia ipse creauit hominẽ,de quo nati erant. Quomodo ex illo erant? quia ipse est conditor naturæ,ipse est creator carnis & animæ. Quomodo ergo ex illo non erant? quia vitiosi à seipsis facti erant: ex illo non erant, quia imitando diabolum, filii diaboli facti erant. Venit ergo dominus deus ad hominem peccatorem: duo nomina audisti, & hominem, & peccatorem. Quòd homo est, ex deo est: quod peccator est, non est ex deo, à natura vitium secernatur: agnoscatur natura, vnde creator laudetur: agnoscatur vitiũ, ꝓpter qd medicus inuocetur: ꝙ ergo ait dñs, Qui est ex deo, verba dei audit, ꝓpterea vos nõ auditis, quia ex deo nõ estis, nõ naturarũ meritа discreuit, aut præter suã animã & carnẽ aliquã naturã in hominibus, quæ peccato vitiata nõ esset, inuenit: sed qm̃ præscierat qui fuerant credituri, ipsos dixit ex deo, quoniam regenerationis adoptione renascerentur ex deo: ad hos pertinet, Qui est ex deo, verba dei audit: quod vero sequitur, Propterea vos non auditis, quia ex deo nõ estis: eis dictum est, qui non solum peccato vitiosi erant, nam hoc malum commune erat omnibus, sed etiam præcogniti, ꝙ non fuerant credituri ea fide, qua sola possent a peccatorum obligatione liberari. Qua propter præsciebat illos, quibus talia dicebat, in eo permansuros, quòd ex diabolo erãt, id est, in suis peccatis atq; impietate morituros, in quos ei similes erant, nec venturos ad regenerationem, in qua essent filii dei, hoc est, ex deo nati, à quo erant homines creati. Secundum hanc prædestinationem locutus est dominus non quòd aliquem hominum inuenerit, qui vel secundum regenerationem iam esset ex deo, vel secundum naturam iam non esset ex deo.

Ab eo quod scriptum est, Responderunt igitur Iudæi & dixerunt ei: vsq; ad id quod scriptum est, Tulerunt ergo lapides Iudæi vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Tractatus. XLIII.

IN ista lectione sancti Euangelii, quæ hodie recitata est, à potentia discimus patientiam. Quid enim sumus serui ad dominum, peccatores ad iustum: creatura ad creatorem: tamen quomodo siquid mali sumus, à nobis sumus: ita qcquid boni sumus, ab illo & per illum sumus. Et nihil sic quærit homo quomodo potentiam. Habet dominum Christum magnam potentiam: sed prius eius imitetur patientiam, vt perueniat ad potentiam. Quis nostrum patienter audiret si alicui diceretur, dæmonium habes? Quod dictum est ei, qui non solum homines saluabat, sed etiam dæmonibus imperabat: hoc cum dixissent Iudæi, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?)horum duorum sibi obiectorum vnum negauit, & alterum non negauit. Re-
Luc.10. sponsit enim & ait, Ego dæmonium non habeo.) Non dixit, Samaritanus non sum, & vtiq; duo fuerunt obiecta: quanuis maledictum maledicto nõ reddiderit, quanuis conuitium non conuitio refutauerit, pertinuit tamen ad eum negare vnam rem, alteram
Psal. 120. non negare. Non frustra fratres, Samaritanus enim interprætatur custos. Nouerat ille nostrum esse custodem, Non enim dormit neq; dormitat qui custodit Israel: &, Nisi
Psal. 126. dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilabunt qui custodiunt eam. Est ergo ille custos noster, qui creator noster, non enim pertinuit ad eum vt redimeremur, & nõ pertineret ad eum vt seruaremur? Deniq; vt plenius noueritis mysterium quare se Samaritanum negare non debuit, parabolam illam notissimam attendite, vbi homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui eum grauiter vulnerantes, semiuiuum in via reliquerunt. Transit quidam sacerdos: neglexit eum: transiit Leuites, & ipse præteriit: transiit quidam Samaritanus, ipse est custos noster, ipse accessit ad saucium, ipse impendit misericordiam, ei que se præstitit proximum, qui non deputauit alienum. Ad hoc ergo solum quod dæmonium non haberet, non autem se Samaritanum non esse respondit: deinde post tale conuitium, hoc solum dixit de gloria sua, Sed honorifico, inquit, patrem meum, & vos inhonorastis me.) hoc est, ego me non honorifico, ne vobis arrogans videar, habeo quem honorificem: sed si vos me agnosceretis, sicut ego honorifico patrem, sic & vos honorificaretis me. Ego facio quod debeo, vos non facitis quod debetis. Ego autem, inquit, non quæro gloIoan.5. riam meam, est qui quærat & iudicet.) Quem vult intelligi nisi patrem? Quomodo

ergo alio loco dicit, Pater non iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio: & hîc dicit, Non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet? Si ergo iudicat pater, quomodo non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Hanc quæstionem vt soluamus attendite: simili locutione solui potest: scriptum habes, Deus neminem tentat: & Iacob.1.
F iterum scriptum habes, Tentat vos dominus deus vester, vt sciat si diligitis eum: nempe qõ est. Videbitis.n. quomodo deus neminẽ tentat, & quomodo tentat vos dominus Deute.13.
deus vester, vt sciat si diligitis eum. Item scriptum est, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: & alio loco scriptum est, Timor domini castus 1. Ioan. 4.
permanens in seculum seculi. Et ipsa quæstio est, quomodo enim perfecta charitas foras mittit timorem, si timor dñi castus permanet in seculum seculi? Intelligimus ergo Psal.18.
duas esse tentationes, vnam quæ decipit, alteram quæ probat. Secundũ eam quæ decipit, deus neminẽ tentat: secundum eam quæ probat, tentat vos dñs deus vester, vt sciat si diligitis eum. Sed iterum & hic alia nascitur quæstio, quomodo tentat vt sciat, quem latere nihil potest antequam tentet? Non ergo deus nescit, sed dictum est vt sciat, quod est, vt scire vos faciat. Locutiones tales & in sermonibus nostris sunt, & in authoribus eloquentiæ reperiuntur. De sermone nostro aliquid dicam. Fossa cæca dicitur, nõ quia
G ipsa oculos perdit, sed quia latendo non videntes facit: aliquid & de illis authoribus dicam. Tristes lupinos ait quidam, hoc est amaros, non quia ipsi sunt tristes, sed quia gustati contristant, hoc est tristes faciunt: sunt ergo & in scripturis locutiones eiusmodi. Qui in talibus quæstionibus cognoscendis laborant, in soluendis talibus quęstionibus non laborant. Ergo tentat vos dominus deus vester vt sciat. Quid est vt sciat? Vt scire vos faciat si diligitis eum. Iob latebat se, sed deum non latebat, admisit tentatorẽ, & fecit eum sui cognitorẽ. Quid de duobus timoribus? Est timor seruilis, & est timor castus, est timor ne patiaris pœnam, est alius timor ne amittas iustitiã. Timor ille ne patiaris pœnam seruilis est, quid magnum est timere pœnam? Hoc & nequissimus seruus hoc & crudelissimus latro. Non est magnũ timere pœnã, sed magnũ est amare iustitiã: qui ergo amat iustitiam, nihil timet? Timet planè, nonne incidit in pœnã, sed ne amittat iustitiã, Fratres mei, credite & conijcite ex eo quod amatis. Amat aliquis vestrũ pecu-
H dico, timet damnũ. Quare timet damnũ, quia pecuniã diligit? Quantũ amat pecuniam, tantũ timet ne pdat pecuniã. Ergo inuenitur aliquis amator iustitiæ, qui plus in corde damnũ pertimescat, qui plus timeat expoliari iustitia, q̃ tu pecunia. Ipse est timor domini castus, ipse permanet in seculũ seculi, non eũ tollit charitas, nec foras mittit, sed magis cõplectitur & comitem tenet, simul & possidet: venimus enim ad deũ, vt videamus facie ad faciẽ. Ibi timor castus nos seruat: timor.n. ille nõ perturbat, sed confirmat. Timet mulier adultera ne vir eius veniat, timet & casta ne vir eius abscedat. Ergo secundũ aliã tentationẽ deus neminẽ tentat: secundũ aliã verò, tentat vos dominus deus vester. Et secundũ aliũ timorem, timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ: secundum verò alium timorem, timor domini castus permanet in seculũ seculi. Sic & hoc loco secundum alterum iudicium pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: secundum vero alterum iudicium, ego, inquit, non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Et de isto verbo quæstio ista soluatur. Habes in
69 Euangelio commemoratum pœnale iudicium, Qui non credit iam iudicatus est: & alio Ioan.3.
I loco, Veniet hora quando ii qui sunt in monumentis audient vocem eius, & procedent Ioan.5.
qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui male egerunt in resurrectione iudicii. Videte quemadmodum iudicium pro damnatione & pœna posuit, & tamen si semper iudicium pro damnatione acciperetur, nunquid audiremus in Psalmo, Iudica me deus? Ibi iudicium secundum afflictionem, hîc iudicium secundum discretionem positum est. Quomodo secundum discretionem? Quomodo exponit ipse qui ait, Iudica me deus. Lege enim & vide quod sequitur. Quid est, Iudica me deus, & discerne causam meam, inquit, de gente non sancta? Quod ergo dictum est, Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta: secundum hoc ait modo dominus Christus, Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet? Quomodo est qui quærat & iudicet? Et pater meus, qui gloriam meã à vestra gloria discernat & separet. Vos enim secundũ hoc seculum gloriamini: Ego non secundum hoc seculũ glorior, qui patri dico, Pa- Ioan.7.
Psal.42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter glorifica me ea gloria, quam habui apud te antequam mundus esset. Quid est ea gloria? Ab humana inflatione discreta. Secundum hoc iudicat pater. Quid est iudicat? Discernit. Quid discernit? Gloriam filii sui à gloria hominum: quia ideo dictum est, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis tuæ præ participibus tuis. Non enim quia homo factus est, iam comparandus est nobis: nos homines cum peccato, ille sine peccato: nos homines trahentes de Adam & mortem & delictum: ille de virgine carnem mortalem, nullam iniquitatem: deniq; nos nec quia volumus nati sumus, nec quandiu volumus viui mus, nec quomodo volumus, morimur: ille antequam nasceretur, elegit de qua nasceretur, natus fecit vt à Magis adoraretur, creuit infans, & miraculis se deum ostendebat, & infirmitate hominem præferebat. Postremo elegit & genus mortis, hoc est, vt in cruce penderet, & ipsam crucem, in cordibus †fidelium figeret, vt dicat Christianus, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In ipsa cruce quando voluit, corpus dimisit & abscessit: in ipso sepulchro quandiu uoluit, iacuit: quando voluit, tanquā delecto surrexit. Ergo fratres secundum ipsam formam serui, nam illud quis digne loquitur, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: secundū ipsam, inquam formā serui multum interest inter gloriam Christi, & gloriam omnium cæterorum. De ipsa gloria dicebat, quando quòd dæmonium haberet audiebat, Ego nō quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Tu autem de te domine quid dicis? Amen amen dico vobis, siquis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.) Vos, inquit, dicitis, dæmonium habes, ego vos ad vitam voco, seruate sermonem meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortem non videbit in æternum, qui sermonem meum seruauerit, & irascebantur, quia iam mortui erant illa morte quæ vitanda erat. Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes, Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis, siquis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum?) Videte locutionem scripturarum, mortem non videbit, id est, gustabit: mortem videbit, mortem gustabit. Quis videt? quis gustat? Quos oculos habet homo vt videat, quando moritur: Quando veniendo mors ipsos oculos claudit ne aliquid videant? Quo modo dicitur, non videbit mortem? Item quo palato, quibus faucibus mors gustatur, vt quid sapiat dignoscatur? Quando totum sensum tollit, quid in palato remanebit? Sed vt debis dictum est, & gustabit, pro eo quod est, experietur. Hæc dominus, parum est si discam, morituris moriturus loquebatur, quia & domini exitus mortis, sicut loquitur Psalmus. Cum ergo & morituris loqueretur, & moriturus loqueretur, quid sibi vult quod ait, Qui sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum: nisi quia videbat dominus aliam mortem, de qua nos liberare venerat? Mortem secundam, mortem æternam, mortem gehennarum: mortem damnationis cum diabolo & angelis eius: ipsa est vera mors, nam ista migratio est. Quid est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur, quia homo in gehennam præcipitetur. De ipsa ergo morte dominus dixit, mortem non videbit in æternum, qui sermonem meum seruauerit. Non expaueſcamus istam mortem, sed illam timeamus: quod est autem grauius, multi peruerse timendo istam, inciderunt in illam. Dictum est aliquibus, adorate idola, quod si non feceritis, interficiemini aut quemadmodum ille Nabuchodonosor rex dixit, Si non feceritis, mittemini in caminum ignis ardentis. Multi timuerunt & adorauerunt, nolentes mori mortui sunt: timendo mortem quæ non euaditur, inciderunt in mortem quam euadere omnino fœliciter possent, si istam quæ non euaditur, infœliciter non timerent: natus es homo moriturus es, quà ibis vt non moriaris? Quid facies vt nō moriaris? vt dominus tuus necessitate moriturum consolaretur, qui voluntate mori dignatus est: quando vides Christum mortuum, dedignaris mori? Ergo cum moriturus es, quà euadas non habes, hodie sit, cras sit, futurum est: debitum est, reddendum est. Quid ergo agit homo timens? fugiens occultat se ne inueniatur ab inimico. Nunquid agit vt non moriatur, sed vt paulò serius moriatur? non accipit debiti securitatem, sed postulat dilationem. Quantumlibet diu differatur, veniet quod differtur. Illam mortem timeamus quam timuerunt tres viri, quando dixerūt regi, Potens est deus etiam de ista flamma liberare nos, etsi ibi non fuit timor illius mortis quam modo dominus commendat quando dixerunt, Sed etsi noluerit aperte liberare, potest in occulto coronare. Vnde & ipse dominus facturus martyres, & caput martyrum futurus ait, Nolite timere eos

Psal. 44.

† frontib. Gala. 6.

Ioan 1.

Psal. 67.

Dani. 3.

Dan. 3.

eos qui occidunt corpus, & postea non habent quod faciant. Quomodo non habent qđ faciant? Quid si cum occiderint corpus, bestis lacerandum & diripiendum alitibus proii
70 ciant? Videtur adhuc sæuitia habere quod faciat: sed cui facit? Qui migrauit: inest cor-
B pus, sed nullus est sensus: habitatio iacet, habitator abscesit: ergo postea non habent quod faciant, non sentienti. n. nihil faciunt. Sed eum timete qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis. Ecce de qua morte loquebatur cum diceret, Qui sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum; seruemus ergo fratres sermonem ipsius in fide peruenturi ad speciem, cum acceperimus plenissimam libertatem. Isti autem indignantes mortui, & morti sempiternæ prædestinati, respondebant conuitiose & dicebant, Modo cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetę: sed ista morte quam dominus vult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec Prophetæ, Illi enim mortui sunt & viuunt, isti viuebant & mortui erant: nam respondens quodam loco Sadducæis mouentibus quæstionem de resurrectione,
70 ipse dominus, De resurrectione autem mortuorum non legistis, quomodo ait dominus
C de rubo ad Moysen, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed viuorum. Si ergo illi viuunt, laboremus sic viuere, vt cum illis viuere posimus cum mortui fuerimus. Quem teipsum facis,) inquiunt, vt dicas mortem non videbit in æternum, qui sermonem meum seruauerit, cum scias & Abraham mortuum & Prophetas? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, Est pater meus qui glorificat me.) hoc ait propter illud quod dixerunt, Quem teipsum facis? Refert n. gloriam suam ad patrem suum, de quo est, & qui deus est. Aliquando Arriani & de isto verbo calumniantur fidei nostræ & dicunt, Ecce maior est pater, quia vtiq; glorificat filium. Hæretice, non legisti ipsum filium dicentem, quòd glorificet patrem suum? Sed & ille filium glorificat, & filius patrem glorificat. Pone perniciem, agnosce æqualitatem, corrige peruersitatem. Est ergo, inquit, pater meus qui glorificat me: Quē vos dicitis, quia deus noster est, & non cognouistis eum.) videte fratres mei quemadmodum ostendat ipsum deum patrem esse Christi, qui annunciatus est & Iudæis. Propterea dico, quia rursus quidam hæretici dicunt deum annunciatum in veteri testamento, non esse patrem Christi, sed nescio quem principem malorum angelorum, Manichæi
70 sunt qui ista dicūt, Marcionitæ sunt qui ista dicunt. Sunt & alii fortasis hæretici quos
D commemorare, vel non opus est, vel à me omnes recoli in præsentia non possunt, non defuerunt tamen qui hoc dicerent. Itaq; attendite vt habeatis, quid dicatis & contra ipsos. Eū dicit patrem suum dominus noster Iesus Christus, quem illi dicebant deum suum, & non cognouerunt: si. n. ipsum cognouissent, eius filium recepissent. Ego autem, inquit, noui eum.) Secundū carnem iudicantibus potuit & hinc arrogans videri, quia dixit, ego noui eū: sed videte quid sequatur, Si dixero quia non noui eum, ero similis vobis mendax.) Ergo arrogantia non ita caueatur, vt veritas relinquatur. Sed scio eū & sermonem eius seruo.) Sermonem patris tanquam filius loquebatur, & ipse erat verbum patris, qđ hominibus loquebatur, Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est.) Magnum testimonium perhibet Abrahæ, semē Abrahæ, creator Abrahę, Abraham exultauit, inquit, vt videret diem meum: vidit, non timuit, sed exultauit, vt videret diem meū. Erat enim in illo charitas, quæ foras mittit timorem, Non ait, exultauit quia vidit: sed, exultauit vt videret. Credens vtiq; exultauit sperando, vt videret intelli
70 gendo, & uidit. Et quid potuit plus dicere, uel quid debuit plus dicere dominus Iesus
E Christus? Et uidit, inquit, & gauisus est. Quis explicat hoc gaudium fratres mei? Si gauisi sunt illi quibus deus oculos carnis aperuit, quale gaudium fuit uidentibus cordis oculis lucem ineffabilem, uerbum manens, splendorem piis mentibus refulgentem, sapientiam indeficientem, apud patrem manentem deum, & aliquando in carne uenturū, nec de patris gremio recessurum? Totum hoc uidit Abraham: nam quod ait, diem meū, incertum potest esse unde dixerit, utrum diem domini temporalem, quo erat uenturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Et ubi inueniam? An sufficere nobis debet testimonium domini nostri Iesu Christi? Putemus nos inuenire non posse, quia forte difficile est quomodo manifestū sit, quod Abraham exultauit ut uideret diem xpi, & uidit & gauisus est. Et si nos nō inuenimus, nunqd mētiri ueritas posset? Credam⁹ ueritati, & de Abrahæ meritis

Mat 10. Luc. 12.

Mat. 22. Exod. 3.

1. Ioan. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minime dubitemus. Tamen audite unum locũ, qui mihi interim occurrit, Pater Abrã-
Gen.24. ham quando misit seruum suum, ut peteret uxorẽ filio suo Isaac, hoc eum sacramento
obstrinxit, ut fideliter quod iubebatur impleret, & sciret etiã ipse quid faceret: magna
enim res agebatur, quando Abrahæ semini coniugium quærebatur. Sed ut cognosceret
seruus quod nouerat Abraham, quia nepotes non carnaliter desiderabat, nec de genere
suo aliquid carnale sapiebat, ait seruo suo quẽ mittebat, Pone manum sub femore meo,
& iura mihi per deum cœli. Quid vult deus cœli ad femur Abrahæ? Iam intelligitis sa-
cramentum, per femur genus. Ergo quid fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de ge-
nere Abrahæ uenturum in carne deum cœli? Stulti reprehendunt Abraham, quia dixit,
Mitte manum sub femore meo. Qui reprehendunt carnem Christi, reprehendũt factũ
Abrahæ. Nos autem fratres, si agnoscimus carnem Christi uenerandam, illud femur nõ
contemnamus, sed in prophetia dictum accipiamus. Etenim Propheta erat Abrahã: cu-
ius Propheta? seminis sui & domini sui. Semen suum significauit dicendo, Mitte manũ
sub fœmore meo. Dominum suum significauit addendo, & iura mihi per deum cœli.
Irati Iudæi responderunt ei, Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahã uidisti?
Et dominus, Amen amen dico uobis, antequã Abraham fieret, ego sum.) Appende uer-
ba, & cognosce mysterium, antequam Abraham fieret: intellige, fieret ad humanam na-
turam, sum uero ad diuinam pertinere substantiã. Fieret, quia creatura erat Abraham,
Non dixit, antequã Abraham esset ego sum, sed antequã Abrahã fieret, qui nisi per me,
Gene.1. non fieret, Ego sum. Neq; hoc dixit, antequã Abraham fieret ego factus sum. In princi-
pio enim fecit deus cœlũ & terram: nã in principio erat uerbum. Antequam fieret Abra
ham ego sum. Agnoscite creatorem, discernite creaturam. Qui loquebatur, semẽ Abrã-
hæ factus erat, & ut Abraham fieret, ante Abrahã ipse erat. Hinc iam uelut Abrahę aper
tissimo conuicio cõmoti sunt acrius, blasphemasse quippe illis uisus est dominus Chri
stus, quoniam dixit, antequam Abrahã fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iace-
rent in eum. Tanta duritia quo currerent nisi ad similes? Iesus autem,) tanquam homo
tanquam in forma serui, tanquam humilis, tanquam passurus, tanquã moriturus, tan-
Ioan.1. quam nos suo sanguine redempturus, non tanquam ille qui est, nec tanquam in princi-
pio uerbum, & uerbum apud deum. Nam cum illi lapides tollerent ut mitterent in eum,
quid magnum erat ut eos continuo dehiscens terra absorberet, & pro lapidibus inferos
inuenirent? Non erat magnum deo, sed magis erat commendanda patientia, quàm exe-
renda potentia. Abscondit se ergo ab eis) ne lapidaretur. Tanquam homo à lapidibus
fugit, sed uæ illis, à quorum lapideis cordibus deus fugit.

Ab eo quod scriptum est, Et præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiui-
tate: vsq; ad id qd scriptum est, Nunc vero dicitis quia videmus,
peccatum vestrũ manet. Tractatus. XLIIII.

Cap.IX. DE homine quẽ dominus Iesus illuminauit, qui cæcus natus fuit, prolixa lectio
recitata est, quam si vniuersam pertractare conemur, pro sui dignitate sicut va-
lemus singula considerantes, non sufficit dies. Proinde peto & admoneo charita-
tem vestram vt in iis quæ aperta sunt sermonem nostrum non requiratis: nam nimis
longum erit in singulis immorari. Breuiter ergo cæci huius illuminati cõmendo my-
sterium. Ea quippe quæ fecit dominus noster Iesus Christus, stupenda atq; miranda, &
opera & verba sunt: opera, quia facta sunt verba, quia signa sunt. Si ergo quid signifi-
cet hoc quod factum est cogitemus, genus humanum est ille cæcus: hæc enim cæcitas con-
tigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus, non solũ mor-
tis, sed etiã iniquitatis. Si.n. cæcitas est infidelitas, & illuminatio fides, quẽ fidelẽ quãdo
Ephe.2. venit Christus inuenit? Quandoquidẽ Apostolus natus in gente Prophetarũ dicit: Fui
mus & nos aliquando natura filii iræ sicut & cæteri. Si filii iræ, filii vindictæ, filii pœnæ,
filii gehennæ. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura
inoleuit? Si vitium pro natura inoleuit, secundum mentem omnis homo cæcus natus
est: si.n. videt, non opus habet ductore: si opus habet ductore & illuminatore, cæcus est
ergo à natiuitate. Venit dominus. Quid fecit? Magnum mysterium commendauit. Ex-
puit in terram, de saliua sua lutum fecit.) quia verbum caro factum est, Et inunxit ocu-
los cæci.) Inunctus erat, & nondum videbat. Misit illum ad piscinam quæ vocatur Sy-
loe.) Pertinuit autem ad Euangelistã commendare nobis nomen huius piscinæ, & ait,

Quod interpretatur missus.) Iam qui sit missus agnoscitis: nisi.n. ille fuisset missus, nẽ-
mo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Lauit ergo oculos in ea piscina, qua interpreta
tur missus, baptizatus est in Christo. si ergo quando eum in semetipso quodãmodo ba-
70 ptizauit, tunc illuminauit: qñ inunxit fortasse cathecumenũ fecit. Põt quidẽ aliter atq;
K aliter tanti sacramenti exponi profunditas & pertractari, sed hoc sufficiat charitati ve-
stræ, audistis grande mysterium. Interroga hominem, Christianus es? Respondet tibi,
non sum. Si paganus es aut Iudæus? Si autem dixerit, non sum, adhuc quæris ab eo: ca-
thecumenus, an fidelis? Si responderit tibi, cathecumenus, inunctus est, nondum lotus.
Sed vnde inunctus quære? Et respondet, Quære ab illo in quem credat, eo ipso quo ca-
thecumenus est, dicit, in Christũ. Ecce modo loquor & fidelibus & cathecumenis. Quod
dixi de sputo & luto, quia verbum caro factum est, & hoc cathecumeni audiunt, sed non
eis sufficit ad quod inuncti sunt, festinent ad lauacrum si lumen inquirunt. Iam ergo
propter quasdam in hac ipsa lectione quæstiones, verba domini & ipsius vniuersæ le-
ctionis percurramus potius quàm tractemus. Exiens Iesus vidit hominem cæcum.) nõ
vtcunq; cæcum, sed A natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi.) Scitis
Rabbi quia magister est, magistrum appellabant, quia discere desiderabant, quęstionem
70 quippe domino proposuerunt tanquã magistro. Quis peccauit, hic, an parentes eius, vt
L cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, vt cæcus na-
sceretur.) Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nunquid parentes huius
cæci sine peccato erant? Nunquid ipse vel sine originali peccato natus erat, vel viuen-
do nihil addiderat? An quia oculos clausos habebat, concupiscentiæ minime vigilabat?
Quanta mala committunt cæci, à quo malo abstinent? Mens mala etiam clausis oculis
non poterat videre, sed nouerat cogitare, & forte concupiscere aliquid quod cæcus nõ
posset implere, sed in corde iudicari à cordis perscrutatore. Si ergo & parentes eius ha-
buerunt peccatum, & iste habuit peccatũ, quare dominus dixit, Neq; hic peccauit, neq;
parentes eius, nisi ad rem respondit de qua interrogatus est, vt cæcus nasceretur: habe-
bant enim peccatum parentes eius, sed non ipso peccato factum est vt cęcus nasceretur.
Si ergo nõ peccato factũ est parentũ, vt cæcus nasceretur, quare cæcus natus est? Audi
magistrũ docentẽ, Quærit credentẽ, vt faciat intelligentẽ. Ipse causam dicit, quare ille
70 cæcus sit natus. Neq;, inquit, hic peccauit, neq; parentes eius, sed vt manifestentur ope-
M ra dei in illo.) deinde qd sequitur? Me oportet opari opa eius qui misit me.) Ecce est ille
missus, in quo faciẽ lauit cæcus, & videte quid dixerit, me oportet operari opera eius qui
misit me. Donec dies est.) Mementote quo vniuersam gloriã illi dat, de quo est, quia ille
habet filiũ qui de illo sit, ipse non habet de quo sit: sed quare dixisti dñe, donec dies est?
audi quare. Veniet nox quando nemo põt operari.) Nec tu domine? Itáne tantum vale-
bit nox illa, vt nec tu possis in ea operari, cuius opus nox est? Puto enim domine Iesu,
imo non puto, sed credo atque confirmo te ibi fuisse, quando dixit deus, Fiat lux, & facta
est lux: si enim verbo fecit, per te fecit: & ideo dictum est, Omnia per ipsum facta sunt, Gen.1.
& sine ipso factum est nihil. Diuisit deus inter lucem & tenebras: lucem vocauit diẽ, & Ioan.1.
tenebras noctem. Quæ est illa nox, quæ cũ venerit, nemo poterit operari? Audi quid sit
dies, & tunc intelliges quæ sit nox: vnde sumus audituri quisnam sit dies iste? Ipse di-
cat, Quandiu in hoc mundo sum, lux sum mundi.) Ecce ipse dies est. Lauat oculos cæ-
cus in die, vt videat diem.) Quandiu, inquit, in mundo sum, lux sum mũdi. Ergo nescio
71 quæ nox erit, quando ibi xps non erit, ideo nemo poterit opari. Restat inquirere fratres
A mei, patienter accipite inquirentẽ me: vobiscũ quæro, vobiscum inuenia à quo quæro.
Constat expressum ac definitũ diem cõmemorasse dñm hoc loco seipsum, id est, lumen
mundi: [Quandiu, inquit, sum in hoc mundo, lux sum mundi.] ergo ipse operatur quã
diu est in hoc mundo? Putamus eũ fratres fuisse hic tunc, & modo non hic esse? Si ergo
hoc putamus, iam ergo post ascensum domini facta est nox ista mẽtuẽda, vbi nemo pos
set operari. Si post ascensum domini facta est nox ista, vnde Apostoli tãta operati sunt? Acto.2.
Nunquid ista nox erat, quando spiritus sanctus veniens, & omnes qui in vno loco erant Acto.3.
adimplens, dedit eis loqui omniũ gentium linguis? Nunquid nox erat quando claudus Acto.5.
ille ad verbum Petri saluus effectus est, imo ad verbum domini habitantis in Petro?
Nunqd nox erat qñ transeuntibus discipulis ægri cũ lectulis ponebantur, vt vel vmbra
transeuntiũ tangerentur? Dñs aũt cũ hic esset, neminẽ trunsiens vmbra sua saluũ fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.14. Ioan.15. sed ipse discipulis dixerat,Maiora horum facietis.Dixerat quidem dominus,maiora horum facietis:sed non se extollat caro & sanguis:audiat dicentem, Sine me nihil potestis facere. Quid igitur? quid dicemus de nocte ista? quando erit, quando nemo poterit operari ? Nox ista impiorum erit,nox ista eorum erit, quibus in fine dicetur, Ite in ignem

Mat.25. æternũ,qui paratus est diabolo & angelis eius: sed nox dicta est,non flamma,non ignis?

Mat.22. Audi quia & nox est;de quodam seruo dicit, Ligate illi manus & pedes , & proicite eum in tenebras exteriores. Operetur ergo homo dum viuit, ne illa nocte præueniatur,vbi nemo possit operari. Modo est vt operetur fides per dilectionem: & si modo operamur,

Mat.28. hic est dies,hic est Christus:audi promittentem & ne arbitreris absentem.Ipse dixit,Ecce ego vobiscum sum. Quandiu non sit in nobis solicitudo qui uiuimus, si fieri posset, de hac etiam voce posteros qui futuri sunt securissimos faceremus, Ecce,inquit,ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Dies iste qui circumitu

Mat.25. solis huius adimpletur , paucas horas habet dies præsentiæ Christi vsq; in consummationem seculi extenditur. Post resurrectionem vero viuorum & mortuorum, cum positis ad dexteram dixerit,Venite benedicti patris mei,percipite regnum: positis autem ad

Mat.16. † alias cũ viuis fac si facturus es. Luc.16. sinistram dixerit,Ite in ignem æternum , qui paratus est diabolo & angelis eius : ibi erit nox,ibi nemo potest operari,sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis,aliud receptionis:reddet.n.dominus vnicuq; secundum opera sua,cũ viuis & mortuis sic facturus est;†erit.n.tunc nox valida, quæ inuoluat impios. Sed & modo omnis infidelis quando moritur illa nocte suscipitur,& non est vt illic aliquid operetur. In illa nocte diues ardebat,& stillam aquæ de digito pauperis requirebat, dolebat, angebatur, fatebatur,nec ei subueniebatur,& conatus est benefacere: ait.n. Abrahæ, Pater Abraha, mitte Lazarum ad fratres meos,vt dicat illis quid agatur,ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorum.O infœlix,quando viuebas tunc erat tempus operandi: modo iam in nocte es,in qua nemo possit operari. Hæc cum dixisset, exput in terram, & fecit lutum ex sputo,& liniuit lutum super oculos eius,& dixit ei, Vade & laua in natatoria Siloe,quod interpretatur missus. Abiit ergo,& lauit,& venit videns. hæc quia manifesta sunt, transeamus. Itaq; vicini qui viderant eum prius,quia mendicus erat dicebant,Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant,quia hic est,alii nequaquam,sed similis est ei.) Aperti oculi vultum mutauerant. Ille dicebat,quia ego sum.) Vox grata , ne damnaretur ingrata.Dicebant ergo ei,quomodo aperti sunt oculi tui? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus,lutum fecit,& vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe & laua,& abii & laui & vidi.) Ecce annunciator factus est gratiæ; ecce euangelizat, confitetur videns: cæcus ille confitebatur, & cor impiorum frangebatur, quia non habebant in corde quod iam ille habebat in facie.Dixerunt ei, Vbi est ille qui tibi aperuit oculos? ait,Nescio.) In his verbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nondum videnti : si ponamus fratres, tanquam illam vnctionem in animo habuerit, prædicat, & nescit quẽ prædicat.Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus,& aperuit oculos eius.Iterum ergo interrogabant eum Pharisęi,quomodo vidisset.Ille autem dixit eis,Lutũ posuit mihi super oculos meos , & laui & video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam.)Nõ omnes sed quidam;iam.n.inungebantur quidam.Quid ergo dicebant,nec videntes,nec inuncti?Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit.) Ipse potius custodiebat,qui sine peccato erat. Sabbatum.n.spiritale hoc est,non habere peccatum. Deniq; fratres, hoc admonet deus, quando commendat

Leuit. 23 sabbatum,Omne opus seruile non facietis in eo: hæc sunt verba dei commendatis sabbatum,Omne opus seruile non facietis in eo. Iam superiores lectiones interrogate, quid

Ioan.8. sit opus seruile,& dominum audite,Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati . Sed isti nec videntes,vt dixi,nec inuncti,sabbatum carnaliter obseruabãt,spiritaliter violabãt. Alii dicebant,Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?) Ecce sunt inuncti. Et schisma erat inter eos.) Dies ille diuisus erat inter lucem & tenebras . Dicunt ergo cæco iterum,Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos?) Quid de illo sentis? quid existimas? quid iudicas? Quærebant quemadmodum homini calumniarentur,vt de synagoga repelleretur,sed à Christo inueniretur. Sed ille constanter quod sentiebat expressit. Ait n. Quia Propheta est.) Adhuc quidem inunctus in corde nondum deum confitetur, nec mentitur tamen. Ipse.n.dominus de semetipso ait, Non est Propheta sine honore nisi in

patria

patria sua,Non crediderunt ergo Iudæi de illo,quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderati)id est,qui cęcus fuerat & viderat.Et interrogauerunt Matt.13. Marci. 6. Lucæ. 4. Ioan. 4.

71 F eos dicentes,Hic est filius vester,quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quõ aũt nunc videt? Responderunt eis parentes eius & dixerunt,Scimus quia hic est filius noster,& quia cæcus natus est: quõ autem nunc videat nescimus aut quis eius aperuit oculos nos nescimus.Et dixerunt, Ipsum interrogate,ætatem habet,ipse de se loquatur.) Scimus quidem quia filius noster est: sed iuste cogeremur loqui pro infante, si ipse pro se loqui non posset: olim loquebatur,modo videt,cæcum à natiuitate nouimus, loquentem olim scimus,videntem modo videmus: ipsum interrogate vt instruamini, quid nobis calumnia mini? Hæc dixerunt parentes eius,quia timebant Iudæos. Iam.n. conspirauerant Iudæi, vt siquis eum confiteretur Christum,extra synagogam fieret.) Iam non erat malum fieri extra synagogam: illi expellebant,sed Christus excipiebat. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem,qui fuerat cæcus,& dixerunt ei, Da gloriam deo.) Quid est,da gloriam deo? nega quod accepisti. Hoc planè non est gloriam deo dare,sed deum potius blasphemare. Da, inquiunt, gloriam deo.Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo, ille, Si peccator est,ne-

71 G scio: vnum scio,quia cæcus cum essem,modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit oculos tuos?) Et ille iam stomachans aduersus duritiam Iudæorũ, & ex cæco videns non ferens cæcos.Respondit eis,Dixi iam vobis,& audistis,Quid iterũ vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?) Quid est,nunquid & vos, nisi quia ego iam sum,nunquid & vos vultis? Iam video,sed non inuideo. Maledixerunt ei & dixerunt,Tu discipulus eius sis.) Tale maledictum super nos,& super filios nostros: maledictum.n.est, si cor discutias,non si verba perpendas. Nos autem Moysi discipuli sumus,nos scimus quia Moysi locutus est deus,istum autem nescimus vnde sit.) Vtinam sciretis , si sciretis quia Moysi locutus est deus , sciretis quia per Moysen prædicatus est deus: habetis.n.dominum dicentem, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me. n. ille scripsit. Itáne sequimini seruum,& dorsum ponitis contra dominum? Sed nec seruum se quimini,nam per illum ad dominum duceremini Respondit ille homo & dixit eis, In hoc mirabile est, quia vos nescitis unde sit & aperuit oculos meos . Scimus autem quia peccatores deus non exaudit,sed siquis dei cultor est,& voluntatẽ eius facit,hunc exau

71 H dit.) Adhuc inunctus loquitur,nam & peccatores exaudit deus: si.n.peccatores deus nõ exaudiret,frustra ille publicanus oculos in terram demittes , & pectus suum percutiens diceret , Deus propitius esto mihi peccatori . Et ista confessio meruit iustificationem , quomodo iste cæcus illuminationem. A seculo non est auditum, quoniam quis aperuit oculos cæci nati . Nisi esset hic à deo , non poterat facere quicquam.) Libere,constanter & veraciter.Hæc.n.quæ à domino facta sunt,à quo fierent nisi à domino? Aut quãdo à discipulis talia fierent,nisi in eis dominus habitaret? Responderunt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus.) Totus quid est? Cum clausis oculis.Sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Ipse dabit ad dexteram resurrectionem,qui in facie dedit illuminationem. In peccatis totus natus es,Et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.) Ipsi illum magistrũ fecerunt,ipsi vt discerent toties interrogauerunt,& ingrati docentem proiecerunt. Sed quod dixi iamdudum fratres,illi pellunt, excipit dominus : magis.n. quia expulsus est, Christianus factus est.Audiuit dominus quia eiecerunt eum foras,& cum inuenisset eũ,

71 I dixit ei,Tu credis in filium dei?) modo lauat faciem cordis. Respondit ille & ait,) quasi adhuc inunctus.Quis est domine,vt credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.) Missus est ille,iste lauans faciem in Siloe, quod interpretatur missus: deniq; iam facie lota cordis & mundata conscientia , agnoscens eum non filium hominis tantum quod ante crediderat , sed iam filium dei qui carnem susceperat: Ait, Credo domine.) Parum est credo,vis videre qualem credat ? Et procidens adorauit eum. Et dixit ei Iesus,) Modo dies ille est inter lucem & tenebras discernens. In iudiciũ ergo in hunc mundum veni: vt qui non vident,videant: & qui vident, cæci fiant. Quid est hoc domine ? Magnam quæstionem fecisis intulisti,sed erigie vires nostras,vt possimus intelligere quod dixisti. Venisti vt qui non vident videant: recte,quia lumen es: recte,quia dies es recte,quia de tenebris liberas Hoc omnis anima accipit,omnis anima intelligit: quid est hoc quod sequitur,Et qui vident cæci fiant ? Ergo ne quia venisti, cæci

Luc.18. Ioan.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt qui videbant? Audi quid sequitur, & fortasis intelliges. Commoti sunt ergo verbis istis quidam ex Pharisæis, & dixerũt ei, Nunquid & nos cæci sumus?) Audi iam quid est quod mouebat, & qui vident cæci fiant. Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum.) Cum sit cæcitas ipsa peccatũ, Si cæci essetis, id est, si vos cæcos aduerteretis, si vos cæcos diceretis, & ad medicum curreretis: si ergo ita cæci essetis, non haberetis peccatum, quia veni ego auferre peccatum. Nunc vero dicitis quia videmus, peccatum vestrum manet.) Quare? Quia dicendo videmus, medicũ non quæritis, in cæcitate vestra remanetis: hoc est ergo quod pauloante non intellexeramus, quod ait, Ego veni vt qui non vident videant. Quid est, vt qui non vident videant? Qui se non videre confitetur, medicum quærunt vt videant: & qui vident cæci fiant. Quid est, qui vident cæci fiant? Qui se putant videre, & medicum non quærunt, in sua cæcitate permanent. Ergo istam discretionem vocauit iudicium, cum ait, In iudicium veni in hunc mundum, quo discernit causam credentium & confitentium à superbis se videre putantibus, & ideo grauius
Psal.42. excæcatis, tanquam dixerit ei peccator confitens & medicum quærens, iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta: illorum. i. qui dicunt, videmus, & eorum peccatum manet, Non autem illud iudicium iam intulit mundo, quo de uiuis & mortuis
Ioan.8. in fine seculi iudicabit. Secundum hoc enim dixerat, Ego non iudico quenquam, quoniã prius venit, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Ab eo quod scriptum est, Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. vsque ad id quod ait, Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Tractatus. XLV.

DE illuminato, qui cęcus natus est, sermo ad Iudæos domini exortus est. Huic itaque lectioni hodiernam esse contextam, scire debuit & commoneri charitas vestra. Cum. n. dominus dixisset, In iudicium n. ego veni in hunc mundum: vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant; quod eo tempore quando lectum est, vt potuimus exposuimus, quidam ex Pharisæis dixerunt, Nunquid & nos cæci sumus? Quibus respondit dominus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: Nunc autem dicitis, quia
Cap. X. videmus, peccatum vestrum manet. His verbis subiunxit ea, quæ hodie cum recitaretur, audiuimus. Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.) Dixerunt. n. se cæcos non esse, videre autem tunc possent, si oues Christi essent. Vnde sibi vsurpabant lumen, qui furebant contra diem. Propter illorum ergo vanam & superbam & insanabilem arrogantiam dominus Iesus ista contexuit, in quibus salubriter nos, si aduertamus, admonuit. Multi enim sunt, qui secundum quandam vitæ huius consuetudinem dicuntur boni homines, boni viri, bonæ fœminæ, innocentes, & quasi obseruantes ea, quæ in lege præcepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non mœchantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, non falsum testimonium aduersus quenquam perhibentes, & cætera quæ in lege mandata sunt, velut obseruantes: Christiani non sunt, & plerunque se iactant quomodo isti: nunquid & nos cæci sumus? Quia vero ista omnia quæ faciunt, & nesciunt ad quem finem referant, inaniter faciunt. Dominus de grege suo & de ostio quo intratur ad ouile, similitudinem proposuit in hodierna lectione: dicant ergo Pagani, Bene viuimus. Si per ostium non intrãt, quid prodest eis? vnde gloriantur? Ad hoc enim debet vnicuique prodesse viuere, vt detur illi semper viuere: nam cui non datur semper viuere, quid prodest bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuendi vel cæcitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquam spes vera & certa semper viuendi, nisi agnoscat vitam quod est Christus, & per ianuam intret in ouile. Quærunt ergo plerunq; tales homines etiam persuadere hominibus vt bene viuant, & Christiani non sint. Per aliam partem volunt ascendere, rapere & occidere, non vt bonus pastor conseruare atque saluare. Fuerunt ergo quidam Philosophi, de virtutibus & vitiis subtilia multa tractantes, diuidentes, definientes, ratiocinationes acutissimas concludentes, libros implentes suam sapientiam buccis crepantibus ventilantes, qui etiam dicere auderent hominibus, nos sequimini, sectam nostram tenete, si vultis beate viuere. Sed non intrabant per ostiũ, pdere volebãt, mactare & occidere. Quid de istis dicã? Ecce ipsi Pharisæi legebãt, & in eo qd legebãt, Christum sonabant

venturum sperabant, & præsentem non agnoscebãt, iactabant se etiam ipsi inter videntes, hoc est, inter sapientes, & negabant Christum, & non intrabant per ostium. Ergo &
72 B ipsi si quos forte seducerent, mactandos & occidendos, non liberandos seduceret. Et hos dimittamus, videamus illos si forte ipsi intrant per ostiũ, qui ipsius Christi nomine gloriantur. Innumerabiles enim sunt, qui se videntes non solum iactant, sed à Christo illuminatos videri volunt: sunt autem hæretici. Forte ipsi per ianuam intrauerunt? Absit Sabellius dicit, Qui filius est ipse est pater: sed filius non est pater. Non intrat per ostiũ qui filium dicit patrem. Arrius dicit, Aliud est pater, aliud est filius. Recte diceret, si diceret, alius, non aliud. Quando enim dicit aliud, ei contradicit à quo audit, Ego & pater vnum sumus. Nec ipse ergo per ostium intrat: prædicat enim Christũ qualem sibi fingit, nõ qualem veritas dicit: nomen habes, rem non habes. Alicuius rei nomen est xps, tene ipsam rem, si vis prodesse tibi nomen: alius, nescio vnde sit, sicut Fotinus, Christus homo est, inquit, deus non est: nec ipse intrat per ostium, quia Christus est homo & deus est. Et quid opus est multa percurrere, & multa vana hæresum enumerare? Hoc tene
72 te, ouile Christi esse catholicam Ecclesiam. Quicunq; vult intrare ad ouile, per ostium
C intret, Christum verũ prædicet, nõ solũ Christũ verũ prædicet, sed Christi gloriã quærat, non suã: nam multi quærendo gloriam suã, oues xpi sparserunt potius, q̃ congregauerũt: humilis est. n. ianua Christus dñs: qui intrat per hanc ianuã, oportet humilẽ esse, vt sano corpore possit intrare: qui aũt se non humiliat, sed extollit, per maceriam vult ascendere, qui aũt per maceriã ascendit, ideo exaltatur vt cadat. Tecte tamen adhuc loquitur dñs Iesus, nondũ intelligitur: nominat ostium, nominat ouile, nominat oues: commendat hæc omnia, sed nondum exponit. Legamus ergo, quia venturus est ad ea verba, in quibus nobis aliqua quæ dixit dignetur exponere, ex quorum expositione dabit nobis fortasse etiam illa quæ non exposuit intelligere: pascit enim manifestis, exercet obscuris. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, væ misero quia casurus est. Sit ergo humilis, per ostium intret, plano pede veniat, & non offendet. Ille, inquit, fur est & latro, qui oues suas vult dicere oues alienas, ad hoc suas, id est, furto ablatas, vt non saluet, sed vt occidat. Ergo fur est, quia quod alienũ est suum dicit: latro, quia & quod est furatus occidit. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouiũ: huic
72 D ostiarius aperit.) De ostiario isto tunc quæramus, quãdo ab ipso dño audierimus quod sit ostium, & qui sit pastor. Et oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nomina tim. Habet enim nomina eorum scripta in libro vitæ. Proprias oues vocat nominatim: hinc dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius. Et adducit eas, & cum proprias oues
2.Tim.2. emiserit, ante eas vadit, & oues illũ sequuntur, quia sciunt vocẽ eius. Alienũ autem nõ sequuntur, sed fugiunt ab eo quia non nouerunt vocem alienorum.) Tecta sunt verba hæc, plena quæstionibus, grauida sacramentis. Sequamur ergo & audiamus magistrum ex his obscuris aliquid aperientem, & per id quod aperit, nos forte intrare facientem. Hoc prouerbium dixit illis Iesus, illi aũt non cognouerut quid loqueretur eis.) Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos & nos, antequam ista verba agnoscamus, & nos? Quia nos pulsamus vt aperiatur nobis, illi autem Christum negando nolebant intrare seruandi, sed foris remanere perdendi. Quòd ergo nos audimus hæc pie, quod antequã illa intelligamus, credimus vera esse atq; diuina, magna ab istis diuersitate distamus.
72 Cum enim duo audiunt verba Euangelii, vnus impius, alter pius, & talia sunt, vt forte
E ambo non intelligant, vnus dicit, nihil dixit: alius dicit, verũ dixit, & bonũ est quod dixit, sed nos non intelligimus: iste quia credit iam pulsat, & dignus est cui aperiatur si pulsare persistat, ille vero adhuc audiat, Nisi crediderit is non intelligetis. Quare ista cõ
Esaiæ.7. mendo? quia etiam cum verba hæc obscura sicut possum exposuero, aut quia valde sunt abdita, vel ego eorum non appræhendero intelligentiam, vel explicandi quod intelligo non habuèro facultatem, vel tam fuerit quisq; tardus, vt etiam exponentem nõ sequatur, nõ de se desperet: maneat in fide, ambulet in via, audiat Apostolum dicentem, Et si
Philip.3. quid aliter sapitis, hoc quoq; vobis deus reuelabit: veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus. Incipiamus ergo audire exponentem, quem audiuimus proponẽtem. Dixit ergo iterum eis Iesus. Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Ecce ipsum ostium quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostium, agnouimus, intremus: vt nos intrasse gaudeamus. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones.) Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

est hoc domine, Omnes quotquot venerunt? Quid enim. Tu non venisti: sed intellige. Omnes quotquot venerunt dixit, vtiq; præter me. Recolamus ergo ante aduentū ipsius
venerunt Prophetæ, nunquid fures & latrones fuerunt: Absit, non præter illū venerūt, 71
quia cum illo venerunt. Venturus præcones mittebat, sed eorum corda quos miserat, 72 F
possidebat. Vultis nosse quia cum illo venerunt? Qui est ipse semper, carnem quippe ac
Ioan. 1. cepit ex tempore. Quid est ergo semper? In principio erat verbum. Cum illo ergo vene-
Ioan. 14. runt, qui cum verbo dei venerunt. Ego sum, inquit, via & veritas & vita. Si ipse est veri-
tas, cum illo venerunt qui veraces fuerunt: quotquot ergo præter illum, fures sunt & la
trones, id est, ad furandum & occidendū. Sed non audierunt eos oues.) Maior hæc quæ-
stio est, non audierunt eos oues. Ante aduentum domini nostri Iesu Christi, quo humi
lis venit in carne, præcesserunt iusti: sic in eum credentes venturum, quomodo nos cre-
dimus in eum qui venit. Tempora variata sunt, non fides, quia & ipsa verba pro tempo-
re variantur, cum varie declinantur. Alium sonum habet venturus est: aliū sonū habet,
venit: mutatus est sonus, venturus est, & venit: eadem tamen fides vtroq; coniungit, &
eos qui venturum esse, & eos qui eum venisse crediderunt: diuersis quidem temporibus
sed vtroq; per vnum fidei ostium, hoc est, per Christum, videmus ingressos. Nos credi-
mus dominum nostrum natum ex virgine, venisse in carne, passum esse, resurrexisse, in
cœlum ascendisse, totum hoc sicut verba auditis præteriti temporis, impletum esse iam 71
credimus: in eius sunt fidei societate nobiscum & illi patres, qui crediderunt de virgine
2. Cor. 4. nasciturū, passurum, resurrecturū, in cœlum ascensurū, illos. n. ostendit Apostolus vbi G
Psal. 115. ait, Habentes aūt eundē spiritū fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus
1. Cor. 10. sum: & nos credimus, propter quod loquimur. Propheta dixit, Credidi propter quod lo
cutus sum. Apostolus dicit, Et nos credimus, propter quod & loquimur: vt sciaś autem
q̄ vna sit fides, audi dicentem, Habentes eundem spiritum fidei & nos credimus: sic &
alio loco. Nolo. n. vos, inquit, ignorare fratres, qa patres nostri omnes sub nube fuerunt
& omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari: & om
nes eandem escam spiritalē manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem bibe-
runt. Mare rubrum significat baptismum, Moyses ductor per mare rubrum significat
Christum: populus transiens significat fideles: mors Aegyptiorū significat abolitionem
peccatorū. In signis diuersis eadem fides, sic in signie diuersis quomodo in verbis diuer
sis, quia verba sonos mutant per tempora, & vtiq; nihil aliud sunt verba quam signa: si-
gnificando. n. verba sunt, tolle significationē verbo, strepitus inanis est. Significata sunt
ergo omnia: nunquid non eadē credebant, per quos hæc signa ministrabantūr, per quos
eadē quæ credimus, pphetata prænunciabantur? vtiq; credebant: sed illi ventura eē, nos
aūt venisse: ideo & sic ait, Eundem potū spiritalē biberunt: si spiritalem eundē, nā cor-
poralem non eundem? Quid n. illi bibebant? Bibebant. n. de spirituali sequente petra: pe-
tra aūt erat Christus: videte ergo, fide manente, signa variata. Ibi petra xps, nobis Chri
stus quod in altari dei ponitur, & illi pro magno sacramento eiusdem xpi biberūt aquā
profluētē de petra, nos quid bibamus norunt fideles, Si speciem visibilem intēdas, aliud
est: si intelligibilem significationē, eundem potum spiritalem biberūt. Quotquot ergo
illo tēpore crediderunt vel Abrahæ, vel Isaac, vel Iacob, vel Moysi, vel aliis Patriarchis
aliusq; Prophetis Christum prænunciantibus, oues erant, & Christum audierunt, non
alienam vocem, sed ipsius audierunt. Iudex fuerat in præcone, quia & quando iudex lo-
quitur per præconem, exceptor non facit, præco non dixit, sed index dixit. Alii sunt er-
go quos non audierunt oues, in quibus non erat vox Christi, errantes, falsa dicentes,
mania garrientes, vana fingentes, miseros seducentes. Quid est ergo quod dixi? Maior
hæc quæstio est, quid habet obscurum & ad intelligendum difficile? audite obsecro:
ecce dominus ipse Iesus Christus venit, prędicauit, vtiq; multo magis vox pastoris erat,
expressa ipso ore pastoris: si. n. per Prophetas vox pastoris erat, quanto magis vocem pa
storis proferebat lingua pastoris: non omnes audierunt. Sed quid putamus? Qui au-
dierunt oues erant? Ecce audiuit Iudas, & lupus erat: sequebatur, sed pelle ouina te-
ctus, pastori insidiabatur. Aliqui vero eorum, qui Christum crucifixerunt, non au-
Ioan. 8. diebant, & oues erant: ipsos enim uidebat in turba, quando dicebat, Cum exaltaue-
ritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Quomodo ista soluitur quæstio?
Audiunt non oues, & non audiunt oues? sequuntur uocem pastoris quidam lupi, & ei

quædam contradicunt oues, postremo pastorem occidunt oues. Soluitur quæstio: re- 196
spondet enim aliquis & dicit, Sed quando non audiebant, oues nondum erant, tunc lu-
pi erant: vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit. Quando autem factæ sunt oues
audierunt, & pastorem inuenerunt, pastoremq; secutæ sunt: pastoris promissa speraue-
72 runt, quia iussa fecerunt. Soluta est vtcunq; ista quæstio, & cuiquam forte sufficiat. Me
K autem adhuc mouet, & quid me moueat communico vobiscum vt quodammodo quę-
rens vobiscum, reuelante illo vobiscum merear inuenire: quid ergo me moueat accipi-
te per Ezechielem Prophetam dominus obiurgat pastores, & dicit inter cætera de oui-
bus, Errantem ouem non reuocastis. Et errantem dicit, & ouem appellat: si quando er- Ezech. 34.
rabat ouis erat, cuius vocem ut erraret audiebat? Procul dubio. n. non erraret, si uocem
pastoris audiret: sed ideo errauit, quia uocem audiuit alieni, uocem furis & latronis au-
diuit. Certe latronum uoces non audiunt oues: Qui uenerunt, inquit, & intelligimus,
præter me, id est, qui uenerunt præter me, fures sunt & latrones, & non audierunt eos
oues. Domine, si non audierunt eos oues, quomodo errant oues, si oues non audiūt nisi
te? Tu autem ueritas es: quisquis ueritatem audit, non vtique errat: illi autem errant,
& oues appellantur: nam si in errore ipso oues non appellarentur, nō diceretur per Eze-
chielem Prophetam, Errantem ouem non reuocastis. Quomodo & errat & ouis est? uocē
alieni audiuit, certe non audierunt eos oues. Deinde modo multi colliguntur ad ouile
72 Christi, & ex hæreticis fiunt catholici: à furib. tolluntur, pastori reddunturi. Et aliquan-
L do murmurant, tædium patiuntur ad reuocantem, & non intelligunt iugulantem, ve-
runtamen etiam cum renitentes venerunt quæ oues sunt, agnoscunt vocem pastoris, &
se uenisse lætantur, & errasse erubescunt. Quando ergo in illo errore tanquam in verita
te gloriabantur, & vtiq; non audiebant vocem pastoris, & alienum ideo sequebantur,
oues erant an non erant? Si oues erant, quomodo alienas voces audiūt? Si oues nō erāt,
quare obiurgantur illi quibus dicitur, Errantem ouem nō reuocastis? In ipsis etiā iam
factis catholicis Christianis, bonæ spei fidelibus, aliquando mala contingunt, se ducun
tur in errorē, & post errorem reuocantur. Quando seducti sunt in errorē, & rebaptizati
sunt, aut post ouilis dominici societatem, rursus in errorem pristinum reuoluti sunt,
oues erant an non erant? Vtiq; catholici erant: si catholici, fideles erant, oues erant. Si
C runt eos oues? Audistis fratres altitudinem quæstionis. Dico ergo, Nouit dominus qui
72 sciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui, vt sit primogenitus in multis Roma. 8.
M fratribus: quos autem prædestinauit, ipsos & vocauit: & quos vocauit, ipsos & iusti-
ficauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Si deus pro nobis quis contra Roma. 8.
nos? Adde adhuc, Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradi-
dit eum, quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit? sed quibus? Nobis prę-
scitis, & prædestinatis, iustificatis, glorificatis, de quibus sequitur, Quis accusabit
aduersus electos dei? Nouit dominus qui sunt eius, ipsæ sunt oues. Aliquando se 2. Tim. 2.
ipsæ nesciunt, sed pastor nouit eas, secundum istam prædestinationem, secundū istam
dei præscientiam, secundum electionem ouium, ante constitutionem mundi. [Nam de
hoc dicit Apostolus, Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi.] Secundū istā Ephe. 1.
ergo præscientiam dei & prædestinationem, quam multæ oues foris, quam multi lupi
intus, & quam multæ oues intus, & quam multi lupi foris. Quid est quod dixi, quā mul
tæ oues foris: quam multi modo luxuriantur, casti futuri: q̄ multi blasphemant Xpm,
73 crediturī in Christum: quā multi se inebriant, futuri sobrii: quā multi rapiunt res alie-
A nas, donaturi suas, veruntamen modo vocē alienā audiunt, alienos sequuntur. Itē quā
multi intus laudant, blasphematuri: casti sunt, fornicaturi: sobrii sunt, se vino postea se
pulturi: stant, casuri: & non sunt oues: de prædestinatis enim loquimur, De his loqmur,
quos nouit dominus, qui sunt eius. & tamen ipsi quandiu recte sapiunt, Christi vocem
audiunt. Ecce audiunt ipsi, non audiunt illi, & tamen secundum prædestinationē non
oues isti, oues illi. Adhuc manet quæstio, quæ mihi interim nunc videtur ita posse dis-
solui. Est aliqua vox, est, inquam, vox aliqua pastoris, in qua oues non audiunt alie-
nos, in qua nō oues audiunt xpm: quæ est ista vox? Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic Matt. 10.
saluus erit. Hanc vocē non negligit, prius, nō audit alienus: nam & ille hoc ei p̄dicat, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

perſeueret apud ipſum vſq; in finem, ſed non apud eum perſeuerando non audit hanc
vocem. Venit ad Chriſtum, audit alia & alia verba, illa & illa, omnia vera, ſana omnia, in
ter quæ omnia eſt & illa vox: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit: iſtam qui
audierit ouis eſt: ſed audiebat illam neſcio quis, & deſipuit, refriguit, audiuit alienam: ſi
prædeſtinatus eſt, ad tempus errauit, in æternum non periit, redit vt audiat quod negle
xerit, faciat quod audiuit: ſi. n. de his eſt qui prædeſtinati ſunt, & errorem ipſius deus præ
ſciuit, & conuerſionem futuram: ſi aberrauit, redit vt audiat illam vocem paſtoris, & ſe
quatur dicentem: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Bona vox fratres, ve
ra, paſtoralis, ipſa eſt vox ſalutis in tabernaculis iuſtorum: nam facile eſt audire xp̃m,
facile eſt laudare Euangelium, facile acclamare diſputatori: perſeuerare vſq; in finẽ, hoc
eſt ouium vocem paſtoris audientium. Tentatio accidit, perſeuera vſq; in finem, quia tẽ
tatio non perſeuerat vſq; in finem: vſq; in quem finem perſeuerabis? Quouſq; finies
viam. Quandiu. n. non audis Chriſtũ, aduerſarius tuus eſt in iſta via, hoc eſt, in ilta mor
Mat.5. tali vita: ſed quid dicit? Concorda cum aduerſario tuo cito, dum es cum eo in via. Audi
ſti, credidiſti, concordaſti: ſi aduerſabaris concorda, ſi tibi præſtitum eſt concordare: ſi
aduerſabaris concorda, noli vlterius litigare: quando enim finiatur via neſcis, ſed tamẽ
ille ſcit, ſcit ille ſi ouis es: & ſi perſeueraueris vſq; in finem, ſaluus eris: ac per hoc iſtam
vocem non contemnunt ſui, non audiunt alieni. Vt potui, vt ipſe donauit, profundam
multum quæſtionem aut expoſui vobis, aut tractaui vobiſcum: ſiqui minus intellexe
runt, maneat pietas, & reuelabitur veritas: qui autem intellexerunt, non ſe extollant
quaſi celeriores ſuper tardiores, ne extollendo ſe exorbitent, & facilius perueniant tar
Pſal.85. diores. Omnes autem perducat cui dicimus: Deduc me domine in via tua, & ambulabo
in veritate tua. Per hoc ergo quod expoſuit dominus, quia ipſe eſt oſtium, intremus ad
ea quæ propoſuit, nec expoſuit. Et paſtor quidem quiſnam ſit, quanuis non dixerit in
iſta lectione quæ hodie recitata eſt, tamen in ea quæ ſequitur apertiſsime dicit: Ego ſum
paſtor bonus: quod ſi non diceret, quem alium præter ipſum intelligere deberemus in
eis uerbis ubi ait: Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, huic oſtiarius aperit, & oues
uocem eius audiunt, & proprias oues uocat nominatim, & educit eas: & cum proprias
oues emiſerit, ante eas uadit, & oues eum ſequuntur, quia ſciũt uocem eius? Quis enim
alius oues proprias uocat nominatim, & educit eas hinc ad uitam æternam, niſi qui no
uit nomina prædeſtinatorũ? Vnde ait diſcipulis ſuis: Gaudete, quia nomina veſtra ſcri
Luc.10. pta ſunt in cœlo: hinc enim uocat eas nominatim. Et quis alius eas emittet, niſi qui ea
Rom.6. rum peccata dimittit, ut eum ſequi duris liberatæ uinculis poſsint? Et quis eas præce
ſit, quò eum ſequantur, niſi qui ſurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei ultra nõ
Ioan.17. dominabitur? Et cum hic conſpicuus eſſet in carne, ait: Pater quos dediſti mihi, uolo ut
ubi ego ſum, & ipſi ſint mecum: unde illud eſt quod ait: Ego ſum oſtium, per me ſiquis
introierit ſaluabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.) In hoc euidenter
oſtendit, non ſolum paſtorem, ſed etiam oues intrare per oſtium; ſed quid eſt, ingredie
tur & egredietur, & paſcua inueniet? Ingredi quippe in Eccleſiam per oſtium Chriſtum
1.Ioan.2. ualde bonum eſt: exire autem de Eccleſia, ſicut ait iſte ipſe Ioannes Euangeliſta in Epi
ſtola ſua: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis; non eſt utiq; bonum. Talis ergo
egreſſus non poſſet à bono paſtore laudari, ut diceret, & ingredietur & egredietur, & pa
ſcua inueniet. Eſt ergo aliquis non ſolum ingreſſus, uerumetiam egreſſus bonus per o
ſtium bonum, quod eſt Chriſtus: ſed qui ſit iſte laudabilis & beatus egreſſus? Poſſem
quidem dicere ingredi nos, quãdo interius aliquid cogitamus, egredi autem quando ex
terius aliquid operamur, Et quoniam, ſicut dicit Apoſtolus, per fidem habitat Chriſtus
in cordibus noſtris, ingredi per Chriſtum eſſe ſecundum ipſam fidem cogitare: egredi
autem per Chriſtum ſecundum ipſam fidem etiam foris, id eſt, coram hominibus opera
Pſal.103. ri: unde & in Pſalmo legitur: Exiet homo ad opus ſuum: & ipſe dominus dicit: Luceant
Mat.5. opera ueſtra coram hominibus: ſed plus me delectat quod ipſa veritas tanquam paſtor
bonus, & ideo bonus doctor quodammodo nos admonuit, quemadmodum intelligere
debeamus, quod ait, Ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet: conſecutus adiunxit,
Fur non uenit niſi vt furetur, & mactet, & perdat: ego ueni ut uitam habeant, & abunda
tius habeant.) Videtur enim mihi dixiſſe, ut uitam habeant ingredientes, & abundan
tius habeant egredientes. Non autem poteſt quiſq; per oſtium, id eſt, per Chriſtũ egredi

ad vitam æternam, quæ erit & ſpecie, niſi per ipſum oſtium, hoc eſt, per eundẽ Chriſtũ
in Eccleſiã eius quæ eſt ouile eius, intrauerit ad vitam temporalem, quæ eſt in fide; ideo
ait, Ego veni vt vitã habeant: hoc eſt, fidem, quæ per dilectionẽ operatur, per quã fidem
73 in ouile ingrediuntur vt viuant, quia iuſtus ex fide viuit. Et abundantius habeant, qui
F perſeuerando vſq; in finem, per illud oſtium, id eſt, per fidem Chriſti egrediuntur, quo
niam veri fideles moriuntur, & abundantius habebunt vitam, veniendo quò paſtor il-
læ præceſsit, vbi nunquam deinde moriantur. Quanuis ergo & hic in ipſo ouili nõ de- Gala.5.
ſint paſcua, quoniam ad vtrunq; poſſumus intelligere quod dictum eſt, & paſcua inue- Abac.2.
niet, id eſt, & ad ingreſſum & ad egreſſum: tamen tunc vera paſcua inueniẽt vbi ſaturen- Rom.1.
tur, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qualia paſcua inuenit dictum eſt: Hodie mecũ eris
in paradiſo. Quomodo autem ipſe ſit oſtium, ipſe paſtor, vt per ſeipſum quodammo- Matt.5.
do etiam ipſe ingredi & egredi intelligatur, & quiſnam ſit oſtiarius, longum eſt ho- Luc.23.
die quærere, & differendo ſicut ipſe donauerit explicare.

Ab eo quod dictum eſt, Ego ſum paſtor bonus, bonus paſtor animam ſuam ponit
pro ouibus ſuis: vſq; ad id quod ait, Mercenarius autem fugit, quia
Mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

73 Tractatus. XLVI.
G LOquens dominus Ieſus ouibus ſuis, & præſentibus & futuris, quæ tunc aderant,
quia erant ibi iam oues eius, erantq; quę futuræ erant eius oues: Item præſentibus
& futuris, & illis & nobis, & quotquot etiam poſt nos fuerint oues eius, quis ad eas miſ
ſus eſſet, oſtendit. Omnes ergo audiunt vocem paſtoris ſui dicentis: Ego ſum paſtor bo
nus.) Non adderet bonus, niſi eſſent paſtores mali: ſed paſtores mali ipſi ſunt fures & la
trones, aut certe vt multum mercenarii. Omnes enim hic perſonas quas poſuit, requi-
rere, diſtinguere, noſſe debemus: aperuit enim iam duas res dominus, quas quodãmo-
do clauſas propoſuerat. Iam ſcimus quia oſtium ipſe eſt, ſcimus quia paſtor ipſe eſt: fu-
res & latrones qui ſint, in heſterna lectione patefactum eſt. Hodie autẽ audiuimus mer
cenarium, audiuimus & lupum, heri nominatus eſt & oſtiarius. In bonis ergo oſtium
eſt & oſtiarius, paſtor & ouis: in malis fures & latrones, mercenarii, lupus. Oſtium do-
minum Chriſtum accipimus ipſum paſtorem, [ipſum oſtiarium]: quia enim hæc duo
73 ipſe expoſuit, oſtiarium nobis reliquit quærendum: & quid ait de oſtiario? Huic, in-
H quit, oſtiarius aperit: cui aperit? Paſtori. Quid aperit paſtori? Oſtiũ. Et quis eſt ipſum
oſtium? Ipſe paſtor. Nunquid ſi dominus Chriſtus non expoſuiſſet, non ipſe diciſſet,
Ego ſum paſtor, & ego ſum oſtium; auderet quiſquam noſtrum dicere, quod ipſe Chri-
ſtus ſit & paſtor & oſtium? Si enim diceret, ego ſum paſtor: & non diceret, ego ſum oſti-
um: quæſituri eramus quis eſſet oſtium, & forte aliud putantes ante oſtium remanſuri,
gratia illius & miſericordia nobis expoſuit paſtorem, ſeipſum dixit, expoſuit oſtium,
ſeipſum dixit, oſtiarium quærendum nobis reliquit: quem nos dicturi ſumus oſtiariũ?
Quemlibet inuenerimus, cauendum eſt ne maior exiſtimetur quàm ipſum oſtiũ: quia
oſtiarius in domibus hominum maior eſt oſtio. Oſtiarius enim oſtio, non oſtium præ-
ponitur oſtiario, quia oſtiarius oſtium, non oſtium cuſtodit oſtiarium. Non audeo di-
cere aliquem oſtio maiorem: audiui enim iam quid ſit oſtium, non me latet, non ſum
dimiſſus coniecturæ meæ, non mihi humana eſt relaxata ſuſpicio, deus dixit, veritas di
xit, mutari non poteſt quod immutabilis dixit. Dicam ergo in huius pfunditate qõnis
73 quid mihi videatur: eligat vnuſquiſq; quod placet, pia tamen ſentiat, ſicut ſcriptũ eſt. Sapien.1.
I Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Oſtiarium forte
ipſum dominum debemus accipere: multo ſunt. n. inter ſe diuerſa in rebus humanis, pa
ſtor & oſtium, q̃ oſtiarius & oſtium? & tamen dominus & paſtorem ſe dixit, & oſtiũ: cur
ergo non intelligamus ipſum & oſtiarium? Si enim conſideremus proprietates, do-
minus Chriſtus nec paſtor eſt, ſicut conſueuimus noſſe & videre paſtores, nec oſti-
um eſt, non enim eum faber fecit: ſi autem ſecundum aliquam ſimilitudinem & oſti-
um & paſtor eſt, audeo dicere & ouis eſt: ouis nempe ſub paſtore eſt, tamen ille & pa-
ſtor eſt & ouis ubi eſt paſtor? Ecce hic habes, lege Euangeliũ: Ego ſum paſtor bonus; Eſa.53.
vbi eſt ouis? Interroga prophetam: Sicut ouis ad immolandũ ductus eſt: vbi eſt agnus? Ioan.1.
Interroga amicum ſponſi: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Adhuc aliquid
ſecundum iſtas ſimilitudines mirabilius ſum dicturus: & agnus enim & ouis & paſtor,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoca.5. inter se antica sunt: contra leones autem à pastoribus oues cudostiri solent, & tamen de
Christo cum sit ouis & pastor, legimus dictum: vicit leo de tribu Iuda. Hæc omnia fra-
tres secundum similitudines accipite, non secundum proprietates. Solemus videre pa-
stor: es sedere supra petram, & inde commissa sibi pecora custodire. Vtiq; melior pastor
1.Cor.10. quam petra, super quam sedet pastor, & tamen Christus & pastor & petra. Totum hoc se
Ioan.1. cundum similitudinem: proprietatem autem si quæras a me: In principio erat verbum,
& verbum erat apud deum, & deus erat verbum; si quæras a me proprietatem, filius vni
cus de patre in æternum ab æterno genitus, æqualis gignenti, per quem facta sunt om-
nia, cum patre incommutabilis, & accepta forma hominis non mutatus, ex incarnatione
homo, filius hominis & filius dei. Hoc totum quod dixi, non similitudo sed res est: non
ergo pigeat nos fratres secundum quasdam similitudines ipsum accipere ostiũ, ipsum
ostiarium: quid est enim ostiũ: Quo intramus: quis est ostiarius? Qui aperit: quis ergo
se aperit, nisi qui seipsum exponit: Ecce dñs dixerat ostium, non intellexeramus: quãdo
non intelleximus, clausum erat, qui aperuit ipse est ostiarius: nulla est ergo necessitas
aliquid aliud quærere, nulla necessitas, sed fortasse est voluntas: si est voluntas, noli ex-
orbitare, noli a trinitate discedere: si personam aliquam quæris ostiarii, spiritus sanctus
occurrat: non.n. dedignabitur ostiarius esse spiritussanctus, quando ipsum ostium esse
Ioan.16. dignatus est filius: vide ostiarium, forte spiritũ sanctũ, ipse dominus discipulis suis de
spiritu sancto dicit: Ipse vos docebit omnẽ veritatẽ. Ostium quid est? Christus: quid est
Christus? Veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem? De mercenario
autem quid dicimus? Non in bonis hic cõmemoratus est. Pastor bonus, ait, animã suam
dat pro ouibus suis; mercenarius & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, vi-
det lupũ venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues.) Non hic
bonam personam mercenarius gerit, & tamen in aliquo vtilis est: nec mercenarius dice
retur, nisi acciperet à conducente mercedem: quis est ergo iste mercenarius, & culpabi-
lis, & necessarius? Hic vero fratres luceat nobis ipse dominus, vt & mercenarios intelli-
gamus, & mercenarii non simus. Quis est ergo iste mercenarius? Sunt quidã Ecclesiæ
Phil.2. Præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: Sua quærentes, nõ quæ Iesu Christi: quid
est sua quærentes? Non Christum gratis diligentes, non deum propter deum quæren-
tes, temporalia cómoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes:
hæc quando amantur à præposito, & propter hæc seruitur deo, quisquis est talis merce
Matt.6. narius est, inter filios se non computet: de talibus.n. & dominus dicit: Amen dico vobis
Phil.2. perceperunt mercedem suam; audi de Timotheo sancto quid dicat Apostolus Paulus:
Spero autem in domino Iesu, Timotheum cito me mittere vobis, vt & ego bono animo
sim, cum cognouero quæ circa vos sunt: neminem enim habeo tam vnanimem, qui ger
mane de vobis solicitus sit. omnes enim sua quærunt non quæ Iesu Christi. Inter mer-
cenarios pastor ingemuit, quæsiuit aliquem qui synceriter diligeret gregem Christi, &
circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant nõ inuenit: non enim in Ecclesia Christi
tunc præter Paulum apostolum & Timotheum nemo erat qui germane de grege solici-
tus esset, sed contigerat vt eo tempore quo Timotheum misit circa se alium de filiis nõ
haberet, sed soli mercenarii cum illo essent, sua quærentes, non quæ Iesu Christi: & ta-
men ipse germane de grege solicitus, maluit filium mittere, & inter mercenarios rema-
nere. Inuenimus & mercenarios, non eos discutit nisi dominus, qui cor inspicit, ipse di-
scutit, tamen aliquando intelliguntur à nobis, non.n. frustra dixit ipse dominus etiam
de lupis, ex fructibus eorum cognoscetis eos: multos interrogant tentationes, & tunc
Matth.5. apparent cogitationes, multi autem latent. Habet ouile domini præpositos, & filios,
& mercenarios. Præpositi autem qui filii sunt, pastores sunt, si pastores sunt: quomo-
do vnus pastor, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris, cuius sunt oues pro-
Esa.53. priæ? Nam & ipsi membra sunt ipsius vnius dñs, quia sicut ouis ad immolandum du-
ctus est. Audite autem, quia & mercenarii necessarii sunt: multi quippe in Ecclesia com-
mõda terrena sectantes, Christum tamen prædicant, & per eos vox Christi auditur,
& sequuntur oues non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite
mercenarios ab ipso domino demonstratos: scribæ, inquit, & pharisæi cathedrã Moysi
Matt.23. sedent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: quid aliud dixit: nisi per
mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo.n. cathedrã Moysi, legem dei docent, ergo

per illos deus docet: sua vero illi si velint docere, nolite audire, nolite facere: certe n. ta-
les sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Nullus tamen mercenarius ausus est dicere po-
74 pulo Christi, tua quære, non quæ Iesu Christi: qui enim male facit, non prædicat de ca
B thedra Christi, inde lædit vnde male facit, non vnde bona dicit: botrum carpe, spinam
caue. Bene quia intellexistis, sed propter tardiores dicam hoc idem planius, quod modo
dixi, botrũ carpe, spinã caue, cũ dñs dicat: Nunquid colligunt de spinis vuã, aut de tri- Matt.7.
bulis ficus? Verũ est omnino, & tamen etiã verum ego dixi, botrum carpe, spinam caue,
quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pendet in sepe, crescit palmes, inseritur
spinis, & portat fructum spina nõ suũ: non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes
incubuit: noli interrogare nisi radices, quære radicem spinæ, extra inuenies à vite: quę-
re originem vuæ, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moysi vitis erat, pharisæo
rum mores spinæ erant: doctrina vera per malos, palmes in sepe. Botrũ inter spinas cau
te lege, ne dum quæris fructũ, laceres manum: & cũ audis bona dicentẽ, ne imiteris ma-
la facientem, quæ dicunt facite, legite vuas: quæ autẽ faciunt, facere nolite, cauete spi-
74 nas: etiam per mercenarios vocem pastoris audite, sed nolite esse mercenarii, cum sitis
C membra pastoris: ipse autem Paulus Apostolus sanctus qui dixit: Neminem habeo qui Phil.2.
germane de vobis solicitus sit, omnes enim sua quærunt, non quæ Iesu Christi: alio lo-
co inter mercenarios filios discipulos distinguens, videre quid dixerit: Quidam per inuidiam & Phil.1.
contentionem, quidam vero & per bonam voluntatẽ Christũ prædicant: quidã ex cha-
ritate, scientes quia in defensione Euangelii positus sum, quidam vero & per contuma-
ciam Christũ annunciat non caste, existimantes tribulationẽ suscitari vinculis meis.
Isti mercenarii erant, Paulo Apostolo inuidebant: quare inuidebant, nisi quia tempora
lia requirebant? Sed quid adiungat attendite: quid enim? Cum omni modo, siue occasio
ne, siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Veritas est Chri
stus, veritas à mercenariis occasione annuncietur, veritas filiis veritate annuncietur.
Filii æternam hæreditatem patris patienter expectant: mercenarii temporalem merce-
dem conducentes, festinanter exoptant. Mihi humana gloria, cui mercenarios inuidere
viduo, minuatur, & tamen per linguas mercenariorum & filiorum diuina Christi gloria
diffametur, cum siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Vidimus qui sit etiã
mercenarius: quis est lupus, nisi diabolus? Et quid dictum est de mercenario? Cum vi-
74 derit lupum venientem fugit, quia non sunt eius oues propriæ, nec ei cura est de oui-
D bus: nunquid talis erat Apostolus Paulus? Absit. Nunquid talis Petrus? absit: nũquid
tales cæteri Apostoli, excepto Iuda filio perditionis? absit. Pastores ergo illi? Planè pa-
stores: & vnde vnus pastor? Iam dixi pastores, quia membra pastoris illo capite gaude-
bant, sub illo capite concordabant, vno spiritu in vnius corporis compage viuebant, ac
per hoc omnes ad vnũ pastorem pertinebant. Si ergo pastores, non mercenarii, quare
fugiebant quando persecutionem patiebantur? Expone nobis, ô domine, vidi in Episto
la fugientem Paulum, per murum in sporta submissus est, vt manus persequentis eua- 2.Cor.11.
deret: non ergo illi crura fuit de ouibus, quas lupo veniente deserebat? Fugit planè,
sed eis pastori in cœlo sedenti orationibus cum mandabat? se autem vtilitati earum fu-
giẽdo seruabat, sicut quodam loco ait, Manere in carne necessarium dixi propter vos. Phil.1.
Ab ipso nanq; pastore omnes audierant: si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite Matt.10.
74 in aliam. Hanc nobis quæstionem dominus dignetur exponere. Domine tu dixisti eis;
E quos fideles pastores esse vtique volebas, quos tua membra esse formabas, si vos perse-
cuti fuerint, fugite. Iniuriam ergo illis facis quando reprehendis mercenarios, qui vi-
dent lupum venientem, & fugiunt: rogamus iudices nobis, quid habeat altitudo quę-
stionis: pulsemus aderit qui aperiet se, ostiarius ostii quod est ipse: quis est mercena-
rius? Qui vidit lupum & fugit, qui sua quærit, non quæ Iesu Christi. Peccantem non Phil.2.
libere audet redarguere. Ecce nescio quis peccauit, grauiter peccauit, increpandus est, 1.Tim.5.
excommunicandus est: sed excõmunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit cũ potue
rit, iam ille qui sua quærit, nõ quæ Iesu xpi, ne perdat quod sectatur, humanæ amicitiæ
cõmoditatem, & inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit:
ecce lupus oui guttur apprehendit, diabolus fideli adulterium persuasit: tu taces, non
increpas ô mercenarie, lupum venientem vidisti & fugisti. Rũdet forte & dicit, ecce hic
sum, nõ fugi: fugisti qd tacuisti: tacuisti, qa timuisti. Fuga animi timor est, corpe stetisti

spiritu fugisti? quod ille non faciebat qui dicebat, Et si corpore absens sum, spiritu vo-
biscum sum: quomodo enim spiritu fugiebat, qui etiam corpore absens, fornicatores li-
Coloss. 2. teris arguebat? Affectiones nostræ motus animorum sunt: lætitia, animi diffusio: tristi-
tia, animi contractio: cupiditas, animi progressio: timor, animi fuga est: diffunderis, n.
animo cum delectaris: contraheris animo cum molestaris: progrederis animo cum ap-
petis; fugis animo cum metuis. Ecce vnde ille mercenarius viso lupo dicitur fugere.
Quare? Quia est ei cura de ouibus.) Quare non est ei cura de ouibus? Quia mercena-
rius est.) Quid est mercenarius est? Temporalem mercedem quærit, & in domo æter-
num non manebit: sunt adhuc hæc quærenda, & discutienda vobiscum, sed onerare vos
non est consilii: dominica enim cibaria conseruis ministramus, in pascuis dominicis
oues pascimus, & simul pascimur: sicut non est negandum quod necessarium est, sic
non est cor infirmum pabuli multitudine prægrauandum: non sit ergo molestum chari
tati vestræ, quia omnia quæ hic adhuc discutienda arbitror, hodie non discutio, sed ite
rum nobis in nomine domini diebus reddendi sermonis, eadem lectio recitabitur, &
diligentius illo adiuuante tractabitur.

Ab eo quod dictum est, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ: vsq; ad id quod ait, Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

Tractatus. XLVII.

QVi sermonem domini dei nostri non solum libenter, sed etiam diligenter audi-
stis, promissionis nostræ proculdubio meministis. Ipsa quippe lectio Euangeli
ca & hodie lecta est, quæ lecta fuerat proximo dominico die. Propterea quoniã
in quibusdam necessitatibus immorati, non potuimus omnia discutere, quæ vestris sen
sibus debebamus. Proinde quæ iam dicta atq; tractata sunt, hodie non quærimus, ne ad
huc eadem repetendo, ad illa quæ nondum dicta sunt, peruenire minime permittamur.
Nostis iam in nomine domini qui sit bonus pastor, & quemadmodum pastores boni me
bra sint eius, & ideo pastor sit vnus. Nostis qui sit mercenarius ferendus, quis lupus, &
fures & latrones cauendi, quæ sint oues, & quod sit ostium quo & oues ingrediuntur, &
pastor quomodo sit intelligendus ostiarius: nostis etiam quoniã quisquis non per ostiũ
intrauerit, fur est & latro, nec venit nisi vt furetur, & occidat & perdat. Hæc omnia dicta,
sufficienter, quantum existimo, pertractata sunt: hodie debemus dicere quantum adiu-
uat dominus, quoniam ipse Iesus Christus saluator noster, & pastorem se esse dixit, &
ostium, & pastorem bonum dixit intrare per ostium: quomodo ipse per seipsum intrat?
Si enim nemo pastor bonus est nisi qui per ostium intrat, & ipse est præcipue pastor bo-
nus, & ipse est ostium intelligere non possum nisi & ipsum per seipsum ad oues suas in-
trare, & vocem suam illis dare vt sequantur eum, easq; intrantes & exeũtes pascua inue
nire, quod est vita æterna. Cito ergo dico, ego quærens intrare ad vos, id est, ad cor ve-
strum, Christum prædico: si aliud prædicem, per aliam partem conabor ascendere. Chri
stus itaq; mihi ianua est ad vos, p xp̃m intro, nõ ad parietes vestros, sed ad corda vestra.
Quid ẽ p xp̃m intro? xp̃m in me libẽter audistis. Quare xp̃m i me libẽter audistis? Quia
oues xp̃i estis, sanguine Christi comparati estis, agnoscitis pretium vestrũ quod non a
me datur, sed per me prædicatur. Ille quippe emit, qui pretiosum sanguinem fudit: pre-
tiosus sanguis est illius sine peccato, fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem precio-
sum, pro quibus dedit sanguinis precium: nam si suorum sanguinem non faceret pre-
tiosum, non diceretur: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Itaq; etiam
Psal. 115. quod ait, Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus, non ipse vnus fecit, & tamen si
illi qui fecerunt membra eius sunt, idem ipse vnus hoc fecit. Ipse enim potuit facere sine
illis, ipse sine illo vnde potuerunt, cum ipse dixerit: sine me nihil potestis facere? Hinc
Ioan. 15. autem ostendimus quod & alii fecerunt, quia ipse Apostolus Ioannes, qui hoc quod au-
distis Euangelium prædicauit, in Epistola sua dixit; sicut pro nobis animam suam po-
suit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Debemus dixit, debitores nos fe-
Prou. 23. cit, qui primus exhibuit: ideo quodam loco scriptum est, Si sederis cœnare ad mensam
potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens quia ta-
lia te oportet præparare. Mensa potentis quæ sit nostis, vbi est corpus & sanguis Christi,

qui accedit ad talem mensam præparet talia. Et quid est, præparet talia? Quomodo ipse
pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad ædificandam plebem, ad asseren-
dam fidem animas pro fratribus ponere: ideo Petro quem facere volebat pastorem bo-
num, non in ipso Petro, sed in corpore suo ait, Petre amas me? Pasce oues meas: hoc se- Ioan. 21.
mel, hoc iterum, hoc tertio, vsq; ad eius tristitiam: & cum tãtum interrogasset dominus,
74 quantum interrogandum esse iudicauit, vt ter confiteatur qui ter negauerat, & ei suas
K oues pascendas tertiò commendasset: ait illi, Cum iunior esses, cingebas te & ambulabas
vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò
tu non vis. Et exposuit Euangelista quid dominus dixerit: hoc autem, inquit, dixit, signi
ficans qua morte clarificaturus esset deum. Ad hoc ergo pertinet pasce oues meas, vt po-
nas animam tuam pro ouibus meis, iam illud quod ait, Sicut nouit me pater & ego agno
sco patrem.) Quis nescit hoc? Ipse enim agnoscit patrem per se, nos per illum, quia ip se
per se cognoscit, nouimus, quia & nos per illum etiam hoc nouimus, quia & hoc per illũ
nouimus: ipse enim dixit: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in Ioan. 1.
sinu patris, ipse enarrauit: ergo & nos per ipsum, quibus enarrauit. Item alibi ait: Nemo
nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: Mat. 11.
sicut ergo ipse per se nouit patrem, nos autem per illum nouimus patrem, sic intrat in
ouile per semetipsum, & nos per ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad
74 vos: quare? Quia Christum prædicamus, & ideo intramus per ostium. Christus autem
L Christum prædicat, quia seipsum prædicat, & ideo pastor per seipsum intrat. Lumen cũ
alia monstrat quæ videntur in lumine, nunquid aliquo alio indiget vt monstretur? Lu-
men ergo & alia demonstrat & seipsum. Quęcunq; intelligimus, intellectu intelligimus,
& ipsum intellectum, vnde nisi intellectu intelligimus? Nunquid sic oculo carnis & alia
vides & ipsum? Quanuis enim videant homines oculis suis, nõ tamẽ videt oculos suos.
Oculus carnis alia videt, se nõ potest, intellectus autem & alia intelligit, & seipsum: quo
intellectus videt se, sic & Christus prędicat se: si prędicat se, & prędicãdo intrat ad te, per
se intrat ad te & ad patrem. Ipse est ostium, quia non est quâ veniatur ad patrem nisi per
ipsum: vnus enim deus & vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Verbo 1. Tim. 2.
multa dicuntur, hęc ipsa quæ dixi, vtiq; verbo dixi: si velim dicere & ipsum verbum, vn
de dico nisi verbo? Ac per hoc verbum & alia dicuntur, quę non sunt quod verbum, &
ipsum verbum dici non potest nisi per verbum: adiuuante domino exemplis abunda-
uimus. Tenete ergo quomodo dominus Iesus Christus, & ostium sit, & pastor: ostium
74 pandendo se, pastor intrando per se. Et quidem fratres, quòd pastor est, dedit & mem-
M bris suis: nam & Petrus pastor, & Paulus pastor, & cęteri Apostoli pastores, & boni Epi-
scopi pastores. Ostium vero nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprium tenuit, quâ
intrant oues. Deniq; Paulus boni pastoris implebat officium quando Christum prędi-
cabat, quia per ostium intrabat: at vbi oues indisciplinatę cœperunt facere schismata, &
alia ostia sibi ponere, non quâ intrarent & congregarentur, sed quâ errarent vt diuide-
rentur dicentes: Alii, ego sum Pauli: alii, ego sum Cephę: alii, ego Apollo: alii, ego Chri- 1. Cor. 1.
sti: expauescens ad eos qui dixerunt, ego sum Pauli, tanquam clamans ad oues, miserę
quâ itis? non sum ostium: nunquid Paulus, inquit, pro nobis crucifixus est, aut in nomi-
ne Pauli baptizati estis? Qui vero dicebant: Ego sum Christi, inuenerũt ostium. De vno
autem ouili & vno pastore, iam quidem assidue soletis audire: multum enim commen-
dauimus vnum ouile prędicantes vnitatem, vt per Christum omnes oues ingrederen-
75 tur, & Donatum nulla sequeretur, veruntamen vnde hoc proprie dixerit dominus ad ip
A sos, satis apparet: loquebatur enim apud Iudęos, missus autem fuerat ad ipsos Iudęos,
non propter quosdam immani odio pertinaces & perseuerantes in tenebris, sed propter
quosdam in ipsa gente quas dicit oues suas, de quibus dicit: Nõ sum missus nisi ad oues
quę perierunt domus Israel: nouerat etiam eas in turba furentium, & prędebat in pa-
ce credentium: quid est ergo, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel: Mat. 15.
nisi quia prędestinatam suam corporalem non exhibuit nisi populo Israel? Ad gentes non
perrexit ipse, sed misit: ad populũ vero Israel & misit & venit ipse, vt qui contemnebant,
maius iudiciũ sumerent, quia etiam prędestinata est illis exhibita. Ipse dominus ibi fuit,
ibi matrem elegit, ibi concipi, ibi nasci, ibi sanguinem fundere voluit, ibi sunt vestigia
eius, modo adorantur vbi nouissime stetit, vnde ascendit ad cœlum: ad gentes autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

misit: sed forte aliqui arbitrantur, quoniam non ipse ad nos venit, sed misit ad nos, non
nos audisse vocem ipsius, sed vocem eorum quos misit. Absit. Pellatur ista cogitatio de
1. Cor. 13. cordibus vestris, & in his quos misit ipse erat. Ipsum Paulum audi quem misit: ad gentes
enim præcipue Paulum misit Apostolum: & ait ipse Paulus terrens non de se, sed de illo:
An vultis accipere experimétum eius, qui in me loquitur Christus: Audite & ipsum do
minum: Et alias oues habeo:) id est, in gentibus. Quæ non sunt de hoc ouili:) id est, de
populo Israel: Oportet me & illas adducere.) Ergo per suos, non per alteros adducit: ad-
huc audi, Et vocem meam audient.) ecce & per suos ipse loquitur, & per suos quos mi-
Ephe. 2. sit vox eius auditur: Vt sit vnum ouile & vnus pastor.) De duobus istis gregibus tāquā
duobus parietibus, factus est lapis angularis. Ergo & ostium est & lapis angularis, omnia
per similitudinem, nihil horum proprie. Iam enim dixi & commendaui vehementer, &
qui capiunt sapiunt, immo qui sapiunt capiunt, & qui nondum intellectu sapiunt, fide
teneant quod intelligere nondum possunt. Per similitudinem Christus multa est, quæ
per proprietatem non est: per similitudinem petra est Christus, & ostium est Christus, &
lapis singulis est Christus, & pastor est Christus, & agnus est Christus, & leo est Chri-
stus. Quam multa per similitudines & alia, quæ commemorare longum est: si autem pro-
prietates discutias rerum, quas videre consuesti, nec petra est, quia durus & sine sensu
non est? nec ostium, quia faber eum non fecit: nec lapis angularis est, quia non est ab
structore compositus: nec pastor est, quia custos ouium quadrupedum non est: nec leo
est, quia fera non est: nec agnus est, quia pecus non est: omnia ergo ista per similitudine:
Ioan. 1. quid ergo proprie? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat
verbum. Quid de homine qui apparuit: Et verbum caro factum est, & habitauit in no-
bis: audi & cætera: Propterea me pater diligit, inquit, quia ego pono animam meam, vt
iterum sumam eam.) Quid ait? Propterea me pater diligit, quia morior vt resurgam.
Cum magno enim pondere dictum est ego, quia ego pono, inquit, animam meam, ego
pono. Quid est ego pono? Ego, inquit, illam pono. Non glorientur Iudæi, sequire potue-
runt, potestatem habere non potuerunt: sæuiant quantum possunt, si ego noluero ani-
mam meam ponere, quid sæuiendo facturi sunt? Vna responsione prostrati sunt, quan-
Ioan. 18. do eis dictum est, Quem quæritis? dixerunt Iesum, & ait eis: Ego sum, redierunt retro, &
ceciderunt in terram. Qui ceciderunt ad vnam vocem Christi morituri, quid facient sub
voce iudicaturi? Ego, inquam, pono animam meam, vt iterum sumam eam. Non glorien
tur Iudæi, quasi qui præualuerint, ipse posuit animam suam: ego dormiui dicit: nostis
Psal. 3. Psalmum: Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me: mo
do Psalmus ipse lectus est, modo audiuimus: Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi,
quoniam dominus suscepit me: quid est, ego dormiui? Quia volui, dormiui: quid est dor
miui? Mortuus sum: nonne dormiuit, qui quando voluit de sepulchro tanquam de lecto
surrexit? Sed amat dare gloriam patri, vt nos ædificet gloriam dare creatori: nam quòd
addidit, exurrexi, quoniam dominus suscipiet me, putatis hic quasi virtutem eius defe-
cisse, vt per potestatem suam mori potuerit, & per potestatem suam resurgere nō potue
rit? Sic enim videntur sonare verba non intentius intellecta, Ego dormiui: id est, quia vo
lui dormiui, & exurrexi. Quare? quia dominus suscipiet me. Quid enim? Tu à teipso re-
surgere nō valeres? Si. n. no valeres, non diceres: Potestatē habeo ponendi animam meā,
Ioan. 2. & potestatem habeo iterum sumendi eam.) Audi alio loco in Euangelio, quia non solū
pater suscitauit filiū, sed etiā filiū seipsum: Soluite, inquit, templum hoc, & in triduo su-
scitabo illud: & Euangelista, hoc autem, inquit, dicebat de templo corporis sui. Hoc susci
tabatur quod moriebatur: nam verbum non est mortuum, anima illa non est mortua: si
nec tua moritur, domini moreretur? Vnde scio, inquis, si mea non moritur? A te non oc-
cidatur, & non moritur: quō, inquis, ego possum occidere animam meam? Vt alia pecca-
Sapi. 1. ta interim taceam, os quod mentitur occidit animam suam. Quomodo, inquis, securus
Matt. 10. sum, quia non mortiur? Ipsum dominū audi, dantem seruo securitatem: Nolite timere
Luc. 12. eos qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant: sed planè quid ait? Eū time-
te qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam. Ecce quia moritur,
ecce quia non moritur: quid est mori ipsius? quid est mori carni tuę? Mori carni tuæ, est
amittere vitam suam: mori animæ tuæ, est amittere vitam suam: vita carnis tuæ anima
tua, vita animæ tuæ deus tuus. Quomodo moritur caro amissa anima, quæ vita est eius:

sic moritur

sic moritur anima amisso deo, qui vita est eius. Certe ergo immortalis est anima? Planè
immortalis est, quia viuit & mortua: quod enim de vidua delitiosa dixit Apostolus, de
anima etiam si deum suum amiserit, dici potest, viuens mortua est. Quomodo ergo po- 1. Tim. 5.
nit animam suam dominus? Fratres, quæramus hoc pauloattentius, non nos artat hora
75 quæ solet, die dominico vacat nobis, hoc lucrentur qui ad verbum dei etiam die hodier
F na conueniunt. Pono, inquit, animam meam: quis ponit? quam ponit? Christus Quid
est Christus? Verbum & homo, nec sic homo vt sola caro: sed quia homo cōstat ex carne
& anima, totus est homo in Christo: non enim partem deteriorem suscepisset, & partem
meliorem deseruisset: & pars quippe hominis melior est anima quam corpus. Quia ergo
totus homo in Christo: quid est Christus? Verbum, inquam, & homo: quid est verbum
& homo? Verbum anima, caro. Tenete hoc, quia non defuerunt hæretici, & in ista senten
tia, pulsi quidem iam olim à veritate catholica, sed tamen vt fures & latrones non intrā-
tes per ostium, insidiari ouili non desinunt. Apollinaristæ hęretici dicti sunt, quia ausi
sunt dogmatizare, quòd Christus non sit nisi verbum & caro, & animam humanam nō
eum assumpsisse contendunt: nam & aliqui eorum fuisse in Christo animam negare nō
potuerunt. Videte absurditatem & insaniam non ferendam, animam irrationalem eum
habere voluerunt, rationalem negauerunt: dederunt ei animam pecoris, subtraxerunt
animam hominis: sed illi abstulerunt Christo rationem, non tenendo rationem. Absit
hoc à nobis in fide catholica nutritis atq; fundatis. Ex hac ergo occasione admonuerim
75 charitatem vestram, vt quomodo superioribus lectionibus satis vos instruximus, aduer
G sus Sabellianos & Arrianos; Sabellianos qui dicunt, ipse est pater qui filius: Arrianos
qui dicunt, aliud est pater, aliud est filius, quasi non sint eiusdem substantiæ pater & fi-
lius. Instruximus etiam quantum meministis, & quantum meminisse debetis contra hæ
reticos Fotinianos, qui solum hominem Christum sine deo esse dixerunt: contra Mani-
chæos, qui solum sine homine deum: ex hac occasione de anima instruamus vos & con
tra Apollinaristas, qui dicunt dominum nostrū Iesum Christum non habuisse animam
humanam, id est, animam rationalem, animam intelligentem, animam, inquam, qua di-
stamus à pecore, quòd homines sumus: quomodo ergo hic dixit dominus, Potestatem
habeo ponendi animam meam? Quis ponit animam, & iterum sumit eam? Christus ex
eo quod verbum est, ponit animam, & sumit eam iterum. An ex eo quòd anima huma-
na est, ipsa se ponit, & iterum ipsa se sumit? An ex eo quòd caro est, caro animam ponit,
75 & iterum sumit? Tria proposui, omnia pertractemus, & hoc eligamus quod conueniat
H regulæ veritatis: si enim dixerimus quia verbum dei posuit animam suam, & iterū sum-
pfit eam, metuendum est ne subintret prava cogitatio, & dicatur nobis: ergo aliquando
anima illa separata est à verbo, & aliquando verbū illud, ex quo suscepit animam illam,
fuit sine anima. Video enim fuisse sine anima humana verbum, secundum quod in prin Ioan. 1.
cipio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Ex quo enim verbū
caro factum est, vt habitaret in nobis, & susceptus est à verbo homo, id est, totus homo
anima & caro, quid fecit passio, quid fecit mors, nisi corpus ab anima separauit? Animā
vero à verbo non separauit: si enim mortuus est dominus, immo quia mortuus est do-
minus, mortuus est enim pro nobis in cruce, sine dubio caro ipsius expirauit animam:
ad tempus enim exiguum anima deseruit carnem, sed redeunte anima resurrecturam; à
verb oautem animam separatam esse non dico. Latronis animæ dixit. Hodie mecum eris Luc. 23.
in paradiso: fidelem latronis animam non deserebat, & deserebat suam? Absit: sed illius
75 vt dominus custodiuit, suam vero inseparabiliter habuit; si autem dixerimus, quia ipsa
I se anima posuit, & iterum ipsa se sumpsit, absurdissimus sensus est: non enim quæ à ver
bo non erat separata, à seipso poterat separari. Dicamus ergo & quod verum est, & quod
facile intelligi potest: ecce homo quilibet non constans ex verbo & anima & carne, sed
ex anima & carne, de isto homine interrogemus, quomodo ponat animam suam quicun
que homo: An forte nullus homo ponit animam suam? Potes mihi dicere, nullus homo
habet potestatem ponere animam suam, & iterum sumere eam. Ponere autem animam
suam nisi posset homo, non diceret Ioannes Apostolus, Sicut Christus animam suam 1. Ioan. 3.
pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Ergo & nobis licet, si
& nos impleamur virtute ipsius, quia sine illo nihil facere possumus, possumus po-
nere pro fratribus animas nostras. Quando martyr quilibet sanctus posuit pro fra- Ioan. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribus animam ſuam, quis poſuit,& quam poſuit? Hoc ſi intellexerimus,ibi videbimus
quemadmodum à Chriſto dictum ſit: poteſtatem habeo ponendi animam meam. O ho
mo,paratus es pro Chriſto mori? Paratus,inquit,dicam hoc aliis verbis: Paratus es pro 77
Chriſto animam tuam ponere? Et ad iſta verba ſic mihi reſpondet, Paratus ſum: quomo &
do mihi reſponderat cum dicerem,paratus es mori: hoc ergo eſt ponere animam, quod
eſt mori: ſed pro quo? Vbi eſt certamen? Omnes.n.homines quando moriuntur,ponunt
animam,ſed non omnes pro Chriſto ponunt. Et nemo habet poteſtatem ſumere quod
poſuerit, Chriſtus autem & pro nobis poſuit: & quando voluit, poſuit: & quādo voluit,
ſumpſit. Ponere ergo animam,mori eſt: ſic & Apoſtolus Petrus domino dixit, Animam
Ioan.13.3. meam pro te ponam: id eſt, pro te moriar: carni hoc tribue. Caro ponit animam ſuam,
ſentē.diſt. & caro iterum ſumit eam,non tamen ſua poteſtate caro, ſed poteſtate inhabitantis car-
21.c.ſicut. nem. Caro ergo ponit animam ſuam expirando. Vide ipſum dominum in cruce: Sitio,
Ioan.19. dixit, illi qui aderant tinxerunt ſpongiam in aceto, alligauerūt arundini, & appoſuerūt
ori eius: quod cum accepiſſet, ait, Perfectum eſt. Quid eſt, perfectum eſt? Impleta ſunt
omnia quæ ante mortem futuram de me fuerant prophetata, quia & poteſtatem habe-
bat quando vellet ponendi animam ſuam. Poſteaquam dixit, perfectum eſt, quid ait
Euangeliſta? Et inclinato capite tradidit ſpiritum: hoc eſt ponere animam: modo hic at
tendat charitas veſtra, inclinato capite tradidit ſpiritum: Quis tradidit? quem tradidit? 77
Spiritum tradidit, caro illum tradidit. Quid eſt, caro illum tradidit? Caro illum emiſit, L
caro illum expirauit: ideo dicitur enim expirare, extra ſpiritum fieri, quomodo eſt exu-
lare, extra ſolum fieri? exorbitare, extra orbitam fieri: ſic expirare, extra ſpiritum fieri,
quia ſpiritus anima eſt: cum ergo exit anima à carne,& remanet caro ſiue anima, tunc
homo ponere animam dicitur. Quando Chriſtus animam poſuit? Quando verbum vo
luit. Principatus.n.in verbo erat, ibi poteſtas erat quando poneret caro animā, & quan
do ſumeret: ſi ergo caro animam poſuit, quomodo Chriſtus animam poſuit? Nō enim
caro Chriſtus? Ita planè & caro Chriſtus,& anima Chriſtus, & verbum Chriſtus, nec
tamen tria hæc tres Chriſti, ſed vnus Chriſtus: hominē interroga,& de teipſo fac gradū
ad ea quæ ſupra te ſunt,& ſi nondū intelligenda, ſaltem credenda: quomodo eſt.n.vnus
homo anima & corpus, ſic vnus Chriſtus verbum & homo, videte quid dixerim,& intel
ligite: anima & corpus duæ res ſunt, ſed vnus homo: verbum & homo duæ res ſunt, ſed
vnus xp̄s: ergo de homine quære, vbi eſt Paulus Apoſtolus? Modo ſiquis reſpondeat in 78
requie cū Chriſto, verū dicit: itē ſiquis reſpondeat, Romæ in ſepulchro,& ipſe verum di
cit. Illud mihi de anima, hoc de eius carne reſpondit: nec tamen ideo duos dicimus Apo
ſtolos Paulos, vnum qui requieſcit in Chriſto, aliū qui poſitus eſt ſepulcro, quāuis Apo
ſtolum Paulum dicamus viuere in Chriſto, eundemq; Apoſtolū Paulum dicamus mor-
tuū iacere in ſepulcro. Moritur aliquis, dicimus, bonus homo, fidelis homo in pace eſt
cum dño,& continuo eamus ad exequias ipſius,& ſepeliamus illum, eum ſepulturus es,
quē iam dixeras in pace eſſe cum deo, cū aliud ſit anima, quæ immortaliter viget, aliud
corpus quod corruptibiliter iacet: ſed ex quo conſortium carnis & animæ hominis nō-
men accipit, iam & ſingulum atq; ſeparatum, vtrumlibet eorum nomen hominis tenu-
it. Nemo ergo titubet quando audit dominum dixiſſe: pono animam meam, & iterum
ſumo eam: ponit eam caro, ſed ex poteſtate verbi: ſumit eam caro, ſed ex poteſtate
verbi. Et ipſe dominus Chriſtus dictus eſt ſola caro. Quomodo, inquit, probas? Au-
deo dicere, & ſola caro Chriſti dictus eſt Chriſtus. Credimus certe non in ſolum deū
patrem, ſed & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrū; modo totum di
xi, in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum: totum tibi intellige, &
verbū,& animā,& carnē: ſed vtiq; confiteris etiā illud quod habet eadē fides, in eū xp̄m 79
te credere qui crucifixus eſt & ſepultus. Ergo etiam ſepultum Chriſtū eſſe non negas,& A
tamen ſola caro ſepulta eſt: ſi enim erat ibi anima, non erat mortuus: ſi autē vera mors
erat, & eius vera ſit reſurrectio, ſine anima fuerat in ſepulchro, & tamen ſepultus eſt
Philip.2. Chriſtus: ergo Chriſtus erat etiam ſine anima caro, quia non eſt ſepulta niſi caro. Di-
ſce hoc etiam in Apoſtolicis verbis: Hoc ſentite, inquit, in vobis, quod & in Chriſto Ieſu
qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo: quis niſi xp̄s
Ieſus, quātum attinet ad id quod eſt verbū, deus apud deū? Vide autem quod ſequitur:
ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominū factus,

& habitu inuentus vt homo. Et hoc quis, niſi idem ipſe Chriſtus Ieſus? Sed hic iam om- 111
nia ſunt,& verbum in forma dei, quæ accepit formā ſerui,& anima & caro in forma ſer-
ui, quæ accepta eſt à forma dei, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortē.
Iam in morte ſola caro eſt à Iudæis occiſa: ſi.n.diſcipulis dixit, Nolite timere eos qui oc
76 cidunt corpus animam autem non poſſunt occidere: nunquid in ipſo potuerunt plus q̄ Matt.10.
B corpus occidere,& tamen carne occiſa Chriſtus occiſus eſt? Ita cū caro animam poſuit,
Chriſtus animā poſuit,& cum caro vt reſurgeret animā ſumpſit, Chriſtus animā ſum-
pſit: nec tamen poteſtate carnis hoc factum eſt, ſed eius qui & animam & carnē, vbi hæc
adimplerentur aſſumpſit. Hoc, inquit, mandatum accepi à patre meo.) Verbum non à
verbo accepit mandatum, ſed in verbo vnigenito patris eſt omne mandatum: cum au-
tem dicitur filius à patre accipere quod ſubſtantialiter habet, quomodo dictum eſt; Si- Ioan.5.
cut habet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio habere vitam in ſemetipſo? Cum fi-
lius ipſe ſit vita, non poteſtas minuitur, ſed generatio eius oſtenditur, quoniam pater
non quaſi ei filio qui imperfectus eſt natus, aliquid addidit, ſed ei quem perfectum ge-
nuit, omnia gignendo dedit: ita illi dedit ſuam æqualitatem, quem non genuit inequa-
lem: ſed hæc loquente domino, quoniam lux lucebat in tenebris, & tenebræ eam non
comprehendebant. Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Di- Ioan.1.
76 cebant autem multi ex ipſis: Dæmonium habet & inſanit: quid eum auditis?) Iſtæ
C fuerunt denſiſimæ tenebræ. Alii dicebant: hæc verba non ſunt dæmonium haben-
tis. Nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?) Iam iſtorum oculi cœpe-
rant aperiri.

Ab eo quod ait, Facta ſunt encænia in Hieroſolymis: vſq; ad id quod ait,
Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant,&
multi crediderunt in eum. Tractatus. XLVIII.

QVod iam commendaui dilectioni veſtræ, ſtabiliter meminiſſe debetis, ſan-
ctum Ioannem Euangeliſtam nolle nos ſemper lacte nutriri, ſed ſolido cibo
veſci. Quiſquis autem ad ſumendum ſolidum cibum verbi dei adhuc minus
idoneus eſt, lacte fidei nutriatur, & uerbum quod intelligere nō poteſt, credere nō cun
ctetur: fides.n.meritum eſt, intellectus præmium. In ipſo labore intentionis deſudat
acies mentis noſtræ, ut ponat ſordiculas nebulæ mentis humanæ, & ſeruentur ad ver-
76 bum dei: non ergo recuſetur labor ſi adeſt amor: noſtis enim quoniam qui amat non
D laborat. Omnis enim labor non amantibus grauis eſt: ſi tantos labores cum auaris por-
tat cupiditas, nobiſcum non portet charitas? Euangelium intendite: Facta ſunt encæ-
nia in Hieroſolymis.) Encænia feſtiuitas erat dedicationis templi. Græce enim cænon
dicitur nouum. Quandocunq; nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur.
Iam & vſus habet hoc verbum, ſiquis noua tunica induatur, encæniare dicitur. Illum
enim diem quo templum dedicatum eſt, Iudæi ſolenniter celebrabant, ipſe dies feſtus
agebatur, cum ea quæ lecta ſunt, locutus eſt dominus, Hyems erat, & ambulabat Ie-
ſus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dixerunt
ei, Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam.) Non ve-
ritatem deſiderabant, ſed calumniam præparabant. Hyems erat, & frigidi erant. Ad
illum enim diuinum ignem accedere pigri erant. Si accedere eſt credere: qui credit,
accedit: qui negat, recedit: non mouetur anima pedibus, ſed affectibus. Friguerant
diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate: longe aberant, & ibi erant: non
76 accedebant credendo, & premebant perſequendo, quærebant audire à domino, ego
E ſum Chriſtus, & fortaſſe de Chriſto ſecundum hominem ſapiebant: prædicauerunt
enim Prophetæ Chriſtum, ſed diuinitatem Chriſti & in Prophetis, & in ipſo Euange-
lio, nec hæretici intelligunt, quanto minus Iudæi, quandiu velamen eſt ſuper cor eo-
rum. Deniq; quodam loco ſciens dominus Ieſus eos de Chriſto ſecundum hominem
ſapere, non ſecundum deum, ſecundum id quod homo erat, non ſecundum id quod
deus etiam aſſumpto homine permanebat: ait illis, Quid vobis videtur de Chriſto, Matt.22.
cuius filius eſt? Reſponderunt ſecundum opinationem ſuam, Dauid: ſic enim legerant,
& hoc ſolum tenebant, quia diuinitatem eius legebant, ſed non intelligebant. Dominus
autem vt eos ſuſpenderet ad quærendam eius diuinitatem, cuius contemnebant infir-
mitatem, reſpōdit eis, quomō ergo Dauid in ſpiritu dicit eū dominū dicēs, Dixit domi- Pſal.109.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu dicit eum dominum, quomodo filius eius est? Non negauit, sed interrogauit, ne quis hoc cum audierit, putet quòd dominus Iesus negauerit se filium esse Dauid. Filium Dauid dominus Iesus si se negaret, cæcos si eum inuocantes non illumi- Mat.20.
naret: transibat enim aliquando, & duo cæci sedentes iuxta viam clamauerunt, Miserere nostri fili Dauid: qua voce audita, miseratus est, stetit & sanauit, lumen dedit, quia nomen agnouit: dicit & Apostolus Paulus, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et ad Timotheum: Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium meum: quia de semine Dauid origine Maria virgo ducebat: inde dominus de semine Dauid erat. Hoc pro magno Iudæi à Christo quærebãt, vt si diceret, ego sum Christus, secundum quod illi solum sapiebant de semine Dauid, calumniarentur quòd sibi arrogaret regiam potestatem: plus est quod eis respondit: illi de filio Dauid volebant calumniari, ille filium dei se esse respondit. Et quomodo? Audite. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.) Iam supra didicistis quæ sint oues, estote oues: oues credendo sunt, oues pastorem sequendo sunt, oues redemptorem non contemnendo sunt, oues per ostium intrando sunt, oues exeundo & pascua inueniendo sunt, oues vita æterna perfruendo sunt: quomodo ergo istis dixit, non estis ex ouibus meis? quia videbat eos ad sempiternum interitum prædestinatos, non ad vitam æternam sui sanguinis precio comparatos. Oues meæ vocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternã do eis.) Ecce sunt pascua. Si recolitis, superius dixerat, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingressi sumus credendo, egredimur moriendo: sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus, sic fideles de corpore exeamus: sic enim per istud ostiũ egredimur, vt pascua inuenire possimus. Bona pascua, vita æterna dicitur, ibi nulla herbã arescit, totum viret, totum viget. Solet quædam herba dici semper viua, est herba quæ semper dicitur viuere: ibi solum viuere inuenitur. Vitam æternã, inquit dabo eis, ouibus meis: vos calumnias propterea quæritis, quia de vita prẽsenti cogitatis. Et non peribunt in æternũ.) Subaudis, tãquam eis dixerit: vos peribitis in æternũ, qa non estis ex ouibus meis. Non rapiet eas quisquam de manu mea.) Intentius accipite. Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus.) Quid potest lupus? Quid potest fur & latro? non perdunt nisi 2.Tim.2.
ad interitum prædestinatos. De illis autem ouibus, de quibus dicit Apostolus: Nouit do- Rom.8.
minus qui sunt eius: & quos præsciuit, ipsos & prædestinauit: quos autem prædestinauit, ipsos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit: de ouibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit: securus est de numero earum qui pro eis nouit quod dedit, & hoc est quod ait: Non rapiet eas quisquam de manu mea. Et item ad patrem: Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus: quid dedit filio pater maius omnibus, nisi vt ipse ille esset vnigenitus filius? Quid est ergo quod dedit? Iam erat cui daret, an gignendo dedit? Nam si erat cui daret vt filius esset, aliquando erat, & filius non erat. Absit vt aliquando dominus Christus fuerit, & filius non fuerit: de nobis hoc dici potest: aliquãdo filii hominum eramus, filii dei non eramus. Nos enim filios dei gratia fecit, illum natura: quia vero natus est, non est vt dicas, non erat ante quam natus erat, nũquam enim non natus erat, qui patri coæternus erat: qui sapit capiat, qui non capit credat, nutriatur & capiet. Verbum dei semper cum patre, & semper verbum, & quia verbum, ideo filius: semper ergo filius, & semper æqualis. Non enim crescendo, sed nascendo æquallis est, qui semper natus est de patre, filius de deo deus, de æterno coæternus: pater autem nõ de filio deus, filius de patre deus: ideo pater filio gignendo dedit vt deus esset, gignendo dedit vt sibi coæternus esset, gignendo dedit vt æqualis esset: hoc est quod maius est omnibus, quomodo uita filius, & habens vitam filius, quod habet hoc est. Tu aliud es, aliud habes, verbi gratia, habes sapientiam, nunquid tu es ipsa sapientia? Deniq; quia non es tuipse quod habes, si amisseris quod habes, reddis vt non habeas: & aliquando resumis, aliquando amittis, quomodo oculus noster non in seipso habet inseparabiliter lucem, aperitur & capit, claditur & amittit. Non sic est deus der filius, non sic est verbum patris, non sic est verbum quod non sonando transit, sed nascendo manet: sic habet sapientiam, vt ipse sit sapientia, sa-

ciatq; sapientes: sic habet vitam, vt sit ipse vita, faciatq; viuentes: hoc est quod maius est omnibus. Attendit Ioan. ipse Euangelista cœlum & terram, volens dicere de filio dei, attendit & transcendit. Cogitauit supra cœlũ, milia exercitus angelorum, cogitauit & transcendit vniuersa: sicut aquila nubes, sic sua mente creaturam, transcendit magna omnia, peruenit ad illud quod maius est omnibus, & dixit: In principio erat verbum. Sed quia 76 K Ioan.1.
ille cuius est verbum non est de verbo verbum, autem de illo est cuius est verbum: ideo ait, Quod dedit mihi pater maius est omnibus, id est, vt sim verbum eius, vt sim vnigenitus filius eius, vt sim splendor lucis eius, maius est omnibus: ideo nemo rapit, inquit, oues meas de manu mea: Nemo potest rapere de manu patris mei.) De manu mea, & de manu patris mei. Quid est hoc, nemo rapit de manu mea, & nemo rapit de manu patris mei? Vtrum vna manus est patris & filii, an forte ipse filius manus est patris sui? Si manum intelligamus potestatem, vna est patris & filii potestas, quia vna est diuinitas: si autem manum intelligamus, sicut dictum est per prophetam, Et brachium domini cui re- Esa.53.
uelatum est: manus patris ipse est filius. Quod non ita dictum est, tanquam deus habeat humanam formam, & quasi corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia: nã solent & homines dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod volunt. Aliquando & ipsum opus hominis, manus hominis dicitur quod fit per manum: sicut dicitur quisq; agnoscere manum suam, cum id quod scripsit agnoscit. Cum ergo multis 76 L
modis etiam hominis dicatur manus, qui proprie manum habet in sui corporis mẽbris: quanto magis non vno modo intelligendum est cum legitur, manus dei cui forma corporis nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum patris & filii intelligimus potestatẽ patris & filii: ne forte cum hic manum patris ipsum filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiam ipsius filii quærere filium, quem similiter credat Christi manũ: ergo nemo rapit de manu patris mei: hoc est, nemo rapit mihi: sed ne forte adhuc titubes, audi quid sequitur, Ego & pater vnum sumus.) Hucusq; Iudei tolerare potuerunt: audierunt, Ego & pater vnum sumus, & non pertulerunt, & more suo duri ad lapides cucurrerunt, tulerunt lapides vt lapidarent eum, Dominus quia non patiebatur quod nolebat pati, & non est passus nisi quod volebat pati, adhuc eos lapidare cupientes alloqui tur, Sustulerunt lapides Iudei vt lapidarent illum. Respondit eis Iesus & dixit, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis? Et illi respon- 76 M
derunt, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum.) Ad illud hoc responderunt quod dixerat, Ego & pater vnum sumus, Ecce Iudei intellexerunt, quod non intelligunt Arriani: ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici, ego & pater vnum sumus nisi vbi æqualitas est patris & filii: dominus autem videte quid responderit tardis, vidit eos non ferre splendorem veritatis, & eos temperauit in verbis, Nonne scriptũ est in lege vestra, id est, vobis data, Quia ego Psal.81.
dixi dii estis?) deus dicit per prophetam in Psalmo hominibus, Ego dixi dii estis: & legẽ appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas, quanuis alibi specialiter dicat legem, à prophetis eam distinguens, sicuti est, Lex & Prophetę vsq; ad Ioannem: & in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetę. Aliquando autem in tria distribuit eassdẽ Mat.22.
scripturas, vbi ait, Oportebat impleri omnia quę scripta sunt in lege & Prophetis & Psal Mat.22.
mis de me. Nunc vero Psalmos etiam legis nomine nuncupauit, vbi scriptum est, Ego Luc.24.
dixi dii estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptu- Psal.81.
ra, quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi 77 A
filius dei sum?) Si sermo dei factus est ad homines vt dicerentur dii, ipsum verbum dei quod est apud deum, quomodo non est deus? Si per sermonem dei fiunt homines dii, si participando fiunt dii, vnde participant non est deus? Si calefacti quodammodo igne salutari dii efficiuntur, vnde calefiunt non est deus? Si lumina illuminata dii sunt, lumen quod illuminat non est deus? Accedis ad lumen & illuminaris, & inter filios dei numeraris: si recedis à lumine obscuraris, & in tenebris computaris. Illud tamen lumen nec accedit ad se, quia non recedit à se. Si ergo vos deos facit sermo dei, quomodo non est deus verbum dei? Pater ergo sanctificauit filium suum, & misit in mundum: forte aliquis dicat, Si pater eum sanctificauit, ergo aliquando non erat sanctus? sic sanctificauit quomõ genuit: vt.n. sanctus esset, gignendo ei dedit, quia sanctum eum genuit: nam si quod sanctificatur, antè non erat sanctum, quomodo dicimus deo patri, Sanctificetur nomen Mat.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum? Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia in me est pater & ego in illo.) Non sic dicit filius, in me est pater & ego in illo quomodo possunt homines dicere, Si enim bene cogitemus, in deo sumus, & si bene viuamus, deus in nobis est, fideles participantes eius gratiam, illuminati ab ipso in illo sumus, & ipse in nobis: sed non sic vnigenitus filius, ille in patre, & pater in illo, tāquā æqualis in eo cui est æqualis. Denique nos aliquando possumus dicere, in deo sumus & deus in nobis: ego & deus vnum sumus, nunquid possumus dicere? In deo es, quia deus continet te, deus est in te, quia templum dei factus es: sed nunquid quia in deo es & deus est in te, potes dicere, Qui me videt, deum videt: quomodo vnigenitus dixit, Qui me videt, videt & patrem: &,

Ioan. 14. Ego pater vnum sumus? Agnosce proprium domini, & munus serui: proprium domini est æqualitas patris, munus serui est participatio saluatoris. Quærebant ergo eum apprehendere.) Vtinam apprehenderent, sed credendo & intelligendo, non seuiendo & occidendo. Nam modo fratres mei, quando talia loquor, infirmus fortia, paruus magna, fragilis solida, & vos tanquam ex eadem massa, vnde sum & ego ipse qui vobis loquor, simul omnes apprehendere volumus Christum. Quid est apprehendere? Intellexisti, apprehendisti, sed non sic Iudæi: tu apprehendisti vt habeas, illi apprehendere volebant vt non haberent: & qa sic volebant apprehendere, quid eis fecit? Exiit de manibus eorum.) Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non

Ioan. 1. habuerunt. Verbum caro factum est, sed non erat verbo magnum, eiicere carnem suam de manibus carnis. Mente verbum apprehendere, hoc est Christum recte apprehendere. Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum,

Ioan. 5. & mansit ibi: & multi venerunt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum.) Meministis vobis dictum de Ioanne, quia lucerna erat, & diei testimonium perhibebat: quid ergo isti apud se dixerunt? Ioannes signum fecit nullum. Nullum, inquiunt, miraculum ostendit Ioannes: non dæmonia fugauit, non expulit febrem, non cæcos illuminauit, non mortuos suscitauit, non tot milia hominū de quinq; vel septē panib⁹ pauit, n ō supra mare ambulauit, nō ventis & fluctibus imperauit, nihil horum fecit Ioannes: & totum quicquid dicebat, huic testimonium perhibebat. Per lucernam veniamus ad diem, Ioannes nullum signum fecit. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant.) Ecce quid apprehenderunt, non quomodo Iudæi volebant apprehendere discedentem, apprehenderunt isti permanentem. Denique quid sequitur? Ecce multi crediderunt in eum.)

Ab eo quod ait, Erat autem quidam languens Lazarus: vsq; ad id quod ait,
Abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur
Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Tractatus. XLIX.

Cap. XI. INter omnia miracula quæ fecit dominus noster Iesus Christus, Lazari resurrectio præcipue prædicatur. Sed si attēdamus quis fecerit, delectari debemus potius quam mirari. Ille suscitauit hominem qui fecit hominem: ipse enim est vnicus patris, per quem, sicut nostis, facta sunt omnia. Si ergo per illum facta sunt omnia, quid mirum est si resurrexit vnus per illum, cum tot quotidie nascantur per illum? Plus est homines creare quàm resuscitare: dignatus est tamen & creare & resuscitare: creare omnes, resuscitare quosdam: nam cum multa fecisset dominus Iesus, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, multa dominum Christum & dixisse & fecisse quæ scripta non sunt: electa sunt autem quæ scriberentur, quæ saluti credentium sufficere videbantur. Audistis enim quia dominus Iesus mortuum suscitauit, sufficit ubi vt scias, quia si vellet, omnes mortuos suscitaret, & hoc quidem sibi ad finem seculi reseruauit: nam quem audistis magno miraculo quatriduanum mortuum suscitasse de

Ioan. 5. sepulcro, veniet hora, sicut ipse ait, quando omnes qui sunt in monumentis, audient vocem eius, & procedent. Resuscitauit putentem, sed tamen in cadauere putente adhuc erat forma membrorum: ille in nouissimo die, ad vnam vocem cineres est restituturus in carnem: sed oportebat vt modo aliqua faceret, quibus datis velut suæ virtutis indiciis, credamus in eum, & ad illam resurrectionem præparemur, quæ erit ad vitam, non ad iudicium; ita quippe ait, Veniet hora, quādo omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt ad resurrectionem vitæ, qui mala egerunt ad resurrectionem iudicii. Tres tamen à domino resuscitatos mortuos in Euangelio legimus, & forte non frustra: domini quippe facta non sunt tantummodo facta, sed signa: Si ergo signa sunt præter id quòd mira sunt, aliquid profecto significant: quorum facto

77 rum significationem inuenire, aliquanto est operosius, quam ea legere vel audire. Ad-
F mirantes audiebamus, tanquam magni miraculi spectaculo ante nostros oculos constituto, cū Euangeliū legeretur quemadmodum reuixerit Lazarus. Si attendamus mirabilia opera Christi, omnis qui credit, resurgit: si attendamus omnes, & intelligamus detestabiliores mortes, omnis qui peccat moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animæ pauci. Pro morte carnis quæ sine dubio quandoq; uentura est, curant omnes ne veniat, inde est quòd laborant: laborat ne moriatur homo moriturus, & non laborat ne peccet homo in æternum victurus: & cum laborat ne moriatur, sine causa laborat: Id enim agit vt multum mors differatur, non vt euadatur: si autem peccare nolit, nō laborabit, & viuet in æternū. O si possemus excitare homines mortuos, & cum ipsis pariter excitari, vt tales essemus a matores vitæ permanentis, quales sunt homines amatores vitæ fugientis. Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente ceruicibus, prodiderunt homines quicquid sibi vnde viuerent reseruabant.
Quis non continuo prodidit ne percuteretur? Et post proditionem fortasse percussus
77 est. Quis non vt viueret, continuo perdere voluit vnde viueret, eligens vitam mendican-
G tem quàm celerem mortem? Cui dictum est, nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, labora ne moriaris, & piger fuit? Leuia deus iubet, vt in æternum viuamus, & obedire negligimus: non tibi deus dicit, Perde quicquid habes vt viuas exiguo tempore in labore sollicitus: sed da pauperi vnde habes, vt viuas semper sine labore securus. Accusant nos amatores vitæ temporalis, quam nec cum volunt, nec quandiu volunt habent, & nos inuicem non accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capessendam vitam æternam, quàm si voluerimus, habebimus: cum habuerimus, non amittemus. Hanc autem morte quam timemus, etiam si noluerimus habebimus. Si ergo dominus magna sua gratia, & magna sua misericordia animas suscitat, ne moriātur in æternum, bene intelligimus tres illos mortuos quos in corporibus suscitauit, aliquid significare, & figurare de resurrectionibus animarum quæ fiunt per fidem. Resuscitauit filiam Archisynagogi adhuc Marci. 5.
77 in domo iacentem: resuscitauit iuuenem filium viduæ, extra portam ciuitatis elatum: re-
H suscitauit Lazarum sepultum quatriduanum: intueatur quisq; animam suam, si peccat, Luc. 7.
moritur, peccatum mors est animæ: sed aliquando in cogitatione expectatur: delectauit quod malum est, consensisti, peccasti, consensio illa occidit te: sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit ad factum. Talem animam resuscitare se significans dominus, resuscitauit illam puellam quæ nondū erat foras elata, sed quia in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum malæ delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum feci sti, quasi mortuum tuum extra portam tulisti, iam foris es, & mortuus elatus es: tamen & ipsum dominus resuscitauit, & reddidit viduæ matri suę. Si peccasti, pœniteat te, & resuscitet te dominus, & reddet te Ecclesiæ matri tuæ. Tertius mortuus Lazarus est: genus mortis immane, mala cōsuetudo appellatur: aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat & continuo corrigitur, cito reuiuiscit, quia nondum est implicatus, consuetudine non est sepultus: qui autem pec-
77 care consuenit, sepultus est, & bene de illo dicitur, fœtet: incipit enim habere pessimam
I famam, tanquam odorem teterrimum: tales sunt omnes assueti sceleribus, perditis mori bus. Dicis ei, noli facere: quando te audit quem terra sic præmit, & tabe corrumpitur, & mole consuetudinis prægrauatur? nec ad ipsum tamen resuscitandum minor fuit virtus xpi. Nouimus, videmus quotidie, videmus homines pessima cō suetudine permutata ui
» uere melius, quàm viuant qui reprehendebant, detestabaris hominem. Ecce ipsa soror
» Lazari, si tamen ipsa est quæ pedes domini vnxit vnguento, & terfit capillis suis quos la
» uerat lachrymis, melius suscitata est quàm frater eius: de magna malæ consuetudinis mole est liberata; erat enim famosa peccatrix, & de illa dictum est, Dimittuntur ei pecca Lucæ. 7.
ta multa, quoniam dilexit multum. Videmus multos, nouimus multos, nemo desperet, nemo de se præsumat, & desperare malum est, & de se præsumere: sic noli desperare, ut eligas de quo debeas præsumere: ergo dominus & Lazarum & suscitauit. Audistis qualē,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, quid significet Lazari resurrectio. Legamus itaq; iam, & quoniam multa in hac lectione manifesta sunt, expositionem in singulis non quæramus, vt necessaria pertractemus. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius.) In superiori lectione meministis, quòd dominus exiens de manibus eorũ qui lapidare illum voluerant, discessit trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Hierosolymis. Maria autem erat, quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes, eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes,) Iam intelligimus quò miserunt, vbi erat Iesus, quoniam absens erat, trans Iordanem. S. miserunt ad dominum, nunciantes quòd ægrotaret frater earum, vt si dignaretur veniret, & eum ab ægritudine liberaret. Ille distulit sanare, vt posset resuscitare: quid ergo nunciauerunt sorores eius? Domine, ecce quem amas infirmatur:) non dixerunt veni: amanti.n. tantummodo nunciandum fuit. Non ausæ sunt dicere, veni & sana: non ausæ sunt dicere, ibi iube, & hic fiet: cur.n. non & istæ, si fides illius Centurionis inde laudatur? Ait.n. Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantũ dic verbo, & sanabitur puer meus: nihil horum istæ, sed tantũmodo, Domine, ecce quem amas infirmatur: sufficit enim vt noueris, non enim amas & deseris: dicit aliquis, Quomodo per Lazarum peccator significabatur, & à domino sic amabatur? Audiat eum dicentem, Non enim veni vocare iustos, sed peccatores: si enim peccatores deus non amaret, descendere ad terram nõ descenderet. Audiens autẽ Iesus, dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei.) Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit: hoc est ergo quod ait, non est ad mortem, quia & ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, & vitarent veram mortem. Sanè videte, quemadmodum tanquam ex obliquo dominus deum se dixit, propter quosdam qui negant filium deum esse? nam sunt hæretici qui hoc dicunt, q̃ filius dei non sit deus: ecce audiant. Infirmitas hæc, inquit, nõ est ad mortem, se pro gloria dei: quia gloria? cuius dei? audi quid sequitur, vt glorificetur filius dei: infirmitas hæc, inquit, non est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. Per quam? Per illam infirmitatem. Diligebat autem dominus Iesus Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum.) Ille languens, illæ tristes, omnes dilecti, sed diligebat eos & languentium saluator, imò etiam mortuorum suscitator, & tristium consolator.) Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.) Nunciauerunt ergo illi, mansit illic ille: tandiu tempus ductum est, quousq; quatriduũ compleretur: non frustra, nisi quia forte, imò quia certe & ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum. Deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum,) vbi penè fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse videbatur, ne lapidaretur: discesserit enim vt homo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem, Eamus, inquit, in Iudæam. Deniq; hoc dicto, videte quemadmodum discipuli territi fuerint. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit Iesus, nonne duodecim sunt horæ diei?) Quid sibi vult ista responsio? Illi dixerunt, modo te lapidare volebant Iudæi, & rursum illuc vadis vt te lapident? Et dominus, nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.) De die quidem locutus est, sed in nostra intelligentia quasi adhuc nox est. Inuocemus diem vt expellat noctem, & cor lumine illustret: quid enim dominus dicere voluit? Quantum mihi videtur, quantum sublucet altitudo profunditasq; sententiæ, redarguere voluit illorum dubitationem & infidelitatem. Voluerunt enim consilium dare domino ne moreretur, qui venerat mori ne ipsi morerentur: sic etiam quodam alio loco, Petrus sanctus diligens dominum, sed adhuc non plene intelligens cur venisset, timuit ne moreretur, & vitæ displicuit, id est, ipsi domino: nam cum indicaret discipulis quod esset Hierosolymis passurus à Iudæis, respondit Petrus inter cæteros, & ait, Absit à te domine: propitius tibi esto, non fiet istud: & continuo dominus, Redi post me satanas, non enim sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum: & paulo ante confitens dominum laudem meruerat: audierat enim Beatus es Simon bar-Iona, quia nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Cui dixerat, beatus es ille: dicit, redi retro me satanas: quia beatus à se non erat. Sed vnde? Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ecce vnde beatus es, non de tuo, sed de meo. Nõ quia pater ego, sed quia omnia quæ habet pater mea sunt: si beatus est ille Petrus de ipsius dñi: satanas de cuius? ibi dicit, rationẽ quippe reddidit beatitudinis, cũ diceret, Nõ caro & sanguis tibi reuelauit hoc, sed pater meus q in cœlis est; hęc est causa beatitudinis tuæ: quod vero dixi, Redi post me satanas, audi etiã huius rei causam nõ.n. sapis quę dei sunt, sed quę sunt hominis. Nemo ergo se palpet, de suo satanas est, de dei beatus est: quid est.n. de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatũ qd est tuũ, iustitia, inquit, de meo est. Quid.n. habes qd nõ accepisti? Cũ ergo vellent dare consilium homines deo, discipuli magistro, serui dominõ, ęgroti medico, corripuit eos; & ait, Nonne duodecim horæ sunt diei? si quis ambulauerit in die, nõ offendit. Me sequimini, si nõ vultis offendere, nolite mihi consilium dare, quos à me consiliũ oportet accipere: quò ergo pertinet, nonne duodecim horæ sunt diei? Quia vt diẽ se esse ostẽderet, duodecim discipulos elegit: Si ego sum, inquit, dies & vos horæ, nunquid horæ diei consiliũ dant? horæ diẽ sequuntur, non dies horas: si ergo illi horæ, quid ibi Iudas? & ipse inter duodecim horas, qui si † hora erat, lucebat: [Si lucebat, quomodo diẽ ad mortẽ tradebat?] Sed dñs in hoc verbo nõ ipsum Iudã, sed successorẽ ipsius præuidebat. Iuda.n. cadente successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit dñs, nisi quia ipse spiritalis est dies: sequantur ergo horæ diem, prædicent horæ diẽ, horæ illustrentur à die, horæ illumineatur à die, & per horarum prædicationẽ credat mundus in diem: hoc ergo ait de compendio, Me sequimini, si non vultis offendere. Et post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitẽ eũ.) Verũ dixit, sororibus mortuus erat, domino dormiebat: hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant: nam dñs tanta eum facilitate excitabat de sepulchro, quanta te non† excitas dormientem de lecto: ergo secundum potentiam suã dixit dormienti, quia & alii mortui dicti sunt in scripturis læpe dormientes, sicut Apostolus dicit, De dormientibus aũt nolo vos ignorare fratres, vt non contristemini, sicut & cæteti qui spem nõ habent: ideo & ipsos dormientes appellauit, quia resurrecturos prænunciauit. Dormit ergo omnis mortuus, & bonus & malus: sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt, quid quisq; videat in somnis, alii sentiunt læta somnia, alii torquentia, ita vt euigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat. sic vnusquisq; hominum cum causa sua dormit, cum causa sua surgit, & interest quali custodia quisq; recipiatur, ad iudicem postea producendus: nam & receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur; alios iubentur custodire lictores, humano & miti officio atq; ciuili; † alii traduntur optionibus: alii mittuntur in carcerem, & in ipso carcere non omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diuersæ custodiæ agentium in officio, sic diuersæ custodiæ mortuorum, & diuersa merita resurgentium: receptus est pauper: receptus est diues: sed ille in sinu Abrahæ, ille vbi sitiret, & guttam non inueniret. Habent ergo omnes animæ, vt ex hac occasione instruam charitatem vestram, habent omnes animæ cum de sęculo exierint, diuersas receptiones suas, habent gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quãdo cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, martyres, boni fideles, omnes tamen adhuc in fine recepturi sunt quod promisit deus: promissa enim est resurrectio etiam carnis, mortis consumptio, vita æterna cum angelis, hoc omnes simul accepturi sumus: nam requiem quæ continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisq; cum moritur. Priores acceperunt Patriarchæ, videte ex quo requiescunt. Posteriores Prophetæ, recentius Apostoli, multo recentiores sancti martyres, quotidie boni fideles; & alii in ista requie tandiu sunt, alii non tandiu, alii paucioribus annis, alii recenti tempore. Cum vero ab hoc somno euigilabunt, simul omnes quid promissum est accepturi sunt. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli.) Quomodo intellexerunt, sic responderunt, Domine, si Dormit, saluus erit.) Solet enim esse somnus ægrotantium salutis indicium. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem putauerunt, quòd de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste.) Sub obscure enim dixerat, dormit: ait ergo

Mat. 9.

Matt. 9.

Mat. 16.

Ioan. 16.

1. Cor. 4.

† aliàs quasi Acto. 1.

† aliàs, cum.

1. Thes. 4.

† aliàs, alios humanũ & mite officiũ atque ciuile. Lucæ. 16. † sentent. dist. 54. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manifeſte,Lazarus mortuus eſt,& gaudeo propter vos vt credatis quia non eram ibi.)
Sed ſcio quia mortuus eſt:æger.n.non mortuus fuerat nunciatus.Sed quid lateret eum
qui creauerat,& ad cuius manus anima morientis exierat? hoc eſt quod ait,Gaudeo p-
pter vos vt credatis quia non ibi eram,vt iam inciperent admirari, quia dominus potu
it dicere mortuum,quod nec viderat nec audierat.Vbi ſanè meminiſſe debemus, quod
adhuc etiam ipſorum diſcipulorum,qui in eum crediderant,miraculis ædificabatur fi-
des:non vt ea quæ non erat eſſe inciperet,ſed vt ea quæ iam eſſe cœperat,creſceret,quã-
uis tali verbo vſus ſit,quaſi tunc credere inciperent:non enim ait, Gaudeo propter vos
vt fides veſtra augeatur ſiue firmetur:ſed ait,vt credatis:quod intelligendum eſt,vt am
plius robuſtiusq; credatis.Sed eamus ad eum.Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus
ad condiſcipulos,eamus & nos,& moriamur cum illo.Venit itaq; Ieſus, & inuenit eum
quatuor dies iam in monumento habentem.)De quatuor diebus multa quidem dici
poſſunt,ſicut ſe habent obſcura ſcripturarum,quæ pro diuerſitate intelligentium mul
tos ſenſus pariunt. Dicamus & nos, quid nobis videatur ſignificare mortuus quatri-
duanus:quomodo enim in illo cæco intelligimus quodammodo humanum genus, ſic
forte & in iſto mortuo multos intellecturi ſumus: diuerſis enim modis vna res ſignifi-
cari poteſt.Homo quando naſcitur, iam cum morte naſcitur, quia de Adam peccatum
Roma.5. trahit: vnde dicit Apoſtolus,Per vnum hominem peccatum intrauit in mũdum, & per
peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: ecce
habes vnum diem mortis, quòd homo trahit de mortis propagine.Deinde creſcit, in-
cipit accedere ad rationales annos,vt legem ſapiat naturalem, quam omnes habent in
Thob.4. corde fixam,Quod tibi non vis fieri,alii ne feceris.Nunquid hoc de paganis dicitur, &
non in natura ipſa quodammodo legitur? Furtum vis pati? Vtiq;non vis: ecce lex in
corde tuo,quod non vis pati,facere noli:& hanc legem tranſgrediuntur homines: ecce
alter dies mortis.Data eſt lex etiam diuinitus per famulum dei Moyſen:dictum eſt illic,
Exo.20. Non occides,non mœchaberis,non falſum teſtimonium dices,honora patrem & matrẽ,
non concupiſces rem proximi tui:ecce lex ſcripta eſt, & ipſa contemnitur, ecce tertius
dies mortis.Quid reſtat? Venit & euangelium,prædicatur regnum cœlorum, diffama-
tur vbiq; Chriſtus,minatur gehenna,vita promittitur æterna,& ipſa contemnitur,trã-
grediuntur homines euangelium:ecce quartus dies mortis,merito iam fœtet:nunquid
& talibus eſt neganda miſericordia?Abſit,etiam ad tales dominus excitandos non dedi
gnatur accedere.Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt cõſolarẽ
tur eas de fratre ſuo.Martha ergo vt audiuit,quia dominus venit,occurrit illi.Maria aũt
domi ſedebat.Dixit ergo Martha ad Ieſum,domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſ-
ſet mortuus, ſed & nunc ſcio, quia quæcunq; poposceris à deo,dabit tibi deus.Non di
xit,ſed & modo rogo te,vt reſuſcites fratrem meum: vnde enim ſciebat, ſi fratri eius re-
ſurgere vtile fuerit:hoc tantum dixit,ſcio quia potes,ſi vis facis: vtrum enim facias,iu-
dicii tui eſt,non præſumptionis meæ:ſed & nunc ſcio,quia quæcunq; poposceris à deo,
dabit tibi deus.Dicit illi Ieſus,Reſurget frater tuus.)hoc ambiguum fuit,nõ enim ait,
modo reſuſcito fratrem tuum:ſed,reſurget frater tuus.Dicit ei Martha,ſcio quia reſur-
get in reſurrectione,in nouiſsimo die.)De illa reſurrectione ſecura ſum, de hac incerta
ſum.Dicit ei Ieſus,Ego ſum reſurrectio & vita.)Dicis, reſurget frater meus in nouiſsi-
mo die:verum dicis,ſed per quem tunc reſurget,poteſt & modo,quia ego ſum,inquit,re
ſurrectio & vita.Audite fratres,audite quid dicat: certe tota expectatio erat circunſtan
tium, vt reuiuiſceret Lazarus,vnus mortuus quatriduanus: audiamus & reſurgamus.
Epheſ.5. Quam multi ſunt in hoc populo,quos premit conſuetudinis moles, forte audiũt me
qdã,qb.dicitur,Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria:dicũt,nõ poſſum⁹.Forte audiũt
me aliqui immundi,laſciuiis & flagitiis inquinati,quibus dicitur, Nolite hoc facere ne
peatis:& reſpõdent,non poſſumus tolli à conſuetudine noſtra: ò domine iſtos reſuſci-
ta.Ego ſum,inquit,reſurrectio & vita:ideo reſurrectio,quia vita.Qui credit in me, erã
Matt.22. ſi mortuus fuerit,viuet.Et omnis qui viuit & credit in me,non morietur in æternũ.)
Quid eſt hoc, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet? ſicut Lazarus mortuus
eſt,viuet,quia non eſt deus mortuorum,ſed viuorum. De olim mortuis patribus, hoc
eſt,de Abraam & Iſaac & Iacob, tale reſponſum Iudæis dedit,Ego ſum deus Abraham
& deus Iſaac & deus Iacob: non eſt deus mortuorum, ſed viuorum, omnes enim illi

viuunt:crede ergo, etſi mortuus fueris,viues: ſi autem non credis, & cum viuis mor-
tuus es.Probemus & hoc,quia ſi non credis & viuis,mortuus es:cuidam dominus dif-
ferenti ſequi eum & dicenti.Eam prius ſepelire patrem meum:ſine,inquit, mortuos ſe- Matth.8.
78 pelire mortuos ſuos,tu veni ſequere me.Erat ibi mortuus ſepeliendus, erat ibi & mor-
K tui mortuum ſepultura:ille mortuus in carne,illi in anima.Vnde mors in anima? quia
nõ eſt fides.Vnde mors in corpore?quia nõ eſt ibi anima: ergo animæ tuæ anima fides
eſt.Qui credit in me,inqt,ẽt ſi mortuus fuerit in carne,viuet in anima,donec reſurgat,
& caro nunq; poſtea moritura,hoc eſt,qui credit in me,licet moriatur,viuet: & omnis q
viuit in carne & credit in me,etſi moriatur ad tempus ꝓpter mortẽ carnis, nõ morietur
in æternũ ꝓpter vitã ſpũs & immortalitatẽ reſurrectionis:hoc eſt quod ait,Et omnis q
viuit & credit in me,non morietur in æternũ. Credis hoc?ait illi,Vtiq; domine,ego cre-
didi,quia tu es Chriſtus filius dei,qui in hunc mundũ veniſti.)Quando hoc credidiſti?
Credidi quia tu es reſurrectio,credidi quia tu es vita, credidi quia qui credit in te, & ſi
moriatur, viuet:& qui viuit & credit in te,non morietur in æternũ.Et cũ hæc dixiſſet,
abiit & vocauit Mariam ſororem ſuã ſilentio,dicens,Magiſter adeſt, & vocat te.)Aduer
tendum eſt,quemadmodum ſuppreſſam vocem ſilentium nuncupauit:nã quomodo ſi-
78 luit,quæ dixit,Magiſter adeſt & vocat te?Aduertendũ etiam quemadmodũ Euãgeliſta
L nõ dixerit,vbi vel quando vel quomodo Mariam dñs vocauerit, vt hoc in verbis Mar-
thæ potius intelligeretur narrationis breuitate ſeruata. Illa vt audiuit,ſurgit cito,& ve
nit ad eum.Nondum.n.venerat Ieſus in caſtellum,ſed erat adhuc in illo loco,vbi occur
rerat ei Martha.Iudæi igitur qui erant cum illa in domo & conſolabantur eam,cum vi-
diſſent Mariam quia cito ſurrexit & exiit,ſecuti ſunt eam dicentes,quia vadit ad monu
mentum,vt ploret ibi.)Quare pertinuit hoc ad Euangeliſtã narrare?vt videamus quæ
occaſio fecerit, vt plures ibi eſſent quando Lazarus reſuſcitatus eſt.Putantes.n.Iudæi
propterea illam feſtinare,vt doloris ſui ſolatium lachrymis quæreret, ſecuti ſunt eam,
vt tam grande miraculum quatriduani mortui reſurgentis teſtes plurimos inueniret.
Maria autem cum veniſſet vbi Ieſus erat, videns eum,cecidit ad pedes eius, & dixit ei,
Domine,ſi fuiſſes hic,frater meus non eſſet mortuus.Ieſus ergo vt vidit eam plorantẽ,
78 & Iudæos qui cum illa erant plorantes,fremuit ſpiritu & turbauit ſemetipſum,& dixit,
M Vbi poſuiſtis eum?)Neſcio quid nobis inſinuauit fremẽdo ſpiritu, & turbãdo ſeipſum.
Quis enim eum poſſet niſi ſeipſum ipſe turbare? Itaque fratres mei primo hic attendite
poteſtatem,& ſic inquirite ſignificationem.Turbaris tu nolens,turbatus eſt Chriſtus,
quia voluit: eſuriuit Ieſus, verum eſt, ſed quia voluit: dormiuit Ieſus,verum eſt, ſed
quia voluit:contriſtatus eſt Ieſus,verum eſt,ſed quia voluit:mortuus eſt Ieſus, verum
eſt,ſed qa voluit:in illius poteſtate erat,ſic vel ſic affici,vel non affici.Verbum.n.animã
ſuſcepit & carnẽ,totius hominis ſibi coaptans in perſonæ vnitate naturã:nam & anima
Apoſtoli verbo illuſtrata eſt,anima Petri verbo illuſtrata eſt,anima Pauli & aliorũ Apo
ſtolorum,ac ſanctorũ ꝓphetarũ verbo illuſtratæ ſunt animæ, ſed de nulla dictum eſt,
Verbum caro factum eſt:de nulla dictum eſt,Ego & pater vnum ſumus. Anima & caro Ioan.1.
Chriſti cum verbo dei vna perſona eſt,vnus Chriſtus eſt, ac per hoc vbi ſumma pote- Ioan.10.
ſtas eſt,ſecundum volũtatis nutum tractatur infirmitas,hoc eſt,turbauit ſemetipſum.
dixi poteſtatẽ,attendite ſignificationẽ.Magnus reus eſt, quem mortis quatriduũ & illa
ſignificat ſepultura.Quid eſt ergo quòd turbat ſemetipſum Chriſtus, niſi vt ſignificet
78 tibi quomodo turbari tu debeas cum tanta mole peccati grauaris & premeris?Attendi-
A ſti enim te,vidiſti te reum:computaſti tibi, illud feci,& pepercit mihi deus: illud com-
miſi,& diſtulit me: Euangelium audiui,& contempſi: baptizatus ſum,& iterum ad ea-
dem reuolutus ſum:quid facio,quò eo,vnde euado?quando iſta dicis, iam fremit Xps,
quia fides fremit. In voce frementis apparet ſpes reſurgentis, ſi ipſa fides eſt intus, ibi
eſt Chriſtus fremens:ſi fides in nobis, Chriſtus in nobis.Quid enim aliud ait Apoſto- Ephe.3.
lus habitare xpm per fidem in cordibus veſtris?ergo fides tua de Chriſto,xps eſt in cor-
de tuo.Hinc eſt illud ꝙ dormiebat in naui,& cum periclitarentur diſcipuli, iam immi-
nente naufragio acceſſerunt ad eum,& excitauerunt eum: ſurrexit Chriſtus: imperauit Matth.8.
ventis & fluctibus,& facta eſt tranquillitas magna.Sic & tu,intrant venti cor tuũ, vtiq;
vbi nauigas,ubi hanc vitam tanquã procelloſum & periculoſum pelagus tranſis,intrãt
uenti,mouent fluctus,turbant nauem.Qui ſunt uenti?Audiſti conuicium,iraſceris:cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitium ventus est, iracundia fluctus est. Periclitaris, disponis respondere, disponis male dictum maledicto reddere, iam nauis propinquat naufragio. Excita xp̃m dormientem, ideo n. fluctuas, & mala ꝓ malis reddere præparas, quia xp̃s dormit in naui. In corde. n. tuo somnus xp̃i obliuio fidei: nã si excitas Christum, id est, recolas fidem, quid tibi dicit tanquam vigilans Christus in corde tuo? Ego audiui, dæmonium habes, & ꝓ eis orauit: audit dñs, & patitur: audit seruus, & indignatur? sed vindicare vis. Quid. n? Ego iã sum vindicatus: cũ hæc loquitur tibi fides tua, quasi imperatur ventis & fluctibus, & fit tranquillitas magna. Quomodo ergo hoc est excitare Christum in naui, excitare fidem: sic in corde hominis quem premit magna moles & consuetudo peccati, in corde hominis transgressoris, etiam sancti Euangelii contemptoris & pœnarũ æternarũ, si emat Christus, increpet se homo: audi adhuc, Fleuit Christus, fleat se homo. Quare. n. fleuit xp̃s, nisi quia flere hominem docuit? Quare fremuit & turbauit semetipsum, nisi quia fides hominis sibi merito displicentis, fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum, vt violentiæ pœnitendi cædat consuetudo peccãdi? Et dixit, vbi posuistis eũ? Scisti qa mortuus sit, & vbi sit sepultus ignoras? & ista significatio est, quia sic perditu hominem quasi nescit deus: nõ ausus sum dicere nescit, quid. n. ille nescit? sed quasi ne- Mat. 7. & 25. scit: vnde hoc probamus? Dominum audi dicturum in iudicio: Non noui vos, discedite à me. Quid est, non noui vos? Non vos video in luce mea, non vos video in illa iustitia quã noui; sic & hic tanquam nesciens talem peccatorem, dixit, Vbi posuisti eum? Talis Gene. 3. est vox dei in paradiso posteaquam homo peccauit, Adam vbi es? Dicunt ei, domine ve ni & vide.) Quid est vide? miserere: videt enim dominus quando miseretur: vnde illi dicitur, Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Et la- Psal. 24. Matt. 9. chrymatus est Iesus: dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.) Quid est, amabat eum? Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Quidam autem dixerunt ex ipsis, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere vt & hic non moreretur?) Qui noluit facere vt non moreretur, plus est quod facturus est, vt mortuus suscitetur. Iesus autem rursus fremens in semetipso, venit ad monumentũ.) Fremet & in te, si disponis reuiuiscere: omni homini dicitur, qui premitur pessima consuetudine, venit ad Exod. 31. monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.) Mortuus sub lapide, 1. Tim. 1. reus sub lege: scitis. n. quia lex quæ data est Iudæis, in lapide scripta est. Omnes autem rei sub lege sunt, bene viuentes in lege sunt: iusto lex posita non est. Quid est ergo lapidem remouete? gratiam prædicate Apostolus enim Paulus ministrum se dicit noui te- 2. Cor. 3. stamenti, non litera, sed spiritu: nam litera, inquit, occidit, spiritus autem viuificat. Litera, inquit, occidens, quasi lapis est premens. Remouete, inquit, lapidem.) Remouete le Gala. 3. gis pondus, gratiam prædicate: si enim data esset lex quæ posset viuificare, † omnino ex † alias, iustificare. lege esset iustitia, sed conclusit omnia scriptura sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: ergo remouete lapidẽ. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat, domine iam fœtet, quatriduanus enim est. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam dei?) Quid est videbis gloriam dei? quia & puten- Roma. 3. & 5. tem & quatriduanum resuscitat. Omnes enim peccauerunt, & egent gloriã dei: &, Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Tulerunt ergo lapidem, Iesus autẽ eleuatis sursum oculis, dixit, Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, ego autem sciebã quia semper me audis, sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, magna voce clamauit.) Fremuit, lachrymatus est, voce magna clamauit. Quam difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit, sed tamẽ surgit, occulta gratia intus viuificatur, surgit post vocem magnam. Quid est factum? Voce magna clamauit, Lazare veni foras, & statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata.) Quomodo processit ligatus pedibus miraris, & non miraris quia surrexit quatriduanus? In vtroq; potentia domini erat, non vires mortui. Processit & adhuc ligatus est, adhuc inuolutus, tamen iam foras processit. Quid significat? Quando contemnis, mortuus iaces: & si tanta quanta dixi contemnis, sepultus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occultis velut exeundo te manifestare? Sed vt confitearis, deus facit magna voce clamando, id est, magna gratia vocando: ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus, confitens & adhuc reus, vt soluerentur peccata eius, ministris hoc di-

xit dominus, soluite illum & sinite abire.) Quid est, soluite & sinite abire? Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & vi- Matt. 18.
79 derant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum: quidam autem ex ipsis abierunt ad phariseF os, & dixerunt eis quæ fecit Iesus.) Non omnes ex Iudæis qui conuenerant ad Mariã, crediderunt, sed tamen multi. Quidam vero ex eis, siue ex Iudæis qui conuenerant, siue ex eis qui crediderant, abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis quę fecit Iesus, siue annunciando vt & ipsi crederent, siue potius prodendo vt sæuirent. Sed quomodolibet & a quibus libet ad pharisæos ista perlata sunt. Collegerunt pontifices & pharisæi concilũ, & dicebant, Quid faciemus?) Nec tamen dicebãt, credamus; plus enim perditi homines cogitabant, quomodo nocerent vt perderent, quàm quomodo sibi consulerent ne perirent: & tamen timebant, & quasi consulebant: dicebant enim. Quid faciemus? Quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.) Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, ac sic vtrunq; amiserunt; nam & Romani post domini passionẽ & glorificationem, tulerunt eis & locum & gentem expugnãdo & transferendo: & illud
79 eos sequitur, quod alibi dictum est, Filii autem regni huius ibunt in tenebras exterio- Matt. 8.
G res. Hoc autem timuerunt, ne si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui aduersus Romanos ciuitatem dei templumq; defenderet, quoniam contra ipsum templũ, & contra suas paternas leges doctrinam Christi esse sentiebant. Vnus autem ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit.) Hic docemur etiam homines malos prophetiæ spiritu futura prædicere, quod tamen Euangelista diuino tribuit sacramento, quia pontifex fuit, id est, summus sacerdos: potest autem mouere quomodo dicatur pontifex anni illius, cũ deus vnum constituerit summum sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed intelligendum est, per ambitiones & contentiones inter Iudæos postea constitutum, vt plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent: nam & de Zacharia hoc dicitur, Factum est autem cùm sacerdotio funge- Luc. 1.
79 retur Zacharias in ordine vicis suæ ante deum, secundum consuetudinem sacerdotii,
H sorte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum domini: hinc apparet plures eos fuisse, & vices suas habuisse: nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti, & forte etiam vnum annum plures administrabant, quibus alio anno alii succedebant, ex quibus sorte exibat quis vt incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit Caiphas? Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei q Matt. 15.
erant dispersi congregaret in vnum. Hoc Euangelista addidit, nam Caiphas de sola gente Iudæorum prophetauit, in qua erant oues, de quibus ait ipse dominus, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Sed nouerat Euangelista esse alias oues Ioan. 10.
quæ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, vt esset vnum ouile & vnus pastor. Hæc autem secundum prædestinationem dicta sunt: nam neq; oues eius, nec filii dei adhuc erant qui necdum crediderant. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eũ. Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Non quia
79 potentia eius defecerat, in qua vtiq; si vellet, & palam Iudæis conuersaretur, & nihil ei
I facerent, sed in hominis infirmitate viuendi exemplum discipulis monstrabat: in quo apparet nõ esse peccatũ, si fideles eius qui sunt mẽbra eius, oculis persequẽtiũ se subtraherent, & furorẽ sceleratorũ latendo potius deuitarent, q̃ se offerẽdo magis accẽderent.

Ab eo quod ait, Proximũ erat pascha Iudæorũ: vsq; ad id qd ait, Multi ꝓpter illum abibant & credebant in Iesum. Tractatus. L.

HEsternam lectionem sancti Euangelii, de qua locuti sumus quod dominus dederit, hodierna sequitur, de qua locuturi sumus quod dominus dabit. Quædã in scripturis tã manifesta sunt, vt potius audiorẽ quã expositorẽ desiderent, in eis nos immorari nõ oportet, vt necessariis, in quibus immorandũ est, tẽpus sufficiat. Proximũ ergo erat pascha Iudæorum.) Illũ diem festum Iudæi cruentum habere domini sanguine voluerunt, illo die festo occisus est agnus, qui nobis eũdem diẽ festũ suo san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guine consecrauit. Consilium erat inter Iudæos de occidendo Iesu: ille qui de cœlo uenerat pati, propinquare uoluit loco passionis, quia imminebat hora passionis. Ascenderunt ergo multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarent seipsos.) Hoc faciebant Iudæi secundum præceptum domini, per sanctum Moysen in lege mandatū, ut die festo quo pascha erat, omnes undiq; conuenirent, & illius diei celebratione sanctificarentur: sed illa celebratio umbra erat futuri. Quid est umbra futuri? Prophetia xpi uenturi, prophetia pro nobis illo die passuri, ut transiret umbra, & lux ueniret, ut transiret significatio, & ueritas teneretur. Habebant ergo Iudæi pascha in umbra, nos in luce quid enim opus erat ut eis dominus præciperet per ipsum festum diem ouem occidere, nisi quia ille erat de quo prophetatum est, Sicut ouis ad immolandum ductus
Esa. 53. Exod. 12. est? sanguine occisi pecoris Iudæorum postes signati sunt: sanguine Christi frontes nostræ signantur, & illa signatio, quæ erat significatio, dicta est à domibus signatis exterminationem prohibere: signum Christi à nobis repellit exterminatorem, si cor nostrum recipiat saluatorem. Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos, & intus non manet habitator. Agitatores facile habent in fronte signum Christi, & corde non recipiunt uerbum Christi: ideo dixi fratres quod repeto, signum Christi à nobis repellit exterminatorem, si cor nostrum habeat Christum habitatorē. Hæc dixi, nequis forte cogitaret, quid sibi uellent ista festa Iudæorum. Venit ergo Iesus tanquam ad uictimam, ut uerum pascha nos haberemus, cum eius passionem tanquā ouis immolationem celebraremus. Quærebant ergo Iesum,) sed male. Beati.n. qui quærunt Iesum, sed bene. Illi quærebant Iesum, ut nec ipsi haberent eum, nec nos, sed ab ipsis abscedentem suscepimus nos: reprehenduntur qui quærunt, laudantur qui quærunt. Animus
Psal. 39. Psal. 141. enim quærentis aut laudem inuenit, aut damnationem: habes enim & in Psalmis, Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam: isti sunt qui male quærebant: alio autem loco dicit, Periit fuga à me, & non est qui requirat animam meam. Culpantur qui quærebant, culpantur qui non quærebant: ergo quæramus Christum ut habeamus, quæramus ut teneamus, sed non ut occidamus: nam & illi non ideo quærebant ut tenerent, sed ut cito non haberent. Quærebant ergo, Et loquebantur inter se, Quid putatis quia non uenit ad diem festum? Dederant autem pontifices & pharisæi mandatum, ut siquis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprænderent eum.) Nos indicemus modo Iudæis ubi sit Christus, utinam uelint audire & apprehendere. Quicunq; sunt ex semine illorum qui dederant mandatum, ut indicaretur eis ubi esset Christus, ueniant ergo ad Ecclesiam, audiant ubi sit Christus, & appræhendant eum: à nobis audiant, & ex Euangelio audiant. Occisus est à parentibus eorum, sepultus est, resurrexit, à discipulis agnitus, ante oculos eorum ascendit in cœlum, ibi sedet ad dexterā patris, qui iudicatus est, uenturus est iudex: audiant & teneant. Respondet, quem tenebo? Absentem? Quomodo in cœlum manum mittam, ut ibi sedentem teneam? Fidem mitte & tenuisti: parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde, quoniam Christus absens etiā præsens est: nisi præsens esset, à nobis ipsis teneri non posset: sed quoniam uerum est quod
Matt. 28. ait, Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi: & abiit, & hic est, & rediit, & nos non deseruit: corpus.n. suum intulit cœlo, maiestatem non abstulit mundo. Ie-
Cap. XII. sus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei ibi cœnam, & Martha ministrabat. Lazarus uero unus erat ex discumbentibus.) Ne putarent homines phantasma esse factum, quia mortuus resurrexit, unus erat ex recumbentibus, uiuebat, loquebatur, epulabatur, ueritas ostendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Discumbebat ergo Iesus cum Lazaro & cæteris, ministrabat Martha una ex sororibus Lazari. Maria uero) altera soror Lafiari accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odori unguenti.) Factum audiuimus, mysterium requiramus. Quæcunq; anima fidelis uis esse, cum Maria unge pedes domini prætioso unguento: unguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit: erat autem unguentum nardi pistici prætiosi: quod ait pistici, locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguen-
Abac. 2. Roma. 1. tum prætiosum, nec tamen hoc uacat, & sacramento optime cōsonat: pistis Græce fides dicitur. Quærebas operari iustitiā, Iustus ex fide uiuit, unge pedes Iesu bene uiuendo, dominica sectare uestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & dñi pedes

terfisti capilli enim superflua corporis uidentur: habes quod agas de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent, de quibus enim nisi de membris suis in fine dicturus est, Cū uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? superflua uestra impendistis, sed pedibus meis obsecuti estis. Domus autem impleta est odore, mundus impletus est fama bona: nam odor bonus, fama bona est. Qui male uiuunt & Christiani uocantur, iniuriam Christo faciunt: de qualibus dictum est, quòd per eos nomen domini blasphemetur. Si per tales nomen dei blasphematur, per bonos nomen domini laudatur: audi Apostolum, Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco: dicitur & in canticis canticorum, Oleū effusum nomen tuū; ad Apostolum reuoca intentionem, Christi, inquit, bonus odor sumus in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt: aliis sumus odor uitæ in uitam, aliis odor mortis in mortem: & ad hæc quis idoneus? Occasionem nobis præbet præsens lectio sancti Euangelii de odore isto ita loqui, ut & à nobis sufficienter dicatur, & à uobis diligenter audiatur, Apostolo ipso ita dicente, Et ad hæc quis idoneus? ergo ut inde nos conemur loqui, nunquid idonei sumus, aut nos audire hæc idonei estis? Hæc audire uos quidem idonei estis, nos quidem idonei non sumus, sed idoneus est ille qui per nos dignetur dicere, quod uobis prosit audire. Ecce Apostolus bonus odor est, sicut dicit ipse, sed ipse odor aliis est odor uitæ in uitam, aliis autem odor mortis in mortem, tamen bonus odor: nunquid enim ait, aliis sumus bonus odor ad uitam, aliis malus odor ad mortem: bonum odorem se dixit, non malum, & eundem bonum odorem aliis ad uitam dixit, aliis ad mortem: fœlices qui bono odore uiuunt. Quid autem infœlicius illis qui bono odore moriuntur? Et quis est, ait aliquis, quem bonus odor occidit? hoc est quod ait Apostolus, & ad hæc quis idoneus? Quomodo ea facit deus miris modis, ut bono odore & boni uiuant, & mali moriantur, quomodo sit, quantum dominus inspirare dignatur, ostendam: nam fortasse ibi latet altior intellectus, qui à me non potest penetrari: tamen quousq; penetrare potero, uobis non debet denegari. Paulum Apostolum bene agē tem, bene uiuentem, iustitiam uerbo prædicantem, opere demonstrantem, doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, fama usquequaq; disseminabat, quidam diligebant, qui
80 diam inuidebant: nam ipse quodam loco ait de quibusdam, quòd non caste, sed per inui-
D diam Christum annunciarent, existimantes, inquit, tribulationem suscitare uinculis meis: sed quid ait? Siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur, annuncient qui me amant, annuncient qui mihi inuident: illi bono odore uiuunt, & illi bono odore moriuntur: tamen utrisq; prædicantibus nomen Christi annuncietur, odore optimo mundus impleatur: amasti bene agentem, uixisti bono odore: inuidisti bene agenti, mortuus es bono odore. Nunquid quia mori uoluisti, ideo odorem illum malum esse fecisti? Noli inuidere, & non occidet te bonus odor. Deniq; audi & hic ex unguento isto, quomodo aliis erat odor bonus in uitam, aliis odor malus in mortem. Posteaquam hoc fecit religiosa Maria ad domini obsequium, continuo. Unus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes qui eum erat traditurus, dixit, Quare hoc unguentum non uenit trecentis denariis, & datum est egenis? Uæ tibi miser, bonus odor occidit te. Quare enim hoc dixerit, Euange
lista sanctus aperuit. Putaremus autem & nos, si mens ipsius nobis per Euangelium nō
80 proderetur, pauperum cura hoc illum dicere potuisse: non ita est. Sed quid? audi testem
E veracem. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad illum, sed quia fur erat & loculos habens, & ea quæ mittebantur, portabat.) Portabat, an exportabat? sed ministerio portabat, furto exportabat. Ecce audite quia Iudas iste non tunc peruersus factus est, quando à Iudæis corruptus dominum tradidit: pleriq; enim incuriosi Euangelii, existimant tunc periisse Iudam, quando accepit à Iudæis pecuniam ut dominum traderet: non tunc periit, iam fur erat, & dominum perditus sequebatur, quia non corde, sed corpore dominum sequebatur. Duo denarium numerum Apostolorum implebat, Apostolicam beatitudinem non habebat, ad imaginem fuerat duodecimus: quo Iuda decidente, & Matthia succedente, & supleta est apostolica ueritas, & numeri permansit integritas. Quid ergo uoluit dominus noster Iesus Christus fratres mei admonere Ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere uoluit, nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscunq; fur. Fur loculorum, sed dominicorum, loculorū,

Matt. 25. Esai. 52. Roma. 2. 2. Cor. 2. Canti. 1. 2. Cor. 2. Philip. 2. Acto. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed sacrorum: si crima discernuntur in foro qualiscunq; furti,& peculatus: pēculatus enim dicitur furtum de re publica,& non sic iudicatur furtum rei priuatæ quomodo publicę: quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit non vndecunq; tollere, sed de Ecclesia tollere. Quid aliquid de Ecclesia furatur, Iudę perdito coparatur. Talis erat iste Iudas, & tamen cum sanctis discipulis vndecim intrabat & exibat, ad ipsam dominicam cœnam pariter accessit, conuersari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De vno pane & Petrus & Iudas accepit, & tamen quæ pars fideli cum infideli? Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad mortem: quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus: sicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos viuificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: iudicium, sibi nō tibi. Si iudiciū sibi, nō tibi, tolera malū bonus, vt venias ad pīmia bonorū, ne mittaris in pœnā malorū. Exēplum dñi accipe conuersantis in terra, quare habuit loculos cui angeli ministrauerūt, nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat? quare furem admisit, nisi vt eius Ecclesia fures patienter toleret? Sed ille qui consueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum dominum vendere. Videamus quid ad ista dominus respondeat, videte fratres, non illi ait, propter futura tua dicis ista: furē nouerat,& prodere nolebat, sed potius tolerabat, & ad perferendos malos in Ecclesia nobis exemplum patientiæ demonstrabat. Dixit ergo ei Iesus, Sine illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.) Moriturum se denunciauit: sed quid est quod sequitur? Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.) Intelligimus quid est, pauperes semper habebitis: quid dixit, verum est, quando Ecclesia sine pauperibus? Me autem non semper habebitis, quid sibi vult, quomodo intelligendum est, Me autem non semper habebitis? nolite expauescere, Iudæ dictum est: quare ergo non dixit, habebis, sed habebitis? quia non vnus est Iudas. Iudas malus corpus malorum significat, quomodo Petrus corpus bonorum, corpus Ecclesiæ, imò corpus Ecclesiæ, sed in bonis: nam si in Petro non esset Ecclesiæ sacramentum, non ei diceret dominus, Tibi dabo claues regni cœlorum, quæcunq; solueris in terra, soluta erunt & in cœlo: & quæcunq; ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia: si autem & in Ecclesia fit, vt quæ in terra ligantur, in cœlo ligentur, & quæ soluuntur in terra, soluātur in cœlo: quia cum excōmunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excōmunicatus: cum reconciliatur ab Ecclesia, in cœlo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in Ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iudæ persona significati sunt in Ecclesia mali: ipsis dictum est, me autem non semper habebitis. Quid est enim non semper, & quid est semper? Si bonus es, si ad corpus Christi pertines, quod significat Petrus, habes Christum in præsenti, & in futuro. In præsenti per fidem, in præsenti per signum Christi, in præsenti per baptismatis sacramentum, in præsenti per altaris cibum & potum. Habes Christum in præsenti, sed habebis semper: quia cum hinc exieris, ad illum venies qui dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Si autem male versaris, videris habere in præsenti Christum, quia intras Ecclesiam, signas te signo Christi, baptizaris baptismo Christi, misces te membris Christi, accedis ad altare Christi, in præsenti habes Christū, sed male viuendo non semper habebis: potest & sic intelligi, Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Accipiant & hoc boni, sed non sint solliciti: loquebatur enim de præsentia corporis sui: nam secundum maiestatem suam, secundū prouidentiam, secundum ineffabilem & inuisibilem gratiam impletur quod ab eo dictū est, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Secundū carnem vero quam verbum assumpsit, secundum id quòd de virgine natus est, secundū id quod à Iudæis comprehensus est, quod ligno cōfixus, quod de cruce depositus, quòd linteis inuolutus, quòd in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, nō semper habebitis me vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis præsentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducentibus videndo, non sequendo ascendit in cœlum, & non est hic; ibi enim sedet ad dexteram patris, & hic est: non enim recessit præsentia maiestatis. Aliter. Secundum præsentiam maiestatis semper habemus Christum: secundum præsentiam carnis, recte dictum est discipulis, me autem non semper habebitis, Habuit enim illum Ecclesia secundum præsentiam carnis

paucis

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

12. q. 1. ca. exemplū.

Mat. 16.

24. q. 1. ca. quodcūq;

Luc. 23.

Mat. 28.

Acto. 1.

80 K paucis diebus; modo fide tenet, oculis non videt. Ergo si ita dictum est, me autem non semper habebitis, quæstio sicut arbitror, iam nulla est, quæ duobus modis soluta est. Cætera quæ pauca remanent audiamus. Cognouit ergo multa turba ex Iudæis quia illic est,& venerunt, non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit Iesus a mortuis.) Curiositas eos adduxit, non charitas, venerunt & viderunt. Audite mirabile consilium vanitatis. Viso Lazaro resuscitato, quia tantum miraculum domini tabra erat euidentia diffamatum, tanta manifestatione declaratum, vt non possent vel occultare quod factum est, vel negare quod inuenerunt, videte. Cogitauerūt autē principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis,& credebant in Iesum.) O stulta cogitatio & cæca sæuitia. Dominus Christus qui suscitare potuit mortuum, non posit occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, nunquid auferebatis domino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus, aliud occisus, ecce dominus vtrunq; fecit & Lazarum mortuum,& seipsum suscitauit occisum.

80 L Ab eo quod ait, In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei & clamabant, Osanna benedictus qui venit in nomine domini rex Israel: vsque ad id quod ait, Siquis mihi ministrauerit, honorificabit illum pater meus. Tractatus. LI.

POsteaquam dominus quatriduanum mortuum resuscitauit, stupentibus Iudæis, & aliis eorum videndo credentibus, aliis inuidendo pereuntibus propter odorem bonum, qui est aliis ad vitam, aliis ad mortem, posteaquam discubuit in domo cū recumbente Lazaro qui fuerat mortuus resuscitatus, post vnguentum effusum super pedes eius; vnde domus odore impleta est, posteaquam vanam sæuitiam, & stultissimū & dementissimum scelus Iudæi etiam de occidendo Lazaro corde perdito conceperunt, de quibus omnibus vt potuimus, quod dominus dedit, superioribus sermonibus locuti sumus: nunc intendat charitas vestra, ante domini passionem quantus fructus apparuerit prædicationis eius, & quantus grex ouium ex his quæ perierant domus Israel, vocē 80 pastoris audierit: sic enim loquitur Euangelium, quod modo cum recitaretur, audistis. M In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Osanna benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel.) Rami palmarum laudes sunt, significantes victoriam, qua erat dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox autem obsecrantis est, Osanna, sicut nonnulli dicunt qui Hebræam linguam nouerunt, magis affectum indicans, quam rem aliquam significans, sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocant: velut cum dolentes dicimus, heu. vel cum delectamur, vah dicimus: vel cum miramur dicimus, ò rem magnam: tunc enim ò nihil significat, nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita esse, quia neq; Græcus, neq; Latinus hoc interpretari potuit, sicut illud, Quid dixerit fratri suo racha: nam & hæc interiectio esse perhibetur, affectum indignantis ostendens. Benedictus autem qui venit in nomine domini, rex Israel: sic potius accipiendum est, vt in nomine domini, in nomine dei patris intelligatur, quanuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse dominus est: 81 A vnde & alibi scriptum est, Pluit dominus à domino. Sed verba eius melius nostrum dirigunt intellectum, qui ait, Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, hunc suscipietis. Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortē autem crucis. Non itaq; omittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem: in illa est patri æqualis, in hac nobis similis. Per quod patri est, æqualis nos vt essemus creauit: per quod nobis est similis, ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat, Osanna, benedictus qui venit in nomine domini, rex Israel. Quā crucem mentis inuidentia principum Iudæorum perpeti potuerat, quando regem suum Christum tanta multitudo clamabat? Sed quid fuit domino regem esse Israel? Quid magnum fuit regi seculorum, regem fieri hominum? Non n. rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hostesq;

2. Cor. 2.

Matt. 5.

Ioan. 5.

Phil. 2.

visibiliter debellandos: sed rex Israel quòd mẽtes regat, quòd in æternũ consulat, quòd
in regnũ cœlorũ credentes, sperantes, amantesq; perducat. Dei ergo filius æqualis patri, 81
verbum per quod facta sunt omnia, quòd rex esse voluit Israel, dignatio est, non pro- B
motio, miserationis indicium est, non potestatis argumentum. Qui n. appellatus est in
Mat. 21. terra rex Iudæorum, in cœlis est dominus angelorum. Et inuenit Iesus asellum, & se-
Mar. 11. dit super eũ.) Hic breuiter dictum est: nam quemadmodũ sit factum, apud alios euange-
Luc. 19. listas plenissime legitur. Adhibetur autem huic facto propheticũ testimoniũ, vt appare-
ret quod maligni principes Iudæorum eũ non intelligebant, in quo implebantur quæ
legebant. Inuenit ergo Iesus asellum, & sedit super eum. Sicut scriptum est: Noli timere
Zach. 9. filia Sion, Ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.) In illo ergo populo erat filia
Sion, ipsa est Hierusalem quæ Sion: in illo, inquam, populo reprobo & cæco erat, tamen
filia Sion cui diceretur, Noli timere, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc
filia Sion cui diuinitus ista dicuntur, in illis erat ouibus, quæ vocem pastoris audiebãt:
in illa erat multitudine, quæ dominum venientem tanta deuotione laudabat, tanto ag- 81
mine deducebat. Ei dictum est, noli timere, illum agnosce qui a te laudatur, & noli tre- C
pidare cum patitur, quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleatur, & vi-
ta reddatur. Sed pullum asinæ in quo nemo sederat: hoc enim apud alios euangelistas in
uenitur, intelligimus populum gentium, qui legem domini nõ acceperat. Asinam vero,
qa vtrunq; iumentũ dño adductum est, plebem eius quæ veniebat ex populo Israel, nõ
indomitã planè, sed q̃ præsepe dñi agnouit. Hæc nõ cognouerũt discipuli eius primum,
sed quãdo glorificatus est Iesus.) Id est, quãdo virtutem sue resurrectionis ostendit. Tũc
recordati sunt quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei,) Id est, non alia fece-
runt ei quãm illa quæ erant scripta de eo. Recolentes quippe secundum scripturã, quæ
ante passionẽ dñi completa sunt, ibi & hoc inuenerũt, quod secundũ eloquia Prophetæ
rũ in pullo asinæ sederet. Testimoniũ ergo perhibebat turba quæ erat cũ eo quando La-
zarũ vocauit de monumento, & suscitauit eũ à mortuis, propterea & obuiã venit et tur-
ba, qa audierũt eũ hoc fecisse signũ. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia
nihil proficimus, ecce mũdus totus post eũ abiit.) Turba turbauit turbam. Quid autẽ
inuides cæca turba: quia post eum vadit mũdus, per quẽ factus est mũdus? Erant autem 81
Gentiles quidam ex iis qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad D
Philippũ, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eũ dicentes, Dñe, volumus Iesum vi-
dere. Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu.) Audia
mus quid dominus ad ista responderit. Ecce volunt eũ Iudæi occidere, Gentiles videre,
sed etiam illi ex Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui venit in nomine dñi rex Is-
rael: ecce illi ex circuncisione, illi ex præputio, velut duo parietes de diuerso venientes,
& in vnam fidẽ xp̃i pacis osculo concurrentes. Audiamus ergo vocẽ lapidis angularis.
Iesus autẽ, inquit, respondit eis dicens, Venit hora vt glorificetur filius hominis. Hic quid
quã forsitan putat ideo se dixisse glorificatũ, quia Gentiles eum volebant videre, non ita
est: sed videbat ipsos Gentiles post passionẽ & resurrectionem suã in omnibus gentibus
Roma. 11. crediturosquia sicut dicit Apostolus, Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec pleniru
do gentium intraret. Ex occasione igitur istorũ Gentilium, qui eũ videre cupiebant, an-
nunciat futurã plenitudinẽ gentiũ, & promittit iam iamq; adesse horam glorificationis
suæ, qua facta in cœlis gentes fuerant credituræ: vnde prædictũ est, Exaltare super cœ- 81
los deus, & super omnẽ terram gloria tua. Hæc est gentiũ plenitudo, de qua dicit Apos- E
Psal. 107. lus: Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentiũ intraret. Sed altitudinẽ
glorificationis oportuit vt præcederet humilitas passionis, ideo secutus adiunxit, Amẽ
amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solũ
manet: si autem mortuũ fuerit, multum fructum affert.) Se autem ipsum Iesus dicebat,
ipse erat granũ mortificandũ & multiplicandum: mortificandum in infidelitate Iudæo-
rum, multiplicandum in fide omnium populorum. Iam vero exhortans ad passionis
suæ sectanda vestigia, Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam.) Quod duobus
modis intelligi potest, qui amat perdet: id est, si amas perde: si cupis vitam tenere in xp̃o,
noli timere mori pro Christo. Item alio modo, qui amat animã suã perdet eam: noli ama
re ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Hoc autem quod posterius
dixi, magis habere videtur euangelicus sensus: sequitur enim. Et qui odit animam suã

in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam) Ergo supradictum est, qui amat, sub in-
telligitur in hoc mundo, ipse itaq; perdet: qui autem odit, vtiq; in hoc mundo, in vitam
81 æternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in vitã
F suam amor vt pereat, odium ne pereat: si male amaueris, tunc odisti, si bene oderis, tunc
amasti. Fœlices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando: sed vide ne tibi subrepat
vt teipsum velis interimere, sic intelligendo quod debes odisse in hoc mundo animam
tuam. Hinc enim quidam maligni atq; peruersi homines, & in seipsis crudeliores & scele-
ratiores homicidæ, flammis se donant, aquis se præfocant, præcipitio se collidunt, & pe-
reũt. Hoc Christus nõ docuit, immo etiã diabolo præcipitium suggerenti respondit, Re-
di retro satanas, scriptum est, non tentabis dominum deum tuum. Petro autem dixit, si- Mat. 4.
gnificans qua morte clarificaturus erat deum, Cũ esses iunior, cingebas te & ambulabas
quò volebas: cum autem senueris, alter te cinget, & feret quò tu non vis: vbi satis expres- Ioan. 21.
sit, non à seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi. Cum ergo causæ
articulus venerit, vt hæc conditio præponatur, aut faciendum esse contra dei præceptũ,
81 aut ex hac vita emigrandum: quorum duorum homo si cogatur alterum eligere comi-
G nante mortem persecutore, ibi eligat deo dilecto emori, quam offenso viuere: ibi oderit
in hoc mundo animam suam, vt in vitam æternam custodiat eam. Si quis mihi minis-
trat, me sequatur.) quid est, me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis pas- 1. Pet. 2.
sus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Ec
ce quod dictum est, si quis mihi ministrat, me sequatnr. Quo fructu? qua mercede? quo
prẽmio? Et vbi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit.) Gratis ametur, vt operis quo
ministratur illi, precium sit esse cum illo: vbi enim bene erit sine illo, aut quando esse
male poterit cum illo? Audi euidentius. Et si quis mihi ministrauerit, honorifica-
bit eum pater meus.) Quo honore, nisi vt sit cum filio eius? Quod enim superius ait,
Vbi ego sum, illic & minister meus erit, hoc intelligitur exposuisse cum dicit, ho-
norificabit eum pater meus. Nam quem maiorem honorem accipere poterit ado-
ptatus, quàm vt sit vbi est vnicus, non æqualis factus diuinitati, sed consociatus
æternitati? Quid sit autem ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur,
81 hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putauerimus esse Christo ministrare, ea quę
H sunt corpori necessaria præparare, aut cœnanti cibum coquere vel apponere, vel pocu-
lum dare, potumq; miscere, fecerunt hoc illi qui potuerunt eum in corpore habere præ-
sentem, sicut Martha & Maria, quando & Lazarus vnus erat ex discumbentibus: sed eo
modo Christo etiã Iudas perditus ministrauit: nam & loculos ipse habebat: & quanuis
ex eis quæ mittebantur sceleratissime furaretur, per illum tamen etiam necessaria para-
bantur. Hinc est illud quod cũ ei diceret dñs, quod facis fac celerius, arbitrati sunt qdam, Ioan. 13.
quod eũ iusserit pp die festũ necessaria præparare, vel indigentibus aliqd dare. Nullo mo
do igitur de huiuscemodi ministris diceret dominus, Vbi sum ego, illic & minister meus
erit: & siquis mihi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus: quoniam Iudam talia mi
nistrantem, reprobatum potius quàm honoratum videmus. Vt quid ergo alibi quæri-
mus, quid sit ministrare xp̃o, & non potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum n di-
xit, Si quis mihi ministrat, me sequatur: hoc intelligi voluit: ac si diceret, si quis me non
81 sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Iesu Christo, qui non sua quærunt, sed Philip. 2.
I quæ Iesu Christi: hoc est n. me sequatur, vias ambulet meas, non suas. sicut alibi scriptũ
est, Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ambulauit ille, & ipse ambulare. Debet 1. Ioan. 2.
etiam si porrigit esurienti panem, de misericordia facere, non de iactantia: non aliud ibi
quærere quàm opus bonũ, ne sciente sinistra qd faciat dextera, id est, vt alienetur inten Mat. 6.
tio cupiditatis ab opere charitatis. Qui sic ministrat, xp̃o ministrat, rectẽq; illi dicetur,
Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: nec tantum ea quæ ad misericordiã per- Mat. 25.
tinent corporalem, sed omnia bona opera propter Christum facta: tunc enim erunt bo-
na quoniam finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Minister est Christi vsq; ad Rom. 10.
illud opus magnæ charitatis, quod est animã suã pro fratribus ponere: hoc est n. & pro
xp̃o ponere, quia & hoc pp sua membra dicturus est, cũ pro istis fecistis, pro me fecistis: de
tali quippe opere etiã se ministrũ facere & appellare dignatus est, vbi ait, Sicut filius ho-
minis nõ venit ministrari sed ministrare, & animam suam ponere pro multis: hinc est er
go vnusquisq; minister Christi, vnde est & minister Christus. Sic ministrantem Chri- Mat. 20.

sto honorificabit pater eius honore illo magno, vt fit cum filio eius, nec vnquam defi- 51
ciat fœlicitas eius. Cum ergo auditis fratres dominum dicentem, Vbi ego sum, illic &
minister meus erit: nolite tantummodo bonos Episcopos & clericos cogitare, etiam vos &
pro modulo vestro ministrate Christo, bene viuendo, eleemosynas faciendo, nomen do
ctrinamq; eius, quibus potueritis prædicando, vt vnusquisq; etiam paterfamilias hoc no
mine agnoscat paternũ affectum suæ familiæ se debere pro Christo & pro vita æterna,
suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat di
sciplinam: ita in domo sua Ecclesiasticum & quodammodo Episcopale implebit offi-
cium. ministrans Christo vt in æternum sit cum ipso: nam & illam maximam passionis
aliàs mini ministrationem, multi ex vestro numero ministrorum, [multi non Episcopi neque cle-
strauerũt. rici, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, multi coniugati & coniugatæ, multi
patres matresq; familias Christo ministrantes, etiam animas suas in eius martyrio po-
suerunt, & honorificante patre coronas gloriosissimas receperunt.

Ab eo quod ait, Nunc anima mea turbata est, & quid dicam: vsq; ad id
quod ait, Hæc locutus est Iesus, & abiit & abscondit se 51
ab eis. Tractatus. LII. L

POstquam dominus Iesus Christus verbis lectionis hesternæ ministros suos vt se-
ipsum sequerentur hortatus est, cum ita prædixisset passionem suam, quod nisi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autẽ
mortuum fuerit, multum fructum affert: vbi excitauit eos qui eum ad regnum cœlorũ
sequi vellent, vt animam suam odissent in hoc mundo, si eam in vitam æternam custo-
dire cogitarent, ad nostram rursus infirmitatem suum temperauit affectum, & ait, vnde
lectio cœpit hodierna. Nunc anima mea turbata est.) Vnde turbata est domine anima
tua? Nempe pauloante dixisti, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternã
custodit eam. Ergone anima tua, quia in hoc mundo amatur, ideo turbatur veniente
hora, qua ex hoc mundo egrediatur? Quis hoc de anima domini audeat affirmare? Sed
nos in se transtulit, nos in se suscepit, caput nostrum membrorum suorum suscepit affe 51
ctum, & ideo ab aliquo non est turbatum: sed sicut de illo dictum est, cum Lazarum su- M
scitaret, turbauit semetipsum. Oportebat.n. vt vnus mediator dei & hominum homo
Christus Iesus, sicut nos excitauit ad summa, ita nobis compateretur ad infima: audi su-
Ioan. 11. perius dicentem, Venit hora vt glorificetur filius hominis, si mortificatu fuerit granũ,
[Græcorũ multum fructum affert. Audio, qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternã
more geni custodit eam. Nec permittor tantummodo mirari, sed iubeor imitari: deinde sequenti-
tiuum po- bus verbis, Siquis mihi ministrat me sequatur: & vbi sum ego, ibi & minister meus erit,
suit, pabla mundum contemnere accendor, & in conspectu meo nihil est vilius vitæ huius. [Totus
tiuo: Sicut quantumlibet fuerit prolixus vapor præsentis vitæ præ amore [æternorum temporalia
maiora ho mihi cuncta vilescunt. Et rursus ipsum dominum meum, qui me illis verbis ab infirmi-
rũ faciet. tate mea rapuit ad infirmitatem suam, audio dicentem, Nunc anima mea turbata est.
[aliàs, & Quid est hoc? Quomodo sequi iubes animam meam, si turbari video animam tuã? quo 52
in conspe- sustineram, quod graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentum, quæram, si petra suc- A
ctu meo ni cumbit? Sed videor mihi audire in cogitatione mea respondentẽ mihi dominũ meum, &
hil est vitę quodammodo dicentẽ, magis sequeris: quia sic me interpono, audisti ad te vocem forti-
huius tot' tudinis meæ, audi in me vocem infirmitatis tuæ, vires suggero vt curras, nec reprimo
quantũli- quod acceleras, sed transfero in me, quò trepidas, & substerno quò transeas. O domine
bet fuerit mediator deus supra nos, homo pp nos, agnosco misericordiam tuam: nam quod tu tan-
prolixus, tus tuæ charitatis voluntate turbaris, multos in corpore tuo, qui suæ infirmitatis neces-
vapor: prę sitate turbantur, ne desperando pereant consolaris. Deniq; homo qui sequi vult, audiat
amore &c. quà sequatur. Accesit hora terribilis, proponitur optio, aut faciendæ iniquitatis, aut
subeundæ passionis turbatur anima infirma, pp quam sponte turbata est anima inui-
cta: præpone tuæ voluntati voluntatem dei. Attende enim quid deinde subiungat crea-
tor tuus & magister tuus q te fecit, & vt te doceret factus est & ipse quod fecit: homo n.
factus est qui hominem fecit, sed deus incommutabilis mansit, & hominẽ in melius cõ-
mutauit. Audi ergo quid deinde subiungat, cum hæc dixisset, Nunc anima mea turbata
est. Et quid dicã, inqt, pater saluifica me ex hac hora, sed ppea veni in hãc horã, pater cla-
rifica

rifica nomen tũum.) Docuit te quid cogites, docuit quid dicas, quẽ inuoces, in quo spe-
res, cuius voluntatem certam atq; diuinam tuæ voluntati humanæ infirmæq; præpo-
nas. Non ideo tibi videatur ex alto deficere, quia te vult ab imo proficere: nam & tenta
52 ri dignatus est à diabolo, à quo vtiq; si nollet non tentaretur, quemadmodum si nollet
B non pateretur. Et ea respondit diabolo, quæ tu in tentationibus debeas respondere: &
ille quidẽ tentatus est, sed non periclitatus, vt doceret te in tentatione periclitantem ten
tatori respondere, & post tentatorem non ire, sed de periculo tentationis exire. Sicut au
tem hic dixit, Nũc anima mea turbata est, ita etiam vbi dicit, Tristis est anima mea vsq; Matt. 26.
ad mortem; & pater si fieri potest transeat à me calix iste, ostendit hominis suscepti infir
mitatem, vt doceat sic contristatum & conturbatũ quod sequitur dicere: veruntamẽ nõ
quod ego volo, sed quod tu vis pater. Sic.n. homo ab humanis in diuina dirigitur, cum
voluntati humanæ voluntas diuina præponitur. Quid est autem, Clarifica tuũ nomẽ:
nisi in sua passione & resurrectione? Quid est ergo aliud, nisi vt patet clarificet filiũ, qui
clarificat suum nomen etiam in similibus passionibus seruorum suorũ? vnde scriptum
est de Petro, quod ideo de illo dixerat dominus, Alter te cinget, & feret quò tu non vis: Ioan. 21.
quia significare voluit, qua morte clarificaturus esset deum. ergo & in illo deus clarifica
52 bat nomen suum, quia sic etiam in membris suis clarificat xpm. Venit ergo vox de cœ-
C lo, & clarificaui & iterum clarificabo.) Et clarificaui antequã faceret mundum, & iterum
clarificabo cũ resurger à mortuis, & ascendet in cœlũ. Et aliter intelligi potest, & clarifi-
caui cũ de virgine natus est, cum virtutes operatus est, cum cœlo indice per stellã à Ma-
gis adoratus est, cum à sanctis spiritu sancto plenis agnitus est, cũ descendẽte spiritu in
specie columbæ declaratus, cum voce de cœlo sonante monstratus, cum in monte trans-
figuratus, cũ miracula multa fecit, cũ multos sanauit atq; mundauit, cum de paucissi-
mis panibus tantam multitudinem pauit, cũ ventis & fluctibus imperauit, cũ mortuos
suscitauit. Et iterum clarificabo, cũ resurget à mortuis, cũ mors ei vltra non dominabi
tur, cũ exaltabitur super cœlos deus, & super omnẽ terram gloria eius. Turba ergo quæ
stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse: alii dicebant, angelus ei locutus est.
Respondit Iesus & dixit, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.) Hic ostendit
illa voce non sibi indicatum quod iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat. Sicut
autem illa vox non ꝓpter eũ, sed ꝓpter alios diuinitate facta est: sic anima eius non pro-
52 pter eum, sed propter alios voluntate turbata est. Attende cætera. Nunc, inquit, iudiciũ
D est mundi. Quid ergo expectandum est in fine seculi? Sed in fine quod expectatur iudi-
cium, erit iudicandorum viuorum & mortuorũ, iudicium erit præmiorum, pœnarumq;
æternarum. Quale ergo nunc iudiciũ est? Iam in superioribus lectionibus quãtum po
tui, cõmonui charitatem vestram, dici etiam iudicium non damnationis, sed discretio-
nis, vnde scriptum est, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Psal. 41.
Multa autem sunt iudicia dei: vnde dicitur in Psalmo, Iudicia tua abyssus multa. Dicit Psal. 35.
etiam Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ inscrutabilia sunt Rom. 11.
iudicia eius: ex quibus iudiciis etiã hoc est, quod hic ait dominus, Nunc iudiciũ est mun
di, seruato illo iudicio in fine, vbi nouissime viui & mortui iudicandi sunt. Possidebat
ergo diabolus genus humanũ, & reos suppliciorũ tenebat chirographo peccatorum, do
minabatur in cordibus infidelium ad creaturam colendam deserto creatore, deceptos
captiuosq; pertrahebat: per Christi autem fidem, quæ morte eius & resurrectione firma
ta est, per eius sanguinem, qui in remissionem fusus est peccatorum, milia credentium à
52 dominatu liberantur diaboli, xpi corpori copulantur, & sub tanto capite vno eius spũ
E fidelia membra vegetantur: hoc vocabat iudiciũ, hanc discretionẽ, hanc à suis redẽptis
diaboli expulsionẽ. Deniq; attende quid dicat: quasi quæreremus quid esset quod ait,
Nunc iudiciũ est mundi, secutus exposuit; ait.n. Nunc princeps huius mundi eiicietur
foras.) Audiuimus quale dixerit esse iudicium: non ergo illud quod in fine venturũ est,
vbi viui & mortui iudicandi sunt, aliis ad dexteram, aliis ad sinistram separatis, sed iudi
cium quo princeps huius mũdi eiicietur foras. Quomodo ergo intus erat? & quò eum
eiiciendũ dixit foras? Nunqd nã in mundo erat, & extra mundũ missus est foras? Si.n. de
illo iudicio diceret quod in fine venturum est, posset aliquis opinari ignẽ æternum, quò
mittendus est diabolus & angeli eius, & oẽs qui sunt ex parte eius no natura sed vitio:
nõ quia creauit aut genuit, sed quia persuasit & tenuit. Posset ergo aliquis opinari illũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignem æternum extra mundū esse,& hoc esse dictum,eiicietur foras: quod vero ait,Nūc iudicium est mundi,& exponens quod dixerit,Nunc,inquit,princeps huius mundi eiicietur foras: hoc intelligendum est quod nunc fit,non quod tūtum post futurum est in nouissimo die. Præuidebat ergo dominus quod sciebat, post passionem & glorificationem suam per vniuersum mundū multos populos credituros,in quorum cordibus diabolus intus erat,cui quando ex fide renunciant,eiicitur foras: sed dicit aliquis,Nūquid de cordibus Patriarcharum & Prophetarum,veterunq; iustorum non eiectus est foras? Eiectus est planè. Quomodo ergo dictum est,nunc eiicietur foras? quomodo putamus, nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est,nunc in multis magnisq; populis iam mox futurum esse prædictum est? Sic & illud quod dictum est,Spiritus autem nondum erat datus,quia Iesus nondum fuerat glorificatus,potest similem habere quæstionem,& similem solutionem: non.n. sine spiritu sancto futura prænunciauerunt Prophetæ: aut nō etiam dominum infantem in spiritu sancto Symeon senex & Anna vidua cognouerunt,& Zacharias & Helisabet,qui de illo nondum nato,sed iam concepto,tanta per spiritum sanctum prædixerunt. Sed spiritus nondum erat datus,id est, illa abundantia gratiæ spiritalis,qua congregati linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium gentium futura prænunciaretur Ecclesia,qua gratia spiritali populi congregarentur, qua longe lateq; peccata dimitterentur, & milia milium deo reconciliarentur. Quid ergo,ait quispiam,quia diabolus de credentiū cordibus eiicitur foras? Iam fidelium neminem tentat? imo vero tentare non cessat. Sed aliud est intrinsecus regnare, aliud intrinsecus oppugnare: nam & munitissimam ciuitatem aliquando hostis oppugnat, nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa perueniunt,admonet Apostolus vnde non lædant commemorat loricam & scutum fidei. Et si aliquando vulnerat,adest qui sanat, quia sicut pugnantibus dictum est,Hæc scribo vobis,vt non peccetis: ita qui vulnerantur, qd sequitur audiunt,& siquis peccauerit,aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum,& ipse est propitiatio peccatorum nostrorum. Quid n. oramus cum dicimus,Dimitte nobis debita nostra: nisi vt vulnera nostra sanentur? Et quid aliud petimus cum dicimus,Ne nos inferas in tentationem: nisi vt ille qui insidiatur,vel certat extrinsecus,nulla irrumpat ex parte,nulla nos fraude,nulla nos possit virtute superare? Quantaslibet tamen aduersum nos erigat machinas,quando no tenet locum cordis vbi fides habitat,eiectus est foras,Sed nisi dominus custodierit ciuitatem,inuanū vigilabit qui custodit eam. Nolite ergo de vobisipsis præsumere,si non vultis foras eiectum diabolum intrò iterum reuocare. Absit autem vt diabolum mundi principem ita dictū existimemus,vt eum cœlo & terræ dominari posse credamus: sed mūdus appellatur in malis hominibus,qui toto orbe terrarum diffusi sunt,sicut appellatur domus in his,à quibus habitatur,secundum quod dicimus,bona domus est,vel mala domus est,non quando reprehendimus siue laudamus ædificium: parietum atq; tectorum, sed quādo mores vel bonorum hominum vel malorum: sic ergo dictum est,Princeps huius mundi. i. princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, q similiter toto terrarum orbe diffusi sunt: vnde dicit Apostolus,Deus erat in Christo,mundum reconcilians sibi: hi sunt ex quorū cordibus princeps huius mūdi eiicietur foras. Cum ergo dixisset,Nunc princeps huius mundi eiicietur foras: Et,ego,inquit,si exaltatus fuero à terra,omnia traham post me[me.] Supra dixit dominus, vt audistis,cū Euangelium legeretur,omnia traham post me: quæ omnia, nisi ex quibus ille eiicietur foras? Non autem dixit omnes,sed omnia: non.n. omnium est fides. Non itaq; hoc ad vniuersitatem hominum retulit,sed ad creaturæ integritatem,id est,spiritum & animam & corpus,& illud quo intelligimus,& illud quo viuimus,& illud quo visibiles & contrectabiles sumus: qui enim dixit, Capillus capitis vestri non peribit,omnia trahit post se. Aut si omnia,ipli homines intelligendi sunt,omnia prædestinata ad salutem possumus dicere,ex quibus omnibus ait nihil esse periturum, cum supra de suis ouibus loqueretur. Aut certe omnia hominum genera,siue in linguis omnibus,siue in ætatibus omnibus,siue in gradibus honorum omnibus,[siue in diuersitatibus ingeniorū omnibus,] siue in artiū licitarum & vtilium professionibus omnibus,& quicquid aliud dici potest secundū innumerabiles differentias,quibus inter se præter sola peccata homines distant ab excelsissimis vsq; ad humillimos,à rege vsq; ad mendicū,omnia,inquit,traham post

Ioan.7.

Luc.1.&2.

1.Thes.5.

1.Ioan.2. Matt.6.

Psal.124.

2.Cor.5.

[aliàs ad

2.Thes.3.

Luc.23.

me,vt sim caput eorum,& illi mēbra mea. Sed si exaltatus,inquit,fuero à terra, hoc est, cum exaltatus fuero: non enim dubitat futurum esse,quod venit implere. Hoc refertur ad illud quod superius ait,Si autem mortuum fuerit granum,multum fructum affert: 82
nam exaltationem suam quid aliud dixit q̄ in cruce passionem? quod & ipse Euangelista non tacuit: subiunxit etenim & ait,Hoc aūt dicebat,significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba,Nos audiuimus ex lege,quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis?) Memoriter tenuerunt quod dominus dicebat assidue se esse filium hominis: nam hoc loco nō ait,si exaltatus fuerit à terra filius hominis,sed superius dixerat,quod hesterno die lectum atq; tractatum est,quando nunciati sunt Gentiles illi,qui eum videre cupiebāt, venit hora vt glorificetur filius hominis. Hoc itaq; isti animo retinentes, & quod nunc ait,Cum exaltatus fuero à terra,mortem crucis intelligentes,qnæsierunt ab illo & dixerunt,Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum,& quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si enim Christus est,inquiunt,manet in æternum: si manet in æternum,quomodo exaltabitur à terra? id est,quomodo crucis passione morietur? Hoc.n. eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant,non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia,sed stimulata conscientia. Dixit ergo eis Iesus,Adhuc modicum lumē in vobis est.) Hinc ergo est quod intelligitis,quia Christus manet in æternum. Ergo ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant.) Ambulate,accedite,totum intelligite, & moritu- 82
rum Christum,& victurum in æternum,& sanguinem fusurum quo redimat, & ascensu
rum in sublimia,quò perducat: tenebræ aūt vos comprehendent,si eo modo credideris Christi æternitatem,vt negetis in eo mortis humilitatem. Et qui ambulat in tenebris,nescit quò vadat.) Sic potest offendere in lapidem offensionis,& petram scandali, quod fuit dominus cæcis Iudæis,sicut credentibus lapis,quem reprobauerunt ædificantes,factus est in caput anguli. Hinc dedignati sunt credere in Christum, quia eorū impietas contempsit mortuum,risit occisum. Et ipsa erat mors grani multiplicandi,& exaltatio trahentis post se omnia. Dum lucem,inquit,habetis,credite in lucem, vt filii lucis fitis.) Cum aliquid veri auditum habetis,credite in veritatem,vt renascamini in veritatem. Hæc locutus est Iesus,& abiit & abscondit se ab eis.) Non ab eis qui credere & dili- 82
gere cœperant,non ab eis qui cum ramis palmarum & laudibus obuiam venerant, sed ab eis qui videbant & inuidebant, quia nec videbant: sed in lapidem illum cæcitate offendebant. Cum autem abscondit se Iesus ab eis, qui eum occidere cupiebant, quod sæpe propter obliuionem commonendi estis, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit.

1.Pet.2.

Psal.117.

Ab eo quod scriptum est, Cum autem tanta signa fecisset coram eis,non crederent in eum: vsque ad id quod ait, Dilexerunt gloriam hominum magis quam dei. Tractatus. LIII.

PRænunciata dominus Christus passione sua,& morte fructuosa in exaltatiōe sanctæ crucis, vbi dixit se omnia tracturū esse post se, cum intellexissent Iudei quòd de sua morte dixisset,& proposuissent ei quæstionem,quomodo diceret se esse moriturū, cum ex lege audierint, quòd Christus manet in æternum, hortatus est eos, vt dū adhuc modicum lumen in eis esset,quo Christum æternum esse didicissent,ambularent 83
vt totum discerent, ne comprehenderentur à tenebris: & cum hæc esset locutus, abscondit se ab eis. Hæc in superioribus dominicis lectionibus verbisq; didicistis. Deinde intulit Euangelista vnde hodiernum capitulum recitatum est,& ait, Cum autem tanta signa fecisset coram eis,non credebant in eum, vt sermo Esaię Prophetę impleretur quē dixit,Domine,quis credidit auditui nostro,& brachium domini cui reuelatum est?) Vbi satis ostendit brachium domini ipsum filium dei nuncupatum, non quod deus pater figura determinetur carnis humanæ,eiq; filius tāquam membrum corporis hæreat, sed quia omnia per ipsum facta sunt,ideo brachium domini dictum est. Sicut enim tuum brachium,per quod operaris,sic dei brachium dictum est eius verbum, quia per verbū mundum operatus est. Cur enim homo vt aliquid operetur brachium extendit, nisi qa non continuo fit quod dixerit? Si autem tanta potestate præualeret, vt sine vllo motu corporis sui quod diceret fieret, brachium eius verbum eius esset,quia verbum est co-

Esa.53.

Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gitabile vel ſonabile: ſed dominus Ieſus vnigenitus dei patris filius, ſicut non eſt pater
ni corporis membrum, ita non eſt cogitabile vel ſonabile ac trāſitorium verbum, quia
cū omnia per ipſum facta ſunt, dei verbū erat. Cū ergo audimus brachiū dei patris eſſe
dei filiū, nō nobis obſtrepat cō ſuetudo carnalis, ſed quantū illo donante poſſumus, vir
tutē dei & ſapientiā cogitemus, per quā facta ſunt omnia. Tale quippe brachiū nec por-
rectum extenditur, nec collectum contrahitur: nō eſt enim ipſe qui pater, ſed vnū ſunt
ipſe & pater, & æqualis patri, vbiq; totus eſt ſicut pater, ne aliqua pateat occaſio deteſta
bili errori eorum, qui dicunt ſolum eſſe patrem, ſed pro diuerſitate cauſarū ipſum dici
filiū, ipſum dici ſpiritum ſanctū, & in his verbis audent dicere, Ecce videtis, quia ſolus
eſt pater, ſi brachiū eius eſt filius: non n. duæ, ſed vna perſona eſt homo & brachiū eius,
non intelligentes, neq; aduertentes, quomodo verba de rebus aliis ad res alias trāſferan
tur propter aliquam ſimilitudinem etiam in locutionibus quotidianis de viſibilibus &
notiſsimis rebus, quanto magis vt nobis ineffabilia qualitercunq; dicantur, quę dici ſi-
cuti ſunt, omnino nō poſſunt. Nā & hō alterū hominē per quē ſolet agere quicquid agit
brachiū ſuū appellat, & ſi ei auferatur, dolēs dicit brachiū meū perdidi: & ei qui abſtu-
lerit dicit, brachium meum mihi abſtuliſti. Intelligāt ergo quomodo dictis ſit filius pa-
tris brachium, per quod pater operatus eſt omnia, ne hoc non intelligendo, & in ſui er-
roris tenebris permanendo, ſimiles ſint Iudæis ipſis: de quibus dictum, & brachiū dñi
cui reuelatum eſt? Hic occurrit altera quæſtio, de qua quidem vt competenter aliquid
diſputetur, & omnes eius latebroſiſsimi ſinus perſcrutentur, & excutiantur vt dignum
eſt, nec mearum virium eſſe arbitror, nec anguſtiarū temporis, nec veſtræ capacitatis.
Tamen quia tranſire ad alia veſtra expectatione nō ſinimur, niſi aliquid inde dicamus,
accipite quod poterimus, & vbi veſtræ expectationi non ſuffecerimus, ab illo incremen
tum poſcite, qui nos plantare poſuit, & rigare: quia ſicut dicit Apoſtolus, Neq; qui plan-
1. Cor. 3. tat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Quidam ergo inter ſe muſ
ſitant, & vbi poſſunt aliquando proclamant, & turbulenta diſceptatione cōtendunt, di-
Eſa. 53. centes, Quid fecerunt Iudæi, vel quæ culpa eorum fuit, ſi neceſſe fuit, vt ſermo Eſaiæ
Prophetæ impleretur quem dixit, Domine quis credidit auditui noſtro, & brachiū dñi
cui reuelatum eſt? Quibus reſpondemus, deum præſcium futurorum, per Prophetam
prædixiſſe infidelitatem Iudæorum, prædixiſſe tamen, non feciſſe: non. n. propterea quē
quam deus ad peccandū cogit, quia futura hominum peccata iam nouit; ipſorū. n. præ-
ſciuit peccata, non ſua, non cuiuſquā alterius, ſed ipſorū. Quapropter ſi ea quæ ille præ-
ſciuit ipſorū, non ſunt ipſorum, non vere ille præſciuit: ſed quia illius præſcientia falli
non poteſt, ſine dubio nō alii, ſed ipſi peccant, quos deus peccaturos eſſe præſciuit. Fece
runt ergo peccatū Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatū non placet, ſed fa-
cturos eſſe prædixit, quē nihil latet. Et ideo ſi non malum, ſed bonum facere voluiſſent,
non prohiberentur, & hoc facturi præuiderentur ab eo qui nouit quid ſit quiſq; factu-
rus, & quid ei ſit pro eius opere redditurus. Sed quæ ſequuntur Euangelii verba plus vr
gent, & profundiorem faciunt qōnē, adiungit etenim & dicit, Propterea nō poterāt cre-
dere, quia iterū dicit Eſaias, Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū, vt nō videāt
Eſa. 6. oculis, & intelligant corde, & conuertentur & ſanē illos.) Dicitur. n. nobis, Si non potue-
runt credere, quod peccatū eſt hominis non facientis quod non poteſt facere? Si aūt nō
credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere & non fecerunt. Si ergo potuerunt quo-
modo dicit Euangeliū, propterea non poterant credere. quia iterum dicit Eſaias, Excæ-
cauit oculos eorum, & indurauit cor eorū, vt quid eſt grauius, ad deum referatur cauſa,
quia non crediderunt: quandoquidem ipſe excæcauit oculos eorum, & indurauit cor
eorum. Non enim ſaltem hoc de diabolo dicitur, ſed de deo, quod ipſa prophetica ſcri-
ptura teſtatur. Nam ſi arbitremur hoc dictum de diabolo, quod excæcauit oculos eorū,
& cor indurauit, laborandum eſt quomodo illorum culpam, quia non crediderunt, poſ-
ſimus oſtendere, de quibus dicitur, non poterant credere. Deinde quid reſpondebimus
Roma. 11. de alio Prophetæ ipſius teſtimonio, quod poſuit Paulus Apoſtolus dicens, Quod quære
Eſa. 6. bat Iſrael hoc non eſt conſecutus, electio autem cō ſecuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt,
ſicut ſcriptum eſt, Dedit illis deus ſpiritum compunctionis, oculos vt nō videant, & au
res vt non audiant, vſq; in hodiernum diem. Auditis fratres mei propoſitam quæſtio-
nem, nempe quām profunda ſit cernitis: ſed reſpondemus vt poſſumus. Non poterant

credere, quia hoc Eſaias Propheta prædixit: hoc aurē Propheta prædixit, quia deus hoc
futurum eſſe præſciuit. Quare autem non poterant, ſi a me quæratur, cito reſpōdeo, qa
nolebant: malam quippe eorum voluntatem præuidit deus, & per Prophetā prænuncia
uit ille, cui abſcondi futura non poſſunt. Sed aliam cauſam, inquis, dicit Propheta, non
voluntatis eorum: quam cauſam dicit Propheta? Quia dedit illis deus ſpiritū compun-
ctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, & excæcauit oculos eorum, &
indurauit cor eorum: etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo: ſic. n. excæcat,
ſic obdurat deus deſerendo & non adiuuādo, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo
non poteſt. Hoc omnino pietas religioſorum inconcuſſum debet inuiolatumq; ſeruare,
ſicut Apoſtolus dicit, cum eandem ipſam tractaret difficillimam quæſtionē. Quid ergo Rom. 9.
dicemus, inquit? Nunquid iniquitas eſt apud deum? Abſit Si ergo abſit, vt ſit iniquitas
apud deum, ſiue quando adiuuat, miſericorditer facit, ſiue quando non adiuuat, iuſte fa
cit: quia omnia non temeritate, ſed iudicio facit. Porro ſi iudicia ſanctorum iuſta ſunt,
quanto magis ſanctificantis & iuſtificantis dei? Iuſta ergo ſunt, ſed occulta. Ideo cum
quæſtiones huiuſmodi in medium venerint, quare alius ſic, alius autem ſic: quare ille
deo deſerente excæcetur, ille deo adiuuante illuminetur, nō nobis iudicium de iudicio
tanti iudicis vſurpemus, ſed contremiſcentes exclamemus cum Apoſtolo, O altitudo di Rom. 11.
uitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabi- Pſal. 35.
les viæ eius: vnde dictum eſt in Pſalmo, Iudicia tua abyſſus multa. Non ergo me fratres
ad hanc penetrandam altitudinem, ad hanc abyſſum diſcutiendā, ad inſcrutabilia per-
ſcrutanda, expectatio veſtræ charitatis impingat. Agnoſco modulum meum, ſentire mi
hi videor etiam modulum veſtrum: altius eſt hoc incrementis meis, & fortius viribus
meis, puto quia & veſtris. Simul ergo audiamus admonentem ſcripturam atq; dicentē,
Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne perſcrutatus fueris, nō quia iſta negata ſunt no Eccle. 3.
bis, cum deus magiſter dicat, Nihil eſt occultum quod non reuelabitur. Sed ſi in quod Matt. 10.
peruenimus in eo ambulamus, ſicut dicit Apoſtolus: non ſolum quod neſcimus, & ſcire Phil. 3.
debemus: ſed etiam ſi quid aliter ſapimus, id quoq; nobis deus reuelabit. Peruenimus
autē in viā fidei, hanc perſeuerantiſsime teneamus, ipſa perducit ad cubiculum regis, in
quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcōditi. Non n. ipſe dñs Ieſus Chriſtus Coloſ. 2.
ſuis illis magnis & præcipue electis diſcipulis inuidebat, quando eis dicebat, Multa ha-
beo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. Ambulandum eſt, proficiendū eſt, Ioan. 16.
creſcendum eſt, vt ſint corda noſtra capacia earum rerum, quas capere modo non poſſu
mus. Quod ſi nos vltimus dies proficientes inuenerit, ibi diſcemus quod hic non potui-
mus. Si quis autē iſtā quæſtionē liquidius & melius nouit ſe poſſe & confidit exponere,
abſit, vt non ſim paratior diſcere quàm docere, tantū ne audeat quiſquā liberū arbitriū
ſic defendere, vt nobis orationē qua dicimus, Ne nos inferas in tentationem, conetur au
ferre: rurſus ne quiſquā neget voluntatis arbitriū, & audeat excuſare peccatum. Sed au
diamus dominum, & præcipientem, & opitulantem, & iubentem quid facere debeamus,
& adiuuantem vt implere poſsimus: nam & quoſdam nimia ſuæ voluntatis fiducia ex-
tulit in ſuperbiam: & quoſdam nimia ſuæ voluntatis diffidentia deiecit in negligentiā.
Illi dicunt, vt quid rogamus deum ne vincamur tentatione, quod in noſtra eſt poteſta-
te? Iſti dicunt, vt quid conamur bene viuere, quod in dei eſt poteſtate? O domine, ò pa-
ter qui es in cœlis, ne nos inferas in quālibet iſtarum tentationum, ſed libera nos à ma-
lo. Audiamus dominum dicentem, Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Nec ſic exi- Luc. 22.
ſtimemus fidem noſtram eſſe in libero arbitrio, vt diuino nō egeat adiutorio: audiamus
& Euangeliſtam dicentem, Dedit eis poteſtatem filios dei fieri: ne omnino exiſtimemus Ioan. 1.
in noſtra poteſtate non eſſe quod credimus, veruntamen in vtroq; illius beneficia co-
gnoſcamus: nam & agendæ ſunt gratiæ, quia data eſt poteſtas, & orandum ne ſuc-
cumbat infirmitas. Ipſa eſt fides quæ per dilectionem operatur, ſicut eius menſuram Gala. 5.
dominus cuiq; partitus eſt: vt qui gloriatur, non in ſeipſo, ſed in domino glorietur. Hier. 9.
Non itaq; mirum eſt quia non poterant credere, quorum voluntas ſic ſuperba erat, vt 1. Cor. 1.
ignorantes dei iuſtitiam, ſuam vellent conſtituere: ſicut dicit de illis Apoſtolus, Iuſti- Rom. 10.
tiæ dei non ſunt ſubiecti. Quia enim non ex fide, ſed tanquam ex operibus tumuerunt, Rom. 9.
ipſo ſuo tumore cæcati, offenderunt in lapidem offenſionis. Sic autem dictum eſt, non 2. Tim. 2.
poterant, vbi intelligendum eſt quòd nolebant, quemadmodum dictum eſt de domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

no deo nostro,si non credimus,ille fidelis permanet,negare seipsum non potest:de omnipotente dictum est,non potest. Sicut ergo quòd dominus negare seipsum non potest, laus est voluntatis diuinæ,ita quod illi non poterant credere,culpa est voluntatis humanæ. Ecce dico & ego,quòd qui tam superbe sapiunt,vt suæ voluntatis viribus tantũ existiment esse tribuendum,vt negent sibi esse necessarium diuinum adiutorium ad bene viuendum,non possunt credere in Christum.non.n.aliquid prosunt syllabæ nominis Christi,& sacramenta Christi,vbi restituitur fidei Christi. Fides aũt Christi,est credere in eum qui iustificat impium: credere in mediatorem,sine quo interposito non reconciliamur deo,credere in saluatorem,qui venit quod perierat quærere atq; saluare: credere in eum qui dixit,Sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorans dei iustitiam qua iustificatur impius,suam vult constituere qua conuincatur superbus, in hũc nó possunt credere: hinc & illi non poterant credere,non qa mutari in melius homines nó possunt, sed quandiu talia sapiunt non possunt credere. Hinc excæcantur & indurantur,quia negando diuinum adiutorium non adiuuantur. Hoc de Iudæis qui excæcati & indurati sunt deus præsciuit,atq; in eius spiritu Propheta prædixit: quod vero addidit. Et conuertantur & sanem eos,) vtrum subaudiendũ sit,non,id est,non conuertantur, cõnexa desuper sententia,vbi dictum est,vt non videant oculis & intelligant corde, quia & hic vtiq; dictũ est,vt non intelligant. Et ipsa.n.conuersio de illius gratia est cui dicitur, Deus virtutũ conuerte nos. An forte & hoc de supernæ medicinæ misericordia factũ intelligendũ est,vt quoniam superbæ & peruersæ voluntatis erant,& suam iustitiam constituere volebant,ad hoc desererentur,vt excæcarentur,ad hoc excæcarentur,vt offenderent in lapidem offensionis,& impleretur facies eorũ ignominia,atq; ita humilitati quererent gloriam domini,& non suam,qua inflatur superbus: sed iustitiam dei, qua iustificatur impius. Hoc.n multis eorum profecit in bonum, qui de suo scelere compuncti, in Christum postea crediderunt,pro quibus & ipse orauerat dicens,Pater,ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: de qua eorum ignorantia & Apostolus dicit,Testimonium illis perhibeo,quia zelum dei habent,sed non secundum scientiam: tũc etenim hoc subiunxit atq; ait,Ignorantes.n.dei iustitiã,& suã volentes constituere,iustitiæ dei nó sunt subiecti. Hæc dixit Esaias,quando vidit gloriam eius,& locutus est de eo.) Quid vidit Esaias,& hoc quomodo ad dominum Christum pertineat,in libro eius legendum & intelligendum est. Vidit enim non sicuti est,sed modo quodam significatiuo,sicut Prophetæ visio fuerat informanda: nam vidit & Moyses,& tamen ei quem videbat dicebat, Si inueni gratiam ante te,ostende mihi temetipsum manifeste vt videam te, quia non videbat sicuti est. Quando autem nobis hoc futurum sit,idẽ iste sanctus Ioannes Euangelista in epistola sua dicit,Dilectissimi,filii dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit,similes ei erimus,quoniam videbimus eum sicuti est. Poterat dicere quoniam videbimus eum,& non addere,sicuti est. Sed quia sciebat à quibusdam patribus & Prophetis visum,sed non sicuti est: ideo cum dixisset,videbimus eũ; addidit,sicuti est,Nemo enim vos fallat fratres eorum qui dicunt inuisibilem patrem,& visibilem filium. Hi.n.hoc asserunt qui putant eum esse creaturã,nec intelligunt secundum quod dictũ est,Ego & pater vnum sumus,prorsus in forma dei, in qua æqualis est patri,etiam filius inuisibilis est. Vt aũt ab hominibus videretur, formam serui accepit, & in similitudinem hominum factus,visibilis factus est. Ostendit ergo se etiã antequã susciperet carnem oculis hominum,sicut voluit in subiecta sibi creatura,non sicuti est. Mundemus corda per fidem, vt illi ineffabili, & vt dicam, inuisibili visioni præparemur. Beati enim mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum,sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non eicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei.) Videte quemadmodum notauerit Euangelista & improbauerit quosdam, quos tamen in eum credidisse dixit,qui in hoc ingressu fidei si proficerent,amorem quoq; humanæ gloriæ proficiendo superarẽt,quàm superauerat Apostolus dicens,Mihi aũtẽ absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Ad hoc.n.& ipse dñs crucem suam, vbi eum dementia superbæ impietatis irrisit,in eorũ qui in illũ crederent frontibus fixit,vbi est quodãmodo sedes verecundiæ, vt de nomine eius fides nõ erubescat,& magis dei gloriam quàm hominũ diligat.

Roma.4.
Ioan.15.
Psal.79.
Psal.82.
Luc.23.
Roma.10.
Exod.13.
1.Ioan.3.
Ioan.10.
Matt.5.
Gala.6.

Ab eo quod ait Iesus, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me,vsq; ad id quod ait,Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar: Tractatus. LIIII.

LOquente domino nostro Iesu Christo apud Iudæos, & tanta miraculorum signa faciente, quia crediderunt prædestinati in vitam æternam, quos etiam vocauit oues suas: quidam vero non crediderunt, nec poterant credere, eo quod occulto, nec tamen iniusto iudicio dei fuerant excæcati & indurati,deserente illo qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Eorum autem qui crediderunt, alii vsqueadeo confitebantur,vt palmarum ramis acceptis venienti occurrerent, in eadem laudis confessione lætantes. Alii vero ex principibus,non audebant confiteri, vt de synagoga non eicerẽtur, quos notauit Euangelista dicens, quòd dilexerunt gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Eorum etiam qui non crediderunt,alii erant postea crediturí,quos præuidebat vbi ait,Cum exaltaueritis filium hominis, tunc agnoscetis quia ego sum. Alii vero in eadem infidelitate mansuri,quorum imitatrix est etiam ista gens Iudæorum,quæ postmodum debellata,ad testimonium prophetiæ, quæ de xp̃o scripta est, in toto penè orbe dispersa est. His ita se habentibus, & sua iam propinquante passione, Iesus clamauit & dixit,) vnde lectio cœpit hodierna, Qui credit in me,non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me,videt eum qui misit me.) Iam dixerat quodam loco, Mea doctrina non est mea,sed eius qui misit me: vbi intelleximus eum doctrinam suam dixisse verbum patris,quod est ipse,& hoc significasse dicendo, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit,quòd à seipso non esset,sed haberet à quo esset. Deus. n. de deo, filius patris: pater autem non deus de deo,sed deus pater filii. Nunc autem quod ait, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, quomodo intellecturi sumus,nisi quia homo apparebat hominibus,cum lateret deus: Et ne putarent hoc eum esse tantũmodo quod videbant,talem ac tantum se volens credi,qualis & quantus est pater. Qui credit in me,inquit,non credit in me,id est,in hoc quod videt, sed in eum qui misit me, id est,in patrem. Sed qui credit in patrem,necesse est eum credat esse patrem: qui autem credit eum patrem,necesse est vt credat eum habere filium: ac per hoc qui credit in patrem,necesse est vt credat in filium. Sed ne quisquã hoc credat de vnigenito filio, quod de iis qui dicti sunt filii dei secundum gratiam,non naturam: sicut ait Euangelista, Dedit eis potestatem filios dei fieri: vnde & illud est quod dominus commemorauit in lege dictum,Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes. Propterea dixit, Qui credit in me,non credit in me,ne totum quod de xp̃o creditur, secundũ hominem crederetur. Ille ergo, inquit,credit in me,qui non credit in me secũdum id quod me videt, sed in eum qui me misit;vt cũ credit in patrem,credat eum habere filium sibi æqualem, & tunc vere credit in me:nam si putauerit eum non habere nisi filios secundum gratiam,qui sunt eius vtique creatura,non verbum,sed facta per verbum, nec habere filium æqualem sibi atque coæternum,semper natum, pariter incommutabilem, ex nullo dissimilem atq; imparẽ, non credit in patrem qui eũ misit,quia non est hic pater qui eum misit. Et ideo cum dixisset,qui credit in me,non credit in me,sed in eũ qui misit me: ne putaretur sic voluisse patrẽ intelligi,tanquã patrem multorum filiorũ per gratiam regeneratorum, non vnici verbi æqualis sibi,continuo subiecit: Et qui videt me,videt eum qui misit me.) Nunqd ait,qui videt me,non videt me,sed eum qui misit me: sicut dixerat,qui credit in me, nõ credit in me,sed in eũ q misit me: Illud nanq; dixit,ne sicut videbatur,crederetur tantũmodo filius hominis: hoc autem dixit,vt patri crederetur æqualis: Qui credit in me,inquit,non credit in hoc quod videt me,sed credit in eum qui misit me: aut cum credit in patrem,qui sibi æqualem genuit,me non qũo me videt,sed sic credat in me,qũo in eum qui misit me: vsqueadeo.n.nihil distat inter eum & me,vt qui me videt, videat eum qui me misit. Apostolos suos certe ipse dominus Christus misit, quod eorum etiam nomen indicat: nam sicut Græce angeli,Latine nuncii vocantur,ita Græce Apostoli,Latine missi appellantur: nunquam tamen aliquis Apostolorũ dicere auderet,qui credit in me, nõ credit in me,sed in eum qui misit me,omnino.n.nõ diceret,q credit in me: credimus.n. Apostolo,sed non credimus in Apostolũ: non.n.Apostolus iustificat impiũ. Credenti.n. in eũ qui iustificat impium,deputatur fides eius ad iustitiam. Posset dicere Apostolus: q

Ioan.1. Pſal.81.
Iacob.4. 1.Pet.5.
Ioan.8.
Ioan.7. Sup.tractatu.29.
Rom.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.10. recipit me, recipit eũ qui me misit : vel,qui audit me,audit eum qui me misit:hoc enim 84 F
eis ipse dominus ait,qui vos recipit,me recipit: & qui recipit me, recipit eũ qui me mi-
sit: quia dominus honoratur in seruo,& pater in filio, sed pater tanquam in filio, domi-
nus tanquam in seruo: filius autẽ vnigenitus recte dicere potuit, credite in deum, & in
me credite: & quod nunc ait,qui credit in me,non credit in me,sed in eum qui misit me:
non à se abstulit fidem credentis,sed noluit in forma serui remanere credentem,quoniã
cum quisq; credit in patrem qui eum misit, profecto credit in filium, sine quo patre,
non esse cognoscit, & ita credit vt credat æqualem, quoniam sequitur, & qui videt me,
videt eum qui me misit. Attende cætera: Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit
in me,in tenebris non maneat.) Dixit quodam loco discipulis suis: Vos estis lux mũdi.
Mat.5. Non potest ciuitas abscondi supra montẽ constituta:neq; accendunt lucernã,& ponunt
eam sub modio,sed supra candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lu
men vestrũ corã hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ
qui in cœlis est: nõ tamen eis dixit,vos lux venistis in mundum, vt omnis qui credit in
vos,in tenebris non maneat:nusquam hoc legi posse cõfirmo. Lumina ergo sunt omnes 84
sancti,sed credendo ab eo illuminantur,à quo si recesserint,tenebrabũtur; [lumen autẽ G
illud quo illuminantur,]à se recedere non potest,quia incommutabile omnino est. Cre-
dimus ergo lumini illuminato,sicut Prophetæ,sicut Apostolo, sed ideo illi credimus, vt
non in ipsum credamus,quod illuminatur,sed cum illo credamus in illud lumen,à quo
illuminatur,vt & nos illuminemur,non ab illo,sed cum illo à quo ille. Cũ autem dicit,
vt omnis q credit in me,in tenebris non maneat,satis manifestat omnes se in tenebris in
uenisse:sed ne in eis tenebris maneant in quibus inuenti sunt, debent credere in lucem,
quæ venit in hunc mundũ,quia per illam factus est mundus. Et si quis audierit, inquit,
verba mea,& custodierit,ego non iudico eum.)Mementote quæ vos audisse in superio-
ribus lectionibus noui,& qui obliti forte estis,recolite, & qui non affuistis, sed adestis,
Ioan.5. audite quomodo dicit filius,Ego non iudico eum: cum dicat alio loco,Pater non iudicat 84
quenquam,sed omne iudicium dedit filio: nisi quia intelligendum est,modo non iudico H
eum. Quare non iudicat modo? Attende quid sequitur: Non.n.veni,inquit, vt iudicẽ mũ-
Psal.100. dũ,sed vt saluificem mundũ:) id est,vt saluũ faciã mundũ:nunc ergo est tẽpus miseri-
cordiæ:postea erit iudiciũ,quia misericordiã, inquit,& iudiciũ cantabo tibi dñe: sed de
ipso etiã futuro nouissimo iudicio videte quid dicat, Qui spernit me & non accipit ver-
ba mea,habet qui iudicet eum: sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissi-
mo die.)Non ait,qui spernit me,& non accipit verba mea, ego non iudico eum in nouis-
simo die. Hoc.n. si dixisset, non video quo posset non esse contrarium illi sententiæ vbi
ait,pater non iudicat quenquam,sed omne iudiciũ dedit filio: cũ vero dixit, qui spernit
me,& non accipit verba mea,habet qui iudicet eum: expectantibus autem quisnã ille es-
set,secutus adiunxit: sermo quẽ locutus sum,ille iudicabit eum in nouissimo die, satis
manifestauit seipsum iudicaturum in nouissimo die: seipsum quippe locutus est, seip-
Roma.1. sum annunciauit,seipsum ianuam posuit,quam ipse ad oues pastor intraret. Aliter itaq;
iudicabuntur,qui non audierunt,aliter qui audierunt & contempserũt. Qui.n. sine lege
peccauerũt,ait Apostolus,sine lege & peribũt,& qui in lege peccauerũt, per legem iudi- 84
cabuntur: Quia ego,inquit,ex meipso non sum locutus.) Ideo se dicit nõ locutũ ex se- I
ipso,quia non est ex seipso. Iam hoc sæpe diximus,iã hoc tanquã notissimũ non docere,
sed admonere debemus: Sed qui misit me pater,ipse mihi mandatũ dedit, quid dicam,&
quid loquar.) Non laboraremus,si cum eis nos loqui sciremus, cũ quibus superiora lo-
cuti sumus,& cũ eisdem non omnibus,sed qui audierunt memoria retinentibus: nũc ve
ro quia fortasse aliqui adsunt,qui non audierũt,eisq; sunt similes, qui obliti sunt quod
audierunt,propter illos perferant moras nostras,qui audita meminerũt: quo dat mãda
tũ pater vnico filio? Quo verbo loquitur verbo,cũ sit ipse filius vnigenitus verbũ? Num
quid per angelum,cum per ipsum creati sunt angeli? Nũquid per nubem,quæ quãdo so
nuit ad filium, non propter ipsum sonuit, quod alibi dicit etiam ipse, sed propter alios
quos oportebat ita audire: Nunquid per sonũ labiis emissum,qui non habet corpus? An
aliquo locorum interuallo filius à patre separatur,vt sit inter illos aer medius, quo per-
cussio vox fiat & ad aurem veniat? Absit,vt talia de illa incorporea & ineffabili substãtia
suspicemur: filius vnicus,est verbum patris,& sapientia patris, in illo sunt omnia man-

data patris:neq; enim patris mandatum filius aliquando nesciebat, vt eum necesse esset
84 ex tempore habere,quod antea non habebat. Ita enim à patre quod habet accepit, vt na
K scendo acceperit,dederitq; illi gignendo: nam & vita est,& accepit vitam vtiq; nascendo,
non prius sine vita existendo,quia & pater habet vitam,& quod habet est,nec accepit ta
men,quia nõ ex aliquo est: filius autem accepit vitam dante patre à quo est,& ipse quod
habet est;habet.n.vitam,& vita est. Ipsum audi loquentem: sicut habet,inquit, pater vi-
tam in semetipso,sic dedit & filio vitam habere in semetipso: nunquid existenti, & non
habenti dedit? Sed eo dedit,quo genuit,qui vitã genuit,& vita genuit vitã,& qa parẽ ge
nuit nõ parẽ genuit vitã,ideo dictũ est: sicut habet ipse vitã in semetipso,sic dedit & filio
vitam habere in semetipso: vitam dedit,quia gignendo vitam,quid dedit nisi esse vitam?
Et quia ẽterna est ipsa natiuitas,nunquam non fuit filius,qui est vita,nunquam fuit fi-
lius sine vita:& sicut est natiuitas æterna,sic est qui natus est vita æterna. Ita & manda-
tũ non quod filius non habebat pater dedit ; sed, sicut dixi, in sapientia patris quod est
verbum patris,omnia mandata sunt patris. Dicitur autem mandatum datum,quia non
84 est à seipso cui dicitur datum:& hoc est dare filio,sine quo nunquam filius fuit,quod est
L gignere filium qui nunquam non fuit. Sequitur autem: Et scio quia mandatum eius vi-
ta æterna est,) Si ergo vita æterna est ipse filius, & vita æterna est mandatum patris, qd
aliud dictum est,quam ego sum mandatum patris? Proinde & id quod adiungit & dicit,
Quæ ego loquor,sicut dixit mihi pater sic loquor)non accipiamus,dixit mihi,quasi pa
ter verba locutus sit vnico verbo,aut egeat dei verbis dei verbũ . Dixit ergo pater filio,
sicut dedit vitam filio,non quod nesciebat vel nõ habebat,sed quo ipse filius erat. Quid
est autẽ,sicut dixit mihi pater sic loquor: nisi,verbum loquor? Ita ille dixit vt verax,ita
iste loquitur vt veritas. Verax autem genuit veritatem: quid ergo iam diceret veritati ?
Non.n.imperfecta erat veritas,cui verũ aliquid adderetur. Dixit ergo veritati, quia ge-
nuit veritatem. Porro ipsa veritas sic loquitur,vt ei dictũ est,sed intelligentib. quos do-
cet vt nata est. Vt autem crederent homines quod intelligere nondum valent,ex ore car
nis verba sonuerunt & abierunt: trã suolantes soni strepuerunt, peractis morulis tempo
rum suorum: sed res ipsæ,quarum signa sunt soni, traiectæ quodammodo in eorum me
moriam,qui audierunt, etiam ad nos per literas, quæ visibilia signa sunt,peruenerunt:
84 nõ sic loqtur veritas intelligentibus mentibus intus loquitur, sine sono instruit,intelli
M gibili luce perfundit: qui ergo potest in ea credere natiuitatis eius æternitatem, ipse illã
sic audit loquentem,sicut ei dixit pater quod loqueretur. Excitauit nos ad magnum de-
siderium interioris dulcedinis suæ,sed credendo capimus,ambulando crescimus, profi-
ciendo ambulamus,vt peruenire possimus .

Ab eo quod ait, Ante diem festum Paschæ,sciens Iesus quia venit hora
eius : vsque ad id quod ait, Venit ergo ad Simonem
Petrum. Tractatus . LV.

Ca. XIII. COena dñi secundũ Ioannem adiuuante ipso debitis est explicanda tractatibus,& vt nobis posse donauerit,explananda. Ante diem festũ paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius,vt transeat ex hoc mũdo ad patrem,cũ dilexisset suos,qui erãt in mundo,in finem dilexit eos.)Pascha autẽ fratres,non sicut quidam existimant, Græcũ nomẽ est,sed Hebræũ. Opportunissimè tamẽ occurrit in hoc nomine quędam congruẽ tia vtrarunq; linguarũ: quia n pati Græce πάσχειν dicitur,ideo pascha passio putata est,
85 velut hoc nomen à passione sit appellatũ: in sua vero lingua, hoc est in Hebræa pascha
A transitus dicitur, propterea quia tunc primum pascha celebrauit populus dei, quando
ex Aegypto fugientes,rubrum mare transierunt: nunc ergo figura illa prophetica in ve
ritate completa est , cum sicut ouis ad immolandum ducitur xps , cuius sanguine illi- Esai.53.
tis postibus nostris,id est,cui⁹ signo crucis signatis frõtibus nostris, à perditione huius Exo.14.
seculi tãquã à captiuitate,vel interẽptione Aegyptia liberamur, & agimus saluberrimũ
transitũ,cũ à diabolo transimus ad xpm,& ab isto instabili seculo ad eius fundatissimũ
regnũ: ideo quippe ad deũ permanentẽ transimus,ne cũ mundo transeunte trãseamus:
de hac nobis collata gratia deũ laudans Apostolus dicit, Qui eruit nos de potestate tene Coloss.1.
brarũ,& transtulit in regnum filii claritatis suę. Hoc itaq; nomẽ,id est pascha,quod La-
tine,vt dixi,transitus nũcupatur,velut interpretans nobis beatus Euãgelista: Ante diẽ,
inquit,festũ Paschæ,sciens Iesus qa venit hora eius ut trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ: ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ce pascha,ecce transitus. Vnde & quò? De quo. s.mundo ad patrem. Spes mẽbris in ca- 85
pite data est, quòd essent illo transeunte sine dubio secutura: quid ergo infideles, & ab B
hoc capite, atq; ab eius corpore alieni? Nonne & ipsi transeunt, quia non permanent?
Transeunt planè & ipsi: sed aliud est transire de mundo, aliud est transire cum mundo:
aliud ad patrem, aliud ad hostem: nam & Aegyptii transierunt, non n persequendo man
serunt, non tamen transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum. Sciens ergo
Iesus quia venit hora eius, vt transiret ex hoc mundo ad patrem: Cum dilexisset suos,
qui erant in mundo, in finem dilexit eos.) Vtique vt & ipsi de hoc mundo vbi erant, ad
suũ caput, quod hinc transisset, eius dilectione transirent: quid est.n. in finẽ nisi in xp̃m?
Rom. 10. Finis.n. legis Christus, ait Apostolus, ad iustitiã omni credenti: finis perficiens, non in-
terficiens: finis quousq; eamus, non vbi pereamus. Sic omnino intelligẽdum est, pascha
1. Cor. 5. nostrum immolatus est xp̃s. Ipse est finis noster, in illum est transitus noster: nam video
posse ista verba Euangelica quodam humano modo etiam si accipi, tanquam vsque ad 85
mortem xp̃s dilexerit suos, vt hoc videatur esse in finem dilexit eos. Humana est hæc sen C
tentia, non diuina: neq;.n. nos hucusq; ille dilexit, qui semper, & sine fine nos diligit, ab-
Luc. 16. sit, vt dilectionem morte finierit, qui non est in morte finitus. Etiam post mortem quin-
que fratres suos dilexit diues ille superbus atq; impius, & vsq; ad mortem nos dilexisse
putandus est Christus? Absit, charissimi, nequaquam ille nos diligendo vsque ad
Ioan. 15. mortem veniret, si dilectionem nostram morte finiret, nisi forte ita sit intelligen-
dum, in finem dilexit eos, vsque ad mortem dilexit eos, quia tantum dilexit eos,
vt moreretur pro eis. Hoc enim testatus est dicens, Maiorem hac charitatem nemo ha-
bet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ita sanè non prohibemur intelli
gi, in finem dilexit, vsq; ad mortem dilexit, id est, vsq; ad mortem illum dilectio ipsa per-
duxit. Et cœna, inquit, facta cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Si-
monis Iscariotes, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiit, & ad deũ
vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum, præcinxit se: de
inde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo quo 85
erat præcinctus.) Non ita debemus intelligere cœnam factam veluti iam consummatã D
atq; transactam: adhuc.n. cœnabatur cum dominus surrexit & pedes lauit discipulis
suis: nam postea recubuit, & buccellam suo traditori postea dedit, vtiq; cœna nondum
finita, hoc est, dum adhuc panis esset in mensa. Cœna ergo facta, dictum est, iam parata,
& ad conuiuantium mensam vsumq; perducta: quod autem ait: Cum diabolus iam mi-
sisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: si queris quid missum sit in cor Iu
dæ, hoc vtiq;, vt traderet eum. Missio ista spiritalis suggestio est, non fit per aurem, sed
Ephes. 6. per cogitationem, ac per hoc non corporaliter, sed spiritaliter: neq;.n. spiritale quod dici-
tur, semper in laude accipiendum est; nouit Apostolus quædam spiritalia nequitiæ in
cœlestibus, aduersus quæ nobis colluctationem esse testatur: non autem essent maligna
etiam spiritalia, si non essent etiam maligni spiritus. A spiritu.n. spiritalia nominantur:
sed quo ista fiant vt diabolicæ suggestiones immittantur, & humanis cogitationibus mi
sceantur, vt eas tanquam suas deputet homo, vnde scit homo? Nec dubitandum est etiã 85
bonas suggestiones à bono spiritu ita latenter ac spiritaliter fieri: sed interest, quibúsnã E
earum mens humana consentiat, diuino auxilio vel deserta per meritum, vel adiuta per
gratiam. Factum ergo iam fuerat in corde Iudæ per immissionem diabolicam, vt trade-
ret discipulus magistrum, sed quem non didicerat deum: iam talis venerat ad conuiuiũ
explorator pastoris, insidiator saluatoris, venditor redemptoris, iam talis venerat & vide
batur, & tolerabatur, & se ignorari arbitrabatur: quia in eo quem volebat fallere, falle-
batur: at ille isto, in ipso corde intus inspecto, nesciente scienter vtebatur. Sciens quia
omnia dedit ei pater in manus.) Ergo & ipsum traditorem: nam si eum in manibus nõ
haberet, non vtiq; illo vteretur vt vellet. Proinde iam traditor traditus erat ei, quem
tradere cupiebat, atq; ita malum tradendo faciebat, vt de illo tradito bonum fieret quod
nesciebat: sciebat.n. dominus quid faceret pro amicis, qui patienter vtebatur inimicis:
ac sic omnia dederat pater in manus eius, & in vsum mala, & in effectum bona. Sciens ét
quia à deo exiit & ad deum vadit.) Nec deum cum inde exiret, nec nos deserens cum re-
diret. Hæc ergo sciens: Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum,
præcinxit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & ex-

85 tergere linteo quo erat præcinctus.) Debemus, charissimi, sensum Euangelistæ diligen- 125
F ter attendere, locuturus quippe de tanta domini humilitate, prius celsitudinem eius vo
luit commendare. Ad hoc pertinet quod ait, sciens quia omnia dedit ei pater in manus,
& quia à deo exiit, & ad deum vadit. Cum illi ergo omnia pater dedisset in manus, ille di
scipulorum non manus, sed pedes lauit: & cum se sciret à deo exisse, & ad deum pergere,
non domini dei, sed hominis serui impleuit officium. Ad hoc autem pertinet quod etiã
de traditore ipsius, quia iam talis venerat, qui nec ab illo ignorabatur, proloqui voluit,
vt hoc quoq; ad maximum cumulum humilitatis accederet, quòd etiam illi non dedi-
gnatus est pedes lauare, cuius manus iam præuidebat in scelere. Quid autem mirum si
surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua, qui cum in forma dei esset, semetipsum exina- Philip. 2.
niuit? Et quid mirum si præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens habitu inuen-
tus est vt homo? Quid mirum si misit aquam in peluim, vnde lauaret pedes discipulo-
rum, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorũ? Quid
mirum si linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat tersit, qui carne qua erat indu- 85
G tus, Euangelistarum vestigia confirmauit? Et linteo quidem vt se præcingeret, posuit ve
stimenta sua quæ habebat. Vt autem formam serui acciperet quando semetipsum exina
niuit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sanè
suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tota illa eius passio,
nostra purgatio est. Passurus igitur exitia, præmisit obsequia non solum eis, pro quibus
erat subiturus mortem, sed etiam illi qui eum fuerat traditurus ad mortem. Tanta est
quippe humanæ humilitatis vtilitas, vt eam suo commendaret exemplo etiam diuina
sublimitas, quia homo superbus in æternum periret, nisi illum deus humilis inueniret:
venit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Perierat autem su-
perbiam deceptoris secutus, ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus.

Ab eo quod ait, Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus, Domine
85 tu lauas mihi pedes? vsque ad id quod ait, Qui lotus est, non
H indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.

Tractatus. LVI.

CVm lauaret pedes discipulorum dominus: Venit ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: domine, tu mihi lauas pedes?) Quis.n. non expauesceret lauari sibi pe-
des à filio? Quanuis itaq; magnæ fuisset audaciæ contradicere seruum domino, hominem deo, tamen hoc Petrus facere maluit, quàm perpeti vt sibi pedes lauarentur à domino & deo. Nec putare debemus hoc Petrum inter cæteros formidasse atq; recusas-
se, cum id alii ante ipsum libenter vel æquanimiter sibi fieri permisissent: facilius qp-
pe sic accipiuntur ista verba Euangelii: quia cum dictum esset, Cœpit lauare pedes disci
pulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus: deinde subiunctum est, venit ergo ad
Simonem Petrum, quasi aliquibus iam lauisset, & post eos veniisset ad primum: quis. n.
nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrum? Sed non ita intelligendum est,
quòd post aliquos ad illum venerit, sed quod ab illo cœperit: quando ergo pedes discipu
85 lorum lauare cœpit, venit ad eum à quo cœpit, id est, ad Petrum. Et tunc Petrus, quod
I etiam quilibet eorum expauisset, expauit atq; ait: Domine, tu mihi lauas pedes? Tu mi-
hi: quid est, tu? Quid est, mihi? Cogitanda sunt potius quàm dicenda, ne forte quod ex
his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua. Sed respondit Ie-
sus & dixit ei: quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.) Nec tamen ille domi-
nici facti altitudine exterritus, permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed vsq; ad suos
pedes humilem Christum adhuc non vult videre, non potest sustinere. Non lauabis mi-
hi, inquit, pedes in æternum.) Quid est in æternum? Nunquam hoc feram, nunquam pa
tiar, nunquam sinam: hoc quippe in æternum non fit, quod nunquam fit. Tum saluator
ægrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens, Si non lauero te, inquit, non ha
bebis partem mecum.) Ita dictum est, si non lauero te, cum de solis pedibus ageretur
quo dici assolet, calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore & timore pertur-
batus, & plus expauescens Christum sibi negari quàm vsq; ad suos pedes humiliari, Do
mine, ait, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.) Quãdoquidem sic minaris, la
uandam tibi membra mea, non solum tibi iam non subtraho, verumetiam prima sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferno. Ne mihi reges capiendam tecum patrem, nullam tibi nego abluendam mei corporis patrem. Dicit ei Iesus: qui lotus est, non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus.) Hic moueatur fortassis quis & dicat: Immo si mundus est totus, quid ei opus est vel pedes lauare? Dominus autem nouerat quod dicebat, etiam si nostra infirmitas eius secreta non penetrat: veruntamen quantū nos erudire, & ex lege sua docere dignatur, pro captu meo, pro modulo meo, aliquid etiam ego de huius quæstionis profunditate illo adiuuante respondeam, ac primum ipsam locutionem non sibi esse contrariam facillime ostendam: quis enim non ista rectissime loqui possit, mundus es totus præter pedes? Elegantius autem loquitur si dicit, mundus es totus nisi pedes, quod tātundem valet. Hoc ergo ait dominus, Non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Totus vtiq; præter pedes, vel nisi pedes quos habet opus lauare: sed quid est hoc? Quid sibi vult, quid hic necessarium est, vt quæramus? Dominus dicit, veritas loquitur, quod opus habeat pedes lauare etiam ille qui lotus est. Quid fratres mei, quid putatis, nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluitur, non præter pedes, sed totus omnino: veruntamen cum in rebus humanis postea viuitur, vtique terra calcatur, ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuitur, quasi pedes sunt, vbi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, vt si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipiamus, & veritas in nobis nō est. † Quotidie igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis: & quotidie nos opus habere vt pedes lauemus, id est, vias spiritalium gressuum dirigamus, in ipsa oratione dominica confitemur cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si enim confiteamur, sicut scriptum est, peccata nostra, profecto ille qui lauit pedes discipulorum suorū, fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, id est, vsq; ad pedes quibus conuersamur in terra. Proinde Ecclesia quàm mundat Christus lauacro aque in verbo, non solum in illis est sine macula & ruga, qui post lauacrū regenerationis continuo ex huius vitæ contagione tolluntur, nec calcam terrā vt opus habeant pedes lauare: verūetiam in iis quibus istam misericordiam præbens dominus, fecit eos de seculo isto lotis etiā pedibus emigrare. In his aūt qui hic demorantur, etiam si munda sit, quoniam iuste viuunt, opus tamen habent pedes lauare, quoniam sine peccato vtiq; non sunt Propter hoc dicit in cantico canticorum: Laui pedes meos, quomō inquinabo illos? Dicitur. n. hoc cū cogitur ad xp̄m venire, & terrā calcare conuenit. Alia qō rursus exoritur: nonne xp̄s sursum est? nōne ascendit in cœlū, & sedet ad dexterā patris? nōne Apostolus ad nos clamat & dicit: Si ergo resurrexistis cū xp̄o, q̄ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram? Quomodo ergo vt ad Christum eamus, terrā calcare compellimur, cū potius nobis sursum cor habendum sit ad dominū, vt cum illo esse possimus? Videtis fratres hodierni temporis angustias istam coarctare quæstionem. Quod & si vos forte minus videtis, ego vtcunq; video quantæ disputationis indigeat: vnde peto vt eā potius suspendi, quàm vel negligentius vel angustius pertractari, non fraudata sed dilata expectatione patiamini. Aderit enim dominus qui nos debitores facit, vt faciat etiā redditores.

1. Ioan. 1.
† alias fit.
Roma. 8.
Matt. 6.
Ephe. 5.
Cat. 5.
Colo. 3.

De eadem lectione. Tractatus. LVII.

NOn immemor mei debiti, & iam reddendi tempus agnosco. Donet vnde reddam, qui donauit vt debeam: donauit. n. dilectionem, de qua dictum est: Nemini quicquā debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Donet etiā sermonem quem video me debere dilectis: expectationem vestram ad hoc nempe distuleram, vt explicarem sicut possem, quēadmodum etiam per terram veniatur ad Christum, cum potius iubeamur quæ sursum sunt quærere, non quæ super terram Sursum. n. Christus est sedens ad dexterā patris: sed profecto & hic est propter quod & Saulo in terra sæuiēti dicit: Saule Saule, quid me persequeris? Vt autem hoc quærendum suscuperemus, id tractabatur quod pedes dominus discipulis lauit, cum iam ipsi discipuli loti essent, nec opus haberent nisi pedes lauare: vbi visum est intelligendum, quod baptismo quidem homo totus abluitur, sed dum isto postea viuit in seculo, humanis affectibus terram velut pedibus calcans, ipsa. f. conuersatione vitæ huius cōtrahit vnde dicat, Dimitte nobis debita nostra: ac sic etiā inde mundatur ab eo qui pedes lauit discipulis suis, nec desinit interpellare pro nobis. Hinc occurrunt ex cantico canticorū Ecclesiæ verba dicētis: Laui pedes meos, quomodo inquinabo

Roma. 13.
Coloss. 3.
Acto. 9.
Matt. 6.
Roma. 8.
Cantic. 5.

126

quinabo eos? Cum vellet ire & aperire ei qui venerat ad eam, & pulsauerat, sibiq; aperiri popposcerat, ille speciosus forma præ filiis hominum. Hinc quæstio nata est quam coarctare noluimus angustiis temporis, ideoq; distulimus, quo nam modo Ecclesia timeat inquinare pedes, dum pergit ad Christum, quos baptismate lauerat Christi, sic enim ait: Ego dormio, & cor meum vigilat, vox fratruelis mei pulsat ad ianuam: deinde dicit etiam ipse: Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum repletū est rore, & crines mei guttis noctis: & respondit illa, Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? O admirabile sacramentum, ò grande mysterium. Ergone timet inquinare pedes veniendo ad eum qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certe, quia per terram venit ad eum qui etiam in terra est, quia suos hîc constitutos non deserit: an non ipse ait: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi? an non ipse ait; Videbitis cœlos apertos, & angelos Dei ascendentes, & descendentes ad filium hominis? Si ascendunt ad eum propterea quia sursum est, quomodo ad eum descendunt si etiam nō hic est? Dicit ergo Ecclesia: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? [In eis hoc dicit qui possunt omni fæce mundari dicere, Cupio dissolui & esse cum Christo, permanere autē in carne magis necessarium propter vos,] In eis hoc dicit qui prædicant Christū, & aperiunt illi ostium, vt habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit cum deliberant, vtrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant vt sine culpa impleant, ne forte aliis prædicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim veritas auditur q̄ prædicatur, quoniam cū auditur, humilitas custoditur: cum autem prædicatur, vix non surrepit cuius hominū quantulacunq; iactantia, in qua vtiq; inquinentur pedes. Ergo vt Apostolus Iacobus dixit: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum: dicit & alius homo dei, Auditui meo dabis gaudium & lætitiā. & exultabunt ossa humiliata; hoc est, quod dixi: Cum veritas auditur, humilitas custoditur; dicit & alius: Amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Fruamur auditu, sine strepitu nobis loquente intrinsecus veritate: quāquam etiā cum foris secus insonat per legentem, per annunciantem, per prædicantem, per disputantē, per præcipientem, per consolantem, per exhortantem, per ipsum etiam cantantem atq; psallentem: ipsi qui hæc agunt, inquinare pedes suos timeant, cum placere hominibus surrepente amore humanæ laudis affectant. Cæterum qui eos audit libenter & pie, non habet locum iactandi se in laboribus alienis, & nō inflatis ossibus, sed humilitatis, gaudio gaudet propter vocem dominicæ veritatis. Proinde in eis qui libenter & humiliter audire nouerunt, & vitam quietem in studiis dulcibus & salubribus agunt, catholica delitietur ecclesia & dicat: Ego dormio & cor meum vigilat: Quid est, Ego dormio & cor meum vigilat: nisi, ita quiesco vt audiam? Ocium meum non impenditur nutriendæ desidiæ, sed percipiendæ sapientiæ: Ego dormio, & cor meum vigilat, vaco & video, quoniam tu es dominus, quia sapientiam scribo in tempore ocii, & qui minoratur actu ipse percipiet eam. Ego dormio, & cor meum vigilat: ego requiesco à negociosis actibus, & animus meus diuinis se intendit affectibus: sed in iis qui isto modo suauiter & humiliter requiescunt, dum ociose oblectatur Ecclesia, ecce pulsat ille qui ait: Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Vox ergo eius pulsat ad ianuam & dicit: Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis: velut si diceret, tu vacas, & contra me ostium clausum est, tu studes ocio paucorum, & abundante iniquitate refrigescit charitas multorum: nox quippe iniquitas est, ros vero eius & guttæ, hi sunt qui refrigescunt & cadunt, & faciunt refrigescere caput Christi, hoc est, vt non ametur deus caput enim Christi, deus: sed portantur in crimibus, id est, in sacramentis visibilibus tolerantur, sed nequaquam interiora sensus attingunt. Pulsat ergo vt excutiat quietem sanctis ociosis, & clamat: Aperi mihi de sanguine meo soror mea, de accessu meo, proxima mea, de spiritu meo columba mea, de sermone meo, quem plenius ex ocio didicisti perfecta mea, aperi mihi, prædica me: ad eos quippe qui clauserunt contra me, quomodo intrabo sine aperiente? Quomodo enim audient sine prædicante? Hinc fit vt etiā hi qui amant ocium studiorū bonorū, & nolunt perpeti laboriosorū molestias actionū, eo quod minus idoneos ad hæc ministranda, & sine reprehensione agen-

Pſal. 44.
Cat. 5.
Matt. 28.
Ioan. 1.
1. Cor. 9.
Iacobi. 1.
Pſal. 50.
Ioan. 3.
Cant. 5.
Pſal. 45.
Eccle. 38.
Matt. 10.
Cant. 5.
1. Cor. 11.
Rom. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

da se sentiunt,mallent si fieri posset, sanctos Apostolos & prædicatores veritatis anti-
quos excitari aduersus abundãtiam iniquitatis,quia feruor friguit charitatis:sed in eis
qui iam de corpore exierunt,& carnis indumento expoliati sunt, neq;.n. ab ea separati
Cant.5. sunt,respondeat Ecclesia,Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Recipietur quidẽ
illa tunica,& in eis qui iam exuti sunt,rursus vestietur carne Ecclesia,non tamen nunc
quando seruefaciendi sunt frigidi,sed tunc quãdo resurrecturi sunt mortui. Passa ergo
difficultatem propter inopiam prædicatorum, & recolens illa sua membra sana sermo
nibus,sancta moribus,sed iam exuta corporibus,ingemit & dicit Ecclesia: Exui me tu-
nica mea,quomodo induar ea? Membra illa mea quæ Christo aperire euangelizando ex
cellentissime potuerunt,quomodo ad corpora,quibus exuta sunt,redire nunc possunt?
Deinde respiciens ad eos qui prædicare, & populos acquirere ac regere, ac sic Christo
afferre vtcunq; possunt,sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: Laui, in-
quit,pedes meos,quomodo inquinabo illos? Quisq; enim in verbo nó offendit,hic per-
Ioan.3. fectus est vir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis,tanto frigore charitatis? Laui pedes meos,quomodo inquinabo eos? Quando-
quidem lego & audio: nolite multi magistri fieri fratres, quoniam maius iudicium sumitis? In multis.n.offendimus omnes. Laui pedes meos,quomõ inquinabo eos? Sed ecce
Matt.6. surgo & aperio,Christe laua,nos dimitte nobis debita nostra, quoniam nó est extincta
charitas nostra,qa & nos dimittimus debitoribus nostris. Qñ te audimus, exultãt tecũ
Psal.50. in cœlestibus ossa humiliata. Sed qñ te prædicamus,terrã calcamus,vttibi apiamus: &
ideo si reprehẽdimur,pturbamur: si laudamur,inflamur. Laua pedes nostros antè mun-
datos,sed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus inquinatos. Hæc vobis hodie
satis sint dilectissimi: siquid secus quàm oportuit dicentes fortasis offendimus,vel lau
dibus vestris immoderatius quàm oportuit eleuati sumus, impetrate mundationem
pedibus nostris, deo placentibus orationibus vestris.

Ab eo quod dicit,Et vos mundi estis,sed non omnes vsq; ad id quod ait,Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Tractatus. LVIII.

IAm illa verba sancti Euangelii,vbi dominus lauans pedes discipulis suis, ait, Qui lotus est semel,non habet necessitatẽ nisi pedes lauare, sed est mundus totus: dilectioni vestræ vt dominus donare dignatus est exposuimus, nunc quod sequitur vi-
deamus: Et vos,inquit,mundi estis,sed non omnes.) Hoc quid sit ne quæreremus, ipse Euangelista patefecit,adiungens: Sciebat.n. quisnã esset qui traderet eũ, propterea dixit, non estis mundi omnes.) Quid hoc apertius? Proinde ad sequẽtia transeamus. Postquã ergo lauit pedes eorum,& accepit vestimenta sua,cũ recubuisset iterum dixit eis: Scitis qd fecerim vobis?) Nunc est vt beato Petro reddatur illa promissio: dilatũ n. fuerat, qñ expauescenti & dicenti: nó lauabis mihi pedes in æternum: respõsum est ei, quod ego facio,tu nescis modo,scies aũt postea. Ecce est ipsum postea,iam tempus est vt dicatur, quod pauloante dilatũ est. Memor itaq; dñs se promisisse iam dudũ scientiam facti sui tam inopinati tam mirabilis,tam expauescendi,& nisi ipse vehementer terruisset, nullo modo sinendi,vt magister non tantũ ipsorum,sed angelorũ,& dñs non tantũ ipsorum, sed rerum omniũ,lauaret pedes discipulorũ & seruorũ suorũ. Huius ergo tanti facti qm promiserat scientiã dicens,Scies aũt postea,quid sit,quod fecit docere nũc incipit: Vos, inquit,vocatis me magister & dñe,& bene dicitis: sum etenim.) Bene dicitis,quia verum
Prou.27. dicitis: sum quippe quod dicitis. Homini præceptũ est,Non te laudet os tuũ, sed laudet te os proximi tui. Periculosum est.n. sibi placere,cui cauendũ est superbire. Ille aũt qui super omnia est,quantumcunque se laudet,non se extollit excelsus, nec potest recte dici arrogans deus. Nobis nanque expedit eum nosse,non illi: nec eũ quisq; cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit: si ergo non se laudando quasi arrogantiam vitare voluerit,nobis sapientiam denegabit. Et magistrũ quidẽ quod se esse dicit,nemo reprehenderet, etiam qui eum nihil esse aliud, quam hominem crederet, quoniam id profitetur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsqueadeo sine arrogantia profitentur, vt professores vocentur. Quod vero dominum & ipse se dicit discipulorum suorum, cum sint illi ẽt secundũ seculum ingenui,quis ferat in homine? Sed deus loquitur: nulla est hic elatio tantæ celsitudinis,nullũ mẽdaciũ veritatis, nobis subiacere illi vtile est celsi-

tudinis,nobis seruire vtile est veritati. Quod se dominum dicit, non illi vitium est,sed nobis beneficium. Cuiusdam secularis authoris verba laudantur, quia dixit: cũ omnis arrogantia odiosa est,tum illa ingenii & eloquentiæ multo molestissima: & tamen idem ipse cum de sua eloquentia loqueretur, dicerem,inquit,perfectam, si ita iudicarem, nec in veritate crimen arrogantiæ pertimescerem: si igitur ille homo eloquentissimus in veritate arrogantiam non timeret,qũo arrogantiam ipsa veritas timet? Dicat se dominum qui dominus est,dicat se verum qui veritas est,ne non discam ego quod vtile est,, dũ tacet ille quod est. Beatissimus Paulus,non vtiq; vnigenitus dei filius,sed vnigeniti dei filii seruus & Apostolus,non veritas,sed particeps veritatis, ait libere & constanter: Et si voluero gloriari,non ero insipiens,veritatem.n.dico. Neq;.n. in seipso,sed in ipsa veritatem quæ superior est ipso, & humiliter & veraciter gloriaretur, quoniam & ipse præcepit,vt qui gloriatur,in domino glorietur. Itáne non timeret insipientiam,si gloriari vellet amator sapientiæ,& in gloria sua timeret insipientiam ipsa sapientia? Non timuit arrogantiam qui dixit,In domino laudabitur anima mea: & in laude sua timeret arrogantiam potestas domini,in qua laudatur anima serui? Vos, inquit, vocatis me magister & domine,& bene dicitis,sum etenim. Ideo bene dicitis, quia sum: nam si non essem quod dicitis,male diceretis,etiam si me laudaretis. Quomodo ergo negaret veritas, quod dicunt discipuli veritatis? Quomodo quod dicunt qui dicerunt, negaret ipse vnde didicerunt? Quomodo fons negat,quod bibens prædicat? Quomodo lux occultat, quod videns indicat? Si ergo,inquit, ergo laui pedes vestros dominus & magister, debetis & uos alter alterius lauare pedes. Exemplum.n.dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, & vos ita faciatis.) Hoc est beate Petre quod nesciebas,quando fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciendum promisit, quando vt sineres terruit te magister tuus & dominus tuus, lauans pedes tuos. Didicimus fratres humilitatem ab excelso, faciamus inuicem humiles quod humiliter fecit excelsus. Magna est commendatio humilitatis, & faciunt sibi hoc inuicem fratres,etiam opere ipso uisibili,cum se inuicem hospitio recipiunt: est enim apud plerosq; consuetudo huius humilitatis usq; ad factum,quo cernatur expressa: unde & Apostolus cum uiduam bene meritam commendaret: Si hospitio,inquit,recepit, si sanctorum pedes lauit. Et apud sanctos vbicunq; hæc consuetudo non est, quod manu non faciunt,corde faciunt: si in illorum numero sunt, quibus dicitur in Hymno beatorum trium puerorum, Benedicite sancti & humiles corde domino: multo autẽ est melius & sine controuersia verius, vt etiã manibus fiat, nec dedignetur quod fecit Christus,facere Christianus: cum.n. ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur,vel si iam inerat,confirmatur ipsius humilitatis affectus: sed excepto isto morali intellectu,ita nos huius dominici facta altitudinem commendasse meminimus, quod lauando pedes iam lotorum atq; mundorum discipulorum, significauerit dominus propter humanos quibus in terra versamur affectus, vt quãtumlibet profecerimus in apprehensione iustitiæ,sciamus nos sine peccato non esse, quod subinde abluit inter pellando pro nobis,cũ oramus patrem qui in cœlis est, vt debita nostra dimittat nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo ergo ad hunc intellectum pertinere hoc quod ipse postea docuit vbi sui facti exposuit rationem,dicens, Si ego laui uestros pedes dominus & magister: debetis & vos alter alterius lauare pedes: Exemplum.n.dedi vobis,vt quemadmodum ego vobis feci,ita & vos faciatis. Nunquid dicere possumus quod etiam frater fratrem à delicti poterit contagione mundare? Immo vero id etiam nos esse admonitos in huius dominici operis altitudine nouerimus, vt confessi inuicem delicta nostra oremus pro nobis,sicut & Christus interpellat pro nobis. Audiamus Apostolum Iacobum,hoc ipsum euidentissime præcipientem & dicentem, Cõfitemini inuicem delicta uestra & orate pro vobis,quia & hoc dominus nobis dedit exẽplum: si enim ille qui vllum peccatum nec habet nec habuit nec habebit,orat pro peccatis nostris,quanto magis nos inuicem pro peccatis nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere nobis debemus inuicem, qui sine peccato hic viuere non valemus? quid enim videtur in hac altitudine sacramenti dominus significare cum dicit: Exemplum.n.dedi vobis,vt quemadmodum ego feci vobis,ita & vos faciatis: nisi quod apertissime dicit Apostolus, Donantes vobismetipsis,si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis,ita

1.Tim.5. Dani.3. Mat.6. Rom.8. Iacobi.5. Coloss.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vos inuicem? Itaq; nobis delicta donemus,& pro nostris delictis inuicem orēmus,atq; ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrum est donante ipso ministerium charitatis & humilitatis adhibere: illius est exaudire,ac nos ab omni peccatorum contaminatione mundare per Christum, & in Christo, vt quod aliis etiam dimittimus, hoc est,interra soluimus,soluatur & in cœlo.

Ab eo quod dicit,Amen amen dico vobis,non est seruus maior domino suo, neq; Apostolus maior eo qui misit illum: vsque ad id quod dicit, Qui autem me accipit, accipit illum qui misit me. Tractatus. LIX.

AVdiuimus sanctum Euangelium,loquente domino atq; dicente, Amen amen dico vobis non est seruus maior domino suo,neq; Apostolus maior eo qui misit illum: si hæc scitis,beati eritis si feceritis ea.) Hoc ideo dixit,quia lauerat discipulorū pedes magister humilitatis,& verbo & exēplo: sed poterimus ea quæ sunt operolius differenda,ipso adiuuante differere,si non in eis quæ manifesta sunt immoremur. Cum ergo hæc dominus præmisisset,adiunxit: Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim,sed vt impleatur scriptura: qui manducat panem meum, leuabit super me calcaneum suum.) Hoc quid est aliud,nisi conculcabit me,notum est de quo loquatur, Iudas ille traditor eius attingitur. Ergo ipsum non elegerat,vnde ab eis quos elegit,isto sermone secernit. Quod ergo dico,inquit beati eritis si feceritis ea, non de omnibus vobis dico. Est inter vos qui non erit beatus, neq; faciet ea, & ego scio quos elegerim: quos nisi eos qui beati erunt faciendo quæ præcepit, ac facienda monstrauit, qui efficere beatos potest? Non est igitur traditor Iudas electus. Quid est ergo quod alio loco dicit, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? An & ipse ad aliquid est electus, ad quod vtiq; erat necessarius? Non autem ad beatitudinem,de qua modo ait, Beati eritis si feceritis ea? Hoc non de omnibus dicit: scit n. quos ad societatem beatitudmis huius elegerit: nō est ex eis iste,qui panem illius sic edebat,vt super eum leuaret calcaneū. Illi manducabant panem dominum,ille panem domini contra dominū: illi vitā,ille pœnam: qui enim manducat indigne,ait Apostolus,iudicium sibi manducat. Amodo,inquit,dico vobis priusquam fiat,vt cum factum fuerit credatis quia ego sum: id est, ego sum de quo illa scriptura præcessit,ubi dictum est: qui māducat meum panem, leuabit super me calcaneum suum. Deinde sequitur & dicit, Amen amen dico uobis,qui accipit si quem misero,me accipit: qui autem me accipit,accipit eum qui me misit.) Tantúmne distare intelligi uoluit inter eum quem mittit & seipsum, quantum inter seipsum & patrem deum: hoc si isto modo acceperimus,nescio quos gradus, quod absit, Arrianorum more faciemus. Illi quippe cum audiunt hæc Euāgelica uerba seu legunt, statim ad illos gradus sui dogmatis currunt, quibus non ascendunt ad uitam, sed precipitantur in mortē: continuo quippe dicunt, Quantum Apostolus filii distat à filio, quāuis dixerit, quia accipit si quem misero, me accipit; tantum & filius distat à patre, quanuis dixerit, qui autem me accipit, accipit eū qui me misit: sed si hoc dicis, oblitus es hæretice gradus tuos? si. n. tanto interuallo propter hæc domini uerba filium à patre, quantum Apostolum distinguis à filio, ubi positurus es spiritum sanctum? Excidítne tibi? Vis eum ponere post filium? Erit ergo ipse inter Apostolū & filiū. Et multo amplius distabit filius ab Apostolo, quàm pater à filio. An forte ut inter filiū & Apostolū, atq; inter patrē & filiū maneat paribus interuallis ista distinctio æqualis erit spiritus sanctus filio? Sed nec hoc uultis: ubi ergo eum posituri estis, si quanta filium patri, tanta Apostolum filio discretione supponitis? Cohibete itaq; uestræ præsumptionis audaciam, & in his uerbis nolite quærere, quantam filii & Apostoli, tantam patris filiiq; distantiam. Ipsum filium audite potius dicentem, Ego & pater unum sumus. Vbi ueritas uobis inter genitorem & unigenitū nullam distantiæ suspitionem reliquit, ubi gradus uestros Christus elisit, ubi salas uestras petra confregit: sed hæreticorū calumnia refutata, quōnam modo nos accepturi sumus hæc dominica uerba: qui accipit siquem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit? si enim uoluerimus intelligere ideo dictum, qui me accipit, accipit eum qui me misit, quòd unius naturæ sint pater & filius, consequens uidebitur ex eorundem uerborum regula qua dictum est, qui accipit si quē misero, me accipit, ut unius naturæ sit filius & Apostolus. Posset quidem non inconuenienter & hoc intelligi, quoniam

Psal. 40.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Psal. 40.

Ioan. 10.

niam gemmæ est ille gigas substantiæ, qui exultauit ad currendam viam: verbum enim caro factum est, hoc est, deus homo factus est. Proinde ita dixisse posset videri, qui accipit si quem misero, me accipit secundū hominem: qui autem me secundum deum accipit, accipit eum qui me misit: sed cum ista dicebat, non ab illo naturæ vnitas: sed in eo qui mittitur, mittentis commendabatur authoritas. Sic itaq; enim qui missus est vnusquisq; accipiat, vt in illo eum qui misit attendat. Si ergo attendas Christum in Petro, inuenies discipuli præceptorē: si autem attendas patrem in filio, inuenies vnigeniti genitorem, ac sic in eo qui missus est, sine vllo accipis errore mittentem. Ea quæ sequuntur in Euangelio, non sunt temporis breuitate coarctanda: & ideo sermo iste fratres charissimi, velut ouium sanctarum cibus, si sufficit, salubriter capiatur: si exiguus est, desiderabilius ruminetur.

Psal. 18. Ioan. 1.

De eo quod dicit: Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Tractatus. LX.

NOn parua fratres ex Euangelio beati Ioānis nobis proponitur quæstio, vbi ait, Cum hæc audisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est & dixit, Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me.) Hinc ne turbatus est Iesus, nō carne sed spiritu, quia dicturus fuerat, vnus ex vobis tradet me? Nunquidnam illi hoc tunc primū venit in mentem, vel tunc primum ei subito reuelatum est, eūq; repentina tanti mali nouitas turbauit? Nonne hinc pauloante loquebatur dicens: qui manducat meum panem, leuabit super me calcaneum? Nonne etiam iam superius dixerat: & vos mundi estis, sed non omnes? Vbi Euangelista subiunxit: sciebat. n. quisnam esset qui traderet eum, quem iam & antè significauerat dicens: Non ne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Quid est ergo quod nunc turbatus est spiritu, cū protestatus est & dixit, Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me? An quia eū iā fuerat expressurus, vt non lateret in cæteris, sed discerneretur a cæteris, & ideo turbatus est spiritu? An quia ipse traditor iam fuerat exiturus, vt Iudæos, quibus dominus ab eo traderetur, adduceret, turbauit eū imminens passio, & periculum proximum, & traditoris impendens manus, cuius fuerat prænotatus animus? tale quippe hoc est quòd Iesus turbatus est spiritu: quale etiā illud quod ait, nunc anima mea turbata est. & quid dicā? Pater salua me ex hora hac, sed propterea veni in horam hāc: sicut ergo tūc eius anima turbata est hora propinquante passionis, ita etiā nūc exituro Iuda atq; venturo, & propinquante tanto scelere traditoris, turbatus est spiritu. Turbatus est ergo potestatem habēs ponendi animam suam, & potestatem habens iterū sumendi eam. Turbatur tam ingens potestas, turbatur petræ firmitas, an potius in eo nostra turbatur infirmitas? Ita vero nihil indignum credant serui de domino suo, sed cognoscant se membra in capite suo: q̄ mortuus est pro nobis, prius turbatus est idem ipse pro nobis: qui ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est: qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, transfigurauit etiam in se affectum infirmitatis nostræ compatiens nobis affectu animæ suæ. Proinde quando turbatur magnus, fortis, certus, inuictus, nō ei timeamus quasi deficiat, non perit, sed nos quærit: nos, inquam, nos omnino sit quærit, nosipsos in illius perturbatione videamus, vt quando turbamur, non desperatione pereamus: quando turbatur qui non turbaretur nisi volens, eum consolatur qui turbatur & nolens. Pereant argumenta Philosophorum, qui negant in sapientem cadere perturbationes animorum: Stultam fecit deus sapientiam huius mundi: Et dominus nouit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Turbetur planè animus Christianus, non miseria, sed misericordia; timeat ne pereant homines Christo, contristetur cum perit alines Christo: concupiscat acquirere homines Christo, lætetur cum acquiruntur homicupiscat regnare cum xpō, lætetur dū sperer se regnaturum esse cum Christo: istæ sunt certe quatuor quas perturbationes vocant, timor & tristitia, amor & lætitia, habeant eas iustis de causis animi Christiani, nec philosophorum Stoicorum, vel quorumcunq; similium consentiatur errori, qui profecto quemadmodum vanitatem existimant veritatē, sic stuporē deputant sanitatem, ignorantes sic hominis animū, quemadmodum corporis membrū desperatius ægrotare, quando & doloris amiserit sensum: sed dicit aliquis,

Ioan. 6.

Ioan. 12.

Phili. 3.

1. Cor. 1. Psal. 93.

Philip. 4. nunquid aliquid animus Christiani debet etiã morte impendente turbari? Vbi est enim quod ait Apostolus, Concupiscentiam se habere dissolui & esse cum xp̃o: si illud quod concupiscit, potest eum turbare cum venerit? Facile est quidem istis ad hæc respondere, qui & ipsam lætitiam perturbationem vocant. Quid si.n. propter ea morte imminente turbatur, quia morte imminente lætatur? Sed hoc, inquiunt, gaudium, non lætitia nominanda est. quid est hoc, nisi easdem res sentire, & rerũ nomina velle mutare? Verum nos sacris literis accommodemus auditum, & secundum ipsas potius istam quæstionem domino adiuuante soluamus. Nec quoniam scriptum est, cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu, dicamus eum lætitia fuisse turbatum, ne verbis suis nos ipse conuincat vbi dicit, Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Tale aliquid etiam hic intelligendum est, quãdo suo traditore iam tũc solo exituro, & cũ suis sociis continuo redituro, Iesus turbatus est spiritu: firmissimi quidem sunt xp̃iani, si qui sunt, qui nequaquam morte imminente turbantur: sed nunquid xp̃o firmiores? Quis hoc insanissimus dixerit? Quid est ergo quòd ille turbatus est, nisi quia infirmus in suo corpore, hoc est, in sua Ecclesia, suæ infirmitatis voluntaria similitudine consolatus est, vt si qui suorum adhuc morte imminente turbantur, in spiritu ipsum intueantur, ne hoc ipso se putantes reprobos, peiore desperationis morte sorbeantur. Quantum itaq; bonũ de participatione diuinitatis eius expectare & sperare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat: siue ergo isto loco propter ipsum Iudam pereuntem miserando turbatus est, siue sua morte propinquante turbatus est, non est tamen vllo modo dubitandum, non eum animi infirmitate, sed potestate turbatum, ne nobis desperatio salutis oriatur, quando nõ potestate, sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatem, quæ infirmitas resurrectione consumpta est: sed quia non solum homo, verumetiam deus erat, ineffabili distantia vniuersum genus humanum animi fortitudine superabat. non ergo aliquo est cogente turbatus, sed turbauit semetipsum, quod de illo euidenter expressum est quando Lazarum suscitauit: nam ibi scriptũ est, quòd turbauerit semetipsum, vt hoc intelligatur, & vbi non scriptum legitur, & tamen eum legitur fuisse turbatum, affectũ quippe humanum quando oportuit in se indicauit, in seipso potestatem commouit, qui hominem totum potestate suscepit.

De eo quod ait, Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hæsitantes de quo diceret: vsq; ad id, Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panem intinctum introiuit in illum satanas. Tractatus. LXI.

Mat. 26.

HOc Euangelii capitulum fratres, ita nobis exponendum in hac lectione propositum est, vt iam etiam de traditore domini per panem, tinctum eiq; porrectum satis euidenter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem, quòd eum iã demõstraturus Iesus turbatus est spiritu, præterito sermone differui: sed fortasis quod ibi non dixi, etiam hoc nobis dominus significare sua perturbatione dignatus est, quòd scilicet falsos fratres, & dominici agri illa zizania ita necesse est vsq; ad messis tempus inter frumenta tolerari, vt quando ex eis aliqua separari etiam ante messem vrgens causa compellit, fieri hoc sine Ecclesiæ perturbatione non possit. Hanc perturbationem sanctorum suorum per schismaticos & hæreticos futuram, quodammodo prænuncians dominus præfigurauit in seipso, cum exituro inde homine malo, & commixtionem frumenti, in qua diu fuerat toleratus, separatione apertissima relicturo, turbatus est non carne, sed spiritu. Spiritales enim eius in huiusmodi scandalis non peruersitate, sed charitate turbantur, ne forte in separatione aliquorum zizaniorum simul aliquod eradicetur & triticum. Turbatus itaq; est Iesus spiritu, & protestatus est & dixit: Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Vnus ex vobis, vnus numero, non merito: vnus specie, non virtute: commixtione corporali, non vinculo spiritali: carnis adiunctione, nõ cordis socius vnitate. Proinde non q es vobis est, sed q ex vobis exiturus est: nã quo erit verũ protestatus est dñs & dixit, vnus ex vobis, si verum est quod ait idem ipse in

1. Ioan. 2. Epistola sua, cuius est hoc Euangelium, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum? Non erat igitur ex illis Iudas, mansisset enim cum illis, si esset ex illis. Quid est ergo, vnus ex vobis tradet me: nisi, vnus ex vobis exiturus est qui me tradet? Quia & ille qui ait, Si fuissent ex nobis, mansissent vtique

nobiscum: iam dixerat, ex nobis exierunt? ac per hoc vtrunque verũ est, & ex nobis & non ex nobis: secundũ aliud ex nobis, secundũ aliud non ex nobis, secundũ communionem sacramentorũ ex nobis, secundũ suorũ ꝓprietatẽ criminũ non ex nobis. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hæsitantes de quo diceret.) Sic quippe in eis erat erga magistrũ suum pia charitas, vt tamen eos humana alterũ de altero stimularet infirmitas. Nota quidẽ sibi erat cuiusq; conscientia, veruntamen quia proximi erat ignota, ita sibi singulus quisq; erat certus, vt incerti essent & in cæteris singuli, & in singulis cæteri. Erat ergo recumbens ex discipulis eius in sinu Iesu, quẽ diligebat Iesus.) Quid dixerit, in sinu, paulopost ait, vbi dicit supra pectus Iesu, ipse est Ioannes cuius est hoc euangeliũ, sicut postea manifestat. Erat.n. eorũ hæc consuetudo qui sacras literas nobis ministrauerunt, vt quando ab aliquo eorũ diuina narratur historia, cum ad seipsum veniret, tanquã de alio loqueretur, & sic se insereret ordini narrationis suæ, tanquam rerum gestarum scriptor, non tanquã suipsius prædicator: nã & hoc sanctus Matthæus fecit, qui cum in textu narrationis suæ venisset ad seipsum, vidit, inquit, in telonio sedentem quendã publicanũ nomine Matthæum, & ait illi, Sequere me: non ait, vidit me, & dixit mihi: hoc fecit & beatus Moyses, ita de seipso tanquã de alio cuncta narrauit, & ait, dixit dominus ad Moysen: inusitatius Apostolus Paulus, non in historia, vbi rerum gestarũ suscipitur explicanda narratio, sed in Epistola hoc fecit: nã vtiq; de seipso ait, Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, raptũ huiusmodi vsq; in tertium cœlũ. Quo circa quod etiã hic beatus Euangelista non ait: Eram recumbens in sinu Iesu: sed ait, erat recumbens vnus ex discipulis: nostrorum authorum consuetudinem agnoscamus potius quàm miremur. Quid enim deperit veritati quando & res ipsa dicitur, & modo quodã dicendi tactãtia deuitatur? Hoc quippe narrabat, quod ad eius laudem maximam pertinebat. Quid est autem, quẽ diligebat Iesus? quasi alios non diligeret, de quibus idem ipse Ioannes superius ait: In finẽ dilexit eos: & ipse dominus, Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et quis enumerat omnia diuinarum testimonia paginarum, quibus dominus Iesus, non illius neq; eorum qui tunc erant tantum, sed etiã post futurorum membrorum suorum, & totius Ecclesiæ suæ dilector ostenditur? Sed profecto latet hic aliquid & pertinet ad sinum, in quo recumbebat qui ista dicebat: per sinum quippe quid significatur aliud quam secretum? Sed alius est opportunior locus, vbi nobis dominus aliquid donet de hoc secreto quantum sufficiat dicere. Innuit ergo Simon Petrus, & dicit ei,) Notanda locutio est, dici aliquid non sonando, sed tantummodo innuendo: innuit, inquit, & dicit, vtiq; innuendo dicit: si.n. cogitãdo aliquid dicitur, sicut scriptura loquitur, dixerunt apud semetipsos, quanto magis innuendo, vbi iam foras qualibuscunq; signis promitur qd fuerat corde cõceptũ: Quid ergo dixit innuẽdo? qd nisi quod sequitur: Quis est de quo dicit?) Hæc verba Petrus innuit: quia non sono vocis, sed motu corporis dixit. Itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu.) Hic est vtiq; pectoris sinus, sapientiæ secretum. Dicit ei, domine quis est: respondit Iesus, ille est cui ego intinctum panem porrexero: & cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ: & post panem, tunc introiuit in illum Satánas.) Expressus est traditor, nudatæ sunt latebræ tenebrarum: bonum est quod accepit, sed malo suo accepit quia male bonum malus accepit. Verum de isto pane tincto qui porrectus est ficto, & de his quæ sequuntur, multa dicenda sunt, quibus necessarium est plus temporis, quam nunc habemus iam in istius fine sermonis.

De eo quod ait, Dicit ei Iesus, Quod facis fac citius: vsque ad id quod ait, Cum ergo exisset, dicit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis: Tractatus. LXII.

SCio fratres charissimi moueri posse nonnullos, siue pios vt requirant, siue impios vt reprehendant, quod posteaquam panem tinctum traditori suo dominus dedit, intrauit in illum satanas: sic enim scriptum est, Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panẽ tunc introiuit in illum satanas: dicunt.n. Itáne hoc meruit panis Christi porrectus de mensa Christi, vt post illum intraret in eius discipulum satanas? Quibus respondemus hinc nos potius doceri, quam sit cauendum male accipere bonũ: multum quippe interest, non quid accipiat, sed quis accipiat, nec quale sit quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.7. Qđ datur,sed qualis sit ipse cui datur:nã & bona obsunt, & mala ꝓsunt,sicut fuerint q
bus dantur,Peccatum,inquit Apostolus,vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatũ 88
est mortẽ:ecce per bonũ factũ est malũ,dũ male accipitur bonũ:itemq; ipse ait,In ma- f
gnitudine reuelationũ mearũ ne extollar,datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus
satanæ qui me colaphizet,ꝓpter quod ter dominũ rogaui, vt auferret eũ à me, & dixit
mihi,Sufficit tibi gratia mea,nam virtus in infirmitate perficitur:ecce per malũ factum
est bonũ,dum bene accipitur malũ. Quid ergo miraris,si datus est Iudæ panis Christi,
per quẽ manciparetur,diabolo,cũ videas ecotrario datũ Paulo angelum diaboli,ꝑ quẽ
perficeretur in Christo:ita & malo bonũ obfuit,& malũ bono ꝓfuit:recordamini vnde
1. Cor.11. sit scriptum,Quicunq; manducauerit panẽ,aut biberit calicẽ domini indigne,reus erit
corporis & sanguinis domini. Et de his erat sermo cũ hoc Apostolus diceret,qui domi-
ni corpus velut alium cibum quemlibet indiscrete negligenterq; sumebant:hic ergo si
corripitur qui non diudicat,hoc est,nõ discernit à cæteris cibis dominicũ corpus,quo
modo non damnatur qui ad eius mensam fingens amicũ,accedit inimicus? Si reprehen
sione tangitur negligentia conuiuantis,qua pœna percutitur venditor inuitãtis? Quid
erat aũt panis traditori datus,nisi demonstratio cuius gratiæ fuisset ingratus? Intrauit
aũt satanas post hunc panẽ in dñi traditorẽ,vt sibi iã traditũ plenius possideret,in quẽ 88
prius intrauerat vt deciperet: neq; enim non in illo erat quando perrexit ad Iudæos, G
Luc.22. & de pretio tradendi dominũ pactus est,cum hoc apertissime Lucas Euãgelista testetur
& dicat, Intrauit aũt satanas in Iudã,qui cognominabatur Iscariotes,vnum de duode-
cim,& abiit & locutus est cũ principibus sacerdotũ: ecce vbi ostenditur quod iam intra
uerat satanas in Iudã. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius cogitationem qua
traderet xp̃m: talis n. iam venerat ad cœnandũ,nunc aũt post panem intrauit in eum,nõ
ad hoc vt alienũ tentaret,sed vt ꝓpriũ possideret:nõ aũt,vt putant quidã negligenter
legentes,tunc Iudas Christi corpus accepit:intelligendum est n.q̃ iam omnibus eis di-
stribuerat dñs sacramentũ corporis & sanguinis sui,vbi & ipse Iudas erat,sicut sanctus
Lucas euidentissime narrat:ac deinde ad hoc ventũ est,vbi secundũ narrationẽ Ioãnis
apertissime dominus per buccellã tinctam arq; porrectam suum exprimit traditorem, 88
fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem:non enim omnia quę tingun H
tur,abluuntur,sed vt inficiantur nonnulla tinguntur:si aũt bonũ aliquid hic significat
tinctio,eidẽ bono ingratũ non immerito est secuta damnatio. Adhuc tamen Iudæ pos-
sessio,nõ à dño sed a diabolo,cum homini ingrato intrasset panis in ventrem, hostis in
mentem:adhuc,inquã,tanti mali iam corde concepti, plenus restabat effectus, cuius iã
præcesserat damnandus affectus:itaq; cũ dñs panis viuus panem mortuo tradidisset &
panem tradendo panis traditorem ostendisset,Quod facis,inquit,fac citius.) Non præ-
cepit facinus, sed prædixit Iudæ malum, nobis bonum. Quid enim Iudæ pessus, &
quid nobis melius quam traditus Christus ab illo, aduersus illum, pro nobis præter
illum? Quod facis fac citius: ò verbum libentius parati ad passionem, quam irati
ad vindictam,ò verbum non tam pœnam exprimens venditoris,quam mercem signifi
cans redemptoris:dixit.n. quod facis fac citius:non tam in perniciem perfidi sæuiendo,
Roma.4. quã ad salutem fidelium festinando,quia traditus est propter delicta nostra, & dilexit
Ephe.5. Ecclesiã & semetipsum tradidit pro ea;vnde & de seipso dicit Apostolus,Qui dilexit me
Galat.2. & tradidit seipsum ꝓ me:nisi ergo se traderet Christus,nemo traderet Christum: quid 88
habet Iudas nisi peccatum? neque.n in tradendo Christo saluẽ nostram cogitauit,pro I
pter quam traditus est Christus,sed cogitauit pecuniæ lucrum,& inuenit animæ detri-
mentum:accepit mercedem quam voluit,sed nolenti est data quam meruit:tradidit Iu
das Christum,tradidit Christus seipsum: ille agebat negotium suæ venditionis, iste
nostræ redemptionis. Quod facis fac citius,non quia tu pores,sed quia hoc vult qui om
nia potest. Hoc autem nemo sciuit discumbentium,ad quid dixerit ei:quidam enim pu
tabant quia loculos habebat Iudas,quod dixisset ei Iesus,eme ea quæ opus sunt nobis
12.q.1.ha bebat. ad diem festum,aut egenis vt aliquid daret.) Habebat ergo & dominus loculos, & à fi-
delibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat.
Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta,vbi intelligeremus quod præ-
cepit non cogitandum esse de crastino,non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ
seruetur à sanctis,sed ne deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia de-

seratur,nam & Apostolus in posterum præuidens,ait,Siquis fidelis habet viduas,suffi-
cienter tribuat eis,vt non grauetur Ecclesia quo veris viduis sufficere possit. Cum ergo 1.Tim.5.
88 accepisset ille buccellam,exiit continuo. Erat autem nox,) & ipse qui exiuit erat nox.
K Cum ergo exisset nox, ait Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis.) Dies ergo diei
eructauit verbum,id est,Christus discipulis fidelibus, vt audirent eum & amarent se-
quendo: & nox nocti annunciauit scientiam,id est,Iudas Iudæis infidelibus, vt veni- Psal.18.
rent,ad eum,& apprehenderent persequendo: sed iam hinc in sermone domini, qui fa-
ctus est ad pios antequam teneretur ab impiis,intentior flagitatur auditor, & ideo eum
præcipitare non debet, sed differre potius disputator.

De eo quod dicit, Si deus clarificatus est in eo,& deus clarificabit eum in se-
metipso,& continuo clarificabit eũ: Tractatus. LXIII.

INtendamus mentis obtutu,& adiuuante domino deum requiramus; diuini cantici
vox est, Quærite deum & viuet anima vestra: quæramus inueniendum, quæramus Psal.68.
inuentum: vt inueniendus quæratur,occultus est,vt inuentus queratur,immensus
88 est: vnde alibi dicitur, Quærite faciem eius semper. Satiam enim quærentem inquantũ
L capit,& inuenientem capaciorem facit,vt rursus querat implere,vbi plus capere cœpe Psal. 104.
rit:non ergo ita dictum est, Quærite faciem eius semper: quemadmodum de quibusdã,
Semper discentes,& ad scientiam veritatis nunquam peruenientes: sed potius sicus ille
ait, Cum consummauerit homo,tunc incipit, donec ad illam vitam veniamus, vbi sic 2.Tim.3.
impleamur,vt capaciores non efficiamur,quia ita perfecti erimus,vt iam non proficia- Eccle.18.
mus: tunc enim ostendetur nobis quod sufficit nobis. Hic autem semper quæramus, &
fructus inuentionis non sit finis inquisitionis: neq; enim propterea non semper, quia
hic tantum,sed ideo hic semper dicimus esse quærendum,ne aliquando hic putemus ab
inquisitione cessandum: nam & de quibus dictum est, Semper discentes, & ad veritatis
scientiam nunquam peruenientes: hic sunt vtiq; semper discentes. Cum vero de hac vita
exierint,iam non erunt discentes: sed erroris sui mercedem accipientes: sic enim dictũ
est, Semper discentes, & ad veritatis scientiã nunquam peruenientes: tanquam dicere-
88 tur, Semper ambulantes,& nunquam ad viam peruenientes. Nos autem semper ambu-
M lemus in via, donec eo veniamus,quò ducit via,nusquã in ea remaneamus, donec per-
ducet vbi maneamus: atq; ita & quærendo tendimus, & inueniendo ad aliquid peruenimus,& ad id quod restat querendo & inueniendo transimus,quousq; ibi fiat finis quæ-
rendi,vbi perfectioni non supereſt intentio proficiendi. Hæc prælocutio dilectissimi,in-
tentam fecerit charitatem vestram ad istum domini sermonem,quem ad discipulos ha-
buit ante passionem: profundus est enim & vtiq; vbi multum laboraturus est disputa
tor,non remissus debet esse auditor. Quid ergo ait dominus posteaquam Iudas exiit, vt
citius faceret quod erat facturus,hoc est,dominum traditurus? Quid ait dies,cum exis-
set nox? Quid ait redemptor,cum exisset venditor? Nunquid quia exiit qui tradit, quia
imminent qui teneant & occidant? Itane nunc clarificatus est, quia propè est vt humi-
lietur amplius,cui iam impendit vt alligetur,vt iudicetur,vt condemnetur, vt irrideatur,vt crucifigatur,vt interrimatur? Hæc ne est clarificatio,an potius humiliatio? Non-
89 ne quando miracula faciebat,ait tamen de illo iste ipse Ioannes, Spiritus non erat da- Ioan.7.
tus,quia Iesus nondum erat glorificatus? Tunc ergo nondum erat glorificatus,cũ mor-
A tuos suscitaret,& nunc est glorificatus cum mortuis propinquaret? nondum erat glori-
ficatus faciens diuina,& glorificatus est passurus humana? Mirum,si hoc deus ille magi-
ster significabat,& docebat his verbis: altius est perscrutandum altissimi dictum,qui se
aliquantum manifestat,vt inueniamus,& iterum occultat,vt inquiramus,& de inuen-
tis ad inueniendа tanquam passibus innitamur: video hic aliquid quod præfiguret ma-
gnum aliquid: exiit Iudas,& clarificatus est Iesus: exiit filius perditionis, & clarificatus
est filius hominis: ille quippe exierat propter quem dictum erat eis, Et vos mũdi estis,
sed non omnes: exeunte itaq; immundo,omnes mundi remanserunt, & cum suo mun-
datore manserunt: tale aliquid erit cum victus a Christo transierit hic mundus, & ne-
mo in populo Christi remanebit immundus,cum zizaniis a tritico separatis,iusti fulge Matt.13.
bunt sicut sol in regno patris eorum. Hoc futurum præuidens dominus, & nunc signi-
ficatum esse contestans, discedente Iuda tanquam zizaniis separatis,remanentibus tan-
quam tritico Apostolis sanctis: Nunc,inquit,clarificatus est filius hominis: tanquã di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerét, ecce in illa clarificatione mea quid erit, vbi malorum nullus erit, vbi bonorum 89
nullus perit? Sic autem non est dictum, nunc significata est clarificatio filii hominis: sed B
dictum est, nunc clarificatus est filius hominis: quemadmodum non est dictum, petra
1. Cor. 10. significabat Christum, sed petra erat Christus: nec dictum est, bonum semen significa-
Mat. 13. bat filios regni, aut zizania significabat filios maligni: sed dictum est, Bonum semen hi
sunt filii regni, zizania autem filii maligni: Sicut ergo solet loqui scriptura res significan
tes, tanquam illas quæ significantur appellans, ita locutus est dominus dicens, Nunc cla
rificatus est filius hominis, posteaquam separato inde nequissimo, & secum remanenti-
bus sanctis significata est glorificatio eius, quando separatis iniquis manebit in eterni-
te cum sanctis: cum autem dixisset, nunc clarificatus est filius hominis, adiunxit, Et deus
clarificatus est in eo. Ipsa est enim clarificatio filii hominis, vt deus clarificetur in eo: si
enim non ipse in seipso, sed deus in illo clarificatur, tunc illum deus in se clarificat: de-
niq; tanquam ista exponens, adiungit & dicit, Si deus clarificatus est in eo, & deus clari 89
ficauit eū in semetipso: hoc est, si deus clarificatus est in eo, qa nō venit facere volūtate C
Ioan. 6. suā sed volūtatē eius q̄ misit illū, & deus clarificauit eū in semetipso, vt natura humana
in qua est filius hominis, quæ à verbo æterno suscepta est, & iam immortali æternitate
dominetur. Et continuo, inquit, clarificabit eum,) resurrectionem, scilicet suam, non si
cut nostram in fine seculi, sed continuo futuram hac attestatione prædicens. Ipsa est n.
clarificatio de qua Euangelista iam dixerat, quod paulo ante commemorauit, quia propte
rea nondum spiritus datus erat vllo nouo modo in eis, quibus fuerat eo modo post re-
surrectionem credentibus dandus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus, id est, non-
dum fuerat mortalitas immortalitate vestita, & in æternam virtutem temporalis infirmi
tas commutata. Potest & de ista clarificatione dictum videri, nunc clarificatus est filius
hominis, vt quod ait nunc, non ad imminentem passionem, sed ad vicinam resurre-
ctionem pertinere credatur, tanquam fuerit factum, quod erat tam proxime iam futu-
rum. Hodie dilectioni vestræ ista sufficiant, cum donauerit dominus, de consequenti-
bus postea disseremus.

De eo quod dicit, Filioli, adhuc modicum vobiscum sum, quæ-
retis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego vado vos non 89
k poteſtis venire, & vobis dico modo. D

Tractatus. LXIIII.

ADuertenda est charissimi, dominicorum verborum ordinata connexio: cum n.
superius dixisset, posteaquam Iudas egressus est, & ab illa sanctorum etiam cor-
porali conuersatione seiunctus est, nunc clarificatus est filius hominis, & deus
clarificatus est in eo, quod siue futurum regnum significans dixit, quando mali separa-
buntur à bonis, siue quòd eius resurrectio tunc futura esset. i. differenda non esset, sicut
in finem seculi nostra differtur, ac deinde addidisset: Si deus clarificatus est in eo, & deus
clarificauit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum, quod sine vlla ambiguitate
de sua resurrectione continuo futura testatus est, adiecit atq; ait, Filioli, adhuc modicū
vobiscum sum.) Ne putarent ergo, quòd sic eum clarificaturus esset deus, vt non eis iam
geretur vlterius ea conuersatione qua in terra est, adhuc modicum, inquit, vobiscū sum:
tanquam diceret, continuo quidem resurrectione clarificabor, non tamē continuo ascē- 89
surus in cœlum, sed adhuc modicum vobiscum sum: sicut enim scriptum est in Actibus
Acto. 1. Apostolorum, fecit cum eis post resurrectionem xl. dies intrans & exiens, & manducans E
& bibens, non quidem habens esuriendi ac sitiendi egestatem, sed vsq; ad ista carnis in-
sinuans veritatem, quæ cibandi ac potandi iam non habebat necessitatem, sed potestā-
tem: hos ergo. xl. dies significauit, dicēdo, adhuc modicum vobiscū sum, an aliq d aliud?
potest. n. & sic intelligi, adhuc modicum vobiscum sum, adhuc sicut vos in hac infirmita
te carnis etiā ipse sum, donec. f. moreretur atq; resurgeret: quia posteaquam resurrexit,
cum illis quidem fuit diebus, vt dictum est, quadraginta exhibitione corporalis præsen
tiæ, sed non cum illis fuit consortio infirmitatis humanæ. Est & aliter diuina præsentia
Matt. 28. sensibus ignota mortalibus, de qua itē dicit, Ecce ego vobiscum sum, vsq; ad cōsumma-
tionē seculi: hoc certe nō est, adhuc modicū vobiscū sum, non. n. modicū est vsq; ad cō-
Psal. 89. summationē seculi: aut si & hoc modicū est, volat. n. ætas, & in oculis dei mille anni sicut
dies vnus, aut sicut vigilia in nocte, non tamen hoc significare voluisse credendus est

nunc, quandoquidem secutus adiunxit, Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego va-
89 do vos non potestis venire.) Vtiq; post hoc modicum quo vobiscum sum quæretis, &
F quò ego vado vos, non potestis venire. Nunquid post consummationem seculi quò Ip-
se vadit, venire non poterunt? & vbi est quòd aliquanto post in hoc ipso sermone dictu-
rus est, Pater, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum: non ergo de illa sua cum suis præ- Ioan. 17.
sentia, qua cum illis est vsq; ad consummationem seculi, nunc locutus est, vbi ait, adhuc
modicum vobiscum sum, sed vel de infirmitate mortali, qua cum illis erat vsque ad
passionem suam, aut de præsentia corporali, qua cum illis futurus erat vsque ad
ascensionem suam: quodlibet horum quis eligat, cum fide non litigat. Necui au-
tem videatur abhorrere iste sensus à vero, quo dicimus dominum mortalis carnis cōmu
nionē, in qua cū discipulis vsq; ad passionē fuit, significare potuisse, dicendo, adhuc mo-
dicū vobiscū sum: apud alium quoq; Euangelistā post resurrectionē verba eius attēdat, Luc. 24.
vbi ait, Hæc locutus sum vobis, cū adhuc essem vobiscū: quasi tūc non erat cum ipsis si-
mul assistentibus, videntibus, tangentibus, colloquentibus? Quid est ergo cum adhuc
89 essem vobiscum, nisi cum adhuc essem in carne mortali, in qua estis & vos. Tunc. n. qui-
G dem in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem mortalitate iam non erat:
quapropter sicuti ibi iam immortalitate carnis indutus veraciter ait, cum adhuc essem
vobiscum, vbi nihil aliud intelligere possumus, nisi cum adhuc essem in carnis mortali-
tate vobiscum: ita &, hic non absurde dixisse intelligitur, adhuc modicum vobiscum
sum, tanquam diceret, adhuc modicum sicut vos estis, mortalis sum ego: ergo sequentia
videamus, Quæretis me, & sicut dixi Iudeis, quò ego vado, vos non potestis venire: & vo
bis dico modo, hoc est, modo non potestis venire: Iudæis autem cum hoc diceret, nō ad-
didit modo. Isti itaq; venire non poterant tunc quò ille ibat, sed poterant postea, nā hoc Ioan. 13.
Apostolo Petro apertissime paulo post ait: cum. n. dixisset ille, Domine quò vadis? respō
dit ei, Quò ego vado, non potes me modo, sequi, sequēris autem postea: sed hoc quid sit,
non negligenter est prætereundum: Quò. n. sequi tunc non poterant discipuli dominū,
sed postea poterant? Si dixerimus ad mortem homini nato, quòd inuenitur tempus quo
ad moriendum non sit idoneus, quādoquidem talis est in corpore corruptibili hominū
89 sors, vt non sit in ea facilior vita quàm mors: non igitur adhuc minus idonei erāt sequi
H dominum ad mortem, sed minus idonei erant sequi dominū ad vitam quæ non habet
mortem. Illo quippe ibat dominus, vt resurgens à mortuis iam non moreretur, & mors Rom. 6.
ei vltra non dominaretur. Moriturum quippe dominum pro iustitia quomodo iam fue-
rant secuturi adhuc martyrio non maturi? Aut iturū dominum ad immortalitatem car
nis, quomodo iam fuerāt secuturi quandolibet morituri, sed in fine seculi resurrecturi?
Aut iturum dominum ad sinum patris, nec relicturum eos, vnde nec recesit cum veni
set ad eos quomodo iam fuerant secuturi, cum esse nemo possit in illa felicitate nisi per-
fectus in charitate? Ideoq; docens quomodo idonei esse possint pergere quò ille antece-
debat, Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Hi sunt gressus quibus
sequendus est Christus, sed de his sermo vberior in aliud tempus est differendus.

De eo quod dicit: Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi
vos, vt & vos inuicem diligatis: in hoc cognoscent omnes quia
89 mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad
I inuicem. Tractatus. LXV.

DOminus Iesus mandatū nouū sed discipulis suis dare testatur, vt diligant inui-
cem: Mandatū, inquit, nouū do vobis, vt diligatis inuicem.) Nonne iam erat hoc Exo. 20.
mandatū in antiqua dei lege, vbi scriptum est, Diliges proximum tuū tanquam
teipsum? Cur ergo nouū appellatur à domino, quod tā vetus esse conuincitur? An ideo
est mandatū nouū, quia exuto vetere induit nos hominem nouū? Innouat quippe audiē
tē, vel potius obedientem, nō omnis, sed ista dilectio, quā dominus mandat, & vt à car-
nali dilectione distingueret, addidit, sicut dilexi vos.) Nā diligunt inuicē mariti & vxo-
res, parētes & filii, & quæcūq; alia inter se hoīes necessitudo humana deuinxerit, vt ta-
ceamus de dilectione culpabili atq; dānabili, qua diligūt inuicem adulteri & adulteræ,
scortatores & meretrices, & quoscunq; alios nō humana necessitudo, sed humanæ vitæ
noxia turpitudo coniungit. Mandatum ergo nouum dedit nobis Christus, vt diliga-
mus inuicem, sicut & ipse dilexit nos. Dilectio ista nos innouat, vt simus homines noui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæredes testamenti noui, cantatores cantici noui. Hæc dilectio, fratres charissimi, antiquos etiam tunc iustos, tunc patriarchas & prophetas, sicut postea beatos apostolos innouauit, ipsa & nunc innouat gentes, & ex vniuerso genere humano, quod diffunditur toto orbe terrarum, facit & colligit populum nouum, corpus nouæ nuptæ filii dei vni-
Cant.6. genti sponsæ, de qua dicitur in cantico canticorum, Quę est ista quæ ascendit dealbata, vtiq; dealbata quia innouata, vnde nisi mandato nouo? Propter quod pro inuicem solici
1.Cor.12. tata sunt membra in ea, & si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, & si glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra; audiunt enim atq; custodiunt, mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis, non sicut se diligunt, qui corrumpunt, nec sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt: sed sicut se diligit, quoniam dii sunt & filii altissimi omnes, vt sint filii eius vnici fratres, ea dilectione inui
Psal. 102. cem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducturus eos ad illum finem, qui sufficiat eis, vbi satietur in bonis desiderium eorum. Tunc enim aliquid desiderio non deerit, quando omnia in omnibus deus erit: talis finis non habet finem, nemo ibi moritur, quò nemo peruenit, nisi huic seculo moriatur, non morte omnium qua corpus ab anima deseritur,
Coloss.3. sed morte electorum qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur, cor sursum ponitur: de qua morte dicebat Apostolus, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ
Canti. 8. Christo in deo: hinc fortasse dictum est, Valida est sicut mors dilectio. Hac enim dilectione fit, vt in isto adhuc corruptibili corpore constituti, moriamur huic seculo, & vita nostra abscondatur cũ xpõ in deo: imò ipsa dilectio est mors nostra seculo, & vita cũ deo: si enim mors est, qñ de corpore anima exit, qũo non est mors, qñ de mũdo amor noster exit? Valida est ergo sicut mors dilectio: qd ea validius, qua vincitur mũdus? Nolite itaq; fratres mei, putare in hoc quod ait dñs, Mandatũ nouũ do vobis, vt vos inuicem diligatis:
3.senten. dist.27.c. cũ autem duo. illud maius prætermissum esse mandatum, quo præcipitur vt diligamus dominum deũ nostrũ ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: tanquam enim hoc prætermisso videtur dictum, vt diligamus inuicem, velut hoc ad illud alterum non pertineat, quo
Mat.22. dictum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum, in his enim duobus præceptis, inquit, tota lex pendet & Prophetæ: sed bene intelligentibus vtrunq; inuenitur in singulis: nam & qui diligit deum, non eum potest contemnere præcipientem vt diligat proximum: & qui sancte ac spiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit dominus, sicut dilexi vos: quid enim nisi deum dilexit in nobis? Non quod habebamus, sed vt
3.Cor.15. haberemus, vt perducat nos sicut pauloante dixi, vbi sit deus omnia in omnibus: sic enim medicus recte dicitur ægros diligere, & quid in eis nisi salutẽ diligit, quam cupit itaque reuocare, nõ morbum, quem venit expellere? Sic ergo & nos inuicem diligamus, vt quantum possumus inuicem, ad habendum in nobis deum cura dilectionis attrahamur: hanc dilectionem nobis donat ipse dominus, qui ait, Sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Ad hoc ergo nos dilexit, vt & nos diligamus inuicem: hoc nobis conferẽs diligendo nos, vt mutua dilectione constringamur inter nos, & tam dulci vinculo connexis membris corpus tanti capitis simus. In hoc cognoscent, inquit, omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem:) tanquam diceret, alia munera mea habent vobiscum etiam non mei, non solum naturam, vitam, sensus, rationem, & eam salutem, quæ hominibus pecoribusq; communis est, verumetiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui vt ardeant, sed quoniam charitatem non habent, vt cymbala concrepant,
1.Cor.13. nihil sunt, nihil illis prodest: non ergo in illis quanuis bonis muneribus meis, quæ habere possunt etiam non discipuli mei, sed in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres, ò dealbata ascendens & incumbens super fratruelem tuum, quoniam cuius lumine illustraris, vt candeas, eius adiutorio fulciris, ne cadas. O quàm bene cantatur tibi in illo cantico canticorum,
Cant.7. velut epithalamio tuo, quia charitas in delitiis tuis: ipsa non perdit cum impiis animam tuam, ipsa discernit causam tuam, & sicut mors valida est, & in delitiis tuis est: quàm mirandi generis mors est, cui parum fuit non esse in pœnis, nisi esset insuper in delitiis? Sed hic iã iste sermo claudatur, ab alio exordio tractanda sunt quæ sequuntur.

De eo quod sequitur, Dicit ei Simon Petrus, Domine quò vadis? vsque ad id quod ait, Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

Tractatus. LXVI.

90 B Cvm dominus Iesus sanctam dilectionem, qua se inuicem diligerent, discipulis cõmendaret, Dicit ei Simon Petrus, Domine quò vadis?) Sic vtiq; hoc dixit magistro discipulus, & domino seruus, tanquam sequi paratus: propterea quippe dominus qui eius animum vidit, quare hoc interrogauerit, sic ei respondit, Quò ego vado, non potes me modo sequi,) tanquam diceret, propter quod interrogas, nõ potes modo: non ait, non potes: sed, non potes modo: dilationem intulit, non spem tulit, & eandẽ spẽ quam non tulit, sed potius dedit, sequenti voce firmauit, addendo atq; dicendo, Sequêris autem postea.) Quid festinas Petre? nondum te suo spiritu solidauit petra, noli extolli præsumendo, non potes modo: noli deiici desperando, sequeris postea: sed adhuc ille quid dicit?) Quare te non possum sequi modo? animam meam pro te ponam.) Quid in animo eius esset cupiditatis videbat, quid virium non videbat; voluntatem suam iactabat infirmus, sed inspiciebat valetudinẽ medicus: iste promittebat, ille prænoscebat:
90 C qui nesciebat audiebat, qui præsciebat docebat: quantum sibi assumpserat Petrus intuẽdo quid vellet, ignorando quid posset, quantum sibi assumpserat cum venisset dominus animam suam ponere pro amicis suis, ac per hoc & pro ipso, ille hoc domino offerre confideret, & nondum pro se posita anima Christi, animam suam polliceretur se positurum esse pro Christo: Respondit ergo Iesus, Animam tuam pro me pones?) Itáne facies pro me, quod ego nondum feci pro te? Animam tuam pro me pones? Præire potes, qui sequi non potes? Quid tantum præsumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Audi quid sis, Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.) Ecce quomodo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, & te paruulum nescis: qui mihi promittis mortem tuã, ter negabis vitam tuam: qui te iam putas mori posse pro me, prius viue pro te, nam timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ: quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. An Apostolus Petrus, sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur, Christum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit, sicut alii Euangelistæ contestantur expressius? Quasi vero qui hominem Christum negat, non Christum neget, & hoc in eo negat, quod factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos: ergo qui ita confitetur Christum deum, vt
90 D hominem neget, non pro illo mortuus est Christus, quia secundum hominem mortuus est Christus: qui negat hominem Christum, non reconciliabitur per mediatorem deo: vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus: qui negat hominem Christum non iustificabitur, quia sicut per inobedientiam vnius hominis pecca-
1.Tim.2. tores constituti sunt multi, ita & per obedientiam vnius hominis iusti constituentur multi: qui negat hominem Christum, non resurget in resurrectionem vitæ, quia per
Rom.5. hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Sicut enim in Adam omnes
1.Cor.15. moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: per quid autem caput est Ecclesiæ,
Ioan.1. nisi per hominem? Quod verbum caro factum est, id est, dei patris vnigenitus deus homo factus est: quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hominem Christũ? Qui enim caput negat, quomodo est membrum? Sed quid multis immoror, cũ ipse dominus abstulerit omnes humanæ argumentationis ambages: non enim ait, Nõ cantabit gallus
90 E donec hominem neges: aut sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consuet, non cantabit gallus donec filium hominis ter neges: sed ait, donec me ter neges: qd est me, nisi quod erat? & quid nisi Christus erat? Quicquid ergo eius negauit, ipsum negauit: Christum negauit, dominum deum suum negauit, quia & ille condiscipulus eius
Ioan.20. Thomas, quando exclamauit, Dominus meus & deus meus non verbum, sed carnem tetigit, non incorpoream dei naturam, sed hominis corpus curiosis manibus contrectauit: hominem itaq; tetigit, & tamen deum cognouit: si ergo quod iste tetigit, hoc Petrus negauit, quod iste exclamauit, hoc Petrus offendit, non cãtabit gallus, donec ter me neges. Dicas licet, nescio hominem, dicas licet homo nescio quid dicis: dicas licet, non sum ex discipulis eius, me negabis. Siquid dubitare nefas est, Christus hoc dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerumq; prædixit, proculdubio Petrus Christum negauit: non accusemus Christū, cum defendimus Petrum: peccatum agnoscat infirmitas, nam mendacium non habet veritas. Agnouit planè peccatum suum infirmitas Petri prorsus agnouit, & quantum mali Christum negando commiserit, plorando monstrauit: Ipse suos redarguit defensores, & vnde eos conuincat, producit lacrymas testes: neq; nos cum ista dicimus, primum Apostolorum accusare delectat, sed hunc intuēdo admoneri nos opōrtet, ne homo quisquā de humanis viribus fidat: nam quid aliud pertinuit ad doctorem saluatoremq; nostrum nisi vt nobis nequaquam de se quenquam præsumere debere, in ipso primo Apostolorū demonstraret exemplo? In anima itaq; Petri contigit quod offerebat in corpore, non tamen pro domino quod temere præsumebat præcesit, sed aliter quàm putabat, nanq; ante mortem & resurrectionem domini & mortuus est negando, & reuixit plorādo. Sed mortuus est, quia superbe præsumpsit: reuixit autem, quia benigne ille respexit.

De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrum, creditis in deum & in me credite: vsq; ad id quod ait; Quò ego vado scitis, & viam scitis;

Cap. XIIII

Tractatus. LXVII.

ERigenda est nobis, fratres, ad deum maior intentio, vt verbā sancti Euangelii, quæ modo in nostris auribus sonuerunt, etiam mente capere vtcunq; possimus. Ait enim dominus Iesus, Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum, & in me credite.) Ne mortem tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos, etiam se deum esse contestans: Creditis, inquit, in deum, & in me credite: consequens est enim vt si in deum creditis, & in me credere debeatis, quod nō esset consequens, si Christus non esset deus: Creditis in deum, & in eum credite, cui natura est non rapina, esse æqualem deo: semetipsum enim exinaniuit, non tamen formam dei amittens, sed formam serui accipiens. Mortem metuitis huic formæ serui, non turbetur cor vestrum, sciitabit illam forma dei: sed quid est quod sequitur, in domo patris mei mansiones multæ sunt:) nisi quia & sibi metuebant? Vnde audire debuerunt, non turbetur cor vestrū: Quis n. eorum non metueret, cū Petro dictū esset fidentiori atq; promptiori, Non cantabit gallus donec ter me neges? tanquā ergo essent ab illo perituri, merito turbabantur sed cum audiunt, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.) A perturbatione recreantur, certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud deum cum Christo esse mansuros, quia etsi alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo patris mei mansiones multæ sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo, vbi māsionem proprio suo quisq; accepturus est merito: denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis, qui operati sunt in vinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus & qui amplius laborarunt: quo vtiq; denario vita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit, quoniam viuendi non est diuersa in æternitate mensura: sed multæ mansiones diuersas meritorum in vna vita æterna significant dignitates. Alia est n. gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum: stella enim ab stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum, tanquam stellæ sancti diuersas mansiones, diuersas claritates, tanquam in cœlo sortiuntur in regno, sed propter vnum denarium nullus separatur à regno: atq; ita deus erit omnia in omnibus, vt quoniam deus charitas est, per charitatem fiat, vt quod habent singuli, commune sit omnibus: sic. n. quisq; etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet: non erit itaq; aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. Proinde respuendi sunt à corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cœlorū erit aliquid, vbi maneant beati innocentes, qui sine baptismo ex hac vita emigrārunt, quia sine illo in regnum cœlorum intrare non potuerunt: hæc fides non est fides, quoniam non est vera & catholica fides: itáne tandem stulti homines, & carnalibus cogitationibus excæcati, cum reprobandi essetis, si mansionem non dico Petri & Pauli vel cuiuslibet Apostolorum, sed cuiuscunq; paruuli baptizati à regno cœlorum separaretis, non vos putatis esse reprobandos, qui domum dei patris inde separatis? Non enim ait dominus, in vniuerso mundo, aut in vniuersa creatura, aut in vita vel beatitudine sempiterna mansiones multæ sunt: sed, in domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt.

Phil. 2.

Matt. 20.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 4.

Nonne ista est domus; vbi ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam æternam in cœlis? Nonne ista est domus de qua cantamus domino, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te? ergone vos non domum cuiusq; baptizati fratris, sed domum ipsius dei patris, cui omnes fratres dicimus, Pater noster, qui es in cœlis: à regno separare cœlorum, aut eam sic diuidere audebitis, vt aliquæ māsiones eius sint in regno cœlorum, aliquæ autem extra regnū cœlorum? Absit, absit, vt qui volunt habitare in regno cœlorum, in hac stultitia velint habitare vobiscum: absit, inquā, vt cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi nisi in regno ipsius: regiæ domus pars aliqua non sit in regno. Et si abiero, inquit, & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis: & quò ego vado scitis, & viam scitis.) O domine Iesu, quomodo vadis parare locum, si iam multæ mansiones sunt in domo patris tui, vbi tecum habitabunt tui? aut si accipis eos ad teipsum, quomodo iterum venis qui non recedis? Ista charissimi si breuiter explicare conemur, quantum videtur hodierno satis esse sermoni, coarctata vtiq; nō clarebunt, & erit ipsa breuitas altera obscuritas, Proinde hoc debitum differamus, quod opportunius vobis paterfamilias nostro largiente reddamus.

2. Cor. 5.

Psal. 83.

Matt. 6.

Eph. 2.

Rom. 8.

Dē pœni. dist. 4. cap. in domo.

Eph. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15.

[legendū arbitror, complantando.

Matt. 13.

Matt. 6.

Dē eadem lectione. Tractatus. LXVIII.

DEberi vobis fratres charissimi iamq; esse reddendum quod distuleramus agnoscimus, quomodo intelligi possint non esse inter se ista duo contraria, quod cū dixisset dominus, In domo patris mei mansiones multæ sunt, si quominus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum.) Vbi satis ostendit, ideo se hoc illis dixisse, quia iam ibi sunt mansiones multæ, & non est opus aliquam præparare: rursus dicit, Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis.) Quomodo vadit & parat locum, si iam multæ māsiones sunt? Si quominus dixissem, vado parare: aut si adhuc parandus est, cur non merito dixisset, vado parare? An istæ mansiones & sunt, & parandæ sunt? Si quominus. n. essent, dixisset, vado parare, & tamen quia ita sunt vt parandæ sunt, non eas vadit parare sicut sunt: sed si abierit & parauerit sicut futuræ sunt, iterum veniens accipiet suos ad seipsum, vt vbi est ipse, sint & ipsi. Quomodo ergo mansiones in domo patris non aliæ, sed ipsæ, & sine dubio iam sunt sicut parandæ non sunt, & nondum sunt sicut parandæ sunt: Quomodo ergo putamus, nisi quomodo etiam Prophetā predicat deum, quia fecit quæ futura sunt? Non enim ait, qui facturus est, quæ futura sunt: sed, qui fecit, quæ futura sunt: ergo & fecit ea, & facturus est ea: nam neq; facta sunt, si ipse nō fecit; neq; futura sunt: si ipse non fecerit. Fecit ergo ea prædestinando, facturus est operando, sicut discipulos quando elegerit, satis indicat Euangelium, tunc vtiq; quando eos vocauit: & tamen ait Apostolus, Elegit nos ante mundi constitutionem: prædestinando vtique, nō vocando: quos autem prædestinauit, illos & vocauit. Elegit prędestinando ante mundi constitutionem, elegit vocando ante mundi consummationem: sic & mansiones præparauit & præparat, nec alias, sed quas præparauit has præparat, qui fecit quæ futura sunt: quas præparauit prędestinando, præparat operando. iam ergo sunt in prędestinatione: si quominus dixisset, ibo & præparabo, id est, prędestinabo; sed quia nondum sunt in operatione, & si abiero, inquit, & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum. Parat autem quodammodo mansiones, mansionibus parando mansores: quippe cum dixerit, in domo patris mei mansiones multę sunt, quid putabimus esse domum dei nisi templum dei? Quid autem sit, interrogetur Apostolus & respondeat, Templum enim dei sanctum est, quod estis vos: hoc est etiam regnum dei, quod filius traditurus est patri, vnde dicit idem Apostolus, Initium Christus, deinde qui sunt Christi in præsentia eius, deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri: id est, quos redemit sanguine suo, tradiderit contemplando etiam patri suo: hoc est regnum cœlorum, de quo dicitur, Simile est regnum cœlorum homini seminanti bonū semen in agro suo: bonum autem semen, hi sunt filii regni, qui etsi nunc habent permista zizania, mittet in fine rex ipse angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Regnum fulgebit in regno, cum venerit regnum, quod nunc oramus, & dicimus, Veniat regnum tuum, Nunc ergo iam regnum vocatur, sed adhuc conuocatur: si enim regnū non vocaretur, colliget de regno eius omnia scan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dala,non diceretur,sed nondum regnat hoc regnum.Proinde sic iam est regnum, vt cũ de illo collecta fuerint omnia scandala, tunc perueniet ad regnum, vt non solum regni nomen,sed etiam regnandi habeat potestatem: huic quippe regno ad dexteram stanti, in fine dicetur,Venite benedicti patris mei,percipite regnum,id est, qui regnũ eratis & Matt.25. non regnabatis,venite,regnate,vt quod in spe fueratis,etiã in re esse possitis:hæc ergo domus dei,hoc templum dei,hoc regnum dei,regnumq; cœlorum adhuc ędificatur,adhuc fabricatur,adhuc paratur,adhuc congregatur. In illo erũt mansiones, sicut eas adhuc parat dominus:in illo iam sunt,sicut prędestinauit iam dominus:sed quid est quod vt præpararet abiit,cum profecto nosipsos præparet,quod nó faciet si reliquerit?Agno sco domine vt possum,nimirum illud significas,quia vt parentur istæ mansiones,viuere debet iustus ex fide. Qui.n.à domino peregrinantur,opus habẽt ex fide viuere, quia 2. Cor.5. per hanc ad speciem contemplandam parantur:beati enim mundo corde, quia ipsi deũ Haba.2. videbunt:& fide mundat corda eorum:illud in Euangelio,hoc in Apostolorum actibus Matt.5. legitur.Fides autem quæ eorum, qui deum visuri sunt, quandiu peregrinantur, corda Acto.15. mundantur,quod non videt credit:nam si vides,non est fides:credenti colligitur meritum,videnti redditur præmium.Eat ergo dominus & paret locum,eat ne videatur,late at vt credatur: tunc enim locus paratur,si ex fide viuatur,creditus desideretur,vt desideratus habeatur, desiderium dilectionis, præparatio est mansionis. Ita domine para quod paras, nos enim tibi paras, & te nobis paras, quoniam locum paras, & tibi in nobis & in te nobis: tu enim dixisti, Manete in me & ego in vobis. Quantum quisIoan.15. que fuerit particeps tui, alius minus, alius amplius, hęc erit diuersitas præmiorum pro diuersitate meritorum, hæc erit multitudo mansionum pro disparilitate mansorum, sed tamen omnium in æternitate viuorum, & sine fine beatorum. Quid est q; vadis?quid est q; venis?Si te bene intelligo,nec vnde vadis, nec vnde venis, recedis:vadis latendo,venis apparendo,sed nisi maneas regendo,vt proficiamus bene viuendo,quomodo parabitur locus,vbi possimus manere perfruendo?Hæc de verbis quę recitata sunt Euangelicis,satis dicta sint,quousq; ait dominus,iterum venio, & accipiam vos ad meipsum. Quid autem sit quod sequitur,vt vbi ego sum & vos sitis:Et quò ego vado scitis,& viam scitis.)Post interrogationem quæ sequitur à discipulis factã, tãquã per eos & nos interrogemus,melius audiemus,opportuniusq; tractabimus.

De eo quod dicit ei Thomas,Domine, nescimus quò vadis:vsque ad id quod ait, Nemo venit ad patrem nisi per me: Tractatus. LXIX.

NVc est,dilectissimi,vt quantum valemus,intelligamus de verbis domini posterioribus priora,ex consequentibus præcedentia, in eo quod audistis Apostolo Thomæ interroganti esse responsum. Dixerat.n. superius dominus, cũ de mansionibus loqueretur,quas & esse dixit in domo patris sui, & ire se vt præpararet eas, vbi intellexemus & esse iam mansiones ipsas in prædestinatione,& preparari eas cum eorum,qui ibi mansuri sunt,per fidem corpora mundantur,quoniam ipsa dei domus ipsi sunt.Et quid est aliud manere in domo dei,quàm esse in populo dei,cum idem populus est in deo, & deus in eo?Hoc vt præpararet,dominus abiit,vt credendo in eũ qui non videtur,ea quę in specie futura est,nunc per fidem mansio præparetur:propter hoc ergo dixerat, Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis,& quò ego vado scitis & viam scitis:ad hæc,Dicit ei Thomas, Domine,nescimus quò vadis,& quomodo possumus viam scire?) Vtrunq; illos dominus dixerat scire,vtrunq; dixit iste nescire,& locum quò itur,& viam quà itur: sed nescit ille mentiri,ergo isti sciebant,sed se scire nesciebãt:conuincat eos dominus,iam scire,quod se putant ad hucusq; nescire. Dicit ei Iesus,Ego sum via,veritas & vita.) Quid est fatres? Ecce audiuimus discipulum interrogantem, audiumus & magistrum docentẽ,& nondum capimus etiam post vocem sonantem sententiam latitantem: sed quid nõ possumus capere?Nunquid poterant ei dicere Apostoli eius,cum quibus loquebatur,nescimus te?Proinde si eum sciebant,& via ipse est,viam sciebant:si eum sciebant, & veritas ipse est,veritatem sciebant:si eum sciebant,& vita ipse est,vitam sciebant:ecce scire conuicti sunt,quod se scire nesciebant. Quid igitur & nos in isto sermone non cepimus? Quid putatis,fratres mei,nisi quia dixit,& quò vadis scitis & viam scitis:ecce cognouimus

mus quòd sciebant viam,quia sciebant ipsum qui est via;sed via est quà itur, nunquid via est & quò itur? Vtrunq; autem illos dixerat scire, & quo vadit, & viam: opus ergo erat,ut diceret,ego sum uia,ut ostenderet eos qui eum scirent,uiam scire,quam putaue rant se nescire. Quid autem opus erat,ut diceret,ego sum uia & ueritas & uita, cum uia cognita quà iret,restaret nosse quo iret,nisi quia ibat ad ueritatem,ibat ad uitam ? Ibat ergo ad seipsum,per seipsum. Et nos quo imus nisi ad ipsum?& quà imus nisi p ipsum ? 91 Ipse igitur ad seipsum per seipsum,nos ad ipsum per ipsum, imò uero ad patrem & ipse F & nos: nam & de seipso alibi dicit, Ad patrem uado: & hoc loco propter nos,Nemo, inIoan.16. quit,uenit ad patrem nisi per me.) Ac per hoc & ipse per seipsum & ad seipsum & ad patrem, & nos per ipsum & ad ipsum & ad patrẽ. Quis hæc capit, nisi qui spiritaliter sapit? Et quantum est quod hic capit, etiam qui spiritaliter sapit ? Fratres mei, quid à me ista uobis uultis exponi? Cogitate quàm excelsa sint: uidetis quid sim, uideo quid sitis: inSapien.9. omnibus nobis corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: putamúsne & possumus dicere, Ad te leuaui animamPsal.122. meam,qui habitas in cœlis? Sed sub tanto pondere ubi ingemiscimus grauati, quomodo leuabo animam meam, nisi mecum leuet qui potuit pro me suam ? dicam ergo quod possum,capiat uestrum qui potest: quo donante dico,eo donãte capit qui capit, & eo donante credit qui nondum capit. Nisi enim crediderit is,inquit Propheta, non intelligetis. Dic mihi domine deus,quid dicam seruis tuis,cõseruis meis? Thomas Apostolus ut 91 te interrogaret,habuit te ante se,nec tamen intelligeret te,nisi haberet in se: ego interG rogo te,quia te scio esse super me. Interrogo autem inquantum possum super me effun-Esa.7. dere animam meam, ubi non sonantem & tamen docentem audiam te. Dic mihi obsecro, quomodo uadis ad te ? nunquid nam ut uenires ad nos, relinqueras te, maxime quia non à teipso uenisti, sed pater te misit? Scio quidem quod te eximanisti, sedPhil.2. quia formam serui accepisti, non quia formam dei, uel ad quam redires dimisisti, uel quam reciperes amisisti: & tamen uenisti, & non solum usq; ad carnales oculos, uerumetiam usq; ad manus hominum peruenisti; quomodo nisi in carne ? Per hanc uenisti, manens ubi eras, per hanc redisti, non relinquens quo ueneras. Si ergo per hanc uenisti & redisti, per hanc proculdubio non solum nobis es quâ ueniremus ad te, uerumetiam tibi qua uenires & redires uia fuisti. Cum uero ad uitam quod es ipse isti, eandem profecto carnem tuam de morte ad uitam duxisti, aliud quippe dei uerbum est, aliud homo, sed uerbum caro factum est, id est, homo. Non itaque alia uerbi, aliaIoan.1. est hominis persona, quoniam utrunq; est Christus una persona: ac per hoc quemad91 modum caro cum mortua est, Christus mortuus est, & cum caro sepulta est, Christus seRoma.10. H pultus est: sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem: ita cum caro a morte uenit ad uitam, Christus uenit ad uitam: & quia uerbum dei Christus est, Christus est uita. Ita miro quodam & ineffabili modo, qui nunquam dimisit uel amisit seipsum, uenit ad seipsum. Venerat autem, ut dictum est, per carnemRom.3. nisti & redisti, per hanc proculdubio non solum nobis es quâ ueniremus ad te, uerumPsal.115. etiam tibi qua uenires & redires uia fuisti. Cum uero ad uitam quod es ipse isti, eandem profecto carnem tuam de morte ad uitam duxisti, aliud quippe dei uerbum est, aliud homo, sed uerbum caro factum est, id est, homo. Non itaque alia uerbi, alia est hominis persona, quoniam utrunq; est Christus una persona: ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est, Christus mortuus est, & cum caro sepulta est, Christus sepultus est: sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem: ita cum caro a morte uenit ad uitam, Christus uenit ad uitam: & quia uerbum dei Christus est, Christus est uita. Ita miro quodam & ineffabili modo, qui nunquam dimisit uel amisit seipsum, uenit ad seipsum. Venerat autem, ut dictum est, per carnem nisi per me.) Ac per hoc & ipse per seipsum & ad seipsum & ad patrem, & nos per ipsum & ad ipsum & ad patrẽ. Quis hæc capit, nisi qui spiritaliter sapit? Et quantum est quod hic capit, etiam qui spiritaliter sapit ? Fratres mei, quid à me ista uobis uultis exponi? Cogitate quàm excelsa sint: uidetis quid sim, uideo quid sitis: in omnibus nobis corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: putamúsne & possumus dicere, Ad te leuaui animam meam,qui habitas in cœlis? Sed sub tanto pondere ubi ingemiscimus grauati, quomodo leuabo animam meam, nisi mecum leuet qui potuit pro me suam ? dicam ergo quod possum,capiat uestrum qui potest: quo donante dico,eo donãte capit qui capit, & eo donante credit qui nondum capit. Nisi enim crediderit is,inquit Propheta, non intelligetis. Dic mihi domine deus,quid dicam seruis tuis,cõseruis meis? Thomas Apostolus ut 91 te interrogaret,habuit te ante se,nec tamen intelligeret te,nisi haberet in se: ego interG rogo te,quia te scio esse super me. Interrogo autem inquantum possum super me effundere animam meam, ubi non sonantem & tamen docentem audiam te. Dic mihi obsecro, quomodo uadis ad te ? nunquid nam ut uenires ad nos, relinqueras te, maxime quia non à teipso uenisti, sed pater te misit? Scio quidem quod te eximanisti, sed quia formam serui accepisti, non quia formam dei, uel ad quam redires dimisisti, uel quam reciperes amisisti: & tamen uenisti, & non solum usq; ad carnales oculos, uerumetiam usq; ad manus hominum peruenisti; quomodo nisi in carne ? Per hanc uenisti, manens ubi eras, per hanc redisti, non relinquens quo ueneras. Si ergo per hanc uenisti & redisti, per hanc proculdubio non solum nobis es quâ ueniremus ad te, uerumetiam tibi qua uenires & redires uia fuisti. Cum uero ad uitam quod es ipse isti, eandem profecto carnem tuam de morte ad uitam duxisti, aliud quippe dei uerbum est, aliud homo, sed uerbum caro factum est, id est, homo. Non itaque alia uerbi, alia est hominis persona, quoniam utrunq; est Christus una persona: ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est, Christus mortuus est, & cum caro sepulta est, Christus sepultus est: sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem: ita cum caro a morte uenit ad uitam, Christus uenit ad uitam: & quia uerbum dei Christus est, Christus est uita. Ita miro quodam & ineffabili modo, qui nunquam dimisit uel amisit seipsum, uenit ad seipsum. Venerat autem, ut dictum est, per carnem

Rom.6. Matt.26. ritus promptus est, caro autem infirma.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod ait, Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis: vsque ad id quod ait, Non credis quia ego in patre & pater in me est? Tractatus. LXX.

VErba sancti Euangelii, fratres, ita recte intelliguntur, si cum superioribus reperiuntur habere concordiam: conuenire enim debent præcedentia consequentibus, quando veritas loquitur: superius dixerat dominus, Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis: deinde addiderat, Et quò ego vado scitis, & viam scitis, nihilq; aliud ostendit esse quod dixit, nisi quia ipsum sciebant. Quid ergo esset ire ad seipsum per seipsum, quod etiam discipulis præstat, vt eant ad ipsum per ipsum, vt potuimus pristino sermone & iam diximus. Quod itaq; ait, Vt vbi ego sum & vos sitis: vbi erant futuri nisi in ipso? Ac per hoc est etiam ipse in seipso, & ideo ibi illi, vbi & ipse, id est, in ipso. Ipse est igitur vita æterna in qua futuri sumus, cũ acceperit nos ad se: & ipsa vita æterna quod
Ioan. 5. ipse est, in ipso est, vt vbi est ipse & nos simus: hoc est, in ipso. Sicut habet pater vitam in semetipso, & vtiq; non aliud est vita quam habet, nisi quod est ipse qui hanc habet: sic dedit filio habere vitam in semetipso, cum ipse sit eadem vita, quam habet in semetipso. Nunquid autem nos vita quod est ipse, hoc erimus, cum in illa vita, hoc est, in ipso esse cœperimus? Non vtique, quia ipse existendo vita habet vitam, & ipse est quod habet, & quod vita est in ipso, ipse est in seipso, nos autem non ipsa vita, sed ipsius vitæ participes sumus, atque ita ibi erimus, vt in nobismipsis, non quod ipse est esse possimus, sed nesipsi non vita, ipsum habeamus vitam qui seipsum habet vitam, eo quod ipse sit vita. Deniq; ipse & in seipso est immutabiliter, & in patre inseparabiliter, nos vero cum in nobismipsis esse voluissemus, ad nosipsos turbati sumus;
Psal. 6. vnde illa vox est, Ad meipsum turbata est anima mea, atq; in deterius commutati, neq; id quod fuimus permanere potuimus. Cum autem per ipsum venimus ad patrem; sicut ait, Nemo venit ad patrem nisi per me: manentes in illo, nec a patre nos quisquam poterit separare, nec ab illo. Connectens itaq; consequentia præcedentibus: Si cognouissetis me, inquit, & patrem meum vtiq; cognouissetis.) hoc est quod ait, Nemo venit ad patrem nisi per me: deinde subiungit, Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.) Sed Philippus vnus ex Apostolis, qui audierat non intelligens, Domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.) Cui dominus, Tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrẽ.) Ecce iacet pat, q; tanto tempore cũ ipsis erat, & non cognoscebatur. Nónne ipse dixerat, & quò ego vado scitis, & viã scitis? Et se nescire dicẽtes, eos hoc scire cõuicerat, addendo atq; dicendo, Ego sum via veritas & vita: quomodo nunc dicit, Tanto tẽpore vobiscũ sum, & non cognouistis me: cũ profecto & quò iret & viã scirent, nõ ob aliud nisi quod ipsum vtiq; sciirent? Sed facile ista soluitur quæstio, si dicamus q; eum aliqui eorum sciebant, aliqui nesciebant, atq; in his qui nesciebant & Philippus erat, & quod ait, & quò vado scitis, & viam scitis, illis dixisse intelligatur qui sciebant, non Philippo cui dictum est, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me Philippe? His ergo qui filium iam nouerant, etiam illud de patre dictum est, & amodo cognoscetis eum & vidistis eum: dictum est enim propter omnimodam similitudinem, quæ illi cum patre est: vt ideo amodo dicerentur nosse patrem, quia nouerant similem filium: ergo iam sciebant filium, & si non omnes certe quidam eorum quibus dicitur, Et quò vado scitis, & viam scitis, ipse est enim via. Sed patrem nesciebant, ideo audiunt: si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, si me, vtique & illum: alius enim ego sum, alius ille: sed ne putarent dissimilem, & amodo, inquit, cognoscetis eum, & vidistis eum. Viderunt enim ei similem filium, sed admonendi fuerant talem esse etiam patrem, qué nondum videbant, qualis est filius quem videbant, & ad hoc valet quod postea Philippo dicitur, Qui videt me, videt & patrem.) Non quod ipse sit pater & filius, quod in Sabellianis, qui vocantur etiam Patripassiani, catholica fides damnat, sed quòd tam similes sint pater & filius, vt qui vnum nouerit, ambos nouerit: solemus enim de simillimis duobus ita loqui eis, qui vnum illorum vident & qualis sit alius volunt nosse, vt dicamus, Vidistis istum, illum vidistis. Sic ergo dictum est, qui me videt, videt & patrẽ: nõ vtiq; vt ipse sit pater q filius, sed qđ a patris similitudine in nullo

prorsus discrepet filius: nam nisi duo essent pater & filius, non dictum esset, si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis: vtiq; enim, quia nemo, inquit, venit ad patrem nisi per me, si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, quoniam ego per quem venitur ad patrem, perducam vos ad eum, vt ipsum etiam cognoscatis: sed quoniam illi sum omnino similimus, amodo cognoscetis eum cum cognoscitis me, & vidistis eum, si oculis cordis vidistis me. Quid ergo est quod dicis Philippe, ostende nobis patrem, & sufficit nobis? Tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe
92 qui videt me, videt & patrem. Quod si ad te multum est hoc videre, saltem quod non vt
B des hoc crede. Quomodo enim dicis, inquit, ostende nobis patrem?) Si me vidisti qui omnimodo similis sum, vidisti illum cui similis sum: quod videre non potes, non saltem credis quia ego in patre & pater in me est? Poterat hic dicere Philippus, Video quidem te, & credo te similimum esse patri: sed nunquid arguendus & obiurgandus est, qui cum similem videt, etiam illum cui similis est vult videre? Similem quidem noui, sed adhuc alterum sine altero noui, non mihi sufficit, nisi & illum cui est iste similis nouerim. Ostende itaque nobis patrem, & sufficit nobis. Sed ideo magister discipulum arguebat, quoniam cor postulantis videbat. Tanquam enim melior esset pater quam filius, ita Philippus patrem nosse cupiebat, & ideo nec filium sciebat, quo melius esse aliquid credebat. Ad hunc sensum corrigendum dictum est, qui videt me, videt & patrem, quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Video quomodo tu dicas, non alterum quæris videre similem, sed illum putas esse meliorem. Non credis, quia
92 ego in patre & pater in me est?) Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur in-
C separabiles separatim desideras nosse? Deinde non ad solum Philippum, sed ad eos pluraliter loquitur, quæ non sunt in angustias coarctanda, vt adiuuante illo diligentius exponantur.

De eo quod dicit, Verba quæ ego loquor vobis à meipso non loquor: vsque ad id quod ait, Siquid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Tractatus. LXXI.

AVdite auribus, accipite mentibus, dilectissimi, loquentibus quidem nobis, sed ipso docente qui nõ recedit à nobis, dominus dicit, quod modo cum legeretur audistis. Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso nõ loquor: pater autem in me manens ipse facit opera.) Ergo & verba opera sunt? Planè ita est, nam profecto qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. Sed quid est, à meipso non loquor, nisi à meipso non sum qui loquor? Et quippe tribuit quod facit, de quo est ipse qui facit: pater.n. deus non est de aliquo, filius autem deus est quidem patri ęqualis, sed de patre deo: ideo ille deus, sed non de deo: & lumen, sed non de lumine: iste vero deus de deo, lumen de lumine: nam in his duabus sententiis, vna qua dictum est, non à meipso loquor: alia
92 qua dictum est, pater autem in me manens ipse facit opera: singulas tenentes diuersi no
D bis aduersantur hæretici, qui non ex vna parte, sed in contraria conantes, à via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt, ecce inæqualis est patri filius, à seipso non loquitur: dicunt Sabelliani contra, id est, Patripassiani, ecce qui pater est ipse & filius. Quid.n. est, pater in me manens, ipse facit opera: nisi, in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis, sed non eo modo sicut est falsum contrarium vero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria, errando in diuersa itis, in medio est, via quam relinquitis: inter vosipsos longiore interuallo separati estis, quàm ab ipsa via cuius desertores estis. Vos hinc, vos autem illinc, huc venite, alteri ad alteros transire nolite, sed hinc atq; illinc ad nos veniendo, in uicem vos inuenite. Sabelliani, agnoscite quem prætermittitis Arriani, æquate quem subditis, & in via vera nobiscum ambulabitis: est enim quod inuicem ex vobis alteri ex alteris admoneri vtrique debeatis. Audi Sabellianę, vsqueadeo non ipse pater, sed alter est filius, vt eum Arrianus inæqualem asserat patri: audi Arriane, vsqueadeo filius æqua
91 lis est patri, vt Sabellianus eundem esse dicat & patrem: tu adde quem tollis, tu adim-
E ple quem minuis, & nobiscum ambo consistis, quia nec tu tollis, nec tu minuis eũ: qui & alter est à patre, vt conuincas Sabellianum: & ęqualis est patri, vt conuincas Arrianũ: vtrisque enim clamat, Ego & pater vnum sumus: quod ait, vnum, audiant Arriani: quod ait, sumus, audiant Sabellianí: & nec illi æqualem, nec illi alterum negando sint vani. Si Ioan. 10.

Ioan. 5. ergo quoniam dixit, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor, propterea puta
tur vsqueadeo imparis potestatis, vt non quod ipse vult faciat: audiatur quod dixit, Si-
cut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Item si quoniam
dixit, Pater in me manens ipse facit opera, propterea putatur nō alius esse pater, alius ip
se: audiatur quod dixit, Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit: & intelligatur
non bis vnus, sed duo vnū. Verū qa sic æqualis est alter alteri, vt tamē alter sit ex altero,
ideo nō loquitur à semetipso qa nō est à seipso: & ideo pater in illo manēs facit opera ip
se, quia per quem & cū quo facit, nō est nisi ab ipso: deniq; adiungit & dicit, Nō creditis
qa ego in patre, & pater in me est? alioquin pp opera ipsa credite.) Antea solus Philip-
pus arguebatur, nūc aūt non ibi eū solū fuisse, qui esset arguendus ostenditur, Propter
opera, inquit, ipsa credite, quia ego in patre & pater in me est: neq; n. si separati essemus,
inseparabiliter operari vlla ratione possemus. Sed quid est quod sequitur, Amen amen
dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, qa
ego ad patrē vado: & quæcunq; petieritis in nomine meo, hæc faciā, vt glorificetur pater
in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciā.) Ergo & ille maiora opera seipsum fa
cturum esse promisit. Non se extollat seruus supra dominū, nec discipulus supra magi-
Ioan. 12. strum. Maiora quàm ipse fecit dicit eos esse facturos, sed in eis vel per eos se faciente, no
Psal. 17. ipsis tanquam ex seipsis: ei quippe cantatur in Psalmo, Diligam te domine virtus mea.
Sed quæ sunt tandē ista maiora? an forte quòd ægros ipsis transeuntibus, etiam eorum
Acto. 5. vmbra sanabat? Maius est. n. vt sanet vmbra quàm fimbria. Illud per se fecit, hoc per ip-
sos, sed tamen vtrūq; ipse: veruntamen quādo ista dicebat, verborū suorum opera com-
mendabat: sic. n. dixerat, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor, Pater aute
in me manens ipse facit opera. Quæ opera tunc dicebat, nisi verba quæ loquebatur? Au
diebant & credebant illi, & eorundem verborum fructus erat fides illorū. Veruntamen
euangelizantibus discipulis, non tam pauci qua illi erant, sed gentes etiam crediderunt.
Hæc sunt sine dubitatione maiora: nec tamen ait, Maiora horum facietis, vt solos ad
os ea putaremus esse facturos. Sed qui credit in me, inquit, opera quæ ego facio, & ipse
facier, & maiora horum faciet. Itáne quicunq; credit in Christum, facit quæ Christus,
vel maiora quàm Christus? Non prætereunter ista tractanda sunt, nec debent festinatio
ne præcipitari, sed ea cogit concludendus iam sermo iste differri.

De eadem lectione. Tractatus. LXXII.

QVid sibi velit, & quomodo accipiendū sit quod dominus ait, Qui credit in me,
opera quæ ego facio & ipse faciet,) non est facile comprehēdere, & cum hoc ad
intelligendum difficilimum sit, adiecit aliud difficilius, Et maiora horum fa-
ciet.) Quid est hoc? Qui faceret opera quæ Christus fecit, non inueniebamus, qui etiam
maiora faciet, inuenturi sumus? Sed dixeramus sermone pristino, quia maius fuit vmbre
Acto. 5. suæ transitu, quod discipuli fecerūt, quàm fimbriæ suæ tactu, quod ipse dominus fecit.
Mat. 14. sanari languentes. Et quia plures apostolis, quàm ipso per os proprium prædicante do-
Ioan. 13. mino crediderunt, vt hæc viderentur opera intelligenda esse maiora: non quo maior ele-
set magistro discipulus, vel domino seruus, vel adoptatus vnigenito, vel homo deo: sed
Ioan. 15. quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit illis alio loco, Sine me nihil
potestis facere. Ipse quippe, vt alia omittā quæ sunt innumerabilia, sine ipsis fecit eos, si-
ne ipsis fecit hunc mūdum, & quia homo etiā ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & se-
ipsum. Quid autem illi sine ipso nisi peccatum? Deniq; & hic id, quod de hac re poterat
nos mouere, mox abstulit: cum. n. dixisset, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse
faciet, & maiora horum faciet: continuo secutus adiunxit, Quia ego ad patrem vado, &
quæcunq; petieritis in nomine meo, hæc faciam.) Qui dixerat faciet, post ait faciam: tā-
quam diceret, Non vobis impossibile hoc videatur: non enim poterit esse maior me qui
credit in me, sed ego facturus sum, & tunc maiora quàm nunc. Maiora per eum qui cre-
dit in me, quàm præter eum per me: ego tamen ipse præter eum, ego ipse per eum: sed
quando præter eum non faciet ipse, quando autem per eum, quanuis non per semetip-
sum, faciet & ipse. Porrò autem maiora facere per eum quàm præter eū, nō est defectio,
Psal. 125. sed dignatio. Quid. n. retribuant serui domino, pro omnibus quæ retribuit eis? Quādo-
quidē inter cætera bona etiam hoc eis donare dignatus est, vt maiora faceret per illos
quàm præter illos? Nónne ab ore illius dies ille tristis abscesit, q vitæ eternæ conditū
quæsuit?

quæsiuit? Audiuit, abiecit, & tamen postea quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerūt Matt. 19.
multi, cum loqueretur per discipulos magister bonus, contemptibilis ei quem diuitem
per seipsum monuit, amabilis eis quos ex diuitibus pauperes, per discipulos pauperes fe
cit. Ecce maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus audientibus. Verum hoc
adhuc mouet, quod hæc maiora per Apostolos fecit, non autem ipsos tantum significās
ait, Opera quæ ego facio & vos facietis, & maiora horum facietis: sed omnes ad suam fa
miliam pertinentes intelligi volens, Qui credit in me, inquit, opera quę ego facio & ipse
faciet, & maiora horum faciet. Si ergo qui credit faciet, non credit vtiq; qui non faciet:
sicuti est, Qui diligit me, mandata mea custodit: vnde profecto qui non custodit, non di
ligit. Item alio loco, Qui audit, inquit, verba mea hæc, & facit ea, similabo eum viro pru- Matt. 7.
92 denti, qui ædificauit domum suam supra petram. Qui ergo non est similis huic viro
K prudenti, proculdubio aut verba hæc audit & non facit, aut omnino nec audit. Qui
credit, inquit, in me, licet moriatur, viuet: qui ergo non viuet, non vtiq; credit. Tale etiā Ioan. 11.
hoc est, qui credit in me faciet: non vtique credit, qui non faciet. Quid est hoc fratres?
Nunquid inter credentes in Christum non est computandus, qui non fecerit opera ma-
iora quàm Christus? Durum est, absurdum est, ferri non potest, non toleratur, nisi intel-
ligatur. Apostolum igitur audiamus, Credenti, inquit, in eum qui iustificat impium, de Roma. 4.
putatur fides eius ad iustitiam. In hoc opere facimus opera Christi, quia & ipsum crede
re in Christo, opus est Christi, hoc operatur in nobis, non vtique sine nobis: audi ergo
iam & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: prius ego facio, de-
inde & ipse faciet, quia facio vt faciat. Quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat? Et maiora
horum faciet, quorum obsecro? Nunquidnam omnium operum Christi maiora facit, Philip. 4.
qui cum timore & tremore suam ipsius salutem operatur? Quod vtiq; in illo, sed non
92 sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quàm est cœlum & terra, &
L quæcunque cernuntur in cœlo & in terra: & cœlum enim & terra transibit, prædestina- Matt. 14.
torum autem, id est, eorum quos præscit, salus & iustificatio permanebit. In illis tantum
opera dei, in his autem etiam est imago dei. Sed & in cœlis, sedes, dominationes, princi-
patus, potestates, archangeli, angeli opera sunt Christi. Nunquid etiam his operibus ma
iora facit, qui operante in se Christo, cooperatur salutem æternam ac iustificationē su-
am? Non hic audeo præcipitare sententiam: intelligat qui potest, iudicet qui potest, vtrū
maius sit iustos creare, quàm impios iustificare. Certe enim si æqualis est vtrunque po 1. Tim. 3.
tentiæ, hoc maioris est misericordiæ: hoc est enim magnum pietatis sacramentū, quod
manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est
in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Sed omnia opera Christi
intelligere vbi ait, Maiora horum faciet; nulla nos necessitas cogit: horum enim forsi-
tan dixit, quæ in illa hora faciebat: tunc enim verba fidei faciebat, & de his operibus fue
92 rat prælocutus dicens, Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor, pater au-
M tem in me manens, ipse facit opera. Tunc igitur verba eius erant opera eius, & vtique
minus est verba iustitiæ prædicare quod fecit præter †nos, quàm impios iustificare, qd †aliàs, per
ita facit in nobis, vt faciamus & nos. Restat inquirere quomodo accipiendum sit. Quod
cunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.) Propter multa enim quæ petunt
fideles eius nec accipiunt, non parua hinc exoritur quæstio: sed quoniam sermo iste iam
claudendus est, ei considerandæ rei atq; tractandæ tribuatur salutem parua dilatio.

De eo quod dicit, Quia ego ad patrem vado, & quodcunq; petieritis
patrem in nomine meo, hoc faciam:
Tractatus. LXXIII.

MAgnam spem dominus suis promisit sperantibus dicens, Quia ego ad pa-
trem vado, & quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam.) Sic er-
go perrexit ad patrem, vt non relinqueret indigentes, sed exaudiret pe-
93 tentes. Sed quid est, quodcunque petieritis, cum videamus plerunque fideles eius
A petere, & non accipere? An forte propterea quia male petunt? nam hoc exprobra- Iacob. 4.
uit Apostolus Iacobus dicens, Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, vt in con-
cupiscentiis vestris insumatis. Male ergo vsurus eo quod vult accipere, deo potius mise-
rante nō accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde homo lædatur exauditus, magis me

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuendum est,ne quod posset non dare propitius, det iratus, An non vidimus Israelitas
Nume. 11 malo suo impetrasse,quod culpabili concupiscentia petierunt? Concupierant enim car
nibus vesci,quibus pluebatur manna de cœlo: fastidiebant quippe quod habebant, &
quod non habebant,impudenter petebant:quasi non melius peterent,non vt cibus qui
deerat indecenti desiderio præstaretur,sed vt ille qui aderat,sanato fastidio sumeretur.
Quando enim nos delectant mala,& non delectant bona,rogare debemus potius deum
vt delectent bona,quàm vt concedantur mala. Non quia malum est carne vesci, cum de
1. Tim. 4. hac re loquens Apostolus dicat,Omnis creatura dei bona est, & nihil abiiciẽdum quod
Rom. 14. cum gratiarum actione accipitur: sed qui sicut idem ipse ait,Malum est homini qui per
offendiculum manducat. Et si per hominis offensionem, quanto magis dei? Cuius in
Israelitis non parua erat offensio,repudiare quod dabat sapientia, & petere id quo in-
hiabat concupiscentia, quanuis illi nec peterent,sed quia deerat murmurarent, sed vt
sciremus non dei creaturam esse culpabilem, sed inobedientiam contumacem & inordi
natam cupiditatem,nõ propter porcum,sed propter pomum mortem primus homo in-
uenit: & Esau primatus suos non propter gallinam, sed propter lenticulam perdidit.
Gene. 3. Quomodo ergo intelligendum est,quodcunque petieritis,hoc faciam: si deus aliqua pe
Gene. 25. tentibus fidelibus etiam consulendo non facit? An forte solis Apostolis hoc dictum de-
bemus accipere? Absit. Vnde enim ad hoc venit vt diceret quod superius dixerat, Qui
credit in me,opera quæ ego facio & ipse faciet,& maiora horum faciet,de qua re iã pri-
stino sermone tractauimus: & ne quisquam hoc sibi tribueret,vt etiam illa opera maio-
ra à seipso facere ostenderet,adiecit atque ait,Quia ego ad patrem vado,& quodcunque
petieritis in nomine meo,hoc faciam. Nunquid in eum soli Apostoli crediderunt? Ad
eos itaque loquebatur dicendo, Qui credit in me,in quibus eo donante etiam nos su-
mus,qui vtique non quodcunq; petimus accipimus. Ipsos quoq; beatissimos si cogite-
2. Cor. 12. mus Apostolos,inuenimus eum qui plus omnibus laborauit,non autem ipse sed gratia
dei cum ipso,ter dominum rogasse vt ab eo discederet angelus satánæ, nec tamen quod
rogauerat accepisse. Quid,dicemus charissimi? Putabimúsne hoc promissum ubi quod-
cunq; petieritis hoc faciam,nec Apostolus fuisse ab illo completum? Et cui tandé quod
promittit impleuit,si Apostolos suos in sua promissione fraudauit? Euígila igitur ho-
mo fidelis,& vigilanter audi quod illic positum est,in nomine meo. Ipsum enim quod-
cunq;,non ait petieritis vtcunq;,sed in nomine meo. Qui promisit ergo tam magnũ be
neficium,qui uocatur? utiq; Christus Iêsus. Christus significat regem, Iêsus significat
saluatorem. Non itaque nos saluos faciet quicunq; rex,sed rex saluator,ac per hoc quod
cunque petimus aduersus utilitatẽ salutis,non petimus in nomine saluatoris, & tamen
ipse saluator est,non solum quando facit quod petimus,uerumetiam quando non facit,
quoniam quod uidet peti contra salutem,non faciendo potius se exhibet saluatorem:
nouit enim medicus quid pro sua, quid contra suam salutem poscat ægrotus,& ideo cõ
traria poscentis non facit uoluntatem ut faciat sanitatem: qua propter quãdo uolumus
ut faciat quodcunque petimus,non utcunque sed in nomine eius,hoc est,in nomine sal
uatoris petamus. Non ergo contra nostram salutem petamus,quod si fecerit,non ut sal-
uator facit, quod est nomen eius fidelibus eius. Est quippe impiis & damnator, qui di-
gnatur fidelibus esse saluator: Qui ergo credit in eum, quodcunque petierit in eo no-
mine, quod est illis qui credunt in eum,hoc facit,quoniam hoc sicut saluator facit. Si
autem qui in eum credit,aliquid per ignorantiam contra suam salutem petit,nõ in no-
mine saluatoris petit,quia saluator ei non erit,si quod eius salutẽ impedit,fecerit. Vnde
tunc expedit potius,ut non faciendo propter quod inuocatur,faciat quod uocatur. Pro
pterea non solum saluator,sed etiam magister bonus,ut faciat quodcũque petierimus,
in ipsa oratione quam nobis dedit,docuit quid petamus,ut etiam sic intelligamus non
petere nos in nomine magistri,quod petimus præter regulam ipsius magisterii. Sanè
quædam quanuis in nomine eius petamus,id est,secundum saluatorem & secundũ ma
gistrum petamus,non tunc quando petimus facit,sed tamen facit. Neque enim quia &
illud petimus ut ueniat regnum dei,propterea non facit quod petimus,quia non sta-
tim cum illo in æternitate regnamus: differtur enim quando petimus, non negatur.
Veruntamen orantes tanquam seminantes non deficiamus, tempore enim proprio me
temus vt simul petamus quando bene petimus,vt non faciat quod non bene petimus,

quia & ad hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus, Ne nos inferas in
E tentationem: neq; enim parua est tentatio,si contra tuam sit causam tua postulatio,Nõ
autem negligenter audiendum est, quod dominus, ne quisquam eum putaret quod
se promisit eum facere petentibus, sine patre esse facturum, cum dixisset, Quodcunque
petieritis in nomine meo, hoc faciam: continuo subiecit, Vt glorificetur pater in filio
si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.) Nullo modo igitur sine patre hoc filius
facit, quandoquidem vt in illo pater glorificetur, propterea facit. Facit ergo pater in
filio, vt filius glorificetur in patre: & facit filius in patre, vt pater glorificetur in filio,
quoniam vnum sunt pater & filius.

De eo quod dicit,Si diligitis me,mandata mea seruate: vsq; ad id quod ait,
Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit & in vobis
erit. Tractatus. LXXIIII.

AVdiuimus fratres cum Euangelium legeretur dominum dicentem, Si diligitis
me,mandata mea seruate,Et ego rogabo patrem,& alium paraclêtum dabit vo-
bis,vt maneat vobiscum in æternum,spiritum veritatis,quem mundus non po
test accipere,quia non videt eum,nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud
vos manebit & in vobis erit.) Multa sunt quæ in istis paucis verbis domini requirãtur.
Sed multum est ad nos vel omnia quæ hic quærenda sunt quærere, vel omnia quæ hic
quærimus inuenire. Veruntamen quantum nobis dominus donare dignatur, pro no-
stra & vestra capacitate quid dicere debeamus,& quid audire debeatis,attendentes per
nos,charissimi,quod possumus sumite,& ab illo quod non possumus poscite. Spiritum
paraclêtum Christus promisit Apostolis,quo autem modo promiserit aduertamus. Si
diligitis me,inquit,mandata mea seruate,& ego rogabo patrem, & alium paraclêtum da
bit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Hic est vtiq; in trinitate
spiritussanctus, quem patri & filio consubstantialem & coæternum fides catholica con-
fitetur: ipse est de quo dicit Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per Rom. 5.
G spiritumsanctum qui datus est nobis: quomodo ergo dominus dicit,Si diligitis me, mã
data mea seruate,& ego rogabo patrem,& alium paraclêtum dabit vobis: cum hoc dicat
de spiritusancto, quem nisi habeamus, nec diligere deum possumus, nec eius mandata
seruare? Quomodo diligimus, vt eum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non
valemus? Aut quomodo mãdata seruabimus, vt eum accipiamus,quem nisi habeamus,
mandata seruare nõ possumus? An forte præcedit in nobis charitas,qua diligimus Chri
stum,vt diligendo Christum eiusq; mandata faciendo,mereamur accipere spiritumsan-
ctum,vt charitas non Christi, quæ iam præcesserat, sed dei patris diffundatur in cordi-
bus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis? Peruersa est ista sententia, qui.n.
se filium diligere credit,& patrem nõ diligit, profecto nec filium diligit,sed quod sibi ip
se confinxit: deinde apostolica vox est,Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritusancto. 1. Cor. 12.
Et quis dominum Iesum,nisi qui eum diligit dicit? Si eo modo dicit quo Apostolus intel
ligi voluit,multi enim voce dicunt,corde autem & factis negant,sicut de talibus ait, Cõ Ad Tit. 1.
fitentur enim se nosse deum,factis autem negant. Si negatur factis, proculdubio etiam
D dicitur ficte. Nemo itaq; dicit dominus Iesus,animo,verbo,facto,corde,ore, opere: ne-
H mo dicit dominus Iêsus,nisi in spiritusancto,& nemo sic dicit,nisi qui diligit. Iam itaq;
Apostoli dicebant dominus Iesus,& si eo modo dicebant,vt non ficte dicerent, ore con-
fitentes,corde & factis non negantes. Prorsus si veraciter hoc dicebant,proculdubio dili
gebant. Quomodo igitur diligebant,nisi in spiritusancto? Et tamen eis prius imperatur
vt diligant eum, & eius mandata conseruent, vt accipiant spiritumsanctum, quem nisi
haberẽt, profecto diligere & mandata seruare non possent. Restat ergo vt intelliga-
mus spiritumsanctum habere qui diligit, & habendo mereri vt plus habeat, & plus ha-
bendo plus diligat. Iam itaq; habebant spiritum discipuli, quem dominus promittebat,
sine quo eum dominum non dicebant,nec tamen eum adhuc habebant,sicut eum domi
nus promittebat. Et habebant ergo, & non habebant,qui quantũ habendus fuerat, nõ-
dum habebant. Habebant itaq; minus,dandus erat eis amplius: habebant occulte, acce-
pturi fuerant manifeste,quia & hoc ad maius donũ sancti spiritus pertinebat, vt eis in-
notesceret quod habebant; de quo munere loquens Apostolus ait,Nos autem non spiri-

tum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata
sunt nobis: nam & ipsam manifestam impertionem spiritussancti non semel, sed bis nu-
Ioan. 20. mero dominus egit. Mox. n. vt resurrexit à mortuis insufflans ait, Accipite spiritum san-
ctum. Nunquid igitur quia tunc dedit, ideo non misit etiam postea quem promisit? Aut
non idem ipse est spiritussanctus, qui & tunc est insufflatus ab ipso, & postea ab ipso mis-
sus è cœlo? Quapropter cur ipsa quæ facta est euidenter donatio eius, bis facta fuerit,
alia quæstio est: fortassis. n. propter duo præcepta dilectionis, hoc est, proximi & dei, vt
commendaretur ad spiritum sanctum pertinere dilectio, hæc eius gemina est in manife-
1 senten. dist. 17. c. Vt autem certius. statione facta donatio. Et si alia causa quærenda est, non nunc eius inquisitione in lon-
giorem quam oportet modum sermo iste mittendus est, dum tamen constet sine spiri-
tusancto Christum nos diligere, & mandata eius seruare non posse, & id nos posse atq;
agere tanto minus, quanto illum percipimus minus: tanto autem amplius, quanto illū
percipimus amplius. Proinde non solum non habenti, verumetiam habenti non incas-
sum promittitur, non habenti quidem, vt habeatur: habenti autem, vt amplius habea-
tur. nam nisi ab alio minus, ab alio amplius haberetur, sanctus Elisæus sancto Eliæ nō
4. Reg. 2. diceret, Spiritus qui est in te, duplex sit in me: quando autem ait Ioannes Bap. Non. n.
Ioan. 3. ad mensuram dat deus spiritum, de ipso dei filio loquebatur, cui non est datus spiritus
Colos. 3. ad mensuram, quia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Neq; enim sine gratia
2. Tim. 2. spiritussancti est mediator dei & hominum homo Christus Iesus: nam & ipse dicit de se
Esa. 61. fuisse propheticum illud impletum, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me,
Luc. 4. euangelizare pauperibus misit me. Quod. n. est vnigenitus, æqualis patri, non est gratię,
Luc. 2. sed naturæ: quod autem in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est
2. senten. dist. 17. c. Ad quod dicimus. non naturæ cōsitente Euangelio atq; dicente. Puer autē crescebat & confortabatur ple-
nus sapientia, & gratia dei erat in illo. Cæteris autem ad mensuram datur, & datus addi
Rom. 12. tur, donec vnicuiq; pro modo suæ perfectionis propria mēsura compleatur: Vnde & mo
2. Cor. 12. net Apostolus non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, vni-
cuiq; sicut deus partitus est mensuram fidei. Neq; enim ipse diuiditur spiritus, sed dona
per spiritum: nam diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus: quod vero ait, Ro
gabo patrem, & alium paraclētum dabit vobis.) Ostendit & seipsum esse paraclētum.
1. Ioan. 2. παράκλητος enim latine dicitus aduocatus: & dictum est de Christo, Aduocatū habemus
ad patrem Iesum Christum iustum. Sic autem mundum dixit non posse accipere spiri-
Rom. 6. tumsanctum, sicut etiam dictum est, Prudentia carnis inimica est deo, legi enim dei non
Rom. 5. est subiecta, nec enim potest: velut si dicamus, iniustitia iustitia esse non potest. Mundū
quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, quæ dilectio non est à patre. Et ideo
dilectioni huius mundi, de qua satagimus, vt minuatur & consumatur in nobis, contra-
ria est dilectio dei, quæ diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus
est nobis. Mundus ergo eum accipere non potest, quia non videt eum, neq; scit eum.)
Non. n. habet inuisibiles oculos mūdana dilectio, per quos videri spiritussanctus potest,
qui videri nisi inuisibiliter non potest. Vos, autem, inquit, cognoscetis eum, quia apud
vos manebit, & in vobis erit.) Erit in eis vt maneat, non manebit vt sit: prius est enim
esse alicubi, quam manere. Sed ne putarent quod dictum est, apud vos manebit, ita dic-
tum quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere consueuit, exposuit
quid dixerit, apud vos manebit, cum adiunxit & dixit, in vobis erit. Ergo inuisibiliter vi-
detur, nec si non sit in nobis, potest esse in nobis eius scientia. Sic. n. a nobis videtur in
nobis, & nostra conscientia: nam faciem videmus alterius, & nostram videre non possu-
mus: conscientiam vero nostram videmus, alterius non videmus. Sed conscientia nun-
quam est nisi in nobis: spiritus autem sanctus potest esse etiam sine nobis. Datur quip-
pe vt sit & in nobis, sed videri & sciri quemadmodum videndus & sciendus est, non po-
test à nobis, si non sit in nobis.

De eo quod dicit, Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos: vsq;
ad id quod ait, Et qui diligit me, diligetur à patre meo, &
ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Tractatus. LXXV.

POst promissionem spiritussancti, ne quisquam putaret quod ita eum dominus da-
turus fuerit velut pro seipso, vt non & ipse cum eis esset futurus, adiecit atq; ait, Nō

relinquam vos orphanos, veniam ad vos.) Orphani pupilli sunt: illud enim Græcum
eiusdem rei nomen est, hoc Latinum: nam & in Psalmo vbi legimus, Pupillo tu eris adiu-
94 A tor, Græcus habet ὀρφανῷ. Quanuis ergo nos filius dei suo patri adoptauerit filios, & eū- Psal. 6.
dem patrem nos voluerit habere per gratiam, qui eius pater est per naturam, tamen etiā
ipse circa nos paternum affectum quodammodo demonstrat cum dicit, Non relinquam
vos orphanos, veniam ad vos: hinc est quod etiam sponsi filios nos appellat, vbi ait, Ve-
niet hora vt auferatur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt filii sponsi. Quis autem spōsus Matt. 9.
nisi dominus Christus? Deinde sequitur & dicit, Adhuc modicum & mundus me iam nō
videt.) Quid enim? Tunc eum videbat mundus, quando quidem mundi nomine vult
intelligi eos, de quibus superius locutus est, dicens de spiritusancto quem mundus acci-
pere non potest, quia nō videt eū neq; cognoscit eum. Videbat eum planè mundus car-
neis oculis in carne conspicuum, non autem videbat quod in carne verbum latebat. Vi-
debat hominem, non videbat deum, videbat indumentum, non videbat indutum, Sed
quoniam cum post resurrectionem etiam ipsam carnem suam, quam non solum viden-
94 B dam, verumetiam contrectandam suis voluit demonstrare, non suis subtrahere: fortas-
se hinc intelligendum est esse dictum, Adhuc modicum & mundus me iam non videt.
Vos autem videbitis me, quia ego viuo, & vos viuetis.) Quid est, quia ego viuo, & vos
viuetis? Cur de præsenti se dixit viuere, illos autem de futuro esse victuros, nisi quia vi-
tam etiam carnis vtiq; resurgentis, qualis in ipso præcedebat, & illis est pollicitus secu-
turam? Et quia ipsius mox futura erat resurrectio, præsentis posuit temporis verbum
propter significandam celeritatem, illorum autem quoniam seculi differtur in finē, nō
ait viuitis, sed viuētis. Duas ergo resurrectiones, suam scilicet mox futuram, & nostram
in seculi fine venturam, duobus verbis præsentis temporis & futuri, elegāter breuiterq;
promisit. Quia ego, inquit, viuo & vos viuetis: quia ille viuit, ideo & nos viuémus, Per
hominem quippe mors, & per hominem resurrectio mortuorū: sicut enim in Adam om- 1. Cor. 15.
nes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, quoniam nemo ad mortem nisi
per illum, nemo ad vitam nisi per Christum. Quia nobis viximus, mortui sumus: quia
94 C viuit ipse, viuēmus nos. Mortui sumus illi, quando viximus nobis: quia vero mortuus
ille pro nobis, & sibi viuit & nobis: quia enim viuit ille, & nos viuemus: nā sicut per nos
mortem habere potuimus, non sic & vitam per nos habere possumus. In illo die, inquit,
vos cognoscetis, quia ego in patre, & vos in me, & ego in vobis.) In quo die, nisi de quo
ait, & vos viuetis? Tunc enim erit, vt possimus videre quod credimus, nam & nunc est
in nobis, & nos in illo: sed hoc nunc credimus, tunc etiam cognoscēmus, quanuis & nūc
credendo nouérimus, sed tunc contemplando noscemus. Quandiu enim sumus in cor-
pore quale nunc est, id est corruptibili, quod aggrauat animam, peregrinamur à domi- 1. Cor. 5.
no, per fidem enim ambulamus, non per speciem: tunc ergo per speciem quoniam vide- Sapien. 9.
bimus eum sicuti est: nam si etiam nunc Christus in nobis non esset, non diceret Apo- Ioan. 3.
stolus, Si autem Christus in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spi- Rom. 8.
ritus autem vita est propter iustitiam. Quia vero & nos etiam nunc in illo sumus, satis Ioan. 5.
ostendit vbi dicit, Ego sum vitis, vos palmites. In illo ergo die quando viuemus ea vita,
94 D quia tunc perficietur hoc ipsum, quod & nunc inchoatū est iam per ipsum, vt sit in no-
bis & nos in ipso. Qui habet, inquit, mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.)
Qui habet in memoria & seruat in vita: qui habet in sermonibus, & seruat in moribus:
qui habet audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat perseuerando,
Ipse est, inquit, qui diligit me. Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nomi-
nis appellatio. Et quid diligit me, inquit, diligetur à patre meo, & ego diligam eū, & ma-
nifestabo ei meipsum.) Quid est diligam, tanquam tunc dilecturus sit, & nunc non dili-
gat? Absit. Quomodo enim nos pater sine filio, aut filius sine patre diligeret? Quomodo
cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligunt? Sed ad hoc dixit, diligam eum,
ad quod non sequitur, & manifestabo ei meipsum. Diligam & manifestabo. i. ad hoc dili-
gam ut manifestem: nūc enim ad hoc dilexit, ut credamus, & mādatum fidei teneamus:
tunc ad hoc diliget, ut uideamus, & ipsa uisione mercedem fidei capiamus; quia & nos
nunc diligimus credendo quod non uidemus; tunc autem diligemus uidendo quod
credimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod sequitur, Dicit ei Iudas non ille Iscariotes, Domine quid factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum & non mundo: vsque ad id quod ait, Sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris:

Tractatus. LXXVI.

INterrogantibus discipulis, & eis magistro respondente Iêsu, etiam nos tanquã cum illis discimus, quando sanctum Euangelium vel legimus vel audimus. Quia ergo dixerat dominus, Adhuc modicum & mundus me iam non videt, vos autem videbitis me, interrogauit eum de hoc ipso Iudas, non ille traditor eius qui Iscariotes cognominatus est, sed cuius & epistola inter scripturas canonicas legitur, Domine, quid factum est quia nobis manifestaturus es teipsum, & non mundo? Simus cum ipsis tanquã interrogantes discipuli, cõmunemq; magistrum audiamus & nos, Iudas enim sanctus, nõ immundus, nec sectator domini, sed sectator, causam quæsiuit quare se non mundo, sed suis manifestaturus esset Iêsus, quare adhuc modicum & mundus non videret eum, ipsi autem viderent eum. Respondit Iêsus & dixit ei, Siquis diliget me, sermonem meũ seruabit & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.) Ecce exposita est causa, quare se suis manifestaturus est, non alienis, quos mundi nomine appellat, & ipsa est causa quod hi diligant, illi non diligant: ipsa causa est de qua sacer insonat Psalmus, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Qui enim diligunt, quia diligunt, eligun- Psal.42.
tur: qui vero non diligunt, si linguis hominum loquantur & angelorum, fiunt æramen- 1. Cor.13.
tum sonans & cymbalum tinniens, & si habuerint prophetiam, & scierint omnia sacramenta, & omnem scientiam, & habuerint omnem fidem vt montes transferant. nihil sunt: & si distribuerint omnem substantiam suam, & tradiderit corpus suum vt ardeant, nihil eis prodest. Dilectio sanctos discernit à mundo, quæ facit vnanimes habitare Psal.67.
in domo, in qua domo pater & filius mansionẽ faciũt, q donãt & ipsam dilectionẽ, qbus donẽt in fine ẽt ipsam suã manifestationẽ. De qua discipulus magistrũ interrogabat, vt nõ solũ illi, q tũc audiebãt p os eius, sed ẽt nos p Euãgeliũ eius hoc nosse possemus: quæ fierat. n. de Christi manifestatione, & audiuit de dilectione atq; mansione. Est ergo quedam dei manifestatio interior, quam prorsus impii non vouerunt, quibus dei patris & spiritussancti manifestatio nulla est: filii vero potuit esse, sed in carne quæ nec talis est qualis illa, nec semper illis adesse potest qualiscunq; sit, sed ad modicum tempus, & hoc ad iudicium, non ad gaudium: ad supplicium, non ad præmium. Nunc est ergo vt intelligamus quantum aperire ille dignatur, quomodo dictum sit. Adhuc modicũ & mundus me iam non videt, vos autem videbitis me. Verum est quidem, quod post paululum etiam corpus suum in quo poterant eum & impii oculis videre, oculis eorũ fuerat subtracturus: quandoquidem post resurrectionem nemo eorum vidit illorum, sed quoniã dictum est testãtibus angelis, Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlũ, Actuũ.1.
nec aliud credimus quam eum in eodem corpore ad iudicium viuorum & mortuorum esse venturum. Proculdubio tunc eum videbit mundus, quo nomine significati iunt à regno eius alieni: ac per hoc longe melius intelligitur iam illud tempus significare voluisse in eo quod ait, Adhuc modicum & mundus me iam non videt, quando in fine seculi auferẽtur ab oculis damnatorum, vt illi eũ de cætero videant apud quos diligentes eum, facit pater atq; ipse mansionem. Modicũ aũt dixit, quia & id quod prolixum videtur hominibus, breuissimum est ante oculos dei: de hoc quippe modico iste ipse Ioan- 94
nes, Filioli, inquit, nouissima hora est, Nequis porrò existimet patrem tantũmodo & fi- F
1. Ioan.2.
lium sine spiritussancto apud dilectores suos facere mansionẽ, récolat quod superius de spiritussancto dictũ est, Quem mundus non põt accipere, quia non videt eum, nec scit eũ: vos aũt cognoscetis eũ, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Ecce facit in sanctis cum patre & filio sanctus etiã spiritus mansionem, intus vtiq; tanquã deus in templo suo. Deus trinitas pater & filius & spiritussanctus veniunt ad nos. dũ venîmus ad eos: veniunt subueniendo, venîmus obediendo: veniunt illuminando, venîmus intuendo: veniunt implendo, venimus capiendo, vt sit nobis eorũ non extraria visio: sed interna, & in nobis eorũ nõ transitoria mansio, sed æterna: sic mundo non se filius manifestat. Mundus enim dictus est hoc loco, de quibus continuo subiunxit atq; ait, Qui non di-

ligit mẽ, sermones meos nõ seruat.) Hi sunt qui patrẽ & spũmsanctũ nunquã vident: filiũ aũt non vt beatificẽtur, sed vt iudicentur, ad modicũ vidẽt: nec ipsum in forma dei 94
vbi est cũ patre & spũsancto pariter inuisibilis, sed in forma hominis, vbi esse voluit mũ- I
do patiendo contẽptibilis, iudicando terribilis: quod vero adiunxit, Et sermo quem audistis nõ est meus, sed eius qui misit me patris,) Non miremur, nõ paueamus, nõ est minor patre, sed nõ est nisi à patre, nõ est impar ipso, sed nõ est à seipso: neq; enim mẽritus est dicẽdo, Qui nõ diligit me, sermones meos nõ seruat, ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibi ipse est contrarius, vbi rursus dixit, Et sermo quẽ audistis nõ est meus? Aut quia secundũ hominẽ nõ est suus? Et fortasse ꝓpter aliquã distinctionẽ, vbi suos dixit plura liter dixit, hoc est sermones: vbi aũt sermonẽ, hoc est, verbũ, nõ suũ dixit esse, sed patris, seipsum intelligi voluit, In principio. n. erat verbũ, & verbũ erat apud deũ & deus erat Ioan.1.
verbum, Non itaque suum, sed patris est verbum. quomodo nec sua imago, sed patris est, nec suus filius idẽ ipse, sed patris. Recte igitur tribuit authori quicquid facit æqualis, à quo habet hoc ipsum quòd illi est indifferenter æqualis.

De eo quod sequitur, Hæc locutus sum vobis apud vos manens: vsq; ad id qđ 94
ait, Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis: K

Tractatus. LXXVII.

IN præcedenti lectione sancti Euangelii, quam sequitur ista, quæ modo recitata est, dominus Iêsus dixerat sẽ & patrem ad dilectores suos esse venturos, & apud eos mansionem esse facturos. Iam vero & superius dixerat de spiritusancto. Vos autẽ cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit, vnde intelleximus in sanctis tanquã in tẽplo suo simul manêre trinitatẽ deũ: nũc autem dicit, Hæc locutus sum vobis apud vos manens.) Illa itaq; mansio alia est, quã promisit futurã: hæc vero alia, quam præsentem esse testatur. Illa spiritalis est, atq; intrinsecus mentibus reditur: hæc corporalis forinsecus oculis atq; auribus exhibetur: illa in æternum beatificat liberatos, hæc in tempore visitat liberandos: secundum illam dominus à suis dilectoribus non recedit, secundum hanc ita & redit. Hæc, inquit, locutus sum vobis, apud vos manens, vtiq; præsentia corporali, qua cum illis visibilis loquebatur: Paracletus autem, inquit, spiritussanctus, 94
quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & commemorabit vobis om- L
nia quæcunque dixero vobis.) Nunquid nam dicit filius, & docet spiritussanctus, vt dicente filio verba capiamus, docẽte aut spiritusancto eadem verba intelligamus? Quasi dicat filius sine spiritusancto, aut spiritussanctus doceat sine filio, aut vero non & filius doceat, & spiritussanctus dicat, & cum deus aliquid dicit & docet, trinitas ipsa dicat & doceat: sed quoniam trinitas est, oportebat eius singulas insinuare personas, easq; nos distincte audire inseparabiliter intelligere: Audi patrem dicentem vbi legis Dominus di- Psal.2.
xit ad me, filius meus es tu: audi & docentẽ vbi legis, Omnis qui audiuit à patre & di- Ioan.6.
dicit, venit ad me: filium vero dicentem modo audisti: de se quippe ait, Quæcunq; dixe- Matt.23.
ro vobis. Quem etsi docentem vis nosse magistrum recole, Vnus est, inquit, magister ve- Acto.10.
ster Christus. Spiritum porrò sanctum, quem modo audisti docentem vbi dictum est, Ipse vos docebit omnia: audi etiam dicentem, vbi legis in Actibus Apostolorum, beato Petro dixisse spiritumsanctum, vade cum illis, quia ego misi eos. Omnis igitur & di- 94
cit & docet trinitas: sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo huma- M
na capere vtcunque posit infirmitas. Cum ergo omnino sit inseparabilis, nunquam trinitas esse sciretur, si semper inseparabiliter diceretur: nam & cum dicimus patrem & filium & spiritum sanctum, non eos vtique dicimus simul, cum ipsi nõ possint esse nisi simul. Quod vero addidit, commemorâbit vobis, intelligere debemus etiam, quod iubemur non obliuisci saluberrimos monitus ad gratiam pertinêre, quam nobis cõmemorat spiritus. Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis.) hoc autem est quod legimus apud prophetam, Pacem super pacem, pacem nobis relinquit iturus, pacem suam nobis dabit in fine venturus, pacem nobis relinquit in hoc seculo, pacem suam nobis dabit in futuro seculo, pacem nobis relinquit, in qua manentes hostem vincimus, pacem suam nobis dabit, quando fine hoste regnabimus, pacem relinquit nobis, vt etiam hic inuicem diligamus pacem suam nobis dabit, vbi nunquam dissentire possimus, pacem relinquit nobis, ne de occultis nostris inuicem iudicemus, cum in hoc sumus mundo, pacem suam dabit nobis, cum manifestabit cogitationes cordis, 1.Cor.4.

& tunc laus erit vnicuiq; à deo. In illo tamen atq; ab illo nobis est pax, siue quã nobis relinquit iturus ad patrem, siue quam nobis dabit nos perducturus ad patrem. Quid autem nobis relinquit ascendens à nobis, nisi seipsum dum non recedit à nobis? Ipse 95
Ephes.2. est.n pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Pax ergo ipse nobis est, & cum credimus quia A
1. Ioan.3. est, & cum videmus eum sicut est: si enim quandiu sumus in corpore corruptibili quod
1.Cor.5. aggrauat animam, cum per fidem ambulamus, non per speciem, non deserit peregrinan
Sapien.9. tes a se, quanto magis cum ad ipsam speciem venerimus, nos implebit ex se. Sed quid est quod vbi ait, Pacem relinquo vobis, non addidit meam: vbi vero ait, pacem do vobis, ibi dixit meam? Vtrinq; subaudiendum est meam, & vbi dictum non est, quia postea dictũ est, potest referri ad vtrunq; etiam quod semel dictũ est. An forte & hic aliquid latet quod petendum est & quærendum, & ad quod pulsantibus aperiendũ? Quid si enim pacem suam eam voluit intelligi, qualem habet ipse? Pax vero ista, quã nobis relinquit in hoc seculo, nostra est potius dicenda quã ipsius. Ille quippe nihil repugnat in seipso, qui nullũ habet omnino peccatũ: nos aũt talem pacẽ nunc habemus, in qua adhuc di-
1.Petri.2. camus, Dimitte nobis debita nostra. Est ergo nobis pax aliqua, quoniam cõdelectamur legi dei secundum interiorem hominem, sed non est plena, quia videmus aliam legem
Matt.6. in membris nostris, repugnantem legi mentis nostræ. Itemq; inter nosipsos est nobis 95
Rom.7. pax, qua inuicem nobis credimus quod inuicem diligamus: sed nec ipsa plena est, quia B
cogitationes cordis nostri inuicem non videmus, & quædam de nobis quæ non sunt in nobis, vel in melius inuicem, vel in deterius opinamur. Itaque ista etiamsi ab illo nobis relicta est, pax nostra est: nisi enim ab illo non haberemus & talem, sed ipse non habet talem. Si tenuerimus vsq; in finem qualem accepimus, qualem habet habebimus, vbi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse, vt eiusdem domini sententiæ repetitio videatur. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, vt quod dixerat, pacem meam: hoc repetierit dicens, pacem meam: & quod dixerat, relinquo vobis; hoc repetierit dicens do vobis. Vt volet quisq; accipiat, me tamen delectat, credo & vos, fratres mei, delectet sic tenere istam pacem, vbi aduersarium concorditer vincamus, vt desideremus pacem, vbi aduersarium non habebimus. Quod vero dominus adiũxit atq; ait, 95
Non quomodo mundus dat, ego do vobis:) Quid est aliud, nisi non quomodo homines C
dant, qui diligunt mundum, ita do vobis? Qui propterea dant sibi pacem, vt sine molestia litium atq; bellorum, non deo, sed amico suo mundo perfruantur: & quando iustis dant pacem, vt non eos persequantur, pax non potest esse vera, vbi non est vera concordia, quia disiuncta sunt corda: quomodo enim consors dicitur, qui sortem iungit, ita ille concors dicendus est, qui corda iungit. Nos ergo, charissimi, quibus Christus pacem relinquit, & pacem suam nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille per quem factus est mundus, vt concordes simus, iungamus inuicem corda, & cor vnum sursum habeamus, ne corrumpantur in terra.

De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrum, neq; formîdet. Audistis quia dixi vobis, vado & venio ad vos, si diligeretis me, gauderetis vtiq;: quia vado ad patrẽ, quia pater maior me est. Tractatus. LXXVIII.

ACcepimus, fratres, verba domini dicentis ad discipulos suos, Non turbetur cor vestrum, neq; formidet. Audistis, quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si 95
diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, quia pater maior me est.) D
Hinc ergo turbari & formidare poterat cor illorum, quòd ibat ab eis, quanuis vêturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia, sed à qbus homo abscedebat, deus nõ recedebat, & idẽ ipse xps hõ & deus. Ergo & ibat p id qd hõ erat, & manebat per id quod deus erat: ibat per id qd vno loco erat, manebat p id quod vbiq; erat. Cur itaq; turbaretur & formidaret cor, quando ita deserebat oculos, vt non desereret cor? Quãuis deus etiam, qui nullo continetur loco, discẽdat ab eorũ cordibus, qui eum relinquunt moribus, non pedibus, & veniat ad eos, qui conuertuntur ad eum non facie, sed fide, & accedunt ad eum mente, non carne. Vt autem intelligerent, secundum id quod homo erat, eũ dixisse, vado & venio ad vos: adiecit atq; ait, Si diligeretis 95
me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrẽ, quia pater maior me est.) Per quod ergo filius
nõ est æqualis patri, per hoc iturus erat ad patrẽ, à quo vêturus est viuos iudicaturus

& mortuos. Per illud autem in quo æqualis est gignenti vnigenitus, nunquam recedit à patre, sed cum illo est vbiq; totus pari diuinitate, quam nullus continet locus. Cũ enim 95
E in forma dei esset, sicut Apostolus loquitur, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo Philip.2.
quomodo enim rapina posit esse natura, quæ nõ erat vsurpata sed nata? Semetipsum autem exinaniuit, formam serui accipiens, nõ ergo amittens illã, sed accipiens istam, eo modo se exinaniens, quo hic minor apparebat, quam apud patrem manebat. Forma qp pe serui accessit, non forma dei recessit: hæc est assumpta, non illa consumpta: propter hanc dicit, Pater maior me est: propter illã vero, Ego & pater vnum sumus. Hoc attẽdat Arrianus, & hac attentione sit sanus, non contentione sit vanus, aut, quod est peius, insanus. Hæc est.n. forma serui, in qua dei filius minor est, non patre solo, sed etiam spiritusancto, neq; in tãtũ, sed etiã seipso: quia idem ipse in forma dei maior est seipso. Neq; enim homo Christus non dicitur filius dei, quod ẽt sola caro eius in sepulcro meruit appellari: nam quid aliud confitemur, cũ dicimus credere nos in vnigenitum dei filiũ, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus? Et quid eius nisi caro sepulta est sine anima? Ac per hoc cũ credimus in dei filium, qui sepultus est, profecto filium dei dicimus 95
& carnem, quæ sola sepulta est. Ipse ergo Christus filius dei, æqualis patri in forma dei, Philip.2.
F quia semetipsum exinaniuit nõ formã dei amittens, sed formam serui accipiens, maior est & seipso: quia maior est forma dei, quæ amissa non est, quam serui quæ accepta est. Quid itaq; mirum, vel quid indignum, si secundum hanc formam serui loquens, ait dei filius: Pater maior me est: & secundum dei formam loquẽs, ait idem ipse dei filius, Ego Ioan.10.
& pater vnum sumus. Vnum sunt secundum id quod deus erat verbum: & maior est pater, secundum id quod verbum caro factum est. Dicam etiam quod Arriani & Eunomiani negare non possunt, secundum hanc formam serui puer Christus etiam parentibus suis minor erat, quando paruulus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Quid igitur hæretice, cum Christus deus sit & homo, loquitur vt homo, & tam calum- Lucæ.2.
maris deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? Infidelis, ingrate, ideone tu minuis eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus sit propter te? Aequalis enim patri filius per quem factus est homo, vt minor esset patre factus est homo, quod nisi fieret, quid esset homo? Dicat planè dominus & magister noster: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. 95
G Cum discipulis audiamus verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiã decepto-
ris. Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam scilicet qua æqualis est patri, humanã, qua maior est pater. Vtrunq; aũt simul, nõ duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus: sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro, sic vnus est Christus deus & homo: ac per hoc Christus est deus, anima rationalis & caro. Christum in his omnibus Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mũdus? Christus Iesus, sed in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Idem de singulis quibus homo constat. Quis non est 3. sentent.
derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola: qs resurrecturus triduo iacuit dist.22.ca.
in sepulcro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus. Hic quæ-
Verum hæc omnia non duo vel tres, sed vnus est Christus: ideo ergo dixit, Si diligeretis ritur.
me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem: quoniam naturæ humanæ gratulandũ est, eo quòd sic assumpta est à verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cœlo, atq; 95
ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris: hoc enim
H modo se iturum dixit ad patrem: nam profecto ad illum ibat, qui cum illo erat; sed hoc erat ire ad eum & recedere à nobis, mutare atque immortale facere quod mortale fuscepit ex nobis & leuare in cœlum per quod fuit in terra pro nobis. Quis non dehinc gaudeat, qui sic diligit Christum, vt & suam naturam iam immortalem gratuletur in xpo, atque id se speret futurum esse per dominũ Christum? Qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat deus, per omnia secula seculorum, amen.

De eo quod dicit, Et nunc dixi vobis priusquã fiat: vt cũ factũ fuerit, credatis, vsq; ad id quod ait, Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc. Tractatus. LXXIX.

DOminus & saluator noster Iesus Christus dixerat discipulis suis: Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est.

3 senten. dist. 24. c. Hic quæritur. Ioan. 20. Hebr. 11. Alias cognitio. alias conuictio. Ioan. 20.

Quod ex forma serui eum dixisse, non ex forma dei, in qua æqualis est patri, nouit fides, quæ religiosis est mentibus fixa, non à calumniosis & dementibus ficta: deinde subiunxit: Et nunc dixi vobis priusquã fiat, vt cum factum fuerit credatis.) Quid est hoc, cum magis homo credere debeat, antequam fiat id, quod credendum est? Hæc est enim laus fidei, si quod creditur non videtur: nam quid magnum est, si id creditur, quod videtur, secundum illam eiusdem domini sententiam, quando discipulum arguit dicens: Quia vidisti me, credidisti, beati qui non vident & credunt? Et nescio vtrum credere dicendus est quisq; quod videt: nam ipsa fides in epistola quæ scribitur ad Hebræos, ita est definita: Est autem fides sperantium substantia, & coniunctio rerum quæ non videntur. Quapropter si fides est rerum, quæ creduntur, eademq; fides earum rerum est, quæ non videntur, quid sibi vult, quod dominus ait: Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factũ fuerit, credatis? Nonne potius dicendum fuit, & nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt credatis quod cum factum fuerit videatis? Nam & ille cui dictum est, Quia vidisti credidisti: non hoc credidit, quod vidit, sed aliud vidit, aliud credidit. Vidit.n. hominem, credidit deum: cernebat quippe atq; tangebat carnem viuentem, quam viderat morientem, & credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat, per hoc quod sensibus corporeis apparebat: sed etsi dicuntur credi, quæ videntur, sicut dicit vnusquisq; oculis suis se credidisse, non tamen ipsa est, quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus, quæ videntur, agitur in nobis, vt ea credantur quæ non videntur. Quocirca, dilectissimi, vnde nunc mihi sermo est, quod dominus ait: Et nunc dixi vobis, priusquã fiat, vt cum factum fuerit, credatis, illud vtiq; dicit, cum factum fuerit, quôd eum visuri erant post mortem viuentem, & ad patrem ascendentem. Quo viso illud fuerant credituri, quòd ipse esset Christus filius dei viui, qui potuit hoc facere, cum prædixisset, & prædicere antequam faceret. Creditur autem hoc non fide noua, sed aucta, aut certe cũ mortuus esset defecta: cum resurrexisset refecta: neq; enim eum dei filium non & ante credebant, sed cum in illo factum esset, quod antè prædixit, fides illa quæ tunc quando illis loquebatur fuit parua, & cum moreretur penè iam nulla, & reuixit & creuit: deinde quid dicit? Iam non multa loquar vobiscum: venit.n. princeps mundi huius.) Quis nisi diabolus? Et in me non habet quicquam:) nullum omnino.s. peccatum: sic.n. ostendit non creaturarum, sed peccatorum principem diabolum, quos nunc nomine mundi huius appellat. Et quotiescunq; mundi nomen in mala significatione ponitur, non ostendit nisi

Iacobi. 4.

mundi istius amatores: de quibus alibi scriptum est, Quicunq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituetur. Ablit ergo, vt sic intelligatur diabolus princeps mundi, tanquam gerat vniuersi mundi, id est, cœli & terræ, atq; omnium quæ in eis sunt principatum: de quali mundo dictum est, cum de Christo verbo sermo esset, Et mundus per eum factus est. Vniuersus itaq; mundus à summis cœlis vsq; ad infimam terrã

Ioan. 1.

creatori est subditus, non desertori, redemptori, non interemptori, liberatori, non captiuatori, doctori, non deceptori: quemadmodum autem sit intelligendus princeps mundi

Ephe. 6.

diabolus euidentius aperuit Paulus Apostolus, qui cum dixisset, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, id est, aduersus homines: subiecit atq; ait, sed aduersus principes, & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum. Sequenti enim verbo exposuit quid dixisset, mundi: cum subiecit, tenebrarum harum: ne quisquam mundi nomine intelligeret vniuersam creaturam, cuius nullo modo sunt rectores angeli desertores. Tenebrarum, inquit, harum, id est, mundi istius amatorum, ex quibus tamen electi

Ephe. 5.

sunt, non per suum meritum, sed per dei gratiam: quibus dicit, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, Omnes enim fuerunt sub rectoribus tenebrarum

Colos. 1.

harum, id est, hominum impiorum, tanquam tenebræ sub tenebris, sed gratias deo, qui eruit nos, sicut dicit idem Apostolus, de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii claritatis suæ: In quo princeps huius mundi, hoc est, tenebrarum harum, non habebat quicquam, quia neque cum peccato deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tanquam ei diceretur, cur ergo moreris si non habes peccatum, cui debeatur mortis supplicium? continuo subiecit, Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: surgite eamus hinc.) Discumbens enim discumbentibus loquebatur, eamus autem dixit: quo? nisi ad illum locum, vnde fuerat tradendus ad mortem, qui nullum habebat meritum

mortis, sed habebat vt moreretur mandatum patris, tanquam ille de quo prædictum erat: quæ non rapui tunc exoluebam, mortem sine debito soluturus, & nos à morte debita redempturus. Rapuerat autem Adam peccatum, quando manum in arborem præsumptione deceptus extendit, vt incommunicabile nomen inconcessæ diuinitatis inuaderet, quam filio dei natura contulerat, non rapina.

Psal. 68.

De eo quod dicit, Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est: vsque ad id quod ait, iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

Tractatus. LXXX. Ca. XV.

ISte locus euangelicus fratres, vbi se dicit dominus vitem, & discipulos suos palmites, secundum hoc dicit, quod est caput Ecclesiæ, nosq; membra eius, mediator dei & hominum homo Christus Iêsus. Vnius quippe naturę sunt vitis & palmites. Propter quod cum esset deus, cuius naturæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus: quid ergo est: Egó sum vitis vera?) Nunquid vt adderet vera, hoc ad eam vitem retulit, vnde ista similitudo translata est? Sic enim dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem, quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cætera huiusmodi, quæ magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istæ similitudines, non proprietates: sed cum dicit, ego sum vitis vera, ab illa se vtiq; discernit cui dicitur: Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? Nam quo pacto est vitis vera, quæ expectata est vt faceret vuam, fecit autem spinas? Ego sum, inquit, vitis vera: Et pater meus agricola est, omnem palmitem in me nõ ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.) Nunquid vnum sunt agricola & vitis? secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait, pater maior me est: secundum autem id quod ait: Ego & pater vnũ sumus: & ipse agricola est, nec talis quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministerium, sed talis vt det etiam intrinsecus incrementum: nam neq; qui plantat est: aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus: sed vtique deus est Christus, quia deus erat verbum, vnde ipse & pater vnum sunt, &, si verbũ caro factum est, qd nõ erat manet quod erat: deniq; cum de patre tanquam de agricola dixisset, quod infructuosos palmites tollat, fructuosos autem purget, vt plus afferant fructum, continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens: Iam vos, inquit, mũdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.) Ecce & ipse mundator est palmitum, quod est agricolæ, non vitis officium, qui etiam palmites operarios suos fecit: nam etsi non dant incrementũ, impendunt tamen aliquod adiumentum, sed non de suo, quia sine me, inquit, nihil potestis facere: audi etiam ipsos cofitentes: quid autem est Apollo? quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis, & vnicuiq; sicut dominus dedit: ego plantaui, Apollo rigauit: & hoc ergo sicut vnicuiq; dominus dedit, non itaq; de suo: iam vero quod sequitur, sed deus incrementum dedit: non per illos, sed per se ipsum facit, Excedit hoc humanam humilitatem, excedit angelicam sublitatem, nec omnino pertinet, nisi ad agricolam trinitatem. Iam vos mundi estis: mundi scilicet atq; mundandi: neq; enim nisi mũdi essent, fructum ferre potuissent: & tamẽ omnem, qui fert fructum, purgat agricola, vt fructum plus afferat: fert fructum, quia mundus est, atq; vt plus afferat, purgatur adhuc. Quis enim est in hac vita sic mundus, vt non sit magis magisq; mundandus? Vbi si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est: si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui dimittet nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Mundet itaq; mundos, hoc est fructuosos, vt tanto sint fructuosiores, quanto fuerint mundiores. Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Quare non ait, mũdi estis propter baptismum, quo loti estis: sed ait, propter verbum, quod locutus sum vobis: nisi quia & in aqua verbũ mundat: detrahe verbum, & quid aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elemẽtum, & fit sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum: nam & hoc vtiq; dixerat, quando pedes discipulis lauit: qui lotus est, nõ indiget nisi vt pedes lauet, sed est mũdus totus. Vnde ista tanta virtus aquę, vt cor tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur: nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum fidei,

Ioan. 14. Ioan. 10. 1. Cor. 3. Ioan. 1. Ioan. 10. 1. Ioan. 1. 1. q. 1. cap. Detrahen. 4 senten. dist. 3. c. 1 Ioan. 13.

Roma. 10. quod prædicamus, ait Apostolus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: unde in actibus Apostolorum legimus: Fide mundans corda eorum: & in epistola sua beatus Petrus, Sic & uos, inquit, Acto. 13. baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonę interrogatio, 1. Pet. 2. hoc est, uerbum fidei, quod prædicamus, quo sine dubio, ut mundare possit, consecratur & baptismus. Christus quippe nobiscum uitis, cum patre agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, & uide quid adiungat: Vt eā sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Mūdatio igitur nequaquam fluxo & labili tribuetur elemento, nisi adderetur, in uerbo. Hoc uerbū fidei tantū ualet in Ecclesia dei, ut per ipsam credentē, offerētē, benedicentē, tingētē etiā tantillū mundet infantē, quāuis nondū ualentē corde credere ad iustitiā, & ore cōfiteri ad salutē. Totū hoc fit per uerbū, de quo dominus ait: Iam uos mundi estis propter uerbum, quod locutus sum uobis.

De eo quod dicit, Manete in me & ego in uobis: usq; ad id quod ait, Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunque uolueritis, petetis & fiet uobis. 96

Tractatus. LXXXI.

VIdem se dixit esse Iesus, & discipulos suos palmites, & agricolam patrem: unde iā pridem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione cum adhuc de ipso qui est uitis, & de suis palmitibus, hoc est, discipulis loqueretur: Manete, inquit, in me, & ego in uobis;) Non eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Vtrunq; autem prodest non ipsi, sed illis: ita quippe in uite sunt palmites, ut uiti non conferant, sed inde accipiant unde uiuant: ita uero uitis est in palmitibus, ut uitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Aç per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrunq;, non Christo: nam præciso palmite, potest de uiua radice alius pullulare: qui autem præcisus est, sine radice non potest uiuere: deniq; adiungit & dicit, Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis.) Magna gratiæ commendatio, fratres mei, corda instruit humilium, ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeat, qui ignorantes dei Rom. 10. iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placentes & ad bona opera facienda deum sibi necessarium non putantes: 2. Tim. 3. Nonne huic resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobri circa fidem, qui resp̄dent & loquuntur iniquitatem dicentes. A deo habemus, quòd homines sumus, à nobis ipsis autem, quod iusti sumus? Quid dicitis, quid uosipsos decipitis, nō assertores, sed præcipitatores liberi arbitrii, ex alto elationis per inania præsumptionis in profunda submersi? Nempe uox uestra est, quod homo ex semetipso facit iustitiam, hoc est altum elationis uestræ, sed ueritas contradicit & dicit: Palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite. Ite nunc per abrupta, & non habentes ubi figamini, uentosa loquacitate iactamini. Hæc sunt inania præsumptionis uestræ: sed qd uos sequatur uidete, & si est in uobis ullus sensus horrete. qui.n. à semetipso se fructum existimat ferre, in uite non est: qui in uite non est, in Christo non est: qui in Christo non est, Christianus non est. Hæc sunt profunda submersionis uestræ, etiam atq; etiam considerate, quid adhuc ueritas adiūgat & dicat: Ego sum, inquit, uitis, uos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.) Ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructū posse à semetipso palmitem ferre, cū hęc dixisset, hic fert fructum mulcū: nō ait, quia sine me parū potestis facere: sed nihil potestis facere. Siue ergo parum siue multū, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest, quia etsi parū attulerit palmes, eum purgat agricola ut plus afferat: tamen nisi in uite manserit, & uixerit de radice quantūlibet fructū à semetipso nō potest ferre: quāuis aūt xp̄s uitis non esset, nisi homo esset, tamē istā gratiā palmitibus non præberet, nisi ēt deus esset. Verū qa ita sine ista gratia non pōt uiui, ut & mors in potestate sit liberi arbitrii: Si quis in me, inquit, nō manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eū, & in ignē mittent & ardet.) Ligna itaq; uitis tanto sunt contēptibiliora, si in uite non manserint, quāto gloriosiora si manserint, deniq; sicut de his etiā per Ezechielem prophetam Eze. 15.

142

phetam dominus dicit, præcisa nullis agricolarum usibus prosunt nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnū de duobus palmiti congruit, aut uitis, aut ignis: si in uite nō est, in igne erit: ut ergo in igne nō sit, in uite sit. Si māseritis in me, inqt, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis petetis, & fiet uobis.) Manendo quippe in Christo, 96 quid uelle possunt, nisi quod conuenit Christo? Quid uelle possunt manendo in saluato I re, nisi quod non est alienum à salute? Aliud quippe uolumus, quia sumus in Christo, & aliud uolumus quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansione nanque huius seculi nobis aliquando subrēpit, ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit, ut fiat nobis, si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo cum uerba eius in nobis manent, quodcunq; uoluerimus petimus, & fiet nobis, quia si petimus & non fiet, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent uerba eius, quæ manent in nobis, sed quod habet infirmitas, & cupiditas carnis, quæ non est in eo, & in qua non manent uerba eius: nam utiq; ad uerba eius pertinet oratio illa, quā docuit, ubi dicimus: Pater noster, qui es in cœlis. Ab huius orationis uerbis & sensibus non recedamus petitionibus nostris, & quicquid petierimus, fiet nobis. Tunc.n. dicenda sunt uerba eius in nobis manere, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promisit: quando autem uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, non computatur palmes in uite, quia uitam non attrahit ex radice. Matt. 6. 96 Ad hanc differentiam ualet quod scriptum est, Et memoria retinentibus mandata eius, K ut faciant ea: multi enim memoria retinent, & contemnunt uel etiam deridendo oppugnant ea. In his uerba Christi non manent, quia tangunt & quodammodo non cohærent: & ideo illis non erunt in beneficium sed in testimonium, & quia sic sunt in eis, ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis, ut & iudicentur ex eis. Psal. 102.

De eo quod dicit, In hoc glorificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis: usq; ad id quod ait, Sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Tractatus. LXXXII.

MAgis magisq; saluator gratiam qua saluamur discipulis loquendo commendās: In hoc, inquit, glorificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.) Siue glorificatus, siue clarificatus dicatur, ex uno Græco uerbo utrunq; translatum est, quod est δοξάζειν δόξα enim, quæ Græce dicitur, Latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimaui, quia dicit Apostolus, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deum. Hæc est ad deū gloria, 96 qua glorificatur non homo, sed deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex L deo illi fit quod etiam bene operatur, quoniam palmes, sicut iam superius dixi, non potest ferre fructum à semetipso: si enim in hoc glorificatus est deus pater, ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli, non hoc gloriæ nostræ tribuamus, tāquam hoc ex nobisipsis habeamus: eius est enim hæc gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria: unde & alibi cum dixisset, Sic luceat lumen uestrū coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, ne à semetipsis putarent esse bona opera sua: mox addidit, Et glorificent Patrem uestrum, qui in cœlis est. In hoc enim glorificatur pater, ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli. A quo efficimur, nisi ab illo cuius misericordia præuenit nos? Ipsius enim figmentum sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Sicut dilexit me pater, inquit, & ego dilexi uos, manete in dilectione mea.) Ecce unde sunt nobis opera bona: nam unde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operatur? Vnde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Apertissime 96 hoc in Epistola sua idem iste Euangelista dixit, Nos diligamus deum, quoniam ipse M prior dilexit nos: quod autem ait: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos: non æqualitatēm naturæ ostendit nostræ & suæ, sicut est patris & ipsius, sed gratiam qua mediator dei & hominum est homo Christus Iesus: mediator quippe monstratur cum dicit, Sicut dilexit me pater & ego dilexi uos: nam pater utique diligit & nos, sed in ipso, quia in hoc glorificatur pater, ut fructum afferamus in uite, hoc est in filio, & efficiamur eius discipuli. Manete, inquit, in dilectione mea, quomodo manebimus? Audi quid sequitur: Si præcepta mea, inquit, seruaueritis, manebitis in dilectione mea.) Dilectio facit præcepta seruare, an præcepta seruata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat, quod dilectio præcedit? Vnde enim præcepta seruet non habet, qui non dili- Ephe. 2. Gala. 5. 1. Ioan. 4. Rom. 4. Matt. 5. 1. Tim. 2.

git,quod ergo ait,Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: ostendit non vnde dilectio generetur,sed vnde monstretur,tanquam diceret,Nolite vos putare manere in dilectione mea,si non seruaueritis præcepta mea: si enim seruaueritis,manebitis,hoc est,hic apparebit quod in dilectione mea manebitis,si præcepta mea seruaueritis.Nemo se fallat dicendo quod eum diligat,si eius præcepta non seruat:nā intantum eum diligimus,inquantū eius præcepta seruamus,inquantum autem minus seruamus minus diligimus:quanuis quod ait,Manete in dilectione mea,nō apparet quā dixerit de lectionem,vtrum qua eum diligimus,an qua ipse diligit nos:sed ex verbo superiore dinoscitur:dixerat quippe,& ego dilexi vos:cui verbo continuo subiunxit, manete in dilectione mea,illa ergo qua dilexit eos. Quid est ergo,manete in dilectione mea, nisi manete in gratia mea? Et qd est, si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea: nisi,ex hoc scietis,quòd in dilectione mea qua vos diligo,manebitis,si præcepta mea seruabitis? Non ergo vt nos diligat,prius eis præcepta seruamus: sed nisi nos diligat, præcepta eius seruare non possumus. Hæc est gratia,quæ humilibus,patet, superbos latet: sed qd illud est quod adiūgit, Sicut & ego patris mei præcepta seruaui,& maneo in eius dilectione?) Vtique etiam hic hanc dilectionem patris intelligi voluit,qua eum diligit pater: ita quippe dixerat,Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos: atque his verbis illa subiunxit,manete in dilectione mea,illa proculdubio qua dilexi vos. Ergo quod ait, de patre,maneo in eius dilectione,illa scilicet accipienda est, qua dilexit eum pater. Sed nunquid & hic gratia intelligēda est,qua pater diligit filium,sicut etiam gratia est, qua nos diligit filius,cum simus nos filii gratia,non natura: vnigenitus autem natura, non gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? ita sanè: nam dicendo, sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos,gratiam mediatoris ostendit: Mediator aūt dei, hominum,non inquantum deus,sed inquantum homo est Christus Iesus. Et profecto secundum id quòd homo est, de illo legitur: Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Secundum hoc igitur rectè possumus dicere, quòd cum ad naturam dei non pertineat natura humana,ad personam tamē vnigeniti filii dei per gratiam pertinet humana natura, & tantam gratiam vt nulla sit maior, nulla prorsus æqualis: neque enim illam susceptionem hominis vlla merita præcesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cuncta cœperunt. Manet ergo filius in dilectione qua eum dilexit pater, & ideo seruat præcepta eius: quid est enim & ille homo,nisi quòd Deus susceptor est eius? Deus enim erat verbum, vnigenitus, gignenti coæternus,sed vt mediator daretur nobis,per ineffabilē gratiā verbū caro factū est,& habitauit in nobis.

1. Tim. 2.
Luc. 2.
Ioan. 1.

De eo quod dicit,Hæc locutus sum uobis,vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur: vsque ad id quod ait,Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Tract. LXXXIII.

AVdistis,charissimi,dñm dicentē discipulis suis: Hæc locutus sum vobis, vt gaudiū meum in vobis sit,& gaudiū vestrum impleatur.) Quod est gaudiū Christi in nobis,nisi quod dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostrum quod dicit implendum,nisi eius habere consortium? Propter quod Petro dixerat,Si non lauero te,nō habebis partem mecum. Gaudium ergo eius in nobis,gratia est quā præstitit nobis, & ipse est gaudium nostrum. Sed de hac ille etiam ex æternitate gaudebat,quando nos elegit ante constitutionem mundi. Nec rectè possumus dicere, quòd gaudium eius plenū non erat: non enim deus imperfectè aliquando gaudebat,sed illud eius gaudium in nobis non erat,quia nec nos in quibus esse posset iam eramus,nec quando esse cœpimus, cum illo esse cœpimus. In ipso autem semper erat, qui nos suos futuros certissima suæ præscientiæ veritate gaudebat. Proinde gaudium iam ipse perfectum de nobis habebat quando nos præsciendo & prædestinando gaudebat: neque enim vllus in illo eius gaudio metus esse poterat,ne forte non fieret quod se facturum esse præsciebat: sed neque cum id facere cœpit,quod se facturum esse præsciuit,gaudium eius quo beatus est creuit: alioqui beatior factus est,quia nos fecit. Absit hoc fratres,dei beatitudo quia nec minor fuerat sine nobis,nec fit maior ex nobis. Gaudiū igitur eius de salute nostra, quod in illo semper fuit cum præsciuit & prædestinauit nos,cœpit esse in nobis,quando vocauit nos,& hoc gaudium merito nostrum dicimus,quo & nos beati futuri sumus: sed hoc gaudium nostrum crescit & proficit, & ad suam perfectionem perseuerando pertendit,

Ioan. 13.
Ephe. 5.

ergo inchoatur in fide renascentium,implebitur in præmio resurgentium. Ecce vnde dictum existimo,hæc locutus sum vobis,vt gaudiū meū in vobis sit,& gaudium vestrū impleatur. In vobis sit meū,impleatur vestrū: semper .n. erat meū plenum, & antequā vocaremini,cū vocandi à me præsciremini: sed fit & in vobis, cum hoc efficimini quod præsciui de vobis: impleatur autem vestrum,quia beati eritis quod nondum estis,sicut creati estis qui non fuistis. Hoc est,inquit,præceptum meum,vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.) Siue dicatur præceptum, siue mandatum,ex vno verbo Græco vtrunq; interpretatur,quod est ἐντολή. Iam vero istam sententiam & antè dixerat,de qua me vobis vt potui disputasse meminisse debetis. Ibi enim sic ait, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem,sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Huius itaq; mandati repetitio,commendatio est,nisi q ibi,mandatum,inquit,nouum do vobis: hic autē,hoc est, inquit,mandatum meum. Ibi tanquā non fuerit antè tale mandatum,: hic tāquā non sit aliud eius mandatum: sed ibi dictum est nouū,ne in vetustate nostra perseueremus: hic dictū est meum,ne contemnendum putemus. Quod autem hic ita dixit, hoc est mandatū meū: velut non sit aliud,quid putamus fratres mei? Nunquid nā solum eius de ista dilectione mādatū est,qua diligimus inuicē? Nonne est & aliud maius,vt diligamus deū? Aut vero de sola nobis dilectione mandauit,vt alia non inquiramus? Tria certe cōmendat Apostolus dicens,Manent aūt fides,spes,charitas,tria hæc: maior aūt horū est charitas. Et si in charitate,hoc est,in dilectione concluduntur duo illa præcepta, maior tamen dicta est esse non sola. De fide igitur nobis quàm multa mandata sunt, quàm multa de spe,quis potest cuncta colligere,quis enumerando sufficere? Sed intueamur quod ait idem Apostolus,plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas est,quid est quod possit deesse? Vbi autē non est,quid est quod possit prodesse? Dæmon credit,nec diligit: nemo diligit,qui non credit. Frustra quidem,sed tamen potest sperare veniam qui non diligit nemo aūt potest desperare qui diligit. Itaq; vbi dilectio est,ibi necessario fides & spes: & vbi dilectio proximi,ibi necessario etiam dilectio dei: qui enim non diligit deū,quomodo diligit proximū tanquā seipsum,quandoquidē nō diligit & seipsum? Est quippe impius & iniquus: qui autem diligit iniquitatem,non planè diligit, sed odit animā suam. Hoc ergo præceptum domini teneamus,vt nos inuicem diligamus: & qcquid aliud præcepit,faciemus: quoniam quicquid est aliud,hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione qua se inuicem diligunt homines sicut homines: nam vt discerneretur, adiunctum est,sicut dilexi vos. Vt quid enim diligit nos Christus, nisi vt reguare possimus cum Christo? Ad hoc ergo & nos inuicem diligamus vt dilectionem nostram discernamus à cæteris,qui non ad hoc se inuicem diligunt,quia nec diligunt: qui autem se propter habendum deum diligunt,ipsi se diligunt: ergo vt se diligant, deum diligunt, non est hæc dilectio in omnibus hominibus: pauci se propterea diligunt, vt sit deus omnia in omnibus.

Supra Tractatu 65. Ioan. 13.
1. Cor. 13.
Rom. 13. 3. sentent. dist. 36. c. 8 Iacob. 2.
Psal. 10.
1. Cor. 15.

De eo quod dicit,Maiorem hac dilectionem nemo habet: quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: Tractatus. LXXXIIII.

PLenitudinē dilectionis qua nos inuicem diligere debemus,fratres charissimi,definiuit dominus dicens: Maiorem hac dilectionem nemo habet,quā vt animā suam ponat quis pro amicis suis.) Quia ergo superius dixerat: Hoc est mandatum meū, vt diligatis inuicem,sicut dilexi vos: quibus verbis addidit quod nunc audistis: maiorē hac dilectionem nemo habet,quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Fit ex hoc consequens,quod idem iste euangelista in epistola sua dicit: Vt quemadmodū Christus pro nobis animā suā posuit,sic & nos debemus pro fratribus animas ponere, diligētes vtiq; inuicem sicut ipse dilexit nos,qui pro nobis animam suam posuit. Nimirū hoc est quod legitur in Prouerbiis Salomonis: Si sederis cœnare ad mensam potentis considerans intellige quæ apponuntur tibi,& sic mitte manum tuam,sciēs quia te talia oportet præparare: nam quæ mensa est potentis, nisi vnde sumitur corpus & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est ad eā sedere, nisi humiliter accedere? Et quid est considerare & intelligere quæ apponuntur tibi, nisi digne tantam gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manum,vt scias quia talia te oportet præparare, nisi quod ā dixi,quia sicut pro nobis Christus animā suā posuit, sic & nos debemus animas pro

1. Ioan. 3.
Prou. 23.

1. Pet. 2. fratribus ponere? Sic enim ait etiam apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, re-
linquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius: Hoc est talia præparare, hoc beati
martyres ardenti dilectione fecerunt, quorũ si non inaniter memorias celebramus, atq;
in conuiuio, quo & ipsi saturati sunt, ad mensam domini accedimus, oportet vt quem-
admodum ipsi, & nos talia præparemus. Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos com
memoramus, quemadmodum alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus,
Pro martyribus non oratur. sed magis vt orent ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhæreamus, quia impleuerunt ipsi
charitatem, qua dominus dixit non posse esse maiorem. Talia enim suis fratribus exhi-
buerunt, qualia de domini mensa pariter acceperunt: neq; hoc ita dictum est, quasi pro-
pterea domino Christo pares esse possimus, si pro illo vsq; ad sanguinem martyrium du-
Ioan. 10. xerimus. Ille potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam: nos au-
tem nec quantum volumus, viuimus, & morimur etiam si nolumus. Ille moriens mox
Acto. 2. & 13. in se occidit mortem, nos eius morte liberamur à morte. Illius caro non vidit corruptio
Psal. 15. nem, nostra post corruptionem, in fine seculi per illum induetur incorruptione. Ille no-
bis non indiguit vt nos saluos faceret, nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis
palmitibus præbuit vitem, nos habere præter illum non possumus vitam. Postremo et-
si fratres pro fratribus moriamur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nul
lius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis: neq; in hoc quid imitaretur, sed
quid gratularemur contulit nobis. Quatenus ergo martyres pro fratribus sanguinem
suum fuderunt, hactenus talia exhibuerunt, qualia de mensa dominica perceperunt.
[Imitari quis potuit morientem, nemo autem potuit redimentem.] In cæteris autẽ quę
dixi, quanuis nec omnia dicere potui, martyr Christi longe impar est Christo. Quod si
quisquam se, non dico potentiæ Christi, sed innocentiæ comparabit, non dicam & alie-
na se putando sanare, sed suum saltem nullum habere peccatum, etiam sic auctior est
quàm ratio salutis exposcit, multum est ad illum, non capit tantum. Quod & bene qui-
dem ista prouerbiorum sententia cõmonetur, quæ continuo subiungit atq; dicit, quod
si auidior es, noli concupiscere cibos eius, satius est enim vt nihil inde sumas, quàm tibi
plus quàm oportet assumas. Hæc enim, inquit, vitam habent fallacem, hoc est, hypocri-
sim: dicendo enim se sine peccato esse, iustum non potest exhibere, sed fingere: ideo dictũ
est, hæc enim habent vitam fallacem. Vnus est solus, qui & carnem hominis habere, &
peccatum potuit non habere. Merito quod sequitur nobis præcipitur, ac tali verbo at-
que prouerbio humana infirmitas conuenitur, eiq; dicitur: Noli extendere te cum sis
pauper, contra diuitem. Diues enim qui nec hæreditario nec proprio vnquam debito
obnoxius, & ipse iustus est, & alios iustificat Christus. Noli contra eum te extende-
re, intantum pauper, vt remissionis peccatorum appareas quotidianus in oratione
mendicus. Tuo autem consilio, inquit, abstinete, vnde nisi à præsumptione fallaci?
Ille quippe quia non tantum est homo, sed etiam deus, ideo nusquam reus: si enim
direxeris oculum tuum ad illum, nusquam parebit. Oculum tuum, oculum videli-
cet humanum, quo cernis humana, si direxeris ad illum, nusquam parebis, quia vi-
deri non potest, quemadmodum videre te potes, parauit enim sibi pennas sicut aqui-
læ, & vadit in domum præpositi sui, vnde ad nos vtiq; vênit, nec tales qualis venit
inuenit. Diligamus ergo inuicem, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetip-
sum pro nobis. Maiorem quippe hac dilectionem nemo habet, vt animam suam po-
nat quis pro amicis suis. Eumq; sic imitemur pia obedientia, vt ei nos comparare nul-
la præsumamus audacia.

De eo quod dicit, Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis: vsq; ad id quod ait, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius.

Tractatus. LXXXV.

CVm dominus Iesus commendasset charitatem, quam exhibuit nobis moriendo pro nobis: atq; dixisset, Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis: Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.) Magna dignatio, cum seruus bonus esse non possit, nisi præcepta domini fuerit. Hic amicos suos voluit intelligi, vnde serui boni possunt probari. Sed, vt dixi, ista

ista dignatio est, vt dominus quos nouit seruos suos, dignetur dicere amicos suos: nam
vt sciatis ad seruorum officium pertinere præcepta domini sui facere, alio loco seruos
vtiq; obiurgat dicens: Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Luc. 6.
Cum ergo dicitis, inquit, domine, iussa faciendo quid dicatis ostendite. Nonne seruo
obedienti ipse dicturus est, Euge serue bone & fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, supra Mat. 25.
multa te constituam, intra in gaudium domini tui? Potest igitur esse & seruus & ami-
cus, qui seruus est bonus: sed quod sequitur attendamus, Iam non dicam vos seruos,
quia seruus nescit quid faciat dominus eius.) Quomodo ergo intellecturi sumus, & ser-
uum & amicum esse seruum bonum, cum dicat, Iam non dicam vos seruos, quia seruus
nescit quid faciat dominus eius? Ita nomen constituit amici, vt auferat serui, non vt in
vno vtrunq; maneat sed vt alterum altero decedente succedat. Quid est hoc? Itáne cum
præcepta domini fecerimus, serui non erimus? Itáne tunc serui non erimus, quando bo
ni serui fuerimus? Et quis contradicere potest veritati quæ ait, Iam non dicam vos ser-
uos? Et cur hoc dixerit, docet: Quia seruus, inquit, nescit quid faciat dominus eius. Nũ
quid nam seruo bono & probato dominus eius non etiã secreta sua cõmitit? Quid est er
go quod ait, Seruus nescit quid faciat dominus eius? Verum, estò, nescit quid faciat: nũ-
quid nescit etiam quid præcipiat? Nam & si hoc nescit, quomodo seruit? Aut quomodo
seruus est, qui non seruit? Et tamen dominus loquitur: Vos amici mei estis, si feceritis
quæ ego præcipio vobis, iam non dicam vos seruos. O rem mirabilem, cum seruire non
possimus, nisi præcepta domini fecerimus, quomodo præcepta faciendo serui non eri-
mus? Si seruus non ero præcepta faciendo, & nisi præcepta fecero, seruire non potero, er
go seruiẽdo seruꝰ nõ ero. Intelligamus fratres, intelligamus, & hoc in nobis dominus fa
ciat vt intelligamus, faciat etiam vt intellecta faciamus. Hoc autem si scimus, profecto
scimus quod facit dominus, quia nosipsos tales nõ facit nisi dominus, & per hoc ad eius
amicitiam pertinemus. Sicut n. duo sunt timores, qui faciunt duo genera timentium,
sic duæ sunt seruitutes, quæ faciunt duo genera seruientium. Est timor quem perfecta 1. Ioan. 4.
charitas foras mittit, & est alius timor castus permanens in seculum seculi illum timorẽ Psal. 18.
qui non est in charitate: attendebat Apostolus cum dicebat, Non. n. accepistis spiritum Rom. 8.
seruitutis iterum in timore. Illum autem timorem castum attendebat cum dicebat, No Rom. 11.
li altum sapere, sed time. In illo timore quem foras charitas mittit, est etiam seruitus si-
mul foras cum ipso timore mittenda: vtrunq; enim iunxit Apostolus, hoc est seruitutẽ
& timorem, dicendo: Non enim accepisti spiritum seruitutis iterum in timore. Ad hanc
seruitutem seruum pertinentem intuebatur & dominus dicens, Iam non dicam vos ser-
uos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: non vtiq; ille seruus pertinens ad ti-
morem castum, cui dicitur: Euge serue bone, intra in gaudium domini tui: sed ille ser- Mat. 25.
uus pertinens ad timorem, foras à charitate mittendus: de quo alibi dicit, Seruus non Ioan. 8.
manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum: quoniam itaq; dedit no-
bis potestatem filios dei fieri, vt non serui sed filii simus, vt miro quodam & ineffabili,
sed tamen vero modo serui, non serui esse possimus, serui scilicet timore casto, ad quem
pertinet seruus intrans in gaudium domini sui; non serui autem timore foras mittendo,
ad quem pertinet seruus non manens in domo in æternum. Vt autem tales serui non ser
ui simus, dominum facere scimus. Hoc autem seruus ille nescit qui nescit quid faciat do
minus eius: & cum aliquid boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse faciat, non dominus 1. Cor. 4.
eius, & in se, non in domino gloriatur, cum se ipse deceperit, quia sic gloriatur quasi nõ
acceperit: nos autem, charissimi, vt amici domini esse possimus, quid noster dominus fa
ciat sciamus, non solum enim homines, verumetiam iustos, ipse facit nos, & non ipsi
nos. Et vt hoc sciamus, quis nisi ipse facit? Non enim spiritum huius mundi accepi- Psal. 99.
mus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ab ipso quic- 1. Cor. 2.
quid boni est, donatur. Ergo quia & hoc bonum est, ab ipso vtiq; donatur, vt sciatur â
quo bonum omne donetur, vt omnino de omnibus bonis qui gloriatur, in domino glo
rietur. Quod vero sequitur: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à pa- 1. Cor. 1.
tre meo, nota feci vobis:) ita est profundum, vt nullo modo sit isto sermone coarctan-
dum, sed in alium differendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod dicit, Vos aũt dixi amicos: vsque ad id quod ait, Et fructus vester maneat: vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det vobis: Tractatus. LXXXVI.

MErito quæritur, quomodo accipiendũ sit, quod ait dominus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis.) Quis autem audeat affirmare vel credere vllum hominum scire omnia quæcunq; à patre audiuit vnigenitus filius, quando nec hoc quidem quisquam capit, quomodo à patre audiat vllum verbum, cum ipse sit patris vnicum verbum? Quid est quod aliquanto pòst in hoc ipso tamen sermone, quem post cœnam ante passionẽ ad discipulos habuit: Multa, inquit, habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi sumus omnia eum nota fecisse discipulis, quæcunq; audiuit à patre, cũ propterea quædã multa non dicat, quia scit eos modo portare nõ posse? Sed nimirum quod facturus est, fecisse se dicit, qui ea quæ futura sunt fecit: sicut enim dicit per Prophetam, Foderũt manus meas & pedes meos: nec ait, fossuri sunt: velut præterita dicens, & ea tamen futura prædicens: ita & hoc loco ait, omnia se nota fecisse discipulis, quæ se nouit nota esse facturum, in illa plenitudine scientiæ: de qua dicit Apostolus, Cum autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. Ibi quippe dicit, nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, & nunc per speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem: nam & ipse Apostolus saluos nos dicit esse factos per lauacrum regenerationis, qui tamen alio loco: Spe, inquit, salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, nõ est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus: vnde etiam eius coapostolus Petrus, In quem modo, inquit, nõ videntes creditis, quem cum videritis, exultabitis gaudio inenarrabili & honorato, percipientes mercedem fidei, salutem animarum vestrarum: si ergo nunc tempus est fidei, salus autem animarum merces est fidei, quis dubitet in fide quæ per dilectionem operatur, peragendum diem vltimum, atq; in fine diei recipiendum esse mercedem, nõ solum redemptionem corporis nostri, de qua dicit Apostolus Paulus, verumetiam salutem animarum nostrarum, de qua dicit Apostolus Petrus? Vtriusq; enim rei fœlicitas isto tempore atq; in hac mortalitate in spe potius habetur, quàm in re tenetur. Verùm hoc interest, quod exterior noster homo, id est, corpus adhuc corrumpitur: interior autem, id est, anima iam renouatur de die in diem. Itaque sicut immortalitatem carnis & salutem animarum futuram expectamus, quanuis iam pignore accepto, salui facti esse dicamur: ita omnium notitiam quæcunque vnigenitus audiuit à patre, futuram sperare debemus, quanuis hoc iam se fecisse dixerit Christus: Non vos me elegistis, inquit, sed ego vos elegi.) Hæc est illa ineffabilis gratia: quid enim eramus quando Christum nondũ elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui eum non eligit, quomodo diligit? Nunquid iam in nobis erat quod in Psalmo canitur: Elegi abiectus esse in domo domini, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum? Non vtiq;. Quid ergo eramus nisi iniqui & perditi? Neque enim iam crediderамus in eum, vt eligeret nos: nam si iam credentes elegit, electos elegit: cur ergo diceret, non vos me elegistis, nisi quia misericordia eius præuenit nos. Hic certe vacat vana illorum ratiocinatio: qui præscientiam dei defendunt contra gratiam dei, & ideo dicunt nos electos ante mundi cõstitutionem, quia præsciuit nos deus futuros bonos, non seipsum nos facturum bonos: non hoc dicit qui dicit, Non vos me elegistis: quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos præsciuerat, simul etiam præsciisset quòd eum nos fuissemus prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni, nisi forte dicendus est bonus qui non eligit bonũ. Quid ergo elegit in non bonis? Non enim electi sunt, quia boni fuerunt, qui boni non essent nisi electi essent: alioquin gratia iam non est gratia, si præcessisse contendimus merita: hæc quippe electio gratia est de qua dicit Apostolus: Sic ergo & in hoc tẽpore reliquiæ per electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt: vnde subiungit, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Audi ingrate, ingrate audi: non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Non est vt dicas, ideo electus sum, quia iam credebam: si enim credebas in eum, iam elegeras eum: sed audi, non vos me elegistis: non est vt dicas, antequam crederem, iam bona operabar, ideo electus sum quid enim est boni operis ante fidem, cum dicat Apostolus, Omne quod non est ex fide, peccatum est? Quid ergo

Ioan. 16.
Psal. 21.
1. Cor. 13.
Ad Tit. 3.
Rom. 8.
1. Pet. 1.
Gala. 5.
2. Cor. 4.
Psal. 83.
Psal. 58.
Ephe. 2.
Rom. 11.
Rom. 14.

dicturi sumus audiendo, non vos me elegistis, nisi quia mali eramus & electi sumus, vt boni per gratiam nos eligentis essemus? Non est enim gratia, si præcesserant merita. Est autem gratia, Hæc igitur non inuenit, sed effecit merita, & videte, charissimi, quemadmodum non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos. Ego, inquit, elegi vos: Et posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.) Nõne iste est fructus de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Elegit ergo & posuit vt eamus & fructum afferamus: nullum itaque fructum, vnde nos eligeret, habebamus. Vt eatis, inquit, & fructum, afferatis. Imus, vt afferamus, & ipse est via, quà imus, in qua nos posuit vt eamus. Proinde in omnibus misericordia eius præuenit nos. Et fructus, inquit vester maneat. Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.) Maneat ergo dilectio, ipsa est enim fructus noster: quæ dilectio nunc est in desiderio nondum in saturitate, & ipso desiderio quodcunque petierimus in nomine vnigeniti filii dat nobis pater: quod autem accipere saluandis non expedit nobis, non existimemus nos petere in nomine saluatoris, sed hoc petimus in nomine saluatoris, quod pertinet ad rationem salutis.

De eo quod dicit, Hæc mando vobis vt diligatis inuicem: vsque ad id quod ait, Sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus: Tractatus. LXXXVII.

IN lectione euangelica, quæ hanc antecedit, dixerat dominus: non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det vobis: de quibus verbis iã nos, quod dominus dedit, differuisse meministis. Hic autem dicit, sequenti scilicet lectione, quã modo, cum recitaretur, audistis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem:) Ac p hoc intelligere debemus hunc esse fructum nostrum de quo ait: Ego vos elegi, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Et qđ adiunxit, vt quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo, det vobis, tunc vtiq; dabit nobis, si diligamus inuicem, cũ & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus, & posuit nos vt fructum afferamus, hoc est, inuicem diligamus: quem fructum sine illo afferre non possumus, sicut palmites facere sine vite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster, quem definit Apostolus, de corde puro & conscientia bona, & fide nõ ficta. Hæc diligamus inuicem, hac diligimus deum, neq; enim vera dilectione diligeremus inuicem, nisi diligenres deum. Diligit enim vnusquisq; proximum suum tanquã seipsum, si diligit deum: nam si non diligit deum, non diligit seipsum. In his enim duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ: hic est fructus noster. De fructu itaque nobis mandans. Hæc mando, inquit, vobis, vt diligatis inuicem: vnde & Apostolus Paulus, cum contra opera carnis commendare fructum spiritus vellet, à capite hoc posuit: Fructus, inquit, spiritus charitas est: ac deinde cætera tanquã ex isto capite exorta & religata contexuit, quæ sunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit vnde gaudet? Quis pacem veram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit? Quis est longanimis in bono opore perseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est benign⁹, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligẽdo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis vtiliter mãsuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur? Merito itaque magister bonus dilectionem sic sæpe commendat, tanquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere: necesse est enim vt nos oderit, quos cernit nolle quod diligit: sed plurimum nos de seipso dominus consolatur, qui cum dixisset, Hæc mando vobis vt diligatis inuicem: adiecit atque ait, Si mũdus vos odit, scitote quoniã me priorem vobis odio habuit.) Cur ergo se membrum supra verticem extollit? Recusas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite. Si de mundo, inquit, essetis, mundus quod suum erat diligeret,) Vniuersæ vtique hoc dicit Ecclesiæ, quam plerunq; etiã ipsam mundi nomine appellat, sicut est illud: Deus erat in Christo, mundum reconci-

1. Tim. 1.
Matt. 22.
Gala. 5.
2. Cor. 5.
Ioan. 3.

lians sibi. Itemq; illud Non venit filius hominis vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum: & in epistola sua Ioannes ait, Aduocatum habemus ad patrem Iesum
1. Ioan. 2. Christum iustum, & ipse propitiator est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorũ, sed etiam totius mundi: totus ergo mundus Ecclesia est, & totus mundus odit Ecclesiã. Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatũ, damnatus saluatum, inquinatus
Roma. 9. mundatum: sed iste mundus, quem deus in Christo reconciliat sibi, & qui per Christũ saluatur, & cui per Christum peccatum omne donatur, de mundo electus est inimico, damnato, contaminato. Ex eadem quippe massa, quæ tota in Adam periit, fiunt vasa misericordiæ, in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem, quam mundus odit, ex eadem massa, pertinens ad vasa iræ, quæ perfecta sunt ad perditionem: deniq; cum dixisset, si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: continuo subiecit, Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.) Ego & ipsi inde erant, vnde vt non essent, electi sunt inde, non meritis suis, quorũ nulla bona præcesserant opera, non natura, quæ tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa ra-
Roma. 11. dice vitiata, sed gratuita, hoc est vera gratia: qui enim de mundo mundum elegit, fecit quod eligeret, non inuenit: quia reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt: si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: si autẽ quæratur quomodo se diligat mundus perditionis, qui odit mundum redemptionis, diligit
Psal. 10. se vtiq; falsa dilectione, non vera. Proinde falso se diligit & verè odit: Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam: sed diligere se dicitur, quoniam iniquitatem, qua iniquus est, diligit: & rursus odisse se dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in se naturam, diligit vitium: odit quod factus est per Dei bonitatem, diligit quod in eo factum est per liberam voluntatem. Vnde nos quoq; illum diligere & prohibemur, si
1. Ioan. 2. recte intelligimus, & iubemur: prohibemur scilicet vbi nobis dicitur, Nolite diligere
Luc. 6. mundum: iubemur autem vbi nobis dicitur, Diligite inimicos vestros. Ipsi sunt enim mundus, qui nos odit. Ergo & prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso, dei scilicet opificium, & diuersas bonitatis suæ consolationes. Vitium quippe in illo diligere prohibemur, iubemurq; diligere naturam, cum ipse in se diligat vitium, oderitq; naturam, vt nos eum & diligamus & oderimus recte, cum se ipse diligat oderitque peruerse.

De eo quod dictum est, Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: vsq; ad id quod ait, Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meũ, quia nesciunt eũ, qui misit me: Tractatus. LXXXVIII.

EXhortans dominus seruos suos ad mundi odia perferenda patienter, nullum eis
1. Pet. 2. maius & melius quàm de seipso proponit exemplum, quoniam sicut dicit Apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplũ, vt sequamur vestigia eius, Quod vtiq; si facimus, ipso adiuuante facimus qui dixit, Sine me nihil potestis facere: deniq; iam dixerat, Si odit vos mundus, scitote quia me priorem vobis odio habuit: & nunc in eo quod audistis cum legeretur Euangelium, Mementote, inquit, sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur; si sermonem meum seruauerũt, & vestrum seruabũt.)
Supra Tractatu. 85. Dicendo autem, non est seruus maior domino suo: nonne euidenter ostendit quemadmodũ intelligere debeamus quod superius dixerat, Iam non dico vos seruos: ecce enim eos seruos dicit, nũquid est aliud, Non est seruus maior domino suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur? Manifestum est igitur illum seruum, qui non manet in domo in
Ioan. 8. æternum, illum pertinentem ad timorem, quem foras charitas mittit, esse intelligendũ, vbi dictum est, Iam non dico vos seruos: hic autem vbi dicitur, Non est seruus maior
1. Ioan. 4. domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur: illum significari seruum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in seculum seculi: hic enim seruus est auPsal. 18. diturus, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Sed hæc, inquit, omnia fa-
Matt. 25. cient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.) Quæ omnia facient nisi quæ dixit? odio habebunt scilicet & persequentur, sermonemq; contemnẽt: quoniam si sermonem non seruarent eorum, nec tamen odissent eos, neq; persequerentur, vel etiam si odissent, nec tamen persequerentur, non omnia facerent: hæc

autem omnia facient vobis, inquit, propter nomen meum: quid est aliud dicere, quàm me in vobis odio habebunt, me in vobis persequentur, & sermonem vestrum, quia meus est, ideo non seruabunt: hæc enim omnia facient vobis propter nomen meum, nõ vestrum, sed meum: tanto igitur miseriores, qui propter hoc nomen ista faciũt, quanto beatiores, qui propter hoc nomen ista patiuntur, sicut ipse alio loco dicit, Beati qui
99 persecutionem patiuntur propter iustitiam: hoc est enim propter me vel propter nomen meum, quia sicut Apostolus docet, Factus est nobis sapientia a deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino Matt. 5. glorietur: faciunt quippe ista mali malis, sed non propter iustitiam, † & ideo miseri 1. Cor. 1. vtrique, & qui faciunt, & qui patiuntur: faciunt & mali bonis, vbi etsi non faciunt isti propter iustitiam, tamen illi propter iustitiam patiuntur. † Sed dicit aliquis, Si mali quando persequuntur bonos propter nomen Christi, propter iustitiam boni patiuntur, profecto propter iustitiam hæc eis mali faciunt: quod si ita est, ergo & quando boni malos propter iustitiam persequuntur, propter iustitiam etiam mali patiuntur: si enim possunt mali persecutionem facere bonis propter nomen Christi, cur non possunt mali persecutionem pati a bonis propter nomen Christi? Et quid est propter nomen Christi, nisi pp iustitiã? nã si non pp quod boni faciunt, pp hoc mali patiuntur, qa faciũt
99 boni pp iustitiam, patiuntur mali propter iniustitiam: nec mali ergo propter hoc possunt facere propter quod boni patiuntur, quia faciunt mali propter iniustitiã, patiuntur boni propter iustitiam: quomodo ergo erit verum, Hęc omnia facient vobis propter nomen meum, cum illi non propter nomen Christi faciant, id est, non propter iustitiam, sed propter iniquitatem suam? Hæc quæstio ita soluitur, si eo modo intelligamus dictum, Hæc omnia facient vobis propter nomen meum: vt totum referatur ad iustos, tanquam dictum sit, hæc omnia patiemini ab eis propter nomen meum: vt hoc sit, facient vobis, quod est, patiemini ab eis: si autem propter nomen meum sic accipitur tanquam diceret, propter nomen meum quod in vobis oderunt, ita potest accipi, & propter iustitiam quam in vobis oderunt: ac per hoc boni cum persecutionem faciunt malis, possit rectè dici & propter iustitiam facere, quam diligendo persequuntur malos, & propter iniquitatem quam oderunt in ipsis malis: ita ergo & ipsi mali possunt dici pati, & propter iniquitatem quæ in illis punitur, & propter iustitiam quæ in eorum pœna exercetur. Item quæri potest, sic etiam mali faciunt persecutionem malis, sicut impii reges & iudices, cum essent persecutores piorum, vtiq; & homicidas, & adulteros, & quosque
99 maleficos, quos contra leges publicas fecisse cognoscerent, puniebant: quomodo intelligendum est quod ait dominus, Si de mundo essetis, mũdus quod suum erat diligeret? Neque enim quos punit diligit mundus, à quo videmus supradicta scelerũ genera plerunq; puniri, nisi quia mundus est in eis, à quibus talia scelera vel puniuntur vel patiuntur: & mundus est in eis, a quibus talia scelera diliguntur: mundus itaq; ille qui intelligitur in malis atq; impiis, & odit quod suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet: & diligit quod suum est ex ea parte hominum, qua eisdem ipsis sceleratis fauet: Ergo hæc omnia facient vobis propter nomen meum, vel ita dictum est, propter quod vos patiuntur, vel ita propter quod & ipsi faciunt, quia & hoc in vobis dum persequuntur, oderunt: & addidit, Quia nesciunt eum qui misit me.) Hoc secundum eam scientiam dictum intelligendum est: de qua & alibi scriptum est, Scire autem te sensus est consummatus. Hac quippe scientia qua sciunt patrem a quo missus est Christus, nul- Sapien. 6.
99 lo modo persequuntur quos colligit Christus, quia & ipsi cum eis colliguntur à Xpo.

† alias, sed propter iustitiam. † alias faciũt, & beni malis, vbi etsi faciunt isti propter iustitiã, non tamen illi propter iustitiam patiuntur.

De eo quod dicit, Si non venissem & locutus eis fuissem, vsque ad id quod ait, Qui me odit, & patrem meum odit: Tractatus. LXXXIX.

SVperius dixerat dominus ad discipulos suos, Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt, sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. De quibus autem hoc dixerit, si queramus, inuenimus eum ad hæc verba venisse ab eo quod dixerat, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit: nunc vero quod addi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, Si non veniſſem,& locutus eis fuiſſem,peccatum non haberent: Iudæos oſtẽdit expreſsius,de his ergo & illa dicebat, nam hoc indicat verborum ipſa contextio:de his ergo dicit, Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem,peccatum non haberent: de quibus dicebat,Si mi perſecuti ſunt,& vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerũt, & veſtrũ ſeruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum qui miſit me: his enim verbis & iſta ſubiungit, Si non veniſſem & locutus eis fuiſſem,peccatum nõ haberent. Iudæi ergo perſecuti ſunt Chriſtũ, quod euidentiſsimè indicat Euangelium, Iudæis locutus eſt Chriſtus, non aliis gentibus. In eis ergo voluit intelligi mundum qui odit Chriſtum & diſcipulos eius, imo vero nõ eos ſolos, ſed hos quoq; ad eundem mundum pertinere monſtrauit. Quid eſt ergo, ſi non veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatũ non haberent? Nunquid ſine peccato erant Iudæi, antequã Chriſtus ad eos in carne veniſſet? Quis hoc vel ſtultiſsimus dixerit? Sed magnum quoddam peccatũ, non omne peccatum, quaſi ſub generali nomine vult intelligi: hoc eſt enim peccatum, quo tenentur cuncta peccata, quod vnuſquiſq; ſi non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata: hoc eſt autem, quia non crediderunt in Chriſtum, qui propterea venit vt crederetur in eum: hoc peccatum, ſi non veniſſet, non vtiq; haberent. Aduentus quippe eius quantum credentibus ſalutaris, tantũ non credentibus exitialis factus eſt, tanquam & 2. Cor. 2. ipſe caput & princeps apoſtolorum, quod de ſe ipſi dixerunt extiterit, Quibuſdam quidem odor vitæ in vitam, quibuſdam vero odor mortis in mortem: ſed quod adiunxit atq; ait, Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo:) poteſt mouere quærentes, vtrum hi, ad quos non venit Chriſtus, nec locutus eſt eis, habeant excuſationẽ de peccato ſuo: ſi enim non habent, cur hic dictum eſt, propterea iſtos non habere, quia venit & locutus eſt eis? Si autem habent, vtrum ad hoc habeant vt à pœnis alienentur, an vt mitius puniantur? Ad hæc inquiſita pro meo captu, domino donante reſpondeo, habere illos excuſationem, non de omni peccato ſuo, ſed de hoc peccato, quo in Chriſtum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non eſt locutus. Sed nõ in eo ſunt numero hi, ad quos in diſcipulis venit, & quibus per diſcipulos eſt locutus, quod & nũc facit: nam per Eccleſiam ſuam venit ad gentes, & per Eccleſiam ſuam loquitur gẽtibus: Matt. 10. ad hoc enim pertinet, quod ait, Qui vos recipit, me recipit: & qui vos ſpernit, me ſper- Luc. 10. nit. An vultis, inquit, apoſtolus Paulus, experimentum accipere eius, qui in me loqui- 2. Cor. 13. tur Chriſtus? Reſtat inquirere, vtrum hi qui prius quàm Chriſtus veniret in Eccleſiam ad gentes, & priuſquam Euangelium eius audirent, vitæ huius fine præuenti ſunt ſeu præueniuntur, poſſunt habere hanc excuſationem? poſſunt planè, ſed non ideo poſſunt effugere damnationem. Quicunq; enim ſine lege peccauerunt; ſine lege peribunt: & Rom. 2. quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quæ quidem Apoſtoli verba, quoniam id quod ait, peribunt, terribilius ſonant quàm quod ait, iudicabuntur: non ſolum nihil adiuuare hanc excuſationem videntur oſtendere, verumetiam plus grauare: qui enim ſe quia non audierunt excuſabunt, ſine lege peribunt. Sed vtrum hi, qui cum audierunt, contemp ſerunt, vel etiam reſtiterunt, nec tantum contradicendo, ſed & eos à quibus audierunt odiis perſequendo, in eis deputandi ſunt de quibus aliquid leuius videtur ſonuiſſe quod dictum eſt, per legem iudicabuntur, merito quæritur: ſed ſi aliud eſt perire ſine lege, aliud iudicari per legem, & illud eſt grauius, hoc autẽ leuius: proculdubio non ſunt iſti in hac pœna leuiore ponendi, qui neq; in lege peccauerunt, Roma. 7. ſed omnino legem Chriſti accipere noluerunt, & eam, quantum ad ipſos attinet, omnino nullam eſſe voluerunt. Illi autem peccant in lege, qui ſunt in lege, id eſt, qui eam ſcipiunt, eamq; ſanctam, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum fatentur, ſed infirmitate non implent, quod ab ea rectiſsimè præcipi dubitare non poſſunt, hi ſunt qui aliquo modo forſitan poſſunt ab eorum qui ſine lege ſunt perditione diſcerni: ſi tamen quod Apoſtolus ait, per legem iudicabuntur: ſic accipiendum eſt tanquam dixerit, non peribunt: quod mirum ſi ita eſt. Neq; enim de infidelibus & fidelibus erat ſermo, vt hoc diceret, ſed de gentibus & Iudæis, qui certe vtriq; niſi in eo ſaluatore fal- Luc. 19. uentur, qui vẽnit quærere quod perierat, ad perditionem ſine dubio pertinebunt: quanuis dici poſsit, alios grauius, alios leuius perituros id eſt alios grauiores, alios leuiores pœnas in ſua perditione paſſuros. Ille.n. perire deo dicitur, quiſquis ab illa beatitudine, quã dat ſanctis ſuis, per ſuppliciũ ſeparatur. Tanta eſt aut ſuppliciorũ, quanta

diuerſitas peccatorum, quæ quomodo ſeſe habeat, altius indicat ſapientia diuina, quàm coniectura ſcrutatur aut effatur humana. Iſti certe ad quos venit, & quibus locutus eſt Chriſtus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excuſationem, qua poſsint
100 A dicere, non vidimus, non audiuimus, ſiue non acceptaretur iſta excuſatio ab illo cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, ſiue acceptaretur, & ſi non vt ab omni damnatione liberarentur certe vt aliquanto lenius damnarentur. Qui me odit, inquit, & patrem meum odit.) Hic nobis fortaſſe dicatur, Quis poteſt odiſſe quem neſcit? & vtiq; antequa diceret, Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem peccatum non haberent, dixerat diſcipulis ſuis, Hæc facient vobis, quia neſciunt eum qui miſit me. Quomodo ergo neſcierunt & oderunt: ſi enim non quod eſt ipſe, ſed neſcio quid aliud de illo opinantur, non vtiq; ipſum, ſed illud inueniuntur odiſſe quod fingunt, aut errando potius ſuſpicantur, & tamen niſi poſſent homines odiſſe quod neſciunt, non veritas vtrunq; dixiſſet, quòd eius patrem & neſciunt & oderunt. Sed quomodo id fieri poſsit ſi adiuuante domino per nos demonſtrari poteſt, quia hæc diſputatio eſt iam claudenda, nunc non poteſt.

Supra Tractatu. 88.

De eo quod dicit, Qui me odit, & patrem meum odit.

Tractatus. XC.

100 B AVdiſtis dominum dicentem, Qui me odit, & patrem meum odit:) qui ſuperius dixerat, Hæc facient vobis, quia neſciunt eum qui miſit me: non itaq; diſsimulanda naſcitur quæſtio, quomodo poſsint odiſſe quem neſciunt. Si enim deum nõ quod ipſe eſt, ſed neſcio quid aliud eum ſuſpicantur, aut credunt, hoc oderunt, vtiq; non ipſum oderunt, ſed quod ſua mendacia ſuſpicione, vel vana credulitate concipiunt: ſi autem quod eſt, hoc de illo ſentiunt quomodo eum neſcire dicuntur? Et de hominibus quidem fieri poteſt vt eos ſæpe quos nunquam vidimus, diligamus, ac per hoc nec illud econtrario impoſsibile eſt, vt eos quos nunquam vidimus oderimus. Fama quippe de aliquo ſermocinante ſeu bene ſeu male, fit non immerito vt amemus vel oderimus ignotum. Sed ſi fama ſit verax: quomodo eſt de quo vera didicimus dicendus ignotus? An quia eius faciem non vidimus? Quam cum & ipſe non videat, nulli tamen poteſt notior eſſe quàm ſibi non igitur in eius facie corporali nobis intimatur cuiuſq; notitia: ſed tunc nobis ad cognitionem patet, quando eius mores & vita non latent, alioquin nec ſeipſum noſſe quiſquam poteſt, qui videre faciem ſuam non poteſt. Sed vtiq; tanto certius quàm no-
100 C tus eſt aliis ipſe ſe nouit, quanto certius interiore conſpectu poteſt videre quod ſapit, videre quod cupit, videre quod viuit: quæ cum aperiuntur & nobis, tunc vere fit cognitus nobis. Hæc itaq; quoniam plerunq; ad nos de abſentibus vel etiam mortuis, ſiue fama, ſiue literis perferuntur, hinc fit vt ſæpe quos nunquam facie corporis vidimus, non tamen quos omnino neſcimus, vel oderimus homines vel amemus. Sed plerunq; in eis noſtra credulitas fallitur, quia nonnunquam & hiſtoria, & multo magis fama mentitur. Pertinet autem ad nos ne pernicioſa opinione fallamur, vt quia non poſſumus hominũ indagare conſcientiam, de ipſis rebus habeamus veram certamq; ſententiam, hoc eſt, vt ſi ille vel ille homo vtrum ſit impudicus pudicúſue neſcimus, oderimus tamen impudicitiam, & pudicitiam diligamus: & ſi illum vel illum iniuſtũ eſſe iuſtúmue neſcimus, amemus tamen iuſtitiam, & iniuſtitiam deteſtemur, non quas nobiſipſi errando confingimus, ſed quas fideliter hanc appetendam illamq; vitandam in dei veritate conſpicimus, vt cum de ipſis rebus quod appetendum eſt appetimus, quod deuitandum eſt deuitamus, ignoſcatur nobis quod de occultis hominum aliquando, imò aſsiduè non vera
100 D ſentimus. Hoc.n. ad humanam tentationem pertinere arbitror ſine qua duci iſta non poteſt vita, ita vt Apoſtolus diceret, Tentatio vos non apprehendat niſi humana: quid.n. tam humanum quàm non poſſe inſpicere cor humanum, & ideo non eius latebras perſcrutari, ſed plerunq; aliud quàm id quod ibi agitur ſuſpicari? Quanquam & in his rerũ tenebris humanarum, hoc eſt, cogitationum alienarum, etſi ſuſpiciones intelligere† non poſſumus, quia homines ſumus, iudicia tamen, id eſt, definitas firmasq; ſententias continere debemus, nec ante tempus quicquam iudicare, donec veniat dominus & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; à deo. Quando ergo non erratur in rebus, vt recta ſit improbatio vitiorum, virtutumq; probatio profecto ſi erratur in hominibus venialis eſt humana tentatio. Per has autem

1. Cor. 16.

† alias, vitare.

1. Cor. 4.

humanorum cordium tenebras, res multum miranda & multum dolenda contingit, vt
eum nonnunquam quem iniustum putamus, tamen iustus est, & iustitiam in eo ne-
scientes, quem diligimus deuitemus, auersemur, à nostro prohibeamus accessu, commu-
nem cum illo vitam victumq; habere nolimus, eumq; etiam si disciplinæ imponendæ ne-
cessitas cogat, siue ne alios noceat, siue vt fiat ipse correctior, asperitate salubri persequa-
mur, & hominem bonum tanquam malum affligamus, quem nescientes amamus. Hoc
fit siquis, verbi gratia, cum sit pudicus, à nobis creditur impudicus: sine dubio enim si
pudicum diligo, hoc est ipse quod diligo: ergo etiam ipsum diligo & nescio: etsi impudi-
cum odi, non ergo ipsum odi, quia non est quod odi, & tamen dilecto meo cum quo si-
mul in charitate pudicitiæ habitat anima mea, facio ignarus iniuriam, non errans in de-
scretione virtutum atque vitiorum, sed in cordium tenebris humanorum. Proinde si-
cut fieri potest vt homo bonus hominem oderit nesciens, vel potius diligat nescien-
sum enim diligit cum bonum diligit, quia id quod est ille, hoc iste diligit, oderit autem
nesciens non ipsum, sed quod putat esse ipsum: ita fieri potest vt etiam homo iniustus
oderit hominem iustum, & dum æstimat se sui similem iniustum diligere, nesciens dili-
gat iustum, & tamen dum eum credit iniustum, diligit non ipsum, sed quod putat esse ip
sum: quemadmodum autem hominem, sic & deum. Deniq; si interrogarentur Iudæi,
vtrum diligerent deum, quid se aliud quàm diligere responderent, nec ex animo men-
tientes, sed errando potius opinantes. Quomodo enim diligerent patrem veritatis, qui
haberent odio veritatem? Nolunt enim sua facta damnari, & hoc habet veritas, vt talia
facta damnentur: tantum igitur oderunt veritatem, quantum oderunt suas pœnas quas
talibus irrogat veritas: nesciunt autem illam esse veritatem, quæ tales quales ipsi sunt
damnat. Oderunt ergo quam nesciunt, & cum illam oderunt, profecto & eum de quo na
ta est, nisi odisse non possunt: ac per hoc quia veritatem qua iudicante damnantur, de
patre deo natam nesciunt, vtiq; etiam ipsum & nesciunt & oderunt. O miseros homi-
nes, qui cum esse volunt mali, nolunt esse veritatem qua damnantur mali: nolunt enim
eam esse quod est, cum ipsi debeant nullo modo esse † quod sunt, vt ipsa manente muten
tur, ne ipsa iudicante damnentur.

† al. debeāt nolle esse.

De eo quod dicit: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt & me & patrem meum, sed vt impleatur sermo qui in lege eorū scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

Tractatus. XCI.

DIxerat dominus, Qui me odit, & patrem meum odit. Vtiq; enim qui odit veritatem, necesse est oderit & á quo veritas nata est, vnde iam quantum datum est locuti sumus: deinde addidit vnde nobis nunc loquendum est: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.) Peccatum illud. s. magnum, de quo superius ait, Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent? hoc est peccatum, quod in eum loquentem & operantem non crediderunt, neq; enim nullū habebant peccatum, antequam loqueretur eis & operaretur in eis. Sed hoc peccatū quo in eum non crediderunt, ideo sic commemoratur, quia ipso peccato tenentur & cæteras hoc enim si non haberent, & in eum crederent, dimitterentur & cętera. Sed quid est hoc
3. Reg. 17. quod cum dixisset, Si opera non fecissem in eis: mox addidit, Quæ nemo alius fecit?)
4. Reg. 4. Nulla quippe in operibus Christi videntur esse maiora quàm suscitatio mortuorū, q̄
4. Re. 13. scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit hoc etiam Elias, fecit Elisæus, & cū in hac
Matt. 14. carne viueret, & cum in suo monumento sepultus iaceret, nam quidam portantes mor-
Marci. 15. tuum, cum irruentibus hostib. eò refugissent, eūq; ibi posuissent, continuo resurrexit. Fe
Mat. 14. cit tamen aliqua Christus, quæ nemo alius fecit, quòd quinq; milia hominū de quinq;
Ioan. 1. & quatuor milia de septē panibus pauit, q̄d super aquas ambulauit, & Petro vt hoc face
Ioan. 9. ret præstitit, quòd aquam mutauit in vinū, quod aperuit oculos cæci nati, & alia multa
Exo. 7. & quæ commemorare longum est. Sed respondetur nobis & alios fecisse quæ ipse non fe-
c. sequēti. cit, & quæ nemo alius fecit: quis enim nisi Moyses Aegyptios plagis tot tantisq; percus-
Exo. 14. sit, diuiso mari populum duxit, mánna de cœlo esurientibus impetrauit, aquam de pe-
Exo. 16. tra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus Nauē populo transituro Iordanis fluenta diuisit,

& currentem solem emissa ad deum oratione frænauit & fixit? Quis præter Sampson pro pter suam sitim maxilla mortui asini exundante satiatus est? Quis præter Eliam curru igneo in alta subuectus est? Quis præter Elisæum, quod pauloante commemorauimus, sepulto suo cadauere, cadauer alterius reddidit vitæ? Quis præter Danielem inter ora inclusorum secum leonum esurientium vixit innocuus? Quis præter tres viros, Ananiam, Azariam, Misaelem, in flammis ardentibus & non vrentibus deambulauit illæsus? Prætereo cætera, quoniam hæc satis esse arbitror, quibus demonstretur & alios sanctos quędam opera miranda fecisse, quæ nemo alius fecit. Sed qui tam multa vitia & malas valetudines vexationesq; mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorū: vt. n. taceamus quos iubendo sicut occurrebant, saluos singulos fecit: Marcus Euāg. quodam loco ait, Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas ad ianuam congregata, & curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat. Id autem cum commemorasset Matthęus, etiam testimonium propheticum addidit, dicens, Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægritudines portauit: item alio loco dicit Marcus, Et quocunq; loco introibat in vicos, vel in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant: hæc nemo alius fecit in eis. Sic n. intelligendum est quod ait, in eis, non inter eos vel coram eis, sed prorsus in eis quia sanauit eos. Hæc quippe intelligi voluit, quæ non solum facerent admirationem, verumetiam manifestam conferrent salutem, pro quibus beneficiis vtiq; amorem, non odium retribuere debuerunt. Omnia quidem cæterorum miracula superat, quod est natus ex virgine, matrisq; integritatem solus potuit nec conceptus violare nec natus: sed hoc nec coram eis factum est, nec in eis: ad cognoscendam quippe huius miraculi veritatem, non communi cum eis aspectu, sed discreto ab eis discipulatu Apostoli peruenerunt. Iam verò illud quòd die tertia, in carne in qua occisus fuerat, de sepulcro se reddidit viuum, & nunquam deinde moriturus cum illa ascendit in cœlum, superat etiam cuncta quæ fecit: sed neq; hoc factum est in Iudæis, neq; corā eis: & nondum hoc fecerat quando dicebat, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit nimirum ergo sunt illa, quæ in eorum valetudinibus tanta miracula salutis ostendit, quanta in illis antea nemo donauit; hæc enim viderunt, & hoc eis exprobrans adiungit & ait, Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum, sed vt impleretur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis.) Eorum legem dicit, non ab ipsis inuentam, sed ipsis datam: sicut dicimus, Panem nostrum quotidianū: quem tamen à deo petimus, addendo, da nobis. Gratis autem odit, qui nullum ex odio commodum quærit, vel incommodum fugit: sic oderunt dominum impii, sic diligunt iusti, hoc est gratis, vt alia præter illum non expetant bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia. Quisquis vero altius attenderit Christum dicentem, Si opera nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit, sed hæc & si pater aut spūssanctus fecit, quia totius trinitatis vna substantia est, inueniet ipsum fecisse, si quando quispiam dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe in seipso cuncta per seipsum, nemo autē potest aliquid sine ipso. Christus nanq; cum patre & spiritussancto non sunt tres dii, sed vnus deus: de quo scriptum est, Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus: Nemo ergo alius fecit quę cunq; opera in eis fecit, quoniā quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit: hæc autem ipse, non illis facientibus fecit.

Exod. 17. Ioſue. 4. Ioſue. 10. Iudic. 15. 4. Reg. 2. 4. Reg. 13. Dani. 6. Dan. 3. Marci. 1. Mat. 8. Esa. 53. Marci. 6. Luc. 1. & 2. Pſal. 34. Mat. 6. Pſal. 71.

De eo quod dicit, Cum autem venerit paraclētus quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Tractatus. XCII.

DOminus Iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post cœnā proximū passioni, tanquā iturus & relicturus eos præsentia corporali, cum omnibus autē suis vsq; in cōsummationē seculi futurus præsentia spiritali, exhortatus est eos ad perferēdas persecutiones impiorū, quos mūdi nomine nūcupauit: ex quo tamē mūdo etiā ipsos discipulos se elegisse dixit, vt scirēt se dei gratia esse quod sunt, suis autem vitiis fuisse q̄d fuerūt: deinde persecutores & suos & ipsorū Iudæos euidēter expressit, vt

omnino appareret etiam ipsos mundi damnabili appellatione concluſos, qui perſequun
1. Cor. 4. tur ſanctos. Cumq; de illis diceret, quòd ignorarent eum à quo miſſus eſt, & tamen odiſ
ſent & filium patrem, hoc eſt, & eum qui miſſus eſt, & eum à quo miſſus eſt, de quibus
omnibus in aliis ſermonibus iam diſſeruimus, ad hoc peruenit ubi ait, ut adimpleatur
Pſal. 34. ſermo qui in lege eorũ ſcriptus eſt, quia odio habuerũt me gratis. Deinde tanquam con
ſequenter adiunxit, vnde modo diſputare ſuſcepimus: Cum autem uenerit paraclẽtus, A
quem ego mittam uobis à patre ſpiritum ueritatis qui á patre procedit, ille teſtimoniũ
perhibebit de me, & uos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.) Quid
Ibidem. hoc pertinet ad illud quod dixerat, nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrem
meum, ſed vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me
Gala. 5. gratis: an quia paraclẽtus, quando uenit ſpiritus ueritatis, eos qui uiderunt & oderunt
teſtimonio manifeſtiore conuicit? Imò uero etiam aliquos ex illis qui uiderũt & adhuc
Acto. 1. & 2. oderant ad fidem, quæ per dilectionem operatur, ſui manifeſtatione conuertit: hoc ut
intelligamus, ita factum eſſe recolimus. Venit enim die Pentecoſtes ſpirituſſanctus in
centum uiginti homines congregatos, in quibus & apoſtoli omnes erant, qui illo adim-
pleti cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto mira-
culo ſtupefacti quandoquidem uiderunt loquente Petro tam magnum atque diuinum
teſtimoniũ perhiberi, de Chriſto, ut ille qui occiſus ab eis inter mortuos deputabatur, 101
reſurrexiſſe & viuere probaretur, compuncti corde conuerſi ſunt, & tanti ſanguinis tam B
impiè atq; immaniter fuſi, indulgentiam perceperunt, ipſo redempti ſanguine quem fu-
derunt. Chriſti. n. ſanguis ſic in remiſsionem peccatorum omnium fuſus eſt, vt ipſum
etiam peccatum poſſet delere quo fuſus eſt: hoc ergo intuens dominus dicebat, Odio me
habuerunt gratis. Cum autem venerit paraclẽtus, ille teſtimonium perhibebit de me: tã
quam diceret, odio me habuerunt & occiderunt videntes, ſed tale de me paraclẽtus te-
ſtimonium perhibebit, vt eos faciat in me credere non videntes: Et vos, inquit, teſtimo
nium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.) Perhibebit ſpirituſſanctus, perhibebi-
tis & vos: quia enim ab initio mecum eſtis, poteſtis prædicare quod noſtis, quod vt mo-
do non faciatis, illius ſpiritus plenitudo nondum adeſt vobis. Ille ergo teſtimoniũ per-
Rom. 5. hibebit de me, & vos teſtimoniũ phibebitis: dabit. n. vobis fiduciã teſtimoniũ perhibẽdi
Mat. 26. charitas dei diffuſa in cordibus veſtris per ſpũmſanctũ q dabitur vobis. Quę vtiq; Pe- 102
tro adhuc deſuit, qñ mulieris ancillæ interrogatione pterritus nõ potuit verũ teſtimo- C
niũ perhibere, ſed cõtra ſuã pollicitationẽ timore magno cõpulſus eſt ter negare: timor
1. Ioan. 4. autem iſte non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem. Deniq; ante
paſsionem domini ſeruilis timor eius interrogatus eſt à fœmina ſeruitutis, poſt reſurre
ctionem vero domini liberalis eius amor ab ipſo principe libertatis, & ideo ibi turba-
tur; hic tranquillabatur: ibi quem dilexerat negabat, hic quem negauerat diligebat.
Sed adhuc etiam tunc amor ipſe infirmus fuerat & anguſtus, donec eum roboraret & di-
lataret ſpirituſſanctus. Qui poſteaquã illi eſt abundantia gratiæ largioris infuſus, ſic ad
perhibendum de Chriſto teſtimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque
illa prius trepida, quæ veritatem ſuppreſſerant, ora reſerauit, vt cum omnes, in quos ve
nerat ſpirituſſanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudæorum circunſtanti-
bus turbis, ſolus ad teſtimonium de Chriſto perhibendum præ cæteris promptius emi-
Acto. 2. caret, eiusq; interfectores de illius reſurrectione confunderet: ſi quem delectat tam ſua-
uiter ſanctum tale ſpectaculum intueri, Actus apoſtolorum legat, ibi beatum Petrum 103
quem negantem doluerat, ſtupeat prædicantem. Ibi linguam illam videat ad fiduciam à D
diffidentia, & ad libertatem á ſeruitute tranſlatam, tot linguas inimicorum conuertere
ad Chriſti confeſsionem quarum nõ valendo vnam ferre, verſa fuerat in negationem.
Quid plura? Tantus in illo fulgor gratiæ, tanta ſpirituſſancti plenitudo apparebat, tan-
ta de ore prædicantis præcioſiſsimæ veritatis pondera procedebant, vt ingentis multi-
tudinis aduerſarios interfectores Chriſti Iudæos faceret pro illo paratos mori, à quibus
cum illo formidabat occîdi: hoc fecit ſpirituſſanctus tunc miſſus, ante promiſſus: iſta do
minus magna atq; miranda ſua beneficia præuidebat, quando dicebat, Et viderunt &
Pſal. 34. oderunt & me & patrem meum, vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt,
quia odio habuerunt me gratis: cum autem venerit paraclẽtus quem ego mittam vobis
à patre ſpiritum veritatis, qui à patre procediit, ille teſtimonium perhibebit de me, &

vos teſtimonium perhibetis: ille quippe teſtimonium perhibens, & teſtes fortiſsimos fa
ciens, abſtulit Chriſti amicis timorem, & inimicorum odium conuertit in amorem.

De eo quod dicit, Hæc locutus ſum vobis vt non ſcandalizemini: vſq;
101 ad id quod ait, Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit ho
E ra eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

Tractatus. XCIII.

IN his quæ præcedunt hoc Euangelii capitulum, dominus diſcipulos ſuos ad inimi- Ca. XVI.
corum odia perferenda confirmans, ſuo quoq; præparauit exemplo, vt eum imitan-
do fierent fortiores, addẽs & promittens eis, quòd venturus eſſet ſpirituſſanctus qui
de illo teſtimonium perhiberet, & adiiciens quòd & ipſi fierent teſtes eius, hoc vtiq; in
eis operante ſpirituſancto: ſic enim ait, Ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſti-
monium perhibebitis; vtiq; quia ille perhibebit, etiam vos perhibebitis: ille in cordibus
veſtris, vos in vocibus veſtris: ille inſpirando vos ſonando, vt poſsit impleri, In omnem Pſal. 18.
terram exiuit ſonus eorum: parum quippe fuerat eos adhortari exemplo ſuo, niſi imple
ret ſpirituſancto: deniq; apoſtolus Petrus cum iam verba eius audiſſet, vbi dixerat, Nõ Ioan. 13.
eſt ſeruus maior domino ſuo, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur, & hoc in illo iam
videret impleri, in quo patientiam domini ſui ſi exemplum ſufficeret debuit imitari, ſuc
101 cubuit, & negauit, non vtiq; ferens quod illum ferre cernebat. Cum vero accepit donũ
F ſpirituſſancti, quem negauerat prædicauit, & quem confiteri timuerat, non timuit pro-
fiteri. Prius enim exemplo quidem fuerat edoctus, vt quod fieri conuenerat noſſet, ſed
nondum fuerat virtute fultus, ut quod nouerat faceret: inſtructus erat ut ſtaret, ſed nõ
erat firmatus ne caderet; quod poſteaquam per ſpiritum ſanctum factum eſt, annuncia-
uit uſque ad mortem, quem negauerat timens mortem: ideo dominus in hoc conſequen
ti capitulo, de quo nunc nobis loquendum eſt, Hæc, inquit, locutus ſum uobis, ut non
ſcandalizemini.) Canitur quippe in pſalmo, Pax multa diligentibus legem tuam do- Pſal. 118.
mine, & non eſt illis ſcandalum. Merito itaq; promiſſo ſpirituſancto, quo in eis operante
fierent teſtes eius, ſubiunxit, hæc locutus ſum uobis, ut non ſcandalizemini: cum. n. cha
ritas dei diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, fit Roma. 5.
pax multa diligentibus legem dei, ut non ſit illis ſcandalum: deinde quæ paſſuri eſſent,
tam exprimens ait, †Extra ſynagogas facient uos.) Quid autem mali erat apoſtolis ex- † alias
pelli de ſynagogis Iudaicis, quali non inde fuerant ſe ſeparaturi, etiam ſi eos nullus ex- abſq; ſyna
101 pelleret? Sed nimium hoc uoluit denunciare, quia Iudæi Chriſtum non fuerant receptu gogis.
G ri, à quo iſti non fuerant receſſuri, & ideo futurum erat ut foras mitterentur cum illo ab
eis qui eſſe nolent in illo, hi qui eſſe non poſſent ſine illo: nam profecto quia non erat ul
lus alius populus dei quàm illud ſemen Abrahæ, ſi agnoſcerent & reciperent Chriſtum, Rom. 11.
tanquam rami naturales in oliua permanerent, nec aliæ fierent Eccleſiæ Chriſti, aliæ ſy
nagogæ Iudæorum, eadem quippe eſſent, ſi in eodem eſſe uoluiſſent, quod quia nolue-
runt, quid reſtabat niſi ut remanentes extra Chriſtum, extra ſynagogas facerent eos, qui
non relinquerent Chriſtum? Accepto quippe ſpirituſancto, teſtes eius effecti, non utiq; Ioan. 12.
ut tales eſſent: de quibus dicitur, Multi principes Iudæorum crediderũt in eum, ſed pro-
pter metum Iudæorum, ne repellerentur de ſynagogis, non audebant confiteri eum, di-
lexerunt enim gloriam hominum magis quàm dei. Crediderunt ergo in eum, ſed nõ ſic Ioan. 5.
quomodo eos uolebat credere, qui dicebat, Quomodo poteſtis credere, gloriam ab inui
cem expectantes, & gloriam quæ à ſolo deo eſt non quærentes? Diſcipulis ergo ſic in eũ
credentibus ut impleti ſpirituſancto, hoc eſt, dono gratiæ dei, non ſint de numero eorũ
101 qui ignorantes dei iuſtitiam, & ſuam uolentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubie- Rom. 10.
H cti, nec de illorum: de quibus dictum eſt, Dilexerunt gloriam hominũ magis quàm dei:
illa eis cõgruit prophetia, quæ de ipſis inuenitur impleta, Domine in lumine uultus tui Pſal. 88.
ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iuſtitia exaltabuntur, quo
niam gloria uirtutis eorum tu es: merito eis dicitur, Extra ſynagogas facient uos: illi ſci Rom. 10.
licet qui zelum dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam: propter quod ignorantes dei
iuſtitiam, & ſuam uolentes conſtituere, eos expellunt qui non in ſua, ſed in dei iuſtitia
exaltabuntur, nec expulſi ab hominibus erubeſcunt, quoniam gloria uirtutis eorum ip
ſe eſt, deniq; cum hoc eis dixiſſet, adiecit, Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, ar-

bitretur obsequium se præstare deo,& hæc facient vobis, quia non cognouerunt patrẽ neque me:)hoc est,non cognouerunt deum nec eius filium,cui se in vobis occidendis præstare arbitrantur obsequium:quæ verba dominus ita subiunxit, tanquam ex hoc consolaretur suos,qui de synagogis Iudaicis expellerentur:prænuncians enim quæ mala essent pro eius testimonio perpessuri:extra synagogas,inquit,facient vos:nec ait, & venit hora,vt omnis qui interficit vos,arbitretur obsequiũ se præstare deo. Quid ergo ait?Sed venit hora:quemadmodum diceret, si aliquid boni post ista mala prædicaret. Quid sibi ergo vult,extra synagogas facient vos:Sed venit hora? tanquam hoc dicturus fuisset,Separabunt quidem illi vos,sed ego vos colligam: aut separabunt quidẽ illi vos,sed venit hora lætitiæ vestræ:quid ergo ibi facit hoc verbum quod ait,sed venit hora,quasi consolationem eis promitteret post tribulationem,cum magis dicere debuisse videatur indicatiuo modo,& venit hora? Sed non ait,& venit,cum tribulationem superuenturam,non consolationem post tribulationem venturam illis esse prædicaret. An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura, vt mori mallent quàm in hac vita sine Iudæorum congregationibus immorari? Absit,vt sic turbarentur qui dei, non hominum gloriam requirebant. Quid ergo est,extra synagogas facient vos, sed venit hora?cum potius dicere debuisse videatur,& venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare deo?Neque enim saltem dictum est, sed venit hora, vt interficient vos,quasi vt eis mors pro consolatione illius separationis accideret: sed venit hora, inquit, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Prorsus non mihi videtur aliud significare voluisse, nisi vt intelligerent atque gauderent tam multos se Christo acquisituros,cum de Iudæorum cõgregationibus pellerentur,vt eos quidem non sufficeret pellere,sed non sinerent viuere, ne omnes ad nomen Christi sua prædicatione conuerterent,& ab obseruatione Iudaismi, tanquam diuinæ veritatis,auerterent. Hoc enim de Iudæis dictum debemus accipere,de quibus dixerat, extra synagogas facient vos. Nam testes,id est,martyres Christi, etiam si occisi sunt à gentilibus,non tamen illi arbitrati sunt deo, sed diis suis falsis obsequium se præstare cum hæc facerent. Iudæorum autem omnis qui occidit prædicatores Christi, deo sese putauit præstare obsequium,credens q; deserent deũ Israel, quicunq; cõuerterentur ad Christum,vt enim & ipsum Christum occideret,ista ratione commoti sunt, nã eorũ de hac re etiam verba conscripta sunt,Videtis quia totus mundus post eum abiit, si dimisimus eum viuere,venient Romani, & tollent nobis & locum & gentem: & quod Caiphas dixit,Expedit vt vnus homo moriatur pro populo,& non tota gens pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exemplo quibus dixerat, si me persecuti sunt,& vos persequerentur,vt quemadmodum illum occidendo,deo se præstitisse obsequium putauerunt,sic etiam illos: iste itaque sensus est in his verbis,Extra synagogas facient vos,sed nolite solitudinem formidare: separati quippe à congregatione eorum, tam multos in nomine meo congregabitis,vt illi metuentes ne templũ quod erat apud eos,& omnia legis veteris sacramenta deserantur,interficient vos,sic fundentes sanguinem vestrũ,vt deo se pstare arbitrentur obsequiũ: ecce est illud quod de his dixit Apostolus,Zelum dei habent,sed non secundũ scientiam: obsequiũ se putant pstare deo, interficiendo famulos dei. O error horrendus, itáne vt placeas deo,percutis placenté deo? & templũ dei viuũ te feriente prosternitur,ne dei templũ lapideum deseratur? ò execrabilis cœcitas: sed ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gentiũ intraret: ex parte,inquã facta est,non ex toto. Non n. omnes,sed aliqui ex ramis fracti sunt, vt insereretur oleaster,nam spiritusancto implente discipulos Christi,cum linguis omnium gentiũ loquerentur, cum per eos diuina miracula frequentarentur, & diuina eloquia spargerentur, etiam occisus ita dilectus est Christus, vt eius discipuli expulsi a congregationibus Iudæorum, ex ipsis quoq; Iudæis ingentem multitudinem congregarent, & nullam solitudinem formidarent. Hinc ergo accensi cæteri reprobi & cæci, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, & obsequium se præstare Deo credentes, occidebant eos. Sed pro illis occisus colligebat eos, qui de his futuris antequã occideretur instruxerat eos,ne ignaros atq; imparatos animos mala inopinata & improuisa, quanuis cito transitura turbarent,sed præcognita & patienter accepta, ad bona sempiterna perducerent. Hanc enim fuisse causam vt hæc eis prænunciaret etiam ipse demostrauit adiungens,

Ioan. 11.

Roma. 10.

Roma. 11.

Acto. 2.

Roma. 10.

iungens,Sed hæc locutus sum vobis,vt cum venerit hora eorũ reminiscamini, quia ego dixi vobis.) Hora eorum hora tenebrosa, hora nocturna: sed in die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte declarauit quando nox Iudæorum separatum á se diem Christianorum nulla confusione fuscauit,& quando carnem occidere potuit,fidem tenebrare non potuit. Psal. 41.

De eo quod dicit,Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: vsq; ad id quod ait,De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est. Tractatus. XCIIII.

CVm dominus Iesus prædixisset discipulis suis persecutiones, quas passuri fuerãt post eius abscessum,subiunxit atq; ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi,quia vobiscum eram: nunc autem vado ad eum qui me misit.) Vbi primum videndũ est,vtrum eis futuras non prædixerit antè passiones. Sed alii tres euangelistæ satis eum prædixisse ista demonstrant,antequam ventum esset ad cœnam, qua peracta secundum Ioannem ista locutus est, vbi ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. An forte hic ista soluitur quæstio, quia & illi eum narrant passioni proximũ fuisse cum hæc diceret? Non ergo ab initio quando cum illis erat,quia iam discessurus, iãq; ad patrem perrecturus hæc dixit, & ideo etiam secundum illos euangelistas verum est quod hic dictum est,hæc autem vobis ab initio non dixi: sed quid agimus de fide Euangelii secundum Matthæum, qui hæc eis à domino non solum cum iam pascha esset cum discipulis cœnaturus imminente passione, verum & ab initio denunciata esse commemorat, vbi primum nominatim duodecim exprimuntur Apostoli, & ad opera diuina mittuntur? Quid sibi ego vult, quid hic ait. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram,nisi quia ea quæ hic dixit de spiritusancto, quod sit venturus ad eos testimonium perhibiturus,quando mala illa passuri sunt? Hæc ab initio eis non dixit, quæ cum ipsis erat. Consolator ergo ille vel aduocatus,vtrũq; n. interpretatur,quod est Græce παράκλητος, Christo abscendente fuerat necessarius, & ideo de illo non dixerat ab initio quando cum illis erat,quia eius præsentia consolabantur. Abscessurus autem oportebat vt diceret illum esse venturum,per quem futurum erat,vt charitate diffusa in cordibus suis verbum dei cum fiducia prædicarent,& illo intrinsecus apud eos testimonium perhibente de Christo,ipsi quoq; testimonium perhiberent, neq; scandalizarentur cum inimici Iudæi absque synagogis facerent eos, & interficerent, arbitrantes obsequium se præstare deo,quoniam charitas omnia tolerat,quæ diffundenda erat in cordibus eorum per spiritumsancti donum. Hinc ergo iste totus ducitur sensus, quia facturus eos erat martyres suos,id est,testes suos per spiritum sanctum,vt illo in eis operante,persecutionum quæcunq; aspera tolerarent, nec frigescerent à charitate prædicandi, illo diuino igne succensi. Hæc ergo,inquit,locutus sum vobis,vt cum venerit hora,eorum reminiscamini quia ego dixi vobis: hæc scilicet locutus sum vobis, non tantum quia passuri estis ista,sed quia cum venerit paraclêtus, ille testimonium perhibebit de me, ne ista timendo taceatis, vnde fiet, vt etiam vos testimonium perhibeatis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram, & ego vos consolabar mea corporali præsentia exhibita humanis sensibus vestris,quam paruuli capere poteratis. Nũc autem vado ad eum qui me misit, & nemo, inquit, ex vobis interrogat me quò vadis?) Significat dominus Iesus sic se iturum, vt nullus interrogaret, quod palam fieri visu corporis cernerent: nam superius interrogauerunt discipuli quò esset iturus, & responderat eis se iturum quò ipsi tunc venire non possent. Nunc vero ita se promittit iturum, vt nullus eorum quò vadit interroget. Nubes enim suscepit eum quando ascendit ab eis, & euntem in cœlum non verbis quæsierunt,sed oculis deduxerunt. Sed quia hæc locutus sum vobis, inquit, tristitia implebit cor vestrum.) Videbat vtique quid illa sua verba in eorum cordibus agerent, spiritalem quippe nondum interius habentes consolationem, quam per spiritum sanctum fuerant habituri, id quod exterius in Christo videbant, amittere metuebant: & quia se amissuros esse illum uera denunciantem dubitare non poterant,contristabatur humanus affectus,quia carnalis desolabatur aspectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est vtique melior, quo eos consolaturus fuerat spiritussanctus, non cernentium corporibus ingesturus

Rom. 5.

Matt. 10. Marc. 13. Lucæ. 21.

Ioan. 13.

Acto. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus humanum, sed seipsum credentium pectoribus infusurus: deniq; adiungit, Sed
ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam, si enim non abiero, paracletus
non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos:)tanquam diceret, expedit vo-
bis vt hæc forma serui auferatur à vobis, caro quidem factum verbum habito in vobis,
sed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & isto lacte contenti semper infantes esse cupia-
tis expedit vobis vt ego vadam, si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: Si ali-
menta tenera quibus vos alui, non subtraxero, solidum cibum nõ esurietis: si carni car
naliter hæseritis, capaces spiritus non eritis: nam quid est, si non abiero, paracletus non
veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos? Nunquid hic positus, eũ nõ poterat
mittere? Quis hoc dixerit? Neq; enim vbi ille erat, iste inde recesserat, & sic venerat à pa
Matt.3. tre, vt non maneret in parte. Postremo quomodo eum etiam hic constitutus nõ poterat
mittere, quẽ scimus super eum baptizatum venisse atq; mãsisse, imò vero à quo scimus
eũ nunquã separabilẽ fuisse? Quid est ergo, si non abiero, paracletus non veniet ad vos:
nisi non potestis capere spiritũ, quãdiu secundũ carnẽ persistitis nosse Christum? Vnde
2.Cor.5. ille, inquit, qui iam cœperat spiritũ: Et si noueramus, inquit, secundũ carnem Christũ,
sed nunc iam non nouimus: Etiam ipsam quippe carnem Christi non secundũ carnem
nouit, qui verbũ carnem factũ spiritaliter nouit. Hoc nimirum significare voluit magi
ster bonus dicendo: si n. non abiero, paracletus non veniet ad vos: si aũt abiero, mittam
eum ad vos. Christo aũt discedente corporaliter, non solũ spiritussanctus, sed & pater &
filius illis affuit spiritaliter: nam si ab eis sic abscesisset Christus, vt pro illo nõ cũ illo in
Matt.28. eis esset spiritussanctus, vbi est eius promissio dicentis, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad
Ioan.14. consummationem seculi, & veniemus ad eum ego & pater, & mansionem apud eum fa-
ciemus, cum & spiritumsanctum ita se promiserit esse missurum, vt cum eis esset in æter
num, ac per hoc cum ex carnalibus vel animalibus essent spiritales futuri, perfecto & pa-
trem & filium & spũmsanctum capacius fuerant habituri. In nullo ergo erit dendus est
esse pater sine filio & spiritu sancto, [aut pater & filius sine spiritussancto, aut filius sine
patre & spiritusancto,]aut sine patre & filio spiritussanctus, aut pater & spiritussanctus
sine filio, sed vbi eorum quilibet vnus, ibi trinitas deus vnus. Oportebat autem ita in-
sinuari trinitatem, vt quanuis nulla esset diuersitas substantiarum, singillatim tamen
commendaretur distinctio personarum, vbi eis qui recte intelligunt, nunquã videri po
test separatio naturarum: quod autem sequitur, Et cum venerit ille, arguet mundum de
peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de
iustitia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia prin-
ceps huius mundi iudicatus est.) Tanquam solum sit peccatum non credere in Chri-
stum, & tanquam ipsa sit iustitia non videre Christum, & tanquam ipsum sit iudicium,
quod princeps huius mundi, hoc est, diabolus, iudicatus est, valde latebrosum est, nec
isto sermone coarctandum, ne fiat obscurius breuitate, sed alio potius quantum do-
minus adiuuerit explicandum.

De eadem lectione. Tractatus. XCV.

Ioan.15. PRomittens dns missurũ se spũsanctũ: Cum venerit, inquit, ille arguet mundũ de
peccato, & de iustitia, & de iudicio.) Quid est hoc? Nunquidnam dns Christus nõ
arguit mundũ de peccato, cum ait, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatũ
non haberet, nunc aũt excusationẽ non habent de peccato suo? Sed nequis forte dicat
hoc ad Iudæos, pprie pertinere, non ad mundũ: nonne alio loco inquit, Si de mundo es-
Ioan.17. setis, mundus quod suũ erat diligeret? Nunquid non arguit de iustitia, vbi ait, Pater iu-
ste, mundus te non cognouit? Nunquid non arguit de iudicio, vbi se ait similtris esse di-
cturũ, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius? Et multa alia reperiun
Matt.25. tur in sancto Euangelio, vbi de his Christus arguit mundũ: quid est ergo qd tanquã pr-
prie tribuit hoc spirituisancto? An forte qa xps in Iudeorũ gẽte tantũ locutus est, mun
dum nõ videtur arguisse, vt ille intelligatur argui qui audit arguentẽ? Spũs aũt sanctus
in discipulis eius toto orbe diffusis, non vnã gentẽ intelligitur arguisse, sed mundũ: nã
hoc illis ait ascensurus in cœlũ, Non est vestrũ nosse tempora vel momenta, quæ pater
Acto.1. posuit in sua potestate, sed accipietis virtutẽ spũsancti superuenientis in vos, & eritis
mihi testes in Ierusalẽ, & in tota Iudæa, & in Samaria, & vsq; ad fines terræ: hoc est, ar-
guere mundum Sed quis audeat dicere quod per discipulos Christi arguit mundũ spũs-

sanctus, & non arguat ipse Christus cũ clamet Apostolus, An vultis experimentũ acci-
pere eius qui in me loquitur Christus? Quos itaq; arguit spiritussanctus, arguit vtiq; & 2. Cor.13.
Christus. Sed quantũ mihi videtur, quia per spũmsanctũ diffundenda erat charitas in
102 cordibus eorũ, quæ foras mittit timorem, quo impediri possent, ne arguere mundum, q Roma.5.
I persecutionibus fremebat, auderent, propterea dixit, ille arguet mundũ, tanquã diceret,
ille diffundet in cordibus vestris charitatẽ, sic. n. timore depulso, arguendi habebitis li- 1. Ioan 4.
bertatẽ. Sæpe aũt diximus inseparabilia opera esse trinitatis, sed sigillatim commendan-
das fuisse personas, vt non solum sine separatione, verumetiam sine confusione & vni-
tas intelligatur & trinitas: exponit deinde quid dixerit de peccato, & de iustitia, & de iu-
dicio. De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me:)hoc enim peccatũ quasi
solum sit præ cæteris posuit, quia hoc manente cætera detinentur, & hoc discedente cæ-
tera remittũtur. De iustitia vero, inquit, quia ad patrem vado, & iam nõ videbitis me.)
Hic primo videndum est, si recte quisq; arguitur de peccato, vtrum recte arguatur & de
iustitia. Nunquid si arguendus est peccator propterea, quia peccator est, arguendum pu
tabit quisquã & iustum propterea quia iustus est? Absit. Nã & si aliquando iustus argui
tur, ideo recte arguitur, quia scriptum est, Non est iustus in terrra, qui faciat bonum &
102 non peccet: quocirca etiam cum iustus arguitur, de peccato arguitur non de iustitia
K qũ & in illo qd legimus diuinitus dictũ; Noli effici iustus multũ: non est notata iustitia Eccle.7.
sapientis, sed superbia præsumentis: qui ergo fit multũ iustus, ipso nimio fit iniustus:
multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatum, aut qui se putat nõ gra
tia dei, sed sua voluntate sufficiente effici iustum, nec recte viuẽdo iustus est, sed potius
inflatus, putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de iu-
stitia, nisi de iustitia credentium? Arguitur itaq; de peccato, quia in Christum non cre-
dit, & arguitur de iustitia eorum qui credunt: ipsa quippe fidelium comparatio, infide-
lium est vituperatio, hoc & ipsa expositio satis indicat: volens enim aperire quid dixe-
rit, de iustitia vero, inquit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: non ait, & iam
non videbunt me: de quibus dixerat, quia non credunt in me, sed peccatum quid voca-
ret exponens, de illis locutus est, dicens, quia non credunt in me: exponens autem quã
dixerit iustitiam, de qua dixit, mundus arguitur, ad ipsos quibus loquebatur, se conuer
tit atq; ait, Quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Quapropter mundus de pec-
102 cato quidem suo, de iustitia vero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebræ:
L Omnia enim quę arguuntur ait Apostolus, à lumine manifestantur. Quantum. n. malũ Ephe.5.
sit eorũ, qui non credunt, non solũ per seipsum, verumetiã ex bono pot eorũ apparere q
credunt. Et quoniã ista vox infideliũ esse consueuit, quomodo credimus qd non vide-
mus? Ideo credentiũ iustitiã sic oportuit definiri, qa ad patrẽ vado, & iam non videbitis
me: beati. n. qui non vident & credunt. Nã & qui viderunt Christũ, non in eis laudata est Ioan.20.
fides eorũ, quia credebant qd videbant, id est, filiũ hominis, sed quia credebãt quod nõ
videbant, id est filiũ dei. Cũ vero & ipsa forma serui subtracta eorũ esset aspectibus, tũ Abac.2.
vero ex omni parte impletum est, Iustus ex fide viuit: est. n. fides, sicut in Epistola quæ Roma.1.
ad Hebræos est definitur, sperandarũ substantia, & coniunctio eorũ quę non videntur. Hebr.11.
Sed quid est, iam non videbitis me? non. n. ait ad patrẽ vado, & nõ videbitis me, vt tem- aliàs co-
poris interuallũ quo non videbitur, significasse intelligeretur, siue breue, siue longum, gnitio.
102 tamen vtiq; terminatũ: sed dicendo, iam non videbitis me, velut nunquam de cętero vi
M suros eos Christũ veritas prænunciauit? Hæc ne iustitia est nunquã Christum videre, &
in eum tamen credere, cum propterea laudetur fides ex qua iustus viuit, quoniã credit
quẽ modo non videt Christũ, se aliquando esse visurũ? Postremo secundum hanc iusti-
tiã, nunquid dicturi sumus Paulum Apostolum non fuisse iustum, confitentem se Chri 1.Cor.15.
stum vidisse post ascensionem eius in cœlũ, de quo vtiq; iam tempore dixerat, iam non
videbitis me. Nunquid secundũ hanc iustitiã iustus non erat glorioſissimus Stephanus Acto.7.
qui cũ lapidaretur, ait, Ecce video cœlũ apertum, & filiũ hominis stantem ad dexteram
dei? Quid ergo est, Ad patrẽ vado, & iam nõ videbitis me: nisi quomodo sum, cũ vobis-
cum sum? Tunc. n. adhuc erat mortalis in similitudine carnis peccati, qui esurire pote-
rat atq; sitire, fatigari atq; dormire. Hunc ergo Christum, id est, talem Christum cũ tran
sisset de hoc mundo ad patrem, non erant iam visuri, & ipsa est iustitia fidei, de qua dicit
Apostolus, Etsi noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. 2.Cor.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Erit itaq;,inquit,vestra iustitia qua mundus arguetur,quia vado ad patrem, & iam nō
videbitis me,quoniā in eū quem non videbitis credetis in me, & quando me videbitis
qd tunc ero non videbitis me qd sum vobiscū modo nō videbitis me humilē sed excel
sum:nō videbitis mortalē,sed sempiternū:non videbitis iudicandū,sed iudicaturum,& 103
de hac fide vestra,id est,iustitia vestra,arguet spiritussanctus incredulū mundū. Arguet A
Ioan.14. ēt de iudicio,quia princeps huius mūdi iudicatus est.) Quis est iste,nisi de quo ait alio
loco,Ecce venit princeps mundi,& in me nihil inuenit:id est,nihil iuris sui, nihil quod
ad eū pertineat,nullū scilicet omnino peccatū?Per hoc.n.est diabolus princeps mundi,
nō.n.cœli & terræ & omniū quæ in eis sunt est diabolus princeps,qua significatiōe in-
Ioan.1. telligitur mundus,vbi dictum est,Et mundus per eū factus est:sed mundi est diabolus
princeps, de quo mundo ibi continuo subiungit atque ait, Et mundus eum non co-
gnouit,hoc est,homines infideles,quibus toto orbe terrarum mundus est plenus: inter
1.Ioan.3. quos gemit fidelis mundus,quē de mundo elegit,per quē factus est mundus,de quo ipse
dicit,Non venit filius hominis vt iudicet mundū,sed vt saluetur mūdus per ipsum.Mū-
dus eo iudicante dānatur,mundus eo subueniente saluatur,quoniā sicut arbor foliis &
pomis,sicut area paleis & frumentis,ita infidelibus & fidelibus plenus est mundus.Prin 103
Ephe.1. ceps est ergo mundi huius,hoc est,princeps tenebrarū harū,hoc est,infideliū,de quibus B
Ephe.5. eruitur mundus quibus dicitur,Fuistis aliquando tenebræ,nunc aūt lux in dño. Prin-
Ioan.12. ceps mundi huius de quo alibi dicit,Nunc princeps mūdi huius missus est foras; vtiq;
iudicatus est,quoniā iudicio ignis æterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc itaq;
iudicio,quo princeps iudicatus est mundi,arguitur à spiritusancto mundus, quoniam
cū suo principe iudicatur,quē superbū atq; impium imitatur. Si enim deus, sicut dicit
Apostolus Petrus,peccantibus angelis nō pepercit,sed carceribus caliginis infert retru-
dens tradidit in iudicio puniendos seruari,quomodo nō à spiritusancto de hoc iudicio
2.Petri.2. mundus arguitur, quando in spiritusancto hæc loquitur Apostolus? Credant itaque
homines in Christum,ne arguantur de peccato infidelitatis suæ,quo peccata omnia de-
tinentur. Transeant in numerum fidelium, ne arguantur de iustitia eorum,quos iusti-
ficatos non imitantur. Caueant futurum iudicium,ne cum mundi principe damnentur, 103
quem iudicatum imitantur. Etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, C
de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Ab eo quod scriptum est, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Tractatus. XCVI.

IN isto sancti Euangelii capitulo, vbi dominus ait discipulis suis, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.) Prius quærendū illum occurrit, quomodo superius dixerit, Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis: & hic dicat, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Verū illud quomodo dixerit, quod nondum fecerat tanquā fecerit, sicut ea quæ futura sunt deum fecisse Propheta testatur dicens, Qui fecit quæ futura sunt, iam cum ipsa verba tractaremus, vt potuimus, exposuimus. Nunc ergo quæ ista sint quæ Apostoli tunc portare nō poterant, vultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorū se dicere iam capacem, quę illi capere non valebant? Ac per hoc nec à me expectanda sunt vt dicantur, quæ forte 103
non caperem, si mihi ab alio dicerentur; nec vos ea portare posseris, etiā si ego tantus es- D
sem, vt à me ista quæ vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidē pōt vt sint in vobis ali-
qui ad ea capienda iam idonei, quæ alii capere nondū valent, & si non omnia, de quibus
magister ille deus dicebat, Adhuc multa habeo vobis dicere, tamen eorū fortasse nonnul-
Ioan.14. la. Sed quæ nā sint ista quæ ipse nō dixit, temerariū est velle p̄ sumere & dicere: nam &
mori p̄ xp̄o nondū erāt idonei tūc Apostoli, quibus dicebat, Non potestis me sequi mō.
Vnde primus eorū Petrus, qui hoc iam se posse p̄ sumpserat, aliud expertus est quā puta-
bat: & tamē postea & viri & mulieres, pueri & puellæ, iuuenes & virgines senes cū iunio-
ribus innumerabiles martyrio coronati sunt, & paucæ inuentæ sunt oues, qd tunc quan-
do ista dns loquebatur, nondū poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis oui
bus dici in illo tentationis articulo, qd certare vsq; ad mortē pro veritate oportebat, & p̄
Christi nomine vel doctrina sanguinem fundere: nunquid, inquam, debuit eis dici,
Quis vestrum audeat idoneū martyrio se putare, cui Petrus idoneus nondū fuerat, qn̄
eum

eum os ad os ipse dominus instruebat? Sic itaq; dixerit aliquis, non debere dici populis
103 Christianis audire cupientibus, quæ sint de quibus dominus tunc dicebat, Adhuc mul-
E ta habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Si Apostoli nondum poterant, mul-
to minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire, quod tunc nondum poterat
Petrus: sic multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus, præser-
tim iam misso spiritusancto, qui tunc nondum erat missus, de quo continuo subiungit
atq; ait, Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.) Sic
vtiq; demonstrans illos ideo quæ habebat dicere, portare non posse, quia nondū ad eos
venerat spiritussanctus. Ecce concedamus ut ita sit, multos ea modo portare posse iam
amisso spiritusancto, quæ tunc eo nondum misso, non poterant portare discipuli. Nūquid
ideo scimus quæ sint quæ dicere noluit, quæ tunc sciremus si ab eo dicta legeremus uel
audissemus? Aliud est.n. scire, utrum â nobis uel à uobis portari possint, aliud autem sci-
re quæ sint, siue portari possint, siue non possint. Quæ cum ipse tacuerit, quis nostrum
103 dicat, ista uel illa sunt? aut si dicere audeat, unde probat? Quis.n.est tam uanus aut teme-
F rarius, qui cum dixerit etiam uera quibus uoluerit quę uoluerit, sine ullo testimonio di-
uino affirmet ea esse quę tunc dominus dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat, & non
maximam culpam temeritatis incurrat, in quo, nec prophetica nec apostolica excellit au-
thoritas? Nam profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica authoritate fir-
matis, qui post ascēsionem domini scripti sunt, parum fuerat hoc legisse: nisi illic id etiā
legeretur hoc ex eis esse, quę tunc dominus noluit discipulis suis, dicere, quia non pote-
rant illa portare: tanquam si uerbi gratia, ego diceré illud quod legimus in huius Euan-
gelii capite, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, Ioan. 1.
hoc erat in principio apud deum, & alia quę sequuntur, quoniam postea scripta sunt, nec
ea dominum Iesum dixisse narratum est, cum hic esset in carne, sed hęc unus Apostolis
eius ipso ac spiritu eius sibi reuelante conscripsit, ex his esse quę noluit tunc dominus
dicere, quia ea discipuli portare non poterant, quis me audiat tam temere ista dicentem?
Si autem ubi hoc legimus, ibi hoc etiam legeremus, quis non tanto Apostolo crederet?
Sed id quoq; mihi uidetur absurdissime dici, ea tūc non potuisse portare discipulos quę
103 de inuisibilib. & altissimis rebus inuenimus in apostolicis literis, quę postmodū scri-
G ptæ sunt, nec ea dominum quando cum illis uisibiliter erat, dixisse narratur: cur enim ea
tunc ferre non poterant, quæ nunc in eorum libris quis non legat, quis non ferat, etiam
si non intelligat? Nonnulla quidem homines infideles in scripturis sanctis, & non intel-
ligunt cum legunt uel audiunt, & lecta uel audita ferre non possunt: sicut Pagani, quod
per eum qui crucifixus est factus, est mundus: sicut Iudæi, quòd filius dei sit, qui eo mo-
do quo ipsi celebrant sabbatum soluit: sicut Sabelliani, quia trinitas est pater & filius &
spiritussanctus: sicut Arriani, quia æqualis est patri filius, & patri ac filio spiritussanctus:
sicut Photiniani, quia non homo tantum similis nobis, sed etiam deus deo patri æqualis
est Christus: sicut Manichęi, quod Christus Iesus per quem liberati sumus, nasci in car-
ne & de carne dignatus est: & cęteri omnes peruersarum ac diuersarum sectarum homi-
nes, utiq; ferre non possunt, quicquid in scripturis sanctis & in fide catholica reperitur,
quod contra eorum proferatur errores, sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum
103 uanitates & insanias mendaces. Quid est.n. ferre nō posse, nisi æquo animo non habere?
H Sed omnia quę post ascensionem domini canonica ueritate atq; authoritate conscripta
sunt, quis fidelis uel etiam catechumenus antequam spiritumsanctum baptizatus acci-
piat, non æquo animo legit atq; audit, etiamsi nondum sicut oportet intelligit? Quomo-
do ergo aliquid eorum quę post ascensionem domini scripta sunt, non possent ferre di-
scipuli, etiam nondum sibi misso spiritusancto, cum omnia nunc ferant catechumeni
nondum accepto spiritusancto: quia etsi non eis fidelium sacramenta produntur, non
ideo fit quòd ea ferre non possunt, sed ut ab eis tanto ardentius concupiscantur, quanto
eis honorabilius occultantur. Quapropter, charissimi, non à nobis expectetis audire,
quę tunc noluit dominus discipulis dicere quia nondum poterant illa portare, sed po-
tius in charitate proficite, quę diffunditur in cordibus uestris per spiritumsanctum, qui Rom. 5.
datus est uobis, ut spiritu feruentes & spiritalia diligentes, spiritalem lucem spiritalemq;
uocem, quam carnales & animales homines ferre non possunt, non aliquo signo corpo-
ralibus oculis apparente, nec aliquo sono corporalibus auribus instrepēte, sed interiore

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſpectu & auditu noſſe poſsitis. Non n. diligitur quod penitus ignoratur, ſed cum di-
ligitur quod ex quantulacunq; parte cognoſcitur, ipſa efficitur dilectione, vt melius &
plenius cognoſcatur. Si ergo in charitate proficiatis, quã diffundit in cordib. ſpirituſan-
ctus, docebit vos omnem veritatem: vel ſicut alii cordices habent, deducet vos in omni
Pſal. 85. veritate: vnde dictum eſt, Deduc me domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Sic
Eſa. 54. fiat vt non à doctoribus exterioribus illa diſcatis, quæ noluit dominus tunc dicere, ſed
Ioan. 6. ſitis omnes docibiles dei, vt eaipſa quæ per lectiones atq; ſermones extrinſecus adhibi-
tos didiciſtis & credidiſtis de natura dei non corporea, nec loco aliquo incluſa, nec per-
finita ſpacia locorum quaſi mole diſtenta, ſed vbiq; tota & perfecta & infinita, ſine nito-
rib. colorum, ſine figuris lineamentorum, ſine notis literarum, ſine ſerie ſyllabarum, ip-
ſa mente conſpicere ac percipere valeatis: ecce dixi aliquid quod forte inde ſit, & tamen
accepiſtis, & non ſolum ferre potuiſtis, verumetiam libenter audiſtis. Sed ſi ille magiſter
interior, q cũ adhuc diſcipulis exterius loqueretur ait, Adhuc multa habeo vobis dicere
Matt. 18. ſed non poteſtis portare modo, vellet nobis id quod de incorporea dei natura dixi, in-
trinſecus ita dicere, ſicut ſanctis angelis dicit, qui ſemper vident faciem patris, nondũ ea
portare poſſemus: proinde quod ait, Docebit vos omnem veritatem:) Vel deducet vos
in omni veritate: non arbitror in hac vita in cuiuſquam mẽte poſſe compleri: quis enim
Sapien. 9. viuens in hoc corpore quod corrumpitur & aggrauat animam, poſsit omnem cognoſce-
1. Cor. 13. re veritatem, cum dicat Apoſtolus, Ex parte ſcimus. Sed quia ſpiritum ſanctum fit, vnde
2. Cor. 1. nunc pignus accepimus, vt ad ipſam quoq; plenitudinem veniamus, de qua idem dicit
& 5. Apoſtolus, Tunc autem facie ad faciem, & nunc ſcio ex parte, tunc autem cognoſcam ſi-
2. Cor. 13. cut & cognitus ſum: non quod in hac tantum vita, ſed totum quod vſq; ad illam perfe-
ctionem futurum eſt, nobis dominus promiſit per charitatem ſpiritus dicens, Docebit
vos omnem veritatem: vel, deducet vos in omni veritate. Quæ cum ita ſint dilectiſsimi,
moneo vos in charitate Chriſti, vt ſeductores caueatis impuros, & obſcœnæ turpitudi-
Ephe. 5. nis ſectas, de quibus ait Apoſtolus, Quæ autẽ occultæ fiunt ab iſtis, turpe eſt & dicere:
ne cum horrendas immunditias docere cœperint, quas humanę aures qualeſcunq; ſint,
portare non poſſunt, dicant ipſa eſſe quæ dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dice-
re, ſed non poteſtis portare modo: & per ſpiritum ſanctum aſſerãt fieri, vt poſsint illa im-
munda & nefanda portari. Alia ſunt mala quæ portare non poteſt qualiſcunq; pudor hu-
manus, & alia ſunt bona quæ portare non poteſt paruus ſenſus humanus. Iſta ſunt in
corporibus impudicis, illa remota ſunt à corporibus vniuerſis, hoc in pura carne com-
Rom. 11. mittitur, illud pura mente vix cernitur. Renouamini ergo ſpiritu mentis veſtræ, & intel-
Ephe. 3. ligite quæ ſit voluntas dei, quod bonum & beneplacitũ & perfectum eſt, vt in charitate
radicati & fundati, poſsitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, lati-
tudo, altitudo & profundũ, cognoſcere etiam ſupereminentẽ ſcientiæ charitatẽ Chriſti,
vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Iſto. n. modo vos docebit ſpirituſanctus
omnem veritatem, cum magis magisq; diffundet in cordib. veſtris charitatem.

De eadem lectione. Tractatus. XCVII.

SPirituſanctus quem promiſit dominus ſe diſcipulis ſuis eſſe miſſurum, qui eos do-
ceret omnem veritatem, quam tunc quando cum eis loquebatur portare non pote-
rant, de quo ſpirituſancto, ſicut dicit Apoſtolus, nunc pignus accepimus, quo verbo in-
telligeremus eius plenitudinem nobis in vita alia reſeruari. Ipſe ergo ſpirituſanctus &
2. Cor. 1. & 5. nunc docet fideles, quanta quiſq; poteſt capere, & ſpiritalia eorum pectora deliderio ma-
iore ſuccendit, ſi quiſquã in ea charitate proficiat, qua & diligat cognita, & cognoſcen-
da deſideret, ita vt ea quoq; ipſa, quæ nunc quomodocunq; cognoſcit, nondum ſe ſcire
Eſa. 64. ſciat, ſicut ſciẽda ſunt in ea ſtita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
1. Cor. 2. minis aſcendit. Quo ſciendi modo, ſi nunc ea vellet interior magiſter dicere, id eſt, no-
ſtræ menti aperire atq; monſtrare, humana infirmitas portare non poſſet. Vnde me ve-
ſtra dilectio meminit iam locutum, cum ſancti Euangelii verba tractaremus, vbi domi-
nus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.) Non vt in his
domini verbis neſcio quæ ſecreta nimis abdita ſuſpicentur, quæ cum dici à docente
poſsint, portari à diſcente non poſsit: ſed eaipſa quæ doctrina religionis in quorum-li-
bet hominum notitia legimus & ſcribimus, audimus & dicimus, ſi vellet eo modo nobis
Chriſtus dicere, ſicut ea dicit angelis ſanctis in ſeipſo vnigenito verbo, patri coæterno,

quinam portare homines poſſent, etiam ſi iam eſſent ſpiritales, quales adhuc Apoſtoli
non fuerunt, quando iſta eis dominus dixit, qualesq; poſteaueniente ſancto ſpiritu facti
ſunt? Nam vtiq; quicquid de creatura ſciri poteſt, minus eſt ipſo creatore, qui ſummus
104 & verus & immutabilis eſt deus: Et quis eum tacet, vbi non á legentibus, diſputãtibus,
A quærentibus, reſpondentibus, laudantibus, cantantibus, quoquo modo ſermocinanti-
bus, poſtremo ab ipſis etiam blaſphemantibus nominatur? Et cum eum nemo taceat,
quis eſt qui eum ſicut intelligendus eſt capiat, cum de oribus & auribus hominũ nõ re
cedat, quis eſt cuius acies ad eum mentis accedat? Quis eſt qui eum trinitatem eſſet ſciſ-
ſet, niſi ipſe ſic innoteſcere voluiſſet? Et quis hominũ iam iſtam ſileat trinitatem, & tamẽ
quis hominum ſicut angeli ſapiat trinitatem? Eaipſa ergo quæ de dei æternitate, verita-
te, ſanctitate in promptu & palam ſine ceſſatione dicuntur, ab aliis bene, ab aliis male in
telliguntur, imõ ab aliis intelliguntur, ab aliis non intelliguntur: qui n. male intelligit,
non intelligit. Ab eiſipſis autem à quibus bene intelliguntur, ab aliis minus, ab aliis am
plius mente viuacitate cernũtur, & à nullo hominum ſicut ab angelis capiuntur. In ip-
ſa ergo mente, hoc eſt, in interiore homine quodãmodo creſcitur, nõ ſolũ vt ad cibũ à la
cte tranſeatur, verumetiam vt amplius atq; amplius cibus ipſe ſumatur. Non autem cre
104 ſcitus ſpacioſa mole, ſed intelligentia luminoſa, quia & ipſe cibus intelligibilis lux eſt.
E Vt ergo creſcatis, eumq; capiatis, & quanto magis creſcitis, tanto magis magisq; capiatis,
non ab eo doctore, qui veſtris auribus ſonat, hoc eſt, forinſecus operando plantat & ri- 1. Cor. 3.
gat, ſed ab eo qui dat incrementum, petere ac ſperare debetis. Proinde ſicut præterito ſer
mone commonui, cauete, maxime qui paruuli eſtis, & adhuc alimentis lacteis indigetis,
ne hominibus ſub hac occaſione deceptis ac deceptoribus, qa dominus ait, Adhuc mul-
ta habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, aurem curioſam præbeatis ad in-
cognita ſcienda, cum mentes inualidas habeatis ad vera & falſa diiudicanda, maxime
propter obſcœniſsimas turpitudines, quas docuit vanitas †animas inſtabiles atq; carna †aliàs, ſata
les, ad hoc deo ſinente vt eius vbique ſint tremenda iudicia, & in comparatione impurę nas.
nequitiæ dulceſcat puriſsima diſciplina, atq; illi det honorem, timorem autem vel pu-
dorem, ſibi qui in illa mala vel illo regente non cecidit, vel illo inde leuante ſurrexit. Ca
uete timendo & orando, ne irruatis in illud ænigma Salomonis, vbi mulier inſipiens &
audax, inops panis effecta, conuocat prætereuntes dicens, Panes occultos libenter at- Prou. 9.
104 tingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem. Hæc enim mulier vanitas eſt impiorum, cum ſint
C inſipientiſsimi, aliquid ſe ſcire opinantium ſicut de iſta muliere dictum eſt, inops panis
efficitur. Quæ cum ſit inops panis, promittit panes, id eſt, cum ſit ignara veritatis, pro-
mittit ſcientiam ueritatis, occultos tamen panes promittit, quos tamen dicit libenter at
tingi, & aquæ furtiuæ dulcedinem, ut ea ſcilicet libentius & dulcius audiantur & agan-
tur, quæ palam in Eccleſia dici creditq; prohibentur. Ipſa quippe occultatione condiunt
quodammodo nefarii doctores ſua venena curioſis, ut ideo ſe exiſtiment aliquid diſce-
re magnum, quia merentur habere ſecretum, & ſuauius hauriant inſipientiam, quam
putant ſcientiam, cuius prohibitam quodammodo furantur audaciam. [†Hinc & nefa- [†audien-
rios ritus ſuis hominibus, ſacrilega curioſitate deceptis uel decipiendis, magicarum ar- tiam.
tium doctrina commendat. Hinc illæ illicitę diuinationes inſpectis pecudum uiſceribus
occiſorum, aut uocibus & uolatibus auium, aut ſignis multiformibus dæmoniorum,
inſuſurrant auribus hominum periturorum †per colloquia perditorum. Propter hæc il- †aliàs, im-
licita atq; punienda ſecreta, mulier illa non ſolum inſipiens, uerum audax etiam nuncu peritorum
104 patur. Sed hæc non ſolum â re ipſa, uerum & á nomine noſtræ religionis aliena ſunt.
D Quid quod mulier hæc inſipiens & audax ſub Chriſtiano uocabulo tot ſceleſtas hære-
ſes condidit, tot nephandas fabulas finxit? utinam tales quales in theatris ſiue cantan-
tur, ſiue ſaltantur, ſiue mimica ſcurilitate ridentur, & non quaſdam tales quales aduer-
ſus deum fingere potuiſſe, ſic illam doleamus inſipientiam, ut miremur audaciam. Om-
nes autem inſipientiſsimi hæretici, qui ſe Chriſtianos uocari uolunt, audacias figmen-
torũ ſuorũ, quas maxime exhorret ſenſus humanus, hac occaſione euangelicæ ſentẽtiæ
colorare conantur, ubi dñs ait, Adhuc multa habeo uobis dicere, ſed non poteſtis porta-
re modo: quaſi hæc ipſa ſint quæ tunc diſcipuli portare non poterant, & ea docuerit ſpiri
tuſanctus, quæ palam docere atque prædicare, quantalibet feratur audacia, ſpiritus eru
beſcit immundus, Hoc Apoſtolus in ſpirituſanctо præuidens ait: Erit n. tẽpus quo ſanã 2. Tim. 4.

doctrinam non ſuſtinebunt,ſed ſecundū deſideria ſua magiſtros ſibi coaceruabunt pru
rientes auribus,& à veritate quidem auditum ſuum auertentes , ad fabulas autem con-
uertentur : illa.n. ſecreti furtiq; commemoratio qua dicitur,Panes occultos libenter at-
tingite,& aquæ furtiuæ dulcedinem: pruritum facit audientibus in auribus ſpiritaliter
2.Tim.2. Prophanas,inquit,verborum nouitates deuīta:multum.n proficiunt ad impietatem,&
ſermo eorū ſicut cancer ſerpit.Et non ait verborum nouitates ; ſed addit, prophanas:
Acto.11. ſunt.n.& doctrinæ religionis congruentes verborū nouitates,ſicut ipſum nomen Chri-
ſtianorum quando dici cœperit,ſcriptum eſt, in Antiochia enim primū poſt aſcenſionē
domini appellati ſunt diſcipuli Chriſtiani,ſicut legitur in actibus Apoſtolorum: & xe-
nodochia & monaſteria poſtea ſunt appellata nouis nominib°: res tn ipſæ & ante nomi
na ſua erant,& religionis veritate firmantur, qua etiam contra improbos defenduntur.
Aduerſus impietatem quoq; Arrianorū hæreticorum nouum nomen patres ὁμόϭιον con-
diderunt,ſed non rem nouam tali nomine ſignauerunt: hoc.n. vocatur ὁμόϭιον quod eſt,
Ioan.10. ego & pater vnum ſumus,vnius videlicet eiuſdemq; ſubſtantiæ. Nam ſi omnis nouitas
Ioan.13. prophana eſſet , nec à domino diceretur , Mandatum nouum do vobis : nec teſtamen-
tum appellaretur nouum: nec cantaretur in vniuerſa terra canticum nouum: Sed pro-
phanæ ſunt verborum nouitates,vbi dicit mulier inſipiens & audax, Panes occultos li-
Prou.9. benter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem. Ab hac pollicitatione falſæ ſcientiæ pro-
1.Tim.6. hibet etiam illo loco Apoſtolus vbi dicit,O Timothee,depoſitum cuſtodi,deuitans pro
fanas vocum nouitates,& contradictiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promit
tentes circa fidem exciderunt: nihil.n.ſic amant iſti quā ſcientiam promittere, & fidem
[alias,vete rum. rerum verarum [quas credere paruuli precipiuntur, velut imperitiam deridere. Dicit
aliquis, Nihil ne ſpiritales viri habent in doctrina,quod carnalibus taceant, & ſpiritali-
bus eloquantur ? Si reſpondero,non habent, continuo mihi dicetur ex epiſtola ad Co
1. Cor 3. rinthios Apoſtoli Pauli,Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carnalibus,
quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi , non eſcam : nondum enim poteratis ,
ſed nec adhuc quidem poteſtis : adhuc enim eſtis carnales : & illud , Sapientiam loqui-
1. Cor. 2. mur inter perfectos: & illud,Spiritalibus ſpiritalia comparantes : animalis autem homo
non percipit quæ ſunt ſpiritus dei,ſtultitia enim eſt illi. Hoc totum quale ſit,ne rurſus
propter hæc verba Apoſtoli prophanis vocum nouitatibus ſecreta quærantur,& ea quę
debet caſtorum ſpiritus corpusq; vitare,dicatur carnalis, ſuſtinere non poſſe, ſermone
alio ſi dominus donauerit,diſputandum eſt,vt iam iſtum aliquando claudamus.

De eadem lectione. Tractatus. XCVIII.

EX verbis domini noſtri vbi dicit, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non pote-
ſtis portare modo:) Exortam difficilem quæſtionem me recolo diſtuliſſe, vt inde
ocioſius tractaretur, quia illum modus competēs compellebat finire ſermonem ;
nunc ergo quoniam tempus promiſſa reddendi , pertractetur vt dominus ipſe donaue-
rit,qui cordi noſtro vt proponeretur ingeſſit . Hæc eſt autem quæſtio, vtrum ſpiritales
homines habeant aliquid in doctrina , quod carnalibus taceant , & ſpiritalibus dicant.
Quia ſi dixerimus,non habent: reſpondebitur nobis, Quid eſt ergo quod dicebat Apo-
1.Cor.3. ſtolus ſcribens ad Corinthios,Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carna
libus,quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcam;nondum enim potera-
tis,ſed nec adhuc quidem poteſtis,adhuc enim eſtis carnales ? Si autem dixerimus, ha-
bent,timendum & cauendum eſt,ne ſub hac occaſione in occultis nefaria doceantur, &
ſpiritalium nomine velut ea quæ carnales capere non poſſunt , non ſolum excuſatione
dealbanda , verumetiam prædicatione laudanda videantur. Primum ergo ſcire debet
charitas veſtra , quod ipſe Chriſtus crucifixus , quo velut lacte paruulos aluiſſe ſe dicit
Apoſtolus,ipſa vera caro eius,in qua facta eſt vera mors eius & vulnera vera confixi ſan
guinisq; excuſi,non eo modo á carnalibus quo ab ſpiritalibus cogitatur,& illis eſt lac,
iſtis cibus eſt,quia etſi non audiunt amplius,intelligunt amplius.Non.n.æqualiter men
te percipitur,etiam quod in fide pariter ab vtriſq; recipitur,ita fit vt prædicatus ab Apo
1. Cor.1. ſtolis Chriſtus crucifixus,& Iudęis eſſet ſcandalum,& Gentibus ſtultitia,& ipſis vocatis

Iudæis & Græcis dei virtus & dei ſapientia : ſed carnalibus paruulis id tantum creden-
do tenentibus: ſpiritalibus autem capacioribus id etiam intelligendo cernentibus. Il-
lis ergo tanquam lacteus potus , iſtis tanquam ſolidus cibus , non quia hoc illi aliter in
104 populis, iſti aliter in cubiculis cognouerunt , ſed quod eodem modo vtriq; cum palam
I diceretur audiebant, pro ſuo modo quique capiebant . Cum enim Chriſtus propterea
fic crucifixus , vt in remiſſionem peccatorum ſanguinem funderet , qua eius vnigeniti
paſſione diuina gratia commendatur , vt nemo in homine glorietur quomodo intelli-
gebant Chriſtum crucifixum qui adhuc dicebant, Ego ſum Pauli, Nunquid quomodo 1.Cor.3.
ipſe Paulus qui dicebat. Mihi autē abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chri- 1.Cor.1.
ſti? De ipſo itaq; Chriſto crucifixo,& ipſe cibum pro ſua capacitate ſumebat,& illos la Gala.6.
cte pro eorum infirmitate nutriebat. Deniq; illa quæ ſcripſit ad Corinthios, aliter vtiq;
ab ipſis paruulis, aliter a capacioribus poſſe intelligi ſciens,ait, Siquis eſt inter vos Pro- 1.Cor.14.
pheta aut ſpiritalis,agnoſcat quæ ſcribo vobis,quia domini eſt mandatum : ſiquis autē
ignorat,ignorabitur,ſolidam profecto voluit eſſe ſcientiam ſpiritalium, vbi non ſola fi-
des accommodaretur,ſed certa cognitio teneretur: ac per hoc illi ea ipſa credebant, quæ
ſpiritales inſuper agnoſcebant. Ignorabitur autem,ait,qui ignorat: quia nondum ei re-
104 uelatum eſt,vt quod credit ſciat. Quod cum fit in hominis mente,ipſe dicitur cogno-
K ſci à deo, quia deus illum cognoſcentem facit , ſicut alibi ait,Nunc autem cognoſcentes
deum , imo cogniti à deo : neq; enim tunc cognouerat eos deus, præcognitus & electos
ante mundi conſtitutionem,ſed tunc eos ſeipſum cognoſcere fecerat. Hoc igitur primi- Ephe.1.
tus cognito, quod ea ipſa quæ ſimul audiunt ſpiritales atque carnales , pro ſuo modulo
quinq; capiunt,illi vt paruuli,iſti vt maiores,illi vt lactis alimentum, iſti vt cibi ſolida-
mentum,nulla videtur eſſe neceſsitas, vt aliqua ſecreta doctrinæ taceantur , & abſcon-
dantur fidelib.paruulis ſeorſum dicenda maiorib.hoc eſt,intelligentioribus, & hoc ideo
faciendum putetur,quia dixit Apoſtolus, Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed 1. Cor.3.
quaſi carnalibus . Hoc ipſum enim quod non iudicauit ſe ſcire in eis niſi Ieſum Chriſtū
& hunc crucifixum,ipſis non potuit loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus,quia 1.Cor. 2.
id ſicut ſpiritales capere non valebant. Quicunq; autem ſpiritales inter eos erant, id eſt,
quod illi tanquam carnales audiebant,ſpiritali ipſi intellectu capiebant,vt ſic intelliga-
tur quod ait,Nō potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carnalibus: ac ſi diceret, 1.Cor.3.
104 non potuiſtis quaſi ſpiritales, ſed quaſi carnales capere quod loquebar. Animalis enim 1.Cor.2.
L homo,id eſt,qui ſecundum hominem ſapit,animalis dictus ab anima, carnalis carne, qa
ex anima & carne conſtat totus homo , non percipit quæ ſunt ſpiritus dei , id eſt , quid
gratiæ credentibus crux conferat Chriſti,& putat hoc illa cruce actum eſſe tantummo-
do,vt nobis vſq; ad mortem pro veritate certantibus imitandum præberetur exemplū:
nam ſi ſcirent huiuſmodi homines,qui nolunt eſſe niſi homines,quemadmodum Chri- 1. Cor.1.
ſtus crucifixus factus ſit nobis ſapientia à deo,& iuſtitia,& ſanctificatio,& redemptio,vt
quemadmodum ſcriptum eſt,Qui gloriatur,in domino glorietur: proculdubio non glo Hiere.9.
riarentur in homine,nec carnaliter dicerent,Ego quidem ſum Pauli,ego autem Apollo, 1. Cor.1.
ego vero Cephæ: ſed ſpiritaliter, ego ſum Chriſti . Verum illud adhuc quæſtionem fa-
cit,quod in epiſtola ad Hebræos legitur,Cum iam deberetis tempore iplo eſſe doctores, Heb.5.
iterum doctrina indigetis,quæ ſint elementa ſermonum dei,& facti eſtis opus habentes
lacte,non ſolido cibo. Omnis enim qui lactet inexpertus eſt verborum iuſtitiæ, infans
eſt.n.Perfectorum eſt autem ſolidus cibus,eorum qui per habitū exercitatos habēt ſen-
104 ſus ad ſeparandum bonum à malo Hic.n. videmus tanquam definitum eſſe quem perfe
M ctorum dicit ſolidum cibum: & hoc eſſe illud quod ad Corinthios ſcriptum eſt, Sapien- 1.Cor.2.
tiam loquimur inter perfectos. Quos autem perfectos voluerit hoc loco intelligi, ſubie-
cit atq; ait , qui per habitum exercitatos habent ſenſus, ad ſeparandum bonum à malo.
Hoc vero qui inualida & inexercitata mente non poſſunt,profecto niſi fidei quodam la-
cte teneantur, & inuiſibilia quæ non vident , & intelligibilia quæ nondum intelligunt,
credant, facile ad vanas & ſacrilegas fabulas promiſsione ſcientiæ ducuntur, vt & bonū
& malum non niſi corporalibus imaginibus cogitent , & ipſum deum non niſi aliquod
eſſe corpus exiſtiment , & malum non niſi ſubſtantiam putare non poſſunt, cum ſit po-
tius ab immutabili ſubſtantia mutabilium ſubſtantiarum quidam defectus, quas fecit
ex nihilo ipſa immutabilis & ſumma ſubſtantia qui eſt deus . Quod profecto quiſquis

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſolum credit,verumetiam exercitatis interioribus animi ſenſibus intelligit, perci-
pit,nouit: non eſt iam metuendum ne ſeducatur ab eis qui malum putando eſſe ſubſtan-
tiam quam non fecit deus,mutabilem ſubſtantiam faciunt ipſum deū,ſicut Manichæi, 107
vel ſi quæ aliæ peſtes ita deſipiunt,ſed mente adhuc paruulos,quos dicit Apoſtolus car- A
nales lacte nutriendos. Omnis de hac re ſermo,quo agitur vt non ſolū credatur, verū-
etiam intelligatur,ſciaturq; quod dicitur, percipere talia non valentibus onerоſus eſt,fa-
ciliusq; illos premit quàm paſcit. Ex quo fit, vt ſpiritales iſta carnalibus non omnino ta-
ceant propter catholicā fidē,quæ omnibus prædicanda eſt,nec tamen ſic diſſerāt, vt vo-
lentes ea perducere ad intelligentiam non capacē,facilius faſtidiri faciant in veritate ſer-
Coloſ. 2. monem quàm in ſermone percipi veritatem. Propterea dicit ſcribens ad Coloſſenſes, Et
1. Theſſ. 3. ſi corpore abſens ſum,ſpiritu vobiſcū ſum,gaudens & videns ordinationem veſtram,&
Heb. 6. id quod deeſt fidei veſtræ in Chriſto. Et ad Theſſalonicenſes, Nocte ac die, inquit, abun-
dantius orantes, vt videamus faciem veſtram, & ſuppleamus quæ deſunt fidei veſtræ.
Intelligendi ſunt vtiq; ita primum catechizati, vt lacte alerentur, non ſolido cibo, cuius
lactis ad Hebræos commemoratur vbertas eis, quos volebat cibi ſoliditate iam paſcere:
† aliâs propter q̄d ait, ideoq; remittentes initii † Chriſti verbum in conſummationē reſpicia-
myſterii. mus,non iterum iacientes fundamentū pœnitentię ab operibus mortuis,& fidei in deū, 108
lauacri doctrinæ, impoſitionis manuū, reſurrectionis etiā mortuorū, & iudicii æterni. B
Hæc eſt lactis vbertas,ſine quo non viuunt, qui iā quidē rationē vtuntur vt poſſint cre-
dere,ſed bonum à malo non credendo tantum, verūetiam intelligendo quod pertinet
ad ſolidū cibum,ſeparare non poſſunt. Quod aūt in lactis cōmemoratione poſuit & do-
ctrinam, ipſa eſt quæ per ſymbolum traditur & orationē dominicā Sed huic lacti abſit
vt ſit contrarius cibus rerū ſpiritalium firma intelligentia capiendus,qui Coloſſenſibus
& Theſſalonicenſibus defuit,& ſupplendus fuit. Quando.n. ſuppletur quod defuit, non
improbatur quod fuit: nam & in ipſis quæ ſumimus alimentis, vſqueadeo non eſt lacti
contrarius ſolidus cibus, vt ipſe lacteſcat, quo poſsit eſſe aptus infantibus, ad quos per
matris vel nutricis peruenit carnem: ſicut fecit etiam mater ipſa ſapientia, quæ cum ſit
in excelſis angelorum ſolidus cibus,dignata eſt quodammodo lacteſcere paruulos, cum
Ioan. 1. verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis. Sed ipſe homo Chriſtus, qui vera carne,
vera cruce,vera morte,vera reſurrectione,ſyncerum lac dicitur parúulorum, cum bene 109
ab ſpiritalibus capitur,inuenitur dominus angelorum. Proinde nec ſic paruuli ſunt la- C
ctandi,vt ſemper non intelligant deum Chriſtum: nec ſic ablactandi, vt deſerant ho-
minem Chriſtum. Quod alio modo idipſum ita dici poteſt,nec ſic lactandi ſunt,vt crea-
torem nunquam intelligant Chriſtum: nec ſic ablactandi, vt mediatorem vnquam deſe-
rant Chriſtum. In hoc quippe non conuenit huic rei ſimilitudo materni lactis & ſolidi
cibi: ſed potius fundamenti, quia & puèr quando ablactatur: vt ab alimentis infantiæ
iam recedat,inter ſolidos cibos non repetit ubera quæ ſugebat: Chriſtus autem crucifi-
xus,& lac ſugentibus,& cibus eſt proficientibus. Fundamenti uero ideo eſt aptior ſimi-
litudo,quia ut perficiatur quod ſtruitur,additur ædificium, nō ſubtrahitur fundamen-
tū. Quæ cum ita ſint,ò quicunq; eſtis,qui ſine dubio multi eſtis paruuli in Chriſto, pro-
ficite ad ſolidū cibū mentis,non uentris,proficite ad ſeparandum bonū à malo,& magis
magisq; inhærete mediatori,per quem liberamini à malo, quod non eſt à uobis loco ſe-
parandū,ſed in uobis potius eſt ſanādum. Quiſquis autem uobis dixerit, nolite crēdere
uerū hominem Chriſtū,aut nō á uero deo corpus cuiuſlibet hominis uēl cuiuſlibet ani 110
mātis creatū,aut nō à uero deo uetus teſtamentū datū,& ſiquid huiuſmodi: hæc.n. uo- D
bis prius ideo nō dicebātur,quādo lacte nutriebamini,quoniā ad uera capienda cor nō
dū habebatis idoneū,nō uobis iſte cibū præparat ſed uenenū. Propter quod beatus Apo-
Philip. 3. ſtolus eos alloquēs q ſibi iā uidebātur eſſe perfecti,cū ſe imperfectū ipſe dixiſſet, Quicū
q; ergo,inqt,perfecti ſumus,hoc ſapiamus,& ſiqd aliter ſapitis, hoc quoq; uobis deus re-
uelabit. Et ne forte incurreret in ſeductores, qui eos uellent à fide auertere promittēdo
ſcientiā ueritatis,& hoc putaret eſſe quod dixit Apoſtolus, id quoq; uobis deus reuela-
bit continuo ſubiunxit, Veruntamen in id quod peruenimus,in eo ambulemus. Siquid
ergo intellexeris quod non ſit contra regulam catholicæ fidei,ad quam velut viam, quæ
te ducat ad patriam peruenisti, & ſic intellexeris, vt inde dubitare omnino non debeas,
adde ædificium,noli tamen relinquere fundamentū. Sic debent maiores docere aliquid

paruulos, vt omnium dominum Chriſtum, & ſeipſis longe maiores Prophetas & Apo-
ſtoles non dicant aliquid fuiſſe mentitos. Non autem ſolum vaniloquos & mentis ſedu-
ctores fabuloſa & falſa garrientes,& in eis vanitatibus velut altam ſcientiam promitten- 108
tes contra regulam fidei,quam catholicam ſuſcepiſtis, cauere debetis, verūetiam ipſos E
qui de ipſa diuinæ immutabilitate naturæ vel incorporea creatura ſiue creatore veraci-
ter diſputant, & quod dicunt omnino documentis atq; rationibus certiſsimis probant,
& tamen ab vno dei & hominum mediatore conantur auertere, tanquam peſtem inſidio-
ſiorem cæteris fugite: tales.n. ſunt de quibus dicit Apoſtolus, Quia cognoſcentes deū, Roma. 1.
non ſicut deum glorificauerunt. Quid n. prodeſt habere intelligentiam veram de immu-
tabili bono,ei qui non tenet per quem liberetur á malo? Propterea admonitio beatiſsi- Gala. 1.
mi Apoſtoli de veſtris cordibus non recedat, Siquis vobis euangelizauerit præterquam
quod accepiſtis,anathema ſit. Non ait plus quàm accepiſtis; ſed, præterquam quod acce-
piſtis. Nam ſi illud diceret, ſibiipſi præiudicaret, qui cupiebat venire ad Theſſalonicen-
ſes, vt ſuppleret quæ illorum fidei defuerunt. Sed qui ſupplet, quod minus erat addit, nō
quod inerat tollit. Qui autem prætergreditur regulam fidei, non accedit in via, ſed rece-
dit de via: quod itaq; ait dominus, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis por- 109
tare modo, adiicienda illis fuerant quæ neſciebant, non quæ didicerant euertenda. Et il- F
le quidem, ſicut in priſtino ſermone iam expoſui, potuit hoc ita dicere, quia illa ipſa quę
docuerat, ſi vellet eis ſic aperire, vt in illo concipiuntur ab angelis, hoc infirmitas huma-
na, in qua adhuc erant, ferre non poſſet. Spiritalis autem homo quilibet poteſt alterum
hominem docere quod nouit, ſi proficiendo capaciorem faciat ſpirituſſanctus, in quo &
ipſe doctor aliquid amplius addiſcere potuit, vt ſint ambo docibiles deo, quanquā & in-
ter ipſos ſpiritales ſunt vtiq; aliis alii capaciores atq; meliores, ita vt quidam illorum ad
ea peruenīret, quæ non licet homini loqui. Qua occaſione vani quidam Apocalypſim 2. Cor. 12.
Pauli, quam ſana non recipit Eccleſia, neſcio quibus fabulis plenam, ſtultiſsima præſum-
ptione finxerunt, dicentes hanc eſſe vnde dixerat raptum ſe fuiſſe in tertium cœlum, &
illic audiſſe ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Vtcunq; illorum tolerabilis
eſſet audacia, ſi ſe audiſſe dixiſſet, quæ adhuc non licet homini loqui, cum vero dixerit,
quæ non licet homini loqui, iſti qui ſunt qui hæc audeant impudenter & infœliciter lo-
qui? Sed iam iſtum ſermonem hoc fine concludam, per quem vos eſſe cupio ſapientes
quidem in bono, integros autem à malo.† † aliàs, ſimplices aūt malo.
G

De eo quod dixit: Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur. Tractatus. XCIX.

De cap. XVI. Ioan. 5.

QVid eſt quod dominus ait de ſpiritu ſancto, cum eum venturum eſſe promitte-
ret: & doctorū diſcipulos eius omnem veritatem, vel eos deductorū in omnem ve-
ritatem. Non.n loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur.) Simile eſt Supra tra-
hoc ei quod de ſemetipſo dixit, Non poſſum à meipſo facere quicquam, ſicut audio iu- ctat. 40.
dico. Sed illud cum exponeremus, ſecundum hominem poſſe accipi diximus, vt obedien- Phil. 2.
tiam ſuam, quam factus eſt obediens vſq; ad mortem crucis, prænunciaſſe filius videre- Ioan. 5.
tur, & iudicii futurū, quo viuos & mortuos iudicabit, quia hoc per id facturus eſt quod
filius hominis eſt, propter quod dixit, Pater non iudicat quēquam, ſed omne iudicium de-
dit filio, quia in iudicio non forma dei qua æqualis eſt patri, nec ab impiis videri poteſt, Pſal. 8.
ſed forma hominis apparebit, qua minoratus eſt etiam modico minus ab angelis, quan-
tus iam in claritate, non in priſtina ſit humilitate venturus, conſpicuus tamen futurus
& bonis malis: hinc ait & illud, Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius
hominis eſt. In quibus verbis eius manifeſtatur non eam formam præſentandam eſſe iu- 110
dicio, in qua cum eſſet, non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo, ſed illam quam cū ſe- H
metipſum exinaniſſet, accepit. Semetipſum.n. exinaniuit formā ſerui accipiens, in qua Phil. 2.
videtur etiam ad faciendum iudicium obedientiam ſuā cōmendaſſe, cū dixit, Non poſ- Ioan. 5.
ſum facere á meipſo quicquam, ſicut audio iudico. Adam nanq; per cuius vnius homi- Roma. 5.
nis inobedientiā peccatores cōſtituti ſunt multi, non ſicut audiuit iudicauit, quia quod
audiuit præuaricatus eſt, & à ſemetipſo fecit malū quod fecit, quia non dei voluntatem,
ſed ſuā fecit. Iſte aūt per cuius vnius hois obedientiā iuſti conſtituūtur multi, non ſolū
obediens fuit vſq; ad mortē crucis, in qua eſt viuus iudicatus à mortuis: ſed obedientē
ſe futurū promittēs in ipſo quoq; iudicio, quo eſt de viuis iudicaturus & mortuis, Non Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

possum,inquit, á meipso facere quicquã, sicut audio iudico: sed nunquid de spiritusancto quod dictum est,Non enim loquetur à semetipso,sed quęcunq; audiet loquetur, secundum hominem vel secundum assumptionem cuiusquam creaturę dictum esse audebimus opinari? Solus quippe in trinitate filius formam serui accepit, quæ forma illi ad vnitatẽ personæ coaptata est,id est,vt filius dei & filius hominis vnus sit Iesus Christus, ne non trinitas,sed quaternitas prædicetur,quod absit à nobis. Propter quã personã pro
Ioan.10. fecto vnam ex duabus substantiis diuina humanaq; constantem, aliquando secundũ id quod dominus est loquitur,vt est illud quod ait, Ego & pater vnũ sumus;aliquando se-
Ioan.14. cundum id quod homo est,sicuti est illud,Quoniam pater maior me est,secũdum quod accepimus esse ab eo dictum, & hoc vnde nunc disputo, Non possum à meipso facere quicquam, sicut audio iudico. In persona vero spiritussancti quomodo id accipiamus quod ait,Non.n.loquetur á semetipso,sed quæcunq; audiet loquetur, cum in ea non sit alia diuinitatis,alia humanitatis, vel alterius creaturæ cuiuscũq; substantia magna ex-
Mat.3. oritur difficultas. Illud.n.quod sicut colũba spiritussanctus apparuit specie corporali,vt
Acto.2. sio fuit ad horã facta atq; transfacta: sicut etiã quãdo super discipulos venit,visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnũquenq; eorum. Qui ergo dicit columbam ad vnitatem personæ spiritui sancto fuisse coniunctam, vt ex illa & deo, quia spiritussanctus deus est,vna spiritussancti persona constaret,& hoc etiam de illo igne cõpellitur dicere,vt intelligat nihil horũ debere se dicere: ista enim quæ de substantia dei quoquo modo vt opus erat significanda corporeis hominum sensibus se intulerũt atq; transierunt,ad horam diuinitus facta sunt de creatura seruiente, non de ipsa dominãte natura,quæ in se manens quod vult mouet,& quod vult immutabilis mutat. Sicut etiã vox illa de nube aures vtiq; attigit corporales, eumq; sensum corporis, qui vocatur auditus,nec tamen vllo modo credendum est verbum dei,quod est vnigenitus filius,quoniam verbum dicitur, syllabis sonisq; finiri, quia nec omnes simul sonare possunt cum sermo fit, sed tanquam nascentes morientibus ordine suo soni quicunq; succedunt, vt totum quod loquimur nouissima syllaba compleatur. Absit vt sic loquatur pater ad filium, hoc est,deus ad verbum suum deum. Sed hoc eorum est capere, quantum ab homine capi potest, ad quos non lac pertinet, sed solidus cibus, Cum igitur spiritussanctus nulla susceptione hominis sit homo factus, nulla susceptione angeli sit angelus factus, nulla susceptione cuiusquã creaturæ creatura sit factus,quomodo de illo intelligendum est quod dominus ait,Nõ.n.loquetur á semetipso,sed quæcunq; audiet loquetur? Ardua quomodo,nimis ardua,ipse adsit spiritus,vt saltem sicut eam cogitare possumus,sic eloqui possimus,ac sic ad intelligẽtiam vestram pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaq; nosse debetis & intelligere potestis, credere autem, qui intelligere nondum potestis,in ea substantia quæ deus est, non quasi per corporis molem sensus locis propriis distributos, sicut in carne mortali quorũq; animalium alibi est visus, alibi auditus, alibi gustus,alibi olfactus, per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilisq; natura: audire ergo ibi & videre, idipsum est. Dicitur & olfactus in deo, vnde
Ephe.5. dicit Apostolus,Sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Et gustus intelligi potest,secundũ quem deus
Gala.2. & odit amaricantes, & nec frigidos nec calidos, sed tepidos euomit ex ore suo: & Iesus
Apoc.3. Christus dicit, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui me misit: est etiam tactus
Ioan.4. ille diuinus,vnde dicit sponsa de sponso,Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius cõ-
Can.2. plectitur me: non sunt hæc in deo per diuersa corporis loca,cum.n.dicitur scire,ibi sunt omnia,& videre,& audire,& olfacere,& gustare,& tangere,sine vlla eius mutatione substantiæ,sine vlla mole,quæ in alia parte maior, in alia minor, etiam in senibus [pueriliq; pectore cogitatur,quando deus sic cogitatur. Nec mireris quòd ineffabilis dei scientia, qua nouit omnia, per varios humanæ locutionis modos omnium istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur,cũ & ipsa mens nostra,hoc est homo interior,cui vniformiter scienti per hos quinq; veluti nuncios corporis diuersa nunciantur, quando im-
Ioan.1. mutabilem veritatem intelligit,eligit,diligit,& lumen videt de quo dicitur, Erat lumen
Cant.1. verum: & verbũ audit de quo dicitur,In principio erat verbũ: & odorem capit de quo di-
Psal.35. citur: Post odorem vnguentorũ tuorũ currimus: & fontem bibit,de quo dicitur, Apud
Psal.72. te est fons vitæ: & tactu fruitur, de quo dicitur, Mihi autem adhærere deo bonum est:

[alias sensibus.

nec aliud atq; aliud,sed vna intelligentia tot sensuum nominibus nuncupatur. Cum ergo de spiritusancto dicitur,Non enim loquetur à semetipso,sed quæcunq; audiet loquetur: multomagis ibi simplex natura,vbi verissime simplex est, vel intelligenda vel
106 credenda,quæ longe lateq; naturã nostræ mentis excedit. Mutabilis quippe est mẽs no-
A stra,quæ percipit discendo quod nescibat,& amittit dediscendo quod sciebat: & verisimilitudine fallitur,vt pro vero approbet falsum,& obscuritate sua quasi quibusdam tenebris impeditur,ne perueniat ad verum. Et ideo non est ista substantia verissime simplex,cui non hoc est esse quod nosse: potest enim esse nec nosse. Atqui illa diuina nõ potest,quia id quod habet est, ac per hoc non sic habet scientiam, vt aliud illi sit scientia qua scit,aliud essentia qua est,sed vtrunq; vnum est: nec vtrunq; dicendum est,qd simpliciter vnum est: sicut habet pater vitam in semetipso: nec aliud est ipse quam vita q̃ in ipso est,& dedit filio habere vitam in semetipso,hoc est,genuit filium, qui & ipse vita esset. Sic itaq; debemus accipere quod de spiritusancto dictum est, Non enim loquetur Ioan.5.
à semetipso,sed quæcunq; audiet loquetur, vt intelligamus non eum esse à semetipso. Pater quippe solus de alio non est,nam & filius de patre natus est, & spiritussanctus de patre procedit. Pater autem nec natus est de alio,nec ꝓcedit. Nec ideo sanè aliqua dispa-
106 rilitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humanæ: nam & filius ei, de quo na-
B tus est,& spiritussanctus ei de quo procedit,æqualis est. Quid autem illic intersit inter procedere & nasci,& longum est quærendo differere,& temerarium cum differueris definire,quia hoc & menti vtcunq; comprehendere, & siquid forte mens inde comprehenderit,linguæ difficillimũ est explicare quantuslibet fit doctor,quantuslibet adsit auditor: Non ergo loquetur à semetipso,quia non à semetipso,sed quæcunq; audiet loquetur,ab illo audiet à quo procedit. Audire illi scire est: scire vero esse,sicut superius disputatum est. Quia ergo non est à semetipso,sed ab illo à quo procedit, à quo illi est essentia,ab illo scientia,ab illo igitur audientia,à quo nihil est aliud quàm scientia: nec moueat,quod verbum futuri temporis positum est,non enim dictum est,quæcunq; audiuit,aut quæcunq; audit,sed quæcunq; audiet loquetur: illa quippe audientia sempiterna est,quia sempiterna est scientia. In eo aũt quod sempiternum est, sine initio & sine fine,cuiuslibet temporis verbum ponatur,siue præteriti,siue præsentis,siue futuri, nõ
106 mendaciter ponitur. Quanuis.n.natura illa immutabilis & ineffabilis non recipiat,fuit
C & erit,sed tantũ est: ipsa n.veraciter est,quia mutari non potest,& ideo illi tantum conuenerat dicere,Ego sum qui sum: &,dices filiis Israel,qui est,misit me ad vos: tamẽ pro Exod.3.
pter mutabilitatem temporum,in quibus versatur nostra mortalitas & nostra mutabilitass,non mendaciter dicimus,& fuit & erit & est. Fuit in præteritis seculis, est in præsentibus,erit in futuris,Fuit,quia nunquam defuit: erit,quia nunquã deerit: est,quia semp est. Neq;.n.velut qui iam non sit cũ præteritis occidit, aut cum præsentibus velut qui non maneat labitur, aut cum futuris velut qui non fuerat orietur. Proinde cum secundum volumina temporũ locutio humana variatur,qui per nulla deesse potuit, aut potest,aut poterit tempora,vera de illo dicuntur cuiuslibet temporis verba. Semper itaq; audit spiritussanctus,qa semper scit. Ergo & sciuit,& scit,& sciet,ac per hoc & audiuit & audit,& audiet,qa sicut iam diximus hoc est illi audire qd scire,& scire illi hoc est quod esse. Ab illo igitur audiuit,audit,& audiet à quo est,ab illo est,á quo procedit. Hic aliqs forsitan quęrat,vtrum & à filio procedat spiritussanctus,filius.n.solius patris est filius, & pater solius filii est pater,spiritus autem sanctus non est vnius eorũ spiritus, sed am- Matt.10.
106 borum. Habes ipsum dominum dicentem,Non enim vos estis qui loquimini, sed spiri- Gala.4.
D tus patris vestri qui loquitur in vobis: habes & Apostolum,Misit deus,inquit,spiritum Ephe.4.
filii sui in corda vestra,nunquid duo sunt,alius patris,alius filii? Absit. Vnum enim corpus,ait,cum significaret Ecclesiam,moxq; addidit,& vnus spiritus. Et vide quomodo illic impleat trinitatem. Sicut vocati estis,inquit,in vna spe vocationis vestræ,vnus dñs, hic vtiq; xp̃m intelligi voluit. Restat vt etiam patrẽ nominet: sequitur ergo,Vna fides, vnum baptisma,vnus deus & pater omnium,qui super omnes, & per omnia,& in omnibus nobis. Cum ergo sicut vnus pater,& vnus dominus,id est,filius, ita sit & vnus spiritus,profecto amborum est,sicut ipse Christus Iesus dixit, Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: & dicit Apostolus,Misit deus spiritum filii sui in corda nostra: habes & Gala.4.
alio loco eundem Apostolum dicentem, Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum à Roma.8.

mortuis,habitat in vobis.Hic vtiq; ſpūm patris intelligi voluit,de quo tamen alio loco
dicit,Quiſquis autem ſpūm Chriſti non habet,hic non eſt eius.Et multa alia ſunt te-
ſtimonia,quibus hoc euidenter oſtenditur:& patris & filii ipſum eſſe ſpūm,qui in trini-
tate dicitur ſpūſſanctus. Nec ob aliud exiſtimo ipſum vocari ꝓprie ſpiritum,cū etiam il-
Ioan.4. de ſingulis interrogemur,nō poſsimus niſi patrē & filium ſpūm dicere, qm̄ ſpiritus eſt
deus,id eſt,non corpus eſt deus, ſed ſpiritus: quod ergo communiter vocantur & ſingu-
li hoc proprie vocari oportuit eum q non eſt vnus eorū,ſed in quo communitas apparet
amborū.Cur ergo non credamus qd etiā de filio ꝓcedat ſpūſſanctus,cū filii quoq; ipſe
Ioan.20. ſit ſpiritus? Si.n. non ab eo ꝓcederet,non poſt reſurrectionē ſe repræſentans diſcipulis
ſuis inſufflās diceret,Accipite ſpūmſanctū: quid.n.aliud ſignificauit illa inſufflatio,niſi
Luc.8. q̄ procedat ſpūſſanctus & de ipſo? Ad hoc ptinet etiam illud qd de muliere quæ fluxum
ſanguinis patiebatur,ait,Tetigit me aliquis,ego n.ſenſi de me virtutē exiiſſe: nā virtu-
Luc.1. tis nomine appellari etiam ſpūmſanctum,& eo loco clarū eſt,vbi angelus dicenti Mariæ
Luc.24. Quomodo fiet iſtud,qm̄ virū nō cognoſco: reſpondit,Spūſanctus ſupueniet in te,& vir-
Acto.2 tus altiſsimi obumbrabit tibi.Et ipſe dns ꝓmittens eū diſcipulis,ait,Vos ſedete in ciui-
tate quoadusq; induamini virtute ex alto:& iterū,Accipietis,inquit, virtutem ſpiritus-
ſanctī ſuperuenientē in vos,& eritis mihi teſtes,de hac virtute credēdus eſt dicere Eua-
geliſta,Virtus de illo exibat,& ſanabat omnes. Si ergo & de patre & filio procedit ſpiri-
Ioan.7. tuſſanctus,cur filius dixit,de patre procedit? cur putas niſi quemadmodum ad eum ſo-
let referre & quod ipſius eſt,de quo & ipſe eſt? vnde illud eſt quod ait, Mea doctrina nō
eſt mea,ſed eius qui miſit me. Si igitur intelligatur hic eius doctrina, quam tamen dixit
non ſuam,ſed patris,quanto magis illic intelligendus eſt & de ipſo procedere ſpirituſ-
ſanctus,vbi ſic ait,de patre procedit,vt non diceret,de me non procedit? à quo autē ha-
bet filius vt ſit deus,eſt.n. de deo deus,ab illo habet vtiq;,vt etiam de illo procedat ſpiri-
tuſſanctus,ac per hoc ſpirituſſanctus,vt etiam de filio procedat,ſicut procedit de patre,
ab ipſo habet patre.Hic vtcunq; etiam illud intelligitur,quantum ā talibus, quales nos
ſumus intelligi poteſt,cur non dicatur natus eſſe,ſed potius procedere ſpirituſſanctus,
quoniam ſi & ipſe filius diceretur,amborum vtiq; filius diceretur, quod abſurdiſsimū
eſt: filius quippe nullus eſt duorum,niſi patris & matris, amborum vtiq; filius diceretur. Abſit autem vt inter deum patrem & deum filium tale aliquid ſuſpiciemur, qa nec
filius hominis ſimul & ex patre & ex matre procedit: ſed cum in matre procedit ex pa-
tre,non tunc procedit & ex matre: & cum in hanc lucem procedit ex matre, non tunc
procedit ex patre. Spiritus autem ſanctus non de patre procedit in filium,& de filio pro-
cedit ad ſanctificandam creaturam,ſed ſimul de vtroq; procedit,quāuis hoc filio pater
dederit,vt quemadmodū de ſe,ita de illo quoq; ꝓcedat: neque n.poſſumus dicere quod
non ſit vita ſpūſſanctus,cū vita ſit pater,vita ſit filius, ac per hoc ſicut pater cū habeat
vitam in ſemetipſo,dedit & filio habere vitam in ſemetipſo, ſic ei dedit vitam procede-
re de illo,ſicut procedit & de ſeipſo Sequuntur aūt verba dñi dicentis,Et quæ ventura
ſunt annunciabit vobis, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit vo-
bis. Omnia quęcunque habet pater,mea ſunt,propterea dixi,quia de meo accipiet & an-
nunciabit vobis.) Sed quia iſta iam prolixa ſunt,in aliū ſunt differenda ſermonem.

De eadem lectione. Tractatus. C.

CVm promitteret dominus venturum ſpiritum ſanctum,docebit vos,inquit, omnē
veritatem: vel quod in nonnullis codicibus legitur deducet vos in omnem verita-
tē: non enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunque audiet loquetur. De quibus Euan-
gelicis verbis iam quod donauit dominus diſputauimus: nunc ea quæ ſequuntur attem-
dite,Et quæ ventura ſunt,inquit,annunciabit vobis.) Neq; enim hic, quoniam planū
eſt,immorandum: nihil enim habet quæſtionis,cuius a nobis expoſitio flagitetur; ſed
quod adiungit,Ille me clarificabit,quia de meo accipiet,& annunciabit vobis:) non ne-
gligenter eſt tranſeundum,quod enim ait,ille me clarificabit,poteſt intelligi, quia diffi
niendo in cordibus credentiū charitatem,ſpiritalesq; faciendo,declarauit eis quomodo
filius patri eſſet æqualis,quem ſecundum carnem prius tantūmodo nouerant,& homi-
nem ſicut homines cogitabāt. Vel certe quia per ipſam charitatem fiducia repleti, & ti-
more depulſo annunciauerunt hominibus Chriſtū, ac ſic fama eius diffuſa eſt in toto
orbe terrarum, vt ſic dixerit, Ille me clarificabit, tanquā diceret, ille vobis auferet timo-

rem,& dabit amorem,quo me ardentius predicantes, glorie meæ per totum mundum
dabitis odorem,commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in ſpiritu ſancto,
hoc eundem ſpiritum dixit eſſe facturum: quale eſt etiam illud, Non enim vos eſtis qui
106 loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri,qui loquitur in vobis. Verbum quippe Grecū quod Matt. 10.
I εὐδοξάσει,alius clarificabit,alius glorificabit, Latini interpretes in ſua quiſque transla-
tione poſuerunt,quoniam ipſa,quæ Græce dici δόξα vnde dictum eſt verbum δοξάσει, &
claritas interpretatur & gloria. Gloria nāq; fit quiſque clarus,& claritate glorioſus, ac ꝓ
hoc quod vtroq; verbo ſignificatur,idipſum eſt,Sicut autem diſſinierunt antiqui,Lati-
næ linguæ clariſsimi authores, Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Quæ cū
eſt in hoc mundo facta de Chriſto,non Chriſto credenda eſt magnum aliquid contuliſ
ſe,ſed mundo. Bonum enim laudare,non laudato ſed laudantibus prodeſt. Eſt autem
etiam falſa gloria quando laudantes errore falluntur,ſiue in rebus, ſiue in hominibus,
ſiue in vtriuſq;. Nam in rebus falluntur,quando putant id bonū eſſe quod malum eſt:
in hominibus autem,quando putant eum bonum eſſe,qui malus eſt. In vtriſque vero
quando & id quod eſt vitium,virtus putatur,& ipſe qui ꝓpter hoc laudatur, nō habet
quod putatur,ſiue ſit bonus,ſiue ſit malus. Donare quippe res ſuas hiſtrionibus, vitiū
105 eſt immane non virtus. Et ſcitis de talibus quā ſit frequens fama cum laude, quia ſicut
K ſcriptū eſt, Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ & qui iniqua gerit benedicitur. Pſal.9.
Hi laudatores non falluntur in hominibus,ſed in rebus: malum eſt.n quod bonum eſſe
credunt. Illi aūt qui hoc malo largitionis vitioſi ſunt, tales vtique ſunt, quales eos hi q
laudant,non ſuſpicantur eſſe,ſed cernunt. Porrō ſi ſe quiſquam iuſtum fingat & nō ſit,
ſed totū quicquid corā hominibus laudabiliter agere videtur,non agat ꝓpter deū, hoc
eſt ꝓpter veram iuſtitiā,ſed ſolū quærat & diligat ab hominibus gloriam: illi aūt apud
quos frequens eſt eius fama cū laude,non eū putent niſi ꝓpter deū laudabiliter viuere,
non falluntur in re,ſed falluntur in homine: quod.n. bonū eſſe credunt,eſt bonum: ſed
quem bonū eſſe credunt,non eſt bonus. Quod ſi putetur, verbi gratia, bonum artiū pe-
ritiā magicarū,& dum quiſq; patriam liberaſſe eiſdem quas omnino neſcit artibus cre-
ditur,ac frequentem cum laude famā quæ gloria definita eſt apud homines impios, con
ſequatur, errant in vtroque qui laudant,& in re ſcilicet quia id quod malum eſt bonum
putant,& in homine,quia non eſt quod putant,quapropter falſa eſt in his tribus gene-
106 ribus gloria. Cum autem de aliquo per deum & propter deum iuſto, hoc eſt, veraciter
L iuſto cauſa ipſius iuſtitiæ frequens eſt fama cum laude, vera quidem gloria eſt,nō tamē
ea credendū eſt beatificari iuſtum,ſed laudantibus gratulandū eſt,quia recte iudicant,
& diligunt iuſtum. Quando magis ergo dominus Chriſtus,non ſibi ſed eis profuit glo-
ria ſua,quibus profuit morte ſua: ſed nō eſt vera eius apud hæreticos gloria,apud quos
tamen frequentem famam videtur habere cum laude. Non eſt hæc vera gloria, quia in
vtroque falluntur: nam & bonum putant eſſe quod bonū nō eſt,& Chriſtum putāt eſſe
quod Chriſtus non eſt. Vnigenitum.n. filium æqualem non eſſe gignenti,non eſt bonū
vnigenitum dei filium hominem tantum eſſe non deum,non eſt bonum: veritatis car-
nem non eſſe veram carnem,non eſt bonum. Horum trium quæ dixi,primum ſentiunt
Arriani,ſecundum Photiniani,tertiū Manichæi: ſed quia & eorum nihil eſt bonum, &
Chriſtus nihil eſt eorum,in vtroque falluntur,nec dant verā gloriam Chriſto, quāuis
apud eos eſſe videatur cum laude frequens fama de Chriſto,& omnes prorſus hæretici
quos cōmemorare nimis longum eſt,qui de Chriſto non recte ſentiunt,ideo errant, qa
106 & de bonis rebus ac malis non verum ſentiunt. Pagani etiam quoniā ſunt Chriſti plu-
M rimi laudatores,& ipſi in vtroq; falluntur,qui non ſecundum veritatē dei,ſed potius ſe
cundū ſuam ſuſpitionē dicunt eum fuiſſe hominem magum. Chriſtianos quippe velut
imperitos vituperant, Chriſtū autem velut magum laudant, ac ſic produnt quod amāt:
Chriſtum vero non amant,quoniā qd non erat Chriſtus,hoc amant. Ideo in vtroq; fal-
luntur,quia & magū eſſe malum eſt,& magus non fuit Chriſtus, quia bonus eſt. Qua-
propter de his nihil hoc loco dicendum eſt,qui Chriſtum vituperant atq; blaſphemant
quia de gloria eius loquimur,qua eſt glorificatus in mundo,non enim glorificauit ſpūſ
ſanctus vera gloria,niſi in Eccleſia ſancta catholica,alibi.n. deſt,vel apud hęreticos, vel Pſal. 107.
apud quoſdā paganos, vera eius in terris gloria non poteſt eſſe, & vbi videtur eſſe fre-
quens de illo fama cum laude. Vera ergo eius gloria in Eccleſia catholica,ſic à Propheta

Universidad de Deusto
Biblioteca

cantatur: Exaltare super cœlos deus, & super omnẽ terram gloria tua. Quia itaq; post eius exaltationem venturus erat spiritussanctus & eum glorificaturus, hoc sacer Psalmus, hoc ipse vnigenitus promisit futurum, quod videmus impletum: quod autem ait: De meo accipiet, & annunciabit vobis:)catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus: non enim propterea sicut quidam hæretici putauerunt, minor est filio spiritussanctus, quia filius accipiat à patre, & spiritussanctus à filio, quibusdam gradibus naturarũ. Absit hoc credere, absit hoc dicere, absit à Christianis cordibus cogitare: deniq; continuo soluit ipse quæstionẽ, & cur hoc dixerit, explanauit. Omnia, inquit, quæcunq; habet pater mea sunt, ꝓpterea dixi, quia de meo accipiet & annunciabit vobis.)Quid vultis amplius? Ergo à patre accipit spũssanctus, vnde accipit filius, quia in hac trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritussanctus: qui autem de nullo natus sit, de nullo procedit, pater solus est: quomodo autem dixerit vnigenitus filius, omnia quæcunq; habet pater mea sunt: quia vtique non sic quemadmodum dictum est illi filio non vnigenito, sed ex duobus maiori, Tu mecum es semper, & omnia mea tua sunt: eo loco si dominus voluerit, diligenti consideratione tractabitur, vbi dicit vnigenitus patri, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, vt hic iste sermo claudatur, quoniam quę sequuntur aliud poscunt, quo discernatur exordium.

Luc.15.

De eo quod dicit, Modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem: vsque ad id, Et in illo die me non rogabitis quicquam. Tractatus. CI.

De cap. XVI.

HAec domini verba vbi ait: Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me, quia vado ad patrem:)ita obscura erant discipulis antequam id quod dicit impletum esset, vt quærentes inter se quid esset quod diceret, omnino se faterentur nescire: sequitur enim' Euangelium: Dixerunt ergo ex discipuli eius ad inuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum & non videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me, quia vado ad patrem? Dicebant ergo: quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur.)Hoc.n est quod eos mouebat, quia dixit, modicũ & non videbitis me, & iterum modicũ & videbitis me. Nã in præcedentibus quia non dixerat, modicũ, sed dixerat, ad patrem vado, & iam non videbitis me: tanquam aperte illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quæsierunt: nunc ergo quod illis tunc obscurũ fuit, & mox manifestũ est, iam nobis vtiq; manifestatum est: post paululum enim passus est, non viderunt eum, rursus post paululum resurrexit, & viderunt eum: illud autẽ quod ait, Iam non videbitis me, quia isto verbo, id est, iam, intelligi voluit, ꝙ eum vlterius nõ viderint, ibi exposuimus quomodo accipiendũ sit vbi dixit: de iustitia arguet mundũ spiritussanctus, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me, quia scilicet mortalem Christum vlterius non viderunt. Cognouit autem Iesus, sicut in sequenti Euangelista dicit, quia volebãt eum interrogare, & dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quia dixi modicum & non videbitis me, & iterũ modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus aũt gaudebit, vos autem cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ.) Et hoc sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli de morte domini, & confestim de resurrectione lætati: mundus autem quo nomine significati sunt inimici, à quibus Christus occisus est, tunc vtiq; lerati sunt occiso xpo, quando sunt discipuli contristati: mundi quippe nomine, malitia potest mundi huius intelligi, id est hominum mundi huius amicorum: vnde Iacobus Apostolus in Epistola sua dicit: Quicunque voluerit amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur: quibus inimicitiis dei factum est, vt nec eius vnigenito parceretur: deinde subiungit & dicit: Mulier cum parturit †, tristitiam habet, quia vẽnit hora eius: cum autẽ peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.) Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem venio ad vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrũ nemo tollet à vobis.) Nec ista similitudo ad intelligendum videtur esse difficilis, quoniam comparatio eius in promptu est, eodem ipso exponente cur dicta sit. Parturitio quippe tristitiæ, partus autem gaudio comparatur, quod tunc maius esse consueuit, quando non puella, sed puer nascitur: quod vero ait, gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis: quia gaudium ipsorum ipse Iesus significatus est, quod & ait Apostolus: Christus resurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur. Hucusque in isto Euangelii capitulo vnde hodie disputauimus, velut facili intellectui omnia cucurrerunt, acrior necessario est in his, quæ sequuntur intentio: qd est enim quod ait, Et in illo die me non rogabitis quicquam?)Hoc verbum quod est rogare non solum petere, verũetiam interrogare significat: & Græcum Euangeliũ, vnde hoc translatum est, tale habet verbum quod vtrunq; posit intelligi, vt hæc ambiguitas nec inde soluatur, quãquam etsi solueretur, non ideo nulla quæstio remaneret. Dominum etenim Christum postquã resurrexit, & interrogatum legimus & rogatum: nã interrogatus est à discipulis ascensurus in cœlum, quanto præsentaretur, & quando regnum esset Israel: cum vero iam esset in cœlo, rogatus est à sancto Stephano, vt spiritũ eius acciperet: & quis audeat vel cogitare vel dicere, in cœlo sedentem Christum rogandum non esse, & in terra manentem rogatum fuisse: rogandum non esse immortalem, rogari debuisse mortalem? Immo, charissimi, rogemus eum, vt nodum quæstionis huius ipse dissoluat, lucendo in cordibus nostris ad videnda quæ dicit: puto n. quod ait: Ite rum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis: non ad illud tempus esse referendum quo resurrexit, eisq; suam carnem cernendam tangendamq; monstrauit, sed potius ad illud iam vnde dixerat: Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstrauerat, Iam sedebat ad dexteram patris, quando dicebat idem ipse Apostolus Ioannes, cuius est hoc Euangelium, in Epistola sua: Dilectissimi, nunc filii dei sumus, & nondum manifestum est quod erimus: scimus quia cum manifestum fuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ista visio non vitæ huius est, sed futuræ, non temporalis, sed æternæ Hæc est autem vita æterna, dicente ipsa vita, vt cognoscant te, inquit, vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christũ De hac visione & cognitione dicit Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigma te, tunc autem facie ad faciem: nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: nũc totius laboris sui fructũ Ecclesia parturit gemẽdo, tũc paritura lætãdo nũc parturit desiderãdo, tũc paritura cernẽdo: nũc parturit orãdo, tũc paritura laudãdo & ideo masculũ, qm ad istũ fructũ contẽplationis cũcta officia referũtur actionis: solus est. n. liber, qm propter se appetitur, & nõ refertur ad aliud, huic seruit actio: ad hũc. n. refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur ipse autem non ꝓpter aliud, sed propter semetipsum tenetur & habetur. Ibi enim finis qui sufficit nobis, eternus igitur erit, neque enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo quando dicebat: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. In qua ostensione se promisit & filius dicens: non credis quia ego in patre, & pater in me est? De hoc itaque quod sufficit nobis, rectissime audimus, gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis: de his etiam quæ superius dicta sunt, melius existimo intelligi, Modicum, & iam nõ videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Modicum est enim hoc totum spatium quod præsens peruolat seculum: vnde dicit idem ipse Euangelista in Epistola sua, nouissima hora est: ideo nanq; addidit, quia vado ad patrem: quod ad priorem sententiam referendum est, vbi ait, modicum & iam non videbitis me: non ad posteriorem vbi ait, & iterum modicum & videbitis me. Eundo quippe ad patrem, facturus erat vt eum nõ viderent: ac per hoc nõ ideo dictum est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorum conspectibus recessurus, sed ꝙ esset iturus ad patrem: quod fecit posteaquam resurrexit, & cum eis per xl. dies conuersatus ascendit in cœlum: illis ergo ait: Modicum & iam non videbitis me, qui eum corporaliter tunc videbant quando iturus erat ad patrẽ, & eum deinceps mortalem visuri non erant, qualem cum ista loqueretur videbant: qd vero addidit, & iterum modicum & videbitis me, vniuersæ promisit Ecclesiæ, sicut vniuersæ promisit, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Non tardat dominus promissum, modicum & videbimus eum, vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil desiderandum remanebit: nihil quærendum latebit. Hoc modicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cum finitum fuerit, tunc sentiemus quã modicum fuerit: nõ ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus, de quo dictũ est, mundus autem gaudebit: nec tamen in huius desiderii parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus, Spe gaudentes, in tribulatione patientes: quia & ipsa parturiens cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quàm tristis est de præ-

Supra Tract. 95.

Iaco. 4.

†aliàs parit.

Rom. 6.

Acto. 1.

Acto. 7.

Luc. 24.

Ioan. 14.

1. Ioan. 3.

Ioan. 17.

1. Cor. 13.

Ioan. 14.

1. Ioan. 2.

Acto. 1.

Matt. 28.

Roma. 12.

senti labore. Sed huius sermonis iste sit finis: habent enim quæstionem molestissimã, quæ sequuntur, nec breuitate coarctanda sunt, vt possint commodius, si dominus voluerit, explicari.

De eo quod dicit, Amen amen dico vobis, Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: vsq; ad id quod ait, Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem:

Tractatus. CII.

De cap. XVI. Supra tracta. 73. per totũ & 81.

DOmini verba nunc ista tractanda sunt: Amen amen dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.) Iam dictum est in superioribus huius dominici sermonis partibus, propter eos qui nonnulla petunt à patre in Christi nomine nec accipiunt, non peti in nomine saluatoris quicquid petitur contra rationem salutis: non enim solum literarum, ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, & quod eo sono recte ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere cum dicit, in nomine meo: vnde qui hoc sentit de Christo quod non est de vnico dei filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiamsi non taceat in eo literis ac syllabis Christum, quoniã in eius nomine petit, quem cogitat cum petit: qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit, & accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit: accipit autem quando debet accipere: quædam.n. non negatur, sed vt congruo dentur tempore differuntur. Ita sanè intelligendum est quod ait, dabit vobis, vt ea beneficia significata sciantur his verbis, quæ ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amicis vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis, quia non vtcunq; dictum est, dabit, sed dabit vobis. Vsq; modo, inquit, non petistis quicquam in nomine meo: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.) Hoc quod dicit gaudium plenum, profecto nó carnale, sed spiritale gaudium est, & quando tantum erit, vt aliquid ei iam non sit addendum, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur quod pertineat ad hoc gaudiũ consequendũ, hoc est in nomine Christi petendum, si diuinam intelligimus gratiã si vere beatam poscimus vitam: quicquid autem aliud petitur, nihil petitur, non qa nulla omnino res est, sed quia in tantæ rei comparatione quicquid aliud concupiscitur, nihil est: neq; enim prsus nulla res est homo, de quo ait Apostolus: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit. In comparatione quippe spiritalis hominis, qui scit gratia dei se esse quod est, quisquis vana præsumit, nihil est. Si ergo etiam recte intelligi potest: Amen amen dico vobis, siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis vt hoc quod ait, siquid, non quodlibet intelligatur, sed aliquid quod in beatæ vitæ comparatione non nihil sit, & quod sequitur, vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi potest, vel quia non in nomine meo petistis, quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis, vel non petistis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuistis, pro nihilo habendum est quod petistis. Vt igitur in eius nomine non nihil, sed gaudium plenum petant, quoniam si aliquid aliud petunt, idem aliqd nihil est, exhortatur dicens: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, id est, hoc in nomine meo petite, vt gaudium vestrum sit plenum, & accipietis. Isto enim bono in petendo perseuerantes, sanctos suos nequaquam misericordia diuina fraudabit. Hęc, inquit, in prouerbiis locutus sum vobis, venit hora, cũ iam nõ in proverbiis loquar vobis sed palã de patre meo annũciabo vobis.) Possem dicere hãc d qua loquitur horã, futurũ oportere seculũ intelligi, vbi videbimus palã qd beatus Paulus dici, facie ad faciẽ, vt qd ait: Hæc in prouerbiis locutus sum vobis, hoc sit, quod ab eodem Apostolo dictum est, uidemus nunc per speculũ in ænigmate. Annũciabo aũt uobis qa per filium pater videbitur, iuxta illud quod alibi ait, Neq; patrem quis cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: sed istũ sensum uidetur impedire quod sequitur: Illo die in nomine meo petetis.) In futuro enim seculo cum peruenerimus ad regnum, ubi similes ei erimus, qm̃ uidebimus eũ sicuti est, quid petituri sumus, quando satiabitur in bonis desiderii nostrũ? Vnde & alio Psalmo legitur, Satiabor cũ manifestabitur gloria tua. Petitio nãq; alicuius est indigentiæ, quæ ibi nulla erit, ubi hæc satietas erit. Relinquitur itaq; quantum sapere ualeo, ut intelligatur Iesus discipulos suos de carnalibus uel animalibus se

Gala. 6.

2. Cor. 13.

1. Ioan. 1. Psal. 16.

spiritales promisisse facturum, quanuis nondum tales quales erimus, quando spiritale etiam corpus habebimus, sed qualis erat qui dicebat, Sapientiam loquimur inter perfectos: &, non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in sapientiæ humanæ doctis uerbis, sed docti spiritu spiritalibus spiritalia comparantes: animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus dei. Non itaque percipiens quæ sunt spiritus dei homo animalis sic audit quæcunque audit de dei natura, vt aliud quam corpus cogitare non possit, quamlibet amplissimum uel immensum, quamlibet lucidum ac speciosum, corpus tamen ideo pro 108 uerbia illi sunt quæcunque dicta sapientiæ de incorporea immutabili substantia, non A quod ea tanquam prouerbia deputat, sed quia sic cogitat, qũo qui prouerbia solent audire neque intelligere. Cum uero spiritalis cœperit omnia diiudicare, ipse autem à nemine diiudicari, etiam si in hac uita adhuc uelut per speculum ex parte perspicit, tamen non ullo corporis sensu, non ulla imaginaria cogitatione, quæ capit aut fingit qualium cunque similitudines corporum, sed mentis certissima intelligentia deum intelligit non corpus esse, sed spiritum. Ita palam de patre annunciante filio, ut eiusdem substantiæ conspiciatur & ipse, qui annũciat, tunc in eius nomine petunt, q petũt qñ in sono eius nominis non aliud quam res ipsa est, quæ hoc nomine uocatur, intelligunt, nec animi uanitate, uel infirmitate confingunt tanquam in alio loco patrem, in alio filium ante patrem stantem, & pro nobis rogantem, spatia sua quæque amborum occupantibus molibus, & uerbum ad eum, cuius est uerbum, facere uerba pro nobis, interuallo interposito inter os loquentis & auriculas audientis, & alia talia quæ sibi animales, itidemq; carnales in cordibus fabricant. Quicquid enim tale spiritalibus de deo cogitantibus ex cor 108 porum consuetudine occurrit, negando atque respuendo tanquam importunas muscas B ab interioribus oculis abigunt, & synceritati eius lucis acquiescunt, qua teste ac iudice has ipsas imagines corporum suis internis aspectibus intuentes † falsas omnino esse cõ uincunt. Hi possunt utcunque cogitare dominum nostrum Iesum Christum inquantũ homo est, pro nobis interpellare patrem: inquantum autem deus est, & nos exaudire cum patre, quod eum significasse arbitror vbi ait, Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis.) Ad hoc quippe intuendum quomodo non rogat patrem filius sed simul exaudiunt rogantes pater & filius, non nisi spiritalis oculus mentis ascendit. Ipse enim pater, inquit, amat vos, quia vos me amastis,) Ideo amat ille quia nos amamus, an potius quia ille amat ideo nos amamus? Ex Epistola sua Euangelista idem ipse rñdeat. Nos diligimus, inquit, quia prior ipse dilexit nos: hinc ergo factum est vt diligeremus, quia dilecti sumus. Prorsus donum dei est diligere deum, quoniã ipse vt diligeretur dedit, qui non dilectus dilexit. Displicẽtes amati sumus, vt esset in nobis vnde placeremus: 108 non enim amaremus filium, nisi amaremus & patrẽ. Amat nos pater, quia nos amamus C filium, cum à patre & filio acceperimus, vt & patrem & filium amemus: diffundit enim charitatem in cordibus nostris amborum spiritus, per quem spiritum & patrẽ amamus & filium, & quem spiritũ amamus cũ patre & filio. Amorem itaq; nostrum pium quo colimus deum, fecit deus, & vidit quia bonum est: ideo quippe amauit ipse quod fecit, sed in nobis non faceret quod amaret, nisi antequam id faceret nos amaret. Et credidistis, inquit, qui à deo exiui, exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem.) Planè credidimus, neq;.n. propterea debet incredibile videri: quia sic ad mundum veniens, exiit à patre vt non desereret patrem: & sic vadit ad patrẽ relicto mundo, vt non deserat mundum. Exiit.n. à patre, quia de patre est: & in mundũ venit, qa mũdo suũ corpus oñdit, qd de virgine assumpsit. Reliquit mũdũ corpali discessione, prexit ad patrẽ hominis ascẽsione, nec mundũ deseruit præsentiæ gubernatione.

108 De eo quod dicit, Dicunt ei discipuli eius, Ecce palam loqueris, & prouerbiũ
D nullum dicis: vsque ad id quod ait, sed confidite, ego vici mundũ:

Tractatus. CIII.

De cap. 16

QVales erant discipuli Christi quando cum eis ante passionem loquebatur magna cum paruis, sed sic oportebat vt magna dicerentur & paruis, quia nondũ accepto spiritu sancto quemadmodum eum post eius resurrectionem vel ipso insufflante, vel desuper veniente acceperunt, humana magis quam diuina sapiebant,

1. Cor. 2.

† aliàs irruentes.

1. Ioan. 4.

Roma. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multis indiciis per totum Euangelium declaratur: vnde & hoc est quod in ista lectione
dixerunt: ait enim Euangelista, Dicunt ei discipuli eius: ecce nunc palam loqueris, &
prouerbium nullum dicis: nunc scimus quia nosti omnia, & non opus est tibi vt quis te
Supra tra- interroget: in hoc credimus quia à deo existi.) Ipse dominus pauloante dixerat: hæc in
ctta. 102. prouerbiis locutus sum vobis, venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis: quo
modo ergo isti dicunt, ecce nunc palã loqueris, & prouerbium nullum dicis? Nunquid
hora iam venerat, qua non iam in prouerbiis se promiserat locuturum? Prorsus quod
nondum illi hora venisset, continuatio verborum eius ostendit, quæ ita sese habet: hæc
inquit, in prouerbiis locutus sum vobis, venit hora cum iam non in prouerbiis loquar
vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis, illo die in nomine meo petetis. Et nõ
dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse. n. pater amat vos, quia vos me ama-
stis, & credidistis quia à deo exiui. Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo
mundum, & vado ad patrem. Cum per hæc omnia verba adhuc illam promittat horam,
qua non iam in prouerbiis loquetur, sed palam de patre annunciabit eis, in qua hora
dicit eos in suo nomine petituros, nec se patrem de illis rogaturum, eo quod ipse pater
amat eos, quia & ipsi amauerunt Christum, & crediderunt quod á patre exierit & vene
rit in mundum, iterum relicturus mundum, & iturus ad patrem: Cum ergo adhuc pro-
mittatur hora illa, in qua sine prouerbiis loquuturus est, cur isti dicunt, Ecce nunc pa-
lam loqueris, & prouerbium nullum dicis, nisi quia illa quæ scit ipse non intelligẽtibus
esse prouerbia, illi vsqueadeo non intelligunt, vt nec saltem non se intelligere intelli-
gant? Paruuli. n. erant & nondũ spiritaliter diiudicabant, quæ de rebus non ad corpus,
sed ad spiritum pertinentibus audiebãt; deniq; de ipsa eorum ætate, adhuc secundũ in-
teriorem hominem parua & infirma eos admonens, Respondit eis Iesus, Modo creditis,
Ecce venit hora, & iam venit vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solum relin-
quatis. Et non sum solus, quia pater mecũ est.) Pauloante dixerat, relinquo mũdum &
Supra tra- vado ad patrem, nunc dicit, pater mecum est. Quis vadit ad eũ, qui cũ illo est? Sed hoc
cta. 102. intelligenti est verbũ, non intelligenti prouerbium, sic tamen quomodo à paruulis nõ
intelligitur, & vtcunq; fugitur, & eis etiamsi non præbet, quia nondum eũ capiunt, soli-
dũ cibum, saltem lacteũ non denegat alimentum. Ex hoc alimento est, quod sciebãt eũ
nosse omnia, nec opus ei esset vt eum quis interroget: quod quidẽ cur dixerit, queri po-
test. Videtur. n. potius fuisse dicendum, non opus est tibi vt quenquam interroges: non,
vt quis te interroget: dixerunt quippe, scimus quia nosti omnia, & vtiq; qui nouit om-
nia, magis à nescientibus interrogari solet, vt interrogantes audiant quod volunt ab eo
qui nouit omnia, non ipse interroget tanquã volens aliqd scire qui nouit omnia. Quid
sibi ergo vult quod ei quẽ sciebant nosse omnia, cum dicere debuisse videãtur, nõ opus
est tibi vt quenquã interroges: dicendũ potius putauerunt, non opus est tibi, vt quis te
interroget? Quid qd vtrunq; legimus factũ, & interrogasse scilicet dñm, & interrogatũ
fuisse? Sed hoc cito soluitur, quia hoc nõ ei, sed illis potius opus erat quos interrogabat,
vel á quibus interrogabatur. Neq; n. aliquos ille interrogabat, vt ab eis aliquid disceret
sed eos potius vt doceret. Qui interrogabant eũ, volentes ab eo aliquid discere, illis pro
fecto id opus erat, vt scirent aliqua ab illo, qui nouerat omnia. Nimirũ ergo propterea
ei opus non erat, vt eũ quis interrogaret, quemadmodũ nos quando interrogamur ab
eis qui volunt aliquid à nobis scire, ex ipsis interrogationibus eorũ cognoscimus quid
velint discere. Opus est, ergo nobis ab eis interrogari, quos docere aliquid volumus, vt
inquisitiones eorũ, quibus respondendũ est nouerimus. Illi aũt ne id quidẽ opus erat,
qui omnia nouerat, nec opus habebat quod ab eo quisq; scire vellet, per eius interroga-
tionẽ cognoscere, quia priusquã interrogaretur, interrogatoris nouerat voluntatẽ; sed
ideo se patiebatur interrogari, vt vel eis qui tunc aderant, vel qui hæc siue dicta fuerãt
audituri, siue scripta lecturi, quales essent á quibus interrogabatur ostenderet, eosq; mõ
nossemus, vel quibus non circũueniretur fraudibus, vel quibus apud eũ proficeretur
accessibus. Præuidere autem cogitationes hominum, & ideo non opus habere, vt eum
quis interrogaret, magnum deo non erat, sed magnum paruulis erat, qui ei dicebant: in
hoc credimus quia à deo existi. Multo autem maius erat ad quod intelligendum eos vo
lebat extendi & crescere, quod cum illi dixissent verumq; dixissent, á deo existi, ait ille
pater mecum est, ne sic á patre filium cogitarent exiisse, vt putarent etiam recessisse: de-
inde

Inde sermonem istum magnum prolixumq; concludens: Hæc, inquit, locutus sum ve-
bis, vt in me pacem habeatis; in mundo præssuram habebitis, sed cõfidite, ego vici mun
dũ.) Illud initium fuerat habitura ista pssura, de quo superius vt eos ostẽderet paruu-
los, quibus adhuc nõ intelligentibus, & aliud pro alio sentientibus, puerbia quodãmo-
do essent, quæ cum magna & diuina dixisset, ait: modo creditis: Ecce venit hora & iã ve-
nit, vt dispergamini vnusquisq; in propria. Ecce initiũ præsturæ, sed non eo modo per-
seueraturæ. Quod. n. adiunxit, & me solum relinquatis: non vult eos tales esse in conse-
quenti præsura, quã post eius ascensionẽ in mundo fuerant habituri, vt relinquant eũ
sed vt in illo pacẽ habeant permanentes in eo. Non. n. quãdo comprehensus est tantum-
modo carne sua eius carnẽ, verumetiã mente reliquerũt fidẽ, Ad hoc pertinet quod ait,
modo creditis: ecce venit hora vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solũ relin-
quatis: tanquã diceret, tunc ita pturbabimi, vt etiã quod modo creditis relinquatis. Ve-
nerunt. n. ad tantã desperationẽ, & suæ pristinæ fidei, vt ita dixerim, mortẽ quãta appa-
ruit in illo Cleopha, qui post eius resurrectionẽ cũ illo se loqui nescíens, & quid ei con-
tigerit narrans: Nos, inquit, sperabamus, q ipse fuerat redempturus Israel. Ecce quomõ Luc. 24.
eũ reliquerant deserendo etiã ipsam fidẽ, qua in eũ antè crediderant. In ea vero præssu-
ra, quã post eius glorificationẽ accepto spiritu sancto pertulerunt, nõ eũ reliquerũt, &
quãuis fugerent de ciuitate in ciuitatẽ, ab ipso nõ refugerunt, vt habentes pressurã in
mundo in illo pacẽ tenerent, non ab ipso refugerunt, sed ipsum potius refugiũ habue-
runt, dato quippe illis spiritu sancto, factum est in eis quod nunc dictum est eis: Confi-
dite, quia ego vici mundũ. Confiderunt & vicerunt: in quo nisi in illo? Non enim vicis-
set ille mundum, si eius membra vinceret mundus: vnde ait Apostolus: Gratias deo, qui Roma. 8.
dat nobis victoriam: continuoq; subiecit, per dominum nostrum Iesum Christum, qui
dixerat suis: confidite, ego vici mundum.

De eo qd sequitur, Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlũ dixit, Pater,
venit hora, clarifica filiũ tuũ, & filius tuus clarificet te. Tractatus. CIIII. Cap. XVII

ANte ista quæ nunc sumus adiuuante domino tractaturi, dixerat Iesus: Hæc lo-
cutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: quæ non recentiora paulosuperius
ab eo dicta, sed omnia debemus accipere, siue quæcunq; illis locutus est, ex quo
eos cœpit habere discipulos, siue certe ex quo post cœnam exorsus est hunc admirabilẽ
prolixumq; sermonem, Talem quippe commemorauit causam, cur eis sit locutus: vt ad
eum finem rectissime referantur vel omnia quæ locutus est eis, vel ea maxime quæ
dixit iam pro eis moriturus, tanquã verba nouissima, posteaquam de conuiuio sancto
ille qui eum fuerat traditurus, egressus est. Hanc ergo commendauit causam sermonis
sui, vt in illo pacem haberent, propter quod totum agitur q. Christiani sumus. Hæc. n.
pax finẽ temporis non habebit, sed omnis piæ nostræ intentionis actionisq; finis ipsa
erit. Propter hanc sacramentis eius imbuimur, propter hanc mirabilibus eius operibus
& sermonibus erudimur, propter hanc spiritus eius pignus accepimus, propter hanc cre
dimus in eũ & speramus, & eius amore quãtũ donat accendimur. Hac pace in pressuris
omnibus consolamur, hac à pressuris omnibus liberamur, propter hanc omnẽ tribula-
tionẽ fortiter sustinemus, vt in hac fœliciter sine vlla tribulatione regnemus. Merito ad
eam clausit verba, quæ parum intelligentibus discipulis erant prouerbia, intellecturis
ea quãdo eis dedisset promissum spiritum sanctũ, de quo superius ait: Hæc locutus sum Ioan. 14.
vobis, apud vos manens. Paraclẽtus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomi- Supra Tra
ne meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Hæc cta. 77.
nimirum futura fuerat illa hora, qua se promiserat non iam in prouerbiis locuturum,
sed palam de patre annunciaturum. Eadem quippe ipsius verba reuelãte spiritusancto,
intelligentibus, iam non erant futura prouerbia. Neq; enim loquente in eorum cordi-
bus spiritu sancto, taciturus erat vnigenitus filius, qui dixit in ea hora palam se illis an
nunciaturum esse de patre, quod eis vtique iam intelligentibus non esset prouerbium:
sed hoc quoq; ipsum quomodo simul loquantur in suorum spiritalium cordibus & dei
filius & spũsanctus, immo ipsa trinitas, quæ inseparabiliter operatur, intelligentibus
est verbũ, non intelligentibus autem prouerbium. Cum ergo dixisset propter quid om
nia sit locutus, vt in illo scilicet pacẽ haberent, in mũdo habẽtes pressurã exhortatusq;
fuisset, vt confiderent, quia ipse vicit mundũ, eo qui erat ad illos sermone finito, dein-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ad patrem verba direxit,& orare iam cœpit: sic enim Euangelista sequitur dicẽs: Hæc locutus est Iesus,& subleuatis oculis in cœlum dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum.) Poterat dominus noster vnigenitus & cœternus patri, in forma serui, & ex forma serui si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, nostram fecit & nobis, quoniam tanti magistri non solum apud ipsos sermocinatio, sed etiã ipsius pro ipsis ad patrem oratio, discipulorum est ædificatio, & si illorum qui hæc dicta aderant audituri, profecto & nostra qui fueramus conscripta lecturi. Quapropter hoc quod ait, Pater venit hora, clarifica filium tuum: ostendit omne tempus, & quid & quan
do faceret vel fieri sineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est, quoniã a
quæ futura erant per singula tempora in dei sapientia causas efficientes habent, in qua
nulla sunt tempora. Non ergo credatur hæc hora fato vrgente venisse, sed deo potius or-
dinante, nec syderea necessitas Christi connexuit passionem, absit enim vt sydera mori
cogerent syderum conditorem. Non itaq; Christum tempus vt moreretur impegit, sed
tempus Christus quo moreretur elegit, qui etiam tempus quo de virgine natus est cum
patre constituit, de quo sine tempore natus est, secundum quam veram sanamq; doctri-
Gala. 4. nam etiam Paulus Apostolus: Cum autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit deus
Esa. 49. filium suum: & deus per Prophetam: Tempore, ait, accepto exaudiui te, & in die salutis
2. Cor. 6. adiuui te: & rursus Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Di-
cit ergo Pater venit hora: qui cum patre disposuit omnes horas, tanquam dicens: pater,
quam propter homines & apud homines ad me clarificandum simul constituimus, ve-
nit hora, clarifica filium tuum, & vt filius tuus clarificet te. Clarificatum á patre filiũ nõ
Roma. 8. nulli accipiunt in hoc quòd ei non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: sed si
passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione? nam in passione magis eius
Philip. 2. humilitas quàm claritas commendatur, Apostolo attestante qui dicit. Humiliauit semet-
ipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis: deinde sequitur, & de eius
clarificatione iam dicit: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod
est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium,
& infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est
dei patris. Hæc est glorificatio domini nostri Iesu Christi, quæ ab eius resurrectione sum
psit exordium. Humilitas ergo eius incipit in sermone Apostoli, ab eo loco vbi ait: Semet-
ipsum exinaniuit formam serui accipiens, & peruenit vsq; ad mortem crucis: claritas
vero eius incipit ab eo loco vbi ait, Propter quod & deus exaltauit eum, & peruenit qđ
in gloria est, dei patris: nam & ipsum nomen, si inspiciantur codices Græci, ex qua lingua
Epistolæ Apostolicæ translatæ sunt in Latinã, qđ hic legitur gloria ibi legitur, δόξα. Vnde
verbũ deriuatum est in Græco vt diceretur δόξασον quod interpres Latinus ait clarifica,
cum posset etiam glorifica dicere, quod tantundem valet. Et ideo posset etiam in Apostoli epistola, vbi est gloria, claritas poni, quod si fieret, tantundem valeret. Vt autem non recedatur à verborum fonis, quemadmodum á claritate clarificatio, sic à gloria glorificatio deriuatur. Vt ergo mediator dei & hominũ homo Christus Iesus resurrectione clarificaretur vel glorificaretur, prius humiliatus est passione: nõ eni à mortuis resurrexisset, si mortuus non fuissent. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium, sed hoc factum est in forma serui. In forma vero dei semper fuit, semper erit: claritas enim non fuit quasi iam non sit, nec erit quasi nondum sit, sed sine initio, sine fine semper est claritas. Quod ergo ait, Pater venit hora, clarifica filium tuum: sic intelligendum est tanquam dixerit, venit hora seminandæ humilitatis, fructum non differas claritatis: sed quid sibi vult quod sequitur, Vt filius tuus clarificet te?) Nunquid etiam deus pater pertulit humilitatem carnis siue passionis, ex qua illum clarificari oportebat? Quomodo igitur eum clarificaturus erat filius, cuius claritas sempiterna, nec ex forma serui potuit videri minor, nec in diuina persona potuit esse amplior? Sed istam quæstionem in hunc sermonem nolo coarctare, aut hinc eum facere longiorem.

De eo quod dicit, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vsq; ad id, claritatẽ quã habui priusquã mundus fieret apud te: Tractatus. CV. De Cap. XVII.

GLorificatum à patre filiũ secundũ formã serui, quã pater suscitauit à mortuis, & ad suã dexterã collocauit, res ipsa indicat, & nullus ambigit xpianus: sed quoniã non tantũ dixit, Pater clarifica filium tuum: sed addidit etiam, Vt filius tuus clarificet te:) merito queritur quomodo patrẽ clarificauerit filius, cũ sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua perfectione diuina, sed in seipsa claritas patris nec minui nec augeri potest. Apud homines aũt ꝓculdubio minor erat, quando in Iudæa tantummodo deus notus erat: nõdũ à solis ortu vsq; ad occasum Psal. 75. Psal. 49. & 112.
209 laudabant pueri nomen domini. Hoc aũt quia per Euangeliũ Christi factũ est, vt per
E filium pater innotesceret gentibus, profecto patrem clarificauit & filius: si autem tan-
tummodo mortuus fuisset filius, nec resurrexisset, proculdubio nec à patre clarificatus
esset, nec patrem clarificasset: nunc autẽ resurrectione clarificatus à patre, resurrectionis
suæ prædicatione clarificat patrẽ. Hoc quippe aperit ordo ipse verborum: Clarifica, in-
quit, filiũ tuũ, vt filius tuus clarificet te: tãquam diceret, resuscita me vt innotescas toti
orbi per me: deinde magis magisq; pandens quomodo clarificet patrem filius: Sicut de-
disti, inquit, ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternã.)
Omnem carnem dixit omnem hominem, á parte totum significans, quemadmodũ rur-
sus à parte superiore significatus est homo totus: vbi ait Apostolus. Omnis anima po- Roma. 13.
testatibus sublimioribus subdita sit. Quid n. dixit omnis anima, nisi omnis homo? Et
hoc autem ꝙ potestas Christo, à patre data est omnis carnis, secundum hominem intel-
ligendum est: nam secundũ deũ omnia per ipsum facta sunt, & in ipso condita sunt om
nia in cœlo & in terra, visibilia & inuisibilia: sicut ergo dedisti ei potestatem inquit, om Ioan. 1.
nis carnis, ita te glorificet filius tuus, id est, notum te faciat omni carni quã dedisti ei:
209 sic enim dedisti vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternã. Hæc est autẽ, inquit, vita
F æterna vt cognoscant te solũ verum deum, & quem misisti Iesum Christũ.) Ordo ver-
borum est, vt te & quem misisti Iesum Christum cognoscant solum verum deum: con-
sequenter enim & spiritus sanctus intelligitur, quia spiritus est patris & filii, tanquam
charitas substantialis & consubstantialis amborum, quoniam non duo dii pater & fi-
lius, nec tres dii pater & filius & spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus solus verus deus:
nec idem tamen pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idem spiritus sanctus qui
pater & filius, qm tres sunt pater & filius & spũs sanctus sed ipsa trinitas vnus est deus: sic
ergo eo modo te glorificat filius sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, & sic dedisti ei, vt
omne quod dedisti ei det eis vitam æternam, & hæc est vita æterna, vt cognoscãt te: sic
te igitur filius glorificat, vt omnibus quos dedisti ei te cognitum faciat. Porrò si cogni-
tio dei est vita æterna, tanto magis viuere tendimus, quanto magis in hac cognitione
proficimus. Non autem moriemur in vita æterna, tunc ergo dei cognitio perfecta erit,
quando nulla mors erit. Summa dei tunc clarificatio: quia summa gloria, quæ Græce di
citur δόξα. Vnde dictum δόξασον, quod Latini quidam interpretati sunt clarifica, quidam
209 glorifica. A veteribus autem gloria, qua glorioſi homines dicuntur, ita est definita: Glo
G ria est frequens de aliquo fama cum laude. At si homo laudatur, cum famæ creditur, Gloria qđ sit.
quomodo deus laudabitur, quãdo ipse videbitur? Propter quod scriptum est, Beati qui Psal. 83.
habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Ibi erit dei sine fine laudatio,
vbi erit dei plena cognitio, & quia plena cognitio ideo summa clarificatio vel glorifica
tio: sed prius hic clarificatur deus, dum annunciatus hominibus innotescit, & per fidem
credentium prædicatur: Propter quod dicit, Ego te clarificaui super terram, opus con-
summaui quod dedisti mihi vt faciam.) Non ait, iussisti, sed dedisti, vbi commendatur
euidens gratia: quid enim habet, quod non accepit etiam in vnigenito humana natu-
ra? An non accepit, vt nihil mali, sed bona faceret omnia, quando in vnitatem personæ
susceptæ est à verbo, ꝙ quod facta sunt omnia? Sed quomodo consummauit opus quod
accepit vt faciat, cum restet adhuc passionis experimentum, vbi martyribus suis maxi- 1. Petri. 2.
me præbuit quod sequerentur exemplum: vnde Apostolus Petrus, Christus passus est
209 pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius: nili quia cõsummas Psal. 21.
H se dicit, quod se consummaturũ esse certissime nouit? Sicut longe antè in ꝓphetia præ-
teriti temporis vsus est verbis, quando post annos plurimos futurũ erat quod dicebat,

Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: non ali-
fodient & dinumerabunt. Et in hoc ipso Euangelio: Omnia, inquit, quæ audiui a patre
meo nota feci vobis: quibus ait postea, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non pote-
stis portare modo. Qui.n. certis & immutabilibus causis omnia futura prædestinauit,
quod facturus est fecit: nã & per Prophetã dictum de illo est, qui fecit quæ futura sunt.
Secundum hoc etiã quod sequitur dicit, Et nũc clarifica me tu pater apud temetipsum
claritate quã habui priusquã mundus esset apud te.) Nam & supra dixerat, Pater venit
hora, clarifica filium tuũ, vt filius tuus clarificet te. In quo verborũ ordine ostenderat
prius a patre clarificandum filiũ, vt patrem clarificaret & filius: modo autem dixit, Ego
te clarificaui super terrã, opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam, & nunc clari-
fica me, tanquã prior ipse patrẽ clarificauerit, a quo deinde vt clarificetur expoſcit. Ergo
intelligendum est vtroq; verbo superius vsum, secundũ id quod futurum erat, eoq; or-
dine quod futurum erat: clarifica filiũ, vt te clarificet filius: modo verò vsum fuisse ver-
bo præteriti temporis de re futura, vbi ait, Ego te clarificaui super terram, opus cõsum
maui quod dedisti mihi vt faciam deinde dicendo, & nunc clarifica me tu pater apud te
metipsum, quasi posterius esset clarificandus a patre, quẽ prius ipse clarificauerat, quod
ostendit nisi superius vbi ait, Ego te clarificaui super terram, ita locutum se fuisse, tan-
quam fecisset quod facturus esset: hic autem poposcisse vt pater faceret, per quod illud
filius facturus esset, id est, vt pater clarificaret filium, per quam filii clarificationẽ etiam
filius clarificaturus esset patrẽ. Denq; si de re quæ futura erat ponamus etiã futuri tem-
poris verbum, vbi pro tempore futuro posuit ipse præteritum, nulla sententiæ remane
bit obscuritas, velut si dixisset: Ego te clarificabo super terrã, opus consummabo quod
dedisti mihi vt faciam, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum. Nempe ita planũ
est, sicut illud vbi ait, Clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, & ipsa est omnino
sententia, nisi quia & hic dictus est eiusdem clarificationis modus, ibi autem tacitus, tan
quam illud isto exponeretur eis, quos poterat permouere, quomodo pater filium, & ma
xime quomodo patrem clarificet & filius. Dicendo.n. clarificari à se patrem super terrã,
se aũt à patre apud eundem patrem, modum profecto vtriusq; clarificationis ostendit.
Ipse quippe patrẽ clarificauit super terram, eum gentibus prædicãdo: pater verò ipsum
apud semetipsum ad suã dexteram collocando: sed ideo postea de clarificando patre vbi
ait, Ego te clarificaui, verbum præteriti temporis ponere maluit, vt monstraret in præ-
destinatione iã factũ, & p iam facto habendũ, qd certissime fuerat futurũ, id est, vt a pa
tre apud patrẽ glorificatus, patrẽ super terrã glorificaret & filius: sed hanc prædestina-
tionẽ in sua clarificatione manifestius aperuit, qua eum clarificauit pater, in eo quod ad-
iunxit: Claritate quã habui prius qui mundus esset apud te:) ordo verborum est, quã
habui apud te priusquam mundus esset. Ad hoc valet quod ait: & nunc clarifica me, hoc
est, sicut tunc ita & nunc: sicut tunc prædestinatione, ita & nunc p fectione, fac in mũdo
qd apud te iã fuerat ante mundũ, fac in suo tempore quod ante omnia tẽpora statuisti.
Hoc qdã sit intelligendũ putarun, tanquã natura humana, quæ susceptа est à verbo, cõ
uerteretur in verbũ, & homo mutaretur in deũ, immo si diligentius qd opinati sunt co-
gitemus, homo periret in deo: non.n. quisquã ex ista mutatione hominis vel duplicari
dei verbũ dicturus est, vel augeri, vt aut duo sint qd vnũ fuit, aut amplius sit qd mi'
fuit. Porrò si natura humana in verbũ mutata atq; conuersa, verbũ dei quantũ erat &
qd erat hoc erit vbi est homo si non periit? Sed ad hanc opinionẽ, quã veritati prorsus
nõ video conuenire, nihil nos vrget, si filio dicente: Et nunc clarifica me tu pater apud
temetipsum claritate quã habui priusquã mundus esset apud te: intelligamus prædesti
nationẽ claritatis humanæ, quæ in illo est, naturæ, ex mortali immortalis apud pa-
trẽ futuræ, & hoc iam prædestinando factum fuisse, antequã mundus esset, qd in mũdo
etiam suo tẽpore fieret. Si.n. de nobis dixit Apostolus: sicut elegit nos in ipso ante mun
di constitutionem, cur abhorrere putatur à vero, si tunc pater caput nostrum glorifi-
cauit, quando nos in ipso vt membra eius essemus elegit? Sic enim nos electi quomo-
do ipse clarificatus, quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse media-
tor dei & hominum homo Christus Iesus. Sed ille, qui per ipsum inquantũ verbũ eius
est, ẽt quæ futura sunt fecit, & vocat ea quæ non sunt tanquã sint, profecto secundũ id
q̃ mediator dei & hominũ homo est ante mundi cõstitutionẽ, p nobis deus pater glo-
rificauit

Ephe. 1.

1. Timo. 2.

rificauit ipsum, si tunc elegit etiam nos in ipso: quid.n. dicit Apostolus? scimus autẽ quo
niam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundũ propositũ vo- Roma. 8.
cati sunt sancti: quos.n. præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii eius, vt
sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prędestinauit, illos & vocauit: nisi
forte ipsum prædestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantũ vt efficiamur cõ
formes imaginis eius, hoc dixisse videtur Apostolus? Quasi verò quisq; regulam fidei
fideliter intuens, filiũ dei negaturus est prædestinatũ, qui eum negare hominem nõ po
test. Recte quippe dicitur nõ prædestinatus secũdum id quod est verbũ dei, deus apud
deum: vt quid.n. prædestinaretur, cum iam esset quod erat sine initio, sine termino sem
piternus? Illud enim prædestinatum erat quod nondum erat, vt sic suo tempore fieret,
quemadmodum ante omnia tempora prædestinatum erat vt fieret, Quisquis igitur dei
filium prædestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Sed propter conten-
tiosos etiam hinc audiamus Apostolum in suarum exordio literarum: nam & in prima
Epistolarum eius quæ est ad Romanos, & ipsius Epistolæ principium est, vbi legitur: Roma. 1.
Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euãgelium dei, quod antè
promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio, q factus est ei ex semine Da-
uid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum spiritũ san
ctificationis ex resurrectione mortuorum: secundum hanc ergo prædestinationem etiã
glorificatus est antequam mundus esset, vt esset claritas eius ex resurrectione mortuo
rum apud patrem, ad cuius dexteram sedet. Cum ergo videret illius prædestinatæ suæ
clarificationis venisse iam tempus, vt & nunc fieret in redditione quod fuerat in præde-
stinatione iam factum, orauit dicens: & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum cla
ritate quam habui priusquam mundus esset apud te: tanquam diceret, claritatem quam
habui apud te, id est, illam claritatem quam habui apud te in prædestinatione tua, iam
tempus est vt apud te habeam etiam viuens in dextera tua: sed quoniam nos diu tenuit
huius discussio quæstionis, alio quæ sequuntur sermone tractanda sunt.

De eo quod dicit, Manifestaui nomen tuum hominibus: vsq; ad id, Et credide-
runt quia tu me misisti: Tractatus. CVI.

De cap. XVII.

DE his verbis dñi, sicut ipse donauerit, sermone isto disputaturi sumus quæ ita se ha
bent: Manifestaui nomen tuũ hominibus quos dedisti mihi de mundo:) Quod si
de his tantũ dicit discipulis cum quibus cœnauit, & ad quos antequã orare inciperet tã
multa locutus est, non pertinet hoc ad illam clarificationẽ, siue vt alii interpretati sunt
glorificationẽ, de qua superius loquebatur, qua filius clarificat vel glorificat patrẽ: quan
ta est.n. vel qualis gloria, duodecim vel vndecim potius manotuisse mortalibus? Si autẽ
quod ait, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: omnes hic
intelligi voluit, etiam qui in eũ fuerant crediturí, ad eius magnam quæ futura erat ex
omnibus gentibus Ecclesiam ptinentibus, de qua in Psalmo canitur, In Ecclesia magna Psal. 34.
confitebor tibi: est planè ista clarificatio qua filius clarificat patrem, cum eius nomen
notum facit omnibus gentibus, & tam multis generationibus hominum: & tale est hoc
quod ait, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mũdo: quale illud
quod pauloante dixerat, Ego te clarificaui super terram: pro tempore futuro & illic &
hic præteritũ ponens, sicut qui sciret prædestinatum esse ut id fieret, & ideo fecisse di-
cens s, quod erat sine vlla dubitatione facturus: sed de illis qui iam erãt discipuli eius,
non de omnibus qui in illum fuerant crediturí eum dixisse quod dixit: manifestaui no
men tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo, ea quæ sequuntur credibilius esse
demonstrant: cum enim hoc dixisset, adiunxit: Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermo
nem tuum seruauerunt: non cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt,
quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt & cognouerunt vere quia à te
exiui, & crediderunt quia tu me misisti.) Quanquã & hæc omnia de futuris omnibus
fidelibus dici potuerunt specie perfecta, cum adhuc essent futura, sed vt de his solis,
quos tunc habebat discipulis hæc loqui intelligatur, illud magis vrget quod paulopost
ait: Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedidi mihi custodiui,
& nemo ex his periit nisi filius perditionis, vt scriptura adimpleatur, Iudam significans
qui tradidit eum. Ex isto quippe duodenario numero Apostolorum solus periit: deinde Psal. 40. &
subiungit, nunc autem ad te venio, vnde manifestum est eum de corporali sua dixisse 54. & 108.

præsentia: cum essem cum eis ego seruabam eos, veluti iam cum eis ea præsentia non
esset. Eo modo enim significare voluit ascensionem suam mox futuram, de qua dixit:
Nunc autem ad te venio, iturus vtiq; ad dexteram patris, vnde venturus est ad viuos
& mortuos iudicandos præsentia itidem corporali, secundum fidei regulam sanamq; do
ctrinam: nam præsentia spiritali cum eis erat vtiq; venturus post ascensionem suam, &
cum tota Ecclesia sua in hoc mundo vsque in consummationem seculi. Non itaq; recte
intelliguntur de quibus dixerit, cum essem cum eis, ego seruabam illos: nisi hi quos in
se credentes seruare iam cœperat præsentia corporali, & quos relicturus fuerat absentia
corporali, vt eos cum patre seruaret præsentia spiritali: post vero adiũgit & cæteros su-
os, vbi dicit: non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per verbũ
eorum in me. Vbi manifestius ostendit, quod non de omnibus ad eum pertinentibus su
perius loqueretur, ab eo loco vbi ait: Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedi-
sti mihi, sed de his tantum qui eum cum illa diceret audiebant. Ab ipso itaq; orationis
Supra Tra. eius exordio vbi subleuatis oculis in cœlum dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuũ
sta. 104. vt filius tuus clarificet te: vsq; ad illud quod paulopost ait, Et nunc clarifica me tu pater
apud teipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te, omnes suos vole-
bat intelligi, quibus notum faciendo patrem clarificat eum. Cum enim dixisset, vt filius
tuus clarificet te mox, quemadmodum id fieret, demonstrauit dicẽs; Sicut dedisti ei po-
testatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam: hæc est autem
vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christũ. Nõ. n.
põt cognitione hominũ clarificari pater, nisi & ille cognoscatur per quem glorificatur,
id est, per quem populis innotescit. Hæc est glorificatio patris, quæ non circa solos illos
2. Cor. 11. Apostolos facta est, sed circa omnes homines fit, quibus in suis membris caput est Chri
stus: neq; enim de solis Apostolis potest intelligi: Sicut dedisti ei potestatem omnis car-
nis, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam: sed vtiq; de omnibus quibus in eũ
credentibus vita æterna datur. Iam nunc ergo videamus quid de illis à quibus tunc au
diebatur, discipulis suis dicat: Manifestaui, inquit, nomen tuum hominibus quos dedi-
Psal. 75. sti mihi. Non ergo nouerant dei nomen cum essent Iudæi? Et vbi est quod legitur, No-
tus in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius? Ergo manifestaui nomen tuum ho-
minibus istis, quos dedisti mihi de mundo, qui me audiunt hoc dicentem, non illud no-
men tuum quo vocaris deus, sed illud quo vocaris pater meus, quod nomen manifesta
ri sine ipsius filii manifestatione non posset: nam quod deus dicitur, vniuersæ creaturæ
& omnibus gentibus antequam in Christum crederent, non omnimodo esse potuit hoc
nomen ignotum. Hæc est enim vis veræ diuinitatis, vt creaturæ rationali iam ratione
vtenti, non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natu-
ra nimium deprauata est, vniuersum genus humanum deum mundi huius fatetur au-
thorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundum cœlo terraq; conspicuum, & antequam
imbuerentur in fide Christi, notus omnibus gentibus deus. In hoc autem quod non est
in iniuriis suis, & cum diis falsis colendus, notus in Iudæa deus in hoc verò, quod pa-
ter est huius Christi, per quem tollit peccata mundi, hoc nomen eius prius occultũ om
Supr. trac. nibus, nunc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mundo: sed quomodo manife-
stauit si nondum venit hora, de qua superius dixerat, quod veniret hora cũ iam non in
proverbiis, inquit, loquar vobis, sed palam de patre meo annũciabo vobis? An vero annũ
ciatio manifesta putabitur in proverbiis? Cur ergo dictum est, palam annunciabo vo-
bis, nisi quia in proverbiis non est palam? Quid autem non in proverbiis occultatur, sed
verbis manifestatur proculdubio palam dicitur: quomodo ergo manifestauit quod nõ
dum palam dixit? Proinde sic intelligendũ est, pro tempore futuro præteritum positum
Ioan. 15. quemadmodum illud: Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis: quod nondũ fe-
cerat, sed loquebatur quasi fecisset, quod immobiliter esse præfixum sciebat, vt faceret:
quid est autem, Quos dedisti mihi de mundo?) Dictum est enim de illis ꝙ non essent de
mundo, sed hoc illis regeneratio præstitit: non generatio: quid est etiam quod sequi-
tur, Tui erant, & mihi eos dedisti?) An aliquando erant patris, quando non erant vni-
geniti filii eius, & habuit aliquando pater aliquid sine filio? Absit. Veruntamen habuit
aliquid aliquando deus filius, quod nondum habuit idem ipse homo filius, quia non-
dum erat homo factus ex matre, quando tamen habebat vniuersa cum patre. Quæ-

propter quod dixit tui erant, non inde se separauit deus filius, sine quo nihil vnquam
pater habuit, sed solet ei tribuere omne quod potest, à quo est ipse qui potest: à quo n.
habet vt sit, ab illo habet vt possit, & simul vtrunq; semper habuit, quia nunquam fuit,
& non potuit: quocirca quicquid potuit pater, semper cum illo filius potuit, quoniam
ille qui nunquam fuit & non potuit, nunquam sine patre fuit, nunquam sine illo pater
fuit, ac per hoc sicut pater æternus omnipotens, ita filius coæternus omnipotens, [& si
omnipotens vtiq; omnitenens,] id enim potius verbum è verbo interpretamur, si pro-
prie volumus dicere, quod à Græcis dicitur παντοκράτωρ, q̃d nostri, nõ sic interpretantur
vt omps dicerẽt, cum sit παντουζάτωρ omnitenẽs, nisi tantũdẽ valere sentirẽt. Quid ergo
vnq̃ habere potuit æternus omitenẽs, q̃d nõ simul habuerit coæternus oitenẽs? q̃d itaq;
ait, Et mihi eos dedisti: hominẽ se accepisse hãc potestatẽ vt eos haberet ostendit: qm
qui semper omnipotens fuit, non semper homo fuit. Quamobrem cum patri potius tri
buisse videatur, vt ab eo illos acceperit, quoniam ex ipso est quicquid est de quo est, etiã
ipse sibi eos dedit, hoc est, cum patre deus Christus homini Christo, quod cum patre nõ
est, homines dedit: deniq; qui hoc loco dicit, Tui erant, & mihi eos dedisti: iam superius Supra tra-
eisdem discipulis dixerat, Ego vos de mundo elegi: conteratur hic cogitatio carnalis atq; sta. 87.
dispereat: de mũdo sibi à patre dicit filios datos homines, quibus alio loco dicit, ego vos Ioan. 15.
elegi de mundo. Quos deus filius de mundo elegit cum patre, idem ipse homo filius de
mundo eos accepit à patre: non enim pater illos filio dedisset, nisi elegisset,: ac per hoc
filius sicut non inde separauit patrem, quando dixit, ego vos de mundo elegi, quoniam
simul eos elegit & pater: sic nõ inde separauit & se, quando dixit, tui erant, quia & ipsius
filii pariter erant: nunc autem homo idem ipse filius accepit eos qui non erant ipsius, qa
& formam serui accepit deus idem quæ non erat ipsius sequitur ac dicit, Et sermonem
tuum seruauerunt, nunc cognouerunt qui omnia quæ dedisti mihi abs te sunt:) Id est,
cognouerunt quia abs te sum: simul enim pater dedit omnia cũ genuit qui haberet om
nia. Quia verba, inquit, quæ dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperunt,) Id est, intellexe-
runt atq; tenuerunt: tunc enim verbum accipitur, quando mente percipitur, Et cogno
uerunt, inquit, vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti:) Et hic subaudien
dum est, vere; quod tunc dixit, cognouerunt vere, exponere voluit adiungendo, & cre-
diderunt: hoc itaq; crediderunt vere, quod cognouerunt vere, id est enim à te exiui, q̃d
est tu me misisti. Cum ergo dixisset, cognouerunt vere, ne quisquam putaret istam co-
gnitionem tanquam per speciem factam non per fidem, exponendo addidit, & credide-
runt, vt subaudiamus vere, & intelligamus hoc dictum esse, cognouerunt vere, quod est
crediderunt vere, non eo modo quem significauit pauloante, cum dixit, modo creditis.
Venit hora & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinqua Supra tra-
tis. Sed crediderunt vere, id est, quomodo credendum est, inconcusse, firme, stabiliter, cta. 113.
fortiter, non iam in propria redituri, & Christum relicturi. Adhuc ergo discipuli nõ erãt
tales quales eos dicit verbis præteriti temporis, quasi iam non essent, prænuncians qua-
les futuri essent, accepto scilicet spiritu sancto, qui eos sicut promissum est, doceret om
nia, quem priusquam acciperent quomodo seruauerunt eius sermonem, quod de illis
quasi fecerint dixit quando primus eorum ter eum negauit, cum ex ore eius audisset Matt. 26.
quid futurum esset homini, qui eum coram hominibus negauisset? Dedit ergo eis ver-
ba sicut dixit, quæ dedit ei pater: sed quando illa non foris in auribus, sed intus in cor-
dibus spiritaliter acceperunt, tunc vere acceperunt, quia tunc vere cognouerunt, vere
autem cognouerunt, quia vere crediderunt: ipsi autem filio quomodo pater ea verba
dederit, quibus verbis homo poterit explicare? Facilior sanè quæstio videtur, si secun-
dum id quod filius est hominis, accepisse à patre illa verba credatur, quanquam natus
ex virgine quando & quomodo ea didicerit, quis enarrabit, quando etiam ipsam quæ de Acto. 2.
virgine facta est, generationem eius quis enarrabit? Si vero secundum id quod est de pa Isaiæ. 53.
tre genitus patriq; coæternus, accepisse à patre ista verba cogitatur, nihil ibi temporis co
gitetur, quasi prius fuerit qui ea non habuerit, atq; vt haberet, quæ non habebat accepe
rit, quoniam quicquid deus pater deo filio dedit, gignendo dedit, ita enim dedit filio pa
ter, sine quibus filius esse non posset, sicut ei dedit vt esset: nam quomododo aliter ver-
bo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia? Sed iam quæ sequuntur, alio
sunt expectanda sermone.

De eo quod dicit: Ego pro eis rogo, non pro mũdo rogo: vsque ad id, Et hæc loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis:

De cap. XVII.

Tractatus. CVII.

CVm de his quos iam discipulos habebat dominus loqueretur ad patrẽ, inter alia etiam dixit hoc, Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed ꝓ his quos dedisti mihi.) Mundum vult modo intelligi, qui viuunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea sorte gratiæ vt ab illo eligantur ex mundo: non itaq; pro mundo, sed pro his quos ei pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit, factũ est vt non pertineant ad eum mundum pro quo non rogat: deinde subiungit; Quia tui sunt.) Neq; enim quia pater eos filio dedit, amisit ipse quos dedit, cũ adhuc filius sequatur & dicat, Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.) Vbi satis apparet quomodo vniget 111 niti filii sint omnia quæ sunt patris, per hoc vtiq; quod etiam ipse deus est, & de patre A patri est natus æqualis, non quomodo dictum est vni ex duobus filiis, maiori scilicet.

Luc. 15. Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Illud enim dictum est de his omnibus creaturis, quæ infra creaturam rationalem sunt, quæ vtique subduntur Ecclesiæ, in qua

Lucæ. 20. vniuersa Ecclesia & illi duo intelliguntur filii maior & minor, cum omnibus angelis sanctis, quibus erimus æquales in regno Christi &, dei: hoc autem ita dictum est, Et mea omnia tua sunt, & tua mea, vt hic sit etiam ipsa creatura rationalis, quæ nõ nisi deo subditur, vt ei quæ infra illam sunt cuncta subdantur. Hæc ergo cum sit dei patris, non simul esset & filii, nisi patri esset æqualis: de ipsa quippe aiebat, cum diceret, Non ꝓ mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea: nec fas est vt sancti de quibus hæc locutus est cuiusquam sint, nisi eius à quo creati & sanctificati sunt: ac per hoc & omnia quæ ipsorum sunt, necesse est vt eius sint cuius & ipsi sunt: ergo cum & patris & filii sint, æquales eos esse demonstrat, quorum æqualiter

Supra tracta. 100. sunt: illud autem quod ait, cum de spiritu sancto loqueretur, Omnia quæ habet pater, 112 mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet & annunciabit vobis: de his dixit quę ad B ipsam patris pertinent diuinitatem, in quibus illi est æqualis, omnia quæ habet habendo: neq; enim spiritussanctus de creatura quæ patri est subdita & filio, fuerat acceptu-

Supra tracta. 105. rus quod ait, de meo accipiet, sed vtiq; de patre, de quo procedit spiritus, de quo est natus & filius: Et clarificatus sum, inquit, in eis.) Nunc suam clarificationem tanquã facta sit dicit, cum adhuc esset futura, superius autem a patre poscebat vt fieret. Sed vtrũ ipsa sit clarificatio: de qua dixerat, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te, vtiq; requirendum est: si enim apud te, quomodo in eis? An cum hoc ipsum innotescit eis, ac per ipsos omnibus qui credunt eis testibus suis? Possumus planè intelligere sic dixisse dominum de Apostolis quód clarificatus sit in eis: dicendo enim esse iam factum, ostendit iam fuisse prædestinatum, & certum haberi voluit quod esset futurum: Et iam, inquit, non sum in mundo, & hi in mundo sunt.) Si horam prorsus illam qua loquebatur attendas, vtrique adhuc in mundo erant, & ipse scilicet & illi de quib us hæc dicebat: non enim secundum profectum

ꝓaliàs, profectum. ꝓcordis & vitæ id accipere possumus vel debemus, vt illi propterea adhuc esse dicantur in hoc mundo quod mundana adhuc sapiant, ille autem iam non esse in mundo C sapiendo diuina. Positum est hic enim verbum vnum, quod nos ita intelligere omnino non sinat, quia non ait, & non sum in mundo: sed, iam non sum in mundo: per hoc ostendens fuisse se in mundo, iam non esse. Nunquid ergo fas est vt eum credamus aliquando mundana sapuisse, & ab hoc errore liberatum iam illa non sapere? Quis tam impio sensu se induerit? Restat igitur vt secundum id quod ipse etiã in mundo prius erat, in mundo se dixerit iam non esse: profecto præsentia corporali mundo scilicet absentiam suam iam cito futuram, illorum autem tardius, per hoc ostendens, quod se iam non hic esse, illos aũt hic esse dixit, cum & ipse hic & illi adhuc essent. Sic. n. locutus est hõ congruens hoĩbus, vt mos loquendi sese habet & humanus vsus. An nõ

quotidie dicimus, iam non est hîc, de aliquo quantotius abituro? Et maximè hoc de 113 morituris solet dici, quanquã & ipse dominus tanquam præuidens, quid lecturos mo- D

Infra tracta. 110. uere posset: adiecit, Et ego ad te venio:) sic exponens quodammodo cur dixerit, iam non sum in mundo: commendat ergo eos patri, quos corporali absentia relicturus est, dicens, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi:) Nempe sicut homo deum rogat pro discipulis suis quos acce pit à deo: sed attẽde qd sequitur, Vt sint, inquit, vnum sicut & nos:) non ait, vt nobiscum sint vnum, aut simus vnum ipsi & nos, sicut vnum sumus nos: sed ait, vt sint vnum, sicut & nos: ipsi vtiq; in natura sua sint vnum, sicut & nos in nostra vnum sumus: quod proculdubio verum non diceret, nisi secundum hoc diceret, quod eiusdem naturæ deus est cuius & pater: secundum quod ali- Ioan. 4.
bi dixit, ego & pater vnum sumus, non secundum id quod etiam homo est: nam secun- Ioan. 10.
dũ hoc, pater maior me est, dixit. Sed quoniam vna eademq; persona est deus & homo, in
111 telligimus hominem in eo quod rogat: intelligimus autem deum in eo quod vnũ sunt,
E & ipse & ille quem rogat: sed est adhuc in consequentibus locis de hac re diligentius di- Su. tract.
sputandum: hic autem sequitur, Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.) 106.
Me, inquit, veniente ad te, serua eos in nomine tuo, in quo eos quando cum eis eram, &
ipse seruabam. In nomine patris seruabat discipulos suos filius homo, cum eis humana
præsentia constitutus, sed etiam pater in nomine filii seruabat, quos in nomine filii pe- Ioan. 15.
tentes exaudiebat: his quippe idem filius dixerat, Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos seruent pater & filius, amborum in nobis custodiendis alternante custodia, quasi succedat alius quando discesserit alius: simul enim nos custodiunt pater & filius & spiritussanctus, qui est vnus verus & beatus deus. Sed scriptura nos non leuat nisi descendat ad nos, sicut verbum caro factum descendit vt leuaret, non cecidit vt iaceret. Si descendentem cognouimus, cum leuante surgamus, & intelligamus cum ita loqui
111 tur, personas eum distinguere, non separare naturas. Quando ergo seruabat discipulos
F suos filius præsentia corporali, non expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedente, sed eos ambo seruabant potentia spritali: & quando ab eis abstulit filius præsentiam corporalem, tenuit cum patre custodiam spiritalem, quia & custodiendos quando filius homo accepit, custodiæ paternæ non eos abstulit, & cum pater filio custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed dedit homini filio, non sine deo eodem ipso vtiq; filio: sequitur ergo filius & dicit, Quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex his periit nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur.) Filius perditionis dictus est traditor Chri- Psal. 40.
sti pe ditioni prædestinatus, secundum scripturam quæ de illo in psalmo centesimooctauo maxime prophetatur, Nunc autem, inquit, ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.) Ecce in mundo se loqui dicit, qui paulo ante dixerat, iam non sum in mundo, quod cur dixerit ibi exposuimus, imò ipsum id exposuisse docuimus: ergo & quia nondum abierat, hîc adhuc erat: & quia mox fuerat abiturus, hic quodammodo iam non erat. Quod sit autem hoc gaudium de quo ait, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis, iam superius expressum est, vbi ait, vt
111 sint vnum sicut & nos: hoc gaudium suũ, id est, à se in eos collatum, in eis dicit implen- ad Titũ. 2
G dum, propter quod locutum se dixit in mundo. Hæc est pax illa & beatitudo in futuro seculo, pp quam consequendã temperanter & iustè & piè viuendum est in hoc seculo.

& & 54. & 108.

De eo quod dicit, Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: vsq; ad id, Vt sint & ipsi sanctificati in veritate.

Tractatus. CVIII.

LOquens adhuc dominus ad patrem, & orans pro discipulis suis, dicit, Ego dedi eis ser- De ca. 87.
monem tuum, & mundus eos odio habuit.) Nondum id experti fuerant passionibus suis quæ illos postea sunt secutæ: sed more suo dicit ista, verbis præteriti temporis futura prænunciãs: deinde causam subiiciens cur eos oderit mũdus, Quia non sunt, inquit, de mundo, sicut & ego non sum de mundo.) Hoc eis regeneratione collatum est, nam ge- Ioan. 15.
neratione de mundo erant: propter quod iam eis dixerat, Ego vos de mundo elegi. Donatum est ergo eis, vt sicut ipse, nec ipsi essent de mundo, eos ipso liberante de mundo. Ipse autem de mundo nunquam fuit, quia etiam secundum formam serui de spiritusancto ipse natus est, de quo illi renati: nam si propterea illi iam non de mũdo, quia renati sunt de spiritusancto: propterea ille nunquam de mundo, quia natus est de spiritusancto: Nõ
111 rogo, inquit, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.) Adhuc enim necessarium
H habebant quanuis iam non essent de mundo, esse tamen in mundo: repetit eandem sententiam, De mundo, inquit, non sunt, sicut & ego non sum de mundo, sanctifica eos in veritate.) Sic. n. seruantur ex malo, quod superius orauit vt fieret. Quæri autẽ potest quo

de mundo iam non erat, si sanctificati in veritate non dum erant? aut si iam erant, cur po
scat vt sint? An quia & in veritate sanctificati, in eadem proficiunt sanctitate, fiuntq; san
ctiores? Neq; hoc sine adiutorio gratiæ dei, sed illo eorum sanctificante profectum, qui
Phil. 1. sanctificaui t inceptum: vnde & Apostolus dicit, Qui in uobis opus bonum cœpit, perfi
ciet vsq; in diem Christi Iesu. Sanctificatur itaq; in veritate hæredes testamenti noui,
cuius veritatis vmbræ fuerunt sanctificationes veteris testamenti, & cum sanctificantur
Ioan. 14. in veritate, vtiq; sanctificãtur in xpo, q veraciter dixit, Ego sum via, veritas, & vita: ite qñ
Ioan. 8. ait, Veritas liberabit vos: paulopost exponẽs qd dixerit, Si vos, inqt, filij liberauerit, tũc
vere liberi eritis: vt ostenderet hoc se prius dixisse veritatẽ quod postmodũ filiũ: quid er
go aliud ex hoc loco dixit, Sanctifica eos in veritate, nisi sanctifica eos in me? Deniq; se-
quitur, & hoc apertius insinuare non desinit, Sermo, inquit, tuus veritas est.) Quid aliud
Ioan. 1. dixit, quàm ego veritas sum? Græcum quippe Euangelium λόγος habet, quod etiam ibi
legitur, vbi dictum est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ, & deus erat
verbum. Et vtiq; verbum ipsum nouimus vnigenitum dei filium, quod caro factum est,
& habitauit in nobis: vnde & hic poni potuit, & in quibusdam codicibus positum est,
Verbum tuum veritas est: sicut in quibusdam codicibus etiam ibi scriptum est, In prin-
cipio erat sermo: in Græco autem sine varietate & ibi & hic λόγος est. Sanctificat itaq; pa-
ter in veritate, id est, in verbo suo, in vnigenito suo suos hæredes eiusq; cohæredes: sed
nunc adhuc de Apostolis loquitur, nam secutus adiungit, Sicut me misisti in mundum,
& ego misi eos in mundum.) Quos misit Apostolos suos? Nam & ipsum nomẽ ἀπόστολων,
Roma. 8. quoniam Græcum est, nihil nisi missos significat in Latino. Misit ergo deus filium suũ
non in carne peccati, sed in similitudinem carnis peccati: & misit filius eius eos quos na
†alias, la- tos in carne peccati, sanctificauit à lege† peccati: sed quoniam per hoc quòd mediator
be. dei & hominum homo Christus Iesus factus est caput Ecclesiæ, illi membra sunt eius;
2. Tim. 2. ideo ait quod sequitur, Et pro eis ego sanctifico meipsum.) Quid est enim & pro eis ego
sanctifico meipsum, nisi eos in meipso sanctifico, cum & ipsi sint ego? Quoniam de qui-
bus hoc ait, vt dixi membra sunt eius, & vnus est Christus caput & corpus: docente Apo
Gala. 3. stolo atq; dicente de semine Abrahæ, Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis. Cũ
dixisset superius, non dicit in seminibus tanquam in multis, sed tanquam in vno, & se-
mini tuo quod est Christus. Si ergo semen Abrahæ, hoc est Christus, quid aliud dictum
est quibus dictum est, ergo semen Abrahę estis: nisi, ergo Christi estis? Inde est quod alio
Coloss. 1. loco idem ipse Apostolus, ait, Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimplebo ea
quæ desunt pressurarum Christi in carne mea: non dixit, pressurarum mearum, sed Chri
sti, quia membrum erat Christi, & in persecutionibus suis quales Christum in suo toto
corpore pati oportebat, etiam ipse pressuras eius pro sua portione adimplebat: quod vt
etiam hoc loco certum sit, attende sequentia: cum enim dixisset, & pro eis ego sanctifico
meipsum, vt intelligeremus hoc eum dixisse, quòd eos sanctificaret in se ipse: mox addi-
dit, Vt sint & ipsi sanctificati in veritate.) Quod quid est aliud, quàm in me fecũdum id
quod veritas est verbum illud in principio deus, in quo & ipse filius hominis sanctifica-
tus est ab initio creationis suæ, quando verbum factum est caro, quia vna persona facta
est verbum & homo tunc: ergo sanctificauit se in se, hoc est, se hominem in se verbo: sed
quia vnus est Christus verbum & homo sanctificans hominem in uerbo, propter sua
uero mẽbra pro eis, inquit ego, id est, quòd profit etiam ipsis, quia & ipsi sunt ego, sicut
mihi profuit in me, quia homo sum sine ipsis, & ego sanctifico meipsum, hoc est, ipsos
in me, tanquam meipsum sanctifico ego, quoniam in me etiam ipsi sunt ego ut sint & ip
si sanctificati in ueritate. Quid est & ipsi quemadmodum ego in ueritate, quod ipse sum
ego? Deinde iam non solum de Apostolis, sed etiam de suis cæteris membris incipit dice
re quod donante ipso alio sermone tractandum est.

De eo quod dicit, Non pro his autem, rogo tantum, sed & pro eis qui crediturí sunt per verbum eorum in me.

Tractatus. CIX.

De ca. 17. DOminus Iesus iam sua propinquante passione, cum orasset pro discipulis suis,
quos & Apostolos nominauit, cum quibus cœnauerat ultimam cœnam, de qua
traditor eius per buccellã manifestatus exierat, & cũ quibus post eius egressum

antequam pro eis oraret, multa iam fuerat locutus, adiũxit & cæteros qui in eũ fuerant
crediturí, & ait ad patrem, Non pro his autem rogo tantum:) Id est, pro discipulis, qui cũ
illo tunc erant, Sed pro eis, inquit, qui crediturí sunt per verbum eorum in me.) Vbi om
nes suos intelligi voluit, non solum qui tunc erant in carne, sed etiam qui futuri erant.
Quotquot enim postea crediderunt in eum, per verbum Apostolorum sine dubio credi
derunt, & donec veniat crediturí sunt: ipsis n. dixerat, Et vos testimonium perhibebitis, Ioan. 15.
quia ab initio mecum estis: & per eos Euangelium manifestatum† est & antequam scri- †alias, mi-
beretur: & vtiq; qui squis in Christum credit, Euangelio credit. Non itaq; hi tantum in nistratũ.
telligendi sunt, quos ait in se crediturós per verbum eorum, qui ipsos cum in carne vi-
uerent Apostolos audierunt, sed post obitum eorum & nos longe post nati, p verbũ eorũ
credidimus in Christum, quoniã ipsi qui cum illo tunc fuerunt, quod ab illo audierunt,
cæteris prædicauerunt, atq; ita per verbum eorũ vt etiam nos crederemus, ad nos vsq;
peruenit vbicunq; est eius in Ecclesia, & peruenturũ est ad posteros quicunq; vbicunq;
postea in eum crediturí sunt. Potest itaq; videri Iesus in hac oratione non orasse pro qui
busdam suis, nisi diligenter scrutemur in eadem oratione verba eius. Si. n. pro eis prius
orauit, sicut iam ostendimus, qui cum illo tunc erant, postea vero etiam pro eis qui per
verbum eorum in illum fuerant crediturí, potest dici non orasse pro illis qui neq; tunc
erant cum illo, quando ista dicebat, neq; per verbum eorum postea, sed in eum siue per
ipsos, siue quomodolibet, tamen ante crediderant. Nunquid enim cum illo tunc erat Na Ioan. 19.
thanael? Nunquid Ioseph ille ab Arimathæa, qui corpus eius à Pilato petiit, quem iam
discipulum eius fuisse iste ipse Ioannes euangelista testatur? Nunquid Maria mater eius
& aliæ fœminæ, quas eius disciplinas in Euangelio iam tunc fuisse didicimus? Nunquid
cum illo tunc erant, de quibus sæpe dicit idem Ioannes Euangelista, multi crediderunt Ioan. 11.
in eum? Nam vnde erat multitudo illa eorum qui cum ramis partim præcedebant, par-
tim sequebantur insidentem iumento, dicentes, Benedictus qui venit in nomine domi- Mat. 21.
ni: & cum eis pueri de quibus ipse ait fuisse prædictum, Ex ore infantium & lactentium Psal. 8.
perfecti laudem? Vnde quingenti fratres quibus simul post resurrectionem non appa- Acto. 1.
ruisset, nisi in eum ante credidissent? Vnde illi centum & nouem, qui cum istis vndecim
centum & viginti erant, quando simul congregati post eius ascensum expectauerunt &
acceperunt promissum spiritum sanctum? Vnde erant isti omnes, nisi ex illis, de quibus
dictum est, multi crediderunt in eum? Non ergo pro eis tũc saluator orauit, quando pro
eis orauit qui cum illo tunc erant, & pro aliis qui per verbum eorum in eum nõ iam cre
diderant, sed fuerant crediturí. Isti autem nec cum illo tunc erant, & in eum iam ante
crediderant. Omitto dicere de Simeone sene, qui in infantulum credidit, de Anna pro-
phetissa, de Zacharia & Elisabeth, qui eum prophetauerunt antequam de virgine nasce Luc. 2.
retur, de filio eorum Ioanne præcursore eius amico sponsi, qui eũ & spiritusancto agno Luc. 1.
uit, & absentem prædicauit, & aliis agnoscendum cum præsens esset ostendit: Hos omit-
to, quoniam responderi potest orandum pro talibus mortuis non fuisse, qui cũ magnis
suis meritis hinc abierant, & recepti quiescebãt: hoc n. de antiquis iustis similiter respõ-
detur. Quis enim eorum à damnatione totius massæ perditionis, quæ per vnum homi- 1. Tim. 2.
nem facta est, saluus esse potuisset: nisi in vnum mediatorem dei & hominum in carne
venturum reuelante spiritusancto credidisset? Sed nunquid ei pro Apostolis orandum
fuit, & pro tam multis qui in hac vita adhuc erant, nec cum illo tunc erant, & iam antè
crediderant, orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur, quod nõdũ
in eum sic crediderant, quomodo in se ipse credi volebat, quãdoquidem ipse Petrus, cui
confitenti & dicenti, Tu es Christus filius dei viui, tam magnum testimonium perhibue Mat. 16.
rat magis eum mori nolebat, quam mortuum resurrecturũ esse credebat, vnde mox ab
eo appellatus est satanas. Fideliores itaq; iam reperiuntur qui defuncti iam fuerant, & re
surrecturũ Christum reuelante spiritu non vtiq; dubitabant, quam illi qui cum credi-
dissent ipsum redempturum Israel, visa eius morte spem totam quam de illo habuerãt
perdiderunt. Nihil itaq; melius credimus, quàm post eius resurrectionem impertito spi-
ritusancto edoctis & confirmatis Apostolis, eisq; in Ecclesia primitus doctoribus consti-
tutis, per eorum verbum sic alios credidisse, quemadmodum in Christum credi oporte-
bat, id est, vt fidem resurrectionis eius tenerent, ac per hoc & illos omnes, qui iam in eũ
credidisse videbantur, ad eorum numerum pertinuisse, pro quibus orauit, dicens, Non

pro his autem rogo tantum,sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.Sed
Luc.23. restat nobis ad istam quæstionem adhuc soluendam beatus Apostolus Paulus, & latro
ille crudelis in scelere,fidelis in cruce,Paulus quippe Apostolus non ab hominibus neq;
Gala.1. per hominem,sed per Iesum Christum se dicit factum Apostolum,& de ipso suo Euan-
gelio loquens ait,Neq; enim ab homine accepi illud neq; didici,sed per reuelationem Ie
su Christi: quomodo igitur erat in eis de quibus dictum est, credituri sunt per verbum
eorum in me?Latro vero ille tunc credidit, quando in ipsis doctoribus fides quæ fuerat
quali scunq; defecit: nec ipse itaq; per eorum verbum credidit in Christum Iesum,sed
tamen sic credidit,vt quem viderat crucifixum,confiteretur non solum resurrecturum,
verumetiam regnaturum dicendo,Memento mei,cum veneris in regnum tuum.Proin-
de relinquitur,vt si dominus Iesus hac oratione pro suis omnibus quicunq; in hac vita,
quæ tentatio est super terram,vel tunc erant,vel futuri erant,orasse credendus est:sic in
telligamus quod dictum est,per verbum eorum,vt ipsum verbum eorum,uerbum fidei
quod prædicauerunt in mundo hoc significatū esse credamus.Dictum autem esse verbū
eorum,quoniam ab ipsis est primitus ac præcipue prædicatum: iam enim ab ipsis præ-
dicabatur in terra,quando per reuelationem Iesu Christi ipsum verbum eorum Paulus
Gala.2. accepit:vnde & contulit cum eis Euangelium,ne forte inuacuum cucurrisset aut curre-
1. Cor.15. ret,& dexteras ei dederunt, quia & in illo quanuis non per eos illi datum, tamen verbū
suum quod iam prædicabant & in quo fundati fuerant, inuenerunt. De quo verbo re-
surrectionis Christi idem dicit Apostolus,Siue ego siue illi,sic prædicamus, & sic credi-
Rom.10. distis:& iterum,Hoc est,inquit,verbum fidei quod prædicamus, quia si confessus fueris
in ore tuo,quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illum suscitauit
Acto.13. à mortuis,saluus eris:& in actibus Apostolorum hoc legitur, quòd in Christo deus defi-
nierit fidem omnibus,suscitans eum à mortuis. Hoc verbum fidei quia principaliter ac
primitus per Apostolos qui ei cohæserant prædicatum est, ideo verbum eorum dictum
est:neq; enim propterea non est verbum dei,quia dictum est verbum eorum,cum dicat
idem Apostolus Thessalonicenses excepisse à se,non vt verbum hominum,sed sicut est,
inquit,vere verbum dei:ideo ergo dei,quia deus id donauit; eorum vero verbum dictū
est,quia hoc prædicandum illis deus primitus ac præcipue commendauit,ac per hoc etiā
ille latro in sua fide verbum eorum habebat: quod eorum propterea dictum erat, quo-
niam prædicandum ad eorum officium primitus ac præcipue pertinebat. Deniq; cum
murmur factum esset de ministerio mensarum à viduis Græcorum antequam Paulus
credidisset in Christum, responderunt Apostoli qui domino antè cohæserant, Non est
Acto.6. bonum nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis. Tunc ordinandos Diacones
prouideruut,ne ipsi à prædicandi verbi auocarentur officio: vnde merito dictum est ver
bum eorum quod est verbum fidei, per quod omnes in Christum vndecunq; id audie-
rint crediderint,vel audituri & credituri sunt: ergo illa oratione pro omnibus quos re-
demit,siue tunc in carne viuentes,siue postea futuros redemptor noster orauit, cum ro
gans pro Apostolis qui cum illo tunc erant,adiunxit etiam illos qui per eorum verbum
in eum fuerant credituri. Quid autem adiunctis illis deinde dicat, alia est disputatione
tractandum.

De eo quod dicit,Vt omnes vnum sint,sicut & tu pater in me,& ego in te:usq; ad id,Et dilexisti eos sicut & me dilexisti.

Deca.17. Tractatus. CX.

CVm dominus Iesus orasset pro discipulis suis,quos tunc secum habebat,atq; adiun
xisset suos alios,dicens,Non pro his autem rogo tantum,sed & pro eis qui credituri
sunt per verbum eorum in me,uelut quæreremus,quid uel quare pro illis rogaret, con-
tinuo subintulit,dicens,Vt omnes unū sint,sicut & tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi
Sup.tract. 107. in nobis unum sint.) Et superius cum adhuc pro solis discipulis, quos secum habebat,
oraret,Pater sancte,inquit,serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum si-
cut & nos: hoc ergo nunc etiam & pro nobis rogauit, quod tunc pro illis, ut omnes, hoc
est,& nos & illi unum simus. Vbi diligenter aduertendum est,non dixisse dominum ut
omnes unum simus:sed,ut omnes unum sint,sicut tu pater in me & ego in te,subintelli
gitur,unum sumus: quod apertius dicitur postea,& id prius dixerat de discipulis,qui ei
illo erant,ut sint unū sicut & nos. Quamobrem ita est pater in filio & filius in patre,ut

vnum

vnum sint,quia vnius substantiæ sunt. Nos vero esse quidem in eis possumus,vnum ta-
men cum eis esse non possumus,quia vnius substantiæ nos & ipsi non sumus,inquantū
filius cum patre deus est:nam inquantum homo est, eiusdem substantiæ est, cuius &
nos sumus; sed nunc illud potius voluit commendare, quod alio loco ait, Ego & pater Ioan.10.
vnus sumus: vbi eandem patris & suam significauit esse naturam: ac per hoc & cum in
nobis sunt pater & filius,vel etiā spiritussanctus,non debemus eos putare naturæ vnius
esse nobiscum. Sic itaq; sunt in nobis,vel nos in illis,vt illi vnum sint in natura sua,nos
112 vnum in nostra: sunt quippe ipsi in nobis,tanquam deus in templo suo: sumus autē nos
I in illo, tanquam creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset,vt & ipsi in nobis vnum
sint,adiunxit,Vt mundus credat quia tu me misisti.) Quid est hoc? Nunquid nam tunc
crediturus est mundus, quando in patre & filio vnum omnes erimus? Nonne ista est
pax illa perpetua,& potius fidei merces quàm fides? Vnum.n.erimus,non vt credamus,
sed qa credidimus. Sed etsi in hac vita propter ipsam cōmunē fidē,omnes qui vnū credi
mus vnum sumus: iuxta illud Apostoli,Omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu,etiā Gala.3.
sic non vt credamus,sed quia credidimus vnum sumus: quid est ergo, omnes vnū sint,
vt mundus credat? Ipsi quippe omnes mundus est credens. Neq; enim alii sunt qui vnū
erunt,& alius est mundus propterea crediturus quia illi vnum erunt,cum proculdubio
de his dicat,vt omnes vnum sint,de quibus dixerat,non pro his tantum rogo,sed & pro
eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: continuo subiungit, vt omnes vnum
sint,Isti autem omnes quid est mundus,non hostilis vtiq; sed fidelis? nam ecce quid di-
xerat,Non pro mundo rogo: pro mundo rogat vt credat, quoniam est mundus de quo 1. Cor.11.
scriptum est,Ne cum hoc mundo damnemur;pro isto mundo non rogat,neq; enim quò
113 ste prædestinatus ignorat: & est mundus de quo scriptum est, Non enim venit filius ho Ioan.3.
mius vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum: vnde & Apostolus,Deus
K inquit,erat in Christo,mundum reconcilians sibi: pro isto mundo rogat dicens,Vt mun 2.Cor.5.
dus credat quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus reconciliatur deo,cum cre-
dit in Christum qui est missus à deo. Quomodo ergo intellecturi sumus, quod ait,Vt &
ipsi in nobis vnum sint,vt credat mundus quia tu me misisti,nisi quia non in eo causam
posuit vt credat mundus quia illi vnum sunt, tanquam ideo credat mundus, quòd eos
esse vnum videt,cum ipse mundus sint omnes qui credendo vnum fiunt; sed orando di
xit,vt mundus credat,sicut orando dixit, vt omnes vnum sint. Orando dixit, vt & ipsi
in nobis vnum sint: hoc est enim omnes vnum sint, quod est mundus credat, quoniam
credendo vnum fiunt,perfecte unum,qui cum natura essent unum,dissentiendo ab uno
non erant unum. Deniq; si uerbum,quod ait,rogo, tertiò subaudiamus, uel potius qd'
plantius fiat ubiq; ponamus,erit huius expositio sententiæ manifestior, rogo,ut omnes
112 unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, rogo, ut & ipsi in nobis unum sint,rogo,ut
L mūdus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addidit quod dixit in nobis,ut quod unū
efficimur fidelissima charitate,gratiæ dei nouerimus tribuendum esse, non nobis,sicut
Apostolus cum dixisset, Fuistis aliquādo tenebræ,nunc autem lux, inquit,& ne sibi hoc Ephe.5.
tribuerent,adiecit,in domino. Deinde saluator noster rogando patrem, se hominem de-
monstrabat,nunc demonstrans & seipsum,quoniam cum patre deus est facere quod ro-
gat: Et ego,inquit, claritatem quam dedisti mihi dedi illis.) Quam claritatem, nisi im-
mortalitatem,quam natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acce-
perat eam, sed more suo propter immobilitatem prædestinationis, præteriti temporis
uerbis futura significat,quod nunc clarificandus, hoc est, suscitandus à patre,& ipse sit Ioan.5.
nos ad eam claritatem suscitaturus in fine: simile est hoc ei,quod alibi dicit, Sicut pater
suscitat mortuos & uiuificat,sic & filius quos uult uiuificat. Et quos? nisi eosdem quos
pater: quæcunq; enim pater facit, non alia sed hæc & filius facit: nec aliter, sed similiter
facit: ac per hoc suscitauit & seipsum etiam ipse,nam unde est,Soluite templum hoc,in- Ioan.2.
112 quit,& in triduo resuscitabo illud? Proinde immortalitatis claritatem quam sibi à patre
M datam dicit,etiam se sibi dedisse intelligendus est,etsi non dicit: ideo quippe sæpius so-
lum patrem facere dicit quod & ipse facit cum patre, ut quicquid est, ei tribuat de quo
est: sed & aliquando etiam tacito patre se dicit facere quod ipse facit cum patre, ut intel-
ligamus ita filium non esse à patris opere separandum, quando se tacito patre dicit ali-
quid operari,quemadmodum nec pater ab opere filii separatur, quādo ipso tacito filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

operari dicitur,quod nihilominus pariter operantur. Cum ergo tacet filius in opere pa-
tris operationem suam,humilitatem commendat,ut sit nobis salubrior: cum uero uicis-
sim in opere suo tacet operationem patris,parilitatem suam commendat,ne credatur in
ferior: isto modo igitur & hoc loco nec se fecit alienũ à patris opere,quanuis dixerit cla-
ritatem,quam dedisti mihi,quia & ipse dedit eam sibi: nec patrem facit alienum ab ope-
re suo,quanuis dixerit,dedi eis,quia & pater illã dedit eis. Inseparabilia nanq; sunt ope
ra,non solum patris & filii,uerũetiam spiritussancti: sicut autem ex eo quòd patrem pro
suis omnibus rogauit,hoc fieri uoluit ut omnes unum sint,ita ex hoc etiam suo benefi-
cio quod ait,claritatem,quam dedisti mihi,dedi eis,id fieri nihilominus uoluit: nam con
tinuo subiunxit,Vt sint unum,sicut & nos unum sumus.) Deinde addidit, Ego in eis & tu in me,ut sint consummati in unum.) Vbi se mediatorem inter deũ & hominem bre-
uiter intimauit: neq; enim hoc ita dictum est,tanquam pater non sit in nobis,aut nos in
Ioan.14. patre non simus,cum & alio loco dixerit,Veniemus ad eum & mansionem apud eum fa-
ciemus: & hic pauloante non dixerit,ego in eis & tu in me,quod dixit modo, aut ipsi in
me & ego in te,sed tu in me & ego in te,& ipsi in nobis: quod ergo nunc ait, ego in eis &
tu in me,ita dictum est ex persona mediatoris: sicut illud quod Apostolus ait, Vos Chri-
1. Cor.3. sti,Christus uero dei: quod uero addidit, ut sint consummati in unum,ostendit eò per-
duci reconciliationem, quæ fit per mediatorem, ut perfecta beatitudine, cui iam nihil
possit adiici,perfruamur; unde id quod sequitur, Vt cognoscat mundus quia tu me mi-
sisti,) Non sic accipiendum puto, tanquam dixerit, ut credat mundus: aliquando enim
Sup. tract. 106. & cognoscere pro eo quod est credere ponitur,ut est quod ait aliquanto superius, Et co-
gnouerunt uere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti: hoc dixit posterius,
crediderunt,quod prius dixerat cognouerunt. Sed hic quãdoquidẽ de consummatione
loquitur,talis est intelligenda cognitio,qualis erit per speciem, non qualis nunc est per
fidem: nam uidetur ordo esse seruatus in eo quod pauloante dixit,ut credat mundus: hic
autem,ut cognoscat mundus. Ibi enim quanuis dixerit,ut omnes unum sint,& in nobis
unum sint,non ait tamen,sint consummati in unum,atq; ita subnexuit, ut credat mun-
dus quia tu me misisti: hic uero,ut sint,inquit,consummati in unum,ac deinde non ad
didit,ut credat mundus,sed ut cognoscat mũdus quia tu me misisti. Quandiu enim cre-
dimus quod non uidemus,nondum sumus ita consummati, quemadmodum erimus cũ
meruerimus uidere quod credimus. Rectissime igitur ibi ait, ut credat mundus: hic ut
cognoscat mundus,tamen & ibi & hic,quia tu me misisti,ut nouerimus quantum perti-
net ad patris & filii inseparabilem charitatem, hoc nos modo credere, quò tendimus cre
dendo cognoscere: si autem diceret,ut cognoscant quia tu me misisti, tantũdem ualeret
quantum hoc quod ait,ut cognoscat mundus: ipsi sunt enim mundus, non permanens
inimicus,qualis est mundus damnationi prædestinatus,sed ex inimico amicus effectus,
2. Cor.5. propter quem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: ideo dixit, ego in eis & tu
in me: tanquam diceret,ego in eis ad quos misisti me, & tu in me, mundum reconcilians
tibi per me: propterea sequitur etiam illud quod ait,Etiam dilexisti eos sicut & me tu di-
Ephe.1. lexisti.) In filio quippe nos pater diligit,quia in ipso nos elegit ante constitutionem mũ
di: qui enim diligit unigenitum,profecto diligit & membra eius, quæ adoptauit in eũ &
per eum: nec ideo pares sumus unigenito filio,per quem creati & reconciliati sumus,qa
dictum est,Dilexisti eos sicut & me, neq; enim semper æqualitatem significat, qui dicit,
sicut illud ita & illud,sed aliquando tantum,quia est illud, est & illud: aut quia etiam il-
lud,ut sit & illud,Quis enim dixerit eo prorsus modo in mundum à Christo Apostolos
missos,quomodo est ipse missus à patre? ut enim alias taceam differentias,quas comme-
morare longum est,missi sunt certe illi cum iam homines essent,missus est autem ipse ut
Sup. tract. 108. homo esset,& tamen superius ait,Sicut me misisti in mundum,& ego misi eos in mũdũ:
tanquam diceret,quia misisti me,misi eos: ita & hoc loco,dilexisti eos, inquit, sicut & me
dilexisti: quod nihil aliud est,quam dilexisti eos,quia & me dilexisti. Non enim membra
filii non diligeret,qui diligit filium,aut alia causa est diligendi membra eius,nisi quia di
ligit eum,sed diligit filium secundum diuinitatem,quia genuit illum æqualem sibi: dili
git eum etiam secundum id quòd homo est,quia ipsum unigenitum verbum caro factũ
est, & propter verbum est ei chara verbi caro. Nos autem diligit quoniam sumus eius
membra quem diligit, & hoc ut essemus, propter hoc nos dilexit antequam essemus.

Quapropter incomprehensibilis est dilectio qua diligit deus, neq; mutabilis: non n. ex
quo ei reconciliati sumus per sanguinem filii eius nos cœpit diligere, sed ante mundi cõ
stitutionem dilexit nos, vt cum eius unigenito etiam nos filii eius essemus, priusquam Ephe.1.
omnino aliquid essemus. Quòd ergo reconciliati sumus deo per mortem filii eius, non
sic audiatur, non sic accipiatur quasi ideo nos reconciliauerit ei filius, vt iam inciperet
amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici & inuicem
diligant qui oderant inuicem, sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo pro-
pter peccatum inimicitias habebamus: quod verum dicam attestetur Apostolus, Com- Rom.5.
mendat, inquit, dilectionem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores esse-
mus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat itaq; ille erga nos charitatem, etiam cum
inimicitias aduersum eum exercentes operaremur iniquitatem, & tamen ei verissime di
ctum est, Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino mo Psal 5.
do, & quando nos oderat, diligebat: oderat enim nos, quales ipse non fecerat, & quia ini-
quitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat, nouerat simul in vnoquoq;
nostrum & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat, & hoc quidem in omnibus in-
telligi potest de illo cui veraciter dicitur, Nihil odisti eorum quæ fecisti: non enim quod Sapiẽ. 11.
cunq; odisset esse voluisset, aut omnino esset quod omnipotẽs esse noluisset, nisi & in eo
quod odit, esset etiam quod amaret. Merito quippe odit, & velut à regula suæ artis alie-
nũ improbat vitium: amat tamen suum etiam in vitiosis vel sanationis beneficium, vel
damnationis iudicium: nata & deus nihil odit eorum quæ fecit, naturarum enim non vi-
tiorum conditor mala quæ odit ipse non fecit, & de malis eisdem vel sanando ea per mi-
sericordiam, vel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quæ fecit. Cum igitur eorum
quæ fecit nihil oderit, quis digne possit quantum diligat membra vnigeniti sui, & quan
to amplius ipsum vnigenitum, in quo condita sunt omnia visibilia & inuisibilia, quæ
in suis generibus ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe vnigeniti, ad angelo-
rum sanctorum æqualitatem gratiæ suæ largitate perducit, vnigenitus autem cũ sit do-
minus omnium proculdubio est dominus angelorum: natura qua deus est, non angelis
sed patri potius æqualis: gratia vero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam
cuiuslibet angeli, cum sit vna persona carnis & verbi. Quanquam non desint qui etiam
nos angelis præferant, quia pro nobis inquiunt, non pro angelis mortuus est Christus,
id quid est aliud qui de impietate velle gloriari? Etenim Christus, sicut ait Apostolus, Rom.5.
iuxta tempus pro impiis mortuus est. Hic ergo non meritum nostrum, sed dei misericor
dia commendatur: nam quale est ideo se velle laudari, quia vitio suo tam detestabiliter
ægrotauit, vt non psetaliter quam medici morte sanari? Non est hæc nostrorum gloria
meritorum, sed medicina morborum. An ideo nos præferimus angelis, quia cum & an-
geli peccauerint, nihil eis tale vnde sanarẽtur impensum est, quasi aliquid eis vel paruũ
fuerit impensum & nobis amplius? Quod & si factum esset, adhuc quæri posset, vtrum
ideo fuisset factum quòd steteramus excellentius, an quòd desperatius iacebamus? cum
vero nouerimus bonorum omnium creatorem reparandis angelis malis nihil gratiæ
contulisse, cur non potius intelligimus, quòd tanto damnabilior eorum iudicata sit cul
pa, quanto erat natura sublimior? Tam eo n. minus, quam nos peccare debuerunt, quan
to meliores nobis fuerunt. Nunc autem in offendendo creatorem tanto execrabilius be
neficio eius ingrati extiterunt, quanto beneficentius sunt creati nec eis satis fuit deserto-
res esse illius, nisi & nostri fierent deceptores. Hoc itaq; nobis magnũ bonũ confert, qui
dilexit nos sicut dilexit Christum, vt propter ipsum cuius membra nos esse voluit equa
les angelis sanctis simus, qui & natura inferiores conditi sumus, & peccato indigniores
facti, qui eorum fieri qualescunq; socii debemus.

De eo quod dicit, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi
sint mecum vsq; ad id, Vt dilectio qua dilexisti me, in ip
sis sit, & ego in ipsis. Tractatus. CXI.

IN magnam spem dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non possit. Au- De ca. 17.
dite & estote in spe gaudentes, propter quod vita ista non amanda sed toleranda sit,
vt esse possitis in eius tribulatione patientes, Audite, inquam, & quò spes vestra leue
tur attendite. Christus Iesus dicit filius dei vnigenitus, qui patri coæternus & æqua
lis est dicit, qui propter nos homo factus est, sed sicut omnis homo mendax non factus

Psal.115. Ioan.14. est,dicit,via,vita,veritas dicit,qui mundum dicit,de his quibus vicit dicit: Audite,credite sperate,desiderare quod dicit,Pater,inquit,quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecum,) Qui sunt isti quos ait a patre datos sibi? nonne illi de quibus alio loco

Ioan. 6. dicit, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum? Iam quomodo ea quæ fieri dicit à patre, faciat & ipse cum patre si quid in hoc Euangelio proficimus nouimus. Ipsi sunt ergo quos à patre accepit, quos & ipse elegit de mundo, atque elegit, vt iam non sint de mundo, sicut non est & ipse de mundo, & sint tamen etiam ipsi

Ioan. 15. mundus credens & cognoscens, quòd Christus à deo patre sit missus, vt mundus ex mundo liberaretur, ne mundus deo reconciliandus cum mundo inimicissimo damnaretur: sic enim ait in huius orationis exordio, Dedisti ei potestatem omnis carnis, id est, omnis hominis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam, vbi ostendit potestatem se quidem omnis hominis accepisse, vt liberet quos voluerit, damnet quos voluerit, qui viuos & mortuos iudicabit, sed eos sibi esse datos, quibus omnibus det vitam æternam: sic.n. ait, Vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Proinde non ei dati sunt quibus vitam non dabit æternam quanuis & ipsorum potestas data sit, cui potestas data est omnis carnis, id est, omnis hominis: ita mundus reconciliatus ex inimico liberabitur mundo, cum in illo exerit potestatem suam, vt eum in mortem mittat æternam: hunc autem facit suum, cui vitam donat æternam. Quapropter omnibus prorsus ouibus suis bonus pastor, omnibus membris suis magnum caput promisit hoc præmium, vt vbi ipse est & nos cum illo simus: nec poterit nisi fieri quod omnipotenti patri se velle dixit omnipotens filius: ibi est enim & spiritussanctus pariter æternus, pariter deus spiritus vnus duorum & substantia voluntatis amborum: nam illud quod dixisse legitur propinquante passione,

Matt.26. Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater: quasi alia patris, alia filii sit voluntas aut fuerit, sonus est nostræ infirmitatis, quanuis fidelis quanuis in se caput nostrum transfigurauit, quando etiam peccata nostra portauit: vnam vero esse patris & filii voluntatem, quorum etiam spiritus vnus est, quo adiuncto cognoscimus trinitatem etsi intelligere nondum permittit infirmitas, credat pietas. Sed quoniam quibus promiserit, quam & firma sit ipsa promissio, pro sermonis breuitate iam diximus, hoc ipsum quantum valemus, quid sit quod dignatus est promittere videamus: Quos dedisti mihi, inquit, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum. quantum attinet ad creaturam in

Rom.1. qua factus ex semine Dauid secundum carnem, nec ipse adhuc erat vbi futurus erat: sed eo modo dicere potuit, vbi ego sum, quo intelligeremus quòd cito fuerat ascensurus in celum, vt iam ibi esse se diceret, vbi fuerat mox futurus: potuit & illo modo

Ioan. 3. quo ante iam dixerat loquens ad Nicodemum, Nemo ascendit ad cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo: nam & ibi non dixit, erit, sed est, propter vnitatem personæ, in qua & deus homo est, & homo deus: in cœlo ergo nos futuros

Ephe.2. esse promisit: illa enim forma serui leuata est quam sumpsit ex virgine, & ad patris dexter præcollocata, propter spem tanti huius boni & Apostolus ait, Deus autem qui dives est in misericordia propter multam charitatem qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia sumus facti, & simul excitauit & simul sedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu: hoc ergo potest intelligi dixisse dominum, vt vbi ego sum & illi sint mecum: & ipse quidem de se dixit, quòd ibi iam esset: de nobis autem velle se dixit, vt essemus ibi cũ illo, non quòd iã essemus ostendit: Apostolus autem quod dominus velle se dixit vt fieret, tanquam factum fuerit est locutus: non enim ait, excitaturus est nos, & in cœlestibus sedere facturus: sed, excitauit, & sedere in cœlestibus fecit: quia non inaniter sed fideliter iam deputat factum, quod futurum esse non dubitat. Quod vero attinet ad formam dei, in qua æqualis est patri, si secundum eam velimus intelligere quod dictum est, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, abscedat ab animo omnis imaginum corporalium cogitatio, quicquid mentis occurrerit longum, latum, crassum, qualibet luce corporea coloratum, per quæ imbet locorum spacia vel finita vel infinita diffusum. Ab his omnibus quantũ potest abeat suæ contemplationis vel intentionis auertat, & non inquiratur æqualis patri filius vbi sit quoniam nemo inuenit vbi non sit, sed qui vult quærere quærat potius vt cum illo sit, non vbiq; sicut ille, sed vbicunq; esse potuerit. qui enim homini pœnaliter pendenti, & salubriter confitenti ait, Hodie mecũ eris in paradiso, secundũ id q̃ homo erat aia eius

Luc.23. ipso

ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulcro: secundũ autẽ id quod deus erat, vtiq; & in paradiso erat, & ideo latronis anima à pristinis facinoribus absoluta, & illi⁹ mune re iam beata, quanuis vbiq; sicut ille esse nõ poterat, tamen etiam ipso die cum illo in paradiso poterat, vnde ille qui vbiq; semper est non recesserat: propterea nimirũ non ei satis fuit dicere, volo vt vbi ego sum & illi sint: sed addidit, mecum: esse enim cum illo magnũ bonũ est, nã & miseri esse possunt vbi est ille: quoniam quicunque vbicunq; fuerint, est & ille, sed beati soli sunt cũ illo, quia beati esse non poterunt nisi ex illo. An non deo veraciter dictũ est, Si ascendero in cœlũ, tu ibi es: & si descendero ad infernũ, ades? Psal.138.

114 Aut vero Christus non est dei sapientia, quæ attingit vbique propter suam mundiciã? Sapien.7.

A Sed lux lucet in tenebris, nec eam tenebræ comprehenderunt: ac per hoc vt de re visibili quanuis longe dissimili qualecunq; sumamus exemplũ, sicut cæcus etiam si ibi sit vbi lux est, non est tamen ipse cum luce, sed absens est à presente: ita infidelis atq; impius, aut etiã si fidelis & pius, nondum tamẽ ad intuendũ lumen sapientiæ idoneus, si etiam nusquam posit vbi non sit Christus, non est tamen ipse cum Christo duntaxat per speciem: nam hominẽ pie fidelẽ, non est dubitandũ cũ Christo esse per fidẽ propter quod dicit, Qui non est mecũ aduersum me est: sed cum patri deo dicebat, Quos dedisti mihi, Matt.12.

volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecũ: de specie illa omnino dicebat, in qua videbimus 1.Ioan.3. eum sicuti est. Nemo sereniſsimũ sensum nubilosa contradictione perturbet, cõsequentia perhibeant testimonium præcedẽtibus verbis: nempe cum dixisset, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum: continuo secutus adiunxit, Vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.) Vt videant dixit: nõ, vt credant: fidei merces est ista non fides: si enim ad Hebræos in Epistola rẽte definita est, cõ- Heb.11.

114 B iunctio† rerum quæ non videntur, cur non merces fidei definiatur visio rerum quæ creditæ sperabantur? Cũ viderimus. n. claritatem quã dedit pater filio, etiã si eam dici hoc loco intelligamus, non quã pater æquali filio gignens eum dedit, sed quam facto homini filio dedit ei post mortem crucis, quando ergo videbimus illam filii claritatem, profecto tunc fiet iudicium viuorum atq; mortuorum; tunc tolletur impius vt non videat claritatem dei, quã nisi illam qua deus est? Beati. n. mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt: nec mundo corde sunt impii, propterea non videbunt, tunc ibunt ipsi in supplicium æternũ: sic. n. tolletur impius, ne videat claritatem dei, iusti aũt ibunt in vitã æternam. Et quæ est vita eterna? Vt cognoscant, inquit, te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum: non vtiq; sicut eum cognouerunt, qui licet nõ mundi corde, tamẽ in forma serui clarificata iudicantem videre potuerunt: sed sicut cognoscẽdus est à mũdis corde solus verus deus, cũ patre & spũ sancto filius, quia ipsa trinitas est solus verus deus: si ergo secundum id q̃ filius dei deus est patri coæqualis atq; coæternus, accipiamus hoc dictum, Volo vt vbi ego sum & ipsi sint mecum, in patre cum Christo erimus, sed ille sicut ille, nos sicut nos, vbicunq; corpore fuerimus: si enim loca dicenda sunt, & quibus non corpora continentur, & locus est cuiq; rei vbi est, locus Christi ẽternus est, vbi semper ipse pater est, & locus patris filius est, quia ego, inquit, in patre, & pater in me est: & in hac oratione, sicut tu pater, inquit, in me & ego in te, & locus interea noster ipsi sunt, quia sequitur, vt & ipsi in nobis vnum sint: & nos locus dei sumus, quoniam templum eius sumus, sicut orat pro nobis qui mortuus est pro nobis, viuitq; pro nobis, vt in ipsis vnum simus, quia factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quę nos sumus. Sed quis idoneus loca ista, vel quæ sunt in locis istis sine spaciosis capacitatibus & sine corporeis molibus cogitare? Non parum tamen proficitur, si saltem quicquid tale oculo cordis occurrit, negatur, respuitur, improbatur. Et lux quædam in qua ista neganda, respuenda, improbanda cernuntur, sicut potuerit cogitatur, & quam sit certa cognoscitur & amatur, vt inde surgatur, atq; ad interiora tendatur. Quæ cum penetrare

114 C mens inualida, & minus quam illa sunt pura nequiuerit, non sine amore gemitu, & desiderii lacrymis inde pellatur, & patienter ferat quandiu fide mundetur, atq; vt illic habitare valeat, sanctis moribus præparetur. Quomodo ergo nõ erimus cum Christo vbi est, quando in patre cum illo erimus in quo est? Neque hinc Apostolus nobis quanuis nondum rem tenentibus, sed tamen spem gerentibus tacuit: ait enim, Si surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, Mortui enim estis, inquit, & vita vestra ab- Ioan.14. Psal.75. Esa.26. Matt.5. Matt.25. Ioan.17. Col.3.

scondita est cum Christo in deo: ecce interim fide ac spe vita nostra vbi Christus est, cū illo est, quia cum Christo in deo est; ecce velut iam factum est quod orauit vt fieret, dicens, volo vt vbi ego sum & ipsi sint mecum: sed nunc per fidem, quando autem fiet per speciem? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc apparebimus quod tunc erimus, quia tunc apparebit non inaniter nos id crēdidisse ac speraſſe quod antequam essemus fecit cui filius, cum dixisset, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: continuo subiunxit, Quia dilexisti me ante constitutionem mundi. In illo enim dilexit & nos ante constitutionem mundi, & tunc prædestinauit qđ in fine facturus est mundi. Pater, inquit, iuste mundus te non cognouit: Quia iustus es, ideo te non cognouit. Mundus quippe ille damnationi prædestinatus merito non cognouit; mundus vero quem per Christum reconciliauit sibi, non merito sed gratia cognouit. Quid est enim eum cognoscere, nisi vita æterna? quam mundo damnato vtiq; nō dedit, recōciliato dedit. Propterea itaq; mūdus te nō cognouit qui iustus es, nec & meritis eius vt te cognosceret tribuisti: & propterea mundus reconciliatus cognouit quia misericors es, & vt cognosceret non eius merito, sed gratia subuenisti: deniq; sequitur. Ego autem te cognoui.) Ipse fons gratiæ est deus natura, homo autem de spiritu sancto & virgine ineffabili gratia: deniq; propter ipsum, qa gratia dei pet Iesum Christum dominum nostrum. Et hi cognouerunt, inquit, quia tu me misisti.) Ipse est mūdus reconciliatus: sed quia tu me misisti, ideo cognouerunt, ergo gratia cognouerunt, Et notum feci eis, inquit, nomen tuum, & notum faciam:.) Notum feci per fidem, notum faciam per speciem: notum feci cum fine peregrinantibus, notum faciam sine fine regnantibus. Vt dilectio, inquit, quam dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.) Non est vsitata locutio, dilectio quam dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis: vsitate quippe diceretur, dilectio qua dilexisti me: de Græco quidem ista translata est, sed sunt similes & Latinæ, sicut dicimus, fidelem seruitutem seruiuit, strenuam militiam militauit, cum dici debuisse videatur, fideli seruitute seruiuit, strenua militia militauit. Qualis autem ista locutio est, dilectio quam dilexisti me, tali & Apostolus vsus est, Bonum certamen certaui: non ait, bono certamine, quod vsitatius etiam rectiusq; diceretur. Quomodo autem dilectio, qua dilexit pater filium, est & in nobis, nisi quia membra eius sumus, & in illo diligimur cum ipse diligitur totus, id est, caput & corpus? Ideo subiunxit, & ego in ipsis: tanquam diceret, quoniam ego sum in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquam in templo suo, aliter autem quia & nos ipse sumus, cum secundum id quòd vt caput nostrum esset, homo factus est, corp⁹ eius sumus. Finita est saluatoris oratio, incipit passio: ergo & iste sermo finiatur, vt de passione quod ipse donauerit, aliis sermonibus disputetur.

2:Tim.4.

De eo quod dicit, Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus: vsq; ad id, Et ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Tractatus. CXII.

De ca. 18.

TErminatō magno prolixoq; sermone, quem post cœnam dominus fundendo pro nobis proximus sanguini ad discipulos habuit, qui cum illo tunc erant, adiuncta oratione, quam dixit ad patrem, deinceps eius passionem Ioannes euangelista sic exorsus est, Hæc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedrō, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.) Hoc quod narrat ingressum domini cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est, cum eius illa finita esset oratio, de cuius verbis ait, Hæc cum dixisset Iesus, sed alia quædam sunt interposita, quæ ab isto prætermissa apud alios euangelistas leguntur, sicut apud hunc inueniuntur multa, quæ illi similiter in sua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter se omnes conueniant, ne veritati, quæ per alium promitur, ab alio repugnetur, quisquis nosse desiderat, nō in his sermonibus, sed in aliis laboriosis literis quærat, nec stando & audiendo, sed potius sedendo & legendo, vel legenti aurem mentēq; intentissimā præbēdo illa condiscat. Credat tamen antequā sciat, siue id etiam scire in hac vita possit, siue per aliqua impedimenta non possit, nihil ab aliquo euangelista esse conscriptū, quantum ad hos attinet, quos in authoritatem canonicā recepit Ecclesia, qđ vel

ipsius vel alterius non minus veraci narrationi posit esse contrarium. Nunc itaq; huius beati Ioannis narrationem, quam suscepimus tractandam, sine aliorum comparatione videamus in eis quæ manifesta sunt non immorantes, vt hoc vbi opus est, causa poscente faciamus. Non ergo sic accipiamus quod ait, Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius: tanquam continuo post illa verba in illorum hortum fuerit ingressus, sed ad hoc valeat, quod dictum est, hæc cum dixisset Iesus, vt non eum ante opinemur ingressum, quàm illa verba finiret. Sciebat autem, inquit, & Iudas qui tradebat eum locum,) Ordo verborum est, sciebat locum qui tradebat eum, Quia frequenter, inquit, Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.) Ibi ergo lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrifamilias consilio toleratus didicit, vbi ad tempus exiguum dispergeret gregem, insidiis appetendo pastorem. Iudas ergo, inquit, cum accepisset cohortem, & à principibus & Pharisæis ministros venit illuc cum laternis & facibus & armis.) Cohors non Iudæorum, sed militum fuit, à præside itaq; intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum, seruato ordine legitimiæ potestatis, vt nullus tenentibus auderet obsistere, quanquam & manus tanta fuerit congregata, & sic armata veniebat, vt vel terreret vel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere auderet. Ita quippe eius abscondebatur potestas & ostendebatur [infirmitas, vt hæc inimicis necessaria viderentur aduersus eū, in quem nihil valuisset, nisi quod ipse voluisset, bene vtens bonus malis, & faciens bona de malis, ad faciendos bonos ex malis, & discernendos bonos à malis. Iesus itaq;, sicut euangelista secutus adiungit, sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dicit eis, Quid quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradidit eum cum ipsis. Vt ergo dicit eis ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.) Vbi nunc militum cohors, & ministri principum & Pharisæorum? vbi terror & munimen armorum? Nempe vna vox dicentis, ego sum, tantam turbam odiis ferocem, armisq; terribilem sine telo vllo percussit, repulit, strauit. Deus n. latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt laternis & facibus quæreretur occidendus à tenebris, Ego sum dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et nunc vbiq; per euangelium, ego sum dicit Christus, & à Iudæis expectatur Antichristus, vt retro redeant, & in terram cadant, quoniam deserentes cœlestia, terrena desiderant. Certe ad comprehendendum Iesum persecutores cum traditore venerunt, quē quærebant inuenerunt. Audierunt, ego sum quare non comprehenderunt, sed abierunt retro & ceciderunt, nisi quia hoc voluit, qui potuit quicquid voluit? Verum si nunquam se ab eis permitteret apprehendi, nō quidem illi faceret, propter quod venerant, sed nec ipse faceret propter quod venerat. Eum quippe illi occidendum quærebant sæuiendo, sed quærebat nos & ipse moriendo. Proinde quia tenere volentibus, nec valentibus, ostendit potestatem suam, iam teneant eum, vt faciat de nescientibus voluntatem suam. Iterum ergo eos interrogauit, Quid quæritis? Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum, si ergo me quæritis, sinite hos abire, vt adimpleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, nō pdidi ex eis quēquā.) Si me, inquit, quæritis, sinite hos abire. Inimicos videt, & hoc faciunt quod iubet, sinūt eos abire, quos non vult perire. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc moreretur perderet eos, nisi quia nondum sic in eum credebant, quomodo credunt quicunque non pereunt. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit seruū principis sacerdotū, & abscidit eius auriculam dextram. Erat autem nomen seruo Malchus.) Solus hic euangelista etiam nomen huius serui expressit, sicut Lucas solus, quòd eius auriculam dominus tetigerit & sanauerit eam, Malchus autem interpretatur regnatus. Quid ergo auris pro domino amputata & à domino sanata significat, nisi auditum amputata vetustate renouatum, vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ? Quod cui præstitum fuerit à Christo, quis dubitet regnaturum esse cum Christo? Qđ autem seruus dictus est, & hoc ad illam pertinet vetustatem, quæ in seruitutem generat, quod est Agar. Sed cum accesit sanitas figurata est & libertas. Factum tamen Petri dominus improbauit, & progredi vltra prohibuit dicens: Mitte gladium tuū in vaginam, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?) In suo quippe facto ille discipulis

[aliàs obtēdebatur.

Luc. 22.

Rom. 7.

Gala. 4.

[alias, faciendum. Rom. 8.

Ephe. 5.

Psal. 33.

Psal. 115.

pulus magistrum defendere voluit, non quod significatum [est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam commonendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autē à patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est quod ait Apostolus, Si deus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum? Verum author calicis huius est etiam ipse qui bibit: vnde idem Apostolus iterum dicit, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum,) Comprehenderunt ad quem non accesserūt, quoniam dies illa, ille vero tenebræ permanserunt, nec audierunt, accedite ad eum & illuminabimini. Si enim sic accederent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt, tunc ab illo longius recesserunt, & ligauerunt eum à quo solui potius velle debuerunt, & erant fortasis in eis qui tunc imposuerunt Christo vincula sua, atq; ab eo postea liberati dixerunt, Dirupisti vincula mea. Hæc hodie satis sint, tractabuntur deo volente sermone alio quæ sequuntur.

De eo quod dicit, Et adduxerunt eum ad Annam primum vsq; ad id, Iterum ergo negauit eum Petrus, & statim gallus cantauit. Tractatus. CXIII.

De ca. 18. Ephe. 5.

Ioan. 11.

Mat 26.

Ioan. 19.

Ioan. 13.

11. q. 2. ca. nō solum abnegat.

Acto. 13.

POsteaquam persecutores tradente Iuda comprehensum dominum ligauerunt, qui dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis, & cui pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, vt intelligatur Iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius, sed sceleris voluntate damnabilis. Adduxerunt eum, sicut Ioannes euangelista narrat, ad Annam primum,) nec tacet causam, cur ita factum sit. Erat enim inquit, socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Caiphas, qui consilium dedit Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo:) Merito & Matthæus cum id breuius narrare voluisset, eum ad Caipham ductum fuisse commemorat: quia & ad Annam prius ideo ductus est, quòd socer eius fuerit, vbi intelligendum est hoc eundum Caipham fieri voluisse, Sequebatur autem, inquit, Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.) Quisnam iste sit discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur: solet autem se idem Ioannes significare ita & addere, quem diligebat Iesus: fortasis ergo & hic ipse est, quisquis tamen sit, sequentia videamus. Discipulus autem ille, inquit, erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis, Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo alius discipulus qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum: dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit iste, Non sum.) Ecce columna firmissima ad vnius auræ impulsum tota contremuit: vbi est illa promittentis audacia, & de se plurimum præsumentis, vbi sunt verba illa, quando ait, Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro domino anima ponitur, vt hoc ne fiat, vox ancillulæ formidetur? Sed quid mirum si deus vera prædixit, homo autem falsa præsumpsit? Sanè in ista quæ iam cœpta est negatione Apostoli Petri, debemus aduertere, non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed abilo etiam qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro, discipulum meum te negabis, sed me negabis: negauit ergo ipsum, cū se negauit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negauit esse Christianum? Quanuis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine, post ascensionem quippe eius in Antiochia primum cœperunt appellari discipuli Christiani, iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc cōmune nomē sicut communē etiā fidem ad posteros transtulerunt. Qui ergo se Christi negauit esse discipulum, ipsam rem negauit, cuius nomen est vocari Christianum. Quàm multi postea, non dico senes & anus, in quibus huius vitæ societas facilius potuit mortem pro Christi confessione contemnere, nec solum iuuentus vtriusque sexus, de qua ætate conuenienter videtur exigi fortitudo, sed etiam pueri puellæq; potuerunt, & innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnum cœlorum

cœlorum fortiter & violenter intrauit, quod tunc iste non potuit, qui claues regni eius accepit: ecce vnde dictum est, Sinite hos abire, quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit, vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quenquam. Vtiq; enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quàm periret? Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se:) non hyems erat, & tamen frigus erat, quale solet etiam æquinoctio verno aliquando contingere. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis eius & de doctrina eius: Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil: Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis, ecce hi sciunt quæ dixerim ego.) Non prætereunda nascitur quæstio, quomodo dixerit dominus Iesus, ego palam locutus sum mundo: & maxime illud quod ait, in occulto locutus sum nihil. Nonne in hoc ipso recentiore sermone, quem post cœnam discipulis est locutus, ait illis, Hæc in prouerbiis locutus sum vobis: venit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis? Si ergo ipsis coniunctioribus discipulis suis non loquebatur palam, sed horam promittebat, quādo palam erat locuturus, quomodo palam locutus est mundo? Deinde illisipsis sicut alio tum quoq; euangelistarum testatur authoritas, in eorum comparatione quid discipuli eius non erant, multo vtiq; manifestius loquebatur, quando cum solis erat remotus à turbis, tunc enim eis & parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo, in occulto locutus sum nihil: Sed intelligendum est ita eum dixisse, palam locutus sum mundo: ac si dixisset, multi me audierunt. Ipsum autem palam modo quodam erat palam, modo autem quodam non erat palam: Palam quippe erat, quia multi audiebāt: & rursum non erat palam, quia non intelligebant: & quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto vtiq; loquebatur. Quis nanq; in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, cum scriptum sit, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos vult innotescere & multis: sicut ipse dominus ait illis quos adhuc paucos habebat, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Ergo & hoc ipsum quod ab ipso dici videbatur occulte: quodammodo non dicebatur in occulto, quia non ita dicebatur, vt ab eis quibus dictum fuerat taceretur, sed ita potius, vt vsquequaq; prædicaretur. Si ergo dici potest aliquid & palam simul & non palam, vel in occulto simul & non in occulto, quomodo dictum est, vt videntes videant, & non videant. Quomodo enim videant, nisi quia palam, non in occulto? Et quomodo idem ipsi rursus non videant, nisi quia nō palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa quæ audierant & non intellexerant, talia erant, vt non possent iustè ac veraciter criminari: & quotiescunq; interrogando tentarunt, vt inuenirent vnde & accusarent eum, sic eis respondit, vt omnes eorum retunderentur doli, & calumniæ frustrarentur: ideo dicebat, quid me interrogas? interroga eos qui audierūt quid locutus sim ipsis ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu dicens, Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?) Quid ista responsione verius, mansuetius, iustius? Eius est enim de quo prophetica vox præcesserat, Intende prospere, procede & regna, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne vellemus eū qui percussit, aut cœlesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut correptum dæmonio volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, vel etiam grauiore puniri? Quid. n. horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset, qua vincitur mundus? Forte hic dicit aliquis, cur non fecit quod ipse præcepit? Percutienti enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram præbere. Quid quòd & veraciter, mansuete iustèq; respondit, & non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendū præparauit in ligno: & hinc potius demonstrauit, quod demonstrandum fuit, sua. s. magna illa præcepta patientiæ non ostentatione corporis, sed cordis præparatione facienda? fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter præbeat homo & iratus. Quanto ergo melius & respondet vera placatus, & ad vera perferenda grauiora trāquillo animo fuit paratus? Beatus est. n. qui in omnibus quæ iniustè pro

Mat. 16. Su p. tract. 112.

Ioan. 16.

Deu. 17.

Mat. 10.

Psal. 44.

Mat. 5.

Psal.56. & 107. Acto 14. Matt. 26. Luc.3. Mat.26. Ioan. 13.

iustitia patitur,potest veraciter dicere,Paratum cor meum deus,paratum cor meũ:Hinc fit quippe quod sequitur, cantabo & psalmum dicam domino. Quod Paulus & Barnabas etiam in vinculis durissimis facere potuerunt.Sed ad narrationis euangelicæ sequẽtia redeamus:Et misit eũ Annas ligatũ ad Caiphã pontificẽ.) Ad illũ.n. sicut Matthæus dicit ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum: alternos quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices. i. principes sacerdotum, qui erant illo tempore Annas & Caiphas,quos & Lucas euangelista commemorat, narrans quo tempore cœperit domini præcursor Ioannes prædicare regnum cœlorum & congregare discipulos: sic.n.dicit,Sub principibus sacerdotum Anna & Caipha,factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & cætera. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant. Et erat tunc annus Caiphæ quando passus est Christus.Ideo secundum Matthæum cum comprehensus esset,ad eum ductus est, sed prius ad Annam secundum Ioannem venerunt cum illo,non quia collega, sed quia socer eius erat.Et credendum est secundum voluntatem Caiphæ id esse factum, vel etiã domus eorum ita fuisse positas, vt non deberet Annas à transeuntibus præteriri.Sed cũ dixisset Euangelista quod eum ligatum miserit Annas ad Caipham, reuersus est ad locum narrationis vbi reliquerat Petrum,vt explicaret quod in domo Annæ de trina eius negatione contigerat.Erat autem,inquit,Simon Petrus stans & calefaciens se.) Hoc recapitulat quod antè iam dixerat;deinde quæ secuta sunt iungit.Dixerunt ergo ei,Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit, Nõ sum.) Iam semel negauerat ad ancillę vocem, & ecce iterum eodem timore perterritus negauit.Deinde vt tertia negatio perficeretur,& verbum domini prædicentis impleretur: Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus,& statim gallus cantauit.) Ecce medici cõpleta est prædictio,ægroti conuicta præsumptio: non enim factũ est quod iste dixerat,Animam meã pro te ponam: sed factum est quod ille prædixerat,Ter me negabis. Sed trina Petri negatione completa, iam & iste sermo compleatur, vt deinceps quæ de domino apud Pontium Pilatum præsidem gesta sunt,ab alio consideremus exordio.

Ab eo quod dicit, Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium, Erat autem mane: vsq; ad id quod ait, Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Tractatus. CXIIII.

De ca.18.

QVæ cum domino vel de domino nostro Iesu Christo apud Pontium Pilatum præsidem gesta sunt,quantum Ioannes euangelista indicat, deinde videamus. Redit.n.ad locum narrationis suæ vbi eam reliquerat,vt explicaret Petri negationem.Iam quippe dixerat,Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem, atq; inde regressus euangelista vbi dimiserat Petrum calefacientem se ad ignem in atrio,posteaquam totam eius negationem quæ ter facta est,terminauit, iterum percurrit ad ordinem historiæ.Adducunt ergo Iesum, inquit, à Caipha in prætorium.) Ad Caipham quippe ab Anna collega & socero eius dixerat missum: sed si ad Caipham, cur in prætorium? Quod nihil aliud vult intelligi,quàm vbi præses Pilatus habitabat. Aut igitur aliqua vrgente causa de domo Annæ,quò ad audiendum Iesum ambo conuenerant,Caiphas perrexerat ad prætorium præsidis,& socero suo Iesum reliquerat audiendum: aut in domo Caiphæ prætorium Pilatus acceperat,& tanta domus erat,vt seorsum habitantem dominum suum, seorsum iudicem ferret: Erat autem mane, & ipsi,id est qui ducebant Iesum,non introierunt in prætorium,) hoc est in eam partem domus, quam Pilatus tenebat,si ipsa erat domus Caiphæ. Cur autem non introierunt in prætorium,exponens causam, Vt non contaminarentur,inquit,sed vt manducarent pascha.) Dies enim agi cœperant azymorum, quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare. O impia & stulta cæcitas,habitaculo videlicet contaminarentur alieno,& non contaminarentur scelere proprio? Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem fundere non timebant, vt hoc solum interim diceam,vbi rea malorum conscientia tenebantur. Nam quod etiam dominus erat, qui eorum impietate ducebatur ad mortem, & vitæ dator occidebatur, non eorum conscientiæ,sed ignorantiæ deputetur. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quam accu-

sationẽm affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor,non tibi tradidissemus eum.) Interrogentur atq; respondeant ab immũdis spiritibus liberati,sanati languidi,leprosi mundati,surdi audientes multi loquentes, cæci videntes,mortui resurgentes,& quod omnia superat,stulti sapientes,vtrum sit malefactor Iesus. Sed ista dicebant, de quibus per Prophetam iam ipse prædixerat, Retribuebant mihi mala pro bonis.Dixit ergo eis Pilatus,Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam.) Quid est quod loquitur insana crudelitas? An non interficiebant quem interficiendum offerebant,an forte crux non interficit? Si despiunt qui non sectantur,sed insectantur sapientiam. Quid est autem,nobis non licet interficere quenquam? Si malefactor est,cur non licet? nonne lex eis præcepit,ne malefactoribus,præsertim qualem istũ putabant,à suo deo seductoribus parcant? Sed intelligendum est eos dixisse, non sibi licere interficere quenquam:propter diei festi sanctitatem,quem celebrare iam cœperant, propter quem de ingressu etiam prætori contaminari metuebant. Itáne obduristis falsi Israelitæ? Itáne omnem sensum nimia malitia perdidistis,vt ideo vos à sanguine innocentis impollutos esse credatis,quia eum fundendum alteri tradidistis? Nunquid & Pilatus illum,qui potestati eius à vobis ingeritur occidendus,suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi,si non insidiari estis ei,si non vobis tradendum pecunia comparastis,si non comprehendistis,vinxistis,adduxistis,odistis:si non occidendũ manib. obtulistis,vocib.poposcistis,non eum à vobis interfectum esse iactate. Si autem illis omnibus vestris præcedentib.factis, etiam crucifige,crucifige clamastis, audite quid contra vos Propheta clamat,Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Ecce quibus armis,quibus sagittis,qua machæra iustum interfeci stis, quando vobis interficere quenquam non licere dixistis. Hinc est quod ad comprehendendum Iesum, cum sacerdotum non venissent principes, sed missent: Lucas tamen euangelista in eodem narrationis suæ loco ait,Dixit autem,inquit,Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis:& cætera.Sicut ergo principes sacerdotum non per seipsos,sed per eos, quos miserant ad comprehendendum Iesum, quid aliud quàm ipsi in suæ iussionis potestate venerunt:sic omnes qui crucifigendum Iesum impiis vocibus clamauerunt, non quidem per seipsos eum,sed tamen ipsi per illum, qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est, occiderunt: quod vero Ioannes euangelista subiungit, Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit,significans qua morte esset moriturus.) Si mortem crucis hic velimus accipere,tãquam ideo dixerint Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam: quia interfici aliud est,aliud crucifigi, non video quomodo id possit consequenter intelligi,cum hoc ad Pilati verba responderint,quibus eis dixerat,Accipite eum vos,& secundum legem vestrã iudicate eum:nunquid ergo eum non poterant accipere,& ipsi eum crucifigere, si per tale genus supplicii interfectionem cuiuscquam vitare cupiebant? Quis autem non videat quam sit absurdum eis licere quenquam crucifigere, quibus non licet quenquam interficere? Quid quòd ipse dominus eandem mortem suam,id est, mortem crucis etiam interfectionem vocat: sicut legimus apud Marcum vbi ait,Ecce ascẽdimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus,& illudent ei,& conspuent eum,& flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget? Nimirum ergo ista dicendo significauit dominus qua esse morte moriturus,non quod hic mortem crucis vellet intelligi,sed quòd eum Iudæi fuissent gentibus tradituri, hoc est, Romanis: nam Pilatus Romanus erat,eumq; in Iudæam Romani præsidem miserant.Vt ergo iste sermo Iesu impleretur,id est, vt eum sibi traditum gentes interficerent, quod Iesus futurum esse prædixerat: ideo Pilatus qui iudex Romanus erat,cum vellet eum reddere Iudæis vt secundum legem suam iudicarent eum,noluerunt eum accipere dicentes.Nobis non licet interficere quenquam. Ac sic impletus est sermo Iesu, quem de sua morte prædixit, vt eum à Iudæis traditum interficerent gentes,minore scelere quam Iudæi,qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt,non vt eorum innocentia,sed vt dementia monstraretur.

Marc.10. Ioan.19. Psal.56. Luc.22. Psal.34. De pœni. dist.1.cap. Periculose.

De eo quod dicit, Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum: vsq; ad id quod ait, Erat autem Barrabas latro. Tractatus. CXV.

De ca. 18.

QVid Pilatus dixerit Christo, quidue Pilato ille responderit, isto sermone considerandum atq; tractandum est: cum.n. dictum esset Iudæis, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum: atq; illi respondissent, nobis non licet occidere quenquam. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Et respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me?) Sciebat vtiq; dominus, & quod ipse interrogauit, & quid ille respósurus fuit: sed tamen dici voluit, non vt ipse sciret, sed vt scriberetur, quod nos voluit vt sciremus. Respondit ei Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meū non est hinc.) Hoc est quod bonus magister scire nos voluit: sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominum de regno eius opinio siue gentū, siue Iudæorum, à quibus id Pilatus audierat, quasi propterea morte fuisset plectendus, quod illicitum affectauerit regnum, vel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes, & videlicet cauendum erat, ne eius regnum siue Romanis, siue Iudæis esset aduersum. Poterat autem dominus quod ait, Regnum meum non est de hoc mundo &c. ad primā interrogationem præsidis respondere vbi ei dixit, Tu es rex Iudæorum? sed eum vicissim interrogans, vtum hoc à semetipso diceret, an audisset ab aliis, Illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse à Iudæis velut crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominum quas ipse nouerat, quoniam vanæ sunt, eisq; post responsionem Pilati, etiam Iudæis & gentibus opportunius aptiusq; respondens, Regnum meum non est de hoc mundo. Quod si interroganti Pilato continuo respondisset, non etiam Iudæis, sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniā respondit Pilatus, nunqd ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderūt te mihi, quid fecisti? abstulit á se suspicionē qua posit putari à semetipso dixisse, qd Iesum regē dixerat esse Iudæorum, id se à Iudæis audisse demonstrans. Deinde dicendo, quid fecisti: satis ostendit illud ei pro crimine obiectum: tanquam diceret, si regem te negas, quid fecisti vt tradereris mihi? Quasi mirum non esset, si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem. Sr aūt hoc non diceret, quærendū ab illo esset, quid aliud forte fecisset, vt de tradi iudici dignus esset. Audite ergo Iudæi & gentes, audi circuncisio, audi præputiū, audite omnia regna terrena, non impedio dominationem vestram in hoc mundo, regnum meum non est de hoc mundo, Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille maior cum Christus natus nunciaretur, expauit, & tot infantes, vt ad eum mors perueniret, occidit, timendo magis quām irascendo crudelior, Regnum, inquit, meū non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo: venite credendo, & nolite sæuire metuendo. Dicit quidem prophetia de deo patre, Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius: sed Sion illa & mons ille non est de hoc mundo: quod est. n. eius regnum nisi credentes in eum, quibus dicit, De mundo non estis, sicut & ego non sum de mundo? quanuis eos esse vellet in mundo, propter quod de illis dixit ad patrem, Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. Vnde & hic non ait, regnum meum non est in hoc mundo: sed, non est de hoc mundo: & cum hoc probaret dicens, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudæis: non ait, nūc autem regnum meum non est hîc: sed, non est hinc. Hîc est enim regnum eius vsque in finem seculi, habens inter se commixta zizania vsq; ad messem, messis enim finis est seculi, quando messores venient, id est angeli, & colligent de regno eius omnia scandala, quod vtiq; non fieret, si regnum eius non esset hîc: sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Regno suo quippe dicit, De mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo. Erant ergo de mundo, quando regnum eius non erant, sed ad mundi principem pertinebant. De mundo est ergo quicquid hominum à vero quidem deo creatum, sed ex Adam vitiata atq; damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam

Pſal. 93.

Mat. 2.

pſal. 2.

Ioan. 8.

Ioan. 17.

Mat. 13.

Ioan. 15.

de mundo, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos deus eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii claritatis suæ: de quo regno dicit, Regnū meum non est de hoc mundo: vel, regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego.) Non quia regem se timuit confiteri, sed tu dicis, ita libratum est, vt neque se regem neget: rex enim cuius regnum non est de hoc mundo: neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo: talem quippe ille sentiebat qui dixerat, Ergo rex es tu? Cui responsum est, tu dicis, quia rex sum ego: dictum est enim tu dicis, ac si dictum esset, carnalis carnaliter dicis. Deinde ait, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.) Non est producenda huius pronominis syllaba quod ait, in hoc natus sum, tanquam dixerit, in hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, ad hanc rem natus sum, vel ad hoc natus sum, sicut ait, ad hoc veni in mundum. In Græco nanq; Euangelio nihil est huius locutionis ambiguum, vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suam hic commemorasse, qua incarnatus venit in mundum, non illam sine initio qua deus erat, per quem pater condidit mūdum. In hoc ergo se dixit natum id est, propter hoc natum, & ad hoc venisse in mundum, vtiq; nascendo de virgine, vt testimonium perhibeat veritati. Sed quia non omnium est fides, adiunxit atque ait, Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem.) Audit vtiq; interioribus auribus, id est, obaudit meæ voci, quod tantundem valeret si diceret, credit mihi. Cum itaq; Christus testimonium perhibeat veritati, profecto testimoniū perhibet sibi: eius quippe vox est, Ego sum veritas: & dixit alio quoque loco, Ego testimonium perhibeo de me: quod vero ait, Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam, gratiam commendauit quæ secundum propositum vocat: de quo proposito dicit Apostolus, Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum dei vocati sunt, propositum scilicet vocantis, non vocatorum: quod alibi apertius ita positum est, Conlabora Euangelio secundum virtutem dei saluos nos facientis & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam: nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cū omnes veritas creauerit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt quibus vt audiant veritatem, hoc est, vt obediant veritati & credant in veritatem, ex ipsa veritate præstatur, nullis procul dubio præcedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, Omnis qui audit meam vocem ex veritate est, ideo dictus ex veritate putaretur, quia obtemperat veritati: non autem hoc ait, sed ait, Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem: ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocem: sed ideo audit, quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. Quod quid est aliud quàm donante Christo credit in Christum? Dixit ei Pilatus, Quid est veritas?) Nec expectauit audire responsum. Sed cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudeos, & dixit eis, Ego nullam Inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in pascha, vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?) Credo cum dixisset Pilatus, quid est veritas, in mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudeorum qua solebat eis dimitti vnus in pascha, & ideo non expectauit vt respōderet ei Iesus quid esset veritas, ne mora fieret cum recoluisset morem quo posset eis per pascha dimitti, quod eum valde voluisse manifestum est, Auelli tamen ex eius corde non potuit Iesum regē esse Iudæorum, tanquam hoc sibi sicut in titulo ipsa veritas fixerit, de qua quid esset interrogauit. Sed hoc audito, Clamauerunt rursum omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabam: Erat autem Barrabas latro.) Non reprehendimus, ô Iudæi quòd per pascha liberastis nocentem, sed quòd occidistis innocentem: quod tamen nisi fieret, verum pascha non fieret: sed vmbra veritatis à Iudæis errātibus tenebatur, & mirabili dispensatione diuinæ sapiētiæ per homines fallaces eiusdem vmbræ veritas implebatur, quia vt verum pascha fieret, Christus velut ouis immolabatur. Hinc ea sequuntur quæ iniuriosa Christo Pilatus & cohors eius ingesit, sed alia disputatione tractanda sunt.

Col. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Roma. 8.

2. Timo. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De cap. XIX.

De eo quod dicit, Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit: vsq; ad id quod ait, Suscepetunt autem Iesum & eduxerunt eum:

Tractatus. CXVI.

CVm Iudæi clamassent, non Iesum sibi à Pilato dimitti velle per pascha, sed Barrabam latronem, non saluatorem, sed interfectorem; non datorem vitæ, sed a demptorē. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.) Hoc Pilatus non ob aliud feciſſe credendus est, nisi vt eius iniuriis Iudæi satiati sufficere sibi existimarent, & usq; ad eius mortem Iudæi sæuire desisterent. Ad hoc pertinet quod idem preses cohortem suam etiam permisit facere quæ sequuntur, aut fortasis & iussit, quanuis hoc Euangelista tacuerit: dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit: Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis, imposuerūt capiti eius, & uestē purpuream circundederunt eum, & eueniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorum: Et dabant ei alapas.) Sic implebantur quæ de se prædixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia quæ persecutores libuisset facere perferenda; sic pauliſper occulta A ta tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granū multiplicādū seminabatur horribili cōtumelia, vt mirabili pullularet in gloria. Exiit iterū Pilatus foras & dicit eis, Ecce adduco eū foras, vt cognoscatis, qa i eo nullā cām inueniō. Exiit ergo Iesus portās spineā coronā & purpureū vestimētū, & dicit eis, Ecce hō.) Hic appet nō ignorāte Pilato hæc à militibus facta, siue iusserit ea siue pmiserit, illa scilicet causa q̄ supra diximus, vt hęc eius ludibria inimici libentissime biberent, & vlterius sanguinem non sitirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio: & dicitur eis Ecce homo: Si regi inuidetis, iam parcite quia deiectum videtis. flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, amaris conuitiis illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia, frigescat inuidia, sed non frigescit, inardescit potius & increscit. Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secūdum legem debet mori, quia filium dei se fecit.) Ecce altera maior inuidia. Parua quippe illa videbatur, velut affectatæ illicito ausu regiæ potestatis, & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter vsurpauit, sed utrunque verum est, & unigenitus dei filius est, & rex ab eo constitutus super Sion montem sanctum eius, & vtrunque nunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior. Cum ergo audisset Pilatus hoc verbum, magis timuit, & ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum, vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei.) Hoc silentium domini nostri Iesu non semel factum, collatis omnium euangelistarum narrationibus reperitur, & apud principes sacerdotū, & apud

Lucæ. 23. Herodem, quo eum sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum, & apud ipsum Pi-
Esai. 53. latum, vt non frustra de illo prophetia p̄cesserit: Sicut agnus coram tondēte se sine uoce sic non aperuit os suum, tunc vtique quando interrogantibus non respondit. Quanuis enim quibusdam interrogationibus sæpe responderit, tamen propter illa, in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio non reus, sed innocens haberetur. Cum ergo iudicaretur ubicunque non aperuit os suum: sicut agnus nō aperuit, id est, non sicut male sibi conscius, qui de peccatis conuincebatur suis, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non haberes aduersum me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.) Ecce respondit, & tamē ubi cunque non respondit, non sicut reus siue dolosus, sed sicut agnus, hoc est, sicut simplex atque innocens non aperuit os suum. Proinde vbi non respondebat, sicut ouis silebat:

Rom. 13. ubi respondebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi à deo, Et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quām potestas ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Talem quippe Pilato deus dederat potestatem, vt etiam esset sub Cæsaris potestate. Quapropter non haberes, inquit, aduersum me potestatem vllam, id est, quan

tulācunq; habes, nisi hocipsum quicquid est tibi esset datum desuper. Sed quoniā scio quantum sit, non n tantum est, vt tibi omnimodo liberum sit: propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo, tu vero eandem potestatē in me exerciturus es metuendo. Nec timendo quidem, præsertim innocentem homo hominem debet occidere, θ inuidus homicida malus est, θ sed tamen id zelando facere multo magis malum est, quàm timendo, Et ideo non ait verax magister, qui me tradidit tibi, ipse habet peccatū, taquā ille nō haberet: sed ait, maius habet pctm, vt etiā se habere intelligeret: neq; n. ppterea illud nullū est, qa hoc maius est. Exinde q̄rebat Pilatus dimittere eū.) Quid est hoc q̄d dictū est, exinde? Quasi antea non q̄rebat? Lege superiora, & inuenies tandudum eum quærere dimittere Iesum. Exinde itaq; intel
117 ligendum est propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocen-
D tem sibi traditum, quanuis minus peccans quàm Iudæi, qui eum illi tradiderant occidendum. Exinde ergo, id est, ideo ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio quærebat eum dimittere. Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.) Maiorem timorē se ingerere putauerunt Pilato terrendo de Cæsare, vt occideret Christum, quàm superius vbi dixerunt, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Eorū legem quippe ille non timuit vt occideret: sed magis filium dei timuit ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Cæsarem authorē potestatis suæ, quē-admodum legem gentis alienæ. Adhuc tamen Euangelista sequitur & dicit, Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrōtos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta.) Qua hora sit dominus crucifixus, propter euangelistæ alterius testimonium, qui
117 dixit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, quoniā magna disceptatio soleto bo-
E riri, cum ad ipsum locum vbi crucifixus narratur ventum fuerit, vt potuerimus, si dominus voluerit, differemus. Cum ergo pro tribunali sedisset Pilatus, Dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi aūt clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum, Dixit eis Pilatus, Regem vestrū crucifigam?) Adhuc terrorem quē de Cæsare ingesserant, superare conatur, de ignominia eorum volens eos frangere dicendo, Regem vestrū crucifigam, quos de ignominia Christi mitigare non potuit, sed timore mox vincitur. Responderunt enim Pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Apertissime quippe contra Cæsarem venire videretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profitentibus alium regem vellet ingerere dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderant occidendum. Tradidit ergo eis illum vt crucifigeretur: sed nunqd aliud & antè cupiebat quando dicebat, Accipite eum vos, & crucifigite: vel etiam superius, accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum? Cur aute illi tantope-
117 re noluerunt, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam: & omni modo instantes,
F vt non ab eis, sed à præside occideretur, & ideo eum occidendum accipere recusantes, si nunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non fit, cur dictum est, tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur? An aliquid interest? planè interest, non est enim dictū. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigerent eum, sed, vt crucifigeretur, id est, vt iudicio ac potestate præsidis crucifigeretur: sed ideo illis traditum dixit Euangelista, vt eos crimine implicatos à quo alieni esse conabantur, ostenderet. Nō. n. faceret hoc Pilatus, nisi vt id quod eos cupere cernebat, impleret: quod autem sequitur. Susceperūt autem Iesum & eduxerunt.) Potest ad milites iam referri apparitores præsidis: nam postea euidētius dicitur, Milites ergo cum crucifixissent eum: quanuis Euangelista etiamsi totū Iudæis tribuit, merito facit. Ipsi enim susceperunt quod auidissime flagitauerunt, & ipsi fecerunt quicquid vt fieret extorserunt. Sed hæc sequentia alio sermone tractanda sunt.

117 De eo quod dicit, Et baiulans sibi crucem, exiit in eum qui dicitur Caluariæ
G locum: vsque ad id quod ait, Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

Tractatus. CXVII. De Cap. XIX.

IVdicāte atque damnante Pilato pro tribunali dominum Iesum Christū hora quasi sexta, Susceperunt & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiit in eū qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicæ autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum.) Quid est ergo qd Marci. 15.

Marci. 15. Infra tracta. 117.

Marcus euangelista dicit,Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum: nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudæorum,hora sexta manibus militum? vt intelligamus horam quintam iam fuisse transactam,& aliquid de sexta cœptum, quando sedit pro tribunali Pilatus,quæ dicta est à Ioanne hora quasi sexta. Et cum duceretur vt in ligno cum duobus latronibus configeretur,& iuxta eius crucem gererentur,quæ gesta narrantur,hora sexta integra compleretur,ex qua hora vsque ad nonam sole obscurato,tenebras factas trium Euangelistarum,Matthæi,Marci,& Lucæ contestatur authoritas.Sed quoniam Iudæi facinus interfecti Christi à se in Romanos,id est, in Pilatū & eius milites transferre conati sunt,propterea Marcus suppressa ea hora qua Christus à militibus crucifixus est,quæ agi sexta iam cœperat,tertia potius horam esse recordatus expressit,qua hora intelliguntur apud Pilatum clamare potuisse,Crucifige, crucifige, vt non illi tantum reperiantur crucifixisse Iesum,id est,milites qui eum ligno sexta hora suspenderunt,verumetiam Iudæi,qui vt crucifigeretur hora tertia clamauerunt.Est & alia huius solutio quæstionis,vt non hic accipiatur hora sexta diei,quia nec Ioannes ait,Erat autem hora diei quasi sexta:]aut,hora quasi sexta:]sed ait, Erat autem para sceue paschæ hora quasi sexta.Parasceue autē Latine præparatio est: sed isto verbo Græco libentius vtuntur Iudæi in huiusmodi obseruationibus etiam qui magis Latine quā Græce loquuntur.Erat autem præparatio paschæ.Pascha vero nostrum sicut dicit Apostolus,immolatus est Christus.Cuius paschæ præparationem si ab hora noctis nona computemus,tunc enim videntur principes sacerdotum pronunciasse immolationē dominicum dicentes,Reus est mortis,cum adhuc in domo pontificis audiretur, vnde congruenter accipitur inde cœpisse præparationem veri paschæ,cuius vmbra erat pascha Iudæorum,id est,immolationis Christi,ex quo à sacerdotibus pronunciatus est immolandus, profecto ab ea noctis hora,quæ tunc nona fuisse coniicitur, vsq; ad horam diei tertiam qua crucifixum esse Christum Marcus euangelista testatur,sex horæ sunt, tres nocturnæ & tres diurnæ.Vnde in hac parasceue paschæ,id est,præparatione immolationis xpi, quæ ab hora noctis nona cœperat,quasi sexta agebatur hora,id est, peracta quinta iam sexta currere cœperat,quando Pilatus tribunal ascendit:adhuc enim erat ipsa præparatio quæ ab hora noctis nona cœperat,donec fieret quæ præparabatur Christi immolatio:quæ facta est hora tertia secundum Marcum,non præparationis, sed diei : eademq; sexta non diei,sed præparationis,sex vtiq; horis à noctis nona vsq; ad diei tertiam computatis.Harum duarum solutionum istius difficilis quæstionis eligat quisq; quam voluerit.Melius autem quid eligat iudicabit,qui de consensu Euangelistarum,quæ operosissime disputata sunt legerit.Quod & si alię solutiones eius potuerint inueniri, cumulatius euangelicę veritatis constantia defendetur aduersus calumnias infidelis atq; impię vanitatis. Nunc ad narrationem Ioannis euangelistæ post ista breuiter tractata redeamus.Susceperunt autem,inquit, Iesum & eduxerunt, & baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur Caluarię locum,Hebraice Golgota vbi crucifixerūt eum. Ibat ergo ad locum vbi fuerat crucifigendus,portans crucem suam Iesus.Grande spectaculū,sed si spectat impietas,grande ludibrium: si pietas,grande mysterium.Si spectet impietas, grande ignominiæ documentum: si pietas,grande fidei munimentum. Si spectet impietas,ridet regem pro virga regni lignum sui portare supplicii: si pietas,videt regem baiulantem lignum ad semetipsum figendum,quod fixurus fuerat etiam in frontibus regū in eo spernendus oculis impiorum,in quo erant gloriatura corda sanctorum: dicturo.n. Paulo,Mihi aūt absit gloriari,nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: ipsam crucem suam suo gestans humero commendabat,& lucernæ arsure, quæ sub modio ponenda nō erat,candelabrum ferebat. Baiulans ergo sibi crucem,exiit in eum qui dicitur Caluarię locum,Hebraice Golgotha, vbi eum crucifixerunt, Et cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.) Isti duo latrones erant,sicut aliorum euangelistarum narratione didicimus,cum quibus crucifixus & inter quos crucifixus est Christus : de quo prælocutus,& posuit super crucem: erat autem scriptum,Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum,quia propè ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus.Et erat scriptum Hebraicæ,Græce,& Latine.) Rex Iudæorum. Hæ quippe tres linguæ ibi præ cæteris eminebant.Hebræa propter Iudæos in dei lege gloriantes, Græca propter gentium sapientes,Latina propter Romanos, multis ac penè omnibus iam tunc gentibus imperantes.Dicebant ergo Pilato pōtifices Iudæorum,Noli scribere,rex Iudæorum,sed quia ipse dixit,rex sum Iudæorum, Respondit Pilatus. Quod scripsi, scripsi.)O ineffabilem vim diuinæ operationis,etiam in cordibus ignorantium.Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodam,si dici potest,clamoso silentio psonabat, quod tanto ante in Psalmorum literis prophetatum est? Ne corrumpas tituli inscriptionem? ecce tituli inscriptionem non corrumpit,quod scripsit,scripsit.Sed etiam Pontifices qui hoc corrumpi volebant,quid dicebant? Noli scribere,inquiunt, rex Iudæorum, sed quia ipse dixit,rex sum Iudæorum.Quid loquimini insani? quid fieri contradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Nunquid.n.propterea nō erit verum, quia Iesus ait, rex sum Iudæorum? Si corrumpi nō potest quod Pilatus scripsit,corrumpi potest quod veritas dixit? sed Iudæorum tantum rex est Christus,an & gentium? imo & gentium: cū enim dixisset in prophetia,Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctum eius,prædicans præceptum eius: ne propter montem Sion solis Iudæis eum regē quisquam diceret constitutum;continuo subiunxit,Dominus dixit ad me, filius meus es tu,ego hodie genui te: Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Vnde & ipse iam per os proprium loquens apud Iudæos, Habeo,inquit,alias oues,quæ non sunt de hoc ouili,oportet me & ipsas adducere, & vocem meam audient,& fiet vnus grex,& vnus pastor. Cur ergo magnum volumus intelligi in hoc titulo sacramentum,in quo scriptum erat,rex Iudæorum, si rex est Christus & gentium? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleæ, non olea particeps facta est amaritudinis oleastri: nam in eo quod de Christo veraciter scriptum est in titulo rex Iudæorū,qui sunt intelligendi Iudæi nisi semen Abrahæ filii promissionis,qui sunt etiā filii dei? qm̄ non qui filii carnis,ait Apostolus, hi filii dei, sed qui filii promissionis deputantur in semine.Et gentes erant quibus dicebat,Si autem uos Christi,ergo Abrahæ semen estis secundū ,pmisionē hæredes.Rex ergo Iudeorū Christus, sed Iudæorū circuncisione cordis,spiritu,non litera.Quorū laus nō ex hominibus sed ex deo est,pertinentiū ad Ierusalem liberam matrem nostram æternam in cœlis,Saram spiritalem,ancillam & filium eius de domo libertatis eiicientē.Ideo enim Pilatus quod scripsit,scripsit,quia dominus quod dixit,dixit.

De eo quod dicit,Milites ergo cum crucifixissent eum,acceperunt vestimenta eius vsq; ad id quod ait,Et in vestem meam miserunt sortem.

Tractatus. CXVIII.

EA quæ gesta sunt iuxta crucem domini,cum iam crucifixus esset, isto quantum dominus adiuuat sermone tractemus.Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes,vnicuiq; militi partem, & tunicam.Erat aūt tunica inconsutilis desuper contexta per totum.Dixerunt ergo ad inuicem,Non scindamus eam,sed sortiamur de illa cuius sit: vt scriptura impleatur dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi,& in vestē meam miserunt sortem.) Factum est quod voluerunt Iudæi,non ipsi sed milites qui parebant Pilato,iudicante ipso crucifixerunt Iesum: & tamen si voluntates,si insidias,si operā,si traditionem,postremo si extorquentes clamores eorum cogitemus,magis vtiq; Iudæi crucifixerunt Iesum. Sed de partitione & sortitione vestimentorum eius non est prætereunter loquendum.Quanuis.n.oēs euangelistę quatuor huius rei meminerint,cęteri tamen breuius quā Ioannes, sed clarius ille,iste vero apertissime: nam Matthæus ait,Postquā autē crucifixerunt eū,diuiserūt vestimenta eius sortem mittentes.Marcus, Et crucifigentes eū diuiserunt vestimenta eius,mittentes sortē super eis quis quid tolleret Lucas,diuidentes vero vestimēta eius, miserunt sortes. Ioannes aūt & quot partes de vestimentis eius fecerint dixit, id est,quatuor,vt singulas tollerent. Vnde apparet quatuor fuisse milites, qui in eo crucifigendo præsidi paruerunt: manifeste quippe ait,Milites ergo cum crucifixissent eum,acceperūt vestimenta eius,& fecerunt quatuor partes,vnicuiq; militi partem,& tunicam: subaudiendum est,acceperunt,vt iste sit sensus,acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes,vnicuiq; militi partem,acceperunt & tunicam.Et sic locutus est, vt de cęteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus,sed de tunica quam simul cū cæteris acceperunt,sed non similiter diuiserunt;de hac.n.sequitur exponens : Erat autem

Universidad de Deusto Biblioteca

tunica inconsutilis,desuper contexta per totum.)Cur autem de illa sorte miserũt nat- 118
rans: Dixerunt,inquit,ergo ad inuicem,Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cu- G
ius sit.)Apparet itaq; in aliis vestibus æquales eos habuisse partes,vt sortiri necesse non D
fuerit:in illa vera vna non eos habere potuisse singulas partes nisi scinderetur,vt pau-
nos eius inutiliter tollerent,quod ne facerent ad vnum eam peruenire sortitione malue
runt.Huius Euangelistæ narrationi consonat etiam propheticum testimonium, quod
Psal.21. & ipse continuo subiungens,Vt scriptura,inquit,impleretur dicens, Partiti sunt vesti-
menta mea sibi,& in vestem meam miserunt sortem.)Non.n.ait,sortiti,sed partiti sunt:
nec ait,sortientes partiti sunt,sed in cæteris vestimentis sortem omnino nõ nominans,
postea dixit,& in vestem meam miserunt sortem,propter illam reliquam tunicã.De qua
re dicam,quod ipse donauerit,cum prius eam quæ oboriri potest tanquam Euangelistę
inter se discrepent,calumniam propulsauero, demonstrans nullius cæterorum verba
Matt.27. narrationi Ioannis esse contraria: Matthæus enim dicendo,Diuiserunt vestimenta eius
sortem mittentes,ad totam diuisionem vestimentorum voluit intelligi etiam illam tu-
nicam pertinere,de qua sortem miserunt,quia vtiq; omnes vestes diuidendo in quibus
Luc.23. & illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est etiam quod ait Lucas, Diuidentes vestimen- 119
ta eius miserunt sortes, diuidentes enim venerunt ad tunicam, de qua facta est sor- E
titio, vt inter eos vniuersa vestimentorum eius diuisio compleretur. Quod au-
tem interest vtrum dicatur, diuidentes miserunt sortes, quod ait. Lucas: an diui-
Lucę.23. serunt sortem mittentes, quod ait Matthæus, nisi quod Lucas dicendo sortes, plu-
ralem pro singulari numero posuit, quæ locutio in scripturis sanctis insolita non
est,quanuis nonnulli codices sortem reperiantur habere,non sortes?Marcus itaq; solus
Mar.15. videtur aliquam intulisse quæstionem: dicendo enim Mittentes sortem super eis quis
quid tolleret tanquam super omnibus vestimentis,non super sola tunica sors missa sit,
locutus videtur: sed hic etiam breuitas obscuritatem facit;sic enim dictum est,mitten-
tes sortem super eis:ac si diceretur,mittentes sortem cum diuiderent:quod & factũ est.
Omnium quippe vestimentorum eius diuisio completa non esset, nisi forte clarui
quis etiam illam tunicam tolleret,vt sic contentio diuidentium finiretur, vel nulla po- 119
tius oriretur. Quod ergo ait:quis quid tolleret, quandoquidem hoc sorti deputatur, F
non ad omnia quæ diuisa sunt vestimenta referendum est: sors enim missa est quis illam
tunicam tolleret,de qua quoniam narrare prætermisit qualis fuerit,& quemadmodum
æqualibus factis partibus sola remanserit,quæ ne conscinderetur, veniret in sortem,
pro eo positum est,quod ait,quis quid tolleret,id est,quis eam tolleret,tanquam si totũ
ita diceretur,diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis tunicam quæ
partibus æqualibus superfuerat tolleret.Quęrat forte aliquis,quid significet in tot par
tes vestimentorum facta diuisio,& de tunica illa sortitio. Quadripartita vestis domini
Iesu Christi quadripartitam figurauit eius Ecclesiam, toto scilicet qui quatuor partes
bus constat,terrarum orbe diffusam,& omnibus eiusdem partibus æqualiter,id est,cõ-
Matt.24. corditer distributam.Propter quod alibi dicit missurum se angelos suos,vt colligant ele
ctos eius à quatuor ventis:quod quid est,nisi à quatuor partibus mundi,Oriente,Oc-
1. Cor.13. cidente,Aquilone,& Meridie?Tunica vero illa sortita, omnium partium significat vni- 119
Ephes 3. tatem,quę charitatis vinculo continetur.De charitate autem locuturus Apostolus,Su- I
pereminentiorem,inquit,viam vobis demonstrabo: & alio loco ait: Cognoscere etiam
supereminentem scientię charitatem Christi.Itemq; alibi,Super omnia autem hæc ha- G
Colos.3. bete charitatem quę est vinculum perfectionis.Si ergo charitas & supereminentiorem
habet viam,& supereminet scientię,& super omnia præcepta est,merito estis qua signi-
ficatur,desuper contexta perhibetur.Inconsutilis autem ne aliquando dissuatur, & ad
vnum peruenit,quia in vnum omnes colligit,sicut in Apostolis cum esset etiam ipse nu
merus duodenarius,id est,quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati: solus
Matt.16. Petrus respondit,Tu es Christus filius dei viui:& ei dicitur,Tibi dabo claues regni cœ
lorum,tanquam ligandi & soluendi solus acceperit potestatem, cum & illud vnus pro om
nibus dixerit,& hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit.
Ideo vnus pro omnibus,quia vnitas est in omnibus.Vnde hic cum dixisset,desuper cõ-
texta,addidit,per totum:quod si referamus ad id quod significat,nemo eius est expers,
qui pertinere ad totum inueniatur,à quo toto sicut Græca indicat lingua,catholica vo-

118 catur Ecclesia.In sorte autem quid nisi dei gratia comendata est? Sic quippe in vno ad
H omnes peruenit,cũ sors quoq; omnibus placuit, quia & dei gratia in vnitate ad omnes
peruenit,& cum sors mittitur,non personæ vel cuiuscunq; meritis, sed occulto iudicio
dei creditur.Nec ideo ista nõ aliquid boni significasse quis dixerit,quia per malos facta
sunt, non scilicet per eos qui Christum secuti,sed q sunt persecuti.Quid.n.de ipsa cruce
dicturi sumus, quę certe similiter ab inimicis atq; impiis Christo facta & impacta est?
Et tamen ea significari rectè intelligitur quod ait Apostolus,Quæ sit latitudo,longitu- Ephes.3.
do,& altitudo,& profundum.Lata est quippe in transuerso ligno,quò extenduntur pen
dentis manus,& significat opera bona in latitudine charitatis:longa est à transuerso li-
gno vsq; ad terrã,vbi dorsum pedesq; figuntur,& significat perseuerantiã in longitudi-
ne temporis vsq; in finem. Alta est in cacumine,quod per transuersum lignum sursum
versum excedit,& significat supernum finem quo cuncta opera referuntur, quoniã cun
cta quæ latitudine ac longitudine bene ac perseueranter fiunt,propter altitudinem di-
uinorum facienda sunt præmiorum.Profunda est in ea parte,qua in terram figitur: ibi
118 quippe & occulta est,nec videri potest,sed cuncta eius apparentia & eminentia inde cõ
I surgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ dei quæ comprehendi ac diiudicari
non potest,vniuersa procedunt.Sed etsi crux Christi hoc solũ significet quod ait Apo- Galat.5.
stolus,Qui autem Iesu Christi sunt,carnem suam crucifixerunt cum passionibus & cõ
cupiscentiis,quam magnum bonum est? Nec tamen facit hoc nisi concupiscens aduer-
sus carnem spiritus bonus,cum illam crucẽ Christi fecerit inimicus,id est, spiritus ma-
lus:Postremo quid est quod omnes nouerunt signum Christi,nisi crux Christi? Quod
signum nisi adhibeatur,siue frontibus credentium, siue ipsi aquę qua regenerantur,
siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perfi-
citur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quando per
crucem Christi quam fecerunt mali,in celebratione sacramentorum eius bonum nobis
omne signatur? Sed hæc hactenus: quæ autem sequuntur, alias, vt deus opitulabi-
118 tur differenda videbimus.
K

De eo quod dicit,Et milites quidem hæc fecerunt: vsq; ad id quod
ait,inclinato capite tradidit spiritum.

Tractatus. CXIX.

De Cap. XIX.

CRucifixo domino posteaquam diuisio vestimentorum eius etiam sorte missa cõ-
pleta est,quæ deinde narrat Ioannes Euangelista videamus: Et milites quidem,
inquit,hæc fecerunt.Stabãt autem iuxta crucem Iesu,mater eius, & soror matris
eius,Maria Cleophæ,& Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipu-
lum stantem quem diligebat,dicit matri suæ:Mulier,ecce filius tuus:deinde dicit disci-
pulo,Ecce mater tua.Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.)Hæc nimirũ est illa
hora,de qua Iesus aquã conuersurus in vinum,dixerat matri,Quid mihi & tibi est mu- Ioan.2.
lier:nondum venit hora mea.Hanc itaq; horam prædixerat,quæ tunc nondum venerat Supra Tra
in qua deberet agnoscere matrem moriturus,de qua fuerat mortaliter natus.Tũc ergo ctat.8.
118 diuina facturus,non diuinitatis,sed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat:
L nunc aut humana iam patiens ex qua fuerat factus homo,affectu commendabat huma
no:tunc.n.qui Mariam creauerat,innotescebat in virtute;nunc vero quem Maria pepe
rerat,pendebat in cruce. Moralis,igitur insinuatur locus, facit quod faciendum admo-
net,& exemplo suo suos ministros instruxit perceptor bonus,vt à filiis piis impendatur
cura parentibus, tanquam lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathe
dra fuerit magistri docentis.Ex hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus quod do
cebat quando dicebat: Siquis autem suis & maximè domesticis non prouidet, fidem ne 1.Tim.5.
gauit,& est infideli deterior. Quid autem tam cuique domesticum quàm parentes filiis,
aut parentibus filii? Huius itaq; saluberrimi præcepti ipse magister sanctorũ de seipso
constituebat exemplum,quando non vt famulæ deus quam creauerat & regebat,sed vt
matri homo de qua creatus fuerat,& quam relinquebat, alterum pro se quodammodo
filium prouidebat:nam cur hoc fecerit,quod sequitur indicat:ait.n.Euangelista,Ex illa
hora accepit eam discipulus in sua:)De seipso dicens.Sic quippe commemorare solet,
quod eum diligebat Iesus,qui vtiq; omnes,sed ipsum præcæteris & familiarius dilige- Ioan.13.
bat,ita vt in conuiuio super pectus suum discumbere faceret;credo vt istius Euangelii

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod per eum fuerat prædicaturus, diuinam excellentiam hoc modo altius commẽda
ret. Sed in quæ sua Ioannes matrem domini accepit? Neq; n. non ex eis erat qui dixerũt
Matt. 19. ei, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te: sed ibi quoq; audierat, Quicunq; ista
dimiserit propter me, accipiet in hoc seculo centies tantum. Habebat ergo discipulus
centupliciter plura quàm dimserat in quæ susciperet eius matrem, qui hæc illi donaue
Acto. 4. rat? Sed in ea societate beatus Ioannes receperat cẽtuplum, vbi nemo dicebat aliquid
2. Cor. 6. suum, sed erant illis omnia communia, sicut in Apostolorum Actibus scriptum est: Sic
Acto. 4. enim Apostoli erant quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Quomodo ergo matrẽ
magistri, & domini sui discipulus & famulus accepit in sua, vbi aliquid suum nemo dice
bant? An quia paulopost in eodem libro legitur: Quotquot enim possessores prædiorũ,
vel domorum erant, vendentes afferebant precia eorum, & ponebant ad pedes Apostolo
rum, distribuebatur autem vnicuiq; prout cuiq; opus erat: intelligendum est sic distri-
butum fuisse huic discipulo quod opus erat, vt illic etiam beatæ Mariæ tanquam ma-
tris eius portio poneretur? Magisq; sic debemus accipere quod dictum est, Ex illa hora
susceptit eam discipulus in sua: vt ad eius curã quicquid ei esset necessarium pertineret.
Susceptit ergo eam in sua, non prædia quæ nulla propria possidebat, sed officia quæ
propria dispensatione exequenda curabat: deinde subiungit, Postea sciens Iesus quia
omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo positũ erat
aceto plenum: illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt
ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est & inclinato capi-
te emisit spiritum.) Quis potest quæ facit ita disponere, quomodo disposuit homo ille
quæ passus est? Sed homo mediator dei & hominum, homo de quo prædictum legitur:
1. Timo. 2. Et homo est, & quis cognoscet eum? Quomodo homines per quos hæc fiebant, vide-
Isa. 53. bant hominem, sed non agnoscebant deum. Homo nanq; apparebat qui deus latebat:
patiebatur hæc omnia qui apparebat, & idem ipse disponebat hæc omnia qui latebat.
Vidit ergo quia consummata sunt omnia quæ oportebat vt fierent antequam accipe-
ret acetum & traderet spiritum, atq; vt hoc etiam consummaretur quod scriptura præ-
Psal. 68. dixerat, Et in siti mea potauerunt me aceto: Sitio, inquit, tanquam diceret, hoc minus
fecistis, date quod estis. Iudæi quippe ipsi erant acetum, degenerantes à vino patriar-
charum, & prophetarum, & tanquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleti,
cor habentes velut spongiam, cauernosis quodammodo atq; tortuosis latibulis fraudu-
lentum. Hyssopum autem cui circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam her
ba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus, quã
Psal. 50. circundederunt, & se circumuenisse putauerunt. Vnde est illud in Psalmo: Asperges me
Philip. 2. hyssopo, & mundabor. Christi nanq; humilitate mundamur, quia nisi humiliasset se-
metipsum, factus obediens vsq; ad mortem crucis, non vtiq; sanguis eius in peccatorũ
remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus. Nec moueat quomodo
Matt. 27. spongia ori eius potuit admoueri, qui in cruce fuerat exaltatus à terra: sicut enim apud
Marci. 15. alios Euangelistas legitur, quod hic prætermisit, in arundine est factum, vt in spongia
talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinem vero scriptura significabatur
quæ implebatur hoc facto: sicut enim lingua dicitur vel Græca, vel Latina, vel alia quę-
libet sonum significans, qui lingua promitur: sic arundo dici potest litera quę arundine
scribitur, sed sonos significantis vocis humanę vsitatissime dicimus linguas: scripturas
vero arundinem dici, quo minus est vsitatum, eo magis est mystice figuratum. Facie-
bat ista populus impius, patiebatur ista misericors Christus. Qui faciebat, quod face-
ret nesciebat: qui patiebatur autem non solum quid fieret, sed & cur fieret sciebat, ve-
rumetiam de malefacientibus bene ipse faciebat. Cum ergo accepisset Iesus acetum di-
xit: Consummatum est:) Quid nisi quod prophetia tanto ante tempore prędixerat?
Ioan. 10. Deinde quia nihil remanserat, quod antequam moreretur fieri adhuc oporteret, tan-
quam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, per
actis omnibus quę vt peragerentur expectabat, inclinato capite tradidit spiritum.
Quis ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est quando voluit? Quis ita
vestem deponit quando voluerit, sicut se carne exuit quando voluit? Quis ita cum
voluerit, abit, quomodo cum voluerit obiit? Quanta speranda potestas est iudican-
tis, si apparuit tanta morientis.

De eo

De eo quod dicit, Iudæi ergo quoniam parasceue erat vt non remanerent
119 in cruce corpora sabbato: vsque ad id quod ait, Nondum enim
D sciebant scripturam, quia oportuit eum à mortuis resur-
gere. Tractatus. CXX. De cap. XIX.

POsteaquã dñs Iesus peractis omnibus quæ ante suã morte peragi oportere præscie-
bat, quando voluit tradidit spiritum, quæ deinde secuta sunt, Euangelista narrante
videamus. Iudæi ergo, inquit, qm̃ parasceue erat, vt nõ remaneret in cruce corpora sab
bato: erat n. magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatũ vt frangerentur eorum crura
& tollerentur.) Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur vt morerentur,
& auferrentur de ligno, ne pendentes in crucibus, magnum diem festũ sui diutni crucia
tus horrore fœdarent. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius
qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum aũt cũ venissent, vt viderunt eum iam mortuũ, nõ
fregerunt eius crura, sed vnus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit san-
guis & aqua.) Vigilanti verbo Euangelista vsus est vt non diceret, latus eius percussit,
aut vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, vt illic quodammodo vite ostium panderе-
119 tur, vnde sacramenta Ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, nõ
E intratur. Ille sanguis in remissionẽ fusus est peccatorũ: aqua illa salutare temperat po-
culum, hæc & lauacrũ præstat & potũ. Hoc prænunciabat quõd Noe in latere arcę ostiũ Gene. 6.
facere iussus est, qua intrarent animalia quæ nõ erant diluuio peritura, quibus præfigu Gene. 2.
rabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appel-
lata est vita mater̃q; viuorũ. Magnũ quippe significauit bonũ ante magnũ præuaricatio
nis malũ. In habitu iacentis & dormientis hic secundus Adam inclinato capite in cruce
dormiuit, & vnde ei formaretur coniux, quod de latere dormientis effluxit. O mors
vnde mortui reuiuiscũt? quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius? Et
qui vidit, inquit, testimoniũ perhibuit, & verũ est testimoniũ eius, & ille scit quia vera
dicit, vt & vos credatis.) Non dixit, vt & vos sciatis: sed, vt credatis: scit. n. qui vidit, cu-
ius credat testimonio qui nõ vidit: magis aũt ad fidẽ credere pertinet q̃ videre: nã quid
est aliud credere, quã fidẽ accõmodare? Facta sunt. n. hæc inquit, vt scriptura impleretur
119 Os non cõminuetis ex eo: & iterũ alia scriptura dicit, Videbunt in quem confixerunt.)
F Duo testimonia de scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narrauit: nã qa Exod. 12.
dixerat, Ad Iesum aũt cũ venissent, vt viderunt eum iã mortuũ, non fregerunt eius cru Zach. 12.
ra: ad hoc pertinet testimonium, Os non comminuetis ex eo, quod præceptũ est eis qui Apoca. 1.
celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione in veteri lege, quæ dominicę passionis vm
bra præcesserat, unde pascha nostrũ immolatus est Christus, de quo & Esaias Propheta 1. Cor. 5.
prædixerat: Sicut ouis ad immolandũ ductus est. Item quia subiũxerat dicẽs: Sed vnus Esaiæ. 53.
militũ lancea latus eius aperuit: ad hoc pertinet alterũ testimoniũ, Videbunt in quẽ cõ
fixerũt: vbi promissus est Christus, in ea qua crucifixus est carne venturus. Post hæc
autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, eo quòd esset discipulus Iesu, occul-
tus autem propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Ve-
nit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte
primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum.) Non ita di-
119 stinguendum est vt dicamus primum ferens mixturam myrrhæ, sed, vt quod dictum
G est, primum, ad superiorem sensum pertineat: Venerat enim Nicodemus ad Iesum
nocte primum, quod idem Ioannes in prioribus Euangelii sui partibus manifestat.
Hic ergo intelligendum est ad Iesum, non tunc solum, sed tunc primum venisse Ni- Ioan. 3.
codemum, venisse autem postea ut fieret audiendo discipulus, quod certe modo in
reuelatione corporis beatissimi Stephani ferè omnibus gentibus declaratur. Acce-
perunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus sicut mos est Iu-
dæis sepelire.) Non mihi uidetur Euangelista frustra dicere uoluisse, sicut mos est Iu-
dæis sepelire: ita quippe, nisi fallor, admonuit in huiusmodi officiis quæ mortuis
exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem in loco ubi crucifi-
xus est hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus
erat.) Sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est:
ita in hoc monumẽto nemo aũ illũ, nemo post illũ sepultus est. Ibi ergo, ppter parasceuẽ
Iudæorum, quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum.) Accelerată uult intelligi

De cap. XX.

sepulturam,ne adueſperaſceret,quando iam propter paraſceuē, quam cœnam purā ſa-
dæi Latinæ vſitatius apud nos vocant,facere tale aliquid non licebat. Vna autē ſabbati
Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ eſſent ad monumentum,& vidit lapi
dem ſublatum à monumento.) Vna ſabbati eſt,quem iam diem dominicum propter do
mini reſurrectionem mos Chriſtianus appellat, quem Matthæus ſolus in Euangeliſtis
Matt.28. primam ſabbati nominauit. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum & ad alium di
ſcipulum quem diligebat Ieſus,& dicit eis: Tulerunt dominum de monumento, & ne-
ſcio vbi poſuerunt eum.) Nonnulli codices ēt Græci habent, tulerunt dominum meū,
quod videri dictum poteſt propenſiore charitatis vel famulatus affectu,ſed hoc in plu-
ribus codicibus quos in promptu habuimus,non inuenimus. Exiit ergo Petrus & ille
alius diſcipulus & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul,& ille alius
diſcipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.) Aduertenda hic
& commendanda eſt recapitulatio, quomodo reditum eſt ad id quod fuerat prætermiſ-
ſum,& tanquam ſi hoc ſequeretur adiunctum eſt. Cum enim iam diſſiſſet, venerunt ad
monumentum, regreſſus eſt vt narraret quomodo venerunt,atque ait,Currebant au-
tem duo ſimul,&c. Vbi oſtendit quod præcurrens ad monumentum prior venerit alius
ille diſcipulus,quem ſeipſum ſignificat, ſed tanquam de alio, more ſanctæ ſcripturæ
cuncta narrat. Et cum ſe inclinaſſet,inquit,vidit poſita linteamina, non tamen intro-
iuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum,& introiuit in monumentum, & vidit lin-
teamina poſita & ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus po
ſitum,ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.) Putamūs ne nihil iſta ſignificant? Ne-
quaquam hoc putauerim: ſed ad alia feſtinamus, in quibus immorari quæſtionis vel
obſcuritatis alicuius neceſsitate compellimur: nam iſta quæ per ſeipſa manifeſta ſunt,
quid ſingula etiam ſignificent, quærere ſanctæ quidem delitiæ ſunt, ſed otioſorum,qui
nō ſumus nos. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumen
tum.) Prior venit, & poſterior intrauit. Neque hoc vtiq; vacat, ſed mihi ad iſta non
vacat. Et vidit, inquit, & credidit.) Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Io-
annem credidiſſe, quod Ieſus reſurrexerit, ſed quod ſequitur, hoc non indicat. Quid
ſibi enim vult quod ſtatim adiunxit: Nondum enim ſciebant ſcripturam, quia opor-
tebat eum à mortuis reſurgere?) Non ergo eum credidit reſurrexiſſe, quem neſciebat
oportere reſurgere. Quid ergo vidit, quid credidit? Vidit ſcilicet inane monumentum,
& credidit quod dixerat mulier eum de monumento eſſe ſublatum. Nondum enim ſcie-
bant ſcripturam,quia oporteret eum à mortuis reſurgere: & ideo quando id ab ipſo do-
mino audiebant, quamuis apertiſsime diceretur conſuetudine audiendi ab illo para-
bolas, non intelligebant & aliquid aliud eū ſignificare credebant. Sed ea quæ ſequun-
tur, in ſermonem alium differamus.

De cap. XX.

De eo quod dicit, Abierunt ergo iterum ad ſemetipſos diſcipuli: vſq; ad id, Beati qui non viderunt & crediderunt. Tractatus. CXXI.

SVblatū eſſe dīm de monumento, diſcipulis eius Petro & Ioanni nunciauerat Maria Magdalene. Quò illi venientes, inuenerunt ſola linteamina, quibus corpus fuerat inuolutū. Et quid aliud credere potuerunt, niſi quod illa dixerat, & quod etiam ipſa cre-
diderat? Abierunt ergo iterū ad ſemetipſos diſcipuli:) Id eſt, vbi habitabant, & vnde ad
monumentū cucurrerant. Maria autē ſtabat ad monumentū foris plorans.) Viris enim
recedentibus, infirmiorem ſexum in eodem loco fortior figebat affectus, & oculi qui do-
minū quæſierant & non inuenerant, lacrymis iam vacabant, amplius dolētes quod fue-
rat de monumento ſublatus, quā qd fuerat in ligno occiſus, qm magiſtri tanti, cuius eis
vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaq; ad monumentum iam do
lor iſte mulierem. Cum ergo fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentū.) Cur hoc
fecerit neſcio, non enim neſciebat non ibi eſſe iam quē quærebat, quandoquidem inde
ſublatū diſcipulis ipſa nunciauerat,& illi ad monumentū venerant,& non ſolū intuen
do, ſed etiam intrando corpus domini quæſierant, nec inuenerant. Quid ſibi ergo vult
quod iſta cum fleret, rurſum in monumentum inclinata proſpexit? Vtrum quod nimiū in-
dolebat, nec ſuis nec illorum oculis facile putabat eſſe credendum? an potius diuino in-
ſtinctu in animo eius effectum eſt vt proſpiceret? Proſpexit enim. Et vidit duos angelos
in albis ſedentes, vnū ad caput,& vnū ad pedes, vbi poſitū fuerat corpus Ieſu.) Quid

eſt quod vnus ad caput,& ad pedes alter ſedebat? An quoniam qui Græce ἄγγελοι dicun-
tur, Latine ſunt nuncii, iſto modo Chriſti Euangelium velut à capite vſq; ad pedes, ab
initio vſq; in finem ſignificabant eſſe nunciandum? Dicunt ei illi, Mulier quid ploras?
Dicit eis: quia tulerunt dominum meum,& neſcio vbi poſuerunt eū.) Angeli lacrymas
prohibebant, vbi quid aliud quā futurū quodāmodo gaudium nunciabant? Ita enim di
xerunt, quid ploras? Ac ſi dicerent, noli plorare. At illa eos putans interrogaſſe neſcien-
tes, cauſas prodidit lacrymarum. Quia tulerunt, inquit, dominū meū.) Dominū ſuum
vocans corpus exanime domini ſui, à toto partem ſignificans, ſicut omnes confitemur
Ieſum Chriſtum filium dei vnicum dominum noſtrum, quod vtiq; ſimul eſt & verbū
& anima & caro: crucifixum tamen & ſepultum, cum ſola eius ſepulta ſit caro. Et neſcio
inquit, vbi poſuerunt eum.) Hæc erat cauſa maior doloris, quia neſciebat quò iret ad
conſolandum dolorem. Sed hora iam venerat, vt id quod nunciatum quodammodo fue
rat ab angelis flere prohibentibus, gaudium ſuccederet fletibus. Denique cum hæc di-
xiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat quia Ieſus eſt: Dicit
ei Ieſus: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit
ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eū tollā: Dicit ei Ie-
ſus, Maria conuerſa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter.) Nemo calumnietur
mulieri quod hortulanum dixerit dominum, & Ieſum magiſtrū. Ibi enim rogabat, hic
agnoſcebat. Ibi honorabat hominem à quo beneficium poſtulabat, hic recolebat docto
rem à quo diſcernere humana & diuina diſcebat. Appellabat dominum, cuius ancilla nō
erat, vt per eum perueniret ad dominum, cuius ancilla erat: Aliter ergo dominum dixit
ſuſtulerunt dominum meum: aliter autem, domine ſi tu ſuſtuliſti eum: nam & Prophe
tæ appellauerunt dominos eos, qui homines erant, ſed aliter illum de quo ſcriptum eſt,
Dominus nomen ei Sed iſta mulier quæ iam fuerat conuerſa retrorſum, vt videret Ie- Pſal.83.
ſum, quando eum putauit eſſe hortulanum, & cum illo vtiq; loquebatur, quomodo rur-
ſus, conuerſa dicitur vt ei diceret, rabboni, niſi quia tunc conuerſa corpore, quod non
erat putauit: nunc corde conuerſa, quod erat agnouit? Dicit ei Ieſus: Noli me tangere,
nondum enim aſcendi ad patrem meum: vade autem fratres meos & dic eis, aſcendo ad
patrē meum, & patrē veſtrum, deum meum, & deum veſtrum.) Eſt in his verbis quod
breuiter quidem, ſed tamen attentius pertractare debemus. Ieſus quippe mulierem, quę
illum magiſtrum agnouit & appellauit, cum hæc ei reſponderet, fidem docebat, & hor-
tulanus ille in eius corde, tanquā in horto ſuo granum ſynapis ſeminabat. Quid eſt er-
go: noli mē tangere? Et tanquā huius phibitionis cauſa quæreretur adiunxit: nondum
enim aſcendi ad patrem meū. Quid eſt hoc? ſi ſtans in terra nō tangitur, ſedens in cœlo
quōmō ab hominibus tangetur? Qui certe antequā aſcenderet, diſcipulis ſe tangēdum
obtulit dicens, ſicut Lucas Euangeliſta teſtatur: Palpate & videte, quia ſpūs carnē & oſſa Luc.24.
nō habet, ſicut me videtis habere, vel qn dixit diſcipulo Thomæ, Infer digitū tuū huc,
& vide manus meas, & affer manū tuā, & mitte in latus meū. Quis aūt tam ſit abſurdus,
vt dicat eū à diſcipulis quidē antequā ad patrē aſcendiſſet, voluiſſe ſe tangi, à mulierib⁹
aūt noluiſſe, niſi cū aſcendiſſet ad patrē? Sed nec ſic, q vellet, deſipere ſineretur. Legūtur
n. etiā fœminæ poſt reſurrectionē antequā ad patrē aſcenderet, tetigiſſe Ieſum, in qbus
erat etiā ipſa Maria Magdalene narrante Matthæo, quod occurrerit illis Ieſus dicens: Matt.28.
Auete. Illæ aūt acceſſerunt, inquit, & tenuerunt & pedes eius, & adorauerunt eū. Hoc à
Ioanne prætermiſſum eſt, ſed à Matthæo verū dictum eſt: Reſtat ergo vt aliquid in his Ioan.10.
verbis lateat ſacramentum, quod ſiue inueniamus, ſiue inuenire minime valeamus, in-
eſſe tamen nullo modo dubitare debemus. Aut ergo ſic dictū eſt, noli me tangere, non-
dum enim aſcendi ad patrem meū, vt in illa fœmina figuraretur Eccleſia de gentibus,
quæ in Chriſtū nō credidit, niſi cum aſcendit ad patrem: aut ſic in ſe credi voluit Ieſus,
hoc eſt, ſic ſe ſpiritaliter tangi, quod ipſe & pater vnū ſint. Eius quippe intimis ſenſibus
quodammodo aſcendit ad patrem, qui ſic in eo profecerit, vt patri agnoſcat æqualem:
aliter non recte tangitur, id eſt, aliter non recte in eum creditur. Poterat autem ſic crede
re Maria, vt eum putaret imparem patri, quod vtiq; prohibetur cum ei dicitur, Noli me
tangere: id eſt, noli in me ſic credere quemadmodum adhuc ſapis. Noli tuum ſenſum †aliàs fa-
huc uſq; pertendere, quod pro te factus ſum, nec tranſire illud per quod facta es.† Quo ctus ſum,
modo enim non carnaliter adhuc in eum credebant, quem ſicut hominem flebat? Non- ne pertin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gere ad illum non possis per quem facta es.

dum enim ascendi,inquit,ad patrem meum.Ibi me tanges, quando me credideris patri non imparem deum.Vade autem ad fratres meos & dic eis:ascendo ad patrem meum & patrem vestrum:non ait patrem nostrum:aliter ergo meum,aliter vestrum:natura me- 120
um,gratia vestrum.Est deum meum & deum vestrum:neq; hic dixit,deum nostrũ,ergo D
& hic aliter meum,aliter vestrum:deum meum sub quo & ego homo sum: deum vestrũ
inter quos & ipsum mediator sum.Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia
vidi dominum,& hæc dixit mihi.Cum esset ergo sero die illa vna sabbatorum, & fores
essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus &
stetit in medio,& dixit eis,Pax vobis,& cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.)
Claui enim manus fixerant,lancea latus eius aperuerat, vbi ad dubitantium corda sa-
nanda,vulnerum sunt seruata vestigia.Moli autẽ corporis vbi diuinitas erat,ostia clau-
sa non obstiterunt.Ille quippe non eis apertis intrare potuit;quo nascẽte virginitas ma
tris inuiolata permansit.Gauisi sunt ergo discipuli viso domino.Dixit ergo eis iterum:
Pax vobis.) Iteratio confirmatio est, ipse quippe dat per Prophetam promissam pacem
super pacem.Sicut misit me pater,inquit,& ego mitto vos.) Aequalem patri filium no-
uimus, sed hic verba mediatoris agnoscimus.Medium quippe se ostendit dicendo: ille
me,& ego vos:Hæc autem cum dixisset:insufflauit & dixit eis,Accipite spiritũ sanctũ.) 120
Insufflando significauit spiritum sanctum non patris solius esse spiritum, sed & suum. E
4. sentent. dist. 18. c. Nec ideo. Quorum remiseritis,inquit,peccata remittuntur eis,& quorũ retinueritis retẽta sunt.) Ecclesiæ charitas,quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participũ suorum peccata dimittit:eorum autem qui non sunt eius participes tenet, ideo posteaquam dixit,Accipite spiritum sanctum:hoc continuo de peccatorum remissione ac detentione subiecit : Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis,quando venit Iesus.Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus dominum.Ille autem dixit eis:Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum,& mittam digitum meum in locum clauorum,& mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & Thomas cum eis.Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio,& dixit eis,Pax vobis:deinde dicit Thomæ,Infer digitum tuum huc,& vide manus meas,& affer manum tuam, & mitte in latus meum,& noli esse incredulus, 120
sed fidelis. Respondit Thomas & dixit: Dominus meus & deus meus.) Videbat tange- F
batq; hominem,& confitebatur deum,quem non videbat,neq; tangebat. Sed per hoc
quod videbat atq; tangebat,illud iam remota dubitatione credebat.Dicit ei Iesus,quia
vidisti me credidisti.)Non ait tetigisti me sed,vidisti me: quoniam generalis quodam-
modo sensus est visus : nam & per alios quatuor sensus nominari solet: velut cum dici-
mus,audi & vide quã bene sonet,olfac & vide quã bene oleat;gusta & vide quã bene sa-
piat,tange & vide quã bene caleat.Vbiq; sonuit vide, cũ visus proprie non negetur ad
oculos pertinere.Vnde & hic ipse dominus: Infer,inquit,digitum tuum huc,& vide ma-
nus meas: quid aliud ait,quã tange & vide:Nec tamen oculos ille habebat in digito.Ergo siue intuendo,siue etiam tangendo,quia vidisti me,inquit,credidisti, quamuis dici
posit non ausum fuisse discipulum tangere,cum se offerret ille tangendum, non enim
scriptum est,& tetigit Thomas: sed siue aspiciendo tantum,siue etiam tangendo viderit
& crediderit,illud quod sequitur,magis gentium fidem prædicat atq; commendat: Bea- 120
ti qui non viderunt & crediderunt.) Præteriti temporis vsus est verbis, tanquã ille qui
quod erat futurum,in sua nouerat prædestinatione iam factũ.Sed iam sermo iste à pro- G
lixitate cohibendus est. Donabit dominus,vt de his quæ restant,aliàs disputemus.

De eo quod dicit,Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum : vsque ad id quod ait Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus, & cum tanti essent,non est scissum rete. Tractatus. CXXII.

De cap. 20. & 21. POst narrationem rei gestæ,in qua Thomas oblatis sibi tangendis in Christi carnẽ vulnerũ locis,vidit quod credere nolebat, & credidit, interponit hæc Euangelista Ioannes & dicit:Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum,quæ non sunt scripta in libro hoc.Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus filius dei,& credentes vitã habeatis in nõie eius.)Hoc capitulũ velut libri

libri huius indicat finẽ:sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestauerit dñs ad mare Tyberiadis,& in captura piscium cõmendauerit Ecclesiæ sacramentum, qualis 120
futura est vltima resurrectio mortuorũ.Ad hoc itaq; cõmendandum valere arbitror,qd
H tanquã finis interpositus est libri,qd esset etiam secuturæ narrationis quasi procemiũ,
qd ei quodãmodo faceret eminentiorẽ locũ,quæ narratio incipit ita : Postea manifestauit se iterũ Iesus ad mare Tyberiadis,manifestauit aũt sic.Erant simul Simõ Petrus & Cap. XXI.
Thomas,qui dicitur Didymus,& Nathanael,qui erat à Chana Galilææ,& filii Zebedei,
& alii ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari: dicunt ei,Venimus &
nos tecum.) Quæri solet de hac piscatione discipulorum,cur redierit Petrus & filii Ze- Matt. 4.
bedæi ad id qd fuerunt priusquã à domino vocarentur, erant.n.piscatores quando eis
dixit,Venite post me,& faciam vos fieri piscatores hominũ.Tunc eum quippe illi secuti
sunt, vt magisterio eius relictis omnibus adhærerent,intantum vt cũ ab eo diues ille tri
stis abscederet,cui ipse dixerat: Vade,vende quæ habes,& da pauperibus,& habebis the Matt. 19.
saurum in cœlo,& veni sequere me:diceret ei Petrus,Ecce nos dimisimus omnia,& secu
ti sumus te.Quid est ergo qd nunc quasi apostolatu relicto fiunt qd fuerunt,& qd dimi 120
serant,repetunt,tanquã obliti qd audierant:Nemo mittens manũ super aratrum, & re- Lucæ. 9.
I spiciens retro,aptus est regno cœlorum?Quod si fecissent defuncto Iesu priusquã resur
rexisset à mortuis,quod quidẽ non poterant,quoniã dies quo crucifixus est, totos eos
tenebat attonitos,vsq; ad eius sepulturam,quæ ante vesperã facta est.Sequẽs autẽ dies
erat sabbati,quando eis morẽ patriũ seruantibus,operari vtiq; non licebat.Tertio verò
die dñs resurrexit,eosq; reuocauit ad spem,quã de illo non habere iã cœperant:tamen si
tunc fecissent putaremus eos illa,quæ animos eorum occupauerat desperatione feciss:
nunc vero post eum sibi de sepulcro redditum viuum,post oblatam suis oculis & manibus,non solum videndam,verumetiam tangendam atq; palpandam redituitæ carnis e-
uidentissimam veritatem,post inspecta vulnerum loca,vsque ad Apostoli Thomæ con
fessionem,qui se aliter crediturum non esse prædixerat,post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum,post verba in suas aures eius ore prolata, Sicut misit me pater &
ego mitto vos,quorum remiseritis peccata remittuntur eis : & quorum retinueritis,re- 120
tenta sunt: subito fiunt sicut fuerant,non hominum,sed piscium piscatores. His ergo, 4.
K quos hoc mouet,respondendum est,non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atq;
concessa victum necessarium quærere,sui apostolatus integritate seruata,si quãdo vnde
viuerent aliud non haberet: nisi forte quispiam putare audebit,aut dicere, Apostolum
Paulũ non pertinuisse ad eorũ perfectionẽ,qui relictis omnibus Christum secuti sunt, Matth. 19.
quoniam ne quenquã eorum grauaret,quibus Euãgelium prædicabat,suum victũ suis 2. The. 4.
manibus trãligebat,vbi magis impletũ est qd ait,Plus omnibus illis laboraui: & adiun
xit:Non aũt ego,sed gratia dei mecum:vt hoc quoq; appareat dei gratiæ deputandum, 1. Cor. 15.
qd & animo & corpore poterat vsq; adeo plus illis omnibus laborare,vt neq; cessaret ab
Euangelio prædicando,neq; tamen ex Euangelio sicut illi sustentaret hanc vitã,cum id
per tot gentes,in quibus Christi nomen non fuerat prophetatum,multo latius atq; fer-
tilius seminaret.Vbi ostendit ex Euangelio viuendi,hoc est,victum habendi,non neces
sitatem Apostolis impositam,sed potestatẽ datam Quam potestatẽ commemorat idem
Apostolus dicens: Si nos vobis spiritalia seminauimus,magnũ est si vestra carnalia me- 1. Cor. 9.
tamus:Si alii potestatis vestræ participes sunt,nó magis nos? Sed non sumus, inquit,vsi
L hac potestate.Et paulopost: Qui altario seruiunt,inqt,altario compartiuntur : sic & dñs
ordinauit his,qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere:ego autem nullo horũ
vsus sum.Satis igitur apertũ est,non imperatum,sed in potestate Apostolis positum, vt
aliunde non viuerent,nisi ex Euangelio,& ab eis quibus Euangelium prædicando spiri
talia seminabant,carnalia meterent,hoc est,carnis cuius sustentaculũ sumerent, & tan-
quã milites Christi,stipendium debitum acciperent,sicut à principalibus Christi: vnde
idem ipse miles egregius paulò superius,de hac re dixerat : Quis militat suis stipendiis 1. Cor. 9.
vnquã:Quod tamẽ ipse faciebat,quia plus illis omnibus laborauit.Si ergo beatus Pau- 1. Cor. 15.
lus vt ea potestate quã profecto cum cæteris Euangelii prædicatoribus habebat, nõ cũ
cæteris vteretur,sed suo stipendio militaret,ne gentes à nomine Christi penitus alienas
doctrina eius quasi venalis offenderet,aliter educatus, artem quam non nouerat didi-
cit,vt dum suis manibus transigitur doctor,nullus grauaretur auditor: quanto magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad præsens illud tempus
aliud vnde viueret non inuenit? Sed respondebit quispiam: Et cur non inuenit, cum do
Matt.6. minus promiserit dicens: Quærite primum regnum dei & iustitiā eius, & hæc omnia ap
ponentur vobis. Prorsus etiam sit dominus quod promisit impleuit: nam quis alius pi
sces, qui caperentur apposuit, qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam,
qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculū, vt simul &
prædicatores Euangelii sui pasceret, & ipsum Euangelium tanto sacramento, quod erat
de numero piscium, commendaturus augeret: De qua re etiam nos quod ipse apposue
rit, dicere iam debemus, Dicit ergo Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei, qui cum illo
erant: venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderūt in nauim, & illa nocte nihil pren
diderunt. Mane autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipu
li quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Respondē
runt, non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigii rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam
non valebant illud trahere à multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem dilī
gebat Iesus, Petro: dominus est. Simō Petrus cum audisset quia dominus est, tunica sue
cinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio venerunt.
Non. n. longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Vt ergo de
scenderunt in terram, viderūt prunas positas, & piscē suppositū, & panē. Dicit eis Iesus:
Afferte de piscibus quos prendidistis nūc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrā
plenū magnis piscibus, centū quinquaginta tribus. Et cū tanti essent, non est scissum re
te.) Hoc est magnū sacramentu in magno Ioannis Euangelio, & vt vehementius com
mendaretur, loco vltimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerunt in ista piscatio
ne, Petrus & Thomas, & Nathanael, & duo filii Zebedæi, & alii discipuli eius duo, quorū
nomina tacentur, isti suo septenario numero finē significant tēporis: vniuersum quip
pe septem diebus voluitur tempus. Ad hoc pertinet quod mane facto Iesus stetit in lit
tore, quia etiā littus finis est maris, & ideo finē significat seculi. Eundē finem seculi osté
dit, & quod Petrus & rete traxit in terrā, hoc est in littus. Quod ipse dominus aperuit,
vbi alio quodam loco de sagena in mare missa similitudinē dedit, & eam trahunt, inqt,
Matt,13. ad littus. Quod littus quid esset, exponens ait: Sic erit in cōsummatione seculi. Sed il
la verbi est, non rei gestæ parabola. Re autē gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine fu
tura sit, ita dominus alia piscatione significauit Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autē
illud fecit in initio prædicationis suæ, hoc vero post resurrectionē suam, hic ostendit il
lā capturā piscium, bonos & malos significare, quos nunc habet Ecclesia: istam vero tan
tūmodo bonos, quos habebit in æternū, cōpleta in fine huius seculi resurrectione mor
tuorū: deniq; ibi Iesus non sicut hic in littore stabat, quando iussit pisces capi: sed ascē
Luc.5. dens in vnam nauim, quæ erat Simonis rogauit eum vt à terra reduceret pusillum, & in
ea sedens docebat turbas. Vt cessauit aūt loqui, dixit ad Simonē. Duc in altum, & laxate
retia vestra in capturam. Et illic quod captum est piscium in nauiculis fuit, nō sicut hic
rete extraxerunt in terram. His signis & siqua alia poterunt reperiri, ibi Ecclesia in hoc
seculo, hic vero in fine seculi figurata est: ideo illud ante, hoc autem post resurrectionē
domini factum est, quia ibi nos Christus significauit vocatos, hic resuscitatos. Ibi retia
non mittuntur in dexteram, ne solos significent bonos, nec in sinistram, ne solos malos
sed indifferenter, laxate, inquit, retia vestra in capturam, vt permistos intelligamus bo
nos & malos: hic autem, inquit, mittite in dexteram nauigii rete, vt significaret eos qui
stabant ad dexteram solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata rumpebatur:
hic vero quoniam tunc in illa summa pace sanctorum nulla erunt schismata, pertinuit
ad Euangelistam dicere, & cum tanti essent, id est, tam magni, non est scissum rete, tanq;
illud respiceret vbi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonū.
Ibi capta est multitudo piscium tāta, vt impleta duo nauigia mergerentur, id est, in sub
mersionem premerentur: non enim mersa sunt, sed tantum perichtata. Vnde enim exi
stunt in Ecclesia tanta quæ gemimus, nisi cum tantæ multitudini obsisti nō potest, quę
ad submergendā propemodū disciplinam intrat, cum moribus suis à sanctorum itinere
penitus alienis? Hic autē miserunt rete in dexteram partem, & iam non valebant illud
trahere præ multitudine piscium. Quid est, iam nō valebant illud trahere, nisi quia illi
qui pertinent ad resurrectionē vitæ, id est, ad dexterā, & intra Christiani nominis retia

defunguntur, non nisi in littore, id est, in fine seculi cum resurrexerint, apparebūt? Ideo
non valuerunt sic trahere retia, vt in nauem refunderent quos ceperant pisces, sicut de
illis omnibus factum est, quibus rete diruptum, & nauiculæ pressæ sunt. Habet aūt istos
dextros Ecclesia post finem vitæ huius in somno pacis, velut in profundo latentes, do
nec ad littus rete perueniat quò trahebatur, quasi à cubitis ducentis. Quòd autem illic
duabus nauiculis propter circuncisionem & præputium, hoc isto loco ducentis cubitis
existimo figuratum, propter vtriusq; generis electos, & circuncisionis & præputii tan
quam centū ad centū, quia in summa centenarii numerus ad dexteram trālit. Postremo
in illa piscatione numerus piscium non exprimitur, tanquā illud ibi fiat quod prædictū
est per Prophetam: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hic Psal.39.
vero non sunt aliqui super numerum, sed certus est numerus centū quinquagintatres:
cuius numeri ratio domino adiuuante reddenda est: si. n. numerum constituamus qui
legem significet, quid erunt nisi decē? Decalogum quippe legis, id est, decem notissima Deu.9.
illa præcepta digito dei duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta, certissimum
nobis est. Sed lex quando non adiuuat, gratia præuaricatores facit, & tantummodo in li
tera est. Propter hoc. n. maxime ait Apostolus: Litera occidit, spūs aūt viuificat. Accedat 2.Cor.3.
ergo ad literā spiritus, ne occidat litera quē non viuificat spūs, sed vt operemur præce
pta legis, non viribus nostris, sed munere saluatoris. Cū autem accedit ad legem gratia,
id est, ad literā spiritus, quodāmodo denario numero additur septenarius. Isto quippe
numero, id est, septenario, significari spiritū sanctum aduertenda literarū sacrarum do
cumenta testantur. Nempe. n. sanctitas vel sanctificatio ad sanctū proprie pertinet spiri
tum: vnde cum & pater spiritus sit, & filius spiritus sit, quoniam deus spiritus est, & pa Ioan.4.
ter sanctus, & filius sanctus sit, proprio tamen nomine amborum spiritus vocatur spiri
tussanctus. Vbi ergo primum in lege sonuit sanctificatio, nisi in die septimo? Nō enim
sanctificauit deus diem primū in quo fecit lucem, aut secundum in quo firmamentum,
aut tertium in quo discreuit mare à terra, & terra herbam lignumq; produxit, aut quar
tum in quo sydera sunt creata, aut quintum in quo animalia quæ in aquis viuunt & in Gene.2.
aere volitant, aut sextum, in quo terrestris anima viua & ipse homo: sed sanctificauit diē
septimum, in quo requieuit ab operibus suis. Conuenienter igitur septenario numero
significatur spiritussanctus. Esaias etiā Propheta: Requieſcet, inquit, in eo spiritus dei, Esa.11.
eumq; deinceps commendans opere vel numero septenario: Spiritus, inquit, sapientiæ
& intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, impleuit illum
spiritus timoris dei. Quid in Apocalypsi? Nonne septē spiritus dei dicuntur, cū sit vnus Apoc.3.
atq; idem spiritus, diuidens propria vnicuiq; prout vult? Sed operatio septenaria vnius 1.Cor.12.
spiritus sic appellata est ab eodem spiritu, qui scribenti affuit, vt septē spiritus dicerē
tur. Cum itaq; legis denario spiritussanctus per septenarium numerum accedit, fiunt
decem & septem, qui numerus ab vno vsque ad seipsum computatis omnibus crescens,
ad centum quinquagintatres peruenit. Ad vnum. n. si adiicias duo, fiunt vtiq; tres, his
si adiicias tres & quatuor, fiunt decem: deinde si adiicias omnes numeros qui sequun
tur vsque ad decem & septem, ad supradictum numerū summa perducitur, id est, si ad
decem, quò ab vno vsque ad quatuor peruueneras, addas quinq; fiunt quindecim. His
addas sex, & fiunt viginti vnum: his addas septem, & fiunt viginti octo: his addas octo
& nouem decem, & fiunt quinquagintaquinq;: his addas vndecim & duodecim & trede
cim, & fiunt nonagintaunū: his rursum quatuordecim & quindecim & sedecim, & fiunt
centū triginta sex: huic numero adde illum qui restat de quo agitur, id est, decem & se
ptem, & piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantummodo centum quinqua
gintatres sancti ad vitam resurrecturi significantur æternam, sed milia sanctorū ad gra
tiam spiritus pertinentium, qua gratia cum lege dei tanquā cū aduersario concordatur
vt viuificante spiritu litera non occidat: sed quod per literam iubetur, spiritu adiuuan
te compleatur, & siquid minus fit, remittatur. Omnes ergo ad istam gratiam pertinētes,
hoc numero figurantur, hoc est, figurati significantur. Qui numerus ter habet etiā qn
quagenariū numerum & insuper ipsa tria propter mysteriū trinitatis. Quinquagena
rius aūt multiplicatis septem per septem, & vnius adiectione completur: nam septies se
ptem fiunt quadragintanouem. Vnus autem additur, vt eo significetur vnum esse, qui
per septem propter operationem septenariam demonstratur: & nouimus spiritum san

Act.2. ctum post ascensionē domini quinquagesimo die missum,quē discipuli iussi sunt expe-
ctare promissum.Non igitur frustra dicti sunt hi pisces,& tot & tanti;id est, & centū qu-
quaginta tres,& magni;sic.n scriptū est:Et traxit rete in terrā plenū magnis piscibus cē H
Matt.5. tum quinquagintatribus. Cū.n. dixisset dñs:Non veni soluere legē, sed implere, datu-
rus vtiq; spūm,per quē lex posset impleri,tanquā septē additurus ad decē, pauci simis
verbis interpositis ait:Qui ergo soluerit vnū de mandatis istis minimis, & docuerit sic
homines,minimus vocabitur in regno cœlorū:qui aūt fecerit & docuerit, magnus vo-
cabitur in regno cœlorum:iste ergo poterit pertinere ad numerū piscium magnorum.
Minimus autem ille qui soluit factis quod docet verbis,in tali Ecclesia potest esse,qualē
significat piscium prima illa captura,habentē bonos & malos,quia & ipsa dicitur regnū
Matt.13. cœlorū,,pter quod ait:Simile est regnū cœlorum sagenæ missæ in mare,& ex omni ge-
nere piscium congreganti.Vbi vult intelligi etiam bonos & malos,quos dicit in littore
id est,fine seculi separandos:deniq; vt ostenderet istos minimos reprobos esse qui docēt
bona loquendo,quæ soluunt male viuendo,nec quasi minimos in vita æterna futuros,
sed omnino ibi non futuros,cū dixisset minimus vocabitur in regno cœlorū, continuo
subiecit:Dico n.vobis,quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quā scribarū & phari- 121
sæorum,non intrabitis in regnum cœlorum.Isti sunt certe scribæ & pharisęi,qui cathe I
Matt.23. dram Moysi sedent,& de quibus ait:Quæ dicunt facite,quæ autem faciunt,facere noli-
te;dicunt.n,& non faciunt,docent sermonibus quod soluunt moribus. Consequens est
ergo,vt qui minimus est in regno cœlorum,qualis nunc est Ecclesia,nō intret in regnū
cœlorum,qualis tunc erit Ecclesia: quoniam docendo quod soluit, ad eorum societatē
qui faciunt quod docent non pertinebit.Et ideo non erit in numero piscium magnorū,
quoniam qui fecerit & docuerit,magnus vocabitur in regno cœlorum.Et quia hic ma-
gnus erit,ideo ibi erit vbi minimus ille non erit,vsqueadeo quippe ibi magni erunt, vt
qui minor ibi est,maior sit eo quo hic nemo maior est: sed tamen qui hic magni sunt,id
est, qui in regno cœlorum vbi sagena congregat bonos & malos,faciunt bona quæ do-
cent,ipsi erunt in illa regni cœlorū æternitatæ maiores,quos isti ad dexterā & ad resur-
rectionem vitæ pertinentes indicant pisces. Sequitur de prandio domini cū istis septē
discipulis,& de his quæ post prādiū locutus est, ac de ipsius Euangelii termino, vt deus 121
quod donauerit disseramus: sed hoc non est isto sermone coarctandum. K

De eo quod dicit eis Iesus,Venite pandete:vsque ad id quod ait,Hoc aūt
dixit significans qua morte clarificaturus esset deum.

De Cap. XXI. Tractatus. CXXIII.

IN eo quod tertio dominus post resurrectionem manifestauit se discipulis suis,beati
Ioannis Apostoli Euangelium terminatur;in quo iam pertractauimus vt valuimus
partem priorem,vsque ad eum locum vbi narratum est captos fuisse pisces centum
quinquagintatres a discipulis,quibus se demonstrauit,& cū magni essent,retia non esse
rupta:deinde quæ sequuntur consideranda sunt,& quantum adiuuat dominus sicut res
postulare videbitur differenda.Peracta quippe illa piscatiōe,Dicit eis Iesus:Venite pran
dete.Et nemo audebat discumbentium interrogare eum,tu quis es,scientes quia domi-
nus est.)Si ergo sciebant, quid opus erat vt interrogarent? Si autem non opus erat,
quare dictum est, non audebant, quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent?
Sensus ergo hic est, tanta erat euidentia veritatis,qua Iesus illis discipulis apparebat,
vt eorum non solum negare,sed nec dubitare quidem vllus auderet: quoniam si quis- 121
quā dubitaret,vtiq; interrogare deberet:sic ergo dictum est,nemo audebat eū interro- L
gare,tu quis es, ac si diceretur, nemo audebat dubitare quòd ipse esset. Et venit Ie-
sus & accepit panem,& dat eis,& piscem similiter.)Ecce dictū est etiā quid prandirent,
Supra Tra cta.122. de quo prandio aliquid suaue ac salubre dicemus & nos,si pascat & nos. Superius narra
tum est ꝙ isti discipuli quando descenderunt in terrā,viderunt prunas positas, & pisce
superpositum, & panem. Vbi non est intelligendum etiā superpositum, panem fuisse
prunis,sed tantum subaudiendum,viderunt. Quod verbum si repetamus eo loco vbi
subaudiendum est,ita totum dici potest:viderunt prunas positas, & piscem superposi-
tum,& viderunt panem. Vel ita potius,viderunt prunas positas, & piscem superposi-
tum, viderunt & panem. Iubente etiam domino attulerunt & de piscibus, quos ipsi
ceperant,qd eos feciſſe,quāuis à narrante Ioāne nō esset expressum,tamen dūm fuisse nō

tacitum est:ait enim,Afferte de piscibus quos prendidistis nūc. Et vtiq; iubente illo eos
121 non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium dominus illis septem discipulis suis,
M. de pisce scilicet quem prunis superpositum viderant, huic adiungens ex illis quos cepe-
rant,& de pane quem nihilominus eos vidisse narratum est.Piscis assus,Christus est pas- Ioan.6.
sus.Ipse est panis viuus,qui de cœlo descendit:huic incorporatur Ecclesia ad participan
dam beatitudinem sempiternam,propter quod dictum est: Afferte de piscibus quos prē-
didistis nunc,vt omnes qui hanc spem gerimus,per illum septenarium numerum disci-
pulorum,per quem potest hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata,tanto sacramen
to nos communicare nossemus,& eidem beatitudini sociarii. Hoc domini prandium est
cum discipulis suis, ad quod Ioannes Euangelium suum cum haberet de Christo
alia multa quæ diceret magna, vt existimo, ex rerum magnarum contemplatione con-
cludit:Hic enim Ecclesia qualis in solis bonis futura est, significatur per capturam cen-
tum quinquagintatrium piscium, & eis qui hæc credunt, sperant, diligunt, participatio
tantæ beatitudinis per hoc prandium demonstratur. Hoc iam tertio, inquit, manifesta-
tus est Iesus discipulis suis cum surrexisset à mortuis.) Quod non ad ipsas demonstra-
tiones,sed ad dies referre debemus,id est primo die cum resurrexit,& post dies octo quā
122 do discipulus Thomas vidit & credidit, & hodie quando hoc de piscibus fecit. Post quot
A autem dies id,fecerit,dictū non est:nam ipso primo die non est visus semel, sicut Euan-
gelistarum omnium testimonia collata demonstrant: sed sicut dictum est, secundum
dies numerandæ sunt manifestationes eius,vt ista sit tertia. Prima quippe habenda est,
eademq; vna propter vnū diem, quotiescunq; fe:& quibuscunq; die illo quo resurrexit
ostendit secunda post dies octo,& hæc tertia,& deinde quoties voluit vsq; ad diem qua-
dragesimum quo ascendit in cœlum,quanuis non scripta sunt omnia. Cum ergo pran-
dissent,dicit Simon Petro,Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei, Etiam domine, tu
scis qa amo te.Dicit ei,Pasce agnos meos.Dicit ei iterū,Simon Ioānis diligis me? Ait illi,
Etiā dñe, tu scis qa amo te.Dicit ei,Pasce agnos meos,Dicit ei tertio, Simō Ioānis amas
me? Cōtristatus est Petrus,qa dixit ei tertio,amas me,& dicit ei,dñe tu omnia scis,tu scis
122 qa amo te, Dicit ei Pasce oues meas.Amē amē dico tibi,cū esses iunior,cingebas te & am
bulabas vbi volebas,cū aūt senueris,extēdes manus tuas,& alius te cinget,& ducet quò
B tu nō vis. Hoc aūt dixit,significans qua morte clarificaturus esset deū.) Hūc inuenit exi
tum ille negator & amator,præsumendo elatus,negando prostratus,fiendo purgatus,cō
fitendo probatus,patiendo coronatus,hunc inuenit exitum, vt pro eius nomine perfe-
cta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat, fa-
ciat eius resurrectione firmatus,quod immature pollicebatur infirmus. Hoc enim opor
tebat vt prius Christus pro Petri salute,deinde Petrus pro Christi prædicatione more-
retur.Præposterum fuit quod audere cœperat humana temeritas, cum istum dispositis-
set ordinem veritas;Animam suam se positurum pro Christo Petrus putabat, pro libera
tore liberandus, cum Christus venisset animam suam positurus pro suis omnibus, in
quibus erat & Petrus. Quod ecce iam factum est:nunc iam firmitas cordis ad suscipien-
diam mortem pro nomine domini vera ipso donante sumatur, non falsa nobis errantī-
bus præsumatur. Nunc est vt vitæ huius non metuamus interitum, quia resurgente
122 domino vitæ alterius præcesit exemplum:nūc est Petre vt mortem non timeas,quia vi
C uit quem mortuum dolebas,& quem pro nobis mori carnali amore prohibebas. Ausus
es præuenire doctorem,formidasti eius persecutorem,iam precio pro te fuso,nunc est vt
sequaris redemptorem, & sequaris omnino vsq; ad mortem crucis. Verba eius audisti,
quem iam veracem probasti: passurum te ipse prædixit, qui te prædixerat negaturum.
Sed prius dominus quod sciebat interrogat,nec semel sed iterum ac tertio, vtrū Petrus
eum diligat, nec aliud toties audit à Petro, quàm se diligi: nec aliud toties commendat
Petro quàm suas oues pasci. Redditur negationi trinæ trina confessio, ne minus amori
lingua seruiat quàm timori, & plus vocis elicuisse videatur mors imminens quàm vi-
ta præsens. Sit amoris officium, pascere dominicum gregem, si fuit timoris indicium,
negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oues Christi,vt suas velint esse, non Christi,
se conuincuntur amare,non Christum,vel gloriandi,vel dominandi,vel acquirendi cu-
piditate,non obediendi & subueniendi & deo placendi charitate. Contra hos ergo vigi-
lat toties inculcata ista vox Christi, quos Apostolus gemit sua quærere, non quæ Iesu Phil. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi. Nam quid est aliud, si diligis me, pasce oues meas, quàm si diceretur, si me dili-
gis, non te pascere cogita, sed oues meas: sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam
in eis quære, non tuam: dominum meum, non tuum: lucra mea, non tua: ne sis in eorū
societate, qui pertinent ad tempora periculosa seipsos amantes, & cætera quæ huic ma-
lorum initio connectuntur: cum enim dixisset Apostolus, Erunt enim homines seipsos
amantes: secutus adiunxit, Amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemi, parentibus non
obedientes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immi-
tes, sinè benignitate, proditores, procaces, cæcati, voluptatū amatores magis quàm dei,
habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hæc omnia mala ab eo ve-
lut fonte manantia, quod primum posuit seipsos amantes. Merito dicitur Petro, diligis
me, & respondet amo te, eiq; refertur, pasce agnos meos, & hoc iterum, hoc tertio: vbi etiā
demonstratur vnum atq; idem esse amorem & dilectionem: nam etiam dominus nouis-
sime non ait, diligis me: sed, amas me. Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascendis
ouibus eius ea quæ sunt eius, non ea quæ sunt nostra quæramus. Nescio enim quo inex-
plicabili modo qui suis seipsum, non deum amat, non se amat: & qui suis deum non se
ipsum amat, ipse se amat: qui enim non potest viuere de se, moritur vtiq; amando se: no
ergo se amat, qui ne viuat se amat. Cum vero ille diligitur de quo viuitur, non se diligē-
do magis diligit, qui propterea se non diligit, vt eum diligat de quo viuit. Non sint ergo
seipsos amantes qui pascunt oues Christi: nec tanquam suas, sed tanquam ipsius eas pa-
scant: & velint ex illis sua lucra conquirere, sicut amatores pecuniæ: vel eis dominari, si-
cut elati: vel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt, sicut superbi: vel intantum pro-
gredi vt etiam hæreses faciant, sicut blasphemi: nec cedant sanctis patribus, sicut paren-
tibus non obedientes, & eis qui illos corrigere volunt, quia perire nolunt: mala pro bo-
nis reddant, sicut ingrati: interficiant animas & suas & alienas, sicut scelesti: materna Ec
clesiæ viscera dissipent, sicut irreligiosi: non compatiantur infirmis, sicut sine affectio-
ne: famam sanctorum maculare conentur, sicut detractores: cupiditates pessimas non re-
frenent, sicut incontinentes: exerceant lites, sicut immites: nesciant subuenire, sicut sine
benignitate: indicent inimicis piorum quæ occultanda cognouerint, sicut proditores:
humanam verecundiam inuerecunda exagitatione perturbent, sicut procaces: non in-
telligāt neq; q̄ loquuntur, neq; de quibus affirmāt, sicut cæcati: lætitias carnales spirita F
libus gaudijs anteponant, sicut voluptatum amatores magis quàm dei. Hæc enim atq;
huiusmodi vitia, siue vni homini accidant omnia, siue his alia, illis alia dominentur, ex
illa radice quodammodo pullulant, cum sunt homines seipsos amantes. Quod vitiū ma
xime cauendum est eis, qui pascunt oues Christi, ne sua quærant, sed quæ Iesu Christi,
& in vsus cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi. Cuius
amor in eo qui pascit oues eius, in tam magnum debet spiritalem crescere ardorem, vt
vincat etiam mortis naturalem timorem quo mori nolumus, & quando cum Christo vi-
uere volumus. Nam & Apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam dissolui, & esse
cum Christo, ingemiscit tamen grauatus, & non vult spoliari sed superuestiri, vt absor-
beatur mortale à vita. Et huic dominus dilectori suo. Cum senueris, inquit, extendens
manus tuas, & alius te cinget, & ducet te quò tu non vis. Hoc autem ei dixit, significans
qua morte clarificaturus esset deum,) Extendens, inquit, manus tuas, hoc est, crucifige-
ris. Ad hoc autem vt venias, alius te cinget, & ducet non quò vis, sed quò non vis: prius
dixit quòd fieret, & deinde quomodo fieret. Non enim crucifixus, sed vtiq; crucifigēdus G
quò nollet est ductus: nam crucifixus non quò nolebat abiit, sed potius quò volebat: so-
lutus quippe à corpore volebat esse cum Christo, sed si fieri posset præter mortis mole-
stiam vitam concupiscebat æternam: ad quam molestiam nolens ductus est, sed ab ea
volens eductus est: nolens ad eam vēnit, sed volens eam vicit, & reliquit hunc infirmita-
tis affectum quo nemo vult mori vsqueadeo naturalem, vt eum beato Petro nec sene-
ctus auferre potuerit, cui dictum est, Cum senueris, duceris quò non vis. Propter nos
consolandos hunc etiam in se figurauit ipse saluator, dicens, Pater si fieri potest, transeat
à me calix iste: qui vtiq; mori venerat, nec habebat mortis necessitatem sed volūtatem,
potestate positurus animam suam, & rursus eam potestate sumpturus. Sed molestia quā
tacunq; sit mortis, debet eam vincere vis amoris, quo amatur ille qui cū sit vita nostra,
etiam mortem voluit perferre pro nobis: nam si nulla esset mortis vel parua molestia,

2. Tim. 2.

Phil. 1.

2. Cor. 5.

Mat. 26.

non esset tā magna martyrū gloria. Sed si pastor bonus qui posuit animā suā pro ouibus Ioan 10.
H suis, ex ipsis ouibus tā multos sibi martyres fecit: quāto magis debēt vsq; ad mortē pro
veritate certare, & vsq; ad sanguinem aduersus peccatum, quibus oues ipsas pascendas,
hoc est, docendas regendas q̄ committit? Ac per hoc præcedente passionis eius exemplo,
quis non videat magis debere imitando pastori hærere pastores, si eum multę etiam imi
tatæ sunt oues sub quo pastore vno in grege vno & pastores ipsi sunt oues. Omnes
quippe fecit suas oues, pro quibus est omnibus passus, quia & ipse, vt pro omnibus pa-
teretur, ouis est factus.

De eo quod dicit, Et cum hoc dixisset, dicit ei sequere me vsque in finem. Tractatus. CXXIIII.

NOn parua quæstio est, cur Apostolo Petro quando se tertio manifestauit discipu De cap. 21.
lis, dixerit Iesus, Sequere me: de Apostolo autem Ioanne, Sic eum volo manere
donec veniam, quid ad te? Huic quæstioni quantum dominus ipse donauerit, si-
ne pertractandæ, siue soluendæ, sermonem nouissimum huius operis impendimus. Cū
ergo prænunciasset dominus Petro, qua morte clarificaturus esset deum, dicit ei, Seque-
reme. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui Ioan. 13.
I & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo
cum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus, Sic eum volo ma
nere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia
discipulus ille non moritur: & nō dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eum volo manere do
nec veniam, quid ad te?) Ecce quousq; in hoc Euangelio extenditur quæstio, quæ sua
profunditate non mediocriter mentem scrutantis exercet. Cur enim dicitur Petro, se-
quere me, nec dicitur cæteris qui simul aderant, & profecto eum sicut magistrum disci-
puli sequebantur. Sed si ad passionem intelligendum est, nunquid solus pro Christiana Acto. 12.
veritate passus est Petrus? Nonne ibi erat in illis septem alius filius Zebedæi frater Ioan
nis, qui post eius ascensionem ab Herode manifestatur occisus? Verum aliquis dixerit,
quoniam Iacobus non est crucifixus, merito dictum est Petro, sequere me, qui non solū
mortem, sed etiam mortem crucis sicut Christus expertus est. Sit hoc, si nihil aliud quod
sit conuenientius potuerit inueniri. Cur ergo de Ioanne dictum est, sic eum volo mane
re donec veniam, quid ad te? & repetitum est, tu me sequere? Tanquam ille ideo non se-
queretur, quoniam eum manere voluit donec veniat. Quis facile aliud dictum esse cre-
dat quàm quod fratres crediderant qui tunc aderant, eo quòd scilicet non esset discipu-
lus ille moriturus, sed donec Iesus veniret, iste maneret in vita? Sed hanc opinionē Ioā-
nes ipse abstulit, non hoc dixisse dominum aperta contradictione declarans. Cur enim
subiungeret, non dixit Iesus, non moritur, nisi ne hominum cordibus quod falsum fue
rat inhæreret? Sed cui placet, adhuc resistat & dicat verum esse quod ait Ioannes, non di
xisse dominum quod discipulus ille non moritur, sed hoc tamen significatum esse tali-
bus verbis qualia eum dixisse narrauit, & asserat Apostolum Ioannem viuere, atq; in il-
lo sepulcro eius quod est apud Ephesum, dormire eum potius quàm mortuum iacere
contendat. Assumat in argumentū, quòd illic terra sensim scatere, & quasi ebullire per-
hibetur, atq; hoc eius anhelitu fieri, siue constanter, siue pertinaciter asseueret. Non. n.
possunt deesse qui credant, si non desunt qui etiam Moysen asserant viuere, quia scriptū Deu. 34.
est; eius sepulcrum non inueniri, & apparuit cum domino in monte vbi & Elias fuit, Mat. 17.
quem mortuum legimus non esse sed raptum: quasi Moysi corpus non potuerit alicubi 4. Reg. 2.
L hic abscondi, vt prorsus homines lateret vbi esset, atq; inde ad horam diuinitus excitari,
quando cum Christo Elias & ipse sunt visi: sicut ad horam multa sanctorum corpora Mat. 27.
surrexerunt, quando passus est Christus, & post eius resurrectionem apparuerunt mul-
tis in sancta, sicut scriptum est, ciuitate. Sed tamen vt diceret cœperam, si quidam Moy
sen mortuum negant, quem scriptura ipsa, licet sepulcrum eius nusquam inueniri legi-
mus, mortuum tamen esse sine vlla ambiguitate testatur: quanto magis Ioannes ex isto
rum occasione verborum vbi dominus ait, sic eum volo manere donec venio, creditur
viuus dormire sub terra? Quem tradunt etiam, quod in quibusdam scripturis, quanuis
apocryphis, reperitur, quando sibi fieri iussit sepulcrum, incolumen fuisse præsentē, eoq
effosso & diligentissime præparato, ibi eum se tanquam in lectulo collocasse, statimq; eū

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse defunctum. Vt autem isti putant qui hæc verba domini sic intelligunt, non defunctum, sed defuncto similem cubasse, & cum mortuus putaretur, sepultum fui se dormitem, & donec Christus veniat sic manere, suamq; vitam scaturigine pulueris indicare, qui puluis creditur vt ab imo ad superficiem tumuli ascendat, flatu quiescentis impelli, huic opinioni superuacaneum existimo reluctari. Viderint enim qui locum sciunt vtrū hoc ibi faciat vel patiatur terra quod dicitur, quia & reuera non a leuibus hominibus id audiuimus. Interim cedamus opinioni, quam certis documentis refellere non valemus, ne rursus aliud quod à nobis quæratur exurgat; cur super humatum mortuum ipsa humus quodammodo viuere ac spirare videatur? Sed nunquid hinc tanta soluitur quæstio, si magno miraculo, qualia potest facere omnipotens, tandiu viuum corpus in sopore sub terra est, donec veniat terminus seculi? Quinimò sit amplior & difficilior, cur discipulo Iesus quem diligebat præ cæteris, intantum vt super pectus eius discumbere mereretur, pro magno munere longum in corpore donauerit somnum cum beatum Pe-

Philip. 2. trum per ingentem martyrii gloriam, ab onere ipsius corporis soluerit, eiq; concesserit quod Apostolus Paulus se concupisce dixit & scripsit dissolui & esse cum Christo? Si autem quod magis creditur, ideo sanctus Ioannes ait, non dixisse dominum, non moritur, ne illis verbis quæ dixit, hoc voluisse intelligi putaretur, corpusq; eius in sepulcro eius exanime, sicut aliorum mortuorum iacet, restat vt si vere ibi sit quod sparsit fama de terra, quæ subinde ablata subcrescit, aut ideo fiat vt ea modo commendetur præciosa mors eius, quam nequaquam commendat martyrium, non enim eum pro fide Christi persecutor occidit, aut propter aliquid aliud quod nos latet, manet tamen quæstio, cur dixerit dominus de homine morituro, sic eum volo manere donec veniam. Illud enim in his duobus Apostolis Petro & Ioanne quem non moueat ad quærendum cur Ioannē plus dilexerit dominus, cum ipsum dominum plus dilexerit Petrus? Vbicunq; enim se commemorat Ioannes, vt nomine suo tacito ipse posset intelligi, hoc addit quod eum diligebat Iesus, quasi solum diligeret, vt hoc signo discerneretur à cæteris, quos vtiq; omnes diligebat. Quid ergo nisi amplius se dilectum cum hoc diceret, volebat intelligi, quod absit vt mendaciter diceret? Quod autem maius dare potuit Iesus maioris erga eū suæ dilectionis indicium, quàm vt homo cum cæteris condiscipulis suis socius tantæ salutis, solus tamen discubuerit super pectus ipsius saluatoris? Porrò quòd Apostolus Petrus plus aliis dilexit Christum, possunt quidem documenta multa proferri, sed vt longe in alia non eamus, in ipsius tertiæ manifestationis domini paulo superiore lectione quæ istam præcedit, satis euidenter apparet, vbi interrogans eum, dixit, diligis me plus his? Quod vtiq; sciebat, & tamen interrogabat, vt etiam nos qui legimus Euangelium, amorem Petri erga dominum, & illo interrogante & isto respondente nosse mus. Quòd autem in eo quod respondit Petrus, amo te, non addidit, plus his, hoc respondit quod de seipso sciebat. Non enim quantum ab alio quolibet diligeretur scire poterat, qui cor alterius videre non poterat. Sed tamen superioribus verbis dicendo, Etiam domine, tu scis quia amo te, satis & ipse declarauit scientem dominum interrogasse quod interrogauit. Sciebat igitur dominus non solum quòd diligeret, verū etiam quòd plus illis eum diligeret Petrus, & tamen si proponamus quærentes, quis duorum sit melior, vtrū qui plus, an qui minus diligit Christum, quis dubitabit respondere, eum qui plus diligit esse meliorem? Item si proponamus quis duorū sit melior, vtrum quem minus, aut quem plus diligit Christus? Eum qui plus diligitur à Christo, meliorem proculdubio respondebimus. In illa ergo cōparatione, quā prius posui, Petrus Ioāni: in hac vero altera, Ioannes anteponitur Petro: proinde tertiam sic proponimus, Quis est duorum discipulorum melior, qui minus quàm condiscipulus eius diligit Christum, & plus quàm condiscipulus eius diligitur à Christo, an ille quem minus quàm condiscipulum eius diligit Christus, cum plus ipse quàm suus condiscipulus diligat Christum? Hic planè cunctatur respondere, & augetur quæstio. Quantum autem ipse sapio, meliorem qui plus diligit Christum, fœliciorem vero quem plus diligit Christus, facile responderem, si iustitiam liberatoris nostri minus eum diligentis à quo plus diligitur, & eum plus à quo minus diligitur, quemadmodum defenderem, præuiderem. Aggrediar igitur in eius manifesta misericordia, cuius est occulta iustitia, de soluenda quæstione tam ingēti pro viribus quas ipse donauerit disputare: hucusq; enim proposita est, non exposita. Exponendæ vero eius

eius hoc sit exordiū, vt meminerimus in hoc corruptibili corpore quod aggrauat animam, vita nos misera viuere. Sed quia iam redempti per mediatorem sumus, & spiritū sanctum pignus accepimus, beatam vitam in spe habemus, etsi re ipsa nondum tenemus: spes autem quæ videtur non est spes, quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. In malis autem quæ quisque patitur, non in bonis quibus fruitur, opus est patientia: hanc itaq; vitam de qua scriptū est, Nunquid non tentatio est vita humana super terram? in qua quotidie clamamus ad dominum, Libera nos à malo; cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quanuis vt in eam veniret misericordiam, primium fuerit causa peccatum: productior est enim pœna quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna: ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationē necessariæ patientiæ, temporaliter hominem detinet pœna, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. Hæc est istorum dierum, quos in hac mortalitate agimus malos, quanuis in ea diligamus videre dies bonos, flenda quidem sed non reprehendenda conditio: venit enim de ira dei iusta, de qua scriptura loquens, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis vitæ, & plenus iræ, cum ira dei non sit vt hominis, ideſt, perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti supplicii constitutio. In hac ira sua deus non continens, sicut scriptum est, miserationes suas, præter alia solatia misero rum quæ generi humano præbere non cessat, in plenitudinem temporis, quo ipse sciebat hoc esse faciendum, misit filium suum vnigenitum per quem creauit vniuersa, vt manens deus fieret homo, & esset mediator dei & hominū homo Christus Iesus, in quē credentes per lauacrum regenerationis soluto reatu omnium peccatorum, & originalis videlicet quod generatio trahit, contra quam maxime regeneratio est instituta, & cæterorum quæ male agendo contracta sunt, liberarentur à damnatione perpetua, & viuerent in fide & spe & charitate, peregrinantes in hoc seculo, atq; in eius tentationibus laboriosis & periculosis, consolationibus autem dei & corporalibus & spiritalibus ambularent ad conspectum eius, viam tenentes quod eis factus est Christus. Et quia in ipsa quoq; via ambulantes non sunt sine peccatis, quæ de huius vitæ infirmitate surrepunt, dedit eleemosynarum remedia salutaria, quibus eorum adiuuaretur oratio, vbi eos dicere docuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc agit Ecclesia spe beata in hac vita ærūnosa, cuius Ecclesiæ Petr⁹ Apostolus pp apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quod. n. ad ipsum proprie pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idemq; primus Apostolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis: vniuersam significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempestatibusq; quatitur, & non cadit quoniam fundata est super petram, vnde & Petrus nomen accepit: non enim à Petro petra: sed, Petrus à petra, sicut non Christus à Christiano: sed Christianus à Christo vocatur: ideo quippe ait dominus, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, tu es Christus filius dei viui. Super hanc ergo, inquit, petram quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo quę fundatur in Christo, claues ab eo regni cœlorū accepit in Petro, id est, potestatē ligādi soluēdiq; peccata: quod n. est per proprietatē in xp̄o Ecclesia, hoc est, per significationē Petrus in petra: qua significatione intelligitur xps petra, Petrus Ecclesia. Hæc igitur Ecclesia quam significabat Petrus, quādru degit in malis, amando & sequendo xp̄m liberatur à malis. Magis autē sequitur in eis qui certant pro veritate vsq; ad mortē: sed vniuersitati dicitur, sequere me, pro qua vniuersitate passus est Christus: de quo dicit idē Petrus, xps pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius: ecce propter quod ei dictum est, Sequere me. Est autem alia vita immortalis, quæ non est in malis, ibi facie ad faciem videbimus, quod hic per speculum & in ænigmate videtur, quando multū in conspicienda veritate proficitur. Duas itaq; vitas sibi diuinitus prædicatas & cōmēdatas nouit Ecclesia, quarū est vna in fide, altera in specie: vna in tepore peregrinationis, altera in

Sapi. 9.
Rom. 8.
Iob. 7.
Mat. 6.
Mat. 16.
1. Co. 10.
1. Cor. 3.
Psal. 76.
1. Tim. 2.
Mat. 6.
Mat. 16.
1. Pet. 2.
1. Cor 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternitatè manſionis: vna in labore,altera in requie: vna in via,altera in patria: vna in opere actionis,altera in mercede contemplationis: vna declinat à malo & facit bonum, altera nullum habet à quo declinet malum,& magnũ habet quo perfruatur bono: vna cum hoſte pugnat,altera ſine hoſte regnat: vna fortis eſt in aduerſis, altera nihil ſentit aduerſi: vna carnales libidines frænat,altera ſpiritalibus delectationibus vacat: vna eſt vincendi cura ſolicita,altera victoriæ pace ſecura: vna in tentationibus adiuuatur, altera ſine vlla tentatione in ipſo adiutore lætatur: vna ſubuenit indigenti,altera ibi eſt vbi nullum inuenit indigentem: vna aliena peccata vt ſua ſibi ignoſcentur ignoſcit, altera nec patitur quod ignoſcat, nec facit quod ſibi poſcat ignoſci: vna flagellatur malis, ne extollatur in bonis,altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo,vt ſine vlla tentatione ſuperbiæ cohæreat ſummo bono: vna bona & mala diſcernit, altera quæ ſola bona ſunt cernit: ergo vna bona eſt,ſed adhuc miſera,altera melior & beata: iſta ſignificata eſt per Apoſtolum Petrum, illa per Ioannem: tota hic agitur iſta vſq; in huius ſeculi finem,& illic inuenit finem,differtur illa complenda poſt huius ſeculi finem, ſed in futuro ſeculo non habet finem: ideo dicitur huic, Sequere me: de illo autem, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere: quid enim eſt hoc? Quantum ſapio, quantum capio,quid eſt hoc, niſi tu me ſequere, per imitationem perferendo temporalia mala ille maneat,donec ſempiterna venio redditurus bona? quod apertius ita dici poteſt, Perfecta me ſequatur actio,informata meæ paſsionis exemplo: inchoata vero contemplatio maneat donec veniam,perficienda cum venero. Sequitur enim Chriſtum per ueniens vſq; ad mortem pia plenitudo patientiæ, manet autem donec veniat Chriſtus, tunc manifeſtanda plenitudo ſcientiæ. Hic quippe tolerantur mala huius mundi in terra morientium,ibi videbuntur bona domini in terra viuentium: quod enim ait, Sic eũ volo manere donec veniam:)non ſic intelligendum eſt quaſi dixerit, remanere vel permanere,ſed expectare,quoniam quod per eum ſignificatur,non vtiq; nunc, ſed cum venerit Chriſtus implebitur. Quid autem per hunc ſignificatur,cui dictum eſt. Tu me ſequere:)niſi nunc agatur,non peruenietur ad illud quod expectatur? In hac autem actiua vita quanto magis Chriſtum diligimus,tanto facilius liberamur à malo. At ipſe nos minus diligit quales nunc ſumus,& hinc ideo liberat, ne ſemper tales ſimus. Ibi vero amplius nos diligit,quoniã quod ei diſpliceat,& quod à nobis auferat non habebimus: nec ob aliud nos hic diligit, niſi vt ſanet & transferat ab his quæ non diligit. Hic ergo minus vbi non vult remaneamus, ibi amplius quò vult tranſeamus, & vnde non vult pereamus. Amet ergo eum Petrus,vt ab iſta mortalitate liberemur: ametur ab eo Ioannes,vt in illa immortalitate ſeruemur. Sed iſta ratione illud oſtenditur,cur amplius Ioannem quàm Petrum amauerit Chriſtus,non cur amplius Petrus quàm Ioannes amauerit Chriſtum. Neq; enim ſi plus nos diligit Chriſtus in futuro ſeculo, vbi cum illo ſine fine viuemus,quàm in iſto vnde eruimur, vt illic ſemper ſimus, propterea nos tunc eũ minus dilecturi ſumus, quando meliores erimus, cum meliores vtiq; niſi amplius eum diligendo nullo modo eſſe poſsimus. Cur ergo Ioannes minus eum diligebat quàm Petrus, ſi eam vitam ſignificabat, in qua eſt multo amplius diligendus, niſi quia propterea dictum eſt, volo eum manere id eſt, expectare donec veniam: quoniam & ipſum amore qui tunc multo amplior erit nondum habemus, ſed futurum expectamus, vt cum ipſe venerit habeamus? nam ſicut in Epiſtola ſua idem dicit Ioannes Apoſtolus, Nondum apparuit quod erimus, ſcimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Tunc ergo amplius quod videmus, diligemus. Ipſe autem dominus illam quæ futura eſt vitam noſtram, qualis in nobis futura ſit ſciens, prædeſtinatione plus amat, vt ad eam nos amando perducat. Quocirca quoniam vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas, miſeriam noſtram præſentem nouimus quia ſentimus; & ideo miſericordiam domini quam nobis de miſeria liberandis exhiberi volumus, plus amamus, eamq; quotidie maxime pro peccatorum remiſsionem poſcimus & habemus. Hoc per Petrum ſignificatum eſt, plus amantem, ſed minus amatum, quia minus nos amat Chriſtus miſeros quàm beatos. Veritatis autem contemplationem qualis tunc futura eſt, minus amamus quia nondum nouimus nec habemus: hæc ergo per Ioannem ſignificata eſt minus amantem, atq; ideo & ad ipſam & ad eius in nobis amorem qualis ei debetur implendum, donec veniat dominus & expectantem: ſed plus amatũ, quia id quod

a. Ioan 3.

Pſal. 24.

per illum figuratum eſt, hoc efficit beatum. Nemo tamẽ iſtos inſignes Apoſtolos ſeparet, & in eo quod ſignificabat Petrus ambo erant, & in eo quod ſignificabat Ioannes, ambo futuri erant: ſignificando ſequebatur iſte, manebat ille credendo autem ambo mala præ
113 ſentia huius miſeriæ tolerabant: ambo futura bona illius beatitudinis expectabant, nec
M ipſi ſoli, ſed vniuerſa hoc facit ſancta Eccleſia ſponſa Chriſti ab iſtis tentationibus eruẽda, in illa fœlicitate ſeruanda. Quas duas vitas Petrus & Ioannes figurauerunt ſinguli ſingulas: verum & in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidem, & illa in æternũ fruentur ambo per ſpeciem. Omnibus igitur ſanctis ad Chriſti corpus inſeparabiliter pertinentibus, propter huius vitæ procelloſiſsimæ gubernaculum, ad liganda & ſoluenda peccata claues regni cœlorum primus Apoſtolorum Petrus accepit, eiſdemq; omnibus ſanctis propter vitæ illius ſecretiſsimæ quietiſsimum ſinum, ſuper pectus Chriſti Ioannes Euangeliſta diſcubuit, quoniam nec iſte ſolus, ſed vniuerſa Eccleſia ligat ſoluitq; peccata: nec ille in principio verbum deum apud deum, & cætera de Chriſti diuinitate, & de totius diuinitatis trinitate atq; vnitate ſublimia, quæ in illo regno facie ad faciem contemplanda, nunc autem donec veniat dominus in ſpeculo atq; in ænigmate cõtuenda ſunt, quæ prædicando ructaret, de fonte dominici pectoris ſolus bibit, ſed ipſe dominus ipſum Euangelium pro ſua cuiuſq; capacitate omnibus ſuis bibendum toto terrarum orbe diffudit. Sunt qui ſenſerint, & hi quidem non contemptibiles ſacri eloquii tractatores, à Chriſto Ioannem Apoſtolum propterea plus amatũ, quòd neq; vxorem duxerit, & ab ineunte pueritia caſtiſsimus vixerit. Hoc quidem in ſcripturis canonicis non euidenter apparet, veruntamen id quoq; multum adiuuat congruentiam huiuſce ſententiæ, quòd illa vita per eum ſignificata eſt vbi non erunt nuptiæ. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſimus quia verum eſt teſtimonium eius. Sunt autem, inquit, & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros.) Non ſpatio locorum, credendum eſt mundum capere non poſſe, quæ in eo ſcribi quomodo poſſent, ſi ſcripta non ferret? Sed capacitate legentium comprehendi fortaſſe non poſſent, quãuis ſalua rerum fide, plerunq; verba excedere videantur fidem, quod non fit quando aliquid quod erat obſcurum vel dubium, cauſa & ratione reddita exponitur: ſed quando
124 id quod apertum eſt vel augetur vel extenuatur, nec tamen à tramite ſignificandæ veri-
B tatis erratur, quoniam ſic verba rem quæ indicatur excedunt, vt voluntas loquentis nec fallentis appareat, qui nouit quouſq; credatur, à quo vltra quàm credendum eſt, vel minuitur loquendo aliquid vel augetur. Hunc loquendi modum Græco ſermone, non ſolũ Græcarum, verumetiam Latinarum literarum magiſtri Hyperbolem vocant: qui modus, ſicut hoc loco, ita in nonnullis aliis diuinis literis inuenitur, vt eſt, Poſuerunt in cœlum os ſuum: &, Verticem capilli perambulantium in delictis ſuis: & multa huiuſcemodi, quæ ſcripturis ſanctis non deſunt, ſicut alii tropi, hoc eſt locutionum modi, de quibus operoſius diſputarem, niſi Euangeliſta terminante Euangelium ſuum etiam ipſe compellerer meum terminare ſermonem.

Hyperbole in diuinis literis. Pſal. 62. & 67.

Enarrationum in Ioannem finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI, EXPOSITIO in Epiſtolam beati Ioannis.

124 C

MEMINIT ſanctitas veſtra Euangelium ſecundum Ioannem ex ordine lectionum nos ſolere tractare. Sed quia nunc interpoſita eſt ſolennitas ſanctorum dierũ, quibus certas ex Euangelio lectiones oportet in Eccleſia recitari, quæ ita ſunt annuæ, vt aliæ eſſe non poſsint, ordo ille quem ſuſceperamus, neceſsitate paululum intermiſſus eſt, non omiſſus. Cum autem cogitarem quid ſecũdum hilaritatem præſentium dierum per hanc hebdomadã vobiſcum de ſcripturis agerem, quantum dominus donare dignatur, quod poſſet in iſtis ſeptem vel octo diebus

finiri, occurrit mihi Epistola beati Ioannis, vt cuius Euangelium paululum intermisimus, eius Epistolam tractando ab eo non recedamus: præsertim quia in ipsa Epistola satis dulci omnibus quibus sanum est palatum cordis, vbi sapiat panis dei, & satis memorabili in sancta Ecclesia dei maxime charitas commendatur. Locuturus est enim multa, & propè omnia de charitate. Qui habet in se vnde audiat, necesse est gaudeat ad quod audit: sic enim illi erit lectio ista, tanquam oleum in flamma. Si est ibi quod nutriatur, nutritur & crescit & permanet. Item quibusdam sic esse debet tanquam flamma ad fomitem, vt si non ardebant, accedente sermone accendatur. In quibusdam enim nutritur quòd est: quibusdam accenditur si deest, vt omnes in vna charitate gaudeamus. Vbi autem charitas, ibi pax: & vbi humilitas, ibi charitas. Iam ipsum audiamus, & ad eius verbum, quæ dominus suggerit, etiam vobis vt bene intelligatis, loquamur.

De eo quod Ioannes dicit, Quod erat ab initio, quod audiuimus & quod vidimus & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ: vsque ad id, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius. Tractatus. I.

1. Ioan. 1. QVod erat ab initio, quod audiuimus, & quod vidimus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ.) Quis est qui manibus tractet verbum, nisi quia verbum caro factum est & habitauit in nobis? Hoc autem verbum quod caro factum est, vt manibus tractaretur, cœpit esse caro ex virgine Maria, sed non tunc cœpit verbum, quia quod erat ab initio dixit. Videre, si non attestatur Epistola sua Euangelio suo, vbi Ioan 1. modo audistis, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum? Forte de verbo vitæ sic quisq; accipiat, quasi locutionem quandam de Christo, non ipsum corpus Christi quod manibus tractatum est, vide quid sequatur, Et ipsa vita manifestata est.) Christus vero verbum vitæ: & vnde ergo manifestata est? Erat enim ab initio, sed non erat manifestata hominibus: manifestata autem erat angelis videntibus, & tanquam pane Psal. 77. suo cibantibus: sed quid ait scriptura? Panem angelorum manducauit homo: ergo manifestata est ipsa vita in carne, quia in manifestatione posita est, vt res quæ solo corde videri potest, videretur & oculis, vt corda sanaret. Solo enim corde videtur verbum, caro autem & oculis corporalibus videtur; erat vnde videremus verbum: factum est verbum caro quam videre possemus, vt sanaretur in nobis vnde verbū videremus. Et vidimus, inquit, & testes sumus.) Forte aliqui fratrum nesciunt, qui Græce non norunt quid sint testes Græce & vsitatum nomen est omnibus & religiosum: quos enim testes Latine dicimus, Græce μάρτυρες sunt. Quis autem non audiuit martyres? Aut in cuius ore Christiani non quotidie habitat nomen martyrum? Atq; vtinam sic habitet & in corde, vt passiones martyrum imitemur, non eos calcibus persequamur: ergo hoc dixit, vidimus & testes sumus, audiuimus & μάρτυρες sumus. Testimonium enim dicendo ex eo quod viderunt, & testimonium dicendo ex eo quod audierunt ab his, qui viderunt cum displiceret ipsum testimonium hominibus aduersus quos dicebatur, passi sunt omnia quæ passi sunt martyres. Testes dei passi sunt, deus testes habere voluit homines, vt & homines habeant testem deum: Vidimus, inquit, & testes sumus. Vbi viderunt? In manifestatione. Quid est in manifestatione? In sole. i. in hac luce. Vnde autem potuit videri in sole, qui fecit solem: nisi. Quia in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam? Ille ante lucem Psal. 18. fecit solem, ille ante luciferum, ante omnia sydera, ante omnes angelos, verus creator: Ioan. 1. quia omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, vt videretur oculis carneis qui solem vident, ipsum tabernaculum suum in sole posuit. i. carnem suam in manifestatione huius lucis ostendit: & illius sponsi thalamus fuit vterus virginis, quia in illo vtero virginali coniuncti sunt duo, sponsus & sponsa. Sponsus verbum, & sponsa caro: Gene. 2. quia sic scriptum est, Et erunt duo in carne vna: & dominus in Euangelio, igitur iam non Mat. 19. duo, sed vna caro: & Esaias optime meminit, vnum esse ipsos duos: loquitur enim ex per Esa. 61. sona xpi & dicit, Sicut spō so imposuit mihi mitrā, & sicut spōsam ornauit me ornamēto: vnus videtur loqui, & sponsum se fecit, & spōsam se fecit, qa nō duo sed vna caro. Quia Ioan. 1. verbum caro factū est, & habitauit in nobis, illi carni adiungitur Ecclesia, & fit Christus totus,

totus, caput & corpus. Et testes, inquit sumus, & annunciamus vobis vitam æternā, quæ erat apud patrem, & manifestata est in nobis.) hoc est, manifestata est inter nos. Quid apertius diceretur, quàm manifestata est in nobis? Quæ ergo vidimus & audiuimus, nū ciamus vobis: intendat charitas vestra. Quæ ergo vidimus & audiuimus nunciamus vobis.) Illi viderunt ipsum dominum præsentem in carne, & audierunt verba ex ore domini, & annunciauerunt nobis. Et nos ergo audiuimus, sed non vidimus: minus ergo sumus fœlices, quàm illi qui audierunt & viderunt? & quomodo adiungit, Vt & vos societatem habeatis nobiscum.) Illi viderunt, nos non vidimus, & tamen socii sumus, quia fidem communem tenemus: nam quidam videndo non credidit, & palpare voluit: & sic Ioan. 20. credere, & ait, Non credam, nisi digitos meos misero in locum clauorū, & cicatrices eius tetigero. Et præbuit se ex tempore palpandum manibus hominum, qui semper se præbet videndum aspectibus angelorum: & palpauit ille discipulus & exclamauit, Dominus meus & deus meus: quia tetigit hominem, confessus est deum. Et dominus consolans nos qui ipsum iam in cœlo sedentem manu contrectare non possumus, sed fide contingere, ait illi, Quia vidisti & credidisti, beati qui non viderunt & credunt, nos descripti sumus, nos designati sumus: fiat ergo in nobis beatitudo, quā dominus prædixit futurā: firme teneamus quod non videmus, quia illi nunciant qui viderunt: vt & vos, inquit, societatem habeatis nobiscum. Et quid magnum est societatem habere cum hominibus? Noli contemnere, vide quid addat, Et societas nostra sit cum deo patre & Iesu Christo filio eius: hæc, inquit, scribimus vobis. vt gaudium vestrū sit plenum.) Plenum gaudium dicit in ipsa societate, in ipsa charitate, in ipsa vnitate. Et hæc, inquit, est annunciatio quam audiuimus ab eo, & annunciamus vobis.) Quid est hoc? Ipsi viderunt, contrectauerunt manibus verbum uitæ, ab initio erat, ad tempus uisibilis & palpabilis factus est unicus filius dei. Ad quam rem uenit, uel quid nobis nouum nunciauit? quid docere uoluit, quare fecit hoc quod fecit, ut uerbum caro fieret, ut deus, super omnia indigna ab hominibus pateretur, ut alapas eorum sustineret de manibus quas ipse formauit? Quid uoluit docere, Quid uoluit ostendere, Quid uoluit annūciare: Audiamus, nam sine fructu præcepti auditio rei gestæ, quia natus est Christus, & quia passus est Christus, auocamentum mentis est & non firmamentum. Quid magnum audis, quo fructu audias: Vide, quid uoluit docere, quid annunciare? audi: Quia deus lux est, inquit, & tenebræ in eo non sunt ullæ.) Adhuc lucem quidem nominauit, sed obscura sunt uerba. Bonum est nobis, ut ipsa lux quam nominauit, illustret corda nostra, & uideamus quid dixit, hoc est quod annunciamus, quia deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. Quis enim auderet dicere, quia in deo sunt tenebræ? aut quid est ipsa lux, aut quid sunt tenebræ? Ne forte talia dicat, quæ ad oculos istos nostros pertineant: deus lux est. Ait nescio quid sit, & sol lux est, & luna lux est, & lucerna lux est, aliquid debet esse lōge his maius, longeq; præstantius, longe supereminentius: quantum deus à creatura, quantum conditor à conditione, quantum sapientia ab eo quod factum est per sapientiam, longe ultra omnia debet esse lux ista: & forte uicini ei erimus, si quæ sit lux ista cognouerimus, & ad eam nos applicauerimus, ut ex ipsa illuminemur, quia in nobis tenebræ sumus, & ab illa illuminati possum' esse lux, & nō cōfundi de illa, qa de nobis cōfundimur. Quis est qui de se confunditur? qui se cognoscit peccatorem. Quis de illa non confunditur? qui ab illa illuminatur. Quid est ab illa illuminari? qui iam uidet se peccatis tenebrari, & cubit ab illa illuminari, accedit ad illam: unde & dicit psalmus, Accedite ad eum & illumi- Psal. 33. namini, & uultus uestri non erubescent. Sed non erubesces de illa, si quando tibi te fœdum ostenderit, displiceat tibi fœditas tua, ut percipias pulcritudinem illius: hoc est, quod uult docere, & fortasse præpropere illud nos dicimus, ipse hoc manifestat in consequentibus. Memento in principio sermonis nostri, quia epistola ista charitatem commendat, Deus lux est, inquit & tenebræ in eo non sunt ullæ: & quid superius dixerat? ut societatē habeatis nobiscū, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo. Porrō si deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, & societatem cū illo habere debemus, & à nobis pellendæ sunt tenebræ, vt fiat in nobis lux, nam tenebræ cum luce societatem habere non possunt: ideo vide quid sequatur, Quod si dixerimus, quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur.) habes & Apostolum Paulum dicentem, Aut quæ societas luci ad tenebras? Dicis te societatem habere cum deo, & in tene 2. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bris ambulas, & deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, quomodo ergo est societas
luci ad tenebras? Iam ergo dicat sibi homo; Quid faciam? Vnde ero lux? In peccatis & in
iniquitatibus viuo, quasi subrepit quædam desperatio & tristitia. Salus nulla est, nisi in
societate dei. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Peccata autem tenebræ sunt,
Ephe. 6. sicut dicit Apostolus diabolum & angelos eius rectores tenebrarũ harũ esse: nõ diceret
rectores tenebrarum, nisi diceret, rectores peccatorum, dominatores iniquorum. Quid
ergo faciemus fratres mei? Societas cum deo habenda est, alia spes vitæ æternæ nulla
est: deus autem lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ: iniquitates autem tenebræ sunt,
iniquitatibus premimur, ne societatem cum deo habere possimus. Quæ ergo spes? Nõ
ne promiseram me aliquid locuturum istis diebus, quod gaudium faciat? Quod si non
exhibeo, tristitia est ista, Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ: peccata tenebræ
sunt, quid erit nobis? Audiamus ne forte consoletur, erigat, det spem, ne deficiamus in
via. Currimus enim & ad patriam currimus, & si nos peruenturos desperamus, ipsa de-
speratione deficimus; ille autem qui nos vult peruenire, vt conseruet in patria, pascet in
via: audiamus ergo, Quod si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris
ambulamus, mentimur, & non facimus veritatem.) Non dicamus quia societatem cum
illo habemus, si in tenebris ambulamus. Quod si in lumine ambulamus, sicut & ipse est
in lumine, societatem cum eo habemus, cum inuicem in lumine ambulamus, sicut & ip
se est in lumine, vt possimus societatem habere cum illo.) Quid facimus de peccatis?
audi quid sequitur, Et sanguis Iesu Christi filii eius purgabit nos ab omni delicto.) Ma-
gnam securitatem dedit deus, merito pascha celebramus, vbi fusus est sanguis domini,
quo purgamur ab omni delicto. Simus securi, cautionem contra nos diabolus seruitu-
tis tenebat, sed sanguine Christi deleta est: sanguis, inquit, filii eius purgabit nos ab om-
ni delicto, qd est ab omni delicto? attẽdite, ecce iã in nomine xp̃i p sanguiné crucis dãi,
quẽ nũc cõfessi sunt isti, q appellãtur infantes, mũdata sunt omnia peccata ipsorũ: vete-
res intrauerunt, & noui exierunt. Quid est, veteres intrauerunt, noui exierunt? Senes
intrauerunt, infantes exierunt. Senectus enim veternosa, vetusta vita: infantia autem,
regenerationis noua vita. Sed quid facimus? Præterita peccata donata sunt, non tantũ
ipsis, sed & nobis. Et post donationem & abolitionem omnium peccatorum viuendo in
hoc seculo inter tentationes, quædam forte contracta sunt, ideo quod potest homo fa-
ciat: ipse confiteatur quod est, vt ab illo curetur qui semper est quod est: ipse enim sem-
per erat & est, nos non eramus & sumus: vide enim quid dicat, Quòd si dixerimus quia
peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.) Ergo si te
confessus fueris peccatorem, est in te veritas, nam ipsa veritas lux est. Nondum perfecte
splenduit vita tua, quia insunt peccata tua, sed tamen iam illuminari cœpisti, quia inest
confessio peccatorum: vide enim quid sequatur, Quòd si confessi fuerimus delicta no-
stra fidelis est & iustus vt dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquita-
te.) Non tantum præterita, sed & siqua forte contraximus ex hac vita, quia non potest
homo quandiu carnem portat, non habere vel leuia peccata: sed ista leuia quæ dicimus,
noli contemnere: si contemnis, quando appendis? Expauesce quando numeras; leuia
multa faciunt vnum grande. Multæ guttæ implent flumen: multa grana faciũt massam.
Et quæ spes est? Ante omnia confessio: nec quisquam tè dicat iustum, & ante oculos dei
videt quod est, erigat ceruicem suam homo qui non erat & est: ante omnia ergo confes-
sio, deinde dilectio: quia de charitate quidem dictum est, Charitas cooperit multitudi-
1. Pet. 4. nem peccatorum. Iam videamus si ipsam charitatem commendat propter surrepentia
delicta, quia sola delicta extinguit charitas, superbia extinguit charitatem, Humilitas er-
go roborat charitatem, charitas extinguit delicta: humilitas pertinet ad confessionem,
qua confitemur nos peccatores: ipsa est humilitas, non vt dicamus illud lingua, quasi
propter arrogantiam, ne displiceamus hominibus si nos iustos dixerimus: Faciunt hoc
impii & insani, scio quidem quia iustus sum, sed quid dicturus sum ante homines? Si
me iustum dixero, quis ferat, quis toleret? Apud deum nota sit iustitia mea, ego tamẽ
dicam me peccatorem, non quia sum, sed ne arrogantia odiosus inueniar. Dic homini-
bus quid es, dic deo quis es: quia si non dixeris deo quod es, damnat deus quod in te in-
ueniet: non vis vt ille dãnet, tu dãna: vis vt ille ignoscat, tu agnosce, vt possis deo dicere,
Psal. 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis: dic illi etiã illa verba in ipso psalmo, Qm̃ iniquitatẽ

meam ego cognosco. Quòd si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & iustus, qui di
mittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquitate. Quòd si dixerimus quia
non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.) Si di-
xeris, non peccaui, illum facis mendacem, cum te vis facere veracem. Vnde fieri potest vt
deus mendax sit, & homo verax, cum contradicat scriptura, Omnis homo mendax, & Psal. 115.
deus solus verax? ergo deus per seipsum verax, tu per deum verax, nam per te mendax.
Et ne forte impunitatem videretur dedisse peccatis, quia dixit, Fidelis est & iustus qui
mundet nos ab omni iniquitate, & dicerent iam sibi homines, Peccemus etiam securi fa
ciamus quod volumus, purgat nos Christus, fidelis est & iustus, purgat nos ab omni ini
quitate: tollit tibi malam securitatem, & inserit vtilem timorem. Male vis esse securus,
solicitus esto fidelis enim est & iustus, vt dimittat nobis delicta nostra, si semper tibi di-
spliceas, & muteris donec perficiaris: ideo quid sequitur? Filioli mei hæc scribo vobis vt Cap. II.
non peccetis. Sed forte surrepit de vita humana peccatum, quid ergo fiet? Iam despera-
tio erit: audi, Siquis, inquit, peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Chri-
stum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.) Ille est ergo aduocatus, da ope
ram tu ne pecces: si de infirmitate vitæ surrepserit peccatum, continuo vide, continuo
displiceat, continuo damna: & cum damnaueris, securus ad iudicem venies; ibi habes
aduocatum noli timere, ne perdas causam confessionis tuę. Si enim aliquando in hac vi
ta committit se homo dissertæ linguæ & non perit, cõmittis te verbo & periturus es? Cla-
ma, aduocatum habemus apud patrem. Videte ipsum Ioannem seruantem humilitatẽ, Ioan. 15.
E certe vir iustus erat & magnus, qui de pectore domini mysteriorum secreta bibebat; il-
le qui bibendo de pectore domini diuinitatem ructauit: In principio erat verbum, & Ioan. 1.
verbum erat apud deum; ille talis vir non dixit, aduocatum habetis apud patrem: sed si-
quis peccauerit, aduocatum, inquit, habemus: non dixit, habetis, nec me habetis dixit,
nec ipsum Christum habetis dixit, sed & Christum posuit, non se: & habemus dixit,
non habetis. Maluit se ponere in numero peccatorum vt haberet aduocatum Chri-
stum, quàm ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri inter damnandos superbos.
Fratres, Iesum Christum iustum ipsum habemus aduocatum ad patrem, ipse propicia-
tio est peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim non fecit: hoc qui tenuit,
schisma non fecit: vnde enim facta sunt schismata? Cum dicunt homines, nos iusti
fumus: cum dicunt homines, nos sanctificamus immundos, nos iustificamus impios,
nos petimus, nos impetramus: Ioannes autem quid dixit? Et siquis peccauerit, ad-
uocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: sed dicet aliquis, Ergo sancti
non petunt pro nobis? ergo Episcopi vel præpositi non petunt pro populo? sed atten-
dite scripturas & videte, quia & præpositi commendant se populo: nam Apostolus di-
cit plebi, Orantes simul & pro nobis: orat Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apo- Coloss. 4.
stolo: oramus pro vobis fratres, sed & vos orate pro nobis: inuicem pro se omnia mem
bra orent, caput pro omnibus interpellet. Propterea non mirum quia sequitur & hic,
& claudit ora diuidentibus Ecclesiam dei: quia dixit, Iesum Christum iustum habe-
mus aduocatum, & ipse propiciatio est peccatorum nostrorum, propter illos qui se diui-
suri erant & dicturi, Ecce hic est Christus, ecce illic, & vellent ostendere eum in parte qui Mat. 24.
emit totum & possedit totum: continuo secutus adiunxit, Non tantum nostrorum, sed Marci. 13.
& totius mundi.) Quid est hoc fratres? Certe inuenimus eam in campis saltuum, inue- Psal. 131.
nimus Ecclesiam in omnibus gentibus. Ecce Christus propiciatio est peccatorum no-
strorum: non tantum nostrorum, sed & totius mundi. Ecce habes Ecclesiam per totum
mundum, noli sequi falsos iustificatores & veros præcipitatores, in illo monte esto qui
impleuit orbem terrarum, quia Christus propiciatio est peccatorum nostrorum, nõ tan
tum nostrorum, sed & totius mundi, quem suo sanguine comparauit. Et in hoc, inquit,
cognoscimus eum, si mandata eius seruauerimus.) Quę mandata? Qui dicit quia cogno
uit eum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas non est.) Sed adhuc
quæris, quæ mandata? Qui autem, inquit, seruauerit verbum eius, vere in hoc perfecta
est dilectio dei.) Videamus ne ipsum mandatum dilectio dei vocetur. Quærebamus enim
quæ mandata? & ait, qui autem seruauerit verbum eius, vere in hoc perfecta est dilectio
dei: attende Euangelium, si non est hoc mandatum, Mandatum, inquit, nouum do vo- Ioan. 13.
bis, vt vos inuicem diligatis. In hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in illo perfecti

fuerimus.) Perfectos in dilectione vocat: quæ est perfectio dilectionis? Et inimicos diligere, & ad hoc diligere, vt sint fratres: non enim dilectio nostra carnalis esse debet: optare alicui salutem temporalem, bonũ est: sed & si desit, anima tuta sit: si optas alicui amico tuo vitam, bene facis: gaudes de morte inimici, male facis: Sed forte & amico tuo vita illa quam optas inutilis est, & inimico tuo mors de qua gaudes vtilis fuit: Incertum est vtrum alicui sit vtilis vita ista an inutilis: vita vero quæ est apud deum, sine dubio vtilis est. Sic dilige inimicos tuos vt fratres optes, sic dilige inimicos vt in societatem tuam vocentur: sic enim dilexit ille qui in cruce pendens, ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: neq; enim dixit pater, viuant isti multo tempore, me quidem occidunt, sed ipsi viuant; sed quid ait? ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: mortem sempiternam ab eis expellebat prece misericordissima, & potentia præstantissima: multi ex eis crediderunt, & dimissus est eis fusus sanguis Christi: primo fuderunt cum sæuirent, nũc biberunt cum crediderunt: in hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in ipso perfecti fuerimus. De ipsa perfectione diligendorum inimicorum dominus admonens ait, Estote ergo perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Qui ergo dicit se in ipso manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare.) Quo fratres? Quid nos monet? Qui dicit se in ipso manere, id est in Christo, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare: forte hoc nos monet, vt ambulemus in mari? Absit: hoc ergo, vt ambulemus in via iustitiæ. In qua via? Iam commemoraui: Fixus in cruce erat, & in ipsa via charitatis, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Si ergo didiceris orare pro inimicis tuis, ambulas viam domini. Dilectissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatũ vetus quod habebatis ab initio.) Quod mandatum vetus dixit? Quod habebatis, inquit, ab initio: ideo ergo vetus, quia iam illud audistis: alioquin contrarius erit domino, vbi ait, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis: sed mandatum vetus quare? non quia ad veterem hominem pertinet: sed quare? quod habebatis ab initio. Mandatum vetus est verbum quod audistis:) ideo ergo vetus, quia iam audistis: & idipsum nouum ostendit, dicens, Iterum mandatum nouum scribo vobis.) Non alterum, sed idemipsum quod dixi vetus, idem est & nouum. Quare? Quod est verum in ipso & in vobis:) Nam quare vetus audistis? quia iam illud noueratis. Quare autem nouum? Quia tenebræ transierunt, & lux vera iam lucet.) Ecce vnde nouum: quia tenebræ ad veterem hominem, lux vero ad nouum hominem pertinet: quid dixit Apostolus Paulus? Exuite vos veterem hominem, & induite nouum: & iterum quid dicit? Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quid dicit se esse in lumine:) modo manifestat totum quod dixi. Qui dicit se esse in lumine, & fratrem suum odit, in tenebris est vsq; adhuc.) Eia fratres mei, quandiu dicemus vobis, diligite inimicos? Videte quod peius est, ne adhuc fratres oderitis: si fratres solum amaretis, nondum essetis perfecti: si autem fratres auditis, quid estis? Vbi estis? Respiciat vnusquisque cor suum, non teneat odium contra fratrem pro aliquo verbo duro, pro contentione terræ, ne fiat terra: quisquis enim odit fratrem suum, non dicat quia in lumine ambulat: quid dixi? non dicat quia in Christo ambulat; qui dicit se esse in luce, & odit fratrem suum, in tenebris est vsq; adhuc. Nescio quis enim ex Pagano factus est Christianus, intendite, ecce tenebræ erat quando Paganus erat, modo iam Christianus factus est: deo gratias, omnes gratulantur: recitatur Apostolus gratulans, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Adorabat idola, adorat deum: adorabat quem fecit, adorat qui eum fecit. Mutatus est, deo gratias, omnes gratulantur Christiani. Quare? quia iam adorator patris & filii & spiritussancti, etiam detestator dæmoniorum & idolorũ est: adhuc iste Ioannes solicitus est, multis gratulantib. adhuc suspectus est, Fratres, maternam solicitudinem libenter amplectamur: non sine causa mater solicita est de nobis, cum alii gaudent: matrem dico charitatem, ipsa.n. habitabat in corde Ioannis, cum ista diceret, quare, nisi quia aliud timet in nobis? Et cũ iã nobis homines gratulentur, quid est qd timetur? Qui dicit se esse in lumine: qd est hoc? iã dicit se esse Christianũ, & fratrẽ suũ odit, in tenebris est vsq; adhuc: qd exponere nõ est, sed quod gaudere si non fiat, aut qd plangere si fiat. Qui diligit fratrẽ suũ, in lumine manet, & scã dalũ in eo nõ est.) Obsecro per xp̃m, pascit nos xp̃s, refecturi sum⁹ corpora in noie xp̃i, & aliquantum refecta sunt, & reficienda sunt, mens nostra pascatur, non quia diu di-

Luc. 23.

Mat. 5.

Ioan. 13.

Cor. 3.

Ephe. 5.

Mat. 5.

Ephe. 5.

cturus sum dico, nam ecce iam finitur lectio: sed ne forte ex tædio minus attente audiatur quod maxime necessarium est, qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui sunt qui patiuntur scandalum aut faciunt? Qui scandalizantur in Christo & in Ecclesia: qui in Christo scandalizantur, tanquam à sole vruntur: qui in Ecclesia, tanquam à luna. Dicit autem psalmus, Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem: id est, si tenueris charitatem, nec in Christo scandalum patieris, nec in Ecclesia, nec Christum relinques, nec Ecclesiam: qui enim Ecclesiam relinquit, quomodo est in Christo, qui in membris Christi nõ est? quomodo est in Christo, qui in corpore Christi non est? Illi ergo patiuntur scandalum, qui relinquunt aut Christum, aut Ecclesiam. Vnde intelligimus quia inde dixit psalmus, Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem? quia ipsam vltionem scandalum vult intelligi. Primo ipsam similitudinem attende, quomodo qui vritur dicit, non tolero, non fero, & subducit se: sic qui quædam non ferunt in Ecclesia, & subtrahunt se vel nominis Christi vel Ecclesiæ, scandalum patiuntur. Videte quomodo passi sunt scandalum tanquam à sole illi carnales, quibus prædicabat carnem suam Christus & dicebat, Qui non manducauerit carnem filii hominis & biberit eius sanguinem, non habebit in se vitam. Septuaginta fermè homines dixerunt, Durus est hic sermo, & recesserũt ab eo, & remanserunt duodecim. Omnes illos vsit sol & recesserunt, non valentes ferre vim verbi: remanserunt ergo duodecim. Et ne forte putarent homines, quia ipsi præstant deo credendo in Christum, & non ab ipso illis præstatur beneficium, cum duodecim remanssissent, ait illis dominus, Nunquid & vos vultis ire? Vt noueritis, quia vobis necessarius ego sum, non vos mihi. Illi autem quos non vsserat sol, respõderunt voce Petri, Domine, verbum vitæ æternæ habes, quò ibimus? Quos autem vrit Ecclesia tanquam luna per noctem, qui schismata fecerunt, audi ipsum verbum positum in Apostolo, Quis infirmatur & ego non infirmior? quis scandalizatur & ego non vror? Quomodo ergo non est scandalum in eo qui diligit fratrẽ? Quia qui diligit fratrem, tolerat omnia propter vnitatem, quia in vnitate charitatis est fraterna dilectio. Offendit te nescio quis, siue malus, sine vt tu putas malus, siue vt tu fingis malus, & deseris tot bonos, qualis dilectio est fraterna? Qualis apparuit in istis Donatistis, cum accusant Aphros, deseruerunt orbem terrarum: nunquid in orbe terrarum sancti non erant? Aut inauditi à vobis damnari potuerunt? Sed ô si diligeretis fratres, scandalũ in vobis nõ esset: audi psalmũ quid dicat, Pax multa diligentibus legẽ tuã, & nõ est illis scandalũ. Pacẽ multã dixit eis qui diligunt legẽ dei, & ideo nõ eis esse scandalum. Illi ergo qui scandalũ patiuntur, pacẽ perdunt. Et quos dixit non pati scandalũ, aut non facere? Diligentes legẽ dei: ergo in charitate positi sunt: sed dicit aliquis, Legem dei dixit diligentibus: non fratres, audi quid dominus dicat, Mandatum nouũ do vobis, vt vos inuicem diligatis. Quid est lex nisi mandatũ? quo autem non patiuntur scandalum, nisi dum sufferunt inuicem? sicut Paulus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et quia ipsa est lex xp̃i, eũdem audi Apostolũ cõmendantem ipsam legem, Inuicem, inquit, onera vestra portate, & sic adimplebitis legem xp̃i. Nam qui odit fratrem suũ, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat.) Magna res fratres, attendite rogamus vos. Qui odit fratrem suũ in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius.) Quid tam cæcum, quàm isti qui oderunt fratres? Nam vt noueritis quia cæci sunt, in montem offenderũt; eadem dico, ne vobis excidant. Nónne lapis iste, qui præcisus est de monte sine manibus, xp̃s est de regno Iudæorum sine opere maritali? Nonne ille lapis confregit omnia regna terrarum, id est, omnes dominationes idolorum & dæmoniorum? Nõne ille lapis creuit, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersum orbem terrarum? Nunquid digito ostendimus istũ montem, quomodo ostenditur hominibus noua † luna? Verbi gratia, quando volunt homines viderem lunam nouam dicunt, Ecce luna, ecce vbi est. Et si sunt ibi qui non valeant intendere aciem, & dicãt, vbi? Intenditur illis digitus vt videãt: aliquando dũ erubescunt ne cæci putentur, dicũt se vidisse quod non viderunt. Nũquid sic ostendimus Ecclesiam fratres mei? nonnè aperta est? nonne obtinuit omnes gentes? nõne impletur quod ante tot annos promissum est Abrahę, in semine eius benedici omnes gentes? Vni fideli promissum est, in militibus fidelibus mũdus impletus est. Ecce mõs implens vniuersam faciem terræ: ecce ciuitas, de qua dictum est, Non potest ciuitas ab-

1 Ioan. 2.

115 M

Psal. 120.

Ioan. 6.

114 A

2. Cor. 11.

116 B

Psal. 118.

Ioan. 13.

Ephe. 4.

Gala. 6.

116 C

Dani. 2.

† alias, tertia.

Gene. 22.

Mat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa. 2. scondi super montem constituta. Illi offendunt in montem: & cum eis dicitur, Ascende, non est mons dicunt, & facilius illuc faciem impingunt, quàm illic habitaculũ quærunt. Esaias hesterna die lectus est, quisquis vestrum vigilabat, non oculis tantum, nec aure corporis, sed aure cordis aduertit, Erit in nouissimis diebus manifestus mons domus domini, paratus in cacumine montium. Quid tam manifestũ quàm mõs? Sed sunt & montes ignoti, quia in vna parte terrarum positi sunt. Quis vestrum nouit Olympũ montem? quo ibi qui habitant, Giddabam nostrum non nouerunt. In partibus sunt isti montes: alle autem mons non sic, quia impleuit vniuersam faciem terræ: & de illo dicit, Paratus in cacumine montiũ. Mons est super cacumina omnium montium. Et congregabuntur, inquit, ad eũ omnes gentes. Quis erat in hoc monte? qui frangit facié offendendo in illum, qui ignorat ciuitatem super montem constitutam. Sed nolite mirari, quia ignoratur ab istis, qui oderunt fratres, quia in tenebris ambulant, & nesciunt quo eunt, quia tenebræ excæcauerunt oculos eorum: montem non vident, nolo mireris, oculos non habent. Vnde oculos non habent? quia tenebræ excæcauerunt eos. Vnde probamus? quia fratres oderunt, quia cum offenduntur in Aphris, separant se ab orbe terrarum, quia non tolerant pro pace Christi quos infamant, & tolerant pro parte Donati quos damnant.

De eo quod Ioannes dicit, Scribo vobis filioli: quia remittuntur vobis peccata per nomen eius: vsq; ad id, Et mundus transiet & desideria eius.

Qui autem fecerit uoluntatem dei manet in æternum, sicut & ipse manet in æternum. Tractatus. II.

OMnia quæ leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram intente oportet audire. Maxime tamen memoriæ commendanda sunt, quæ aduersus hæreticos ualent plurimũ, quorum insidiæ infirmiores quosq; & negligentiores circũuenire non cessant. Mementote dominum nostrum & saluatorem Iesum Christum, & mortuum esse pro nobis & resurrexisse: mortuum. s. propter delicta nostra, resurrexisse Rom. 4. propter iustificationem nostram. Sicut modo audistis, quia discipulorum duorum quos Luc. 24. inuenit in via, tenebantur oculi ne eum agnoscerent inuenit eos desperantes de redẽptione, quæ erat in Christo, & existimantes iam illum passum, & mortuum fuisse sicut hominem, nec tanquam filium dei putantes semper uiuere, & in carne ita mortuum ut non reuiuisceret, sed tanquam unum ex Prophetis, sicut uerba eorum pauloante qui intenti eratis, audistis. Tunc aperuit illis scripturas, incipiens à Moyse, per omnes Prophetas ostendens eis omnia quæ passus erat prædicta fuisse, ne illi magis mouerentur, si resurrexisset dominus, & magis ei non crederent, si de illo ista antè dicta non essent. Firmitas enim fidei in eo est, qui omnia euenerunt in Christo, prædicta sunt. Discipuli ergo eum non agnouerunt, nisi in fractione panis. Et uere qui non sibi iudicium manducat & bibit, in fractione panis Christum agnoscit. Postea & illi undecim putabant se spiritum uidere, præbuit se palpandum, qui se præbuit crucifigendum: crucifigendum inimicis palpandum amicis: medicus tamen omnium, & illorum impietatis, & istorum incredulitatis. Nam quod audistis cum Actus Apostolorum legerentur, quot milia crediderũt ex interfectoribus Christi, si crediderunt postea qui occiderũt, non erant crediturus qui paululum dubitabant? Et ipsos tamen, quod maxime debetis animaduertere, & memoriæ uestræ mandare, quia contra insidiosos errores deus uoluit ponere firmamentum in scripturis, contra quas nullus audet loqui, qui quoquo modo se vult videri Christianũ. Cum se palpandum præbuisset, non illis, sufficit, nisi de scripturis confirmaret cor credentium, prospiciebat enim nos futuros. In quo palpemus nos non habemus, & quod le gamus habemus. Si enim propterea illi crediderunt, quia tenuerunt & palpauerunt, nos quid facimus? Iam Christus ascendit in cœlum, non est venturus nisi in fine, vt iudicet de viuis & mortuis. Vnde crediturus sumus, nisi vnde & ipsos palpantes voluit con-
Luc. 24. firmare? Aperuit enim illis scripturas, & ostendit eis quia oportebat pati Christum, & impleri omnia quæ de illo scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & psalmis, omnem scripturam circumplexus est. Quicquid illarum scripturarum est, Christum sonat, sed si aures inueniat: & aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Vnde & nobis hoc orandum est, vt ipse sensum nostrum aperiat. Quid autem ostendit dominus scriptum de se in lege Moysi & Prophetis & psalmis? quid ostendit? Ipse dicat. Breuiter

hoc Euangelista posuit, vt nos noscamus quid in tanta latitudine scripturarum credere & intelligere debemus. Certè multæ sunt paginæ & multi libri, hoc habent omnes
116 quod dixit dominus breuiter discipulis suis. Quid est hoc? Quia oportebat pati Chri-
H stum & resurgere tertia die. Habes iam de sponso, quia oportebat Christum pati & resurgere: commendatus est nobis sponsus, de sponsa videamus quid dicat, vt tu cum cognoueris sponsum & sponsam, non sine causa ad nuptias venias. Celebratio enim nuptiarũ omnis celebratio: Ecclesiæ enim nuptiæ celebrantur. Ducturus est vxorem filius regis, & ipse filius regis rex, & frequentant, ipsi sunt sponsa. Non quomodo in nuptiis carnalibus aliis frequentant nuptias, & alia nubit: in Ecclesia qui frequentant, si bene frequentant, sponsa fiunt: omnis enim Ecclesia sponsa Christi est, cuius principium & primitiæ caro Christi est, ibi iuncta est sponsa sponso in carne. Merito carnem ipsam cum commendaret, panem fregit, & merito in fractione panis aperti sunt oculi discipulorum, & agnouerunt eum. Quid ergo dixit dominus scriptũ esse de se in lege & Prophetis & psalmis? quia oportebat pati Christum: si non adderet, & resurgere, recte illi plãgerent, quorum oculi tenebantur, sed & resurgere prædictum est. Et vt quid hoc? quare hoc oportebat pati Christum & resurgere? Propter illum psalmum quem vobis maxime commẽ
116 dauimus quarta sabbati statione prima nouissimę hebdomadis. Quare oportebat Chri- Psal. 21.
I stum pati & resurgere? propter psalmum, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Nam vt noueritis, quia oportebat pati Christum & resurgere, & hic quid addidit, vt post commendationem sponsi commendaret & spõsam? Et prædicari, inquit, in nomine eius Acto. 24.
pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes, incipientes ab Hierusalem. Audistis fratres, tenete: nemo dubitat de Ecclesia, quia per omnes gentes est: nemo dubitat, quia ab Hierusalem cœpit, & omnes gentes impleuit. Agnoscimus agrum videbitis plantata est, cum autem creuerit, non agnoscimus quia totum occupauit. Vnde cœpit? ab Hierusalem. Quò peruenit? ad omnes gentes. paucę remanserunt, omnes tenebit. Interea cum omnes tenet, aliqua sarmenta inutilia visa sunt agricolæ præcidenda, & fe-
116 cerunt hæreses & schismata. Non vos inducant præcisa vt præcidamini, hortamini ma-
K gis quæ præcisa sunt, vt iterum inserantur. Manifestum est enim Christum passum resurrexisse, ascendisse in cœlum: manifestum est & Ecclesiæ, quia prædicatur in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorum in omnes gentes. Vnde cœpit? ab Hierusalem. Audit stultus, vanus, & quid amplius dicturus sum? quàm cæcos qui tam magnum montem non vident, qui contra lucernam in candelabro positam oculos claudunt? Cum eis dicimus si Christiani catholici estis, communicate illis Ecclesiis, vnde Euangelium toto orbe diffunditur. Illi Hierusalem communicate quando dicimus, Responderent nobis, non communicamus illi ciuitati vbi occisus est rex noster, vbi occisus est dominus noster, quasi oderint ciuitatem vbi occisus est dominus noster. Occiderunt Iudæi, quem inuenerunt in terra, exufflant illi qui sedet in cœlo. Qui sunt peiores, qui contempserunt quia hominem putabant, an qui sacramenta eius exufflant, quæ iã dominũ confitentur? Sed oderunt videlicet ciuitatem, in qua dominus ipsorum occisus est. Pii homines & misericordes, multum dolent occisum esse Christum, & occidunt in hominibus Christum. Et ille dilexit illam ciuitatem, & misertus est eius. Inde dixit incipere prędicationem suam, incipiens ab Ierusalem. Ille ibi principium fecit prædicatio
116 nis nominis sui, & tu exhorrescis communicationem illius ciuitatis? Non est mirum si Acto. 1.
L præcisus odisti radicem. Quid ait ille discipulis suis? Estote sedentes in ciuitate, quia ego mitto promissionem meam in vos. Ecce quam ciuitatem oderunt, forte amarent, si Iudæi interfectores Christi in illa habitarent. Manifestum est enim omnes interfectores Christi, id est, Iudæos expulsos esse de illa ciuitate. Quæ habebat fæuientes in Christũ, habet adorantes Christum, propterea illã isti oderunt, quia Christiani in illa sunt. Ibi voluit sedere discipulos suos, & ibi illis mittere spiritum sanctum. Vbi inchoat Ecclesia, nisi vbi venit de cœlo spiritus sanctus, & impleuit vno loco sedentes centum viginti? Acto. 2.
Duodenarius ille decuplatus erat. Sedebant centum viginti homines, & venit spiritus sanctus, & impleuit totum locum, & factus est sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & linguæ diuisæ sunt velut ignis. Audistis Actus Apostolorum hodie, ibi lecta est ipsa lectio, cœperunt linguis loqui quomodo spiritus sanctus dabat eis pronunciare. Et omnes

qui aderant illic, de diuersis gentibus venientes Iudæi, agnoscebant vnusquisq; linguã
suam, & mirabantur illos idiotas & imperitos subito didicisse, non vnam aut linguas
duas, sed omnium omnino gentium. Vbi ergo iam omnes linguæ sonabant, omnes lin-
guæ creditura ostendebantur. Isti autem qui multum amant Christum, & ideo nolunt
communicare ciuitati quæ interfecit Christum: sic honorant Christum, vt dicant illum
remansisse ad duas linguas, Latinam & punicam, id est Aphram. Solas duas linguas te-
net Christus? Istæ enim duæ linguæ solæ sunt in parte Donati, plus non habent. Euigi-
lemus fratres, videamus potius donum spiritussancti, & credamus antedictis de illo, &
Psal.18. videmus impleta esse, quæ antè dicta sunt in Psalmo, Non sunt loquelæ neq; sermones,
quorum non audiantur voces eorum. Et ne forte & ipsæ linguæ venerint ad vnum lo-
cum, & non potius donum Christi venerit ad omnes linguas, audi quid sequitur, In om
nem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quare hoc? Quia in
sole posuit tabernaculum suum: id est, in manifesto tabernaculum eius, caro eius, taber
naculum eius, Ecclesia eius in sole reposita est: non est in nocte, sed in die. Sed quare illi
non agnoscunt? Redite ad lectionem, qua heri finis factus est, & videte quare non agno
scunt. Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quoniam tenebræ
excæcauerunt oculos eius. Nos ergo sequentia videamus, & non simus in tenebris. Vn-
de non erimus in tenebris? Si amemus fratres. Vnde probatur? Quia amamus fraternita
tem, quia non scindimus vnitatem, quia tenemus charitatem. Scribo vobis filioli, quia
remittũtur vobis peccata p nomẽ eius.) Ideo filioli, qa dimissis peccatis nascimini. Sed
per cuius nomen remittũtur peccata? nũquid Augustini? ergo per nomẽ nec Donati. Vi
detis quis Augustinus, aut quis Donatus? Nec per nomen Pauli, nec per nomen Petri.
Nam diuidentibus sibi Ecclesiam, & partes facere de vnitate cupientib. parturiens par-
uulos mater charitas, in Apostolo exponit viscera sua, conscindit quodammodo verbis
vbera sua, plorat filios quos videt efferri, reuocat ad vnum nomen eos qui multa nomi-
1.Cor.1. na sibi facere volebant, repellit ab amore suo vt Christus ametur, & dicit, Nunquid Pau
lus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid dicit, nolo mei si-
tis, sed vt mecum sitis mecum estote: omnes illius sumus qui pro nobis mortuus est, q
pro nobis crucifixus est: vnde & hic, dimittuntur vobis peccata per nomen eius, non per
hominis alicuius. Et scribo vobis patres.) Quare primo filii? Quia remittuntur vo-
bis peccata per nomen eius, & regeneramini in nouam vitam, ideo filii. Patres quare?
Quia cognouistis eum qui à principio est.) Principium enim ad paternitatem pertinet.
Nouus Christus in carne, sed antiquus in diuinitate. Quam antiquum putamus? quot
annorum? Putamúsne maior quam mater sua? Maior planè quàm mater sua: omnia n.
Ioan.1. per ipsum facta sunt. Si omnia, & ipsam matrẽ antiquus fecit, de qua nasceretur nouus:
Ioan.8. Putamúsne ante matrem solam? & ante auos matris antiquus. Auus matris ipsius Abra
ham; & dominus dicit, Ante Abraham ego sum. Ante Abraham dicimus. Cœlum & terra
antequam esset homo facta sunt, ante ipsa fuit dominus, imò est: optime enim non ait,
ante Abraham ego fui: sed, ante Abraham ego sum. Quod enim dicitur quia fuit, non
est: & quod dicitur quia erit, nondum est: ille non nouit nisi esse. Secundum quod
deus est, esse nouit: fuisse & futurus esse non nouit. Dies est ibi vnus, sed sempiternus: nõ
ponunt illum diem in medio hesternus & crastinus, hesterno enim die finito, incipiens
hodiernus venturo crastino finitur. Ille vnus dies ibi est, sine tenebris, sine nocte, si-
Psal.101. ne spatiis, sine mensura, sine horis. Quod vis illum dic: si vis dies est, si vis annus
Psal.2. est, si vis anni sunt. Dictum est de ipso, Et anni tui non deficient. Quomodo autem
dictus est dies, quando dictum est domino, Ego hodie genui te? Ab æterno patre
genitus, ex æternitate genitus: nullo initio, nullo fine, nullo spatio latitudinis,
Exod.3. quia est quod est, quia ipse est qui est. Et nomen suum dixit Moysi, dices eis, Qui
Psal.109. est, misit me ad vos. Quid ergo? ante Abraham? quid ante Noe? quid ante Adam?
Ioan.1. Audi scripturam, Ante luciferum genui te. Postremo ante cœlũ & terram. Quare? Quia
omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ideo patres agnoscite, patres
enim fiunt agnoscendo quod est ab initio. Scribo vobis iuuenes.) Filii sunt, patres
sunt, iuuenes sunt: Filii, quia nascuntur: patres, quia principium agnoscunt. Iuue-
nes quare? Quia vicistis malignum.) In filiis natiuitas, in patribus antiquitas, in iuue-
nibus fortitudo. Si malignus à iuuenibus vincitur, pugnat nobiscum: pugnat, sed

non expugnat. Quare? quia nos sumus fortes. An quia ille est fortis in nobis, qui inter
manus persequentium infirmus inuentus est? Ille nos fortes fecit, qui persequentibus
nõ restitit: crucifixus est enim ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Scribo vobis pue 1.Cor. 13.
ri,) Vnde pueri? quia cognouistis patrem. Scribo vobis patres.) Commendat & repetit.
Quia cognouistis eum qui à principio est.) Mementote vos patres esse. Si obliuiscimi-
ni eum qui à principio est, perdidistis paternitatem. Scribo vobis iuuenes) Etiam atq;
etiam considerate, quia iuuenes estis. Pugnate vt vincatis: vincite vt coronemini: hu-
miles estote ne cadatis in pugna. Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & verbum dei
in vobis manet, quia vicistis malignum.) Hæc omnia fratres, quia cognouimus id quod
à principio est, quia fortes sumus, quia cognouimus patrem: omnia ista quasi cogni-
tionem commendant, charitatem [non] commendant. Si cognouimus, amemus: nam co
gnitio sine charitate non saluos facit. Scientia inflat, charitas ædificat. Si cõfiteri vultis 1.Cor.8.
& non amare, incipitis dæmonibus similes esse. Confitebantur dæmones filium dei, & Matt.8.
dicebant, Quid nobis & tibi? & repellebantur. Cõfitemini & amplectimini: illi enim ti-
mebant de iniquitatibus suis, vos amate dimissorem iniquitatum vestrarum. Sed quo
poterimus amare deum, si amamus mundum? Si amamus mundum, separat nos à cha-
ritate dei. [Parat nos ergo inhabitare charitatem.] Duo sunt amores, mundi & dei. Si
mundi amor habitat, non est quà intret amor dei: recedat amor mundi, & habitet dei,
melior accipiat locum. Amabas mundum, noli amare mundum. Cum exhauseris cor
tuum amore terreno, hauries amorem diuinum, & incipiet habitare iam charitas, de
qua nihil mali potest procedere: audite ergo verba purgantis modo. Quasi agrum inue
nit corda hominũ: sed quomodo inuenit? Si syluam inuenit, extirpat: si agrum purgatũ
inuenit, plantat: plantare ibi vult arborem charitatem. Et quam syluam vult extirpare?
amorem mundi. Audi extirpationem syluæ. Nolite diligere mundum.) hinc enim sequi
tur, Neq; ea quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris nõ est in eo.)
Audistis, quia siquis dilexerit mundum, dilectio patris non est in eo. Ne quis dicat in
corde suo falsum esse hoc. Fratres, deus dicit per Apostolum: spiritussanctus locutus est,
nihil verius, Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in ipso. Vis habere dile-
ctionem patris vt sis cohæres filii? noli diligere mundum, exclude malum amorẽ mun-
di, vt implearis amore dei. Vas es, sed adhuc plenum es: funde quod habes, vt accipias
quod non habes. Certe iam renati sunt ex aqua & spiritusancto fratres nostri: & nos
ante aliquot annos renati sumus ex aqua & spiritusancto. Bonum est nobis, non dilige
re mundum, ne remaneant in nobis sarmenta ad damnationem, nõ firmamenta ad sa-
lutem. Firmamentum salutis est habere radicem charitatis, habere virtutem pietatis, nõ
formam solam. Bona forma, sancta forma: sed quid valet forma, si non habet radicem?
Sarmentum præcisum, nonne in ignem mittitur? habe formam, sed in radice. Quomo-
do autem radicamini, vt non eradicemini? Tenendo charitatem, sicut dicit Apostolus
in charitate radicati & fundati. Quomõ ibi radicatur charitas inter tanta syluosa amo- Ephe. 3.
ris mundi? Extirpate syluas, magnum semen posituri estis: non sit in agro quod suffo-
cet semen. Hæc sunt verba extirpantia quæ dixi, Nolite diligere mundum, neq; ea quæ
in mundo sunt: siquis dilexerit mundũ, non est charitas patris in eo: Quia omne quod
in mundo est, desiderium est carnis, & desiderium oculorum, & ambitio sæculi.) Tria di-
xit, Quæ non sunt à patre, sed ex mundo. Et mundus transibit & desideria eius. Qui
autem fecerit voluntatem dei manet in æternum, sicut & ipse manet in æternum.)
Quare non amem quod fecit deus? Quid vis? Vtrum amare temporalia, & transire cũ
tempore, an mundum non amare, & in æternum viuere? Rerum temporalium fluuius
trahit, sed tanquam circa fluuium arbor nata est, dominus noster Iesus Christus assum-
psit carnem & resurrexit, ascendit in cœlum. Voluit se quodammodo circa fluuium tem
poralem plantare: raperis in præceps, tene lignum: voluit te amor mundi, tene Chri-
stum. Propter te factus est temporalis, vt tu fias æternus: quia & ille sic factus est tem
poralis, vt maneret æternus. Accesit illi aliquid ex tempore, non decesit ex æternitate.
Tu autem temporalis natus es, & per peccatum temporalis factus es, tu factus tempora
lis per peccatum: ille factus temporalis per misericordiam dimittendi peccata. Quan-
tum interest cum duo sunt in carcere inter reum, & visitatorem eius? homo enim ali-
quando venit ad amicum suum, & intrat visitare eum, & ambo in carcere videntur: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

multum distant & distincti sunt. Illum causa premit, illum humanitas adduxit: sicin
ista mortalitate nos reatu tenebamur, ille misericordia descendit. Intrauit ad captiuum
redemptor, non oppressor. Dominus pro nobis sanguinem fudit, redemit nos, mutauit
spem nostram. Adhuc portamus mortalitatem carnis, & de futura immortalitate præsu
mimus: & in mari fluctuamus, sed ancoram spei in terrá iam fiximus: sed non diliga-
mus mundum, neq; ea quæ in mundo sunt: quæ enim in mundo sunt, desiderium car-
nis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi: tria sunt ista, ne quis forte dicat, Quę
in mundo sunt, deus fecit, id est, cœlum & terram, mare, solem, lunam, stellas, omnia or-
namenta cœlorum. Quæ sunt ornamenta maris? omnia repentia. Quæ terræ? Anima-
lia, arbores, volatilia: ista sunt in mundo, deus illa fecit. Quare ergo non amem quod
deus fecit? Spiritus dei sit in te vt videas quia hæc omnia bona sunt. Sed væ tibi si ama
ueris condita, & deseruieris conditorem. Pulchra tibi sunt, sed quanto est pulchrior qui
ista formauit? Intendat charitas vestra: similitudinibus enim potestis instrui, ne subre-
pat vobis satanas dicens, quod solet dicere, Bene sit vobis in creatura dei: quare illa fe-
cit, nisi vt bene vobis esset? Et inebriantur & pereunt, & obliuiscuntur creatorem suu,
dum non temperanter, sed cupidè vtuntur creatis, creator contemnitur: de talibus dicit
Rom. 1. Apostolus, Coluerunt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus
in secula. Non te prohibet deus amare ista, sed non diligere ad beatitudinem, sed appro
bare & laudare vt ames creatorem. Quemadmodum fratres si sponsus fecerit sponsæ
suæ annulum, & illa acceptum annulum plus diligeret quàm sponsum qui illi fecit an-
nulum: nónne in ipso dono sponsi adultera anima depræhenderetur, quanuis hoc ama
ret quod dedit sponsus? Certe hoc amaret, quod dedit sponsus: tamen si diceret, Sufficit
mihi annulus iste, iam illius faciem nolo videre, qualis esset? quis non detestaretur hāc
amentiam? quis non adulterum animum conuinceret? amas aurum pro viro, amas an-
nulum pro sponso. Si hoc est in te, vt ames annulum pro sponso, & nolis videre spon-
sum tuum, ad hoc tibi arram dedit, vt non te oppignoraret, sed auerteret: ad hoc vtique
arram dat sponsus, vt in arra sua ipse ametur: ergo dedit tibi deus omnia ista, ama il-
lum qui fecit ista. Plus est quod tibi vult dare, id est, seipsum qui ista fecit. Si autem ama
ueris hæc, quanuis illa deus fecerit, & neglexeris creatorem & amaueris mundum, amit-
tis creatorem, qui fecit mundum. Mundus enim appellatur non solum ista fabrica quā
fecit deus, cœlum & terra, mare, visibilia & inuisibilia, sed habitatores mundi mundus
vocantur, quomodo domus vocantur & parietes & inhabitantes. Et aliquando lauda-
mus domum, & vituperamus inhabitantes? dicimus enim. Bona domus, quia marmo-
rata est & pulchre laqueata: & aliter dicimus, Bona domus: nemo ibi patitur iniuriam,
nullæ rapinæ, nullæ oppressiones ibi fiunt, modo non parietes laudamus, sed inhabi-
tatores: domus tamen vocatur, siue illa, siue ista. Omnes enim dilectores mundi, quia
dilectione inhabitant mundum, sicut cœlum inhabitant quorum sursum est cor, & am
bulant carne in terre. Omnes ergo dilectores mundi, mundus vocantur. Ipsi non ha-
bent nisi ista tria, desiderium carnis, desiderium oculorum, & ambitionem seculi.
Desiderant enim manducare, bibere, concumbere, vti voluptatibus istis. Nunquid non
est in his modus? Aut quando dicitur, nolite ista diligere: hoc dicitur, vt non manduce-
tis, non bibatis, aut filios non procreetis? Non hoc dicitur: sed sit modus propter crea-
torem, vt non vos illigent ista dilectione, ne ad fruendum hoc ametis, quod ad vtendū
habere debetis. Non autem probamini, nisi quando vobis proponuntur duo, hoc aut
illud. Iustitiam vis, an lucra? Non habeo vnde viuam, non habeo vnde manducē non
habeo vnde bibam. Sed quid si non potes habere ista nisi per iniquitatem? Nónne me-
lius amas quod non amittis, qua quod iniquitatem committis? Lucrum auri vides, dā-
num fidei non vides? Hoc ergo ait dominus, Desiderium carnis est: id est, desiderium
earum rerum quæ pertinent ad carnem, sicut cibus & concubitus, & cætera huiusmo-
di. Et desiderium oculorum, desiderium oculorum dicit omnem curiositatem. Iam quā
late patet curiositas ipsa in spectaculis, in theatris, in sacramentis diaboli, in magicis ar-
tibus, in maleficiis, ipsa est curiositas. Aliquando tētat etiam seruos dei, vt velint quasi
miraculum facere, tētare vtrum exaudiat illos deus. In miraculis curiositas est, hoc est,
desiderium oculorum, non est à patre. Si dedit deus fac. Obtulit enim vt facias: non
enim qui non fecerunt, ad regnum dei non pertinebunt. Cum gauderent Apostoli

quia dæmonia eis subiecta erant, quid eis dixit dominus? Nolite in hoc gaudere, sed
gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlo. Inde voluit gaudere Apostolos, Lucæ. 10.
127 vnde gaudes & tu. Væ tibi enim si nomen tuum non est scriptum in cœlo. Nunquid væ
M tibi, si non ambulaueris in mari? Nunquid væ tibi, si non exclusēris dæmonia? Si accepi
sti hæc vnde facias, vtere humiliter, non superbè. Nam & de quibusdam pseudoprophe Matt. 24.
tis dicit dominus, quia facturi sunt signa & prodigia. Ergo non sit ambitio seculi: am-
bitio seculi superbia est, iactare se vult in honoribus: magnus tibi videtur homo, siue
de diuitiis, siue de aliqua potentia. Tria sunt ista, & nihil inuenies vnde tenetur cupidi-
tas humana, nisi aut desiderio carnis, aut desiderio oculorum, aut ambitione seculi. Per
ista tria tentatus est dominus à diabolo. Desiderio carnis tentatus est quādo dictum est
ei, Si filius dei es, dic lapidibus istis vt panes fiant, quando esuriuit post ieiunium. Sed Matt. 4.
quomodo repulit tentationem, & docuit pugnare militem? Attendite quid illi ait, Non Vbi supra.
in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Tentatus est & desiderio oculorum de
miraculo, quando ei dixit, Mitte te deorsum: quia scriptum est, Angelis suis mandauit Psal. 90.
128 de te vt suscipiant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Ille restitit tentato-
A ri: si enim faceret miraculum, non videretur nili aut cessisse aut curiositate fecisse: fecit
enim quando voluit tanquam deus, sed tanquam infirmos curans: nam si tunc faceret,
quasi tantummodo miraculum velle facere putaretur. Sed ne hoc homines sentirent,
attende quid respondit: & quando tibi talis tentatio euenerit, dic illud & tu, Redi post
me satanas: scriptum est enim, Non tentabis dominum deum tuum: id est, si hoc fecero,
tentabo deum. Hoc dixit, quod te voluit dicere, quando tibi suggerit inimicus: qualis
homo, qualis Christianus? Modo vel vnum miraculū fecisti, aut orationibus tuis mor
tui surrexerunt, aut febricitantes sanasti? Si vere esses alicuius momenti, †faceres aliqd †aliàs,
miraculum: responde & dic, scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum: nō ergo meriti.
tentabo deum, quasi tunc pertineam ad deum si fecero miraculum, & non pertineam si
non fecero. Et vbi sunt verba eius, Gaudete quia nomina vestra scripta ſsunt in cœlo? Lucæ. 10.
De ambitione seculi quomodo tentatus est dominus, quādo eleuauit eum in excelsum
128 & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me? De elatione regni terreni
B voluit tentare regem seculorum: sed dominus qui fecit cœlum & terram, diabolum cal
cabat. Quid magnum à domino diabolum vinci? Quid ergo respondit diabolo, nisi
quod te docuit vt respondeas, Scriptum est, dominum deum tuum adorabis, & illi soli
seruies? Tenentes ista, non habebitis concupiscentiam mundi non habendo concupi-
scentiam mundi, non vos subiugabit nec desiderium carnis, nec desideriū oculorū, nec
ambitio seculi, & facitis locū charitati venīēti vt diligatis deū: quia si fuerit ibi dilectio
mundi, non ibi erit dilectio dei. Tenete potius dilectionem dei, vt quomodo deus est
æternus, sic & vos maneatis in æternum: qua talis est quisque, qualis eius dilectio est.
Terrā diligis, terra eris. Deū diligis: quid dicam? deus eris. Non audeo dicere ex me, scri-
pturas audiamus, Ego dixi dii estis, & filii altissimi omnes. Si ergo vultis esse dii & filii Psal. 81.
altissimi, nolite diligere mundum, nec ea quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundū,
128 non est charitas patris in illo, quia omnia quæ sunt in mundo, desiderium carnis est,
C & desiderium oculorum, & ambitio seculi, quæ non est ex patre, sed ex mūdo, id est, ab
hominibus & dilectoribus mundi. Et mundus transiet, & desideria eius transeunt. Qui
autem facit voluntatem dei, manet in æternum, sicut & deus manet in æternum.

De eo quod Ioannes dicit, Pueri nouissima hora est: vsq; ad id, Et non habetis necessitatem, vt aliquis vos doceat, quia vnctio ipsius docet vos de omnibus. Tractatus. III.

PVeri nouissima hora est.) In hac lectione pueros alloquitur vt festinent crescere,
quia nouissima hora est. Aetas corporis non est in voluntate. Ita nullus secūdum
carnem crescit quando vult, sicut nullus quando vult nascitur: Vbi natiuitas in
voluntate est, & incrementum in voluntate est, nemo ex aqua & spiritu nascitur nisi vo
lens, ergo si vult crescit: si non vult decrescit. Quid est crescere? proficere. Quid est de-
crescere? deficere. Quisquis nouit natum esse se, vt audiat quia puer est & infans, auide
inhiet vberibus matris, & cito crescit. Est autem mater, Ecclesia: & vbera eius duo testa-
menta scripturarum diuinarum, hinc sugatur lac omnium sacramentorum temporali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter pro æterna salute nostra gestorum, vt nutritus atq; roboratus perueniat ad mandu-
Ioan.1. candum cibum, quod est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus
erat verbum. Lac nostrum Christus humilis est, cibus noster est, idē ipse Christus æqua-
lis patri. Lacte te nutrit vt pane pascat; nam corde contingere Iesum spiritaliter, hoc est
Ioan.20. cognoscere, quia æqualis est patri. Proptrea & Maria prohibebat se tangere, & dicebat
ei, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc? Discipulis
se palpandum præbuit, & Mariæ contactum vitauit? nonne ipse est qui dubitanti di-
scipulo dixit, Mitte digitos tuos & palpa circatrices? nunquid iam ad patrem ascende-
rat? Quare ergo Mariam prohibet & dicit, Noli me tangere, nondum, enim ascendi ad
patrem meum? An hoc dicturi sumus quod à uiris se tangi nō timuit, & à mulieribus se
tangi timuit? Contactus illius omnem carnem mundat. Quibus primo voluit manife-
stari, ab his se timuit contrectari? Nonne virtis resurrectio eius per fœminas nunciata
est, vt contraria arte serpens vinceretur? quia enim ille mortem primo homini per fœ-
minam nunciauit, & viris vita per fœminam nūciata est: quare ergo se tangi noluit, nisi
quia contactum illum spiritalem intelligi voluit? Contactus spiritalis de corde mundo.
Ille contigit de corde mundo Christum, qui eum intelligit patri cœqualem & cœter-
num: qui autem nondum intelligit diuinitatem Christi, vsque ad carnem venit, vsq; ad
diuinitatem non venit. Quid autem magnum est vsq; illuc attingere, vsquequo per se-
cutores qui crucifixerunt? illud est magnum intelligere, verbum deum apud deum in
principio, per quod facta sunt omnia, qualem se cognosci volebat quando ait Philip-
Ioan.14. po, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me, Philippe qui videt me, videt
& patrē. Sed ne qs piger sit ad ꝓficiendū, audiat, pueri, nouissima hora est. Proficite, cur-
rite, crescite, nouissima hora est. Ipsa nouissima hora diuturna est, tn nouissima hora
est: horā n. Pro tpe posuit nouissimo, qa in nouissimis tpibus veniet dns noster Iesus
Christus: sed dicturi sunt aliqui, Quomodo nouissimū tps, quomō nouissima hora, cer
te prius veniet Antichristus, & tunc veniet dies iudicii. Vidit Ioannes cogitationes istas
ne quasi securi fierent, & ideo non esse horam nouissimam putarent, quod venturus es-
set Antichristus, ait illis, Et sicut audistis quod Antichristus sit venturus, nunc Anti-
christi multi facti sunt.) Nunquid posset habere multos antichristos, quàm hora nouis-
sima? Quos dixit antichristos, sequitur & exponit: Vnde cognouimus quod nouissima
sit hora?) Vnde? Quia antichristi multi facti sunt. Ex nobis exierunt.) Videte antichri-
stos, ex nobis exierunt: ergo plangimus damnum? Audi consolationem. Sed non erant
ex nobis.) Omnes hæretici, omnes schismatici ex nobis exierunt, id est, ex Ecclesia ex-
eunt; sed non exirent si ex nobis essent: antequam exirent ergo non erant ex nobis: Si
antequam exirent non erant ex nobis, multi intus sunt, non exierunt, & tamen Anti-
christi sunt: audemus hoc dicere? vt quid? Nisi vnusquisq; cum intus est non sit Anti-
christus. Descripturus enim Antichristos & designaturus est, & videbimus eos. Nunc
interrogare debet vnusquisq; conscientiā suam, an sit Antichristus: Latine n. ἀντιχριστός
contrarius est Christo. Non quomodo nonnulli intelligunt Antechristum ideo dictum
quod ante Christum venturus sit, id est, post eum venturus sit Christus. Nō sic dicitur,
non sic scribitur, sed ἀντιχριστός, id est contrarius Christo. Iam quis sit contrarius Chri-
sto, nunc aduertetis ipso exponente, & intelligetis non posse exire foras nisi Antichri-
stos. Eos autem qui non sunt Christo contrarii, foras exire nullo modo posse: qui enim
non est Christo contrarius, in corpore ipsius hæret, & membrum computatur. Nunquā
sibi sunt membra contraria, corporis integritas uniuersis mēbris constat: & quid de con
cordia membrorum dicit Apostolus? Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia
Danie.2. membra: & si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Si ergo in glo
rificatione membri cætera membra congaudent, & in passione omnia membra patiun-
tur, concordia membrorum non habet Antichristum. Et qui sunt intus, certe sunt in
corpore domini nostri Iesu Christi, quandoquidem adhuc curatur corpus ipsius, & sa-
nitas perfecta non erit, nisi in resurrectione mortuorum. Si sunt in corpore Christi,
quomodo humores mali, quando euomuntur, tunc releuatur corpus: sic & mali quan-
do exeunt, tunc ecclesia releuatur. Et dicit quando eos euomit atq; proiicit corpus: ex
me exierunt humores isti, sed non erant ex me Quid est, non erant ex me? Non de carne
mea præcisi sunt, sed pectus mihi premebant cum inessent, ex nobis exierunt, sed no-

lite

128 lite tristes esse, non erant ex nobis. Vnde probas? Quod si fuissent ex nobis? permansis-
H sent vtiq; nobiscum.) Hinc ergo videat charitas vestra, quia multi qui non sunt ex no-
bis, accipiunt nobiscum sacramenta, accipiunt nobiscum baptismū, accipiunt nobiscū
quod norunt fideles se accipere, benedictionem, Eucharistiam, & quicquid in sacramen
tis sanctis est. Ipsius altaris communicationem accipiunt nobiscum, & non sunt ex no-
bis: tentatio probat, quia non sunt ex nobis. Quando illis tentatio venerit, velut occi-
sione venti volant foras, quia grana non erant. Omnes autem tunc volabunt, quod sæ-
pe dicendum est, cum area dominica cœperit ventilari in die iudicii. Ex nobis exierunt,
sed non erant ex nobis: quod si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Nam
vultis nosse charissimi, quàm certissimè dicatur hoc, vt qui forte exierunt & redeūt nō
sint antichristi, non sint contrarii Christo? [Qui non sunt antichristi, nō potest fieri vt
remaneant foris:] Sed de voluntate sua vnusquisq; aut antichristus, aut in Christo est:
128 aut in membris sumus, aut in humoribus malis. Qui se in melius commutat, in corpo-
re membrum est: qui autem in malitia permanet, humor malus est: & quando exierunt,
I reuelabuntur qui premebantur. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod si fuis-
sent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Sed vt manifestarentur, quòd non omnes
erant ex nobis.) Ideo addidit vt manifestarentur, quia & intus cum sunt, non ex nobis
sunt: non tamen manifesti sunt, exeundo manifestantur. Et vos vnctionem habetis à
sancto, vt ipsi vobis manifesti sitis.) Vnctio spiritalis ipse spiritussanctus est, cuius sa-
cramentum est in vnctione visibili. Hanc vnctionem Christi qui habent, dicit omnes co
gnoscere malos & bonos, nec opus esse vt doceantur, quia ipsa vnctio docet. Scribo vo-
bis, non quod nescitis veritatem, sed quia nostis eam, & quia omne mendacium non est
ex veritate.) Ecce admoniti sumus quomodo cognoscamus Antichristum. Quid est
Christus? veritas: ipse dixit, Ego sum veritas. Omne autem mendacium non est ex ve- Ioan.14.
ritate, omnes igitur qui mentiuntur, non sunt ex Christo, Non dixit quoddam menda- 1.Cor.12.
128 cium ex veritate, & quoddam mendacium non ex veritate. Sentētiam attendite, ne vos
K palpetis ne vobis adulemini, ne vos decipiatis, ne vos illudatis, omne mendacium non
est ex veritate. Videamus ergo quomodo antichristi mentiuntur, quia non est vnum ge
nus mendacii. Quis est mendax, nisi is qui negat quòd Iesus non sit Christus?) Aliam
significationem habet Iesus, aliam habet Christus. Cum sit vnum, Iesus Christus sal-
uator noster, Iesus tamen proprium nomen illi: quomodo Moyses proprio nomine ap-
pellatus est, quomodo Helias, quomodo Abraham: sic tanquam proprium nomen ha-
bet dominus noster Iesus. Christus autem sacramenti nomen est, quomodo si dicatur
sacerdos: sic Christus commendatur vnctus, in quo est redemptio totius populi Israel.
Ille Christus sperabatur venturus à populo Iudæorum, & quia humilis venit, non est
agnitus, quia lapis paruus erat, offenderunt in illum & facti sunt. Sed creuit lapis, & fa-
ctus est mons magnus: & quid ait scriptura? Quicunq; offenderit in lapidem istum con- Danie.2.
quassabitur, & super quem venerit lapis iste, conteret eum. Discernenda sunt verba, Lucæ.20.
128 offendentem dixit conquassari: super quem autem venerit, conteri. Primo quia humi-
L lis venit, offenderunt in illum homines: quia excelsus venturus est ad iudicium, super
quem venerit conteret eum. Sed illum non conteret venturus, quem non quassauit
cum venit. Qui in humilem non offendit, non formidabit excelsum. Breuiter audistis,
qui in humilem non offendit, non formidabit excelsum: omnibus enim malis lapis of-
fensionis est Christus: quicquid dicit Christus, amarum est illis. Etenim audite & vide-
te, omnes certe qui exeunt de Ecclesia, & ab vnitate Ecclesiæ præciduntur, Antichristi
sunt: nemo dubitat ipse enim designauit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis:
nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Quicunq; ergo non manent
nobiscum sed exeunt ex nobis, manifestum est quod antichristi sunt. Et quomodo pro
bantur antichristi? ex mendacio. Et quis est mendax, nisi qui negat quoniam Iesus est
Christus? Interrogemus hæreticos. Quem inuenis hæreticum, qui negat, quia Iesus
128 non est Christus? Videat charitas vestra magnum sacramentum, attendite quid inspi-
M rauerit nobis deus, & quid insinuare nobis velit. Ecce exierunt à nobis, & facti sunt Do
natistæ. Interrogemus eos vtrum Iesus sit Christus, statim confitentur, quia Iesus xps
est. Si ergo ille est antichristus, qui negat Iesum esse Christum, nec nos possunt illi dice-
re antichristos, nec nos illos, qa & nos confitemur & illi. Si ergo nec illi nos dicūt, nec nos

illos, ergo nec illi à nobis exierũt, nec nos ab ipsis. Si ergo non à nobis exiuimus, in vni
tate sumus, Si in vnitate sumus, q̃ faciũt in hac ciuitate duo altaria? qd faciũt diuisæ do
mus, diuisa cõiugia? Quid facit cõmunis lectus, & diuisus xp̃s, admonet nos, vult nos ha
teri quod verũ est. An ipsi à nobis exierunt, aut nos ab ipsis? sed absit vt nos ab ipsis: ha-
Psal.2. bemus enim testamentum dominicæ hæreditatis, recitamus, & ibi nos inuenimus, Da
bo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, Tenemus hæ
reditatem Christi, illi eam non tenent, non communicant orbi terrarum, non commu-
nicant vniuersitati redemptæ sanguine domini. Habemus ipsum dominum resurgentem
à mortuis, qui se dubitantibus manibus discipulorum præbuit palpandum. Et cum
adhuc illi dubitarent, ait illis, oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædi-
Lucæ.24. care in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorũ. Vbi? qua? quibus: Per om-
nes gentes, incipientes ab Hierusalem: securi sumus de vnitate hæreditatis. Quisquis
huic hæreditati non communicat, foras exiit. Sed non contristemur, ex nobis exierunt,
sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Si ergo
ex nobis exierunt. Antichristi sunt: si antichristi sunt, mendaces sunt: si mẽdaces sunt,
negant esse Christum. Iterum redimus ad difficultatem quæstionis: singulos interroga,
confitentur Iesum esse Christum. Coarctat nos angustus intellectus in hac epistola: vi-
detis certe quæstionem. Hæc quæstio & nos & ipsos turbat, si non intelligatur. Aut nos
sumus Antichristi, aut illi sunt antichristi. Illi nos antichristos vocant & dicunt quod
exiuimus ab eis: nos illos similiter: sed designauit hæc Epistola antichristos, Quicunq;
negat quod Iesus non sit Christus, ipse est antichristus. Iam ergo quæramus, quis ne-
get, & non attendamus ad linguam, sed ad facta: si enim omnes interrogentur, omnes
vno ore confitentur Iesum esse Christum. Quiescat paululum lingua, vitam interroga.
Si inueneritis hoc, si ipsa scriptura nobis dixerit, quia negatio eorum non tantum lin-
gua fit, sed & factis. Certe inuenimus multos antichristos, qui ore confitentur Christũ,
Ad Tit.1. & moribus dissentiunt à Christo. Vbi inuenimus hoc in scriptura? Paulum audi Apostо
lum de talibus cum loqueretur, ait, Confitentur enim se nosse deum, factis autẽ negant.
Inuenimus & ipsos Antichristos, quisquis factis negat Christum, Antichristus est. Non
audio quid sonet, sed video quid viuat: opa loquuntur, & verba requirimus? Quis enim
Matt.12. malus non bene vult loqui? sed quid dicit de talibus dominus? Hypocritæ, quomodo
potestis bona loqui cum sitis mali? Voces vestras ad aures meas affertis, ego cogitatio-
Matt.7. nes vestras inspicio, voluntatem ibi malam video, & falsos fructus ostenditis. Noui quid
inde colligam, non colligo de tribulis ficus, non colligo de spinis vuas. Vnaquæq; enim
arbor à fructu cognoscitur. Magis mendax est antichristus qui ore pfitetur Iesum esse
Christum, & factis negat, ideo mendax, quia aliud loquitur, aliud agit. Iam ergo fratres,
si facta interroganda sunt, non solum multos inuenimus antichristos foras exisse, sed
multos nondum manifestos quòd foras exierint. Quotquot enim habet Ecclesia periu-
ros, fraudatores, adulteros, ebriosos, fœneratores, mangones, & omnia quæ numerare
non possumus: si contraria sunt doctrinę Christi. contraria sunt verbo dei. Verbum au-
tem dei Christus est: quicquid contrarium est verbo dei, in antichristo est. Antichristus
enim contrarius est Christo. Et vultis nosse quàm aperte resistant isti Christo, aliquan
do eueniat vt aliquid mali faciant, & incipiant corripi, quia Christum non audent blas
phemare, ministros eius blasphemant, à quibus corripiuntur. Si autem ostenderis illis,
quia xp̃i verba dicis, nõ verba tua cõnatur quãtũ p̃nt vt te cõuincãt nõ verba tua dice
re nõ verba xp̃i. Si aũt manifestũ fuerit, qa verba xp̃i dicis, eunt & in xp̃m, incipiunt rep
hendere xp̃m. Quomõ, inquntˇ, & quare tales nos fecit? Nonne dicunt hoc quotidie hoies
conuicti de factis suis? Praua voluntate puersi artificẽ accusant. Clamat ille artifex de
cœlo, quia ipse nos fecit, qui nos refecit: quid te feci? Ego hominem feci, non auaritiã:
ego hominem feci, non latrocinium: ego hominem feci, non adulterium. Audistis quia
laudant me opera mea. Ex ore trium puerorum ipse hymnus erat, qui ab ignibus defen
debat: laudant opera domini dominum, laudant cœli, terra, mare: laudant omnia quæ
Dani.3. sunt in cœlo. Laudant angeli, laudant stellæ, laudant luminaria, laudant quicquid na-
tat, quicquid volat, quicquid ambulat, quicquid repit: laudant ista omnia dominum.
Nunquid audistis quia laudat dominum auaritia? nunquid audistis, quia laudat domi-
num ebriositas? quia laudat luxuria, laudat nugacitas? Quicquid ibi non audis laudem

dare domino, non fecit dominus. Corrige quod tu fecisti, vt saluetur quod in te deus fe-
cit. Si autem non vis, & amas, & amplecteris peccata tua, contrarius es Christo. Intus sis,
foris sis, antichristus es. intus sis, foris sis, palea es. Sed quare foris non es? Quia occasio-
nem venti non inueneristi. Iam ista manifesta sunt fratres nequis dicat, Christum nõ co-
lo, sed deum colo patrem ipsius. Omnis qui negat filium, nec filium, nec patrem habet:
& qui confitetur filium, & filium, & patrem habet.) Vos grana alloquitur, & qui palea
erant, audiant, vt grana fiant. Vnusquisq; considerans conscientiam suam: si mũdi ama-
tor est, mutetur: fiat amator Christi, ne sit Antichristus. Si quis ei dixerit quod antichri
1:9 stus sit, iracscitur, iniuriam sibi factam putat, fortasis inscriptionem minatur. Si audiat
E à litigante quod antichristus sit, dicit ei Christus, Patiens esto, si falsum audisti, gaude
mecum, quia & ego falsa ab antichristis audio. Si autem verum audisti, conueni consci-
entiam tuam: & si audire times, esse plus time: Ergo vos quod ab initio audistis, in vo-
bis maneat. Quòd si in vobis manserit quod ab initio audistis, & vos in filio & patre
manebitis.) Hæc est illa pollicitatio quam ipse pollicitus est nobis. Forte enim mer-
cedem quæreres & diceres, Ecce in me quod ab initio audiui custodio, obtempe-
ro, pericula, labores, tentationes pro ista mansione sustineo, quo fructu, qua mer-
cede? Quid mihi postea dabit, quia in hoc seculo me video laborare inter tenta-
tiones? Non video hic requiem esse aliquam, mortalitas ipsa aggrauat animam, &
corpus quod corrumpitur premit ad inferiora, sed tolero omnia, vt illud quod ab initio
audiui, maneat in me: & dicam deo meo, Propter verba labiorum tuorum ego custo- Psal.16.
diui vias tuas. Ad quam ergo mercedem? Audi & noli deficere. Si deficiebas in laboribus
1:9 promissa merce de fortis esto. Quis est qui operetur in vinea, & recedat illi de corde quod
F accepturus est? Fac illum oblitum mercedem suam, deficiunt manus. Memoria promissę
mercedis perseuerantem facit in opere: & homo promisit, qui te potest fallere. Quanto
fortior esse debes in agro dei, quando promisit veritas, cui nec succedi potest, nec mori,
nec fallere potest eum cui promissum est? Et quid est promissum? videamus quid promi
sit. Aurum est, quid hic multum amant homines, an argẽtum? An possessiones, de quas
fundunt homines aurum, quanuis multum ament aurum? An amœna prœdia, amplæ
domus, multa mancipia, animalia numerosa? Non est hæc merces quædam ad quã nos
hortatur vt in labore duremus Quid dicitur merces ista? Vita æterna: audistis, & gauisi
exclamastis, amate quod audistis, & liberamini à laboribus vestris in requiem vitę æter
næ. Ecce quid promittit deus? Vitam æternam. Ecce quid minatur deus? Ignem æternũ.
Quid illis ad dexteram cõstitutis? Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod Matt.25.
vobis paratum est ab origine mundi. Ad sinistram quid? Ite in ignem æternum, qui pa-
1:9 ratus est diabolo, & angelis eius. Illud nondum amas, vel hoc time: mementote ergo fra
G tres mei, quia vitam æternam nobis promisit. Hęc est, inquit, pollicitatio, quam ipse pol
licitus est nobis vita æterna. Hæc scribo vobis, de his qui vos seducunt.) Nemo vos se-
ducat ad mortem, promissionem vitæ æternæ desiderare. Quid potest mundus promit-
tere? Quicquid libet promittat, fortasis in crastino morituro promittit. Et qua fronte
ad illum qui manet in æternum exiturus es? Sed quid minatur mihi potẽs homo vt ali-
quid mali faciam? quid minatur? carceres, catenas, ignes, tormenta, bestias, nunqd ignẽ
æternum? Exhorresce quod minatur omnipotens, ama quod pollicetur omnipotens, &
vilescit omnis mundus, siue promittens, siue terrens. Hæc scribo vobis de his qui vos se
ducunt, Vt sciatis quia vnctionem habetis: & vnctio quam accepimus ab eo permaneat
in nobis.) Vnctionis sacramentum est virtus ipsa inuisibilis, vnctio inuisibilis spiritus- De pœn.
sanctus, vnctio inuisibilis, charitas illa est, quæ in quocunq; fuerit tanquã radix illi erit distin.2.
quamuis ardente sole arescere non potest. Omne quod radicatum est nutritur calore so Vnctio.
1:9 lis, non arescit: Et non habetis necessitatem vt aliquis vos doceat, quia vnctio ipsius do
H cet vos de omnibus) Quid ergo nos facimus fratres, quia docemus vos? Si vnctio eius
docet nos de omnibus, quasi nos sine causa laboramus. Et vt quid tantum clamamus?
Dimittamus vos vnctioni illius, vt doceat vos vnctio ipsius. Sed modo mihi facio quæ-
stionem, & illi ipsi Apostolo facio: dignetur audire paruulum quærentem à se, ipsi loan-
ni dico, Vnctionem habebant quibus loquebaris? Tu dixisti, quia vnctio ipsius docet
vos de omnibus, vt quid talem epistolam fecisti? quid illos tu docebas? quid instrue-
bas, quid ædificabas? Iam hic videte magnum sacramentum fratres, sonus verborum

nostrorum aures percutit,magister intus est.Nolite putare quenquam hominem aliqd discere ab homine. Admonere possumus per strepitum vocis nostræ,si non sit intus qui doceat,inanis fit strepitus noster. Adeo fratres vultis nosse,nunquid non sermonē istum omnes audistis? Quam multi hinc indocti exituri sunt? quantum ad me pertinet,omnibus locutus sum,sed quibus vnctio illa intus non loquitur, quos spiritussanctus intus non docet,indocti redeunt. Magisteria forinsecus adiutoria quædam sunt & admonitiones,cathedram in cœlo habet,qui corda docet: propterea ait & ipse in Euangelio,Nolite Matt.23. vobis dicere magistrum in terra: vnus est magister vester Christus. Ipse vobis ergo intus loquitur,quando nemo hominum illic est. Quia etsi aliquis est à latere tuo, nullus est in corde tuo: & nō sit nullus in corde tuo. Christus sit in corde tuo, vnctio ipsius sit in corde,ne sit in solitudine cor sitiens,& non habens fontes, quibus irrigetur. Interior ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet. Vbi illius inspiratio & illius vnctio non est, forinsecus inaniter perstrepunt verba. Sic sunt ista verba, quæ forinsecus dicimus: quomodo est agricola ad arborem, forinsecus operatur, adhibet aquam & diligentiam culturæ. Quælibet forinsecus adhibeat, nunquid poma formant? Nunquid nuditatem lignorum vestit vmbra foliorum? nunquid tale aliquid intrinsecus agit? sed quis agit hoc? Audite agricolam Apostolum,& videte quid sumus,& audite magistrum interiorem,Ego plantaui,Apollo rigauit,sed Deus incrementum dedit. Neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incrementum dat deus. Hoc ergo vobis dicimus,siue plantemus, siue rigemus loquendo non sumus aliquid sed ille qui incrementum dat deus,id est,vnctio illius docet vos de omnibus. 1.Cor.3.

De eo quod Ioannes dicit,Et verax est, & non est mendax: sicut docuit vos permanete in ipsa. Et nunc filioli,permanete in eo,vt cum manifestatus fuerit,habemus fiduciā in conspectu eius,vt non confundamur ab eo in aduentu eius: vsq; ad id,In hoc manifestatus est filius dei, vt soluat opera diaboli. Tract. IIII.

MEministis fratres hesternam lectionem ad hoc terminatam, quia non habetis necessitatem,vt quis doceat vos,sed ipsa vnctio docet vos de omnibus. Hoc autem sicut vos recordari certus sum,sic exposuimus vobis,quia nos qui forinsecus loquimur ad aures vestras,ita sumus quasi operarii,adhibentes culturā forinsecus ad arborem: sed incrementum dare non possumus,nec fructus formare: ille autē qui vos creauit,& redemit,& vocauit per fidem,& spiritum suum habitans in vobis,nisi loquatur vobis intus,sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiant,non omnibus persuadetur quod dicitur,sed illis solis, quibus intus loquitur deus. Illis autem intus loquitur,qui ei locum præbent: illi autem deo locum præbent, qui diabolo locum non præbent. Habitare enim vult diabolus corda hominum,& loqui ibi omnia,quæ valent ad seductionem: sed quid ait dñs Iesus? Princeps huius mūdi missus est foras: vnde missus est foras? Nunquid extra cœlū & terrā? nunquid extra fabricā mundi? Non: sed extra corda credentium foras misso inuasore, habitat redemptor, quia ipse redemit qui creauit: & diabolus iam forinsecus oppugnat,non vincit illum,qui intus possidet,Forinsecus aūt oppugnat,immittendo varias tentationes: sed ille non consentit cui deus intus loquitur,& vnctio quam audit,docet: Et verax est, inquit, eadem vnctio: id est,ipse spiritus dñi,qui docet homines,mentiri non potest: Et non est mendax,sicut docuit vos permanete in ipsa. Et nunc filioli permanete in eo,vt cum manifestatus fuerit,habeamus fiduciam in conspectu eius,vt non cōfundamur ab eo in aduentu eius.) Videte fratres,credimus in Iesum quē non vidimus,annūciauerunt eū qui viderūt,q cōtrectauerūt,q verbo ex ori ipsius audierūt,& vt hæc psuaderēt generi humano: ab illo missi sunt,nō à seipsis ire ausi sunt. Et quò missi sunt? Audistis cū Euāgeliū legeretur, Ite prædicate Euāgeliū vniuersæ creaturæ quæ sub cœlo est. Vbiq; ergo discipuli missi sunt attestātibus signis & pdigiis,vt crederetur illis, qa ea dicebāt,q viderāt. Credimus in eum quem non vidimus,& uenturum eum expectamus. Quicunq; illum fide expectant,cum venerit gaudebunt: qui sine fide sunt cum uenerit,quod nunc non uident,erubescent. Et confusio illa non erit unius diei & transiet,quomodo solent confundi,qui inueniuntur in aliqua culpa,& eis insultatur ab hominibus. Confusio illa tradu- Mar.16.

traducet confusos ad sinistram,vt audiant, Ite in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Maneamus ergo in verbis eius,ne confundamur cum venerit: ipse.n. dicit in Euangelio eis qui in eum crediderant,Si permanseritis in verbo meo,vere discipuli mei estis. Et quasi dicerent,quo fructu? Et cognoscetis,inquit,veritatem, & veritas liberabit vos: Modo enim salus nostra in spe,nondum in re: nōdum tenemus iam quod promissum est,sed venturum speramus: fidelis autem est qui promisit,non te fallet,tantum noli deficere,sed expecta promissorem: non enim nouit fallere veritas, tu noli esse mendax,vt aliud profitearis,aliud agas. Tu serua fidem,& seruat ille pollicitationem: si autem non tu seruaueris fidem,tu te fraudasti,non ille qui promisit. Si scitis quia iustus est,scitote quia omnis qui facit iustitiam,ex ipso est natus.) Iustitia modo nostra ex fide,iustitia perfecta non est nisi in angelis: & vix in angelis si deo comparentur: tamen si qua perfecta iustitia animarum & spirituum est,quos deus creauit, in angelis sanctis, iustis,bonis,nullo lapsu auersis,nulla superbia cadentibus, sed manentibus semper in contemplatione verbi dei,& nihil aliud dulce habētibus,nisi à quo creati sunt, in ipsis perfecta iustitia est,in nobis autem ex fide cœpit esse secundum spiritum. Audistis cum Psalmus legeretur, Incipite domino in confessione. Incipite,inquit, Initium iustitiæ nostræ confessio peccatorum. Cœpisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiam,perficietur autem in te quando nihil aliud facere delectabit,quādo absorbebitur mors in victoria,quando nulla concupiscentia titillabit,quando non erit lucta cum carne & sanguine,quando erit corona victoriæ & triumphus de inimico,tunc erit perfecta iustitia. Modo adhuc pugnamus,si pugnamus,in stadio sumus. Ferimus & ferimur, sed qui vincat,expectatur. Ille autem vincit,qui & quod ferit,de viribus suis non presumit sed de protectore suo. Solus diabolus aduersum nos pugnat,nos cum deo simus, & diabolum vincimus, nam si tu solus cum diabolo pugnaueris, vinceris. Exercitatus est hostis: quot palmarū? Considerate quò deiecerit vt mortales nasceremur primo, ipsam originem nostram de paradiso deiecit. Quid ergo faciendum est, qùia ipse exercitatus est? Inuocetur omnipotens aduersus exercitatum diabolum. Habitet in te qui nō potest vinci,& securus vinces eum qui vincere solet: sed quos,nisi in quibus non habitat deus? Nam vt noueritis fratres,contempsit Adam in paradiso positus præceptum dei,& erexit cervicem,veluti in potestate sua esse cupiens & nolens subdi voluntati dei, & lapsus est ab illa immortalitate,ab illa beatitudine. Homo autem quidam iam exercitatus natus mortalis,cum sederet in stercore putris vermibus diabolum vicit: ipse Adam,& in Iob ipse,quia de genere ipsius Iob. Ergo Adam victus in paradiso,vicit in stercore: in paradiso cum esset,audiuit persuasionem mulieris,quam illi immiserat diabolus, in stercore autem cum esset,ait Euæ; tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Ibi autem apposuit, hic responsum dedit: cum esset lætus, audiuit: cum esset flagellatus, vicit. Ideo videte quid sequitur fratres in Epistola ista: quia hoc nobis commendat, vt diabolum quidem vincamus, sed non ex nobis; si scitis quia iustus est, ait scitote quia omnis qui facit iustitiam, ex ipso est natus, ex deo, ex Christo. Et quia dixit, ex ipso est natus, hortatur nos. Iam ergo quia nati ex illo sumus perfecti sumus, audite, Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater, vt filii dei vocemur & simus.) Nam qui vocantur & non sunt, quid illis prodest nomen vbi res non est? Quam multi vocantur medici, qui curare non norunt? Quam multi vocantur vigiles, qui tota nocte dormiunt? Sic multi vocantur Christiani, & in rebus non inueniuntur, quia hoc quod vocantur non sunt, id est, in vita, in moribus, in fide, in spe, & charitate. Hoc autem quod audistis fratres: ecce qualem dilectionem dedit nobis pater, vt filii dei vocemur & simus. Propter hoc mundus non cognoscit nos, quia non cognouit eum,& nos non cognoscit mundus.) Totus mundus Christianus est, & totus mundus impius. Per totum enim mundum impii, & per totum mundum pii, illi nos non cognoscunt. Quomodo putamus quia non cognoscunt? Insultant bene viuentibus, attendite & videte, quia forte sunt & intet vos. Vnusquisq; vestrum qui iam piè viuit, qui contemnit secularia, qui non vult ire ad spectacula, qui non vult se inebriare quasi solemniter,&, quod est grauius, accedente patrocinio sanctorum dierum fieri immundus, qui ista facere noluerit, quomodo ei insultatur ab his qui faciunt? Nunquid iusultaretur ei si agnosceretur? Quare autem non agnoscitur? Mundus eum non agnoscit. Quid est mun- Matt.25. Ioan.8. Psal.146. Gene.3. Iob.2. Vbi supra. Cap.III.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dus? Illi habitatores mundi, quomodo dicitur domus habitatores eius? Iam ista sæpe dicta sunt, & non ea vobiscum hodie repetimus. Iam cum auditis mundū in mala significatione, non intelligatis nisi dilectores mundi, quia per dilectionem inhabitant: & per quod inhabitant, nomen habere meruerunt. Propter hoc mundus non cognouit nos, quia non cognouit eum. Ambulabat & ipse dominus Iesus Christus in carne: erat deus, latebat in infirmitate. Et vnde non est cognitus? Quia omnia peccata arguebat in hominibus. Illi amando delectationes peccatorum non agnoscebant deum: amando quod fo
bris suadebat, iniuriam medico faciebant. Quid ergo, nos iam nati sumus ex ipso? Sed
quia in spe sumus. Dilectissimi, inquit, nunc filii dei sumus.) Iam nunc? Quid est ergo
quod expectamus, si iam filii dei sumus? Et nondum, inquit, manifestum est quod erimus.) Quid autem erimus aliud quàm filii dei? Audi quid sequitur: Scimus quia cum
apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.) Intelligat charitas
vestra. Magna res: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus
eum sicuti est: iam illud attendite, quid vocatur, est. Nostis quid vocatur est? Quid vocatur, & non solum vocatur, sed vere est, incommutabilis est, semper manet, mutari nescit, nulla ex parte corrumpitur, nec proficit, quia perfectum est: nec deficit, quia æter
Ioan.1. num est: & quid est hoc? In principio erat verbum &c. Et quid est hoc? Qui cum in for
Phil.2. ma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Hoc modo Christum in
forma dei, verbum dei, vnicum patri, æqualem patri, non possunt videre mali. Secundum id vero quòd verbum caro factum est, potuerunt & mali, quia in die iudicii videbunt & mali, quia sic veniet iudicaturus quomodo venit iudicandus. In ipsa forma ho
Hier.17. mo, sed deus: nam maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: Homo venit [vt
Ioan.19. iudicaretur, homo veniet] vt iudicet. Et si non videbitur, quid est quod scriptum est, Videbunt in quem transfixerunt? De impiis enim dictum est, quia videbunt & confundentur. Quomodo non videbunt impii, quādo alios ponet ad dexteram, alios ad si
Matt.25. nistram? Ad dexteram positis dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Ad
sinistram positis dicet, Ite in ignem æternum: Videbunt, sed formam serui: formam dei
Matt.5. non videbunt. Quare? Quia impii sunt: & ipse dominus dicit, Beati mundo corde, quo-
2.Cor.2. niam ipsi deum videbunt. Ergo visuri sumus quandam visionem fratres, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Visionem quandam, visionem præcellentem omnes pulchritudines terrenas, auri, argenti, nemorum atq; camporum, pulchritudinem maris & aeris, pulchritudinem solis & lunæ, stellarum, angelorum, omnia superantem, quia ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo erimus, quando videbimus quod nobis promissum est? Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quomodo potuit, lingua sonuit, cætera corde cogitentur: quid enim & ipse Ioannes dixit ad comparationem rei, quæ est, vel à nobis dici potest, hominibus longe impa
meritis ipsius? Redeamus ergo ad illam vnctionē quæ intus docet, quod loqui nō pos
sumus: & quia modo videre non potest is, officium vestrum in desiderio sit. Tota vita
Christiani boni sanctum desiderium est. Quod autem desideras, nondum vides, sed desiderando capax efficeris, vt cum venerit quod videas implearis. Sicuti enim si velles implere aliquem sinum, & nosti quàm magnum est quod dabitur, extendis sinum vel
sacci, vel vtris, vel alicuius rei, nosti quantum missurus es, & vides quia angustus est
sinus, extendendo facis capaciorem: sic deus differendo extendit desiderium, desideran
do extendit animum, extendendo facit capaciorem. Desideremus ergo fratres, quia implendi sumus. Videte Paulum extendentem sinum, vt posset capere quod venturū est:
Phil.3. ait, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Quid ergo agis in hac vita, si nondum apprehendisti? Vnum autem, quę
rètro oblitus, in ea quæ antè sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam
supernæ vocationis. Extentum se dixit, & secundum intentionem sequi se dixit: minorem se sentiebat ad capiendum quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hæc est vita nostra, vt desiderando exerceamur. Tantum autem nos exercet sanctum desiderium, quantum desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. Iam diximus, aliquando exinani, quod implendum est: bono implendus es, funde malum, puta quia melle te vult implere deus, si aceto plenus es, vbi mel pones? Fundendum est quod portat vas, mundandum est ipsum vas. Mutandum est, etsi cum labore,

cum tritura, vt fiat aptū cuidam rei. Mel dicamus, aurum dicamus, vinum dicamus: quid dicamus quod dici non potest, quicquid volumus dicere, deus vocatur. Et quid diximus deus, quid diximus? Duæ istæ syllabæ sunt totum quod expectamus. Quicquid ergo dicere valuimus, infra est: extendamus nos in eum, vt cum venerit, impleat. Similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in ipso est.) Videte quia in spe nos posuit. Videtis quemadmodum nos congruit Apostolo Paulo, coapostolo suo, Spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur nō est Rom.8.
spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si enim quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Ipsa patientia exercet desiderium: mane tu, nam manet ille, & perseuera in ambulando, vt peruenias quia quò tendis, non migrabit, videte. Et omnis qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum sicut & ipse castus est. Videte quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, vt diceret castificat semetipsum. Quis nos castificat nisi deus? Sed deus te nolentem non castificat. Ergo quòd adiungis voluntatem tuā deo, castificas te ipsum. Castificas te, non de te, sed de illo qui venit vt habitet in te, Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum est: ideo autem tibi tributum est, vt dicas sicut in Psalmo: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Si dicis, Psal.26.
adiutor meus esto, aliquid agis: nā si nihil agis, quomodo ille adiuuat? Omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatem facit.) Nemo dicat, aliud est peccatum, aliud iniqtas: nemo dicat, ego peccator homo sum, sed iniquus non sum: omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Peccatum iniquitas est.) Quid ergo facimus de peccatis nostris & iniquitatibus? Audi quid dicit: Et scitis quia ille manifestatus est, vt peccatum auferat, & peccatum in ipso non est.) In quo non est peccatum, ipse venit auferre peccatum: nam si esset in illo peccatum, auferendum esset illi, non ipse auferret. Omnis qui in ipso manet, nō peccat.) In quātū in ipso manet, intātū nō peccat. Ois q peccat, nō vidit eū, neq; cognouit eū.) Nō est mirū: nō eū vidimus, sed visuri sumus. Nū eū cognouimus, sed cogniturī sumus. Credidimus in eū quē nō cognouimus? An forte ex fide cognouimus & specie non cognouimus? Magna est ista quæstio: Omnis qui peccat non vidit eū, nec cognouit eum. Nondum cognouimus, sed in fide & videmus & cognoscimus: si.n. nondū videt fides, quare dicimur illuminati? Est illuminatio per fidem, est illuminatio per speciē. Modo cum peregrinamur, per fidē ambulamus, nondum per spe- 2.Cor.5.
ciem. Ergo & iustitia nostra per fidem est, & non per speciem. Erit perfecta nostra iustitia cum videbimus per speciē, modo non relinquamus eam iustitiam, quæ est ex fide, qm iustus ex fide viuit, sicut ait Apostolus: Omnis qui manet in ipso non peccat: nam Roma.1.
omnis qui peccat non vidit eū, neq; cognouit eū. Non credidit iste q peccat? Si aūt credidit, quantū ad fidē eius ptinet, nō peccat. Filioli, nemo vos seducat, qui facit iustitiam iustus est, sicut ille iustus est.) Nunquid quando audiuimus, qa iusti sumus, sicut equales nos debemus putare deo? Debetis scire quid est, sicut. Iamdudū. n. dixit: Castificat se metipsum, sicut ipse castus est. Iam ergo patet, æqualis est castitas nostra castitati dei, & iustitia nostra iustitiæ dei: Quis hoc dicat? Sed, sicut, non semper ad æqualitatem dicitur: quomodo, verbi gratia: Visa basilica ista ampla, si velit facere aliquis minorē, sed tamen proportione ad mensuras eius, vt verbi gratia, si lata est simplum, & longa duplum, faciat & ille latam simplū, & longā duplū, videtur sic fecisse sicut est ista: sed ista habet, verbi gratia, centum cubitos, illa triginta, & sicut est, & impar est. Videtis quia nō semper, sicut, ad parilitatem & æqualitatem refertur, verbi gratia: videte quantum sit inter faciem hominis & imaginem de speculo. Facies in imagine, facies in corpore, imago in imitatione, corpus in veritate: & quid dicimus? Nam sicut hic oculi, ita & ibi: sicut hic aures, ita & ibi. Dispar est res, sed, sicut ad similitudinem dicitur. Habemus ergo & nos imaginem dei, sed non illam quam habet filius æqualis patri: tamen & nos pro modulo nostro si nō sicut ille essemus, ex nulla parte similes diceremur. Ergo castificat nos sicut & ipse castus est: sed ille castus æternitate, nos casti fide. Iusti sumus sicut & ipse iustus est, sed ipse in ipsa incommutabili perpetuitate, nos iusti credendo in quem non vidimus, vt aliquando videamus. Et cum perfecta fuerit iustitia nostra, cum facti æquales angelis fuerimus, nec tunc illi æquabimur: quanto ergo modo ab illo longe est, quādo nec tūc par erit? Qui facit peccatum, de diabolo est, quia ab initio diabolus peccat.) De diabolo est, nostis quid dicat? Imitando diabolum: nam neminem fecit diabolus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nẽminem genuit,neminem creauit. Sed quicunq; fuerit imitatus diabolum,quasi de illo natus sit filius diaboli imitando,non proprie nascendo. Quomodo es filius Abrahæ? nunquid Abraham te genuit? Quomodo Iudei filii Abrahæ? Non imitantes fidẽ Abrahæ, facti sunt filii diaboli. De carne Abraham nati sunt,& fidem Abrahę non sunt imitati. Si ergo qui inde nati sunt,exheredati sunt,quia non sunt imitati: tu qui non de illo natus es,efficeris filius,& sic eris filius imitando,& si diabolum fueris imitatus, quia ille superbus extitit & impius aduersus deum,eris filius diaboli,diabolum imitando, no quia ipse creauit te,aut genuit te. In hoc manifestatus est filius dei.) Eia fratres,omnes 131
peccatores ex diabolo nati sunt,inquantum peccatores. Adam à deo factus est,sed quan A
do consensit diabolo,ex diabolo natus est. Et tales omnes genuit qualis erat, cum ipsa
concupiscentia nati sumus. Et antequã nos debita nostra addamus, de illa damnatione
nascimur: nam si cũ illo peccato nõ nascimur,quid est quòd cum infantibus ab baptis-
mũ curritur vt soluantur? Ergo duas natiuitates attendite fratres, Adã & Christũ. Duo
sunt homines,sed vnus ipsorum homo homo,alter homo deus. Per hominem, hominẽ,
homines peccatores sumus: per hominẽ deũ iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mor-
tem,ista natiuitas erexit ad vitam: natiuitas illa trahit secum peccatũ,natiuitas ista libe
rat à peccato: ideo n. venit Christus homo,vt solueret peccata hominum. In hoc mani-
festatus est filius dei,vt soluat opera diaboli.) Cætera commendo charitati vestræ, ne
vos grauem: ipsa enim quæstio est,in qua soluenda laboramus,quia peccatores nos di-
cimus: si enim quis dixerit se esse sine peccato,mendax est. Et in ipsius epistola Ioannis 131
inuenimus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Meminis-
se enim debetis priorum, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seduci- B
mus,& veritas in nobis non est. Et rursus in consequentibus audis: qui natus est ex deo
non peccat,quia qui facit peccatum non videt eum,neq; cognouit eum: omnis qui facit
peccatum de diabolo est,ex deo non est peccatum. Iterum terret nos, quomodo nati su-
mus ex deo,& quomodo nos fatemur peccatores? An dicturi sumus,quia de deo nati nõ
sumus? Et quid faciunt ista sacramenta in infantibus? Quid dixit Ioannes? qui natus est
ex deo,non peccat: ipse Ioannes iterum dixit,si dixerimus quia peccatum nõ habemus,
nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est? Magna quæstio & angusta: & ad
hanc soluendam vtinam intentam fecerim charitatem vestram in nomine domini cras
quod inde dederit differemus.

De eo quod Ioannes dicit, Omnis qui natus est ex deo, non facit peccatum, quia semen eius in ipso manet, & non potest peccare, quia ex deo natus est: vsq; ad id, Filioli non diligamus verbo tantũ & lingua,sed opere & veritate. Tract. V.

INtentẽ audite obsecro vos, quia res non minima versatur in medio: & non dubito 131
qui hesterno die intenti affuistis,quòd & hodie intentius conueneritis: est enim non C
parua quæstio,quomodo dicat in ista epistola: Qui natus est ex deo, non peccat: &
quomodo in eadem epistola superius dixit, Si dixerimus, quia peccatum non habe-
mus, nosipsos seducimus,& veritas in nobis non est. Quid facturus est quem vterque
sermo ex eadem epistola in medio coarctauit? Si se confessus fuerit peccatorem, timet
ne dicatur illi, non ergo ex deo natus es: quia scriptum est: qui natus est ex deo, non
peccat; si autem dixerit se iustum, & non habere peccatum, accipiet ex alia parte pla-
gam ex ipsa Epistola: Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus,
& veritas in nobis non est. Positus ergo in medio, quid dicat, & quid confiteatur, aut
quid profiteatur non inuenit. Profiteri se esse sine peccato periculosum est, & non so-
lum periculosum,sed etiam mendosum: Nosipsos, inquit, seducimus,& veritas in no-
bis non est, si dixerimus, quia peccatum non habemus: sed vtinam non haberes &
diceres, verum enim diceres, nec in veritate promenda, vllum iniquitatis vel vesti- 131
gium formidares: sed ideo malefacis si dicis,quia mendacium dicis: Veritas, inquit, in
nobis non est, si dixerimus quia peccatum non habemus: non ait,nõ habuimus,ne for D
te de præterita vita dictũ videretur. Habuit peccatũ homo iste, sed ex quo natus est ex
deo,cœpit non habere, si ita esset, nulla nos angustaret quæstio diceremus enim, fui-
mus peccatores, sed modo iustificati sumus: habuimus peccatum, sed modo non habe
mus: nõ hoc ait,sed quid ait? Si dixerimus qa pc̃m nõ habemus,nosipsos seducimus,&

veritas

veritas in nobis non est. Post aliquantum rursus: qui natus est ex deo,inquit, non peccat. Nunquid Ioannes ipse non erat natus ex deo? Si Ioannes non erat natus ex deo: de quo audistis, Quia supra pectus domini recubuit: aliquis sibi audet promittere regene Ioan.13.
rationem factam in se,quã ille habere non meruit,qui super pectus domini recumbere
meruit,quem dominus plus quàm cæteros diligebat,ipsum solum de spiritu nõ genue-
rat? Attendite nunc verba ista. Adhuc angustias nostras commendo, vt per intentionẽ
vestram,quæ oratio est,& pro nobis & pro vobis dilatet deus,& det exitum ne aliquis in
verbo eius inueniat occasionem perditionis suæ, quod verbum non est prædicatum & 131
conscriptum,nisi ad medicinam & salutem. Omnis,inquit,qui facit peccatum,& iniqui E
tatem facit: ne forte discernas,peccatũ iniquitas est: ne dicas,peccator sum, sed iniquus
non sum; peccatum iniquitas est. Et scitis quia in hoc ille manifestatus est,vt peccata au
ferat,& peccatum in illo non est,& quid prodest nobis quia venit sine peccato? Omnis
qui non peccat,in ipso manet: & omnis qui peccat,non vidit eum, neq; cognouit eum.
Filioli,nemo vos seducat: qui facit iustitiã: iustus est,sicut & ille iustus est. Iam ista dixi-
mus,quia secundũ quandã similitudinẽ,non secundũ æqualitatem dici solet, qui facit
peccatum,de diabolo est,quia ab initio diabolus peccat. Et hoc diximus,quia neminem
creauit diabolus,neq; genuit,sed imitatores eius tanquã ex illo nascuntur. In hoc mani
festatus est filius dei,vt soluat opera diaboli. Ergo vt soluat peccata, venit ille qui non
habet peccatum: deinde sequitur, Omnis qui natus est ex deo, non facit peccatũ, quia
semen eius in ipso manet: & non potest peccare,quia ex deo natus est.) Fortiter instrin-
xit: fortasis secundũ quoddam peccatũ dixit,non peccat, non secundũ omne peccatũ. 131
Vt quid ait, Qui natus est ex deo,nõ peccat? Certum quoddam peccatum intelligas, qd F
non potest admittere homo qui ex deo natus est. Et tale peccatum est illud: vt si quis-
quam illud admiserit,confirmet cætera,siquis autem hoc non admiserit, soluat cætera.
Quod est hoc peccatum? Facere cõtra mandatum,quod est mandatum? Mandatũ nouũ Ioan.13.
do vobis,vt vos inuicem diligatis. Intendite, hoc mandatum Christi, dilectio vocatur.
Per hanc dilectionem peccata soluuntur. Hæc si non teneatur,& graue peccatum est, &
radix omniũ peccatorum. Intendite fratres,protulimus aliquid, in quo bene intelligen
tibus soluta est quæstio. Sed nunquid cum celerioribus tantum ambulamus viam? Et
qui tardius ambulant,non sunt relinquendi. Versemus hoc quibus possumus verbis,vt
ad omnes perueniat. Puto enim fratres,quia omnis homo solicitus est pro anima sua, q
non sine causa intrat Ecclesiam,qui non temporalia quærit in Ecclesia, qui nõ ꝓpterea
intrat vt transigat negocia secularia: sed ideo intrat, vt aliquid sibi æternum ꝓmissum
teneat quò perueniat. Necesse est ergo cogitet,quemadmodũ ambulet in via, ne rema-
neat,ne retro eat,ne aberret,ne claudicando non perueniat. Qui ergo solicitus est, tar- 131
dus non sit,velox sit,non recedat de via. Hoc ergo dixi, quia qui natus est ex deo, non G
peccat. Fortasis secundũ quoddam peccatum voluit intelligi: nam erit aliter contra-
rium in loco, Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus, & veritas
in nobis non est. Sic ergo forte potest solui quæstio. Et quoddam peccatum quod non
potest admittere ille qui natus est ex deo,& quo non admisso soluuntur cætera,quo ad-
misso confirmantur cætera. Quod est hoc peccatum? Facere contra mandatum Christi,
contra testamentum nouũ. Quod est mandatũ nouũ? Mandatũ nouũ do vobis, vt vos
inuicẽ diligatis: qui facit contra charitatẽ & contra dilectionẽ fraternam,non audet glo
riari & dicere natũ se esse ex deo: qui aũt in dilectione fraterna cõstitutus est,certa sunt
peccata,quæ nõ potest admittere,& hoc maximè ne oderit fratrem. Et quid de cæteris
peccatis facit,vnde dictũ est, Si dixerimus quia peccatũ non habemus,nosipsos seduci-
mus,& veritas in nobis non est? Audiat securitatẽ de alio loco scripturę, Charitas coope 1.Pet.4.
rit multitudinẽ peccatorũ. Charitatẽ ergo cõmendamus, charitatem commendat hæc 131
epistola. Post resurrectionẽ dns quid aliud interrogauit Petrum nisi, Amas me? Et pa- Ioan.21.
rum fuit semel interrogare,& iterum nihil aliud,& tertiò nihil aliud. Cum iam tertiò H
ille tædio afficeretur,quasi non sibi crediderit, quomodo qui nesciret quid in illo age-
retur,tamen & primò & secundò & tertiò hoc interrogauit. Ter negauit timor, ter con-
fessus est amor. Et ecce amat Petrus dominum. Quid præstaturus domino? Non enim & Psal.115.
ipse non turbatus est in ipso Psalmo, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retri-
buit mihi? Qui enim dicebat hæc in Psalmo, attendebat quanta sibi essent præstita à

domino,& quærebat quid retribueret domino,& non inueniebat: quicquid enim retribuere volueris,ab ipso accepisti quod reddas. Et quid inuenit quod retribuat? Quod,vt diximus fratres,ab ipso acceperat,hoc inuenit quod retribueret. Calicem salutaris accipiam,& nomen domini inuocabo: Quis enim illi dederat calicem salutarem, nisi ille cui volebat retribuere? Accipere aũt calicem salutarem,& inuocare nomen domini,hoc est satiari charitate,& ita satiari,vt non solum non oderis frairem, sed paratus sis mori pro fratre. Perfecta ista charitas est,vt paratus sis mori pro fratre. Hanc ipse dominus in
Luc.23. se exhibuit,mortuus pro omnibus,orans pro eis à quibus crucifigebatur,& dicens: Pa- 131
Acto.7. ter ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt: sed si solus hoc fecit,non erat magister, si di
scipulos non habebat. Secuti discipuli hoc fecerunt: lapidabatur Stephanus, & genuflexo ait: Domine,ne statuas illis hoc delictum. Amabat à quibus occidebatur, quia pro
ipsis moriebatur. Audis Apostolum Paulum, Et ipse,inquit, impendar pro animabus
2.Cor.12. vestris. Inter illos enim erat pro quibus Stephanus deprecabatur,quando eorum manibus moriebatur. Perfecta ergo charitas hæc est: siquis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit pro fratribus etiam mori,perfecta est in illo charitas: Sed nunquid mox vt nascitur,iam prorsus perfecta est? Vt perficiatur,nascitur: cũ fuerit nata,nutritur: cum fuerit nutrita,roboratur: cum fuerit roborata,perficitur: cum ad perfectionem venerit,
Phil.1. quid dicit? Mihi viuere Christus est,& mori lucrum. Optabam dissolui & esse cum Chri
sto,multo magis optimum: manere in carne necessarium propter vos. Propter eos volebat viuere,pro quibus paratus erat mori. Et vt noueritis quia ipsa est perfecta charitas,
quam non violat,& in quam non peccat,qui natus est ex deo,hoc dominus dicit Petro: 132
Ioan.21. Petre amas me? Et ille,Amo. Non dixit,si amas me,obsequere mihi. Quando enim erat K
dominus in carne mortali,esuriuit,sitiuit. Eo tempore quo esuriebat & sitiebat, susceptus est hospitio, ministrarunt illi qui habuerunt de substantia sua: sicut legimus in
Luc.19. Euangelio: Suscepit eum hospitio Zachæus,saluus factus est à morbo, suscepto medico. Quo morbo? Auaritiæ: erat enim ditissimus & princeps publicanorum. Attendite sa
natũ a morbo auaritiæ: Dimidiũ,inquit,bonorũ meorũ do pauperibus,& si cui aliquid
tuli,quadruplum reddam. Ideo seruauit alterũ dimidium,non quo frueretur, sed vnde
debita solueret. Suscepit ergo tunc medicũ hospitio, quia erat infirmitas carnis in do
mino,cui hoc obsequium præberent homines: & hoc,quia voluit præstare,obsequentibus,obsequentibus enim proderat,non illi. Cui enim angeli ministrabant, horum ob-
3.Reg.17. sequium requireret? Nec Elias seruus illius hoc necessariũ habebat aliquando,cui panẽ
& carnem per coruum mittebat,& tamẽ vt vidua religiosa bñdiceretur, mittitur seruus
dei,pascitur à vidua,quẽ deus in secreto pascebat. Veruntamẽ quãquã de his seruis dei
sibi præstent,qui eorũ indigentiam considerant, propter illam mercedem à domino in 133
Matt.10. Euangelio politã manifestissime, Qui suscipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti acci L
piet: qui suscipit Prophetam in nomine Prophetæ,mercedem Prophetæ accipiet: & qui
dederit calicem aquæ frigidæ vni ex his minimis tantum in nomine discipuli,amen dico vobis,non perdet mercedem suam. Quãuis ergo sibi præstent,qui hæc faciunt, tamẽ
nec hoc poterat præberi ascensuro in cœlum. Quid illi poterat retribuere Petrus q ama
bat illum? Audi,Pasce oues meas,id est,fac pro fratribus quod pro te feci. Omnes sanguine meo redemi,nolite dubitare mori pro veritatis confessione,vt cæteri vos imitentur: sed hæc vt diximus fratres,perfecta charitas est, qui natus est ex deo habet illam.
Intendat charitas vestra,videte quid dicam. Ecce accepit sacramentum natiuitatis homo. Baptizatus sacramentum habet,& magnum sacramentum,diuinum,sanctum,inef
fabile. Considera quale,vt nouum hominem faciat, dimissionem omnium peccatorũ.
Attendat tamen in cor,si perfectũ est ibi,quod factũ est in corpore videat si habeat charitatem,& tunc dicat,natus sum ex deo. Si autem non habet,characterem quidem impo
situm habet,sed desertor vagatur: habeat charitatem aliter non se dicat natum ex deo.
2.Cor.13. Sed habeo,inquit,sacramentum,audi Apostolum: Si sciam omnia sacramenta,& habeã 135
omnem fidem,ita vt montes transferam, charitatem autem nõ habeam nihil sum. Hoc M
si meministis,commendauimus,cũ istam epistolam legere inciperemus, nihil in ea nobis sic cõmendari,quomodo charitatem. Et si videtur alia & alia dicere,illò facit reditũ
& ad ipsam charitatẽ omnia vult referre quæcunq; dixerit. Videamus si & hic hoc facit:
attendite. Omnis qui natus est ex deo,non facit peccatum. Quærimus quod peccatum,

quia si omne intellexeris,contrarius eris illi loco: Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosmetipsos seducimus,& veritas,in nobis non est,Ergo dicat quod peccatum,
doceat nos,ne forte ego temere dixi peccatum hoc esse violationem charitatis. Quia supra dixit,qui odit fratrem suum in tenebris est,& in tenebris ambulat,& nescit quò eat,
quia tenebræ excæcauerunt oculos eius. Sed forte aliquid dixit in posterioribus,& non
nominauit charitatem, videte quia circuitus ille verborum hunc habet finem,hunc habet exitum. Omnis qui natus est ex deo,non peccat,quia semen eius in ipso manet.) Se
men dei,id est,verbum dei: vnde dicit Apostolus,Per Euangelium ego vos genui. Et nõ 1.Cor.4.
132 potest peccare,quia ex deo natus est.) Dic adhuc. Videamus in quo non potest peccare.
A In hoc manifestati sunt filii dei & filii diaboli: Omnis qui non est iustus,non est à deo,& qui non diligit fratrem suum.) Certe iam manifestatum est vnde dicat, & qui non dili-
git,inquit,fratrem suum. Dilectio ergo sola discernit inter filios dei & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi: Respondeant omnes, Amen: Cantent omnes hal-
leluia: Baptizentur omnes,intrent omnes Ecclesias, faciant parietes basilicarum, non discernuntur filii dei à filiis diaboli nisi charitate. Qui habent charitatem,nati sunt ex
deo: qui non,non sunt nati ex deo. Magnum iudicium,magna discretio. Quicquid vis, habe,hoc solum non habeas,nihil tibi prodest: alia si non habeas hoc habe, & implesti
legem. Qui enim diligit alterum,legem impleuit,ait Apostolus: & plenitudo legis cha- Roma.13.
ritas. Puto istam margaritam esse illam. Homo negociator describitur in Euangelio,qui
inuenit vnam margaritam,& vendidit omnia quæ habebat & emit eam: hæc est marga Matt.13.
132 rita præciosa charitas,sine qua nihil tibi prodest quodcunque habueris. Quam si solam
B habeas,sufficit tibi. Modo cũ fide vides,tunc cum specie videbis: si enim amamus cũ nõ
videmus,quomodo amplectemur cũ viderimus? Sed vbi nos debemus exercere? In amore fraterno: potes mihi dicere,non vidi deum,nunquid potes mihi dicere, non vidi ho-
minem? Dilige fratrem. Si enim fratrem quẽ vides dilexeris, simul videbis & deũ, quia
vides ipsam charitatem,& intus inhabitat deus. Qui non est iustus,non est ex deo,& qui
diligit fratrem suum. Quia hæc est annunciatio.) Vide quomodo confirmat, Quia hæc
est annunciatio quã audiuimus ab initio vt diligamus inuicem.) Manifestauit nobis
inde se dicere,contra hoc mandatum quisquis facit,in peccato illo est scelerato,in quod Gene.4.
incidunt,qui non nascuntur ex deo. Non sicut Cain qui ex maligno erat occîdit fratrẽ
suum: & cuius rei gratia occîdit? Quia opera eius maligna fuerunt,fratris vero eius iusta.) Ergo vbi est inuidia,amor fraternus esse non potest. Intendat charitas vestra, qui
132 inuidet non amat. peccatum diaboli est in illo,quia & diabolus inuidendo deiecit: ceci-
dit enim,& inuidit statim,non ideo voluit deiicere vt ipse staret, sed ne solus caderet.
C Tenete in animo ex hoc quod subiecit,inuidiam non posse esse in charitate. Habes aper
te cum laudaretur ipsa charitas: Charitas non æmulatur. Non fuit charitas in Cain, & 1.Cor.13.
nisi esset charitas in Abel,non acciperet deus sacrificium eius. Cum enim ambo obtulissent,ille de fructibus terræ,ille de fœtibus ouium: quid putatis fratres,quia deus fru-
ctus terræ neglexit,& fœtus ouium dilexit? Non intendit deus ad munus,sed in corde vi
dit: & quem vidit cum charitate offerre,ipsius sacrificium respexit: quem vidit cum inui
dia offerre ab ipsius sacrificio oculos auertit. Opera ergo bona Abel, non dicit nisi charitatem: opera vero mala Cain,non dicit nisi odium fraternũ. Parum est, quia odit fra-
trem suum & inuidit operibus bonis,quia imitari noluit,necare voluit. Et hinc apparuit quia filius erat diaboli,& ille hinc apparuit iustus dei. Hinc ergo discernuntur homines fratres mei: nemo attendat linguas,sed facta & cor. Si non bene faciat pro fratri-
bus suis,ostendit quid in se habeat: tentationibus ꝓbantur homines. Nolite mirari fra-
132 tres si mundus vos odit.) Nunquid sæpe vobis dicendum est,quid est mundus? Non cœ
E lum,non terra,nec ista opera quæ deus fecit,sed dilectores mundi. Ista sæpe dicẽdo qui
busdam onerosus sum: sed vsqueadeo non frustra dico, vt aliqui interrogentur an di-
xerim,& non respondeant. Ergo vel inculcando hæreat aliquid in cordibus audientiũ. Mundi significata.
Quid est mundus? mundus est, quando in malo ponitur, dilectores mundi: mundus loan.1.
quando in laude ponitur,cœlum & terra est, & quæ in his continentur opera dei: vnde
dicitur,& mundus per eum factus est. Item mundus est plenitudo terræ, sicut dixit ipse
Ioannes: Non solum autem nostrorum propitiatio peccatorum est,sed & totius mundi.
Mundi dicit omnium fidelium per orbem sparsorum: mundus autem in malo, amato-

res mundi sunt: qui amant mundum, fratres amare non possunt. Si odit nos mundus? Non scimus.) Quid nos scimus? Quia transiuimus de morte ad vitam.) Vnde scitis? Quia diligimus fratres.) Nemo interroget hominem: redeat vnusquisq; ad cor suum, si ibi inuenerit charitatem fraternam, securus sit, quia transiit à morte ad vitam, iam in dextera est. Non attendat quia modo gloria eius occulta est, cum venerit dominus, tunc apparebit gloria eius: viget enim sed adhuc in hyeme: viget radix, sed quasi aridi sunt rami. Intus est medulla quæ viget, intus sunt folia arborum, intus fructus, sed æstatem expectant. Ergo nos scimus quia transiuimus de morte ad vitã, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte.) Ne putetis fratres leue esse odisse. Odisse, an diligere? Audi quid sequitur. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.) Iam ergo si contemnebat quisquam odium fraternum, nunquit & homicidium in corde suo cõtempturus est? Non mouit manum ad occidendum hominem, homicida iam tenetur à domino. Viuit ille, & iste iam interfector iudicatur. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognoscimus dilectionem.) Perfectionem dilectionis dicit, perfectionem illam, quã commendauimus. In hoc cognoscimus dilectionem: Quia ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus animã pro fratribus ponere.) Ecce vnde veniebat, Petre amas me, pasce oues meas: nam vt noueritis fratres, quia sic ab eo pasci volebat oues suas, vt animam suam pro ouibus poneret, hoc illi continuo dixit: Cum iuuenis esses, præcingebas te, & ibas quò volebas: cum autem fueris senior, alius te præcinget, & tollet te, quò tu nonuis. Hoc autem dixit, ait Euangelista, significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cui dixerat, pasce oues meas, doceret eum ponere animam pro ouibus suis. Vnde incipit charitas fratres? Modicum attendite quo perficiatur. Audistis ipsum finem & modum, ipsum & dominus in Euangelio commendauit, Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Perfectionem ergo eius ostendit in Euangelio, & hic commendata est eius perfectio: sed interrogatis vos & dicitis nobis quando possum habere istam charitatem? Noli cito de te desperare, forte nata est, sed nondum perfecta est, nutri eam ne offocetur: sed dicturus es mihi, & vnde noui? Quo enim perficiatur audiuimus, vnde incipiat audiamus: sequitur & dicit, Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum esurientem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo poterit dilectio dei manere in eo?) Ecce vnde incipit charitas: si nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viscere tua charitas vt non de iactantia facias, sed de intimo adipe misericordiæ vt consideres illum in egestate positum. Si enim superflua non potas dare fratri tuo, animã tuam potes dare pro fratre? Iacet pecunia in sinu tuo, quàm tibi fures possunt auferre: & si illam nõ auferent fures, moriendo illam deseres, etiam si te illa viuente nõ deserat. Quid inde facturus es? Esurit frater tuus, in necessitate positus est, fortassis suspenditur, à creditore angustatur. Non habet ipse, habes tu, frater est, simul empti estis, vnum est prætium vestrum, ambo sanguine Christi redempti estis: vide si misereris, si habes facultates mundi. Quid ad me pertinet, forte dicis? Ego daturus sum pecuniam meam, ne ille molestiam patiatur? Si hoc tibi responderit cor tuum, dilectio patris non in te manet. Si dilectio patris non in te manet, non es natus ex deo, quomodo ergo te gloriaris esse Christiannm? Nomen habes, & factum non habes: si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisquam Paganum, tu factis ostende te Christianum nam si factis non ostendis te Christianum, omnes te Christianum vocent, quid tibi prodest nomen, vbi res non inuenitur? Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo potest dilectio dei manere in eo? Et sequitur: Filioli, non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere & veritate.) Puto manifestatum esse vobis magnum & necessarium secretum & sacramentum, fratres mei: quid valet charitas? Omnis scriptura commendat. Sed nescio si alicubi amplius quàm in ista Epistola commendetur. Rogamus vos & obsecramus in domino vt & illa quæ audistis, memoria teneatis, & ad ea quæ adhuc dicenda sunt donec finiatur ipsa Epistola, intenti veniatis, intenti audiatis. Aperite autem corda ad semina bona: extirpate spinas, ne offocetur in vobis, quod seminatur, sed potius crescat seges, & gaudeat agricola, & horreum vobis præparet tanquam frumentis, non ignem tanquam paleis.

Ioan. 21.

Ioan. 15.

De eo quod Ioannes dicit, Et in hoc cognoscimus quia ex veritate sumus, & coram ipso persuademus cordi nostro, quia si male senserit cor nostrum, maior est deus corde nostro, & nouit omnia: vsq; ad id, In hoc cognoscitur spiritus dei, Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est, Et omnis spiritus qui non cõfitetur Iesum Christum in carne venisse, non est ex deo: & hic est Antichristus de quo audistis, quod venturus sit, & nunc in ipso mundo est:

Tractatus. VI.

Si memineritis fratres hesternum nos clausisse sermonem ad istam sententiam, quæ sine dubio manere debuit & debet in corde vestro, quia ipsam nouissimam audistis: Filioli, non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere & veritate: deinde sequitur: Et in hoc cognoscimus, quia ex veritate sumus & coram ipso persuademus cordi nostro, quia si male senserit cor nostrum, maior est deus corde nostro & nouit omnia.) Dixerat: non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere & veritate. Quæritur à nobis, in quo opere & in qua veritate agnoscitur qui diligit deum, vel qui diligit fratrem suum. Iam superius dixerat quousq; charitas perficiatur, quod & dominus in Euangelio ait, Maiorem hac nemo habet charitatem, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et iste hoc dixerat: sicut ille animam suam pro nobis posuit, debemus & nos animam pro fratribus ponere. Hæc est perfectio charitatis, & maior omnino non poterit inueniri: sed quia non in omnibus perfecta est, & desperare non debet, & in quo perfecta non est, si iã nata est, qua perficiatur, & vtiq; si nata est, nutrienda est, & quibusdam suis nutrimentis ad perfectionem propriam producenda. Quæsiuimus inchoationem charitatis vnde incipiat, & ibi continuo inuenimus: siquis habet facultatem mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua aduersus eum, quomodo dilectio patris manet in eo? Ergo hic incipit ista charitas fratres, vt de suis superfluis tribuat egenti in augustiis aliquibus constituto: ex eo quod sibi abundat secundum tempus à tribulatione temporali liberat fratrem. Hinc exordium est charitatis, Hanc ita cœptam si verbo dei & spe futuræ vitæ nutrieris, peruenies ad illam perfectionem, vt paratus sis animam tuam ponere pro fratribus tuis: sed quia multa talia fiunt ab his qui alia quærunt, & qui fratres nõ amant, reuocemur ad testimonium conscientiæ. Vnde probamus, qui talia multa fiunt ab his qui fratres non amant? Quam multi se in hæresibus & schismatibus martyres dicunt? Videntur sibi animam ponere pro fratribus suis: si pro fratribus animam ponerent, non se ab vniuersa fraternitate separarent. Item quàm multi sunt qui iactantię causa multa tribuunt, multa donant, & non ibi quærunt nisi laudem humanam & gloriam popularem, plenam ventis, nulla stabilitate solidatam. Quia ergo sunt tales, vbi probanda erit charitas fraterna? Quia voluit illam probari, ait admonens: Filioli, non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere, & veritate. Quærimus in quo opere, in qua veritate? Potest esse manifestus opus quàm tribuere pauperibus? Multi hoc iactantia faciunt, non dilectione. Potest esse maius opus quàm mori pro fratribus? Et hoc multi volunt putari facere iactantia nominis comparandi, non visceribus dilectionis. Restat vt ille diligat fratrem, qui ante deum vbi solus videt cordi suo persuadet, & interrogat cor suum an vere propter fratrum dilectionem hoc faciat, & perhibet illi testimonium oculus qui penetrat cor, quò homo attendere non potest. Ideo Paulus Apostolus quia paratus erat mori pro fratribus, dicebat: Ipse impendar pro animabus vestris: tamen quia deus videbat in corde ipsius, non homines quibus loquebatur, ait illis: Mihi autem minimum est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Et ostendit etiam ipse quodam loco, quia solent ista fieri inani iactantia, non firmamento charitatis: ait.n. cũ de ipsius charitatis commẽdatione loqueretur, Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Potest.n. quisquam hoc facere sine charitate? Potest: nam qui non habent charitatem, diuiserunt vnitatem. Quærite ibi, & videbitis multos multa tribuere pauperibus: videbitis alios paratos ad susciendam mortem, ita vt desistente persecutore, seipsos præcipitent. Isti sine dubio sine charitate hoc faciunt. Reuocemur ergo ad conscientiam, de qua dicit Apostolus: Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Reuocemur ergo ad

2. Cor. 12.

1. Co. 4.

1. Cor. 13.

2. Cor. 1.

Gala. 6. conſcientiam,de qua item dicit: Opus autem ſuum probet vnuſquiſq; & tunc in ſemet-
ipſo tantum gloriam habebit,& non in altera. Opus ergo ſuum probet vnuſquiſq; no-
ſtrum, vtrum de vena charitatis emanet, vtrũ de radice dilectionis rami bonorum ope-
rum pullulent. Opus autem ſuum probet vnuſquiſq; ait, & tunc in ſemetipſo gloriam
habebit,& non in altero: non quando illi perhibet teſtimonium lingua aliena, ſed quan
do perhibet conſcientia propria. Hoc ergo hic commendat. In hoc cognouimus quia ex
veritate ſumus,quando opere & veritate,non verbis tantum, & lingua diligimus: & co-
ram ipſo perſuademus cordi noſtro. Quid eſt coram ipſo? Vbi ipſe videt: vnde ipſe do-
Mat. 6. minus in Euangelio: Cauete, inquit, facere iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt vi-
deamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis
eſt: & quid eſt, Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: niſi quia dextera tua pura cõ- 133
ſcientia eſt, ſiniſtra mundi cupiditas? Multi per cupiditatem mundi multa mira faciũt, A
ſiniſtra operatur, non dextera. Dextera debet operari, & neſciente ſiniſtra, vt nec mi-
ſceat ſe cupiditas ſeculi, quando aliquid boni de dilectione operamur. Et vbi hoc cogno
ſcimus? Ante deum es, interroga cor tuum, vide quid feciſti, & quid ibi appetiſti, ſalutẽ
tuam an laudem humanam ventoſam: intus vide, nam homo iudicare non poteſt, quem
videre non poteſt. Si perſuademus cordi noſtro, coram illo perſuadeamus: quia ſi male
ſentiat cor noſtrum, id eſt, accuſet nos intus, quia non eo animo facimus quo faciendũ
ſit, maior eſt deus corde noſtro, & nouit omnia. Cor tuum abſcondis ab homine, à deo
abſconde ſi potes. Quomodo abſcondis ab eo, cui dictum eſt à peccatore quodam timẽ
Pſal. 138. te & confitente: Quò ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Quærebat qua fugeret
& euaderet iudicium dei, & non inueniebat. Vbi enim non eſt deus? Si aſcendero, inquit,
in cœlum ibi es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Quò iturus eſt? Quò fugiet? Vis audi-
re conſilium, ſi vis ab illo fugere, ad ipſum fuge. Ad ipſum fuge confitendo, non ab ipſo
Pſal. 31. latendo: latere enim non potes, ſed confiteri potes. Dic illi: Refugium meum es tu, & nu- 133
triatur in te dilectio, quæ ſola perducit ad vitam: Perhibeat tibi teſtimonium conſcien- B
tia tua, quia ex deo eſt. Si ex deo eſt, noli illam velle ante homines ponere, quia nec lau-
des hominum te leuant in cœlum, nec vituperationes inde te deponunt. Ille videat qui
coronat, ille ſit teſtis quo vidente coronaris: maior eſt deus corde tuo, & nouit omnia.
Dilectiſsimi, & ſi cor male non ſenſerit, fiduciam habemus ad deum.) Quid eſt, ſi cor
non male ſenſerit? Verum nobis reſponderit, quia diligimus, & germana dilectio eſt in
nobis, non ficta, ſed ſyncera, ſalutem fraternam quærens, nullum emolumentum expe-
ctans à fratre, niſi ſalutem ipſius. Fiduciam habemus ad deum, & quicquid poſtulauerĩ-
mus, accipiemus ab eo, quia mandata eius ſeruamus.) Ideo non in cõſpectu hominum,
ſed vbi ipſe deus videt in corde. Fiduciam ergo habemus ad deum, & quicquid poſtula-
uerimus ab eo, accipiemus. Sed qui? Qui mandata eius ſeruamus. Quæ ſunt mandata
Ioan. 13. eius? Nunquid ſemper repetendum eſt? Mandatum nouum do vobis, vt vos in- 133
uicem diligatis. Ipſam charitatem loquitur, ipſam commendat. Quiſquis ergo ha- C
buerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, vbi deus videt, corꝙ eius in-
terrogatum ſub iuſto examine, non ei aliud reſponderit, qua germanam ibi eſſe
radicem charitatis, vnde boni fructus exiſtant, habet fiduciam apud deum, & quicquid
poſtulauerit ab eo accipiet, quia mandata eius ſeruat. Incurrit quæſtio quædam, quia
non ille aut ille homo, aut tu aut ego, qui ſi petiero aliquid à domino deo noſtro, & non
accepero, facile de me poteſt dicere vnuſquiſq;: non habet charitatẽ, & de quolibet ho-
mine huius temporis facile dici poteſt. Et ſentiat quis quod vult homo de homine, maio
rem quæſtionem non faciunt, niſi illi viri, quos ſanctos conſtat fuiſſe cum ſcriberent, &
modo eſſe cum deo. Quis habet charitatem, ſi eam Paulus non habebat qui dicebat: Os
2. Cor. 6. noſtrum patet ad vos ô Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt, non anguſtamini in no-
2. Cor. 12. bis: qui dicebat, Impendar pro animabus veſtris; & tanta gratia in illo erat, vt manifeſta
retur eum habere charitatem? Inuenimus eum tamen petiſſe & non accepiſſe, Quid dici
mus fratres? Quæſtio eſt; intenti eſtote ad deum, magna & iſta quæſtio eſt, quomodo de
peccato vbi dictum eſt: qui natus eſt ex deo non peccat. Inuenimus hoc eſſe peccatum 133
violare charitatem, & hoc proprie deſignatum eſſe in hoc loco. Sic & nunc quærimus D
quid dixerit, ſi enim verba attendis, planum videtur: ſi exempla, obſcurũ eſt. Verbis his
nihil eſt planius; & quicquid poſtulauerimus accipiemus ab eo, quia mandata eius ſer-

uamus. Et quæ placent illi in conſpectu eius facimus.) Quicquid poſtulauerimus ait,
accipiemus ab eo. Anguſtauit vehementer, quia & ibi anguſtaret ſi diceret omne pecca-
tum: ſed ideo inuenimus locum exponendi quia de certo peccato dixit, nõ de omni, ſed
de quodam peccato, quod omnis qui ex deo natus eſt non facit. Et inuenimus ipſum Ioan. 15.
quoddam peccatum violationem eſſe charitatis. Et habemus exemplum de Euange-
lio manifeſtum quando ait dominus: Si non veniſſem, peccatum non haberent. Quid
ergo? Ad innocentes Iudæos venerat quia ſic loquitur? Ergo ſi ipſe non veniret, pecca-
tum non haberent? Præſentia ergo medici fecit ægrũ, febrem non abſtulit? Quis hoc vel
demens dicat? Ille non venit, niſi curare & ſanare ægrotos: Quare ergo dixit, ſi non ve-
niſſem peccatum non haberent: niſi quia certum quoddam peccatum voluit intelligi? 133
Quoddam enim peccatum non haberent Iudæi. Quod peccatum? Quòd in eũ non cre- E
diderunt, quòd præſentem contempſerunt. Sicut ergo ibi peccatum dixit, non eſt con-
ſequens vt omne peccatum intelligamus, ſed certum peccatum: ſic & hic non omne pec
catum, ne contrarius ſit illi loco vbi ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſ-
metipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: ſed certum quoddam peccatum, id eſt,
violationem charitatis. Hic autem plus nos conſtrinxit. Si petierimus dixit, ſi nos non
accuſauerit cor noſtrum & renunciauerit in conſpectu dei, quia vera dilectio eſt in no-
bis, quicquid poſtulauerimus ab eo accipiemus. Iam ergo dixi charitati veſtræ fratres,
nemo attẽdat ad nos. Quid enim ſumus nos? Aut quid eſtis vos? Quid niſi Eccleſia dei,
quæ nota eſt omnibus? Et ſi illi placet, in illa ſumus: & qui dilectione in illa manemus,
ibi perſeueremus, ſi volumus oſtendere dilectionem quam habemus. Veruntamen de
Apoſtolo Paulo quid mali ſenſuri ſumus? Ipſe non diligebat fratres? Apud ipſum non
erat teſtimonium conſcientiæ eius in conſpectu dei? Non erat in Paulo radix illa chari
133 tatis, vnde omnes boni fructus procedebant? Quis hoc niſi demens dixerit? Vbi ergo in-
F uenimus petiſſe Apoſtolum & non accepiſſe? Ait ipſe: In magnitudine reuelationum ne 2. Cor. 12.
extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus ſatanæ qui me colaphizet propter quod
ter dominum rogaui vt auferretur à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam vir-
tus in infirmitate perficitur. Ecce non eſt exauditus vt auferretur ab illo angelus ſata-
næ: ſed quare? Quia non ei proderat. Ergo exauditus eſt ad ſalutem, qui non eſt exaudi
tus ad voluntatem. Nouerit magnum ſacramentum charitas veſtra, quod ideo commen
dauimus vobis, ne excidat vobis in tentationibus veſtris. Sancti ad ſalutem per omnia
exaudiuntur: ſemper exaudiuntur ad ſalutem æternam: ipſam deſiderant, quia ſe cũdũ
hanc ſemper exaudiuntur: ſed diſcernamus exauditiones dei. Inuenimus enim quoſdã
non exauditos ad voluntatem, exauditos ad ſalutem: & rurſus quoſdam inuenimus ex-
auditos ad voluntatem, & non exauditos ad ſalutem. Hoc diſcernite, hoc tenete exemplũ
eius qui non eſt exauditus ad voluntatem, ſed exauditus ad ſalutem: audi Apoſtolum 2. Cor. 12.
Paulum, nam ipſam exauditionem ad ſalutem oſtendit illi deus, Sufficit tibi, inquit, gra
tia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Rogaſti, clamaſti, ter clamaſti, ipſum ſemel 133
quod clamaſti audiui, non auerti aures meas à te, noui quid faciam: tu vis auferre medi G
camentum quo vreris, ego noui infirmitatem qua grauaris; ergo iſte ad ſalutem exaudi-
tus eſt, ad voluntatem non exauditus. Quos inuenimus exauditos ad voluntatem, non
exauditos ad ſalutem? Inuenimus putamus aliquem, nequam aliquem impium exaudi-
tum à deo ad voluntatem, non exauditum ad ſalutem? Si alicuius hominis exemplũ
poſuero, forte dicturus es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iuſtus erat: ſi iuſtus non
eſſet, à deo non exaudiretur: Talem propoſiturus ſum, de cuius iniquitate & impietate Iob. 1.
nemo dubitet: diabolus ipſe petiit Iob & accepit: nonne & hic de diabolo audiſtis, Quia
qui facit peccatum ex diabolo eſt? Non quia ille creauit, ſed quia iſte imitatur. Nonne Iob. 8.
de illo dictum eſt, In veritate non ſtetit? Nonne ipſe eſt antiquus ille ſerpens, qui per fœ Gene. 3.
minam venenum primo homini propinauit? Qui & ipſi Iob fœminam propterea ſerua-
uit, per quam maritus non conſolaretur, ſed tentaretur. Ipſe diabolus petiit ſanctum vi-
rum tentandum, & accepit, Petit Apoſtolus vt auferetur ab eo ſtimulus carnis, & non ac
133 cepit: ſed Apoſtolus magis exauditus eſt quàm diabolus. Apoſtolus enim exauditus eſt
ad ſalutem, & ſi non ad voluntatem. Diabolus exauditus eſt ad voluntatem, ſed ad dam
H nationem: ideo enim conceſſus eſt iſte tentandus, vt eo probato eſſet ille cruciãdus. Sed
hæc fratres nõ tantũ in veteribus libris inuenimus ſed & in Euãgelio inuenimus. Petie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt dæmones à dño cũ eos excluderet ab homine, vt ire permitterẽtur in porcos. Nõne his posset dicere dñs, vt nec illuc accederẽt? Non.n. si nollet, rebellaturi erant cõtra regẽ cœli & terræ, certi tamen mysterii gratia & certa dispẽsatione dimisit dæmones ire in porcos, vt ostẽderet diabolũ in eis dominari q vitã porcorũ gerũt. Dæmones ergo exauditi sunt, Apostolus non exauditur. An potius qd verius est dicamus, imò Apostolus exauditus est: dæmones non sunt exauditi. Illorum voluntas facta est, huius sanitas perfecta est. Secundum hoc intelligere debemus, quia deus etsi voluntati nostræ non dat, saluti dat. Quid si enim hoc petieris quod tibi obest, & medicus nouit quia obest tibi, non. nte exaudiuit medicus, quando forte tu frigidam aquam petis: etsi prodest, statim dat, si non prodest, non dat: non exaudiuit, an positus ad sanitatem exaudiuit, quia voluntati contradixit? Sit ergo in vobis charitas fratres, sit in vobis, & securi estote: & quando nõ vobis datur quod petitis, exaudimini, sed non scitis. Multi dati sunt in manus suas malo suo, de quibus dicit Apostolus, Tradidit, eos deus in desideria cordis eorum. Petit aliquis magnam pecuniam, accipit malo suo: quando illam non habebat, parum timebat: habere illam cœpit, præda factus est potentiori. Nonne malo suo exauditus est, qui voluit habere vnde à latrone quæreretur, quem pauperem nemo quærebat? Discite rogare deum, vt medico committatis, quod ipse nouit faciat. Tu morbum confitearis, ille medicamentum adhibeat. Tu tantum charitatem: tene nam si ille secare te vult, vrere te vult: tu si clamas & non exaudiris in sectione, in vstione & tribulatione, nouit ille quousq; putre est. Tu iam vis reuocet manus, & ille vulneris sinum attendit, scit quousque perueniat, non te exaudit ad voluntatem, sed exaudit ad salutem. Certi estote fratres mei, quia quod ait Apostolus verum est, Quid enim oremus, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, quia ipse interpellat pro sanctis. Quid est, ipse spiritus interpellat pro sanctis, nisi ipsa charitas, quæ in te per spiritum facta est: ideo enim dicit idem Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: charitas ipsa gemit, charitas ipsa orat: contra hanc aures claudere non nouit qui illam dedit: securus esto, charitas roget, & ibi sunt aures dei: nõ fit quod vis, sed fit quod tibi expedit: ergo quicquid postulauerimus, nunquid accipiemus ab eo? Iam dixi, si ad salutem intelligas, nulla quæstio est: si non ad salutem, quæstio est magna, quæ te calũniatorem dicenti Paulo Apostolo facit, Quic quid postulauerimus accipiemus ab eo, quia mendata eius seruamus: & quæ placent illi, in conspectu eius facimus: in cõspectu eius, intus vbi videt. Et quę illa mandata sunt? Hoc est, inquit, mandatum illius, vt credamus in nomine filii eius Iesu Christi, & diligamus inuicem.) Videtis quia hoc est mandatum, videtis quia contra hoc mandatum qui facit, peccatum facit, quo caret omnis qui natus est ex deo. Sicut dedit nobis mandatũ vt diligamus inuicẽ, & qui seruauerit mandatũ eius.) Videtis qa nihil aliud nobis præcipitur, nisi vt diligamus inuicem: Et qui seruauerit mandatum eius, in ipso manebit, & ipse in eo: & in hoc cognoscimus quia manet in nobis de spiritu quem dedit nobis.)Nõne manifestum est, quia hoc agit spiritussanctus in homine, vt sit in illo dilectio & charitas? Nonne manifestum est quod ait Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis? De charitate enim loquebatur & dicebat, quia in conspectu dei debemus interrogare cor nostrum. Quòd si non male senserit cor nostrum, id est, si cõfiteatur quia de dilectione fratris fit quicquid fit, in bono opere fit. Accessit etiam quod de mandato cum diceret, hoc ait, hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filii Iesu Christi, & diligamus inuicem: & qui facit mandatum eius, in ipso manet, & ille in eo. In hoc cognoscimus quia manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis. Si enim inueneris te habere charitatem, habes spiritum dei ad intelligendum: valde enim necessaria res est. Primis temporibus cadebat super credentes spiritussanctus, & loquebantur linguis quas non didicerant, quomodo spiritus dabat eis pronunciare. Signa erãt tempori opportuna, oportebat enim ita significari in omnibus linguis spiritumsanctum, quia Euangelium dei per omnes linguas cursurum erat toto orbe terrarum: significatum est illud & transiit. Nunquid modo quibus imponitur manus, vt accipiant spiritumsanctum, hoc expectatur vt linguis loquantur? Aut quando imposuimus manum istis infantibus, attendit vnusquisq; vestrum vtrum linguis loquerentur? Et cũ videret eos linguis non loqui, ita peruerso corde aliquis vestrum fuit vt diceret: non

Rom. 1.

Rom. 8.

Rom. 5.

non acceperunt isti spiritumsanctum, nam si accepissent, linguis loquerentur quemadmodum tunc factum est? Si ergo per hæc miracula non fiat modo testimonium præsentiæ spirituissancti, vnde fit, vnde cognoscit quisq; accepisse se spiritumsanctum? Interroget cor suũ si diligit fratrem, manet spiritus dei in illo: videat, probet seipsum corã oculis dei: videat si est in illo dilectio pacis vnitatis, dilectio Ecclesiæ toto terrarum orbe diffusæ. Non attendat eum solum diligere fratrem quem attendit ante se: multos .n. non videmus fratres nostros, & in vnitate spiritus illis copulamur. Quid mirum quia nobiscum non sunt? In vno corpore sumus, vnum caput habemus in cœlo. Fratres, oculi nostri non se vident, quasi non se norunt, an in charitate compaginis corporalis non norunt se? Nam, vt noueritis, quia in coniunctione charitatis se nouerunt, quando ambo
134 patent, non licet vt aliquid attendat dexter, quod non attendat siniſter. Dirige radium
A dextrum sine altero si potes, simul coeunt, simul dirigunt, intentio vna est, loca diuersa sunt. Si ergo omnis qui tecum diligit deum, vnam intentionem tecum habet, noli attendere quia corpore & loco separatus est, aciem cordis simul fixistis in lumine veritatis. Ergo si vis nosse quia accepisti spiritũ sanctum, interroga cor tuum, ne forte cum sacramentum habes, virtutem sacramenti non habeas, Interroga cor tuum, si est ibi dilectio fratris, securus esto. Non potest esse dilectio sine spiritu dei, quia Paulus clamat, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Dilectissimi, nolite omni spiritui credere.) quia dixerat, in hoc cognoscimus quia manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis: vnde autem cognoscitur ipse spiritus, attendite, Dilectissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt.) Quis est qui
134 probat spiritus? Difficilem rem nobis proposuit fratres mei; bonum est nobis vt dicat ip
B se vnde discernamus, dicturus est, ne formidetis, sed primo videte, attendite. Videte hinc exprimit illud, vnde vani hæretici calumniantur: attendite, videte quid ait, Dilectissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Spiritussanctus nomine aquæ appellatus est in Euangelio, domino clamante & dicente, Siquis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius Euangelista autem exposuit vnde diceret, secutus enim ait, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant qui in eum erant credituri: quare nõ multos baptizabat dominus. Sed quod sequitur attendite, Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nõdum fuerat glorificatus. Quia ergo illi baptismum habebant, & spiritumsanctum nõdum acceperant, quem die pentecostes misit dominus de cœlo, vt daretur spiritus, expectabatur glorificatio domini. Et antequam clarificaretur, & antequam mitteret eum, inuitabat tamen homines, vt se præpararent ad accipiendam aquam, de qua dixit, qui sitit, veniat & bibat, & qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Quid est illa aqua? Nemo me interroget, Euangelium interroga, hoc autem dicebat, ait, de spiritu quem accepturi erant hi
134 qui in eum erant credituri. Aliud est ergo aqua sacramenti, aliud aqua quę significat spi
C ritum dei. Aqua sacramenti visibilis est, aqua spiritus inuisibilis est: ista abluit corpus, & significat quod fit in anima, per illum spiritum ipsa anima mundatur & saginatur. Ipse est spiritus dei, quem non possunt habere hæretici, & quicunque se ab Ecclesia præciduntur. Et quicunq; non aperte præciduntur, sed per iniquitatem præcisi sunt, & intus tãquam palea voluuntur, & grana non sunt, non habent istum spiritum. Iste spiritus nomine aquæ à domino significatus est, & audiuimus ab hac epistola, Nolite omni spiritui credere: attestantur illa verba Salomonis, Ab aqua aliena abstine te. Quid est aqua? Spiritus. Nunquid semper aqua spiritum significat? non semper. Quibusdam locis spiritum significat, quibusdam locis baptismum significat, quibusdam locis populos significat, quibusdam locis consilium significat. Habes quodam loco dictum, Fons vitæ consilium possidentibus eum: ergo per diuersa loca scripturarum nomen aquæ diuersa significat. Nunc tamen in nomine aquę spiritumsanctum audistis, non ex interpretatione nostra, sed ex euangelica, vbi ait, Hoc autem dicebat de spiritu quem erant accepturi hi
134 qui in eum erant credituri. Si ergo aquæ nomine significatur spiritussanctus, & dicit no
D bis epistola sua, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, intelligamus inde dictum esse, ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis. Quid est de fonte alieno ne biberis? Spiritui alieno ne credideris. Restat ergo examen vnde probetur quia spiritus dei est. Posuit quidem signum, & hoc fortasse difficile. Videamus tamen, ad

Rom. 5. Cap. IIII.

Ioan. 7.

Prou. 5. Aquæ significata

Prou. 16.

Ioan. 7.

Prou. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam charitatem redituri sumus. Ipsa est quæ nos docet, quia ipsa est vnctio: tamen hic quid ait? Probate spiritus si ex deo sunt. Quia multi pseudoprophetæ exierunt in istum mundum.) Iam ibi sunt omnes hæretici & omnes schismatici. Quomodo ergo probabo spiritum? sequitur, In hoc cognoscitur spiritus dei.) Erigite aures cordis: laborabamus & dicebamus, Quis nouit? quis discernit? ecce dicturus est signum, In hoc cognoscitur spiritus dei, omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex deo est. Et omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, non est ex deo. Et hic est antichristus, de quo audistis quod venturus sit, & nunc in isto mundo est. Quasi eriguntur aures ad discernendos spiritus, & tale quiddam audiuimus vnde nihilominus non discernamus: quid enim ait, Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est? [Ergo spiritus qui est apud hæreticos ex deo est,] quia confitentur Iesum Christum in carne venisse. Iam hic erigunt se forte aduersum nos & dicunt, vos non habetis spiritum ex deo, sed & nos qui confitemur Iesum Christum in carne venisse: iste autem illos negauit spiritum dei habere, qui non confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quære ab Arrianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse, Quære ab Eunomianis, confitentur Iesum Christū in carne venisse. Quære à Macedonianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse. Interroga Cataphrygas, confitentur Iesum Christum in carne venisse. Interroga Nouatianos, confitentur Iesum Christum in carne venisse: omnes ergo istæ hæreses spiritum dei habent, non ergo pseudoprophetæ sunt? nulla est ergo ibi deceptio, nulla seductio? Certe Antichristi sunt, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quid ergo facimus, vnde discernimus? Intendite, eamus simul corde, & pulsemus. Vigilat ipsa charitas, quia ipsa pulsatura, ipsa apertura, modo intelligetis in nomine domini nostri Iesu Christi: iã superius audistis, quia dictum est, Qui negat Iesum Christum in carne venisse, hic est antichristus. Et ibi quæsiuimus, quis neget, quia nec nos negamus, nec illi negant. Et inuenimus quosdam factis negare, & adhibuimus testimonium de Apostolo, qui ait, Cõfitentur enim se nosse deum, factis autem negant. Sic ergo & modo quæramus in factis, non lingua, quis est spiritus qui non est ex deo, qui negat Iesum Christum in carne venisse: & quis est spiritus qui est ex deo, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse? Eia fratres, opera attendamus, non strepitum linguæ. Quæramus quare venerit in carne Christus, & inuenimus qui eum negant in carne venisse. Nam si linguas attendas, multas hæreses auditurus es confitentes Christum in carne venisse: sed conuincit illos veritas. Quare venit Christus in carne? Nonne deus erat? Nonne de illo dictum est, In principio erat verbũ, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Nonne ipse pascebat angelos, & ipse pascit angelos? Nonne sic huc venit vt inde non discederet? Nonne sic ascendit vt nos nõ dimitteret? Quare venit ergo in carne? Quia oportebat nobis ostendi spem resurrectionis. Deus erat, & in carne venit: deus enim mori non poterat, caro poterat, ideo ergo venit in carne vt moreretur pro nobis. Quemadmodum autem mortuus est pro nobis? Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis. Charitas ergo illum duxit ad carnem. Quisquis ergo non habet charitatem, negat Christum in carne venisse. Nunc iam interroga omnes hæreticos, Christus venit in carne? Venit, hoc credo, hoc profiteor. Imò hoc negas. Vnde nego? Audis quia hoc dico, imò ego conuinco quia negas. Dicis voce, negas corde, dicis verbo, negas factis. Quomodo inquis, nego factis? Quia ideo uenit in carne Christus vt moreretur pro nobis. Ideo mortuus est pro nobis, quia charitatem multam docuit: Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis. Tu non habes charitatem, quia pro honore tuo diuidis vnitatem. Ergo hunc intelligite spiritum ex deo, pulsate, tangite vasa fictilia, ne forte crepuerint & male resonent. Videte si integre sonant, videte si ibi est charitas. Tolis te ab vnitate orbis terrarum, diuidis Ecclesiam per schismata, dilanias corpus Christi. Ille venit in carne vt colligat, tu ideo clamas vt spargas. Ergo ipse est spiritus dei qui dicit Iesum in carne venisse: qui dicit non lingua, sed factis, qui dicit non sonando, sed amando. Ille autem non est spiritus dei qui negat Iesum in carne venisse: negat & ipse non lingua, sed vita, non verbis, sed factis, Manifestatũ ergo vnde agnoscamus fratres. Multi intus quasi intus, nemo autem foris, nisi vere foris, adeo vt noueritis quia ad facta retulit. Et omnis spiritus ait, qui soluit Christũ nõ est ex deo.) Soluere factis intelligitur. Quid tibi ostendit qui negat quia dixit, soluit? Ille venit colligere. tu venis soluere. Distringere vis membra Christi. Quomodo non negas Christum in carne venisse, qui dirumpis Ecclesiam, quam ille congregauit? Contra Christum ergo venis, antichristus es. Intus sis, foris sis, antichristus es. Sed quando intus es, lates: quando foris es, manifestaris. Soluis Iesum, & negas eum in carne venisse, non es ex deo: ideo dicit in Euangelio, Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic, minimus vocabitur in regno cœlorum. Quid est soluitur? Quid est docetur? Soluitur factis, & docetur quasi verbis. Qui prædicas non furandum furaris? Soluit ergo in facto qui furatur, & quasi docet sic, minimus vocabitur in regno cœlorum. i. in Ecclesia huius temporis: de illo dictũ est, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Qui autem fecerit, & si docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum: ex eo quod dixit hic, fecerit: contra hoc ibi dixit, soluerit, id est, non fecerit, & docuerit sic: ille ergo soluit, qui non facit. Quid nos docet, nisi vt facta interrogemus, non verba credamus? Obscuritas rerum multa nos cogit dicere, maxime vt illũd quod dominus reuelare dignatur, etiam ad tardiores fratres perueniat, quia omnes Christi sanguine comparati sunt. Et vereor ne ipsa epistola istis diebus sicut promiseram non finiatur: se quod domino placet, melius est seruare reliquias quàm onerare corda nimio cibo.

Ad Titũ.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

Mat. 5.

Rom 2.

Mat. 23.

De eo quod Ioannes dicit, Iam vos ex deo estis filioli & vicistis eum, quia maior est qui est in vobis, quam qui in hoc mundo: vsq; ad id, Ita deus dilexit nos, debemus & nos inuicem diligere.

Tractatus. VII.

MVndus iste omnibus fidelibus quærentibus patriam sic est, quomodo fuit eremus populo Israel. Errabant quidem adhuc, & patriam quærebant, sed duce domino errare non poterant, via illis fuit visio domini. Nam vbi per quadraginta annos circumierunt, paucissimis mansionibus conficitur iter ipsum, & notum est omnibus. Tardabantur, quia exercebantur, non quia deserebantur. Quod ergo nobis promittit deus, ineffabilis dulcedo est & bonum sicut scriptura dicit, & sæpe nobis commemorantibus audistis, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Laboribus autem temporalibus exercemur, & tentationibus vitæ præsentis erudimur. Sed si non vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatem, fons est quem voluit dominus hic ponere, ne deficiamus in via, & abundantius eum bibemus cum ad patriam venerimus. Modo Euangelium lectum est, vt de ipsis verbis quibus lectio terminata est dicam, quid aliud nisi de charitate audistis? Quandoquidem pactum fecimus cum domino nostro in oratione, vt si volumus dimittat nobis peccata nostra, dimittamus & nos peccata quæ in nobis fuerint commissa. Non autem dimittit nisi charitas: tolle charitatem de corde, odium tenet, ignoscere non nouit. Sit ibi charitas, secura ignoscit non angustatur. Epistola autem ista tota quam suscepimus tractandam vobis cũ, videte si aliud aliquid commendat quàm ipsam vnam charitatem. Nec timendum est, ne sæpe dicendo in odium veniat; quid enim amatur, si charitas in odium venit? Quia charitate fit, vt cætera bene amentur, ipsa quomodo amanda est? Res ergo quæ nunquam debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Iam vos, inquit, ex deo estis filioli, & vicistis eum:) Quẽ, nisi antichristum? superius enim dixerat, Omnis qui soluit Iesum Christum, & negat eũ in carne venisse, non est ex deo. Exposuimus autem, si meministis, quia omnes negant Iesum Christum in carne venisse qui violant charitatem. Iesus enim non opus erat vt veniret, nisi propter charitatem. Charitas enim nobis illa commendatur, quam & ipse in Euangelio commendat, Maiorem ac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Quomodo poterat filius dei animam suam ponere pro nobis, nisi carne indueretur vbi mori posset? Quisquis ergo violat charitatem quodlibet dicat de lingua, vita ipsius negat Christum in carne venisse, & iste est antichristus vbicunq; fuerit, quocunq; intrauerit. Sed quid dicit eis qui ciues sunt illius patriæ cui suspiramus? Vicistis eum. Et vnde vicerunt? Quia maior est qui est in vobis, quàm qui in hoc mundo.) Ne victoriam suis viribus tribuerent, & arrogantia superbiæ vincerẽtur: quẽcunq; enim diabolus superbũ fecerit, vincit, volens eos seruare humilitatem, quid ait? Vicistis eum. Iam omnis homo qui audit, vicistis, erigit caput, erigit ceruicem, laudari se

1 Ioan. 4.

Mat. 6.

1. Cor. 2.

Ioan. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vult. Noli te extollere, vide quis in te vicit. Quare vicisti? Quia maior est qui est in nobis, quàm qui in hoc mundo. Ergo humilis porta dominum tuum, esto iumentum sessoris tui. Bonum tibi est vt ipse regat, & ipse ducat: nam si ipsum sessorem non habueris, ceruicem erigere potes, calces potes mittere, sed væ tibi sine rectore, quia libertas ista in bestias te mittet comedendum. Hi de mundo sunt.) Qui? Antichristi. Iam audistis qui sint. Et si non estis, cognoscitis eos. Quisquis autem hoc est, non cognoscit. Hi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.) Qui sunt qui de mundo loquuntur? Attendite contra charitatem: ecce audistis dominum dicentem, Si dimiseritis Mat. 6. peccata hominibus, dimittet vobis & pater vester cœlestis peccata vestra: si autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Sententia est veritatis, aut si Ioan. 14. non veritas loquitur, contradic. Si Christianus es & in Christum credis, ipse dixit, Ego sum veritas: sententia est ista, vera est, firma est. Iam audi homines de mundo loquentes, Et non te vindicaturus es? & dicturus est ille, quia fecit tibi imò sentiat quia cum vi- A
ro rem habet. Quotidie dicuntur ista, de mundo loquuntur qui ista dicunt, & mundus
eos audit, nec dicunt ista qui diligunt mundum, neq; audiuntur ista nisi ab his qui dili-
gunt mundum. Et qui diligit mundum, & negligit charitatem, audistis quia negat le-
Luc. 23. sum in carne venisse. Aut si fecit illud in carne ipse dominus? Si cum expalmaretur, vo-
luit se vindicari? Si cum in cruce penderet, non dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt
quid faciunt? Si autem ista qui potestatem habebat, tu quid minaris, quid sufflas in po-
testate aliena constitutus? Ille quia voluit mortuus est, & non minabatur, tu nescis quã-
do moriaris & minaris? Nos ex deo sumus.) Videamus quare? Videte si propter aliud
quàm propter charitatem. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum, audit nos: qui non est ex
deo, non nos audit. Ex hoc cognoscimus spiritum veritatis & erroris.) Quia qui audit
nos, spiritum habet veritatis: qui non audit nos, spiritum habet erroris. Videamus quid
monet, & audiamus eum potius in spiritu veritatis monentẽ, non antichristos, nõ ama-
tores mundi, non mũdum. Si ex deo nati sumus: sequitur, supra videte quid, nos ex deo
sumus. Qui nouit deum audit nos, qui non est ex eo, non nos audit: ex hoc cognoscitur
spiritus veritatis & erroris. Iam ergo intentos nos fecit, quia qui nouit deum ipse nos au-
dit: qui autem non nouit, non audit. Et hæc discretio est spiritus veritatis & erroris. Vi-
deamus quid moniturus est, in quo illum audire debeamus. Dilectissimi diligamus in-
uicem.) Quare: Quia homo monet. Et dilectio ex deo est.) Multum commendauit dile-
ctionem, quia dixit ex deo est. Plus dicturus est, intente audiamus: modo dixit, Dilectio
ex deo est, & omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognouit deum: qui non diligit, non
nouit deum.) Quare? Quia deus dilectio est. Quid amplius dici potuit fratres? Si nihil
de laude dilectionis diceretur per omnes istas paginas huius epistolæ, si nihil omnino
per cæteras paginas scripturarum, & hoc solum vnum audiremus de voce spiritus dei,
quia deus dilectio est: iam videte, quia facere contra dilectionem, facere cõtra deum est. 135
Nemo dicat in hominem pecco, quòd non diligo fratrem meũ. Intendite, & facile est pec- C
catum in hominẽ, in deum solũ non peccem. Quo non peccas in deum quando in dile-
ctionem peccas? Deus dilectio est. Nũquid nos dicimus? Si nos diceremus, deus dilectio
est, forte scandalizaretur aliquis ex vobis & diceret, quid dixit, quid voluit dicere, quia
deus dilectio est? Dedit dilectionẽ deus, donauit dilectionẽ deus. Ex deo est dilectio, deus
dilectio est; ecce habetis fratres scripturas dei, canonica est ista epistola: per omnes gen-
tes recitatur, orbis terræ authoritate tenetur, orbem terrarum ipsa ædificauit. Audis hic
ab spiritu dei, deus dilectio est. Iam si audes, fac contra deum, & noli diligere fratrẽ tuũ.
Quo ergo iam dudũ dilectio ex deo est, & modo ergo dilectio deus est? Etenim deus pa-
ter & filius, & spiritussanctus. Filius deus ex deo, spiritussanctus deus ex deo: & hi tres
vnus deus, non tres dii. Si filius deus, & spiritussanctus deus, & ille diligit in quo habi-
tat spiritussanctus, ergo dilectio deus est: sed deus, quia ex deo, vtrunq; enim habes in
epistola: & dilectio ex deo est, & dilectio de' est. De solo patre scriptura nõ nouit dicere,
qa ex deo: cũ aũt audis ex deo, aut filius intelligitur, aut spũssanctus: qa vero dicit Apo-
Rom. 5. stolus, Charitas dei diffusa est incordib. nostris p spũmsanctũ qui datus est nobis, intelli 137
gamus in dilectione spiritũsanctũ esse. Ipse.n. spiritussanctus quẽ non possunt accipere D
Prou. 5. mali, ipse est ille fons, de quo dicit scriptura, Fons aquę tuæ sit tibi proprius, & nemo alie
nus communicet tibi, Omnes. n. qui non diligunt deum, alieni sunt, Antichristi sunt.

Et quanuis

Et quanuis intrent basilicas, non possunt numerari inter filios dei: nõ ad illos pertinet
fons ille vitæ. Et habere baptismum, & malus esse potest: habere prophetiã, & malus esse
põt. Inuenimus Saulem regẽ habuisse prophetiã, persequebatur sanctũ Dauid, & imple
tus est spiritu prophetiæ, & prophetare cœpit. Accipere sacramẽtũ corporis & sanguinis
domini, & malus esse potest: nã de talibus dictũ est, Qui manducat & bibit indigne, iu- 1. Cor. 11.
dicium sibi manducat & bibit. Habere nomen Christi, & malus esse potest, id est, Chri-
stianus vocari, & malus esse nõ potest: de quibus dictũ est, Polluebant nomen dei sui:
ergo habere sacramenta ista omnia, & malus esse potest: habere aũt charitatẽ, & malus
esse nõ potest: hoc est ergo proprium donũ, ipse est singularis fons, ad hunc bibendum
nos hortatur spiritus dei, ad se bibendũ nos hortatur spiritus dei. In hoc manifestata est
135 E dilectio dei in nobis.) Ecce vt diligamus deũ, hortationem habemus. Possemus illũ dili-
gere, nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus ad amandũ, non simus pigri ad redamandũ
prior amauit nos, nec sic nos amamus: iniquos amauit, sed iniquitates soluit: iniquos a-
mauit, sed non ad iniquitates congregauit: ægrotos amauit, sed sanãdos visitauit. Deus
ergo dilectio est, In hoc manifestata est dilectio dei in nobis: Quia filium suum vnigeni-
tum misit in hunc mundum, vt viuamus per ipsum.) Quomodo ipse dominus ait, Ma- Ioan. 15.
iorem dilectionem nemo potest habere, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis.
Et ibi probata est dilectio Christi in nos, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris
vnde probata est in nobis? Quia filium suum vnicum misit mori pro nobis: sic & Pau- Roma. 8.
lus Apostolus dicit, Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ:
quomodo non & cũ illo omnia nobis donauit? Ecce Christum tradidit pater, & tradidit
Iudas: nũquid nõ quasi simile factum videtur? Traditor Iudas, ergo traditor est & deus
pater? Ablit, inquis. Non dico, sed Apostolus dicit, qui filio proprio non pepercit, sed pro
135 nobis omnibus tradidit eum. Et pater illum tradidit, & ipse se tradidit: ait idem Aposto Galat. 2.
F lus, Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Si pater tradidit filium, & tradidit se-
ipsum filius, Iudas quid fecit? Facta est traditio à patre, facta est traditio a filio, facta est
traditio à Iuda. Vna res facta est. Sed quæ res discernit patrẽ tradentem filium, seipsum
filium tradentem, & Iudam discipulũ tardentem magistrum suũ? Quia hoc fecit pater
& filius in charitate, fecit autem hoc Iudas in proditione. Videtis quia non quid faciat
homo considerandũ est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus
deum patrem, in quo inuenimus Iudam, patrem benedicimus, Iudam detestamur. Qua
re patrẽ benedicimus, Iudam detestamur? Benedicimus charitatẽ, detestamur iniquita-
tem. Quantum.n. præstitum est generi humano de tradito Christo, nunquid hoc cogi-
tauit Iudas vt traderet? Deus cogitauit salutem nostram qua redempti sumus, Iudas co
gitauit præcium quo vendidit dominum: filius ipse cogitauit præcium quod dedit pro
nobis, Iudas cogitauit præcium quod accepit vt venderet. Diuersa ergo intentio diuer-
135 sa facta fecit: cum sit vna res, ex diuersis eam intentionibus si metiamur, vnũ amandũ,
G alterum damnandum, vnũ glorificandũ, alterum detestandm inuenimus. Tantũ valet
charitas, videte quia sola discernit, videte quia facta hominum sola distinguit: hoc dixi
mus in similibus factis. In diuersis factis, inuenimus sæuientem hominem factum de
charitate, & blandum factum de iniquitate. Puerũ cædit pater, & mango blanditur. Si
duas res proponas, plagas & blandimenta, quis non eligat blandimeta, & fugiat plagas?
Si personas attendas, charitas cædit, blanditur iniquitas. Videte quid commendamus,
quia non discernuntur facta hominũ, nisi de radice charitatis: nam multa fieri possunt
quæ speciem habent bonam, & non procedunt de radice charitatis, habent enim & spi-
næ flores: quædam vero videntur aspera, videntur truculenta, sed fiunt ad disciplinam
dictante charitate. Semel ergo breue præceptum tibi præcipitur, Dilige, & quod vis fac: Deut. 6.
siue taceas, dilectione taceas: siue clames, dilectione clames: siue emendes, dilectione e-
mendes: siue parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis, non potest de ista ra-
dice nisi bonum existere. In hoc est dilectio, in hoc manifestata est dilectio dei in nobis,
137 quia deus filium suum misit vnigenitum in hunc mundum, vt viuamus per ipsum. In
H hoc est dilectio, non quia nos dileximus, sed quia ipse dilexit nos.) Nõ illum dileximus
prius, nam ad hoc nos dilexit, vt diligamus eum. Et misit filium suum litatorem pro pec
catis nostris.) Litatorem, sacrificatorem. Sacrificauit p peccatis nostris. Vbi inuenit ho-
stiam? Vbi inuenit victimam, quam puram volebat offerre? Aliud non inuenit, seipsum

obtulit. Ita deus dilexit nos, debemus & nos inuicem diligere.) Petre amas me? Et ille di-
Ioan. 21. xit, Amo. Pasce oues meas. Deum nemo vidit vnquam, res est inuisibilis, non oculo, sed
corde quærendus est. Sed quemadmodum si solem istum videre vellemus, oculum cor-
poris purgaremus: vnde videri lux potest: volentes videre deum, oculum quo deus vide-
Matth. 5. ri potest purgemus. Et vbi est iste oculus? Audi Euangelium, Beati mundo corde, quo-
niam ipsi deum videbunt. Sed nemo sibi pro concupiscentia oculorum cogitet deū. Fa-
cit enim sibi aut ingentem formā, aut magnitudinē aliquā inæstimabilem, distēdit per
loca velut lucē istam, quā videt his oculis, auget per campos quantum potest, aut facit
sibi aliquē quasi venerabilis formæ senem. Nihil horū cogites. Est quod cogites, si vis
videre deum, deus dilectio est. Quale faciem habet dilectio? Qualem formam habet? Qualem staturam habet? Quales pedes habet? Quales manus habet? Nemo potest dice-
Psal. 40. re. Habet tamen pedes, nam ipsi ducunt ad Ecclesiam: habet manus, nam ipsæ pauperi
Lucæ. 8. porrigunt: habet oculos, nam inde intelligitur ille qui eget: Beatus qui intelligit super
egenū & pauperem. Habet aures, de quibus dicit dominus, Qui habet aures audiēdi au-
diat. Non sunt enim membra distincta per loca, sed intellectu totum simul videt. Qui
habes charitatem, habita & inhabitaberis, mane & manebitur in te. Quid enim fratres
mei? Quis amat quod non videt? Quare autem quando laudatur charitas, erigimini, ac
clamatis, laudatis? Quid vobis ostendi? Aliquos colores protuli? Aurum & argentū pro-
posui? Gemmas de thesauris effudi? Quid tale ostendi oculis vestris? Nunqd facies mea
mutata est cū loquor? Carnem gero, in ipsa forma sum in qua præcessi. In ipsa forma
estis in qua venistis, laudatur charitas & clamatis, certe nihil videtis. Sed quomodo vo-
bis placet quando laudatis, sic vobis placeat vt in corde seruetis. Intendite enim quid
dicam fratres, exhortor vos quantum dat dominus, ad magnum thesaurum. Si vobis
ostenderetur aliquod vasculum anaglyptum, inauratum, operose factū, & illiceret ocu-
los vestros, & duceret in se intentionem cordis vestri, & placeret vobis manus artificis,
& pondus argenti, & splendor metalli: nonne vnusquisq; vestrum diceret, ō si haberem
vasculum istud? Et sine causa diceretis, in potestate enim vestra non erat: aut si quisquā
vellet habere, cogitaret illud de domo aliena furari. Laudatur charitas vobis, si placet
habete, possidete, non opus est vt furtum alicui faciatis, non opus est vt emere cogite-
tis, gratis constat, tenete eam, amplectimini eam, dulcius illa nihil est. Si cum commo-
moratur talis est, cum habetur qualis est? Si qui forte vultis seruare charitatem fratres,
ante omnia ne putetis abiectam & desidiosam, nec quadam mansuetudine, imò nō man-
23. q. 5. ca. nō putes. suetudine sed remissione & negligentia seruari charitatem. Non sic seruatur. Nō putes
tunc te amare seruum tuum, quando eū non cædis: aut tunc te amare filiū tuum, quan-
do ei non das disciplinam: aut tunc te amare vicinū tuū, quando eum non corripis: nō
est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corripiendum, ad emendandū: si sunt
boni mores, delectent: si sunt mali, emendentur, corrigantur. Noli in homine amare er-
rorem, sed hominem: hominem enim deus fecit, errorem ipsum homo fecit. Ama illud
quod deus fecit, noli amare quod ipse homo fecit. Cum illud amas, illud tollis: cum il-
lud diligis, illud emendas. Sed & si fœuis aliquando propter correctionem dilectionis,
Matth. 3. propterea de columba demonstrata est charitas, quæ venit super dominum. Species illa
columbæ, in qua venit spiritus sanctus, in quo nobis charitas infunderetur. Quare hoc?
Fel columba non habet, tamen rostro & pennis p nido pugnat, sine amaritudine fœuit.
Hoc facit & pater quādo filium castigat, sed ad disciplinam castigat, sicut dixi. Seductor
vt vendat cum amaritudine blanditur: pater vt corrigat, sine felle castigat. Tales estote
ad omnes. Videte fratres, magnum documentum, magna regula, vnusquisque habet fi-
lios aut habere vult, aut si omnino decreuit filios non habere carnaliter, vel spiritaliter
cupit habere. Quis est pater qui non corrigit filium suum? Quis est cui non det disci-
nam pater? Et tamen fœuire videtur. Amor fœuit, charitas fœuit. Sœuit, quomodo? Sine
felle more columbino, non coruino. Vnde venit in mentem fratres mei dicere vobis,
quia illi violatores charitatis schisma fecerunt: quomodo oderunt ipsam charitatem,
sic oderunt & columbam: sed conuincit illos columba, procedit de cœlo, aperiuntur cœ-
Ioan. 1. li, & manet super caput domini. Vt quid hoc? vt audiatur, Hic est qui baptizat. Recedite
prædones, recedite inuasores possessionis Christi. In possessionibus vestris, vbi domi-
nari vultis, titulos potentis ausi estis infringere? Cognoscit ille titulos suos, vendicat

sibi possessionem suam. Non delet titulos, sed intrat & possidet: sic ad catholicam veni-
enti, non deletur baptismus, ne titulus imperatoris deleatur. Sed quid fit in catholica?
Agnoscitur titulus, intrat possessor sub titulis suis, quo intrabat p̄do sub titulis alienis.

De eo quod Ioannes dicit, Deum nemo vidit vnquam. Videte dilectissimi, si
diligamus inuicem, deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta
in nobis: vsq; ad id, Deus dilectio est, & qui manet in dilectione,
in deo manet, & deus in eo. Tractatus. VIII.

Dilectio dulce verbum est, sed dulcius factum: semper de illa loqui non possumus.
136 Multa enim agimus, & diuersæ actiones distendunt nos, vt non vacet linguæ no-
A stræ semper de dilectione loqui, nam nihil melius ageret lingua nostra. Sed de qua sem-
per loqui non licet, semper eam custodire licet, sic nūc quod cantauimus, halleluia: nun-
quid semper hoc facimus? Vix vnius horæ non toto spatio, sed parua particula cantaui-
mus halleluia, & vacamus ad aliud. Est autem halleluia sicut iam nostis, laudate do-
minum. Qui deum laudat lingua, non semper potest: qui moribus deum laudat, sem-
per potest. Opera misericordiæ, affectus charitatis, sanctitas pietatis, incorruptio casti-
tatis, modestia sobrietatis, semper hæc tenenda sunt, siue cum in publico sumus, siue cū
in domo, siue ante homines, siue in cubiculo, siue loquentes, siue tacentes, siue aliquid
agentes, siue vacantes, semper hæc tenenda sunt, quia intus sunt omnes istæ virtutes
quas nominaui. Quis autem sufficit omnes nominare? Quasi exercitus est imperatoris
qui sedet intus in mente tua. Quomodo enim imperator per exercitum suum agit quod Ephes. 3.
ei placet, sic dominus Iesus Christus incipiens habitare in interiore homine nostro, id
est, in mente per fidem, vtitur istis virtutibus quasi ministris suis. Et per has virtutes
quæ videri oculis non possunt, & tamen quod nominantur, laudantur: non autem
136 laudarentur nisi amarentur: non amarentur nisi viderentur: & si vtiq; non amaren-
B tur nisi viderentur, alio oculo viderentur, id est, in interiore cordis aspectu. Per has
virtutes inuisibiles mouentur membra visibiliter. Pedes ad ambulandum. Sed quò?
Quò mouerit bona voluntas, quæ militat bono imperatori. Manus ad operandum.
Sed quid? Quod iusserit charitas, quæ inspirata est intus à spiritu sancto. Membra er-
go videntur cum mouentur, qui iubet intus, non videtur, & quis intus iubeat, pro-
pè ipse solus nouit qui iubet, & ille intus cui iubetur. Nanque fratres mei audistis cum
Euangelium legeretur, certe si aurem ibi non tantum corporis, sed & cordis habui-
stis. Quid ait? Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus vt videamini ab Matt. 6.
eis. Nunquid hoc voluit dicere, vt quæcunque bona facimus, abscondamus ab ocu-
lis hominum, & timeamus videri? Si times spectatores, non habebis imitatores. De-
bes ergo videri, sed non ad hoc debes facere vt videaris, non ibi debet esse finis gau-
dii tui, non ibi terminus lætitiæ tuæ, vt putes te totum fructum consecutum esse bo-
136 ni operis tui, cum visus fueris atq; laudatus. Nihil est hoc, contemne te cum lauda-
C ris: ille in te laudetur, qui per te operatur. Noli ergo ad laudem tuam operari quod
bonum agis, sed ad laudem illius a quo habes vt bonum agas. Abs te habens male age
re, à Deo habes bene agere. Contrà peruersi homines videte quàm præposteri sint,
quod faciunt bene, volunt sibi tribuere: si male faciant, deum volunt accusare. Con-
uerte hoc distortum nescio quid & præposterum, fac illud quodammodo capite deor-
sum, quod susum, facias iusum, quod deorsum facias † surſum. Iusum vis facere deum, † vtitur &
& te susum? præcipitaris, non eleuaris: ille enim semper surſum est. Quid ergo? Tu alias iusū
bene, & deus male? Imò hoc dic si vis verius dicere, Ego male, ille bene. Et quod pro deor-
ego bene, ab illo bene. Nam à me quicquid ago male. Ista confessio firmat cor, & sum.
facit dilectiones fundamenta. Nam si opera nostra abscondere debemus bona, ne vi-
deantur ab hominibus, vbi est illa sententia homini in eo sermone, quem habuit in Matt. 5.
monte, vbi hoc dixit, ibi & illud pauloante dixit, Luceant opera vestra bona coram
136 hominibus? Et non ibi cessauit, non ibi finem fecit: sed addidit, Et glorificent patrem Galat. 1.
D vestrum qui in cœlis est. & Paulus quid ait? Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ,
quæ in Christo sunt. Tantum autem audientes erant, quia qui nos aliquando perseque
batur, nūc euangelizat fidē quā aliquando vastabat, & in me magnificabāt deū. Videte
quēadmodū & ipse qa sic inotuit, finē nō posuerit in laudē suā, sed in laudē dei. At quan

tum ad ipsum pertinet vastator Ecclesiæ, persecutor inuidus, malignus, ipse confitetur, non nos conuiciamur. Amat Paulus dici a nobis peccata sua, vt glorificetur ille qui talem morbum sanauit. Magnitudinem enim vulneris manus medici secuit & sanauit. Vox illa de cœlo prostrauit persecutorem, & erexit prædicatorem: occidit Saulum, & vi- Acto.9.
uificauit Paulum. Saul enim persecutor erat sancti viri, inde nomen habebat iste quando persequebatur Christianos: postea de Saulo factus est Paulus. Quid est Paulus? Modicus: ergo quando Saulus, superbus, elatus: quando Paulus, humilis, modicus: ideo sic
1. Co.15. loquimur, paulo post videbo te. i. post modicum. Audi quia modicus factus est, Ego.n.
Ephes.3. sum minimus Apostolorum. Et mihi minimo omnium sanctorũ, dicit alio loco. Sicerat inter Apostolos tanquam fimbria vestimenti: sed tetigit Ecclesia gentium tanquam fluxum patiens, & sanata est. Ergo fratres hoc dixerim, hoc dico, hoc si possem non tacere: opera illa modo illa sint in nobis, modo illa pro tempore, pro horis, pro diebus. Nunquid semper loqui? nunquid semper tacere? nunquid semper reficere corpus? nunquid semper ieiunare? nunquid semper panem dare egenti? nunquid semper nudum vestire? nũquid semper ægrotum visitare? nunquid semper discordantes concordare? nũquid semper mortuos sepelire? modo illud, modo illud. Inchoantur ista & cessant ille autem imperator nec inchoat, nec cessare debet: charitas intus non intermittatur, officia charitatis pro tempore exhibeantur: charitas ergo, sicut scriptum est, fraterna permaneat. Fortas-
Heb.13. sis autem mouerit aliquos vestrum, ex quo istam Epistolam beati Ioannis tractamus vobis, quare non commendauerit maxime nisi fraternam charitatem? Qui diligit fratrem dicit, & præceptum nobis est datum, vt diligamus inuicem. Assidue nominauit charitatem fraternam, dei autem charitatem, id est, qua debemus diligere deũ, non tam assidue nominauit, sed tamen non omnino tacuit. De inimici vero dilectione prorsus tacuit pro pẽ per totam ipsam Epistolam. Cum vehementer nobis prædicet, cõmendetq; charitate, non nobis dicit vt diligamus inimicos, sed dicit nobis vt fratres diligamus: modo vero cum Euangeliũ legeretur, audiuimus, Si.n. diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedẽ
Mat.5. habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Quid est igitur quod pro magno nobis ad perfectionem quandam fraternam dilectionem commendat Ioannes Apostolus, dominus autem dicit, non nobis sufficere vt fratres diligamus, sed debere nos extendere ipsam dilectionem vt perueniamus ad inimicos. Qui vsq; ad inimicos peruenit, non transilit fratres. Necesse est, sicut ignis, prius occupet proxima, & sic se in longinquiora dissẽdat. Propinquior est tibi frater quàm nescio quis homo. Rursus tibi magis adhæret ille quem non noueras, qui tibi tamen non aduersatur, quàm inimicus qui etiam aduersatur. Extende dilectionem in proximos, nec uoces illam extensionem. Propè.n. te diligis, qui eos diligis qui tibi adhærent. Extende ad incognitos, qui tibi nihil mali fecerunt. Transcende & ipsos, perueni, vt diligas inimicos: hoc certe dominus iubet. Quare iste tacuit de dilectione inimici? Omnis delictio siue quæ carnalis dicitur, quę non dilectio, sed magis amor dici solet: dilectionis.n. nomen magis solet in melioribus rebus dici, in melioribus rebus accipi, tamen omnis dilectio fratres charissimi vtiq; beneuolentiam quandam habet erga eos qui diliguntur. Non. n. sic debemus diligere homines, aut sic
Ioan.21. possumus diligere vel amare: hoc.n. etiam verbo vsus est dominus, cum diceret, Petre amas me? Non sic debemus amare homines, quomodo audimus gulosos dicere, amo tur dos. Quæris quare? Vt occidat & consumat, & amare se dicit, ad hoc illos amat vt non sint, ad hoc amat vt perimat, & quicquid ad cibandum amamus, [ad hoc amamus] vt illud consumatur & nos reficiamur. Nunquid sic amandi sunt homines tanquam consumendi? Sed amicitia quadam beneuolentiæ, vt aliquando præstemus eis quos amamus. Quid si non sit quod præstemus? Sola beneuolentia sufficit amanti. Non.n. optare debemus esse miseros, vt possimus exercere opera misericordiæ. Das panem esurienti, sed melius nemo esuriret & nulli dares. Vestis nuduni, vtinam omnes vestiti essent, & nõ esset ista necessitas. Sepelis mortuum, vtinam veniat aliquando illa hora vbi nemo moriatur. Concordas litigantes, vtinam aliquando sit pax illa æterna Hierusalem, vbi nemo discordat: hæc.n. omnia officia necessitatum sunt. Tolle miseros, cessabunt opera misericordiæ. Opera misericordiæ cessabunt, nunquid ardor charitatis extinguetur? Germanius amabis fœlicem hominem, cui nõ habes quod præstes, purior ille amor erit, multoq; syncerior. Nã si præstiteris misero, fortasis extollere te cupis aduersus eũ, & eũ

tibi

tibi vis esse subiectum, quia author est tui beneficii: ille indiguit, tu impertitus es, quasi maior videris quia tu præstitisti, quàm ille cui præstitum est: optæ æqualem, vt ambo sub vno sitis cui nihil præstari potest. Nam in hoc excessit modum superba anima, & quodammodo auara fuit: quia radix omnium malorum auaritia est: & item dictum est, 1.Tim.6.
Initium omnis peccati superbia. Et quærimus aliquando quo sibi concordent istæ duæ Eccl.10.
sententiæ, Radix omnium malorum est auaritia: &, Initium omnis peccati superbia: si initium omnis peccati superbia, radix omnium malorum superbia est: certe si radix om
136 nium malorum auaritia est, inuenimus & in superbia auaritiam esse: excessit enim mo-
I dum homo. Quid est auarũ esse? Progredi vltra quàm sufficit. Adã superbia cecidit: initium omnis peccati superbia, inquit: Nunquid auaritia? Quid auarius illo cui deus sufficere non potuit? ergo fratres legimus quemadmodum factus sit homo ad imaginem & Gene.1.
similitudinem dei: & quid de illo dixit deus? Et habeat potestatem piscium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum quæ repunt super terram: nunquid dixit, habeat potestatem hominum? Habeat potestatem, ait, dedit potestatem naturalem. Quorum habeat potestatem? Piscium maris, volatilium cœli, & omnium repentium quæ repunt super terram. Quare hæc est naturalis potestas hominis in ista? Quia homo ex deo habet potestatem, ex quo factus est ad imaginem dei. [Vbi autem factus est ad imaginem dei?] In intellectu, in mente, in interiore homine, in eo quod intelligit veritatẽ, diiudicat iustitiam & iniustitiam, nouit à quo factus est, potest intelligere creatorem suum, laudare creatorem suum. Habet hanc intelligentiam, qui habet prudentiam: ideo multi cum per cupiditates malas deterrerent in se imaginem dei, & ipsam quodammodo flammam intelligentiæ peruersitate morũ extingueret, clamat illis scriptura, Nolite fieri sicut equus
136 & mulus, quibus non est intellectus: hoc est dicere præposui te equo & mulo, te ad ima- Psal.31.
K ginem meam feci, potestatem tibi super ista dedi. Quare? Quia non habent feræ rationem mentem, tu autem rationali mente capis veritatem, intelligis quod supra te est, subdere ei qui supra te est, & infra te erunt illa quibus præpositus es. Quia vero per peccatum homo deseruit eum, sub quo esse debuit, subditus est eis supra quæ esse debuit. Intendite quid dicam, deus, homo, pecora: verbi gratia, supra te deus, infra te pecora. Agnosce eum qui supra te est, vt agnoscant te quæ infra te sunt: ideoq; cum Daniel agnouis- Dan.6.
set supra se deum, agnouerunt illum supra se leones. Si autem non agnoscis illũ qui supra est, superiorem contemnis, subderis inferiori, propterea superbia Aegyptiorũ vnde Exo.8.
domata est? de ranis & muscis. Poterat deus & leones mittere, sed aliquis magnus leone terrendus est. Quanto illi erant superbiores, tanto de rebus contemptibilibus & abiectis fracta est eorum ceruix mala. Sed Danielem agnouerunt leones, quia ille subditus deo erat. Quid martyres qui ad bestias pugnauerunt, & feratum morsibus laniati sunt, nõ-
136 ne erant sub deo? Serui dei tres viri, & serui dei Macchabęi. Agnouit ignis seruos dei tres Daniel.3.
L viros quos non vsit, quorũ nec vestimenta corrupit: non agnouit Macchabæos? Agno- 2.Mac.7.
uit & Macchabæos fratres, agnouit & istos. Sed opus erat quodã flagello permittẽte dño, Heb.12.
qui dixit in scriptura, Flagellat omnẽ filiũ quem recipit. Putatis enim fratres, quia ferrũ trã fuerberaret viscera dñi, nisi ipse permitteret: aut hæreret, in ligno, nisi ipse voluisset? Nõ eũ agnouit creatura? An exemplũ patiẽtiæ proposuit fidelibus suis? Ideo deus quos dã liberauit visibiliter, quosdã non liberauit visibiliter, omnes tamen spiritaliter liberauit, spiritaliter neminẽ deseruit. Visibiliter quosdã visus est deseruisse, quosdã visus est eripuisse: ideo quosdã eripuit, ne putes illũ non potuisse eripere, testimoniũ dedit quia potest; & vbi non facit, secretiorem intelligas voluntatem, ne suspiceris difficultatem.
136 Sed quid fratres? Cum euaserimus omnes istos mortalitatis laqueos, cum transierint te- 1.Cor.15.
M pora tentationis, cum seculum hoc decurrerit, & recepermus illã stolam primã, immortalitatem illam quam peccando perdidimus, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem. 1. cum caro ista induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc esse perfectos filios dei, vbi non est opus tentari nec flagellari, agnoscet etiam omnis creatura, subdita nobis erunt omnia, si nos sic subditi sumus deo. Sic ergo debe-
ret esse Christianus, vt non glorietur super alios homines. Dedit enim tibi deus esse su- Gene.1.
per bestias, id est meliorem esse quã bestias: hoc natura habes, semper melior eris quàm bestia. Si vis melior esse quàm alius homo, inuidebis ei quando tibi esse videbis æqualem. Debes velle omnes homines æquales tibi; & si viceris aliquem per prudentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

optare debes vt sit & ipse prudens. Quandiu tardus est, discit à te: quãdiu indoctus est, indiget te, & tu videris doctor, ille autem discens: tu ergo superior quia doctor es, ille inferior quia discens, nisi illum optes æqualem, semper vis habere discentem: si autem vis semper habere discentem, inuidus eris doctor: si inuidus doctor, quomodo eris doctor?
1. Cor. 7. Rogo te noli docere ipsam inuidentiam tuam: audi Apostolum dicentem de visceribus charitatis, Vellem omnes homines esse sicut meipsum: quo volebat omnes æquales, ideo erat omnibus superior, quia charitate optabat omnes æquales, Excessit ergo modum homo, dum auarior voluit vt supra homines esset, qui supra pecora factus est, & ipsa est superbia: & videte quanta opera facit superbia. Ponite in corde quàm similia faciat, & qua si paria charitati. Pascit esurientem charitas, pascit & superbia: charitas vt deus laudetur: vestit nudum charitas, vestit & superbia: ieiunat charitas, ieiunat & superbia: sepelit mortuum charitas, sepelit & superbia. Omnia opera bona quæ vult facere charitas & facit, agit contra superbia, & quasi ducit equos suos. Sed interior charitas tollit locum male agitatæ superbiæ, non male agitanti, sed male agitatæ. Væ homini cuius auriga superbia est: necesse est enim vt præceps eat. Vt autem non sit superbia quę agitat facta bona, quis nouit, quis videt, vbi est hoc? Opera videmus, pascit misericordia, pascit & superbia: hospitem suscipit misericordia, hospitem suscipit & superbia: intercedit pro paupere misericordia, intercedit & superbia. Quid est hoc? In operibus non discernimus: audeo aliquid dicere, sed non ego, Paulus dixit, Moritur charitas, id est, homo habens charitatem, confitetur nomen Christi, ducit ad martyrium: confitetur & superbia, ducit ad
1. Cor. 13. martyrium: ille habet charitatem, ille non habet charitatem: sed audiat ab Apostolo ille qui non habet charitatem, Si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Ergo scriptura diuina intrò nos reuocat à iactatione huius faciei forinsecus, & ab ista superficie quæ iactatur ante homines, reuocat nos intro. Redi ad conscientiam tuam, ipsam interroga: noli attendere quod floret foris, sed quæ radix est interna. Radicata est cupiditas, species potest esse bonorum factorum, vere opera bona esse non possunt: radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest. Blanditur, superbia, sæuit amor: illa vestit, iste cædit: illa enim vestit vt placeat hominibus, iste cædit vt corrigat disciplina. Accipitur magis plaga charitatis, quàm eleemosyna superbiæ. Redite ergo intro fratres, & in omnibus quæcunq; facitis, intuemini testem deum. Videte si ille videt, quo animo faciatis. Si cor vestrum non vos accusat, quia non iactantiæ causa facitis bene, securi estote. Nolite autem timere quando facitis bene, ne videat alter: time ne propterea facias vt tu laudaris: nam videat alter vt deus laudetur, si enim abscondis ab oculis hominis, abscondis ab imitatione hominis. Duo sunt, eleemosynam facis: duo esuriunt, vnus panem, al-
Mat. 5. ter iustitiam: inter duos istos famelicos, quia dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Inter duos istos famelicos, bonus operator constitutus est: si charitas de illo operatur, ambos miseratur, ambobus vult subuenire: ille nquærit quod manducet, ille quærit quod imitetur: pascis istum, præbes te isti, ambobus dedisti eleemosynam: illum fecisti gratulatorem de fame interfecta, hunc fecisti imitatorem de exemplo proposito. Miseramini ergo tanquam misericordes, quia in eo etiam quòd diligitis inimicos, fratres diligitis. Ne putetis Ioannem nihil de dilectione inimici præcepisse, quia de fraterna charitate non tacuit, fratres diligitis. Quomodo, inquis, fratres diligimus: quæro quare diligas inimicum? Quare illum diligis? Vt sanus sit in hac vita. Quid si non illi expedit? Vt diues sit. Quid si ipsis diuitiis excæcabitur? Vt vxorem ducat. Quid si amaram vitam inde patietur? Vt filios habeat. Quid si mali erunt? Incerta sunt ergo ista quæ videris optare inimico tuo, quia diligis eum, incerta sunt. Opta illi vt habeat tecum vitam æternam, opta illi vt sit frater tuus: si ergo hoc optas, diligendo inimicum vt sit frater tuus, & cũ diligis fratrem diligis: non enim amas in illo quod est, sed quod vis vt sit. Dixeram aliquando charitati vestrę, ni fallor, robur est ligni positum ante oculos. Faber optimus videt lignum non dolatum, de sylua præcisum adamauit, ne scio quid inde vult facere: non enim ad hoc amauit vt semper sic maneat. In arte vidit quod futurum est, non in amore quod est, & amauit quod inde facturus est, non illud, quod est; sic nos & deus amauit peccatores. Nam dicimus, quia deus amauit peccatores:
Mat. 9. ait enim. Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Nunquid ad hoc amauit

peccatores, vt peccatores remaneremus? Quasi lignum de sylua vidit nos faber, & cogitauit ædificium quod inde facturus est, non sylua quod erat; sic & tu respicis inimicũ tuum aduersantem, sæuientem, mordentem verbis, exasperantem contumeliis, insectantem odijs: attendis ibi quia homo est, vides ista omnia quæ aduersa sunt, ab homine facta, & vides in illo quod à deo factus est. Quod autem homo factus est, à deo factus est: quod autem te odit, ipse fecit: quod inuidet, ipse fecit: & quid dicis in animo tuo: domine propicius illi esto, dimitte illi peccata, incute illi terrorem, muta illum: non amas
137 in illo quod est, sed quod vis vt sit. Ergo cum inimicum amas, fratrem amas. Quapro-
E pter perfecta dilectio est in dilectione inimici, quia perfecta dilectio est in dilectione fraterna: & nemo dicat quia aliquid minus nos monuit Ioannes Apostolus, & plus nos monuit dominus Christus. Ioannes nos monuit vt fratres diligamus, Christus nos admonuit vt etiam inimicos diligamus. Attende quare te monuit Christus vt diligas inimi- Mat 5.
cos, nunquid vt semper remaneant inimici? Si ad hoc te monuit vt inimici remaneant, odisti, non diligis. Attende quomodo ipse dilexit, id est, quia nolebat vt sic remanerent sui persecutores, ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quibus voluit ignosci, mutari illos quos voluit: mutari, ex inimicis fratres facere dignatus est, & vere sic fecit. Occisus est, sepultus est, resurrexit, in cœlum ascendit, spiritum sanctum misit discipulis, cœpit in fiducia prædicari nomen ipsius, miracula faciebant in nomine crucifixi & occisi. Viderunt illi interfectores domini, & qui sanguinem eius sæuiendo fuderant, credendo biberunt. Hæc dixi fratres & longiuscule, quia vehementius commendanda
137 fuit charitati vestræ ipsa charitas, id est, commendanda sibi erat. Si enim charitas nulla
F est in vobis, nihil diximus: si autem est in vobis, tanquam oleum flammæ adiecimus, & in quo non erat, forte verbis accensum est. In alio creuit quod erat, in alio cœpit esse quod non erat. Ad hoc ergo ista diximus, ne pigri sitis diligere inimicos. Sæuit in te homo, ille sæuit, tu deprecare: ille odit, tu miserere. Febris animæ ipsius te odit, sanus erit, & gratias tibi agit. Quomodo medici diligunt ægrotos? nunquid ægrotos diligunt? Si ægrotos diligunt, volunt vt semper ægrotent? Ad hoc diligũt ægrotos, ne ægroti permaneãt, sed vt ex ægrotis sani fiant: & quanta plerunq; patiuntur à phreneticis, quales contumelias verborum, plerunq; & percutiuntur: persequitur ille febrem, ignoscit homini. Et quid dicam fratres? Amat inimicum suum, imo odit inimicum suum: morbum ipsum enim odit, & amat hominem à quo percutitur, odit febrem. A quo enim percutitur? A morbo, ab ægrotatione à febre. Illud tollit quod illi aduersatur, vt remaneat illud vnde gratuletur. Sic & tu, si odit te inimicus tuus, & iniuste te odit, noueris quia cupiditas seculi in illo regnat propterea te odit. Si odisti illum & tu, contrà reddis malum pro malo.
137 [Quid facis reddere malum pro malo?] Vnum ægrotum flebam qui te oderat: iam duos
G plãgo, si & tu odisti. Sed persequitur rem tuam, tollit tibi nescio quæ habes in terra. Ideo illum odisti, quia angustias tibi facit in terra: noli pati angustias, migra in cœlum, sursum cor ibi habebis vbi latitudo est, vt nullus angustias patiaris in spe vitæ æternæ. At tende quæ tibi tollit, nec ipsa tibi tolleret nisi ille permitteret, qui flagellat omnem filium quem recipit. Quodammodo ferramentum dei est quo saneris, ipse inimicus tuus. Si nouit deus vtile tibi esse vt expoliet te, permittit illum: si nouit tibi vtile esse vt vapules, permittit ille vt cædaris. De illo te curat, opta vt ille sanetur. Deum nemo vidit vnquam.) Videte dilectissimi. Si diligamus inuicem, deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta in nobis.) Incipe diligere, perficieris. Cœpisti diligere, cœpit in te deus habitare: ama eum qui in te cœpit habitare, vt perfectius inhabitando faciat te perfectũ. In hoc cognoscimus quia in ipso manebimus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis.) Bene, deo gratias. Cognoscimus, quia habitat in nobis. Et hoc vnde
137 cognoscimus, quia cognoscimus quia habitat in nobis? Quia hoc ipse Ioannes dixit,
H quia de spiritu suo dedit nobis. Vnde scimus, quia de spiritu suo dedit nobis? hoc ipsum, quia de spiritu suo dedit tibi, vnde cognoscis? Interroga viscera tua: si plena sunt charitate: habes spiritum dei. Vnde cognoscimus, quia inde cognoscis habitare in te spiritum dei? Paulum interroga Apostolum. Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus Rom. 5.
nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et nos vidimus, & testes sumus, quia pater misit filium suum saluatorem mundi.) Securi estote qui ægrotatis, talis medicus venit: desperabatis, magni erant morbi, insanabilia erant vulnera, desperata erat ægri-

tudo,magnitudinem mali tui attendis,omnipotentiam medici non attendis? Tu desperatus es: sed ille omnipotens est,cuius testes isti sunt qui primò sanati, & annunciantes
Rom.8. medicum,& ipsi tamen plus spe sanati quàm re:nam sicut dicit Apostolus, Spe enim sal-
1. Cor.13. ui facti sumus. Cœpimus ergo sanati in fide, perficietur autem salus nostra cum corruptibile hoc induerit incorruptionem,& mortale hoc induerit immortalitatem. Hęc spes est,nondum res: sed qui gaudet in spe,tenebit & rem: qui autem spem non habet, ad rem non poterit peruenire Quicunq; confessus fuerit quod Iesus sit filius dei, deus in ipso manet & ipse in deo.) Iam multi confessi fuerunt,non dicamus verbo,sed facto: non lingua,sed vita:nam multi confitentur verbis,sed factis negant. Et cognoscimus & credimus, quia dilectionem habet deus in nobis .) Et iterum vnde cognouisti? Deus dilectio est.) Iam dixit superius,ecce iterum dicit. Amplius tibi non potuit dilectio commendari,quàm vt diceretur deus: forte munus dei contempturus eras. Et deum contemnis? Deus dilectio est. Et qui manet in dilectione,in deo manet,& deus in eo.) Vicissim se habitant,qui continet & qui continetur . Habitas in deo,sed vt contineari: habitat in te deus,sed vt te contineat ne cadas, ne forte sic te putes domū dei fieri, quomodo domus tua portat carnem tuam. Si subtrahat se domus in qua es,cadis ; si autē tu te subtrahas, non cadet. Deus integer est,cum eum deseris: integer,cum ad illum redieris. Tu sanaris, non illi aliquid præstabis,tu mundaris,tu reficeris, tu corrigeris . Ille medicamentū est non sano,regula est prauo,lux est tenebrato,habitatio est deserto: omnia ergo tibi conferuntur. Vnde ne putes deo aliquid conferre quando venis ad eum, nec mancipium sal-
Psal.15. tem. Ergo non habebit deus seruos,si tu volueris,& omnes noluerint? Deus nō indiget seruis,sed serui deo: ideo dicit psalmus, Dixi domino deus meus es tu. Ipse est verus dominus:& quid ait? Quoniam bonorum meorum non eges. Tu eges bono serui tui, eget seruus bono tuo vt pascas illum : eges & tu bono serui tui vt adiuuet te. Non tibi potes aquam implere,non tibi potes coquere, non tibi potes ante equum currere, iumentum tuum non potes curare, Vides,quia indiges bono serui tui? obsequio illius indiges. Non es ergo verus dominus,quando indiges inferiore. Ille est verus dominus,qui nihil à nobis quærit,& væ nobis si eum non quæramus. Nihil à nobis quærit,& quæsiuit nos, cu-
Luc.15. eum non quæreremus. Ouis vna errauerat, inuenit eam, gaudens in humeris suis reportauit. Et nunquid ouis erat pastori necessaria, & non oui potius pastor necessarius erat? Quanto libentius de charitate loquor,tanto minus volo finiri epistolam suam: nulla est ardentior ad commendandam charitatem. Nihil vobis dulcius prædicatur, nihil sa lubrius bibitur , sed si bene viuendo confirmetur in vobis munus dei . Ne sitis ingrati tantæ gratiæ illius,qui cum haberet vnicum,noluit illum esse vnum: sed vt fratres haberet,adoptauit illi,qui cum illo possiderent vitam æternam .

De eo quod Ioannes dicit, In hoc perfecta est dilectio in nobis, vt fiduciam habeamus in die iudicii , quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo : vsque ad id,Et hoc mandatum habemus ab ipso,vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Tractatus . IX.

MEminit charitas vestra, ex epistola Ioannis Apostoli vltimam partem restitisse nobis tractandam & exponendam vobis quantum deos donat: huius ergo debiti nos memores sumus: exactionis autem vos memores esse debetis. Eadem quippe charitas quæ in ipsa epistola maxime & propè sola commendatur, & nos facit fidelissimos debitores,& vos dulcissimos exactores . Ideo dixi dulcissimos exactores, qa vbi charitas nō est,amarus exactor est: vbi aūt charitas est,& q exigit dulcis est,& à quo exigitur:& si aliquē laborē susципit, facit eundē laborē propè nullū & leuē ipsa charitas. Nonne videmus ēt in mutis animātibus & irrationalibus, vbi nō spiritalis charitas, sed carnalis & naturalis est, exigi tamē magno affectu dē vberibus matris lac à paruulis. Et quanuis fugens impetū faciat in vbera, melius est tamē matri, quàm si nō sugat, nec exigat quod charitati debetur. Sępe videmus vbera vaccarū etiā à grandiusculis vitulis capite percuti, & propè ipso impetu leuari matrū corpora, nec eas tamen calce repellere, sed si desit filius qui sugat, mugitu prouocari ad vbera. Si ergo est in nobis illa charitas
1. Thes. spiritalis, de qua Apostolus dicit: Factus sum paruulus in medio vestrū tanquā nutrix fouēs filios, tūc vos diligimus qñ exigitis: pigros nō amamus, qa lāguentibus formidamus. Interceserūt aūt vt intermitterem' textū huius Epistolę q̄dā, p dieb. festis solēnia

lectionum, quæ non potuerunt nisi legi,& ipsa tractari Nunc ergo ad prætermissum ōrdinem redeamus,& quæ restant,intente accipiat charitas vestra. Nescio vtrum magnificentius nobis charitas commendari possit,quàm vt diceretur, Deus charitas est. Breuis laus,magna laus: breuis in sermone, & magna intellectu: quàm citò dicitur, Deus dilectio est,& hoc breue est: si numeres,vnum est: si appendas , quantum est , Deus dilectio Est: Et qui manet,inquit,in dilectione, in deo manet,& deus in illo manet . Sit tibi domus deus,esto domus dei: mane in deo,& maneat in te deus. Manet in te deus vt te contineat: manes in deo,ne cadas: quia sic de charitate dicit Apostolus, Charitas nunquam
138 cadit. Quomodo cadit quem continet deus? In hoc perfecta est dilectio in nobis, vt fidu- 1. Cor. 13.
A ciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo) Dicit quo modo se probet vnusquisq;, quantum in illo profecerit charitas, vel potius quantū ipse in charitate profecerit. Nam li deus charitas est, nec proficit nec deficit deus : sic dicitur proficere in te charitas, quia tu in eam proficis. Interroga quantū in charitate profeceris, & quid tibi respondeat cor tuū,& noueris mensuram profectus tui: promisit enim ostendere nobis, in quo cognoscamus eum,& ait, In hoc perfecta est in nobis dilectio: quære in quo? Vt fiduciam habeamus in die iudicii. Quisquis fiduciam habet in die iudicii, perfecta est in illo charitas. Quid est habere fiduciam in die iudicii ? non timere ne veniat dies iudicii. Sunt homines qui non credunt diem iudicii , isti fiduciam non possunt habere in die, quem venturum esse non credunt: prætermittamus istos , excitet illos deus vt viuant. De mortuis vt quid loquimur? Non credunt futurum diem iudicii, nec timēt nec desiderant quod non credunt. Cœpit aliquis credere diem iudicii , si cœpit credere, 3. sentent.
138 cœpit & timere; sed quia timet, adhuc nondum habet fiduciam in die iudicii, nondū est dist. 34.
B sperasfinem? quod initium video inquies? ipsum timorem: audi scripturam, Initium sa- c. de his.
pientiæ timor domini. Cœpit ergo timere diem iudicii, timendo corrigit se, vigilat ad- Eccle. 1.
uersus hostes suos, id est, peccata sua, incipit reuiuiscere interius,& mortificare membra sua quæ sunt super terram, sicut Apostolus dicit, Mortificate membra vestra quæ sunt Col. 3.
super terram: spiritalia nequitiæ dicit membra super terram : nam sequitur & exponit, Auaritiam, immunditiam,& cætera quæ illic exequitur. Quātum autem mortificat iste qui timere cœpit diem iudicii, membra sua super terram , tantum surgunt & corroborantur membra cœlestia. Membra autem cœlestia, omnia opera bona. Surgentibus cœlestibus membris , incipit desiderare quod timebat enim ne veniret Christus, & inueniret impium quem damnaret: desiderat vt veniat, quia inuenturus est pium quem coronet. Iam cum cœperit desiderare venientem Christum casta anima, quæ desiderat amplexus sponsi, renunciat adultero, fit virgo interius ipsa fide, spe & charitate. Habet iam
138 fiduciam in die iudicii, non contra se pugnat quando orat & dicit, Adueniat regnū tuū. Matt. 6.
C Qui.n. timet ne veniat regnum dei, timet ne exaudiatur. Qui autē orat , quomodo orat qui timet ne exaudiatur? Qui aūt orat cum fiducia, charitas optat iam vt veniat. De ipso desiderio dicebat quidam in Psalmo, Et tu domine vsquequo? cōuertere domine & erue Psal. 6.
animam meam. Gemebat se differri. Sunt enim homines qui cum patientia moriuntur sunt autem quidam perfecti qui cum patientia viuūt: quiddixi ? Qui adhuc desiderat istam vitam, quando illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem, luctatur aduersum se vt sequatur voluntatem dei,& hoc potius agit animo quod elegit deus, nō quod elegit voluntas humana , & ex desiderio vitæ præsentis fit lucta cum morte , & adhibet patientiam & fortitudinem vt æquo animo moriatur, iste patienter moritur. Qui aūt desiderat, sicut dicit Apostolus, dissolui & esse cū xp̄o, nō patiēter moritur sed patiēter vi- Phil. 1.
uit, delectabiliter moritur. Vide Apostolū patiēter viuentē, id est, cū patiētia hic nō amare vitā, sed tolerare. Dissolui, inqt, & esse cū xp̄o multo magis optimum , manere autē in
138 carne necessariū propter vos. Ergo fratres date operam intus agere vobiscum, vt desi-
D deretis diem iudicii, aliter non probatur perfecta charitas , nisi cum cœperit ille dies desiderari. Ille autem eū desiderat, qui fiduciam habet in illo : ille autem fiduciam habet in illo, cuius conscientia non trepidat in charitate perfecta atq; syncera . In hoc perfecta est dilectio eius in nobis, vt fiduciam habeamus in die iudicii. Quare habebimus fiduciam? quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo. Audisti causam fiduciæ tuæ, Quia sicut ille, inquit,& nos sumus in hoc mundo. Nōnne videtur aliquid impossibile dixis-

Universidad de Deusto Biblioteca

Gene. 2. ē, nunquid enim potest esse homo sicut deus? Iam vobis exposui, quia non semper ad æqualitatem dicitur, sicut, sed dicitur ad quandam similitudinem. Quomodo enim dicis, sicut aures habeo, ita habet & imago: nunquid omnino sic? sed tamen dicis, sicut. Si ergo facti sumus ad imaginem dei, quare nō sicut deus sumus? non ad æqualitatem, sed pro modo nostro. Vnde ergo nobis datur fiducia in die iudicii? Quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Debemus ergo hoc referre ad ipsam charitatem, & intelligere qd

Matt. 5. dictum sit. Dominus in Euangelio dicit, Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? quid ergo vult nos? Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, Si ergo iubet nos diligere inimicos nostros, vnde nobis dat exemplū? De ipso deo, ait enim: Vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est. Quomodo illud facit deus? Diligit inimicos suos, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si ergo ad hanc perfectionem nos inuitat deus, vt diligamus inimicos nostros sicut & ipse dilexit suos, ea nobis fiducia est in die iudicii: qa sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo: quia sicut ille diligit inimicos suos, faciendo solē suum oriri super bonos & malos, & pluendo super iustos & iniustos, nos qa inimicis nostris non possumus præstare temporalem solem & pluuiam, præstemus lacrymas cum pro illis oramus. Iam ergo de ipsa fiducia videte quid dicat. Vnde intelligitur perfecta charitas, Timor non est in charitate.) Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem iudicii? Si perfecta in illo esset charitas, non timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam, & nō haberet quare timeret, imò haberet quare desideraret vt transeat iniquitas, & veniat regnum dei: ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? non in inchoata. In qua ergo? Sed perfecta, inquit, charitas foras mittit timorem.) Ergo incipiat timor, quia initium sapientiæ timor domini. [Timor quasi locum præparat charitati] Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locum: quantum enim illa crescit, ille de

Eccle. 1. crescit: & quantū illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autem nullus timor, non est quā intret charitas. Sicut vide

Cōcor. de pœ. dist. 2. sicut seta. mus per setam introduci linum, quando aliquid suitur: seta prius intrat, sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet timor, qa ideo intrauit, vt introduceret charitatem. Iam facta securitate in animo, quale gaudiū nobis est, vel in hoc vel in futuro seculo? Et in hoc seculo qs nobis nocebit plenis cha-

Rom. 8. ritate? Videte quomodo exultet Apostolus de ipsa charitate. Quis nos, inquit, separabit

2. Pet. 3. â charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? Et Petrus dicit, Et qs vobis nocere poterit, si boni æmulatores fueritis? Timor non est in dilectione, sed perfecta dilectio foras mittit timorem, quia timor tormentum habet.) Torquet cor cōscientia peccatorum, nondum facta est iustificatio. Est ibi quod

Psal. 29. titillet quod pungat. Ideo in psalmo de ipsa perfectione iustitiæ quid dicit? Cōuertisti luctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & cinxisti me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non cōpungar. Quid est, nō compungar? Nō sit quod stimulet conscientiam meā. Stimulat timor, sed noli timere, intrat charitas quæ sanat quod vulnerat timor. Timor dei sic vulnerat, quomodo medici ferramētum putredinem tollit, & quasi videtur vulnus augere. Ecce putredo quando erat in corpore, minus erat vulnus, sed periculosum. Accedit ferramentum medici, minus dolebat illud vulnus, quàm dolet modo cum secatur: plus dolet cum curatur, quàm si non curaretur: sed ideo plus dolet accedente medicina, vt nunquā doleat succedente salute. Occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate succedat cicatrix ferramenti medici. Talis est medicus, vt nec cicatrices appareant, tu tantum subde te dexteræ ipsius. Nam si sine timore es, non poteris iustificari. Sententia dicta est de scripturis: nam qui sine timore est, non poterit iustificari Opus est ergo vt intret timor primo, per quem veniat charitas: timor medicamentū,

2. sen. dist. 24. cap. est autem. charitas sanitas. Qui autem timet, non est perfectus in dilectione.) Quare? Quia timor tormentum habet, quomodo sectio medici tormentum habet. Est autem alia sententia quæ videtur huic esse contraria, si non habeat intellectorē: dicitur. n. quodam loco in

Psal. 18. Psalmo, Timor domini castus, permanens in seculum seculi. Aeternum quendā timorē nobis ostendit, sed castum. Quod ille æternū nobis timorē ostendit, nunquid contradicit illi forte illa Epistola, quæ dicit, Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras

mittit timorem? Interrogemus ambo eloquia dei. Spiritus vnus est, etsi codices duo, etsi ora duo, etsi linguæ duæ. Hoc enim dictum est per Ioannem, illud dictum est per Dauid: sed nolite putare alium esse spiritum. Si vnus flatus inflat duas tibias nō potest vnus spiritus implere duo corda, agitare duas linguas? Sed si spiritu vno, id est, vno flatu impletæ duæ tibiæ consonant, impletæ duæ linguæ spiritu dei dissonare possunt? Est ergo ibi quædam concordia, sed auditorem desiderat. Ecce inspirauit & impleuit duo corda, duo ora mouit, duas linguas spiritus dei. Et audiuimus ex vna lingua, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: audiuimus ex alia. Timor domini castus permanens in seculum seculi. Quid est hoc? quasi dissonant. Non, excute aures tuas, intende melodiam. Non sine causa hic addidit, castus: illic non addidit, nisi quia est ti

138 mor alius qui dicitur castus: est autem alius qui non dicitur castus. Discernamus ergo

I istos duos timores, & intelligemus consonantiam tibiarum. Quomodo intelligimus, vel quomodo discernimus? attendat charitas vestra. Sunt homines qui propterea timent Matt. 25. deum, ne mittantur in gehennam, ne forte ardeāt cum diabolo in igne æterno. Ipse est timor ille qui introducit charitatem, sed sic venit vt exeat: si enim adhuc propter pœnā times deum, nondum amas, quem sic times. Non bona desideras, sed mala caues: sed ex eo quia mala caues corrigis te, & incipis bona desiderare. Cum bona desiderare cœperis erit in te timor castus. Quis timor castus? ne amittas ipsa bona. Intendite, aliud est timere deum, ne mittat te in gehēnam cum diabolo: aliud est timere deū, ne recedat à te. Ille timor quo times ne in ignem æternum mittaris cum diabolo, nondū est castus: non n. venit ex amore dei, sed ex timore pœnæ. Cum aūt times deū, ne deserat te p̄sentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras. Non pōt melius explanari quid interfit inter duos 3. sent. dist. 34. ca. non potest.

138 istos timores, vnū quē foras mittit charitas, alterum castum qui permanet in seculū se-

K culi, nisi ponas duas mulieres maritatas, quarum vnam ita constituas volentem facere adulterium, delectari nequitia, sed timere ne damnetur à marito. Timet maritum, sed quia adhuc amat nequitiam, ideo timet maritum, huic non grata, sed onerosa est mariti præsentia. Et si forte viuit nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timent ne veniat dies iudicii. Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, & nulla se adulterii immunditia maculare, optat præsentiam viri. Ex quomodo discernuntur duo isti timores? Timet illa, timet & illa. Interroga, quasi vnum tibi respondēt. Interrogetur illa, Times virū? timeo. Interroga & illam si timeat virum: respōdet, timeo. Vna vox est, sed diuersus animus: iam ergo interrogentur quare: illa dicit, Timeo virum ne veniat. Illa dicit, timeo virum ne discedat. Illa dicit, timeo ne damner: Illa dicit, timeo ne deserat. Pone hoc in animo Christianorum, & inueniſti timorē quem foras mittit charitas: & alium timorem castum permanentem in seculum seculi, Loquamur ergo huic primo qui sic timet deum, quomodo illa mulier quam delectat nequitia, timet enim virum ne

138 damnet illam. Talibus enim primo loquimur, O anima quæ sic times deum ne damnet

L te deus, quomodo timet mulier quam delectat nequitia, timet virum ne damnetur a viro, quomodo tibi displicet illa mulier, displice & tu tibi. Si forte habes vxorem, nūquid vis vt sic timeat te vxor tua, ne damnetur abs te, vt delectet illam nequitia, sed pondere timoris tui reprimatur, non damnatione iniquitatis? Castam eam vis, vt te diligat, non vt te timeat. Exhibe te talem deo, qualem vis habere vxorem. Et si nondum habes, & habere vis, talem vis habere Et quid dicimus fratres? Illa mulier quę ideo timet virum ne damnetur à viro, fortē non facit adulterium, ne aliquo modo perueniat ad virum, & tollat illi lucem istam temporalem. Potest autē vir ille & falli: homo est. n. sicut & illa quæ potest fallere. Timet illa eum extra cuius oculos potest esse: tu non times semper faciem supra te viri tui? Vultus autem domini super facientes mala, Captat illa absentiam viri Psal. 33. sui, & incitatur forte delectatione adulterii, & dicit sibi tamen nō faciam: absens est quidem ille, sed difficile est vt non ad illum quoquo modo perueniat. Temperat se ne perueniat ad hominem, qui potest & nescire, qui potest & falli, qui potest bonam suspicari

138 etiam malam, qui potest & castam suspicari quæ adultera est. Tu non times oculos eius

M quem fallere nemo potest? Tu non times eius præsentiam, qui auerti à te non potest? Roga deū vt intueatur te, & auertat faciem suā à peccatis tuis, Auerte faciē tuam à peccatis meis. Sed vnde mereris vt ille faciem suam auertat à peccatis tuis, si tu non inde auertas faciem tuam à peccatis tuis? Ipsa enim vox dicit in Psalmo, Quoniam iniquita- Psal. 50.

tem meam ego cognosco,& peccatum meum coram me est semper. Tu agnosce, & ille ignoscit. Allocuti sumus eam quæ habet adhuc timorem non permanentem in seculum seculi, sed quem charitas excludit & foras mittit. Alloquamur & illam quæ habet iam timorem castum permanentem in seculum seculi. Putamus inuenimus illam, vt alloquamur illam? putas est in hoc populo? putas est in ista exedra? putas est in hac terra? Non potest nisi esse, sed latet: hyems est, intus est viriditas in radice, forte inuenimus & aures illius. Sed vbicunq; est illa anima, vtinam illam inuenirem, & non aures suas præberet mihi, sed ego meas aures illi. Illa me doceret aliquid potius quàm a me disceret. Anima quædam sancta, ignea & desiderans regnum dei, hanc non ego alloquor, sed deus ipse & patienter viuentem in hac terra ita consolatur, Iam vis veniam, & ego noui quoniã vis vt veniam: noui qualis es, vt secura expectes aduentum meum. Noui quia molestia est tibi, sed magis expecta, tolera: venio & cito venio. Sed amanti tardum est, audi eam cantantem tanquam lilium de medio spinarum: audi suspirantem & dicentem, Psallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Merito non timet, quia perfecta charitas foras mittit timorem, & cum venerit ad eius amplexum timet. Sed securiter qui timet, cauet, & obseruabit se ab iniquitate sua, ne iterum peccet, nonne mittatur in ignẽ, sed ne ab illo deseratur. Et erit in illa, quid? Timor castus permanens in seculum seculi. Audiumus duas tibias consonantes. Ille de timore dicit, & ille de timore dicit: sed ille de timore quo timet anima ne damnetur, ille de timore quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quem charitas excludit, ille est timor permanens in seculum seculi. Nos diligimus quia ipse prior nos dilexit.) Nam vnde diligeremus, nisi ille prior dilexisset nos? Diligendo amici facti sumus: sed inimicos ille dilexit, vt amici afficeremur. Prior dilexit nos, & donauit nobis vt diligeremus eum, nondum diligebamus: diligẽdo pulchri efficimur. Quid facit homo deformis & distorta facie, si amet pulchram? Aut quid facit fœmina deformis & distorta & nigra si amet pulchrum? nunquid amando poterit esse pulchra? & nunquid & ille amando poterit esse formosus? Amat pulchram, & quãdo se in speculo videt, erubescit faciem suam leuare ad illam formosam quam amat. Quid facit vt pulcher sit: Expectet vt veniat pulchritudo? imò expectando senectus additur, & turpiorem facit. Non est ergo quid agere, non est quomodo illi des consilium, nisi vt compescat se, & non audeant amare impar imparem: aut si forte amat, & ducere vxorem optat, optet vt illa castitatem amet, non carnis faciem. Anima vero nostra, fratres mei, fœda est per iniquitatem, amando deũ pulchra efficitur. Qualis amor est qui reddit pulchram amantem? Deus autem semper pulcher est, nunquam deformis, nunquam commutabilis. Amauit nos prior qui semper est pulcher: & quales amauit, nisi fœdos & deformes? Non ideo tamen vt fœdos dimitteret, sed vt mutaret, & ex deformi pulchrum faceret. Quomodo erimus pulchri? amando eum sequi semper est pulcher. Quantum in te crescit amor, tantum crescit pulchritudo, quia ipsa charitas est anima pulchritudo: nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos: audi Apostolum Paulum, Ostendit autẽ deus dilectionem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, iustus pro iniustis, pulcher pro fœdis. Quomodo inuenimus pulchrũ Iesum? Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: vnde item videte, vnde sit pulcher. Speciosus forma præ filiis hominum, quia deus, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quia vero carnem suscepit, quasi fœditatem tuam suscepit, id est, mortalitatem tuam, vt aptaret se tibi, & cõgrueret tibi, & excitaret te ad amandam intus pulchritudinem. Vnde ergo inuenimus quia fœdus & deformis Iesus, sicut inuenimus, quia pulcher & speciosus forma præ filiis hominum? Vnde inuenimus quia & deformis? Esaiam interroga, Et vidimus eum, & non habebat speciem neq; decorem. Illæ sunt duæ tibiæ diuersæ sonantes, sed vnus spiritus ambas inflat: hac dicitur, Speciosus forma præ filiis hominũ: hac dicitur in Esaia, Vidimus eum, & non habebat speciem neq; decorem. Vno spiritu implentur ambæ tibiæ, non dissonant. Noli aures auertere, adhibe intellectum. Interrogemus Paulum Apostolum, & exponat nobis consonantiam duarum tibiarum: sonet nobis, Speciosus forma præ filiis hominum. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Ecce speciosus forma præ filiis hominum. sonet nobis etiam, Vidimus eũ & non habebat speciem neq; decorem: Semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in simili-

Pſal. 100.

Rom. 5.
Pſal. 44.

Ioan. 1.

Eſa. 53.

Pſal. 44.
Eſa. 53.

Phil. 2.

simili tudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Non habebat speciem neq; decorem, vt tibi daret speciem & decorem. Quam speciem? quem decorem? dilectionem charitatis. Vt ames, curras: curris, amas Pulcher es iam, sed noli te attendere, ne perdas quod accepisti, illum attende à quo factus es pulcher. Ideo sis pulcher vt ille te amet. Tu autem totam intentionem tuam illum dirige, illum curre, eius amplexus pete, ab illo time discedere, vt sit in te timor castus permanens in seculum seculi. Nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum.) Quem deum? quare diligimus? Quia ipse prior dilexit nos, & donauit nobis diligere. Dilexit impios vt faceret pios, dilexit iniustos vt faceret iustos, dilexit ægrotos vt faceret sanos. Ergo & nos diligimus, quia prior dilexit nos. Interroga vnumquenq;, dicat tibi si diligat deũ, Clamat, confitetur, diligo. Ipse scit. Est aliud vnde interrogetur, Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est, Vnde probas, quia mendax est? Audi. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere?) Quid ergo, qui diligit fratrem, diligit deum? Necesse est vt diligat deum, necesse est vt diligat ipsam dilectionem. Nunquid potest diligere fratrem, & non diligere ipsam dilectionem? Necesse est vt diligat dilectionem. Quid ergo? Quia diligit dilectionem, ideo diligit deum? Vtiq; ideo diligendo dilectionem deum diligit. An oblitus es quod pauloante dixisti, Deus dilectio est? Si deus dilectio, quisquis diligit dilectionem, deum diligit. Dilige ergo fratrem, & securus esto, Non potes dicere, diligo deum, sed non diligo fratrem. Quomodo mentiris si dicas, diligo deum, quando non diligis fratrem; Sic falleris si quando dicis, diligo fratrem, putas quia non diligis deum? Necesse est ergo qui diligis fratrem, diligas ipsam dilectionem: dilectio autem deus est. Necesse est ergo vt deum diligat, quisquis diligit fratrem. Si autem non diligis fratrem quẽ vides, deum quem non vides quomodo potes diligere? quare non videt deum? quia non habet ipsam dilectionem: [Ideo non videt deum, quia non habet dilectionem:]ideo non habet dilectionem, quia non diligit fratrem. Propterea ergo non videt deum, quia non habet dilectionem. nam si habeat dilectionem, deum videt, quia deus dilectio est. Et purgatur ille oculus magis magisq; dilectione, vt videat illam incommutabilem substantiam, cuius præsentia semper gaudeat, qua perfruatur in æternũ conIunctus angelis. Sed currat modo, vt aliquando in patria lætetur. Non amet peregrinationem, non amet viam. Totum amarum sit, præter illum qui vocat, quousq; inhæreamus illi, & dicamus quod dictum est in Psalmo, Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et qui sunt qui fornicantur? Qui discedunt & amant mundum. Tu autem quid? sequitur & dicit, Mihi autem inhærere deo bonum est. Totum bonum meum est deo inhærere gratis. Nã si interroges & dicas, quare inhæres deo, & dicat, vt donet mihi. Quid tibi donet? Cœlum ipse fecit, terram ipse fecit. Quid tibi donaturus est, iam hæres illi? Inueni melius & donat tibi. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deũ quem non videt quomodo poterit diligere? Et hoc mandatum habemus ab ipso, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum.) Magnifice dicebas, diligo deum, & odis fratrem. O homicida quomodo diligis deum? Non audisti superius in ipsa epistola, Qui odit fratrem suum, homicida est? Sed prorsus diligo deum, quanuis oderim fratrem meum. Prorsus non diligis deum, si odisti fratrem. Et modo probo alio documento: ipse dixit, Dedi nobis præceptum vt diligamus inuicem: quomodo diligis eum cuius odisti præceptum? Quis est qui dicat, diligo imperatorem, sed odi leges eius? In hoc intelligit imperator, si diligis eum, si obseruentur leges eius per prouincias. Lex imperatoris quę est? Mandatum nouum do vobis vt vos inuicem diligatis. Dicis ergo te diligere Christum, seruа mandatum eius, & fratrem dilige. Si autem fratrem non diligis, quomodo eum diligis cuius mandatum contemnis? Fratres ergo non satior loquendo de charitate in nomine Christi. Quantum autem vos habetis huius rei auaritiam, tantũ speramus, quia crescit in vobis ipsa, & foras mittit timorem, vt remaneat ille timor castus permanens in seculum seculi. Toleremus mundum, toleremus tribulationes ipsius, toleremus scandala tentationum. Non recedamus à via teneamus vnitatem Ecclesiæ, teneamus Christum, teneamus charitatem. Non diuellamur à membris sponsæ ipsius, nõ diuellamur à fide, vt gloriemur in præsentia ipsius, & securi manebimus in eo. Modo per fidem, tunc per speciem, cuius tantas arras habemus donum spiritus sancti.

Pſal. 18.

Pſal. 72.

Ioan. 13.

De eo quod Ioannes dicit, Omnis qui credit quòd Iesus sit Christus, ex deo H
natus est: vsque ad id, Hæc est enim dilectio dei, vt præcepta eius
seruemus. Tractatus. X.

MEminisse vos credo qui affuistis hesterno die, ad quem locum in progressu hu-
ius Epistolæ peruenerit nostra tractatio, id est, Qui enim non diligit fratrem
suum quem videt, deum quem non videt quomodo pōt diligere? Et hoc man-
datum habemus ex ipso, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Hucusq; disputa-
Cap.V. tum erat. Quæ sequuntur ergo ex ordine videamus. Omnis qui credit quòd Iesus sit
Christus, ex deo natus est.) Quis est qui non credit quòd Iesus sit Christus? qui non sic
viuit quomodo præcepit Christus: multi enim dicunt, Credo, sed fides sine operibus
Gala.5. non saluat. Opus autem fidei ipsa dilectio est, dicente Paulo Apostolo, Et fides quæ per
dilectionem operatur. Opera quidem tua præterita antequam crederes, vel nulla erant,
vel si bona videbantur, inania erant. Si enim nulla erant sic eras quasi homo sine pedi-
bus, aut vexatis pedibus ambulare non valens. Si autem bona videbantur antequā cre- I
deres: currebas quidem, sed præter viam currendo errabas potius quàm peruenies. I
Est ergo nobis & currendum, & in via currendum. Qui præter viam currit, inaniter cur-
rit, imo ad laborem currit. Tanto plus errat, quāto præter viam currit. Quæ est via, per
Ioan.14. quam Currimus? Christus dixit, Ego sum via. Quæ patria, quò currimus? Christus di-
xit, Ego sum veritas. Per illum curris, ad illum curris, in ipso requiescis. Sed vt curramus
per illum, extendit se vsq; ad nos, longe enim eramus, & longe peregrinabamur. Parum
est, qui longe peregrinabamur, & languidi nos mouere non poteramus. Medicus venit
ad ægrotos, via porrecta est ad peregrinos. Saluemur ab ipso, ambulemus per ipsum.
Hoc est credere quod Iesus Christus est, quomodo credunt Christiani, qui non solum
nomine Christiani sunt, sed factis & vita: non quomodo credunt dæmones. nam & dæ-
Iaco.2. mones credunt & contremiscunt: sic dixit scriptura, Quid potuerunt dæmones plus cre-
Mar.3. dere quàm vt dicerent, Scimus, quis sis, tu es filius dei? Quod dixerunt dæmones, I
Luc.4. dixit & Petrus, cum dominus quæreret, quis esset, quem illum dicerent homines: respon- K
Matt.16. derunt illi discipuli. Alii dicunt Ioannem Baptistam, alii Heliam, alii Hieremiā, aut vnū
ex Prophetis: & ille, Vos autem quem me esse dicitis? Respōdit Petrus & ait, Tu es Chri-
stus filius dei viui: & audiuit à domino, Beatus es Simon bar Iona, quia non reuelauit
tibi caro & sanguis, sed pater meus qui est in cœlis. Videte quæ laudes prosequuntur
hanc fidem, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Quid est, si
per hanc petram ædificabo Eccleſiam meam? Super hanc fidem, super id quod dictum
est, Tu es Christus filius dei viui. Super hanc petrā, inquit, fundabo Eccleſiam meam.
Magna laus: ergo dicit Petrus, Tu es Christus filius dei viui: dicunt & dæmones, Sci-
mus qui sis, tu es filius dei viui, sanctus dei: hoc Petrus: & dæmones: eadem verba, non
idem animus. Et vnde constat, quia hoc Petrus cum dilectione dicebat? Quia fides
Christiani cum dilectione est, dæmonis autem sine dilectione. Quomodo sine dilec-
tione? Hoc dicebant Petrus vt Christum amplecteretur hoc dicebat dæmones vt
Christus ab eis recederet: nam antequam dicerent, Scimus qui sis, tu es filius dei, I
Mar.1. quid nobis & tibi est? dixerunt, quid veniſti ante tempus perdere nos? Aliud est L
ergo confiteri Christum vt teneas Christum: aliud confiteri Christum vt repellas
à te Christum: ergo videtis, quia quomodo hic dicit, Qui credit, propria quædam
fides est, non quomodo cum multis. Itaq; fratres, nemo hæreticorū dicat vobis, Et nos
credimus. Ideo enim de dæmonibus exemplum proposui, ne gaudeatis ad verba creden-
tium, sed exploretis facta viuentium. Videamus ergo quid est credere in Christo, quid
credere quia Iesus ipse est Christus. Sequitur, Omnis qui credit quod Iesus sit Christus
ex deo natus est.) Sed quid est credere illud? Et omnis qui diligit qui genuit eum, dilige
git eum qui genitus est ab ipso.) Statim fidei coniunxit dilectionem, quia sine dilectio-
ne fides inanis est. Cum dilectione fides Christiani, sine dilectione fides dæmonis. Qui
autem non credunt, peiores sunt quàm dæmones, & tardiores quàm dæmones. Nescio
quis non vult credere in Christum, adhuc ne dæmones imitatur? Iam credit aliquis in
Christo, sed odit Christum, habet confessionem fidei in timore pœnæ, non in amore
Gala.5. coronæ: nam & illi puniri timebant. Adde huic fidei dilectionem, vt fiat fides qualem di-
cit Apostolus Paulus, Fides quæ per dilectionem operatur. Inuenisti Christianum, in-

I 39 veniſti ciuem Hierusalem, inueniſti ciuem angelorum, inueniſti in via suspirantem pe
M regrinum, adiunge te illi, comes tuus est, curre cum illo, si tamen & tu hoc es. Omnis qui
diligit qui genuit eum, diligit eum, qui genitus est ab ipso Quis genuit? Pater. Quis est
genitus? Filius. Quid ergo ait? Omnis qui diligit patrem, diligit filium. In hoc cognoſci
mus quia diligimus filios dei.) Quid est hoc fratres? Pauloante de filio dei dicebat, non
de filius dei. Ecce vnus positus est Christus contemplandus nobis, & dictum est nobis,
Omnis qui credit quòd Iesus sit Christus, est ex deo natus: & omnis qui diligit qui ge-
nuit eum, id est, patrem, diligit eum qui genitus est ex ipso, id est, filium dominum no-
strum Iesum Christū: & sequitur, In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei, quasi
dicturus esset, in hoc cognoscimus quia diligimus filium dei. Filios dei dixit, qui filium
dei pauloante dicebat, quia filii dei corpus sunt vnici filii dei, & cū ille caput, nos mem-
bra, vnus est filius dei. Ergo qui diligit filios dei, filium dei diligit: & qui diligit filiū dei,
patrem diligit. Nec potest quisquam diligere patrem, nisi diligat filium: & qui diligit fi-
lium, diligit filios dei, membra filii dei, & diligendo fit & ipse membrum, & fit per dile-
I 40 ctionem in compage corporis Christi, & erit vnus Christus amans seipsum: cū se enim
& inuicem amant membra, corpus se amat. Et si patitur vnum membrum, compatiuntur
omnia membra: & si glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Et qd 1. Cor.12.
secutus ait? Vos autem estis corpus Christi & membra. Dicebat pauloante de dilectione
fraterna, & ait, Qui non diligit fratrem quem videt, deum quem nō videt quomodo po-
terit diligere? Si autem diligis fratrem, forte fratrem diligis, & Christū non diligis? quo
modo quando membra Christi diligis? Cum ergo membra Christi diligis, Christum di
ligis: cum Christum diligis, filium dei diligis: cum filium dei diligis, & patrem diligis:
non potest ergo separari dilectio. Elige tibi quid diligans, sequuntur te cætera. Dicas,
deum solum diligo, deum patrem, mentiris. Deum si diligis, non solum deum diligis, sed
si diligis patrem, diligis & filium. Ecce, inquit, diligo patrem, & diligo filium: sed hoc so-
lum, patrem deum & filium deum dominum nostrum Iesum Christum, qui ascendit in Ioan.1.
I 40 cœlos, & sedet ad dexteram patris. Illud verbum per quod facta sunt omnia, & verbum
& caro factum est & habitauit in nobis, hoc solum diligo, mentiris: si enim diligis caput,
& diligis & membra: si autem membra non diligis, nec caput diligis. Non expauescis vocē Acto.9.
capitis de cœlo clamantem pro membris suis, Saule, Saule, quid me persequeris? Persecu
torem suum vocauit persecutorem membrorum suorum: dilectorem suum vocauit di-
lectorem membrorum suorum. Iam quæ sunt membra eius nostis fratres, ipsa est Eccle
sia dei. In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei, quia deum diligimus. Et quomo- Ioan.13.
do non aliud sunt filii dei, aliud deus: sed qui deum diligit, præcepta eius diligit. Et quæ
sunt præcepta dei? Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Nemo se excu
set per aliam dilectionem, ad aliam dilectionem. Omnino sic se tenet ista dilectio, quo-
modo ipsa compaginata est in vnum, sic omnes qui ex illa pendent, vnum facit, & quasi
conflat illos ignis. Aurum est, conflatur massa, & fit vnum aliquid: sed nisi feruor chari-
tatis accendat, ex multis in vnum conflari non potest. Quia deū diligimus, inde cogno-
scimus quia diligimus filios dei. Et vnde cognoscimus, quia diligimus filios dei? Quia
I 40 deum diligimus, & præcepta eius facimus.) Suspiramus hic ex difficultate faciendi præ
C ceptum dei: audi quid sequatur, Homo, qui laborabas amando auaritiam, cum labore a-
matur quod amas: sine labore amatur deus. Auaritia iussura est labores, pericula? tribu-
lationes, & obtemperaturus es. Quo fine, Vt habeas vnde impleas arcam, perdas securita
tem. Securior forte eras antequam haberes, quàm cum habere cœpisti. Ecce quid tibi
iussit auaritia. Implesti domum, timentur latrones: acquisisti aurum, perdidisti somnū.
Ecce quid tibi iussit auaritia, fac, & fecisti. Quid tibi iubet deus? dilige me. Aurum dili-
gis, quæsturus es aurum, & forte non inuenturus: quisquis me quærit, cum illo sum.
Amaturus es honorem, & forte non peruenturus. Quis me amauit, & non ad me perue-
nit? dicit tibi deus, Patronum vis facere, aut amicum potentem, ambis per alium inferio Psal. xxxi.
rem. Me ama dicit tibi deus, non ad me ambitur per aliquem: ipse amor præsentem me
tibi fecit. Quid dulcius dilectione ista fratres? non sine causa modo audistis in Psalmo
fratres, Narrauerunt mihi iniusti dilectiones suas, sed non sicut lex tua domine. Quæ Ioan.13.
est lex dei? mandatum dei. Quod est mandatum dei? nouum illud mandatum: quod
ideo nouum dicitur, quia innouat, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diliga-

Galat. 6. tis audi quæ est lex dei, Apostolus dicit, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebi-
tis legem xpi. Ipsa est consummatio omnium operum nostrorum dilectio. Ibi est finis,
propter hoc currimus: ad illam currimus, cũ venerimus, requiescemus: audistis in psal-
Psal. 118. mo, Omnis consummationis vidi finem. Dixit, Omnis consummationis vidi finẽ. Quid D
viderat iste putamus. Ascenderat in verticem alicuius altissimi montis acutissimi, &
prospexerat & viderat ambitũ terræ & circulos orbis vniuersi: & ideo dixit, Omnis con
summationis vidi finem? Si hoc laudabile, oculos carnis quæramus à domino tam acu-
tos, vt aliquem excelsissimum montem qui est in terra requiramus, de cuius cacumine
videamus: omnis consummationis vidi finem? Noli ire longe: ecce dico tibi, Ascende in
montem, & vide finem. Christus mons est. Veni ad Christum vides inde finem omnis
1. Tim. 1. consummationis. Quis est iste finis? Paulum interroga, Finis autem præcepti est charis-
Roma. 3. tas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta: alio loco, Plenitudo autem legis
charitas. Quid tam finitum & terminatum quam plenitudo? Etenim fratres, finem po-
sui laudabiliter, nolite putare consumptionem, sed consummationem: aliter enim dici-
tur, Finiui panem, aliter finiui tunicam: finiui panem manducando, finiui tunicam te- 140
xendo: & ibi finis sonat, & illic finis sonat: sed tamẽ panis finitur vt consumatur, tuni-
ca finitur vt consummetur: panis finitur vt non sit, tunica finitur vt perfecta sit: ergo G
sic audite finem, & quãdo legitur Psalmus, & auditis, In finem Psalmus Dauid, Assidue
Roma. 10. auditis hoc in Psalmis, & debetis nosse quod audistis. Quid est in finem? Finis enim le-
gis est Christus ad iustitiam omni credenti. Et quid est finis? Christus, quia Christus
deus, & finis præcepti charitas, & deus charitas, quia pater & filius & spiritus sanctus
vnum sunt. Ibi tibi finis est, & alibi via est, noli hærere in via, & non peruenire ad finẽ.
Psal. 77. Ad quicquid aliud veneris, transi vsquequo peruenias ad finem. Quid est finis? Mihi
autem adhærere deo bonum est. Adhæsisti deo, finisti viam, permanebis in patria. Inten
dite, pecuniam aliquis quærit, non sit ibi finis, transit tanquam peregrinus. Quære vbi
transeat, non ibi remaneat: si autem amas, per auaritiam implicatus es. Erit tibi auaritia
catena pedum, vltra progredi non potes: transi ergo & hoc, quære finem. Salutem corpo
ris quæris, adhuc noli ibi remanere. Quæ est enim ista salus corporis, quæ morte premi
tur, quæ egritudine debilitatur, friuola, mortalis, fluxa? Quære illam, ne impediat forte 140
morbida valetudo opera tua bona: ergo non est ibi finis, quia propter aliud quæritur. F
Quicquid propter aliud quæritur, non est ibi finis: quicquid propter se & gratis quæri-
tur, ibi est finis. Quæris honores, forte ad aliquid agendum quæris, vt peragas aliquid,
vt placeas deo, noli ipsum honorem amare, ne ibi remaneas. Quæris laudem? Si dei quæ-
ris, bene facis: si tuam quæris, male facis, remanes in via. Sed amaris & tu, laudaris & tu;
noli gratulari quando in te laudaris, laudare in domino vt cantes, In domino laudabi-
Psal. 33. tur anima mea. Sermonem aliquem bonum dicis, & laudatur sermo tuus, non laudatur
quasi tuus, non est ibi finis: si ibi ponis finem, finiris: sed nõ finiris quasi perficiaris, sed
Psal. 55. finiris vt consumaris: ergo non laudetur sermo tuus quasi abs te, quasi tuus. Sed quo-
modo laudetur? quomodo dicit Psalmus, In deo laudabo sermonem, in deo laudabo ver
bum. Ex hoc fit vt fiat in te quod sequitur, In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi
homo: quando enim omnia tua in deo laudantur, non timetur ne pereat laus tua, quia
non deficit deus: ergo transi & ipsa. Videte fratres quanta transimus, in quibus non est
finis. His vtimur quasi in via, quasi in mansionibus stabulorum reficimur & trãsimus. 140
Vbi ergo finis? Dilectissimi, filii dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Hoc dictũ G
est in hac Epistola: adhuc ergo in via sumus, adhuc quocunq; venerimus transire debe-
mus, vsquequo perueniamus ad aliquem finem. Scimus quia cum apparuerit, similes ei
erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Iste finis, ibi perpetua laudatio, ibi semper
halleluia sine defectu: ergo ipsum finem dixit in psalmo, Omnis consummationis vidi
Psal. 118. finem: & quasi diceretur illi, Quis est finis quem vidistis? Latum mandatum tuum val-
de. Ipse est finis, latitudo mandati charitas est, quia vbi est charitas, non sunt angustiæ.
In ipsa latitudine erat Apostolus cum diceret, Os nostrum patet ad vos ò Corinthii,
2. Cor. 5. cor nostrum dilatatũ est, non angustamini in nobis. Ideo ergo latũ mandatum valde.
Ioan. 13. Quod est latum mandatum? Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicẽ diligatis. Cha-
ritas ergo non angustatur: vis nõ angustari in terra, in lato habita, Quicquid enim ibi
fecerit homo, non te angustet, quia illud diligis quod nõ nocet. Homo deum diligis fra-
ternitatem

140 ternitatem diligis, legem dei diligis, Ecclesiam dei diligis, sempiterna erit: labotas in ter
H ra, sed peruenis ad fructum promissum, quis tibi tollit quod diligis? Si nemo tollit tibi
quid diligis, securus dormis, immo securus vigilas, ne dormiendo perdas quod diligis.
Non enim frustra dictum est, Illumina oculos meos, ne quando obdormiam in morte.
Qui claudunt oculos contra charitatem, obdormiscunt in concupiscentiis delectatio- Psal. 12.
num carnaliũ. Euigila ergo, delectationes enim sunt, manducare, bibere, luxuriari, lude
re, venari: pompas istas vanas omnia mala sequuntur. Nunquid nescimus quia delecta
tiones sunt? quis neget quia delectant? sed plus diligatur lex dei. Clama contra tales sua Psal. 118.
sores, Narrauerunt mihi iniusti delectationes, sed non sicut lex tua domine. Ista delecta
tio manet, non solũ manet quò venias, sed etiam reuocat fugientem. Hæc est enim dile-
ctio dei, vt præcepta eius seruemus.) Iam audistis, In his duobus præceptis tota lex pen- Matt. 22.
det & Prophetæ. Quomodo noluit te diuidere per multas paginas? In his duobus præce
ptis tota lex pendet & Prophetæ. In quibus præceptis? Diliges dñm deũ tuũ ex
140 toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuũ sicut
I teipsum: in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Ecce de quibus præce-
ptis narrat tota ista epistola. Tenete ergo dilectionẽ, & securi estote Quid times ne ma-
le facias alicui Quis male facit ei quem diligit? Dilige, non potest fieri nisi bene facias.
Sed forte corripis? Amor hoc facit, non seuitia: sed forte cædis? Ad disciplinam facis, qa
amor ipsius dilectionis non te permittit negligere indisciplinatum, & fit quodãmodo
quasi diuersus fructus & contrarius vt aliquando odium blandiatur, & charitas sæuiat.
Nescio quis odit inimicum suum, & fingit illi amicitiam, videt illum facere aliquid ma
li, laudat: vult eum esse præcipitem, vult cæcum ire per abrupta cupiditatum suarum, Psal. 9.
vnde forte non redeat, laudat: quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: ad-
hubet illi vnctionem adulationis suæ. Ecce odit & laudat. Alter videt amicum suum tale
aliquid facere, reuocat: si illum non audiat, profert verba etiam castigationis, obiurgat,
litigat, aliquando venitur ad hanc necessitatem vt litiget. Ecce odium blanditur, & cha
ritas litigat. Noli attendere verba blandientis, & quasi sæuitiam obiurgantis; venã in-
140 spice, radicem vnde procedat quere. Ille blanditur vt decipiat, iste litigat vt corrigat:
K ergo non opus est fratres, vt per nos distendatur cor vestrum, impetrate à deo vt dili-
gatis inuicem. Omnes homines etiam inimicos vestros diligatis, non quia sunt fra-
tres, sed vt fratres sint. Vt semper fraterno amore flagretis, siue in fratrem factum,
siue in inimicum vt frater fiat diligendo, vbicunque fratrem diligitis, amicum dili-
gitis: iam tecum est, iam in vnitate etiam catholica tibi coniunctus est. Si bene
viuis, fratrem diligis factum ex inimico: si diligis aliquem qui nondum credit in Chri-
sto, aut si credidit Christo vt dæmones credidit, reprehendis vanitatem ipsius, tu dili-
gis, fraterno amore dilige: nondum est frater, sed ideo diligis vt sit frater. Ergo tota di-
lectio nostra fraterna est erga Christianos, erga omnia membra eius. Disciplina charita
tis fratres mei, robur, flores, fructus, pulchritudo, amœnitas, pastus, potus, cibus, ample
xus, sine satietate est: si sic nos delectat peregrinos, in patria quomodo gaudebimus?
Curramus ergo fratres mei, curramus & diligamus Christum. Quem Christum? Iesum
Christum Quis est iste? verbum dei. Et quomodo venit ad ægrotos? Verbum caro fa- Ioan. 1.
140 ctum est, & habitauit in nobis. Completum est ergo quod scriptura prædixit, Oporte- Lucæ. 24.
L bat Christum pati, & resurgere tertia die à mortuis. Corpus ipsius vbi iacet, membra
ipsius vbi laborant? Vbi esse debes vt sub capite sis? Et prædicari in nomine eius pœni-
tentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem: ibi
diffundatur charitas tua. Dicit Christus & Psalmus, id est, spiritus dei, Latum mandatũ Psal. 118.
tuum valde. Et nescio quis ponit in Aphrica fines charitatis. Extende charitatem per to
tum orbem, si vis Christum amare, quia membra xpi per orbẽ iacent. Si amas partem, di
uisus es: si diuisus es, in corpore non es, si in corpore non es, sub capite non es. Quid pe-
dest quia credis, & blasphemas? Adoras illum in capite, blasphemas in corpore? amat ille
corpus suum. Si tu te præcidisti à corpore ipsius, caput non se præcidet à corpore suo.
Sine causa me honoras, clamat tibi caput desuper, sine causa me honoras. Tanquam si
velit tibi aliquis osculari caput, & calcare tibi pedes, forte caligis clauatis conteret pe-
des tuos; volens tibi tenere caput & osculari, nonne inter verba honorantis clamares &
diceres, quid facis homo? Calcas me, non diceres, calcas caput meũ, quia caput honora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat: sed plus clamaret caput pro membris calcatis, quàm p̃ se quia honorabatur? Non- 140
ne clamat ipsum caput, Nolo honorem tuum, calcare me noli? Iam tu dic si potes quare M
te calcaui, dic huic capiti, te osculari volui, amplecti volui. Sed non vides ô stulte, quia
quod vis amplecti, per quãdam compagem vnitatis peruenit ad id quod calcas? Sursum
me honoras, iusum me calcas. Plus dolet quod calcas, quàm gaudet quod honoras: quia
quod honoras, dolet pro eis quos calcas. Quomodo clamat lingua? Dolet mihi: non di-
cit, dolet pedi meo, sed dolet mihi dicit. O lingua, quis te tetigit? quis percussit? quis sti
mulauit? quis pupugit? Nemo, sed coniuncta sum eis quæ calcantur. Quomodo vis non
doleam, quando non sum separata? Dominus ergo noster Iesus Christus ideo ascendit
in cœlum die quadragesima, commendauit corpus suum quà habebat iacere, quia vidit
multos honoraturos se, quia ascendit in cœlum, & vidit quia honor ipsorum inutilis
est, si conculcant membra ipsius in terra. Et ne quis erraret, & cũ adoraret caput in cœ-
lo, calcaret pedes in terra, dixit vbi essent membra ipsius. Ascensurus enim dixit verba
nouissima, post ipsa verba non est locutus in terra. Ascensurum caput in cœlum, com- 141
mendauit membra in terra & discessit. Iam non inuenis loqui Christum in terra. Inue- A
Acto.9. nis illum loqui, sed in cœlo, & de ipso cœlo. Quare? Quia membra calcabantur in terra: A
persecutori enim. Saulo dixit desuper, Saule, Saule, quid me persequeris? Ascendi in cœ-
lum, sed adhuc in terra iaceo. Hic ad dexteram patris sedeo, ibi adhuc esurio, sitio, pere-
Acto.1. grinus sum. Quomodo ergo corpus cõmendauit in terra ascensurus? cum interroga-
rent illum discipuli, Domine si hoc in tempore præsentaberis, & quando regnũ Israel?
Respondit iturus, Non est vestrum scire tempus quod pater posuit in sua potestate, sed
accipietis virtutẽ spiritussancti superuenientem in vos, & eritis misti testes in Hieru-
salem. Videte quà diffundat corpus suũ, videte vbi se calcari non vult. Eritis mihi testes
in Hierusalem, & totam Iudæam, & Samariam vsq; in totam terram. Ecce quà iaceo qui
ascendo. Ascendo enim quia caput sum: Iacet adhuc corpus meũ. Quà iacet? Per totam
terram. Caue ne percutias, caue ne violes, caue ne calces: nouissima verba Christi sunt
ista ituri in cœlum. Considerate languentem in lecto hominem in domo sua iacentem, 141
& maceratum ægritudine, proximum morti, anhelantem, iam animam quodammodo B
inter dentes habentem, qui forte solicitus de aliqua re chara sibi quam multum diligit,
veniat illi in mentem, & vocet hæredes suos & dicat. Rogo vos facite hoc teneat quoda-
modo violenter animam, ne antè exeat quã illa verba firmentur. Cum illa verba nouis-
sima dictauerit, efflat animam, tollitur cadauer in sepulchrum. Hæredes ipsius quomo-
do meminerunt nouissima verba morientis? Quomodo siquis existat, qui dicat eis, Nõ
lite facere: quid ergo illi dicant? Ergo nõ facio quod mihi pater meus efflans animã no-
uissime mandauit, quod vltimum sonuit in aures meas proficiscente hinc patre meo?
Quæuis alia verba ipsius aliter possum habere, nouissima verba me plus tenent. Nõ eũ
vidi, amplius, non audiui loquentem. Fratres cogitate visceribus Christianis, si hæredi
bus sunt tam dulcia, tam grata, tam magni ponderis verba patris ituri in sepulchrum,
hæredibus Christi, qualia debent esse verba nouissima, non rediturì in sepulchrum, sed
ascensuri in cœlum? Nanq; ille, qui vixit & mortuus est, rapitur ad alia loca anima ipsi- 141
us, corpus ipsius ponitur in terra, an fiant, illa verba, an non fiant, non ad eum pertinet, C
Lucç.16. tamẽ aliud agit, aliud patitur. Aut in sinu Abrahæ gaudet, aut in igne æterno aquę mo-
dicum desiderans: in sepulchro aũt ipsius iacet cadauer sine sensu, & custodiuntur ver
ba nouissima morientis. Quid sperant illi, qui verba nouissima sedentis in cœlo nõ cu-
stodiunt, videnti desuper an contemnatur, an non contemnatur: illius qui dixit: Saule,
Acto.9. Saule, quid me persequeris? Qui seruat ad iudicium, quod videt pati membra sua, & qd
nos fecimus, inquiunt? Nos sumus passi, persecutionem non fecimus. Vos feciſtis ô mi
seri primo, quia diuisistis Ecclesiam. Maior est machęra linguę quàm ferri. Superba fuit
Gene.16. ancilla Sarę Agar, & afflicta est à domina sua propter superbiã. Disciplina erat illa, non
pœna: ideo cũ recessisset à domina sua, quid ei dixit angelus? Reuertere ad dominã tuã.
Sic ergo carnalis anima tanquã ancilla superba, si forte aliquas molestias passa es pro-
pter disciplinam, quid insanis? Redi ad dominã tuã, tene dominicã pacem. Ecce profe-
runtur Euangelia, legimus quà diffunditur Ecclesia. Disputatur contra, & dicitur no-
bis, traditores. Cuius rei traditores? Christus commendat Ecclesiam suam, & non cre-
dis, ego tibi crediturus sum maledicenti parentibus meis, vis vt credam tibi de tradito-

141 ribus? Crede tu prius Christo. Quid est dignum? Christus deus est, tu homo. Cui prius
D debet credi? Christus Ecclesiam suam toto orbe diffudit. Ego dico, contemne. Euange-
lium loquitur, caue. Quid dicit Euangelium? Oportebat pati Christum, & resurgere à Lucç.24.
mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccato-
rum. Vbi remissio peccatorum, Ecclesia est. Quomodo Ecclesia? Illi enim dictum est, Matt.16.
Tibi dabo claues regni cœlorum, & quæ solueris in terra, soluta erunt & in cœlis: & quę Lucç.24.
ligaueris in terra, ligata erunt & in cęlis. Quà diffunditur ista remissio peccatorum? Per
omnes gentes, incipientes ab Hierusalem. Ecce crede Christo. Sed quia intelligis si credi
deris Christo, non te habere quod dicas de traditoribus, tibi vis vt credam parentibus † aliàs prę-
meis maledicenti, quàm tu credas Christo prestanti. † dicanti.

Videtur deesse finis.

141 E [Aduerte lector, deprehendes sæpe clausulas præcedentium capitum mistas se-
quentibus, & sequentium antecedentibus nullo ordine.

EXPOSITIONIS IN APOCALYPSIM
BEATI IOANNIS.
HOMILIA PRIMA.

141 F

N lectionem reuelationis beati Ioannis Apostoli fratres charissimi a-
nimaduertimus, & secundum anagogen hoc domino largiẽte explа-
nare curauimus, quia reuelatio Iesu Christi nostris auribus pandi-
tur, vt arcana cęlestia nostris cordibus manifestentur. Apocalypsis
Iesu Christi, quã dedit illi deus palàm facere seruis suis,) id est, mani
festare: Quæ oportet fieri cito, significans,) hoc est, ostendens, Seruo
suo Ioãni.) Ioannes dei gratia interpretatur. Scribens septẽ Ecclesiis
q̃ sunt in Asia.) Asia elatio interp̃tatur, & genus humanũ figuratur. Istę septẽ Ecclesiæ
& septẽ cãdelabra: hoc solerter intuendũ est, qa septiformis gratia est, q̃ data est à deo p̃
Iesum Christũ dñm nostrũ nobis generi humano, qui credidimus, quia & ipse pollici-
tus est nobis mittere spũm paracletũ de cœlis, quẽ & Apostolis misit, qui in Asia esse vi-
debantur, hoc est, in elato mundo, vbi & septiformẽ gratiam septem Ecclesiis nobis per
seruum suum Ioannem donauit. Gratia vobis & pax multiplicetur à deo patre, & à filio
hominis:) id est xp̃o. Siue aũt filius hominis, siue septem candelabra, siue septem stellę,
Ecclesia intelligitur cum capite suo xp̃o: quòd autem ait, Inter mamillas zona aurea
erat ille præcinctus,) Christũ dñm prefigurabat. Duas mamillas, duo testamenta intel-
luge, quę de pectore domini saluatoris tanquã de perenni fonte accipiunt, vnde Christia
141 nũ populũ nutriant ad vitã ęternã. Zona vero aurea, chorus est, siue multitudo sancto
G rum. Sicut n. de cingulo pectus stringitur, ita sanctorũ multitudo xp̃o adhęret, & velut
duas mamillas duo testamenta complectitur, vt ex ipsis velut de sanctis vberibus nutri
antur. Caput, inquit, eius & capilli sicut lana alba & nix.) Capillos albos multitudinem
albatorum, id est, neophytorũ ex baptismo prodeuntium dicit. Lanam dixit, quia oues
Christi sunt. Niuẽ dixit, quia sicut nix de cœlo vltro descẽdit, ita & gratia baptismi nul
lis præcedentibus meritis venit. Ipsi. n. qui baptizantur Hierusalẽ sunt, quę quotidie ad
instar niuis de cœlo descendit. Hierusalem, id est, Ecclesia, ideo, de cęlo descendere di-
citur, quia de cœlo est gratia, per quam & à peccatis liberatur, & Christo, id est, ęterno
capiti sponso cęlesti coniungitur. Sicut econtrario bestia de abysso ascendere dicitur, id
est, populus malus, qui ex populo malo nascitur: nam sicut Ierusalem humiliter descen
dendo exaltatur, ita bestia, id est, populus superbus arroganter ascendendo præcipita-
tur. Oculi eius velut flamma ignis.) In oculis præcepta dei dicit, sicut scriptum est, Lu- Psal.118.
141 cerna pedibus meis verbum tuũ. Et pedes eius similes aurichalco clibani igniti velut in
H fornace ignis.) In pedibus ignitis Ecclesia intelligitur, quę imminente die iudicii, ni-

mietate preſſurarum probanda,& igne examinanda eſt. Et quia pes nouiſsima pars eſt
corporis,& pedes ignito dixit eſſe,ideo in pedibus Eccleſia nouiſsimi temporis intelli-
gitur multis tribulationibus velut aurum in fornace probanda. Quam rem qui bene
conſiderat,iam nunc ex multitudine iniquitatum fieri videt.Ideò aurichalco ſimilauit,
quod ex ære & igne multo,ac medicamine perducitur ad auri colorem: ſic Eccleſia per
tribulationes & paſsiones purior redditur. In zona aurea accincta pectori,pót etiã ſci-
entia ſpiritalis ac purus ſenſus datus Eccleſiæ intelligi.Gladium vero bis acutũ de ore
ipſius,pcedentẽ: Ieſum xp̃m eſſe ſignificat,qui & nunc Euangelũ bonum,& prius per
Moyſen legis notitiã vniuerſo orbi ptulit:& de quo Dauid ſimiliter ait, Semel locutus
eſt deus,duo hæc audiui. Hæc ergo ſunt duo teſtamenta, quæ pro captu temporis aut 141
noua,aut vetera,aut gladius bis acutus dicuntur. Vox eius tanquã vox aquarũ multa- I
rum.) Aquæ multæ populi intelliguntur eſſe:in voce,prædicatio Apoſtolorum. Quod
aũt ſupra dixit,pedes eius ſimiles aurichalco,tanquã in fornace conflati,poſſunt etiam
Apoſtoli intelligi,qui poſt paſsionẽ prædicauerunt verbum eius. Per quos n. ambulat
prædicatio,merito pedes nominantur:ſicut Propheta dixit,Quam pulchri pedes euãn-
gelizantium pacem: & illud, Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius: quod au-
tem dixit, Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem:) Eccleſiam intelligi voluit. In dex-
tera enim Chriſti eſt ſpiritalis Eccleſia cui ad dexteram poſitæ dicit, Venite benedicti
patris mei. Septem ergo ſtellæ Eccleſia eſt. Diximus enim quia ſpiritus ſeptiformis vir-
tutis eſt ei datus à patre,ſicut Petrus ad Iudæos de xp̃o ait, Dextera igitur dei exaltatus
acceptũ à patre ſpiritũ effudit. Septẽ aũt Eccleſias,quas vocat vocabulis ſuis, non ideo
dicit,quia illæ ſolæ ſunt Eccleſiæ,ſed quod dicit vni,omnibus hoc dicit. Deniq; ſiue in 142
Aſia,ſiue in toto orbe,ſeptẽ Eccleſias omnes eſſe,& vnã eſſe catholicam: ſicut ad Timo
theum ait,Quomodo oportet te in domo dei conuerſari,quæ in Eccleſia dei viui: & in
Eſaia,ſeptem mulieres,quæ apprehendent virum vnum,ſeptem Eccleſias ſignificari in
telligit,quæ & vna eſt:virum,xp̃m intelligimus:panem mulierum,ſpiritum ſanctum,q
nutrit in vitam æternam. Et vt vobis ea quæ dicta ſunt tenacius inculcentur, breuẽ re-
capitulationẽ fieri volumus. Septem ergo Eccleſiæ,quibus ſanctus Ioannes ſcribit, in-
telligitur vna Eccleſia catholica propter ſeptiformem gratiam. Idem aũté teſtis fidelis
xp̃s eſt. Septem candelabra,Eccleſia catholica eſt. In medio candelabrorum ſimilis filio
hominis,xp̃s eſt in medio Eccleſiæ: quod aũt ait, Cinctũ ſuper mamillas: per mamillas
duo teſtamenta intelliguntur,quæ de pectore Chriſti lac ſpiritale accipiunt, vt populũ
Chriſtianũ in vitã æternã nutriant. Zona vero aurea,chorus eſt ſiue multitudo ſancto
rũ,qui iugiter lectioni & orationi inſiſtentes,xp̃o adhærere probantur: iam iſta charita-
ti veſtræ ſufficiant Quod audiſtis,ſancta inter vos collocutione meditamini, vt quod
reliquum eſt,donante domino audire poſsitis. Quod ipſe præſtare dignetur. 143

valiæ,op-
preſsiones.

Pſal. 61.

Eſaiæ. 52.
Pſal. 131.

Matt. 25.
Acto. 2.

1. Timo. 3.
Eſaiæ. 4.

HOMILIA. II.

FRatres chariſsimi,in candelabro,de quo cum Apocalypſis legeretur audiſtis, po-
pulus intelligitur. Quod autem ait, Mouebo candelabrum tuum,) hoc eſt, diſper-
gam populum pro peccatis: Et pugnabo cum eis gladio oris mei:) id eſt,proferam
præcepta mea,per quæ arguantur peccata vel crimina ſua. Quòd ergo dixit, Facies eius
ſicut ſol lucet in virtute ſua:) eſt de aduentu vel præſentia Chriſti, quia per faciem
quiſque manifeſtatur atq; cognoſcitur. Et de Eccleſia poteſt hoc accipi, cui iſtam clari-
tatem xp̃s promiſit,de qua dicit, Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Chriſti. Stellã
matutinam,) primam reſurrectionem dicit,quæ per gratiam baptiſmi fit. Stella matuti
na noctem fugat,& lucem annunciat,id eſt,peccatum tollit,& gratiam tribuit, ſi tamen
accepta gratia bona opera ſequantur. Sicut enim magnam arborem virere, & fructũ nõ
reddere nihil prodeſt,ſic nihil prodeſt Chriſtianum dici,& Chriſtiana opera non habe-
re: & ideo dicit, Conſulo tibi à me emere aurum conflatum:) id eſt, contende vt pro no-
mine Chriſti aliquid patiaris. Et collyrio vnge oculos tuos:) vt quod libenter per ſcri- 144
pturas cognoſcis,opere impleas. Oſtium apertum eſſe in cœlo:) noui teſtamẽti prædica M
torem vidit Ioannes,[Quibus oculis vidit ? quantũ ad figuratam oſtenſionem,non car
nis ſed mentis. Quando vero & ipſius rei veritatem,quæ iam in carne domino appare-
re manifeſtata fuerat, non ſolum oculis carnis vidit, verumetiam manibus contre-
ctauit. Quid vero per oſtium deſignatur in hoc loco niſi mediator dei, & hominum
Chriſtus

Matt. 13.

Chriſtus Ieſus,ipſo dño dicente, Ego ſum oſtiũ,& reliqua. Iure igitur non clauſum ſed
apertũ intuetur,quia nimirũ ide mediator noſter naſcendo, moriẽdo cunctis fidelibus
innotuit,qa ipſe erat redẽptor mundi. Quid per cœlũ niſi Eccleſia deſignatur,ſicut ipſe
dicit, Cœlũ mihi ſedes eſt,vel anima iuſti,ſicut Salomõ teſtatur ſedes eſt ſapientiæ? Pau Eſa. 66.
lus quoq; occurrit,dicens Chriſtũ dei virtutẽ,& dei ſapientiam. Conſtat proculdubio, Sapien. 7.
quod cœlum eſt electorum Eccleſia,in qua oſtium apertum cernitur,quia redẽptor no- 1. Cor. 7.
ſter natus & paſsus ac reſuſcitatus ad cœlos aſcendiſſe in ea prdicatur & creditur. Quid
autem in hac viſione poſitus audierit Ioannes,manifeſtat dicens, Et vox prima quam
audiui tanquam tubæ loquentis mecum dicens, Aſcende huc.) Quantum apertũ mo-
do oſtenditur,tantum clauſum fuiſſe ante hominibus manifeſtum eſt Solium poſitũ,)
142 eſt ſedes iudicantis,ſuper quem vidit ſimilitudinem iaſpidis & ſardii. Iaſpis aquæ colo-
A rem habet & ſardius ignis. In his duobus lapidibus duo iudicia intelliguntur: vnum,
quod iam per aquam factum eſt in diluuio: aliud,quod erit per ignem in conſummatio
ne ſeculi. Poteſt hoc loco & vita ſeruorum dei intelligi quia ad ſimilitudinem aquæ &
ignis interdum in hac vita omnes ſancti habent proſpera interdum patiuntur aduerſa.
[Et ἴρις erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinis. ἶρις itaq; græca Latinaq; lingua
arcus vocatur,qui in die pluuiæ apparere videtur. Et quid per hanc niſi reconciliatio
mundi deſignatur,quæ per incarnati verbi diſpenſationem facta cognoſcitur? Hoc cer-
te ſi ſolerter inſpicitur,effectus ipſius ἶρις indicare videtur. Arcus itaq; tunc apparet, cũ
radiis ſolis imbrifera fuerit nubes illuſtrata. Sole igitur nubem illuſtrante, ἶρις, id eſt, ar-
cus apparuit,quia videlicet cum patris verbum,quod candor eſt lucis æternæ,ac ſol iu
ſtitiæ,humanam ſuſcipiendo illuſtrauit naturam,ipſa humanitatis eius ſuſceptio, quæ
profecto nubes à Propheta vocatur,reconciliatio facta eſt mundi. Bene autem imbrife-
ra,quia nimirum prædicationum eloquiis plena. Congruenter ſiquidem ad reconcilia-
142 tionem humani generis in nouo teſtamento arcus figuratim apparuiſſe deſcribitur,qui
B in veteri quoq; ideo in nubibus à domino politus intelligitur, vt poſt innundationem
diluuii per eum terris pax reddita cognoſceretur, vt ſcilicet eius viſione pacti ſui me-
mor omnipotens deus nequaquam vltra aquarum immẽſitate deleri terram pateretur.
Cui videlicet nomini ſi vna in fine additor litera & εἰρήνη dicatur,vtiq; hoc ipſum inter-
pretatio ſonare videtur. Nam Græco vocabulo εἰρήνη pax appellatur. Et in veteri quidẽ Gene. 9.
teſtamento dominus ad Noe ait,ecce ego ſtatuam pactũ meum vobiſcum. Et notandũ
quàm apta ſit figurarum contextio,quia enim fulgura,voces & tonitrua de throno tan
quam de nube procedere in ſubſequentibus narrantur,conuenienter hic irradiante ſo-
le arcus ſimilitudinem,id eſt,thronos reddidiſſe narratur: qui videlicet arcus cum ſit di
uerſi coloris,reſplendeatq; principaliter duobus,id eſt,aquæ & ignis, ac deſignetur per
eum baptiſmus aquæ & ſpirituſſancti,vel iudicium præcedens per diluuium, ac ſubſe-
quens per ignem,hic tamen non immerito viſioni ſmaragdinis comparatur, vt per eũ,
ſicut diximus,repropitiatio mundo diuturnitas oſtendatur. Lapſis n. ſmaragdus viri-
diſsimi coloris eſt,qui videlicet color,ſicut præcedenti verſiculo iam fatus ſum, nõ in-
142 conuenienter naturæ diuinitatis aptatur.] Mare vitreum,) donum baptiſmi eſt, quod
C ideo ante ſolium eſſe dicitur,quia ante aduentum iudicii datur, Quod verò poſt hoc
ait,Habeo claues mortis & inferni:) hoc ideo dicit,quia qui credit & baptizatur,à mor- Ioan. 20.
te & ab inferis liberatur. Et quia ipſa Eccleſia,ſicut habet claues vitæ,ita & inferorum:
ipſi enim dictum eſt, Cui dimiſeritis peccata,dimittuntur: & cui retinueritis, retenta
ſunt,vbicunq; ponit in Apocalypſi angelum hominis,ipſum hominem ſignificat, ſicut
& Eccleſiæ. Et angeli earum ibidem non debent intelligi,niſi aut Epiſcopi aut præpoſi
ti Eccleſiarum. In tantum angelorum nomine Eccleſias catholicas voluit intelligi,vt iu
beat angelos pœnitentiam agere. Non enim angeli qui in cœlo ſunt indigent pœniten-
tia,ſed homines,qui ſine peccato eſſe non poſſunt. Nam quia etiam angelus nuncius in-
terpretatur,quicunq; aut Epiſcopus aut presbyter aut etiam laicus frequenter de deo
loquitur,& quomodo ad vitam æternam perueniatur annunciat, merito angelus dei di
citur. Et tamen quia ſine peccato nemo eſſe poteſt,dicitur ei,id eſt,homini, vt pœniten-
142 tiam agat: quia reuera qui bene conſiderat ſe,agnoſcit quod non dicam laici, ſed etiam
D ſacerdotes vna die eſſe non debent ſine pœnitẽtia: quia quomodo nullus dies eſt in quo
homo poſsit eſſe ſine peccato,ſic nullo die debet eſſe ſine ſatisfactionis remedio. Septem

autem candelabra,& vnum candelabrum: septiformem Ecclesiā possumus intelligere: & ideo quicunq; ad septem Ecclesias loqui videtur, ad vnam Ecclesiam loquitur toto orbe diffusam,& quia in septenario numero omnis plenitudo cōsistit. Angelos ergo Ecclesiam dicit,in quibus duas partes,id est,bonorum & malorum ostendit: & propterea nō solum laudat,sed etiam increpat,vt laus ad bonos,increpatio ad malos dirigatur: sicut
Matt.24. dominus,in Euangelio: Omne præpositorum corpus vnum seruum dixit beatum,& ne
quam quem ventens dominus ipse diuidet. Quomodo fieri potest vt vnus seruus diuidatur,cum diuisus viuere non possit? Sed vnum seruum dicit totum populū Christia-
Matt.25. num,qui populus si totus bonus esset,non,diuideretur: sed quia non solum habet bo- 141
nos,sed etiam malos,diuidendus est: & boni audituri sunt, Venite benedicti patris mei
percipite regnum: raptores vero & adulteri, qui misericordiam non fecerunt, audituri
sunt,Discedite à me maledicti &c. Quod autem in Apocalypsi singulis dicitur Ecclesiis, 142
fratres charissimi,singulis hominibus conuenit in vna Ecclesia constitutis. Hæc dicit, I
qui tenet septem stellas in manu sua:)hoc est,qui nos in manu,id est,potestate habet &
gubernat. Qui ambulat in medio candelabrorum aureorum,)id est, in medio nostri,
quia candelabra illic populum significant Christianum. Quod autem dicit, Mouebo
candelabrum tuum de loco suo si non egeris pœnitentiam:)Videte quia non dixit,auferet,sed mouet,quia candelabrum significat vnum populum Christianū. Et ipsum candelabrum moueri dicit,non auferri: & per hoc intelligitur quod in vna eademq; Eccle-
sia mouentur mali,confirmantur boni,& quod occulto, sed tamen iusto dei iudicio id
Matt. 13. & 25. quod tollitur malis,bonis augetur,vt adimpleatur illud quod scriptum est,Qui habet dabitur ei,& ei qui non habet,& quod videtur habere auferetur ab eo. Quod autem dicit,Vincenti dabo manducare de ligno vitæ,)id est,de fructu crucis: Quod est, inquit, 143
in medio paradisi dei mei:)Paradisum Ecclesiam dicit: omnia enim in eius figuram facta sunt: nam quod dicit Scio opera tua, & tribulationem & paupertatē, sed diues es:) F
Omni Ecclesiæ dicit,quæ spiritu pauper est,& omnia possidet: Quod autem dicit,Habe
tis pressuram dies decem.)Dies totū tempus posuit, quia denarius numerus perfectus
Acto.14. est,in quo populus Christianus,sicut dicit Apostolus, per multas tribulationes intrat in regnum cœlorum: nam quod dicit angelo Pergami Ecclesiæ: Scio vbi habitas,vbi est introitus satanæ,)omni Ecclesiæ dicit in vnius vocabulo,& quia vbiq; habitat satanas
Ioan.6. per corpus suum. Corpus autem satanæ homines sunt superbi & mali: sicut & corpus Christi humiles & boni. Vincenti dabo manducare de manna absconditо:)id est,de pane qui de cœlo descendit. Cuius figura fuit manna in erēmo,quam, sicut ipse dominus
dixit,multi manducantes mortui sunt: sed & nunc quicunq; manducat indigne,iudicium
1.Cor.11. sibi manducat: idem panis est etiam lignum vitæ. Possumus & manna immortalitatem accipere. Et dabo ei calculum candidum:)id est,corpus baptismate candidum. Et super
calculum nomen nouum scriptum,)id est,notitiam filii hominis. Quod nemo scit nisi
1.Cor.2. qui accipit.)scilicet per reuelationem: & ideo de Iudæis dicitur. Si enim cognouissent, 143
nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Quod autem dicit angelo Thiatyræ Eccle- G
siæ,Habeo aduersum te,quia permisisti mulieri Iezabel. Dicit præpositis Ecclesiarū,qui
luxuriosis & fornicantibus, & aliud quodlibet male agentibus seueritatem disciplinæ
Ecclesiasticæ non imponunt. Et potest hoc etiam de hæreticis intelligi. Quę dicit se Pro
phetē,)id est, Christianā. Modo. n. multæ hæreses sibi hoc nomine blandiuntur. Nec cognouistis altitudinem satanæ:)id est,non respuistis doctrinam eius sicut hæreses. Non
mitto super vos aliud pondus:)id est,supra id quod potestis sustinere. Verum quod habebas,tene donec veniam,& qui vincit,& qui seruat opera mea vsq; ad finem, dabo ei
gentes & pascet eas in virga ferrea, & vt vas figuli comminuentur, sicut & ego accepi à
patre meo.)In Christo habet Ecclesia hanc potestatem: sicut dicit Apostolus, Cum illo
Roma.8. omnia nobis donauit. Virgam ferream dicit propter iustitiæ rigorem, & de ipsa virga corriguntur boni, confringuntur mali.

Homilia. III.

MOdo fratres charissimi audiuimus beatum Ioannem,peccatorem hominem terri- 143
biliter increpantem: & ideo cum ingenti timore consideremus, & cum tremore ti-
Ezec. 18. meamus quod dictum est,Noui opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus H
es.)Non moritur nisi qui mortale crimen commiserit,secūdum illud,quod dictum est,

Anima quę peccauerit,ipsa morietur. Quod peius est,multi in corporibus viuis animas mortuas portare noscuntur. Esto vigilans & confirma,quæ moritura erant. Hæc dicit sanctus & verus,qui habet claues Dauid:)id est,regiam potestatē: Qui aperit & nemo claudit,)Manifestum est quod Christus pulsantibus aperit,& hypocrytis, id est, fictis vitę ianuam claudit. Ecce dedi antè te ostium apertum.)Hoc ideo dictum est,vt nullus dicat,quia ostium quod deus aperit Ecclesiæ,in toto mundo aliquis posset, vel in parte claudere. Quia modicam habes virtutem.)Laus est dei,quod deus modicæ fidei Ecclesiæ aperiat ostium Et scribam super illud nomen dei mei.)Vtiq; à Christo christiani signamur. Et nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem quæ descendit de cœlo.)Nouā Hierusalem,cœlestem Ecclesiam dicit,quæ à domino nascitur. Nouam autem dixit pro natiuitate nominis Christiani,& qa ex veteribus noui efficimur. Neq; frigidus es neq; feruens:)id est,inutilis es. Potest.n.& super diuitum sterilium persona accipi, qui ha-
142 bent facultates,& non inde faciunt misericordias. Pauperes non sunt,qui habent facul-
I tates: diuites non sunt,qui ex diuitiis non operantur. Consilium tibi do vt emas aurū tibi ignitum.)id est,probatum,vt locuples fias,vt eleemosynas faciendo & actibus bonis insistendo,ipse efficiaris aurum,id est,à deo accipias intellectum,& per bonam con- Ephes.1.
uersationem merearis martyrium. Et ecce,inquit,ostium apertum est in cœlo.)Ostium apertum Christum dicit,quia ianua est. Cœlum Ecclesiam dicit,vbi cœlestia geruntur: sicut dicit Apostolus, Instaurare omnia,quæ in cœlis,& quæ in terra sunt: cœlum intelligit primitiuam Ecclesiam de Iudeis,terram vero ex gentibus esse. Ascēde huc & ostendam tibi.)Non in solum Ioannem conuenit,sed in Ecclesiam, vel in omnes credentes. Qui enim vidit ostium apertum in cœlo,id est,natum & passum, & resurrexisse Christum credidit,ascēdit in altitudinem & vidit futura. [Quibus gressibus nisi fidei & credulitatis, ac si aperte cuilibet electorum diceretur ad cognoscenda Christi & Ecclesiæ sacramenta,Vide,conscende,credulitate pertinge,Recte enim à voce prima Ioānes in-
142 uitatur vt ad ostium cœli cœlūq; conscendat, quia videlicet vnusquisq; electorum in
K ostenso credulitatis pede per Euangelium ad veræ fidei sacramenta pertingat, veteris
142 instrumenti doctrina,quæ nouam præcedit,roboratur.]Et ecce thronus positus erat in
K cœlo,)id est,in Ecclesia. Et qui sedebat,similis erat aspectui lapidis iaspidis vel sardii.)
Istæ comparationes in Ecclesiam conueniunt. Iaspis aquæ colorē habet,& sardius ignis
per hæc sicut iam dictum est,duo iudicia vult intelligi: vnum per aquam,quod iā factū
est per diluuiū: aliud,quod futurū est per ignem, Quid per iaspidem nisi diuinitas me-
diatoris nostri figuratur? In circuitu throni vidi sedes vigintiquatuor,& supra sedes vi- Esaiæ. 24.
gintiquatuor seniores.)Seniores totam Ecclesiam dicit: sicut Esaias dicit, Et in medio
senum fuerit glorificatus. Vigintiquatuor seniores præpositi & populi sunt. In duode-
cim,Apostolos præpositos,& in aliis duodecim reliquam Ecclesiam intellige. Et de sede Ioan.2.
procedebant fulgura & voces.)De ecclesia enim procedunt hæretici quia ex nobis exie-
runt. Est & alius sensus,vt fulgura & voces prædicatio Ecclesiæ intelligatur. In vocib.
verba,in fulgure miracula cognoscuntur. In conspectu throni mare vitreum.)Mare vi-
142 treum fontem baptismi ante thronum dixit,id est,ante iudicium. Sed & aliquando ani-
L mam sanctam intellige thronum,sicut scriptum est. Anima iusti sedes est sapientiæ: ali
quando Ecclesiam significat,in qua sedem habet deus. Et in medio throni quatuor ani-
malia,)id est,in medio Ecclesiæ Euangelistæ: Plena oculis in priora & retro,)id est, in-
tus & foris. Oculi præcepta sunt dei. In priora & retro,id est,in præterita & futura conspicientia. In animali primo simili leoni,)fortitudo Ecclesiæ ostenditur. In vitulo,)passione Christi. In tertio animali,quod est velut homo,)humilitas Ecclesiæ ostēditur: quia nihil sibi blanditur vt superbum sapiat,quanuis adoptionem filiorum teneat. Quartū animal,)Ecclesiam dixit,simile aquilæ,)id est,volantem & liberam, atq; à terra suspensam duabus alis,quasi duorum testamentorum siue duorum præceptorum gubernacu-
lis eleuatam: nam & Ioannes Euangelista cum de istis animalibus intrō aspexisset, in
142 Christo completum esse quadriforme mysterium intellexit cum audisset hominem na-
M scentem,vitulum patientem & leonem regnantem,tunc vidit & aquilam ad cœlestia re-
manentem & singula eorum habebant alas senas per circuitum.)In animalibus ostenduntur viginti quatuor seniores: nam senæ in quatuor animalibus, viginti & quatuor alæ sunt. Etenim per circuitum throni vidit animalia,vbi se dixerat seniores vidisse: nā

quomodo animal cum sex alis potest simile esse aquilæ,quæ habet duas alas, nisi quia
quatuor animalia vnum sunt,quæ habent viginti & quatuor alas, in quibus viginti & 141
quatuor seniores intelligimus,qui sunt Ecclesia,quam similauit aquilæ.Et aliter,senæ M
alæ testimonia sunt veteris testamenti. Sicut enim animal volare non potest, nisi habe-
bat pennas,sic nec prædicatio noui testamenti fidem habet,nisi habeat veteris testamē
ti prænunciata testimonia,per quæ tollitur â terra & volat. Semper enim quod ante dic-
tum est futurum,& postea factum inuenitur,fidem facit indubitabilem.Nisi enim quę
prædixerant Prophetæ in Christo essent consummata,inanis esset prædicatio illorum.
Hoc tenet Ecclesia catholica,ante prædicta,& postea consummata.Merito volat & tolli-
tur à terra vnum animal in cœlum.Et requiē non habebāt animalia illa:)Ecclesia,quæ
non habet requiem,sed semper laudat deum. Viginti & quatuor seniores possumus etiā
intelligere libros veteris testamēti & Patriarchas & Apostolos. Fulgura & tonitrua,quę
de solio exire dicuntur,prædicationes & promissiones intelligere debemus noui testa-
menti.Mittentes coronas suas ante thronum.)Hoc ideo,quia quicquid dignitatis ha-
bent sancti,totum deo tribuunt:sicut & illi in Euangelio palmas & flores sternebāt sub
pedibus eius,id est,ipsi tribuentes omne quod vicerant.Quia:tu creasti omnia,& ex vo 143
luntate tua erunt.)Erant secundum deum à quo cuncta antequā fierent possessa sunt. A
Creata sunt autem vt & à nobis viderentur,sicut dicit Moyses ad Ecclesiam,Nonne est
hic ipse pater tuus,qui fecit te & possedit te,& creauit te? Possedit in præscientia, & fe-
cit in Adam,& creauit ex Adam.

Homilia. IIII.

ET vidi supra dexteram sedentis in throno librum scriptū intus & foris:)Vtrunq;
testamentum intellige.A foris vetus,ab intus nouum, quod in intra vetus late-
bat. Signatum,inquit,sigillis septem,id est, omni mysteriorum plenitudine ob-
scuratum, quod vsq; ad passionem & resurrectionem Christi mansit signatum: nam
quomodo testamentum nō dicitur,nisi quod faciunt morituri,& signatur vsq; ad mor-
tem testatoris,& post mortem ipsius aperitur:ita & post Christi mortem omnia myste-
ria reuelantur.Et vidi angelum fortem clamantem voce magna,Quis est dignus aperi-
re librum,& soluere signacula eius?)Cum primo signa soluantur,deinde liber aperia- 143
tur,certa ratio est,quia Christus tunc aperuit librum,cum opus paternæ voluntatis ag B
gressus,conceptus & natus est:tunc eius signacula soluit, quando pro genere humano
occisus est.Et nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra neq: sub terra:)id est,neq; ange
lus,neq; in terris viuens,neque mortuus,Aperire librū neque videre illum,)id est, con
templari splendorem gratiæ noui testamenti,Et ego flebam multum,quia nemo inuen
tus est dignus aperire librum,)Ecclesia flebat,cuius figuram habuit Ioannes, onerata
& grauata peccatis implorans sui redemptionem.Et ecce vnus ex senioribus.)Vnū ex
senioribus totum corpus prophetarum intellige.Prophetæ enim consolabantur Eccle-
siam,annunciantes Christum de tribu Iuda radicem Dauid, quia ipse in nobis vincit
omne peccatū,& siquid boni aliquis habet,ab ipso habet:Et vidi, & ecce throni & qua-
tuor animalia,& in medio seniorum agnum stantem qui occisus est.)Throni, anima-
lia,seniores,& agnus qui occisus est Ecclesia est cum capite suo,quæ pro Christo mori-
tur,vt cum Christo viuat.Possunt & martyres in Ecclesia agnus quali occisus accipi.
Habentem,inquit,cornua septem,& oculos septem,qui sunt spiritus dei missi in omnē
terram.)Quòd nemo possit habere spiritum dei præter Ecclesiam, hinc manifeste co- 143
gnoscitur.Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum.)Sedentem in thro- C
no & patrem accipimus & filium & spiritumsanctū.Accepit ergo agnus de dextera dei,
Ioan.20. id est, à filio accepit opus libri perficiendum, ipso dicente, Sicut misit me pater & ego
mitto vos,eo quod ipse in illis perficiat quod donat.Habentes singuli citharas:)id est,
chordas laudum:Et phialas aureas:)Hæc sunt vasa in domo domini in quibus thymia
ma offerri consueuit:ideo orationes sanctorum bene in eis intelligimus. Et cantabant
canticum nouum.)Canentes canticum nouum,id est,professionem suam publice pro
ferentes.Et vere nouum est,filium dei hominem fieri,& mori & resurgere, & in cœlum
ascendere,remissionem peccatorum hominibus dare. Cithara enim,id est,chorda in li-
gno extensa,significat carnem Christi passioni coniunctam.Phiala autem confessionē,
& noui sacerdotii propaginem. Reseratio sigillorum adapertio est veteris testamenti.

Et vidi & audiui vocem multorum angelorum.)Angelos homines dicit,quia & filii dei
dicimur. Dignus est agnus,qui occisus est,accipere potestatem & diuitias,& sapientiam Coloss. 2.
&c.)Non de domino dicit,in quo sunt omnes thesauri sapientiæ,vt ipse accipiat, sed de
homine assumpto & eius corpore,quod est Ecclesia, vel de martyribus eius, qui p no-
mine eius occisi sunt,quia in capite suo totam accipit Ecclesiam:sicut scriptum est, Cū
143 illo nobis omnia donauit.Ipse enim agnus accipit,qui in Euangelio dicit,Data est mi- Roma.8.
D hi omnis potestas.in cœlo & in terra: secundum humanitatem ergo,non secundum diui Matt.28.
nitatem accepit.Omnis,inquit,audiui dicentes sedenti in throno.)id est,patri & filio:
& agno,)id est,Ecclesia cum capite suo: Benedictio,& honor,& claritas in secula.)Cui
est honor,& gloria,& imperium in secula seculorum,Amen.

Homilia. V.

SIcut modo dum lectio diuina legeretur audistis,ita ait beatus Ioānes,Et ecce equus
albus,& qui sedebat super eum,habebat arcum,& data est ei corona,& exiit vincēs.)
equus albus Ecclesia est,sessor Christus.Iste equus domini cum arcu bellico per Zacha Zacha.10
riam hoc modo ante promissus est,Visitauit dominus deus gregem suum domū Israel,
& disposuit eum sicut equū speciosum in bello,& ex eo disposuit,& ex eo arcus in ira,&
ex eo exiit omnis insequēs,Equum enim album intelligimus Prophetas & Apostolos,
Equitem coronatum habentem arcum,cognoscimus non solum Christum, sed etiā spi
143 ritumsanctum. Posteaquam enim dominus ascendit in cœlum,& aperuit vniuersa, mi-
E sit spiritumsanctum,cuius verbo prædicatores tanquā sagittæ ad cor hominum pertin
gerent,& vincerent incredulitatem. Coronæ super caput,promissa per spiritumsanctū
intelligenda sunt.Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, di-
cens,Veni & vide.Et exiit alius equus rufus,& sedenti super eum datum est tollere pa-
cem de terra,& vt inuicem occiderent,& datus est ei gladius magnus,)contra victricem
vincentem Ecclesiam exiit equus rufus,id est,populus sinister & malus, ex sessore suo
diabolo sanguinolentus:quamuis legamus secundum Zachariam equum domini ru-
fum, sed ille suo sanguine erat,hic alieno, Cui datus est gladius magnus vt tolleret pa
cem de terra scilicet suam pacem,hoc est mundanam:nam Ecclesia æternam pacē, quā
sibi Christus reliquit,habet.Sicut ergo supradictum est,equum album Ecclesiam dicit,
sessorem eius Christum per spiritumsanctum.Arcum quem tenebat in manum,)præce
pta eius sunt quæ per totum mundum velut sagittæ acutæ potentis ad interficienda
peccata,& excitanda fidelium corda directæ sunt. Corona in capite eius.)promissio vi
143 tæ æternæ est.Equum rufum,)malum populum,sessorem eius diabolum. Quem ideo
F dixit rufum,eo quod multorum esset sanguine rubicundus.Quòd autem, Datus est ei
gladius acutus,& tollere pacem de terra.)hoc est,quod diabolo suadente,homines mali
iugiter inter se lites & discordias vsq; ad mortē excitare nō cessant.Et in equo nigro,)
intelligitur populus sinister diabolo consentiens. Quòd autem, Stateram habebat in
manu,)hoc ideo est,quia dum se fingunt mali iustitiæ libram tenere, sic plerunq; decī-
piūt.Quòd dixit,vinum & oleum ne læseris.) in vino sanguis Christi, in oleo vnctio
chrismatis intelligitur. In tritico vel hordeo,)tota Ecclesia siue in magnis siue in mini-
mis aut,certe in præpositis & in populis.Et in equo pallido,)homines intelligūtur ma
li,qui persecutiones excitare non desinunt. Isti tres equi vnum sunt,qui exierunt post
album & contra albuu,& sessorem habent diabolum,qui est mors. Tres ergo equi,fa-
mes & bella,& pestis intelliguntur:quod etiam dominus in Euāgelio suo prædixit,quę
etiam fiunt,& imminente die iudicii amplius futura sunt. Quod autem dixit se vidisse
143 sub ara animas interfectorum,martyres intelliguntur.Quod autem dicit,Terræmotū
G magnum,)persecutio nouissima est.Quod dicit,Solem factum nigrum, & lunam san-
guinem,& stellas cecidisse de cœlo,) Sol & luna & stellæ,Ecclesia est in toto orbe diffu-
sa.Quod autem dicit cecidisse,non tota cecidit,sed à parte totum intelligitur. In omni
enim persecutione boni perseuerant,& mali quasi de cœlo id est,de Ecclesia cadunt:de
nique sequitur,Sicut ficus mittit grossos suos cum à vento agitatur:)sic de Ecclesia ca-
dunt mali,quando per aliquam tribulationem fuerint conturbati.Quod autem,Cœlū
recessit vt liber:)Ecclesia est,quæ separatur à malis, & velut liber inuolutus continet
in se sibi nota diuina mysteria.Quod autem dicit,Reges terræ fugerunt & absconderūt
se in speluncis terræ;)hoc significat, quod totus mundus in bonis & sanctis refugium

habiturus est ad Ecclasiam, vt sub eius protectione constitutus, peruenire possit ad vitã æternam, auxiliante domino nostro Iesu Christo qui viuit & regnat in secula.

Homilia. VI.

ET vidi alterum angelum descendentem ab ortu solis.) Alterum angelum eadem Ecclesiam catholicam intelligit, ab ortu solis, à passione & resurrectione domini clamã
tem quatuor angelis terræ. Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus data est po 141
testas lædere terram, & mare: ne læseris terram neq; mare.) Accipit autem gladium ge- H
neraliter, siue contra quos in vitam interficit, siue quos inter se pro rebus temporalibus
vsq; ad mortem litigare persuadet. De tertio sigillo dicit, Equum nigrum exisse, & qui
sedebat super eum, habebat in manu sua stateram.) Librã, inquit, habebat in manu sua,
id est, examen æquitatis, quia dum fingit se iustitiam tenere, per simulationẽ lædit. Dũ
audit, in medio animalium,) id est, in medio Ecclesiæ dicitur. Ne læseris,) ostenditur
quod spiritales nequitiæ potentiam in seruos dei non habent, nisi à deo acceperint. Vi-
num & oleum ne læseris.) In vino & oleo vnctionem chrismatis, & sanguinem domini:
in tritico autem & hordeo Ecclesiam dixit, siue in magnis siue in paruis Christianis, si-
ue in præpositis, & populis. De quarto sigillo. Equus pallidus, & qui sedebat super eum,
nomen erat ei mors & infernus sequebatur eum: & data est ei potestas super quartã par
tem terræ, interficere gladio, fame, & mortæ, bestias terræ. Isti tres equi, vt supra dictum
est, vnum sunt, qui exierunt post album, & contra album, & vnum sessorem habent dia- 143
bolum, qui est mors: nam equitem diabolum esse, & socios esse, sexto signo manifestat, I
cum prælio vltimo equos dicit congredi. Tres ergo equi, fames & bella, & pestes intelli-
guntur, sicut à domino in Euangelio prænunciatur. Equus albus verbum est prædica-
tionis in orbe terrarum. In equo rufo & sessore eius bella sunt significata, quæ futura
sunt, imò fiunt cum iam gens surgat contra gentem. Per equum pallidum & sessorẽ eius
pestis magna & mortalitas signatur: Et infernus sequitur illum,) id est, expectat deum
orationem multarum animarum. Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi sub ara dei
animas interfectorum.) Aram dei Ecclesiã dicit, sub cuius oculis martyres effecti sunt.
Et licet animæ sanctorum in paradiso sint, tamen quia sanguis sanctorum super terram
Gene.4. funditur, sub ara clamare dicuntur: sicut illud est, Sãguis fratris tui clamat ad me de ter-
ra. Et cum aperuisset sigillum sextum, terræmotus factus est magnus,) id est, persecutio
nouissima. Et sol factus est niger sicut saccus cilicinus, & luna facta est tota sicut san-
guis, & stellæ ceciderunt in terram.) Quod est sol, est luna & stellæ, id est, Ecclesia, sed à
toto pars intelligitur. Non enim tota Ecclesia, sed qui mali sunt in Ecclesia, ipsi cadunt 145
de cœlo. Totum autem dixi, quia in toto orbe terrarum erit nouissima persecutio. Et
tunc, qui iusti fuerint permanebunt in Ecclesia tanquam in cœlo: cupidi vero, iniusti &
& adulteri acquiescere habent diabolo & sacrificare idolo. Et tunc, qui se Christianos
esse verbis tantummodo dicunt, tanquam stellæ cadunt de cœlo, quod est Ecclesia, Si-
cut ficus magno vento agitata mittit grossos suos.) Agitatam arborem Ecclesiæ compa
rauit: ventum magnum dicit persecutionem: grossos hominibus malis comparauit, q
excutiendi sunt & recessuri ab Ecclesia. Et cœlum recesit vt inuolutus liber.) In hoc
loco cœlum Ecclesiam dicit, quæ à malis recedit, & intra se sibi soli nota mysteria con-
tinet sicut liber inuolutus, quem iniqui intelligere, nec volunt omnino, nec possunt. Et
omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt.) Quod cœlum dicit, hoc montes, hoc in
sulæ significant, id est, Ecclesiam facta nouissima persecutione, omnem de loco suo re-
cessisse dicunt, siue in bonis fugiendo persecutionem, siue in malis fide cedendo. Sed po
Apoca.3. test in vtranq; partem conuenire, quia & bona pars mouetur de loco suo fugiens, id est,
amittens illud, quod habet, sicut illud, Mouebo cãdelabrum tuum de loco suo. Et reges
terræ & magistratus.) Reges potentes homines accipimus. Ex omni enim gradu & con 146
ditione conuertentur ad Christum. Cæterum, qui tunc reges erunt, præter vnum per- L
secutorem, Abscondent se in speluncis & petris montium.) Confugiunt omnes in præ-
senti seculo ad fidem Ecclesiæ, & in absconditio mysterio scripturarum conteguntur. Et
dicunt, cadite.) id est, tegite nos. Et absconditenos,) id est, vt homo vetus a dei oculis
absondatur. Et aliter, Qui cogitat futurum iudicium, conuertetur ad montes, id est, ad
Ecclesiam, vt absondatur peccata sua per pœnitentiam in præsenti tempore, ne in fu-
turo puniantur. Donec signemus seruos dei nostri in frontibus eorum.) Ecclesiam de-

nunciat, & dicit malis hominibus, id est, sinistræ parti lædenti: Ne læseris.) Hæc est vox
quæ in medio quatuor animalium dicit lædenti: Vinum & oleum ne læseris.) In vino &
oleo omnes, qui sunt iusti, intelliguntur, quos nec diabolus, nec mali homines lædere
poterunt, nisi quoties ad eorum probationem permiserit deus Vinum, inquit, & oleum
ne læseris.) Præcepit dominus omnem terram suam spiritalem non lædi, quousq; om-
nes signentur. Et audiui numerum signatorum, centum quadragintaquatuor milia si- 142
gnati ex omni tribu filiorum Israel.) Centum quadragintaquatuor milia omnino om- M
nis Ecclesia est. Postea vidi, & ecce populus multus, quem dinumerare nemo poterat, ex
omnibus populis, gentibus, & linguis.) Non dixit, post hæc vidi aliud populum, sed vi-
di populum, id est, eundem, quem viderat in istis centum quadragintaquatuor milibus
Hunc vidit innumerabilem ex omni tribu linguæ, quia omnes gentes insertæ sunt radi
ei credendo. Dominus in Euangelio totam Ecclesiã tam de Iudæis quam de Gentibus,
in tribubus Israel duodecim demonstrat, dicens, Sedebitis super duodecim thronos, iu- Matth.19.
dicantes duodecim tribus Israel. Amicti stolis albis.) Stolas albas donum spiritussancti
intelligit. Et omnes angeli in circuitu eius stabant throni,) Angelos Ecclesiam dicit, qa
præter ipsam nihil aliud describebat. Et respondit mihi vnus de senioribus, dicens, Isti,
qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? &c.) Vnus de senioribus, qui respondit, officiũ in-
dicat sacerdotum, quia Ecclesiam, id est, populum in Ecclesia docent, quæ sit remunera
tio laborum sanctorum dicens, Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, quia laue-
runt stolas suas in sanguine agni.) Non enim vt aliqui putant, martyres soli sunt, sed
143 omnis populus in Ecclesia, quia non in sanguine suo dixit lauisse stolas suas, sed in san-
A guine agni, id est, in gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: sicut scriptum
est, Et sanguis filii eius mundauit nos. Et qui sedet in throno habitat super eos.) Ipsi.n. 1. Ioan.1.
thronus sunt, super quos habitat deus in secula, id est, in Ecclesia. Neq; cadit super eos Esaiç.25.
sol neque æstus.) Sicut dicit Esaias de Ecclesia, Erit in vmbra ab æstu, & deducet ad vitæ
fontes aquarum. Omnia hæc etiam in præsenti vita spiritaliter Ecclesiæ euentunt, cum
dimissis peccatis resurgimus, & vitæ prioris lugubre veteris hominis expoliati, in ba-
ptismo Christum induimur & gaudio sancti spiritus implemur. Cum aperuisset, sigillũ
septimum, factum est silentium in cœlo:) id est, in Ecclesia. Media hora.) In semihora
ostendit initium quietis æternæ. Et vidi septem angelos, qui stant in conspectu dei.) Se
ptem angelos Ecclesiam dixit, Qui acceperunt septem tubas, id est, perfectam prædica- Esai.58.
tionem: sicut scriptum est, Exalta sicut tuba vocem tuam. Et alius angelus venit & ste-
tit ante altare.) Alium angelum quem dicit, non post illos septem venit, quia ipse est do
minus Iesus Christus: Habens thuribulum aureum:) quod est corpus sanctum. Ipse.n.
dominus factus est thuribulum, ex quo deus odorem suauitatis accepit, & propitius fa- Ephes.4.
145 ctus est mundo, quia obtulit seipsum in odorem suauitatis. Et accepit angelus thuribu
B lum, & impleuit illud ex igne altaris.) Accepit Iesus corpus, id est, Ecclesiam, & perfici-
endo patris voluntatem, impleuit illam igne spiritussancti. Et factæ sunt voces & toni-
trua, & fulgura, & terræmotus.) Omnia hæc spiritalis sunt Ecclesiæ prædicationes &
virtutes, Et septem angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba cane-
rent,) id est, Ecclesia præparauit se ad prædicandum. Et primus tuba cecinit, & facta est
grando & ignis mistus sanguine.) Facta est ira dei, quæ haberet in se multorum necem.
Et missa est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum, & omne
fœnum viride combustum est.) Quod est terra, hoc & arbores, hoc fœnum, id est, homi- Esa.40.
nes. Fœnum autem viride carnem intellige sanguineam & luxuriosam: secũdum illud,
Omnis caro fœnum, Et secundus tuba cecinit, & velut mons magnus ardens missus est
in mare.) Ardens mons diabolus est. Et quod tertia pars terræ, vel arborum, hoc tertia
pars maris. Et arbores habentium animas dixit, vt ostenderet in carne viuos, sed spirita
liter mortuos. Et etiam tertiam partem animę [corruperunt doctrina sua, hæretici cor- [aliâs,
146 ruperunt eos, qui illis acquieuerunt. Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cœlo auium.
C stella magna ardens velut facula.) De Ecclesia dicit cecidisse homines superbos & im-
pios Magnam vero stellam dixit, quia personę malorum, & potestatem, vel diuitias ha-
bentium. Et nomen huius stellę dixit absynthium.) Tertia pars hominum facta est si-
milis stellę, quę super illam cecidit. Et multi hominum mortui sunt ab aquis, quoniam
amaricauerunt aquę. Homines mortui sunt ab aquis, hoc in his, qui rebaptizantur ma-

nifeſte intelligi poteſt. Et quartus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & ſtellarum.) Sol & luna & ſtellæ Eccleſia eſt, cuius tertia pars percuſſa eſt. In tertia parte intelliguntur omnes mali. Percuſſa eſt autem, id eſt, ſuis malis tradita & voluptatibus, vt redundantibus & inoleſcentibus peccatis, ſuo tempore reuelaretur. Et vidi & audiui vocem vnius aquilæ volantis in medio cœli, & dicentem, Væ væ væ habitantibus in terra.) Aquilam Eccleſiam intelligit volantem in medio cœli, id eſt, in medio ſui diſcurrentem, & plagas nouiſsimi temporis magna voce prædicãtem. Quando enim ſacerdos diem iudicii annunciat, aquila in medio cœli volat. Sicut ergo ſupradictum eſt alium angelum, quem dixit aſcendiſſe ab ortu ſolis, Eccleſia eſt aſcendens ab ortu ſolis, id eſt, à paſſione vel reſurrectione domini. Quod autem dicit, Ne læſeris terram neque mare.) Hoc quotidie prædicando malis hominibus clamat. Quod dicit, Vinum & oleũ ne læſeris.) In vino & oleo omnes, qui ſunt iuſti in Eccleſia intelliguntur, quos nemo lædere poterit niſi ad probationem illorum permiſerit deus. Quod autem ait, Centum & quadraginta quatuor milia ſignatos:) tota Eccleſia ſignificata eſt. Quod autem dixit Amictos eſſe ſtolis albis:) In ſtolis donum ſpiritus ſancti intelligitur. Angelos ſtantes circa thronum:) Eccleſiam dixit, quia præter illam nihil aliud ſcribebat. Qui ſunt iſti, ait ſenior, & vnde venerunt:) Officium iſtud indicat ſacerdotum, qui populum in Eccleſia docent. Quod dixit, Lauerunt ſtolas:) de tota Eccleſia dixit, non de martyribus tantum, deniq; non dicit in ſanguine ſuo, ſed agni, quod vtiq; per baptiſmi ſacramentum impletur. Et qui ſedet ſuper thronum habitat ſuper illos.) Ipſi enim thronus ſunt, ſuper quos ſedet deus. Neq; cadet ſuper illos ſol, neq; vllus æſtus, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.) Omnia hæc etiam in præſenti ſeculo, & in his diebus ſpiritaliter Eccleſiæ eueniunt, dum ita per gratiam dei defenditur, vt perſecutionibus mũdi huius exerceatur potius quàm vincatur; quod dicit, In ſemihora ſilentium factum in cœlo:) in Eccleſia dicit, & ſignificat initium quietis æternæ. Et ſeptem angelis tubis canẽtibus:) In Angelis Eccleſia, in tubis prædicatio Eccleſiæ intelligitur. Alium angelum, quem ſupra dixit ſtetiſſe ante altare:) Chriſtus dominus eſt, Habens thuribulum aureum,) corpus ſcilicet ſanctum, per quod deus pater paſſionis incenſum, odorem ſuauitatis accepit. Quod autem dicit, Factæ ſunt voces, fulgura & tonitrua:) prædicationes ſunt Eccleſiæ ſpirituales. Septem angeli, qui ſe præparauerunt: vt canerent:) Eccleſia eſt, in qua p totum mundum contra omnia peccata, vel crimina fit prædicatio ſpiritalis. Quod autẽ Canente primo angelo tertia pars terræ combuſta eſt:) ſignificat homines ſuperbos & voluptatibus deditos, quos deus iuſto iudicio permittit incendio luxuriæ vel cupiditatis exuri. Quod autem Canente ſecundo angelo, mons ardens cecidit in mare:) mós ille diabolus, mare mundus iſte intelligitur. Tertia pars maris:) ſicut ſupra dictum eſt, homines iniqui & impii. Quod autem, Tertio angelo canente, ſtella magna cecidit de cœlo: Homines mali intelliguntur, qui malis moribus & iniquis actibus de Eccleſia tanquam de cœlo cadunt: quod dicit, Multi hominum mortui ſunt ab aquis, quoniã amaricauerunt aquæ:) Hoc in his, qui rebaptizantur intelligi poteſt. Quod autem Canente quarto angelo, ſolis & lunæ & ſtellarum tertia pars percuſſa eſt:) in his Eccleſia intelligitur, in qua quotidie, qui mali vel ficti ſunt, perſuadente diabolo peccatorum vulneribus percutiuntur in anima. Quod autem dicit, Aquilam volantem in medio cæli & clamantem, væ væ væ:) Eccleſiam intelligi voluit volantem in medio cœli, id eſt, in medio ſui, & per aſſiduitatem prædicationis plagas nouiſsimi temporis annunciantem. Quando enim ſacerdos in Eccleſia dei diem iudicii annunciat, aquila in medio cœli volat. Concedat diuina pietas, vt dum & ſacerdotes ſtudẽt iugiter prædicare, & populi ea quæ prædicantur fideliter adimplere, ſimul mereantur ad æterna peruenire: præſtante domino Ieſu Chriſto, Qui viuit &c.

Homilia. VII.

MOdo fratres chariſsimi, cum Apocalypſis legeretur audiuimus, quia Quinto angelo tuba canente, ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terram.) Vna ſtella eſt corpus multorum cadentium per peccata. Et data eſt ei clauis putei abyſsi.) Stella abyſſus, puteus homines ſunt: ergo ſtella cecidit de cælo, id eſt, populus peccator de Eccleſia. Et accepit clauem putei abyſsi,) id eſt, poteſtatem cordis ſui, vt aperiat cor ſuũ in quo diabolus delegatus non compeſcatur, vt faciat voluntatem ſuam. Et aperuit puteũ abyſsi,) id eſt, manifeſtauit cor ſuũ ſine vllo timore, vel pudore peccandi. Et aſcendit

dit fumus de puteo: id eſt, de populo aſcendit, quod cooperit & obſcurat Eccleſiam: ita vt diceatur, Et obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei.) Obſcuratum dixit ſolem non occidiſſe. peccata enim malorum & ſuperborum hominũ quæ paſsim committuntur per orbem, obſcurant ſolem, id eſt, Eccleſiam, & ſanctis ac iuſtis interdum faciunt obſcuritatem, quia tantus eſt malorum numerus, vt aliquoties vix inter eos appareant iuſti. Stetit, inquit, fumus fornacis magnæ. Et ex fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt eis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpii,) id eſt, veneno lædere. Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neq; omnem arborem, neq; homines: & datum eſt eis ne occiderent eos.) Et quia duæ partes ſunt in Eccleſia, bonorum ſcilicet & malorum: vna pars ſic percutitur vt corrigatur, alia voluptatibus ſuis relinquitur. Pars bonorum, humiliationi traditur ad cognitionem iuſtitiæ dei, & commemorationem pœnitentiæ; ſicut ſcriptum eſt, Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt cognoſcam iuſtificationes tuas. Datum eſt illis ne occiderent, ſed vt cruciarent, & cruciatus eorum ſicut cruciatus ſcorpii cum percutit hominem.) Hoc tunc fit, quando diabolus per vitia, vel per peccata, venena propinat. Et quærent homines mortem.) Mortem vero requiem dixit. Quærent vtiq; mortem, ſed malis, id eſt, tribulationibus, vt ipſi requieſcant dum mala moriuntur. Super capita, inquit, eorum tãquam coronæ ſimiles auro.) Eccleſia ſuperius deſcripta in viginti quatuor ſenioribus, qui habent coronas aureas, iſti autem ſimiles auro, hæreſes ſunt quæ imitantur Eccleſiam. Et habebant capillos ſicut capillos mulierũ.) In capillis mulierum non ſolum ſexum effeminatum, ſed vtrunque ſexum voluit intelligere & oſtendere. Et habebant caudas ſimiles ſcorpiis, & aculei in caudis eorum.) Caudas, hæreticorum præpoſitos dicit, ſicut ſcriptum eſt, Propheta docens mendacium, hic eſt cauda. Qui ſunt pſeudoprophetæ, & hi crudelia regum iuſſa implent. Habentes ſuper ſe regem angelum abyſsi.) Id eſt diabolum vel regem ſeculi Abyſſus populus eſt. Cui nomen Hebraice abaddon, Græce appollion Latine perdens, Væ vnum abiit, & ecce duo væ venient. Poſt hæc ſextus angelus tuba cecinit.) Hinc incipit nouiſsima prædicatio. Et audiui vnum ex quatuor angelis altaris aurei, quod eſt in conſpectu dei, dicentem ſexto angelo, qui habebat tubam, Solue quatuor angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.) Altare, quod eſt in conſpectu dei Eccleſiã vult intelligi, quæ in tempore nouiſsimæ perſecutionis audeat verba crudeliſsimi regis, aut iuſſa contemnere, & ab obtemperantibus diſcedere. Solue quatuor angelos in flumine Euphrate.) Flumen Euphratem peccatorem populum dixit, in quo ſatanæ & propria voluntas ligata eſt. Euphrates autem Huius eſt Babylonis, ſicut Hieremias in medio Babylonis ſubmittit librum in Euphratem. Et ſoluti ſunt quatuor angeli,) Id eſt, inchoata eſt perſecutio: Parati in horam & diem & menſem & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.) Hæc ſunt quatuor tempora triennii, & pars temporis, Et numerus, inquit, exercituum beſtiæ, myriades myriadum, audite numerum eorum:) Sed non dixit, quid myriadum, vt occiderent tertiam partem hominum, hoc eſt, ſuperborum, pars tertia, de qua deſcendit Eccleſia. Et vidi in viſione equos, & qui ſedebant ſuper eos habebant loricas igneas & hyacinthinas ac ſulphureas.) Et quos homines dicit, ſeſſores ſpiritus nequã armatos igne & ſulphure. Et capita eorum erant ſicut leonum,) Ad ſequendum in perſecutione. Ex ore eorum exiuit fumus, ignis & ſulphur:) Id eſt, blaſphemiæ de ore eorum contra deum egrediuntur. Caudæ eorum ſimiles ſerpentibus. Caudas, præpoſitos dixit: capitã, principes mundi. Et in his nocet.) Diabolus, & ſine his nocere non poteſt. Aut enim ſacrilegi reges male iubendo, aut ſacrilegi ſacerdotes male docendo nocent. Et vidi, inquit, alium angelum fortem deſcendentem de cælo, amictum nube, & iris,) Id eſt, arcus, In capite eius, & facies eius erat vt ſol.) Amictus nube dominus intelligitur, amictus Eccleſia. Legimus enim ſanctos nubes, ſicut Eſaias dicit, Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? Indutum itaq; nube ſpirituali & ſancto corpore Chriſtum intellige. Et iris ſuper caput eius;) Id eſt, vel iudicium quod fit & quod futurum eſt, vel promiſsio perſeuerans. Eccleſiam enim deſcribit in domino, dicens, Et facies eius ſicut ſol,) Id eſt, de reſurrectione; ſicut enim ſol apparuit quando à mortuis reſurrexit. Et pedes eius ſicut columnæ ignis.) Pedes, Apoſtolos dicit, per quos in vniuerſo mundo doctrina eius diſcurrit. Aut certe quia pes nouiſsima pars corporis eſt, Eccleſiam dicit poſt ignem nouiſsimæ perſecutionis futuram ſanctorum claritatem. Et poſuit pedem ſuum dextrũ ſuper ma-

Psal. xviii.

Esa. 5.

Hier. 51.

Esa. 60.

re,siniſtrum autem ſuper terram,)Id eſt,ad prædicandum trans mare. & in vniuerſo or-
be terrarum. Et clamauit voce magna,quemadmodum cum leo rugit,)Id eſt, fortiter
prædicauit. Et cum clamaſſet,locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas,)Quæ ſunt & ſe-
ptem tubæ. Et audiui vocem de cœlo dicentem,Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua,
noli ea ſcribere,)Propter obtundendos, vt non paſsim omnibus impiis pateant verba
Apoc. 12. dei. Alio deniq; loco propter ſeruos ſuos,Ne ſignaueris,inquit,verba prophetiæ huius:
& oſtendit,quibus ſignari iuſſerat,& quibus non,Qui perſeuerit,inquit,nocere,noceat:
& qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc. hoc eſt,propterea in ſimilitudinibus loquor illis,
vt qui iuſtus eſt,iuſtiora faciat. & qui ſanctus eſt,ſanctiora,hoc eſt, veſtri fideles oculi,
quoniam vident,& aures quoniam audient. Iſtis non ſunt ſignata verba libri,malis au
tem ſignata ſunt. Et iurauit angelus ille,quoniam tempus iam non erit:)Sed in diebus
ſeptimi angeli,cum cœperit tuba canere. Septima tuba finis eſt perſecutionis & aduen-
1. Cor. 15. tus domini,propterea dixit Apoſtolus in nouiſsima tuba fieri reſurrectionem. Quòd
autem ſicut ſupra dictum eſt,Quinto angelo tuba canente,iterum ſtellam dixit cecidiſ
ſe de cœlo:)Etiam & hæc ſtella corpus eſt multarum ſtellarum de cœlo,id eſt, de Eccle-
ſia cadentium: & ſignificat ſuperbum populum & impium. Quòd autem Data eſt et cla
uis abyſsi,)Dimiſſus eſt ei in poteſtatem cordis ſui,vt aperiat cor ſuũ diabolo, & abyſsi
vlla reuerẽtia exerceat omne malum. Quod autem Aſcendit fumus de puteo,)id eſt, de
populo malo: Et obſcurauit ſolem & lunam:)Obſcuratum ſolem dixit, non occidiſſe,
hoc ideo, quia peccata malorum & ſuperborum hominum obſcurare videntur ſolem,
dum ſanctis & iuſtis interdum per multas tribulationes faciunt obſcuritatem, ſed lumẽ
eorum extinguere non poſſunt, quia illis ad malum conſentire non acquieſcunt. Quòd
autem dixit,Ex fumo putei exiſſe locuſtas,& accepiſſe poteſtatem lædendi,& datum eſt
eis ne occiderent eos:)Hoc ideo,quia duæ partes ſunt in Eccleſia, bonorum ſcilicet &
malorũ. Vna pars ſic percutitur vt corrigatur,alia voluptatibus ſuis relinquitur,Quòd
autem dicit,Cruciatus eorum ſicut cruciatus ſcorpii cum percutit hominem,)Hoc tũc
fiet,quando diabolus luxurioſus hominibus per vitia & peccata in modum ſcorpii ve-
nena propinat. Et ſuper capita eorum tanquam coronæ ſimiles auro.)Vigintiquatuor
ſeniores,in quibus Eccleſia deſcripta eſt, coronas habebant aureas. Iſti autem ſimiles
auro,hæreſes ſcilicet quæ imitantur Eccleſiam. Quòd autem capillos habebant mulie-
rum:)In capillis non ſolum ſexum effœminatum,ſed etiam vtrunq; ſexum oſtendit. In
caudis earum:)Quæ erant tanquã ſcorpii,duces vel principes hæreticorum intelligun
Eſa. 9. tur,ſicut ſcriptum eſt,Propheta docens mendacium,hic eſt cauda. Habebant ſuper ſe re
gem abyſsi,Id eſt,diabolum. In abyſſo populus malus intelligitur, cui diabolus domi-
natur. Altare,)quod dixit eſſe in conſpectu dei,Eccleſiam vult intelligi, quæ velut au-
rum purgatum tempore nouiſsimæ perſecutionis audet crudeliſsimi regis iuſſa contẽ-
nere,& ab obtemperantibus diſcedere. Quod autem dicit, Quatuor angelos ligatos in
flumine Euphrate,)Populum peccatorem ſignificat, in quo ſatanas & propria volũtas
ligata eſt. Euphrates autem eſt fluuius Babylonis,quæ interpretatur confuſio: vnde ad
ipſum fluuium pertinent quicunq; res confuſione dignas exercent. Quòd dicit ſe Vi-
diſſe equos,& qui ſedebant ſuper ipſos, habebant loricas igneas & hyacinthinas & ſul-
phureas:)Equos ſuperbos homines dicit, ſeſſorem eorum diabolum & angelos eius.
Quod autem dicit,Capita eorum vt leonum.)Propter violentiam & perſecutionem il-
lorum hominum dictum eſt. Et ex ore eorum exiit ignis,fumus & ſulphur:)Id eſt,blaſ
phemiæ de eorum ore contra deum egrediuntur. In caudis,quæ erant ſimiles ſerpenti-
bus,)Sicut iam ſupradictum eſt,principes ſunt aut præpoliti hæreticorum,per quos læ
dere conſueuit diabolus. Aut enim ſacrilegi reges male iubendo, aut ſacrilegi ſacerdo-
Eſa. 60. tes male docendo nocent. Angelum quem dixit amictum nube,)Dominus & ſaluator
noſter eſt,amictus nube,id eſt,Eccleſia: quia de ſanctis ſcriptum eſt, Qui ſunt iſti qui
vt nubes volant: Quòd autem dixit,Facies eius vt ſol,)propter reſurrectionem domini
dixit. Sicut ſol enim apparuit,quando a mortuis reſurrexit. In pedibus eius qui erant
ſicut columna ignis,)Apoſtoli figurati ſunt,per quos in vniuerſo mundo doctrina eius
diſcurrit. Quod autẽ Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare:)hoc ſignificauit, quòd
prædicatio eius vſq; trans mare in vniuerſo mundo itura erat. Quòd autem Velut leo
rugiendo clamauit:)hoc ideo,quia ex poteſtate fortiter prædicauit. Quod autem dixit,

ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua:)propter obtundendos dictum eſt, de quibus
in Euangelio,Nolite ſanctum dare canibus: id eſt,vt non paſsim omnibus impiis pate- Matt. 7.
ãt verbum dei. Alio deniq; loco propter ſeruos ſuos dixit,Ne ſignaueris, inquit, verba Apoc. 22.
prophetiæ huius. Et oſtendit quibus ſignari iuſſerit,& quibus non. Qui perſeuerauerit
inquit,nocere noceat: & qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc. Ecce quibus ſignatum eſt
verbum dei. Propterea in ſimilitudinibus loquitur illis,vt qui iuſtus eſt,iuſtiora faciat,
ſimiliter & ſanctus ſanctiora. Ecce quibus non eſt ſignatum. Quam ob rem oremus,vt
etiam implere dominus per ſuam pietatem dignetur. Qui cum patre & ſpiritu ſancto
viuit & regnat, Amen.

Homilia. VIII.

VOx de cœlo,)Imperium eſt dei,qui Eccleſiæ cor tangit, & iubet percipere eam
quæ Eccleſiæ aperto libro futuram pacem prædicauit. Et abii ad angelũ, vt da-
ret mihi librum.)Hoc ex perſona Ioannis Eccleſia dicit,deſiderans perdoceri. Et
tunc dixit mihi,Accipe & comede illum,)id eſt,tuis viſceribus pande,& deſcribe in alti
tudine cordis: Et faciet amaricari ventre tuum,ſed in ore tuo erit tanquam mel dulce:)
id eſt,cum perceperis,oblectaberis eloquii diuini dulcedine,ſed amaritudinem ſenties,
cum prædicare & operari cœperis quod intellexeris: ſicut ſcriptum eſt,Propter verba la Pſal. 16.
biorum tuorum cuſtodiui vias duras: & aliter,Erit,inquit,in ore tuo dulce vt mel, & in
ventre amaritudo:)In ore intelliguntur boni & ſpiritales Chriſtiani, in ventre carna-
les & luxurioſi. Inde eſt quòd cum verbum dei prædicatur,tunc ſpiritalibus dulce eſt:
carnalibus vero,quorum ſecundum Apoſtolum deus venter eſt, amarum videtur & Phil. 3.
aſperum. Et data eſt mihi arundo virgæ ſimilis,dicens, Surge & metire templum dei &
altare,& adorantes in eo.)Eccleſiam iubet recenſeri,& præparari ad vltimum,& adoran
tes in eo. Sed quia non omnes qui videntur adorant: ideo dixit, Atrium quod eſt foris
templum,eitce foras,& ne metieris illud.)Ipſi atrium ſunt qui videntur in Eccleſia eſſe
& foris ſunt,ſiue hæretici,ſiue male viuentes catholici: Quoniam datum eſt gentibus,
& ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus duodecim.)Qui excluduntur, & quibus da-
bitur,vtrique calcabunt eam. Et dabo duobus teſtibus meis:)id eſt,duobus teſtamen-
tis. Et prophetabũt diebus mille ducentis ſexaginta.)Duobus teſtibus meis, id eſt Chri-
ſtianis prædicent,dies mille ducentos ſexaginta nouiſsimæ perſecutionis dixit, ſed fu-
turæ pacis & totius temporis à domini,paſsione, quoniam vtrunq; tempus totidẽ dies
habet,quod in loco dicetur. Saccis,)id eſt,ciliciis amicti:)quod in ὁμολογησιν, id eſt, ex
confeſsione ſint conſtituti,quia ſenſu humilitatis dixit ſaccis amictos: deinde oſtendit
qui ſunt hi duo teſtes,dicens,Hi ſunt duæ oliuæ & duo candelabra in conſpectu terræ
dei,ſtantes.)Hi ſunt qui ſtant,non qui ſtabunt. Duo candelabra Eccleſia eſt, ſed pro nu
mero teſtamentorum duo: ſicut quatuor angelos dixit Eccleſiam,cum ſint ſeptem pro
numero angelorum terræ. Ita & ſeptem candelabra, ſi vnum vel amplius pro locis no- Zach. 4.
minet,tota Eccleſia eſt: nam Zacharias vnum cãdelabrum vidit ſeptiforme, & has duas
oliuas,id eſt,teſtamenta infundere oleum candelabro,hoc eſt,Eccleſia, ſicut ſunt ibidẽ
ſeptem oculi,ſeptiformis gratia ſpirituſſancti, qui ſunt in Eccleſia inſpicientes totam
terram. Et ſiquis eos vult lædere vel occidere,ignis exiet ex ore eorum,& deuorabit ini-
micos eorum,)id eſt,ſiquis Eccleſiam vel lædit vel lædere voluerit, præcibus oris eius
diuino igne aut in præſenti ad correctionem,aut in futuro ſeculo ad damnationem con
ſumetur. Hi habent poteſtatem claudere cœlum nubibus,ne pluat in diebus prophetiæ
eorum.)Habent ait,non habebũt. Hoc ideo dicit,quia tempus quod nunc agitur ſigni-
ficauit. Sed & ſpiritaliter cœlum clauditur,ne imbrem pluat,id eſt,ne occulto, ſed tamẽ
iuſto iudicio dei ſuper ſterilem terram de Eccleſia benedictio deſcendat. Et cum finie-
rint teſtimonium ſuum,beſtia quæ aſcendet de abyſſo faciet cum eis prælium.)Aperte
hæc omnia oſtendit ante nouiſsimam perſecutionem fieri,cum dicit,cum finierint teſti
monium ſuum: vtiq; illud quod præbent vſq; ad reuelationem Chriſti. Et vicit eos &
occidit.)Vincit in eis qui ſuccubuerint: occidit in eis qui confeſsi deũ fuerint. Et cor-
pus eorum proiicitur in plateis ciuitatis magnæ.)Duorum dicit vnum corpus, aliquan
do corpora, vt & numerum teſtamentorum ſeruaret,& Eccleſiæ vnum corpus oſtende-
ret,quomodo eſt illum,Proieciſti ſermones meos retro. In plateis ciuitatis magnæ,id eſt
in medio Eccleſiæ. Et vident de populis tribus & linguæ corpus eorum, per dies tres & Ioan. 16.
dimidium,)Id eſt,annos tres & menſes ſex. Miſcet enim tempus nunc præſens, nũc ſu-

turum, sicut & dominus dicit, Veniet hora, vt omnis populus qui occiderit vos, arbitretur obsequium se præstare deo, & nunc est & veniet. Et corpora eorum nō sinet poni in
Matt. 23. monumento,) Votum eorum & impugnationem, non quo valeant facere ne sit Ecclesia in memoria, sicut & illud, Nec vos intratis, nec alios finitis intrare, cum multi introierunt etiam illis impugnantibus. Sic ergo non sinunt poni in monumentum. Et habitantes in terra gaudent super eos, & epulantur, & munera inuicem mittunt inter eos.)
Hoc semper factum est, & nunc inuicem mittunt, & nouissime gaudebunt & epulabuntur. Quoties enim iusti affliguntur, exultant iniusti & epulantur. Quoniam hi duo pro-
Sap. 2. phetæ cruciauerunt eos.) Per plagas qua pro contemptu testamentorum dei humanū genus affligunt. Deniq; etiam ipse visus iustorū grauat iniustos, sicut ipsi dicunt, Grauis est nobis etiam ad videndum. Gaudebunt autem vbicūq; veluti iam nihil habue-
runt, quod impatienter ferant, disturbatis & occisis iustis, & eorum hæreditate possessa. Et post dies tres & dimidium spiritus vitæ à deo intrauit in illos.) Iam dictū est de diebus hucusq; futuris, angelus narrauit, & inducit factum quod futurum audit. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus super illos cecidit, & audiui vocem magnam de
1. Thes. 4. cœlo dicentem, Ascendite huc, Et ascenderunt in cœlum in nube.) Hoc est quod Apo-
2. Cor. 15. stolus dixit, Rapiemur in nubibus obuiam Christo. Ante aduentum autē domini nullī hoc posse contingere scriptum est, Initium Christus, deinde hi qui sunt Christi in aduentu eius. Vnde excluditur omnis suspicio quorundam, qui putant hos duos testes duos viros esse, & ante aduentum Christi cœlum in nubibus ascendisse. Quomodo autem potuerunt habitantes terram de duorum nece gaudere, cum in vna ciuitate morerentur, & munera inuicem mittere, si tres dies sunt, quo antequam gaudeant de nece contristabuntur: de resurrectione autem quales epulæ aut voluptas esse potest in plateis epulantium cadauera humana, epulis morborum triduanum fœtorem reddentium? vnde nos dominus liberare dignetur, Amen.

Homilia. IX.

QVod audiuimus fratres in lectione quæ recitata, est quia In illa hora factus est terræmotus magnus.) In illo terræmotu persecutio intelligitur, quam diabolus per malos homines exercere consueuit. Et decima, inquit, pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terra nomina virorum septem milium.) Et denarius & septenarius perfectus est numerus. Quod si non esset, à parte totum intelligendum erat. Duo sunt enim ædificia in Ecclesia, vnum supra petram, aliud supra arenam. Quod supra arenam est, dicitur cecidisse. Et cæteri timuerunt, & dederunt claritatem deo.) Qui supra petram ædificati sunt, cum illis qui super arenam erant, cadere non potuerūt. Ideo
Psal 52. autem dixit, timuerunt, quia videns iustus peccatoris interitum, plus accenditur in obseruatione præceptorū, sicut dicitur, Et lauabit manus in sanguine peccatoris, Et apertum est, inquit, templum dei in cœlo,) Id est, in Ecclesia incarnationis Christi mysteria patefacta sunt: vnde ostenditur Ecclesia cœlum esse. Et visa est arca testamenti eius in templo eius,) Id est, intellectum Ecclesiam esse arcam testamenti. Et facta sunt fulgura & tonitrua & terræmotus.) Hæc omnia, virtutes prædicationis & coruscationis & bellorum Ecclesiæ. Et signum magnum est in cœlo visum, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius.) Ecclesiam dicit partem suā, id est, homines fictos & malos Christianos sub pedibus habere. Et in capite eius corona stellarum duodecim.) Istæ duodecim stellæ duodecim Apostoli intelligi possunt. Sole autem amicta spem resurrectionis signat, per illud quod scriptum est,
Matt. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum: Draco magnus rufus,) diabolus quærens Ecclesiæ natum deuorare, habens, inquit, cornua decem & capita septem.) Capita reges sunt, cornua vero regna. In septem enim capitibus omnes reges, in decem cornibus omnia regna mundi dicit. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram.) Cauda, prophetæ iniqui sunt, id est, hæretici, qui stellas cœli iteratum baptisma adhærentes sibi deiciunt in terram. Ipli sunt sub pedibus mulieris. Multi, homines illos esse æstimant, quos sibi consentientes diabolus fecit sodales: multi, angelos qui cum illo quando cecidit præcipitati sunt. Parturiens cruciatur vt pariat.) Per omne tempus quotidie parit Ecclesia in prosperis & in aduersis. Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius deuoraret.) Semper enim in cruciatibus parit Ecclesia Christum per membra, semper & draco

& draco quærit deuorare nascentem. Et genuit mulier filium masculum,) Id est Christum. Deinde corpus eius, id est, ecclesia, semper generat Christi membra. Masculum autem dixit victorem aduersus diabolum. Et mulier fugit in eremum.) Mundum istū non incongrue eremum accipimus, vbi vsq; in finem Christus ecclesiam gubernat & pascit, in qua ipsa ecclesia superbos & impios hoies tanquam scorpiones & viperas, & virtutem satanæ per Christi adiutorium calcat & cōterit. Et factum est bellū in cœlo,)
245 id est, in Ecclesia. Michael & angeli eius pugnabant cum dracone.) Michaelem Chri-
M stum intellige, & angelos eius, sanctos homines. Et draco pugnauit & angeli eius.) Id est diabolus & homines voluntati eius obtemperantes: nam absit vt credamus diabolū & angelos eius in cœlo ausos esse pugnare, qui in terra vnum Iob ausus nō est tentare, nisi cum à domino postularet vt læderet. Et non valuerunt, neq; locus eorum inuētus
245 est amplius in cœlo.) Non est inuētus locus eorū in hoibus sanctis dixit, qui credentes semel expulsum diabolū eiusq; satellites amplius non recipiunt, sicut Zacharias dixit, vt seniel exterminata idola amplius non recipiant loca. Et expulsus est draco magnus, anguis antiquis qui dicitur diabolus satanas, & angeli eius cum eo.) Diabolus & spiritus immundi oēs cum suo principe de sanctorum cordibus, expulsi sunt in terram, id est, in hoies qui terrena sapiunt, & totam spem suam in terram constituunt. Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem, Modo facta est salus & virtus & regnum dei nostri:)
Id est ecclesiæ: ostendit in quo cœlo ista fiant. Apud dominum semper fuit & est virtus & regnum & potestas filij eius. Sed in ecclesia dixit per victoriam factam Christi saluti:
246 quam videntes illi, de quibus dominus dixit, Multi iusti prophetæ cupierunt videre
A quæ videtis, dixerunt, Modo facta est salus domini nostri. Quoniam exclusus est accu- Mat. 13.
sator fratrum nostrorum, &c.) Si autem, vt quidam putant, angelorum vox est in cœlo superiore, & non sanctorum in ecclesia, non dicerent accusator fratrum nostrorum, sed accusator noster, nec accusat sed accusabat. Quod si iustos in terra positos appellauerunt angeli fratres suos, non erat gaudium missum esse diabolum in terra, quem molestiorem possunt experiri sancti secū in terris positū, q̄ si, vt dicitur, adhuc esset in cœlo: sic.n. terræ maledicunt dicentes, Væ tibi terra & mare,) id est, qui cœlū nō estis, Quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam, sciens quia breue tps habet.) Descendit, inquam, vt allegoriam seruem. Cæterū oēs in cœlo sunt, id est, in ecclesia, quæ iuste cœlum dicitur, vnde deiectus à sanctis diabolus descendit in suos, qui pro amore terreno terra sunt. Deinde aūt de cœlo non sic dixi, quod in hominibus fieret iam cœlum factum, sed quod sint, non quod fierent: non.n. possunt sancti cœlum fieri, nisi diabolo exclusō. Non ergo primo nomine, sed secundo appellauit eos cœlum. In quibus vltra diaboli locus inuentus non est. De quo periculo nos dominus sub sua protectione
246 liberare dignetur, Qui viuit &c.
B

Homilia. X.

MOdo fratres charissimi audiuimus, quia cum vidisset draco quod de sanctis exclusus esset in terram, id est, de cœlo in peccatores, persecutus est mulierem qui peperit masculū. Quanto.n. diabolus de sanctis deiicitur, tanto magis eos persequitur. Et datæ sunt mulieri,) Id est, ecclesiæ. Duæ alæ aquilæ, vt volaret in desertū locum, vbi alitur per tps & tempora & dimidium tpis à facie serpentis.) Tempus & annus intelligitur, & centum anni. Duæ alæ magnæ, duo sunt testamenta ecclesiæ, quæ accipit quibus serpentem euaderet in eremum. In locum suum dixit, id est, in hoc mundo serpentes & scorpiones habitant, quia illic dictum est, sicut dominus dicit, Ecce Matt. 10.
ego mitto vos sicut oues in medio luporū: & Ezechieli dicitur, Fili hois inter scorpio- Eze. 2.
nes habitas. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam,) id est, violentiam persecutorum. Et audiuit terra mulierem, & aperuit os suū & absorbuit flumen.) Flumen
245 terram sanctam dicit. i. sanctos. Quoties.n. persecutiones ecclesiæ irrogantur, sanctæ ter-
C ræ precibus, id est, omnium sanctorum orationibus aut amouentur, aut temperantur: nam dominus noster Iesus Christus qui interpellat pro nobis has persecutiones remouet, cum ipsa terra sedet à dextris virtutis dei. Item aliter, mulierem volasse in desertū, ipsam ecclesiam intelligit, in qua in nouissimo tpe super Helia creditura est synagoga. Alæ duæ aquilæ magnæ, vult intelligi prophetas. s. Heliam, & qui cum eo venturus est:

Universidad de Deusto Biblioteca

aqua emissa de ore draconis, exercitum persequentium eam significat: absorpta aqua, de persecutoribus facta vindicta. Et iratus est draco in mulierem, & abiit bellum facere cum reliquis de semine eius.) Et cum vidisset non posse continuari persecutiones quas per paganos solebat immittere, eo quod de ore eius sanctæ terræ. i. orationibus sanctis remouerentur, hæreses concitauit, Et stetit super arenam maris,) id est, super multitudinem hæreticorũ. Et vidi ascendentẽ bestiã de mari,) id est, de populo malo. Ascendentem dixit, hoc est, nascentẽ, sicut flos in bonã partem de radice Iesse ascendit. Bestiã ascendentem de mari, impios dicit, qui sunt corpus diaboli. Et bestiam quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os eius sicut leonis.) Pardo, pp varietatem gentium similauit, vrso pp malitiam & væsaniam: leoni, propter virtutem corporis, & linguę superbiam. Et quia temporibus Antichristi cum varietate gentium & populorũ regnum illius erit commistũ, pedes tanq; vrsi duces eius, os eius, visio eius: Et dedit ei draco virtutem suam.) Sicut videmus modo hęreticos, esse in hoc seculo potentes qui habent virtutem diaboli, sicut quondam pagani, ita nunc illi vastant Ecclesiã. Et vidi vnum ex capitibus eius quasi occisum.) Hęretici sunt qui simulant se confiteri Christum, & dum non sic credunt vt fides catholica habet, blasphemãt cum eum & occisum

2. Cor. 11. prędicent resurrexisse, quia ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Et aliter occiduntur hęreses per catholicos, cum in scripturarum testimoniis opprimuntur, sed illi nihilominus quasi satanę plaga rediuiui peragunt opera satanæ, & nõ cessant blasphemare, & ad dogma suum quos possunt attrahere. Et mirata est ois terra secuta bestiã, & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ:) vtiq; habent potestatem hęretici, sed pręcipue Arriani. Et adorauerunt bestiam dicentes, Quis similis bestię, aut qs poterit pugnare cum ea?) Hoc ideo quia sibi blandiuntur hęretici, q, nullus melius credat illis, & q, nullus vincat populum ipsorum, qui bestię nomine censentur, cui datum

1. Cor. 11. est ab ipso diabolo, & à deo permissum est vt loquatur magna & blasphemias, sicut dicit Apostolus, Oportet hęreses esse, vt qui probati sunt, manifesti sint in vobis. Et data est potestas facere mẽses quadraginta duos.) Tempus nouissimę persecutionis in istis duobus mensibus intelligitur. Deinde aperuit os suum in blasphemiam ad deum.) Hic manifestum est illos significari qui de ecclesia recesseruut catholica, vt qui antè occulte ecclesiam quasi fidem rectã tenere videbantur, in persecutione aperto ore in deũ proferant blasphemiã.) Et in tabernaculo eius qui in cœlo habitant,) Id est, in sanctis qui intra ecclesiam continentur, quæ cœlum est nuncupata, quia & ipsi tabernaculum dei sunt. Et datum est ei bellum facere cum sanctis & vincere eos,) A toto partem intelligimus, quę vinci põt: non. n. boni Christiani, sed illi qui mali sunt vincuntur. Et data est ei potestas super oẽm tribum & linguam, & adorabunt oẽs habitãtes terram:) Oẽs dixit, sed in terra habitantes, non in cœlo. Quorum non est scriptum nomen in libro vitę agni, signati ab origine mundi.) De diabolo dixit vel eius populo, non est scriptum nomen eius in libro vitę signati ab origine mundi, quia in pręscientia dei Ecclesia ante prędordinata est atq; signata. Quòd ipse prestare &c.

Homilia. XI.

IN lectione quæ modo recitata est, fratres charissimi, audiuimus beatum Ioannẽ dicentem, Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra.) Quod est mare, hoc est terra. Et habebat cornua duo similia agni,) Id est duo testamenta agni, quod est ecclesia. Et loquebatur vt draco.) Hęc est illa quę sub nomine Christiano agnum prefert, vt draconis venena latenter infundat, hęc est hęretica ecclesia: agni. n. similitudinẽ non imi-

Mat. 7. taretur, si aperte loqueretur. Nunc Christianitatem fingit quo securius incautos decipiat, ppea dominus dicit, Cauete à pseudoprophetis, &c. Et facit terram & eos qui in ea sunt, vt adorent bestiam priorem, cuius curata est plaga mortis eus, & faciet signa

1. Ioan. 2. magna vt ignem faciat descendere de cœlo in terra.) Et quia cœlum ecclesia est, quid est ignem de cœlo descendere in terram, nisi hereses de ecclesia cadere? sicut scriptũ est, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Ignis. n. de cœlo descendit, quando hęretici, qui de ecclesia velut ignis recedunt, ipsam ecclesiam persequuntur. Bestia ergo cũ duobus cornibus facit, vt simulacrũ bestiæ. i. populus adoret diaboli adinuentionẽ. Vt dẽt eis notam super manũ eorum dexterã, & super frontem eorum.) Mysteriũ. n. disputat

facinoris: sancti. n. qui sunt in ecclesia, xp̃m accipiunt in manu & in fronte: hypocritę autem bestiam sub Christi noie. Sed qui non adorauerunt bestiam, nec imaginẽ eius, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, occidentur.) Non abhorret à fide, vt bestia ipsa impia ciuitas intelligatur, id est, congregatio vel conspiratio hominũ

145 impiorũ vel superborũ, quæ Babylonia dicitur, & interpretatur confusio, & ad ipsam H pertinent quicunq; res confusione dignas exercere voluerunt. Ipse est populus infidelium contrarius populo fideli & ciuitati dei. Imago vero eius simulatio est in eis videlicet hoibus, qui velut fidem catholicam profitentur, & infideliter viuunt: fingunt. n. se esse quod non sunt, vocanturq; non veraci effigie, sed fallaci imagine Christianis: de quibus Apostolus dicit, Habentes quidem spẽm pietatis: virtutem aũt eius abnegãtes, 2. Tim 3. quorum non parua portio in ecclesia catholica continetur. Iusti aũt non paruã adorãt bestiam, non consentiunt, non subiiciuntur, neq; accipiunt inscriptionẽ, notã. si criminis in fronte pp professionẽ, in manu pp operationem. Sic ergo facient, Vt nemo possit mercari nisi qui habet nomen aut notam bestiæ aut numerũ eius. Hic sapientia est, qui habet intellectum, computet numerum bestiæ: numerus. n. hois est,) id est, filii hominis Christi, cuius nomen in hæreticis sibi fecit bestia. Faciamus ergo numerũ quẽ di-

145 xit. Accipiamus in numero, & inueniamus nomen vel notam. Numerus, inquit, eius est I sexcenti sexagintasex.) Quem faciamus secundum Græcos, maxime quia ad Asiã scribit. Et ego, inquit, sum α & ω: Sexcenti ergo & sexagintasex Græcis literis sic fiunt vndecim, quæ notæ solutæ numerus est, redactæ aũt in monographium & notam faciunt & numerum & nomen, hoc signum Christi intelligitur, & ipsius ostenditur similitudo, quam in veritate colit ecclesia. Cui se similem facit hæreticorum aduersitas, qui cum Christum spiritaliter persequantur, tamen de signo crucis Christi gloriari videntur, hoc ideo, quia dictum est, numerus hominis est. Et vidi, & ecce agnus stans in monte Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor milia, habentia nomen eius & nomẽ patris eius scriptum in frontibus eorum.) Aperuit quæ sit imitatio notæ in frõtibus, vel deum & dominũ & Christum dicit scriptum in frontibus ecclesiæ. Et audiui vocẽ de cœlo sicut aquarum multarum,) Id est, centum quadragintaquatuor milium, Et sicut tonitrui magni, & vocem quam audiui sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.) Quod aũt dixit, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. Vir-

145 gines hoc loco non solum corpore castos intelligamus, sed maxime oẽm ecclesiã, quæ K fidem puram tenet, sicut dicit Apostolus, Desponsaui enim vos vni viro, virginem ca- 2. Cor. 11. stam exhibere Christo, nulla adulterina hæreticorum commistione pollutam, nec in male blandis & mortiferis huius mundi voluptatibus vsq; ad exitum vitę suæ absq; remedio pœnitentiæ infœlici perseuerantia colligatam. Addit post hoc dicens, Et in ore ipsorum non est inuentum. Qualem. n. inuenit dominus cum hunc vocat, talem iudicat: nam aut per baptismum, aut per pœnitentiam possumus in interiori homine & virgines esse effici & sine mendacio: nunc iterum recapitulatio: Et vidi, inquit, alium angelum volantem in medio cœli:) id est, prædicationem in medio ecclesiæ discurrentem: Habẽtem Euasigeliũ æternũ, vt euangelizaret habitantibus in terra dicens, Timete deũ, &c. Volunt aliqui intelligi angelum volantem in medio cœli Heliam, & alium angelum qui eum sequitur, comitem Helię, qui eo tempore prædicabit. Et alius angelus secutus est.) id est, pacis futurę prædicatio, dicens, cecidit Babylon.) Babylonem ciuitatem, impiam diaboli congregationem dicit, id est, populum ipsi consentiẽtem, &

145 omnem concupiscentiam & corruptelam, quam in perniciem sui & humani generis exL quirunt. Nam sicut ciuitas ecclesia dei est & omnis conuersatio cœlestis: ita contrà ciuitas est diaboli Babylon in omni mũdo, sicut dicit dominus, Ecce ponam Hierusalem Zach. 12. lapidem conculcabilem in omnibus gentibus: ecclesia ergo dicit, Cecidit cecidit Babylon illa magna.) Iam quasi perfectum dicit, quod adhuc futurum erat: sicut illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea. Quæ à vino fornicationis suæ potauit omnes gen- Psal. 21. tes.) Omnes gentes ciuitas est mundi, id est, omnes superbi & impii, siue extra eccle- Matt. 27. siam siue in ecclesia constituti. Et vidi, & ecce nubem albam, siue candidam, & super nubem sedentem filium hominis, id est, Christum. Ecclesiam enim describit in charitate sua, præcipue post persecutionem, flammas habentem. Habentem in capite coronam auream:) Ipsi sunt seniores cum coronis aureis. Et in manu ha-

bens falcem acutam) Ista falx separat catholicos ab hæreticis, sanctos à peccatoribus, sicut dicit dominus de messoribus. Si autem putandum est quod ipse specialiter Christus uisus est in nube alba, messor qui est vindemiator post eum, idé esse cum suo corpore quod est ecclesia, forte non male sentitur, si istos tres angelos qui exierunt, triformem scripturam intelligamus, iuxta historiam moralem & spiritalem: falcem uero deceptationem. Et misit in torculari iræ dei magnum. Seipsum misit in torculari iræ dei magnum. Non in torculari magnũ, sed ipsum misit in torculari, id est, superbũ quenq; Et calcatum est torcular extra ciuitatem, id est,) extra ecclesiam. Facta enim dissensione, fortis erit omnis homo peccati. Calcatio autem, torcularis, retributio est peccatorum, Et exijt sanguis de torculari vsque ad frænos equorum.) Exijt vltio usq; ad rectores populorum. Vsque enim diabolum & angelor eius nouissimo certamine exiet ultio sanguinis effusi. Per stadia mille sexcenta,) Id est, per omnes quatuor partes mundi. Quaternitas enim est conquaternata, sicut est in quatuor faciebus quadriformibus & rotis: quater enim quadringenti sunt mille ducenti, sub cuius protectione nos dominus liberare dignetur. Qui viuit, &c.

Homilia. XII.

IN lectione quæ recitata est, fratres charissimi, dicit se sanctus Ioānes vidisse aliud signum in cœlo magnum & mirabile angelos septem,) id est, Ecclesiam, Habentes plagas septem nouissimas, quoniã in his finita est ira dei.) Nouissimas dixit, quia semper percutit ira dei populum cõtumacem. Septem plagas,) id est perfecte, sicut ipse deus in Leuitico frequenter repetit, Et percutiam vos septies, propter peccata vestra, Leui. 25. Et vidi sicut mare vitreum,) Fontem baptismi dicit pellucidum, Mistum igni,) id est, spiritui vel tentationi. Et victores bestiæ super mare vitreum,) id est in baptismo, Habentes citharas dei,) id est, corda laudantium deum. Et cantantes canticum Moysi serui dei, & canticum agni,) id est vtrunque testamentũ. Magna & mirabilia opera tua.) Hæc enim sunt in vtroque testamento quod cantant supradicti. Repetit quod proposuerat dicens, Post hæc vidi, Et ecce apertum est tabernaculum testimonij in cœlo.) Templum ecclesiam iam diximus: sententiam, angelum qui exijt de templo. Et iussit Luc. 2. sedenti super nubem imperium esse domini.) Iussionis enim eius est, sicut dicit Euangelium, Exijt edictum à Cæsare Augusto. Induti lino nouo splendido, & cincti super Apoc. 1. pectora zona aurea.) Manifeste ostendit in septem angelis Ecclesiam sicut in initio describit in Christo, habentem, inquit, zonam auream super vbera. Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem phialas aureas plenas ira dei:) Istæ sunt phialæ aureæ, quas cum odore ferũt seniores & animalia, quæ sunt, Ecclesia, qui & septem angeli. Et quod 147 sunt odoramenta, hæc ira dei, hoc & verbum dei. Sed hęc omnia bonis dant vitam, ma- 2. Cor. 2. lis inferunt mortem, vt est illud, Alijs odor vitæ in vitam, Alijs odor mortis in mortem. B Orationes enim sanctorum, q est ignis exiens de ore testium, ira sunt mundo & impijs. Hoc ideo, qui superis & impijs non sufficit, quòd eos qui sancti sunt non diligunt nec imitantur, verumetiam vbicunque poterunt eos persequuntur. Omnes istæ plagæ spirituales sunt & in anima fiunt: nam ipso tempore illæsus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quia non meretur in præsenti seculo flagellari, quasi qui acceperit totam sæuiendi potestatem, sed spiritaliter, id est, voluntaria & mortalia peccata, quæ sunt vlcera in animalibus suis, patiuntur omnes impij & superbi. Secundus fudit phialam in mare, & cætera.) Mare, Flumina, fontes aquarũ, sol, thronus, bestiæ, fumus, Euphrates, aer, super quem angeli fuderunt phialas, terra sunt & homines, quia omnibus angelis in terram fundere mandatum est, omnes autem plagæ istæ à contrario intelligendæ sunt. Plaga est enim & insanabilis ira magna, accipere potestatem peccandi, 147 maxime in sanctos, nec corripi, adhuc maior ira dei, & errorum fomenta subministrari in iustitia. Hæc plaga ira dei, hæc vulnera transpũgunt, gaudere, placere sibi vnumquęque in peccatis: sic prosperitas malorum vlcera sunt animarum, & aduersitas iustorum æternorum sunt præmia gaudiorum. In tertio vero angelo aquarum conuersio in sanguinem.) Omnes angelos populorum intellige, id est, interiores homines in aio viuentes. Quartus angelus effudit phialã suã super solem, & vsti sunt homines vehemone magna.) Hoc adhuc futurũ est in igne gehennæ: nã diabolus in præsenti, cũ in animo occidat amatores suos, non solum non vrit in corpore, sed quantũ permittitur clarificat. Quam claritatem & lætitiam spiritussanctus plagas definit & dolores. Et blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem in his plagis, nec egerunt pœnitentiam,) qa non in corpore, sed in animo percutiuntur plagis istis à deo: ideo deum non recordantur, sed in peius proficiunt, & propterea blasphemauerunt persequẽtes eos qui sunt sancti dei. Quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnũ 147 D eius tenebrosum.) Thronus enim bestiæ, Ecclesia ipsius est, id est, congregatio superborum, qui huiusmodi plagis obcæcantur. Et comedebant linguam suam à doloribus suis,) Id est, sibi nocebunt blasphemantes ex ira deum, quia transpuncti gaudia existimant. Et non egerunt pœnitentiam,) vtiq; obdurati lætitia. Et sextus effudit phialam suam super flumen magnum Euphraten,) id est super populum, Et exiccata est aqua eius,) vt suprà diximus, aruit messis terræ, id est, ad combustionem parata est, Vt prępararetur via eorum, qui sunt ab ortu solis,) id est Christo. His enim perfectis iusti proficiscuntur obuiam solito more prætermisso à septimo angelo.

Homilia. XIII.

SAnctus Ioannes, fratres charissimi, dum de septem angelorum phialis vel plagis loqueretur, prætermisso septimo angelo recapitulat ab origine breuibus dicens, Et vidi ex ore draconis & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.) Vnum spiritum vidit, sed pro numero & partitione vnius draco 147 nis. Draco, id est, diabolus, nam & bestia corpus diaboli. Pseudoprophetæ, id est, præpo- E siti corporis diaboli vnus spiritus est quasi ranæ. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa.) Ranæ nanq; præter horrorem proprium, etiam loco immundo sunt: quę cum aquarum incolæ & indigenæ videantur, non solum aquarum refugæ & siccitatis impatientes sunt, sed etiam in ipsis aquis, in aquæ sordibus & cœno volutantur. Sic hypocritæ non in aqua, vt putantur, degunt, sed in sordibus, quas credentes in aqua deponunt. Ranis etiam similes sunt homines, qui peccata vel crimina, quæ alii per pœnitentiam, vel per baptismum deponunt, illi ibi volutari non erubescunt, quando aliquis se conuertit ad deum, & pœnitet fuisse superbum, adulterum, ebriosum, vel cupidũ, quod ista peccata, quæ alius cõfitendo relinquit, imitatur, cogitãs apud se dicens, facio quod volo, & postea quomodo agit iste pœnitentiam, & ego ago, & subito dum et superuenit vltimus dies, perit confessio & restat damnatio. Iste qui talis est, dum alios non ad bonum, sed ad malum vult imitari, in luto vnde alius liberatus est, velut rana inuoluitur & volutatur. Ranæ ergo significant spiritus dæmoniorum facientes signa, Qui exeunt 147 ad reges totius orbis congregare eos ad bellum diei magni dei.) Diem magnum totum F tempus dicit à passione domini, sed pro locis accipiendus est dies. Aliquando diem iudicii dicit, aliquando nouissimam persecutionem, quæ sub Antichristo futura est: aliquando totum tempus, sicut per Amos prophetam dicitur, Væ, inquit, eis qui concupi- Amos. 5. scunt diem domini. Et facta sunt fulgura & tonitrua, & terremotus factus est magnus, qualis non est factus ex quo homines facti sunt. Et fracta est ciuitas magna illa in tres partes.) Hec ciuitas magna omnis omnino populus intelligitur quisquis est sub cœlo, qui fiet in tres, & cum ecclesia diuisa fuerit, cum sint gentiles pars vna, & omnes hæretici & ficti catholici altera, Ecclesia catholica tertia: sequitur, Et ostendit quæ sint tres partes dicens, Ciuitates gentium ceciderunt, & Babylon illa magna venit in mentẽ dei dare ei poculum vini iræ suæ. Et omnis insula fugit, & montes inuenti non sunt.) Ciuitas gentilium gentes sunt. Babylon abominatio vastationis. Montes & insulæ Ecclesia est. In ciuitatibus gentium omne munimen & spem gentium dicit cecidisse: non enim diuitias habent ciuitates à Christianis, sed ciuitates bonæ atq; malę in hominibus describun- 147 tur. Tunc ergo Babylon cecidit, aut iram dei bibit cum potestatẽ accepit aduersus Hie- G rusalem, quæ est Ecclesia. Insulæ inuentæ non sunt,) id est, non sunt superatæ. Et grando magna quasi talentum descendit de cœlo super homines.) Grandinem iram dei, omnes plagas, istas figuras esse dicit plagarum spiritalium. Et blasphemauerunt homines deum ex plaga grandinis, quoniam magna est plaga eius nimis.) Recapitulat iterũ dicens, Et venit vnus ex septem angelis, & dixit, veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ,) id est, omnes terrigenæ. Et tulit me in eremo in spiritu, & vidi mulierem sedentem super be-

ſtiam.)In beſtia omnis populus malus intelligitur:in muliere corruptela monſtratur: in eremo dicit ſedere mulierem,eo quòd in impiis in anima mortuis ſedeat,& à deo deſertis:in ſpiritu dixit,quia non niſi in ſpiritu videri poteſt huiuſmodi deſertio.Preciosè ornatam)Dixit propter ornamentum luxuriæ: nam beſtiam ſuper quam ſedit, ſicut iam dictum eſt,populum eſſe dicit,quæ ſunt & aquæ multæ, ſicut ipſe exponit. Aqua quam vides vbi mulier ſedet,populi & turbæ ſunt,& gentes & linguæ.) Corrupte iam dicit ſedere ſuper populos in eremo.Meretrix,beſtia,eremus,vnum ſunt.Beſtia, vt iam dictum eſt,corpus eſt aduerſus agnum:in quo corpore nunc diabolus, nunc caput velut occiſum,quod ſignificat hæreticos,qui velut de morte Chriſti gloriari videntur,nō ſuperborum populus accipiendus eſt.Quod totum Babylonē in tribus ſpiritibus, qui ex ore draconis velut ranæ procedebant.In vno intelligitur diabolus, in alio pſeudoprophetæ vel Præpoſiti hæreticorum:in tertio corpus diaboli,id eſt, omnes ficti, ſuperbi vel impii Chriſtiani,quorum numerus maximus in Eccleſia continetur.Deniq; quia les ſunt,ad ſimilitudinem ranarum in omni immunditia, & luxuriæ ſordibus volutantur.Tunc ranis etiam ſimiles ſunt homines,qui in peccatis vel criminibus, quæ alii pœnitentiam vel baptiſmum deponunt,volutari non erubeſcunt,dicentes ſibi:Ad præſens impleo voluptates meas,poſtea quomodo iſti conuerſi ſunt,& ego cōuertar ad dominum.Et ſubito ſuperueniente morte perit confeſsio,& reſtat damnatio.Quòd dicit, Congregando homines ad diem magnum.) Totū tempus dicit à domini paſsione, vſq; ad finem mundi.Iſte enim dies quibus ſuauis eſt, & qui in eo voluptati & luxuriæ ſeruientes lucra requirunt,in magnam miſeriam conuertuntur,quia impletum eſt in illis illud propheticum:Væ deſiderantibus diem domini:per falſam enim & tranſitoriā dulcedinem præparant ſibi æternam amaritudinem.Poteſt hoc loco dies magnus intelligi illa deſolatio,quando à Tito & Veſpaſiano obſeſſa eſt Hieroſolyma,vbi exceptis his qui in captiuitatem ducti ſunt,quindecies centena milia mortua referuntur. Quod autem dicit,Congregauit illos Mageddon.) Omnes inimicos Eccleſiæ voluit intelligi.Deniq; ſequitur,quia dicit,Circundederūt caſtra ſanctorum,& ciuitatem ſanctam dilectam,) id eſt,Eccleſiam.Quòd autem ſequitur,Tonitrua & terræmotus factus eſt magnus, & fracta eſt ciuitas magna in tres partes.) Ciuitas magna,omnis omnino populus intelligitur,vbi vna pars paganorum,alia hæreticorum,tertia Chriſtianorū,in qua ſunt etiā hypocritæ.Cum enim ex iſta tertia parte ſeparati fuerint boni,tunc illi qui ſunt in Eccleſia ficti,illis duabus partibus iuncti,accipiunt iudicium dei,quod etiam in hoc tempore iam ex aliqua parte completur.Tunc enim Babylon cadit,quando poteſtatem accipiunt mali,vt perſequantur bonos qui ſunt Eccleſiæ. Quòd autem Grando magna ſicut talentum deſcendit de cœlo:)in grandine ira dei intelligitur, quæ etiam antequā veniat dies iudicii,ſuper impios & ſuperbos ſpiritaliter intus in anima mittitur.Mulierem meretricem quam vidit ſupra beſtiam ſedentē in eremo,)Ideo dicit in eremo, quia in impiis,id eſt,in anima mortuis ſedeat,& deo deſertis.Spiritus dicit,quia non niſi ſpiritaliter videri poteſt huiuſmodi deſerto,quæ intus in animo fit.Meretrix, beſtia, eremus vnum ſunt, quod totum Babylonia intelligitur.Beſtia autem, vt iam dictum eſt, corpus eſt impiorum aduerſus agnum.In quo corpore nunc diabolus, nunc caput velut occiſum,quòd ſignificat perfidiam hæreticorum,qui velut de morte Chriſti gloriari videntur,cum tamen Chriſti Eccleſiam iugiter perſequantur.Et quia non ſolum hæretici vel pagani,ſed etiam catholici mali,id eſt,ſuperbi & impii eos, quos in Eccleſia manſuetos & humiles viderint perſequuntur, quantum poſſumus miſericordiam dei deprecemur,vt & illos de tam malis actibus ad bonum corrigat,& nobis in bonis operibus fœlicem perſeuerantiam pro ſua pietate concedat,Qui cum patre,&c.

Amos.5.

147 M

147

147 K

147 L

Homilia. XIIII.

MOdo cum diuina lectio legeretur,fratres chariſsimi,audiuimus beatum Ioannem dixiſſe,Quia viderit mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam,id eſt, peccatricem cruentam,plenam nominibus blaſphemiæ.)Oſtendit multa nomina eſſe in beſtia,id eſt,in impio,Habentem, vt iam dictum eſt, capita ſeptem & cornua decem,)id eſt,habentem mundi reges & regna, cum quibus diabolus viſus eſt in cœlo.Et mulier,id eſt,omnis multitudo ſuperborum,Erat circundata purpura,& ornata auro & lapide præcioſo,) Id eſt,omnibus illecebris ſimulatę veritatis.Quid ſit deniq;

intra hanc pulchritudinem,ſic exponit dicēs, Et habens poculum aureum in manu ſua,plenum abominatione & immunditia fornicationis eius.) Aurum hypocriſis eſt, quia foris quidem apparent hominibus quaſi iuſti, intus autem pleni ſunt omni immunditia:Et in fronte eius nomen ſcriptum myſterium Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ.) Nulla eſt ſuperſtitio quæ fronti det ſignum niſi hypocriſis.Spiritus autem retulit quod ſit ſcriptum in fronte.Nam quis talem titulum aperte imponeret:myſterium enim dixit eſſe quod interpretatus eſt dicens,Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum,& ſanguine martyrum Ieſu.Vnum eſt enim corpus quod aduerſatur Eccleſiæ intus ac foris,id eſt,in Eccleſia ficti Chriſtiani, [& extra Eccleſiam hæretici vel Pagani.]Et licet videatur hoc loco ſeparatum, in perſecutione tamen Eccleſiæ vnitatem ſpiritus operatur.Impoſsibile eſt enim prophetam petire prę ter Hieruſalem interficientem Prophetas,id eſt,non poteſt fieri vt Chriſtiani boni ſine Chriſtianis malis aliquam perſecutionem patiantur. Sic pro nepotes prauorum ſenſu Zachariam lapidaſſe accuſantur,cum ipſi non fecerint.Et beſtia quæ fugit, & non eſt, & futura eſt,aſcenſura de abyſſo,in perditionem iræ dei ibit,) id eſt,ex populo naſcetur vt poſsit dicere,beſtia ex beſtia,abyſſus de abyſſo.Quid eſt beſtia ex beſtia, niſi populus malus naſcens ex populo malo,hoc fit dum filii mali parentes peſsimos imitantur. Et aſcendit ſuperſtes & in perditionē vadit,ſicut & patres ſui, ex quibus aſcendēdi etiā non ſunt,quia aliis morientibus alii ſuccedunt eis,& ſic nunquam deſunt, ſeu in paucis,ſeu in multis, ſeu occulte, ſiue quaſi aperte, qui non ab initio ſemper inſidientur Eccleſiæ.Quòd autem dicit,Mulierem aſcendentem ſuper beſtiam coccineam,)peccatricem & cruentam,plebem intelligi voluit.Quòd autem dicit,Circundatam purpura, & ornatam auro & lapide precioſo,Oſtendit ſuperborum & impiorum hominum plebem omnibus illecebris ſimulatæ veritatis repletam. Quòd autem Poculum aureum habebat in manu ſua plenum abominationum & immunditiarum fornicatiōis eius,) Hypocritæ & ficti Chriſtiani intelliguntur:quia foris quidem apparent quaſi iuſti, intus autem pleni ſunt omni immunditia.Quòd autem in fronte habebat ſcriptum,Babylon mater fornicationum,)Nulla eſt ſuperſtitio,quæ fronti det ſignum,niſi hypocriſis,id eſt,fingunt ſe bonos cum ſint mali.Quòd autēm dixit,Ebriam eſſe mulierem ſanguine ſanctorum & martyrum Ieſu.) Vnū corpus malorū intelligere voluit, quod ſemper aduerſatur Eccleſiæ intus & foris: quia & in Eccleſia ſunt ficti Chriſtiani, & extra Eccleſiam hæretici vel Pagani:& licet interdum corpore ſeparentur, vno tamen animo in Eccleſiæ perſecutione iunguntur.Quòd autem dicit, Beſtia fuit & non eſt, & futura eſt aſcenſura de abyſſo.) Hoc intelligitur quod ex populo malo naſcatur populus malus,& poſsit dicere beſtia ex beſtia,abyſſus de abyſſo.Quid eſt,beſtia ex beſtia,niſi populus naſcens ex populo malo?Hoc fit dum filii mali parentes peſsimos imitantur,ac ſi dum aliis morientibus ſuccedunt alii, nunquā deſunt ſiue in paucis ſiue in multis ſeu occulte ſiue aperte,qui non ab initio ſemper inſidientur Eccleſiæ.De quorum conſortio,quia corpore ſeparari non poſſumus in hoc ſeculo,oremus miſericordiam omnipotentis dei,vt ſic moribus ſeparemur,ne cum illis æterno ſupplicio pereamus:ſed magis cum illi audierint,Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, nos audire mereamur, Venite benedicti patris mei,percipite regnum,præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto.

147 A

147 B

Luc.13.

Matt.25.

Matt.23.

Matt.25.

Homilia. XV.

148 C IN lectione quæ recitata eſt, fratres chariſsimi, reges illos quos dixit,quòd perſequuntur Eccleſiam dei,quare quaſi reges appellantur,quia velut in ſomnis regnāt. Omnis enim malus qui perſequitur bonum,velut in ſomnis hoc facit, quia malorum perſecutio non manebit,ſed velut ſomnium euaneſcit;ſicut Eſaias dicit,Erunt,inquit velut ſomnians in ſomno diuitiæ omnium gentium.Hi vnam ſententiam habēt,) id eſt vno animo perſequuntur bonos:ideo dicit,habent,& non habebunt, quia perſecutio malorum non ſolum adueniente die iudicii non erit ſed etiam iam in præſenti definit.Et virtutem ſuam & maieſtatem ſuam dabunt:)Hoc ideo dicit, quia homines impii videntur dare virtutem,quando diabolo inſtigante faciunt mala. Hi cum agno pugnant,id eſt,vſque in finem,donec ſancti regnum omne percipiunt, Eccleſiæ aduerſantur.Et agnus vincet eos:)id eſt,vtique nō permittet eos deus tentari ſupra id quod poſsint;& ideo dicit,Et agnus vincet eos;Quia dominus dominorum eſt & rex regum,

Eſaiæ. 29.

1.Cor. 10.

& qui cum eo vocati sunt & electi :) Propterea aũt dixit, vocati & electi, quia non oẽs 148
vocati sunt & electi: sicut dominus dicit, Multi sunt vocati, pauci electi. Et dixit mihi D
Mat.20. angelus, Vides aquas vbi mulier sedet, hæc & populus & turbæ sunt & gẽtes & linguæ:
& decem cornua quæ vidisti, hi odio habent meretricem:) id est, mulierem illam, Mere-
trix.n.est vita luxuriosa, quæ rapinis & voluptatibus agitur: ideo dicit q̃ odio habeant
meretricem, quia luxuriosi atq; superbi, cupidi & elati non solum persequuntur sanc-
Psal.10. tos, sed ẽt seipsos odio habent: in quibus impletur illud quod scriptum est, Qui diligit
iniquitatẽ, odit aiam suã: sequitur, Et desertã eã faciunt & nudam.) Ipsi aũt per irã dei
& iustum iudiciũ quo deseruntur ab eo, desertum faciunt mundum, dum ei dediti sunt
Galat.5. & iniuste vtuntur. Et carnes eius edunt.) Hoc ideo, quia scdm Apostolũ seinuicẽ mor-
dent & comedunt: & ppea adiecit cãm, dicens, Deus.n.dedit in corde ipsorũ facere sen-
tentiam:) id est, excitauit plagas, quas in mundo iure merito irrogare decreuit. Et dã- 148
bunt regnũ suum bestiæ, vsq; dum finiantur dicta dei:) id est, homes mali diabolo obtẽ-
perant, donec impleantur dei scripturæ, & veniat dies iudicij: post hoc sequitur, Mulier E
quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnum super gentes & reges terræ:) id est
Apoc.21. oẽs mali & impij: sic & de ecclesia dictum est, Veni ostendam tibi vxorem agni. Et ostẽ-
dit ciuitatem descendentem de cœlo, habentẽ potestatem magnã, & terra illuminata est claritate eius, & clamauit in fortitudi-
ne, dicens, Cecidit Babylon illa magna, & facta est habitaculum dæmoniorum & cu-
stodia omnis immunditiæ, & inquinatæ auis.) Nunquid vnius ciuitatis ruina potest
capere omnes immundos, aut omnem auem immundam? Aut eo tempore quo ciuitas
magna cecidit, totus mundus desertus est spiritibus & auibus immundis, & in vnius
ciuitatis ruina habitabunt? Nulla est ciuitas quæ omnem animam immundam capiat,
nisi ciuitas diaboli, in qua omnis immundicia in hominibus malis per totum orbem
commoratur. Reges quos dixit quod persequantur Hierusalem, homines sunt qui per- 148
sequuntur deum: Qui viuit & regnat &c. F

Homilia. XVI:

QVotiescunq; Babyloniam nominari audistis fratres charissimi, nolite ciuitatẽ
de lapidibus factam intelligere, quia Babylonia confusio interpretatur, sicut
sæpe dictum est: sed homines superbos, raptores, luxuriosos & impios in malis
suis perseuerantes, ipsius nomine signari cognoscite: sicut econuerso quoties Hierusa-
lem audieritis, quæ visio pacis dicitur, homines sanctos ad deum pertinentes intelligi-
te: nam Babylonia malorum hominum imaginem gerit; ideo de eis in sequentibus di-
cit, Quoniam ex vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ qui
cum ea fornicati sunt, id est, cum inuicem. Non.n cum meretrice omnes reges fornica-
ti sunt, sed dum se luxuriosæ, qui sunt membra meretricis, inuicem corrumpunt cum
meretrice, id est luxuriosa conuersatione fornicari dicuntur: post hoc sequitur dicens, 148
Et omnes mercatores terræ ex virtute luxuriæ eius diuites facti sunt.) Hoc loco diuites
peccatis dicit, nam nimietas luxuriæ pauperes potius quàm diuites facit. Et audiui, G
inquit, aliam vocem de cœlo dicentem, Exite de ea populę meus, ne communicetis pec-
catis eorum: & plagis eius ne lædamini.) Hoc loco demonstrat Babyloniam in duas di-
uisam esse partes: quia dum spirante deo conuertuntur mali ad bonum, Babylonia di-
uiditur, & pars illa quæ ab illa discesserit, efficietur Hierusalem: quotidie.n. & de Baby-
lonia transferimur ad Hierusalem, & de Hierusalem seducimur ad Babyloniam, dum
& mali conuertuntur ad bonum: & qui videbantur boni, in hypocrisim vertuntur, iu-
blice, & fiunt mali de bonis: ita etiam scriptura dicit per Esaiam, Exite de medio eorũ,
& immundum nolite tangere. Exite de medio eorum, & separamini qui fertis vasa do-
mini: huius separationis meminit Apostolus, dicens, Firmũ.n.fundamentum dei ma-
net: &, Cognouit dominus qui sunt eius: &, Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat
nomen domini. Ne communicetis, inquit, peccatis eius, & plagis eius ne lædamini:)
sicut scriptum est, Quacunque morte præoccupatus fuerit iustus, in refrigerio erit.
Qũo particeps delicti iustus esse potest, quẽ cum impiũ ciuitatis casus abstulerit? Nisi 148
forte qñ de ciuitate diaboli, id est, de conuersatione luxuriosa & impia exeunt ioni, nisi H
aliqs ex illa remanere, & delectari voluptatibus Babylonis voluerit, hoc si fecerit, sine

dubio particeps plagæ eius erit. Quod autem dicit toties, Exire nolite,) hoc non cor-
poraliter, sed spiritaliter intelligi debet. De medio Babylonis exitur, quando conuer-
satio mala deseritur: nam & in una domo, & in una Ecclesia, & una ciuitate sunt Ba-
bylonij cum Hierosolymitanis: & tamen quandiu boni consentiunt cum malis, nec
mali conuertũtur ad bonos, & in bonis Hierusalem, & in malis Babylonia cognoscitur:
simul habitant corpore, sed longe diuisi sunt corde, quia malorum conuersatio semper
in terris est, quia terram diligunt, & omnem spem suam, & totam intentionem animi
sui in terra constituunt: bonorum uero mens secundum apostolum semper in cœlis
est, quia quę sursum sunt sapiunt: Exite, inquit, de ea populę meus) id est, de Babylo- Philip.5.
nia. Ne communicetis peccatis eius, & plagis eius ne lędamini, quoniam ascenderunt 148
peccata eius usque ad cœlum, & recordatus est deus iniquitatum eius: reddite illi sicut H
ipsa reddidit, & duplate duplą secundum opera eius, in quo poculo miscuit, miscete
ei duplum, quantum se clarificauit & in delitijs fuit, tantum tradite ei cruciatum &
luctum:) Populo suo Hæc enim omnia bonis christianis, id est, Ecclesię dicit domi-
nus, Reddite ei sicut & ipsa reddidit. De Ecclesia enim exeunt in mundo plagę uisibi-
les. Quoniam in corde suo dicit Babylonia,) id est, plebs omnium malorum & super-
borum in seculo: Sedeo regina & uidua non sum, & luctum non uidebo: Propterea
una die uenient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne cremabitur, quæ subsistis
lugebis mortuum aut fames quanta potest esse unius diei? Sed diem dixit breue tem-
pus uitæ præsentis, quod & spiritaliter & carnaliter affliguntur: nam super omnes
superbos & uoluptatibus deditos maiores plagæ in anima ueniunt quàm in corpore.
Tunc enim maiori plaga percutiuntur, quando se suis iniquitatibus colentes, iusto
dei iudicio malum agere permittuntur, ut inter dei filios flagellari non mereantur
in eis illud quod scriptum est, In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus Psal.72.
148 non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia eorum. Quoniam fortis dominus deus
I qui iudicat eam: & flebunt & plangent se super eam omnes gentes terræ, quæ cum
ea fornicatæ sunt.) Qui reges plangent eam, si eam reges euertant? Sed quod est
ciuitas, hoc reges qui plangent eam. Non luxuriæ malum, quia cum ea peccant,
agendo penitentiam plangunt: sed quia prosperitatem seculi, Per quã suis uolupta-
tibus seruiebant, perire cognoscunt, uel quare cessare incipiat in eis attritio, per
quam luxuriosi inuicem consumuntur tanquam fumus instantis gehennę. A lon-
ge, inquit, stantes propter metum pœnę eius) Longe stantes non corpore sed
anima, cum unusquisque timet quod alterum per calumnias & superborum po-
tentiam uidet pati, Dicentes. Vę uę ciuitas magna babylon, ciuitas fortis, quo-
niam una hora uenit damnatio tua:) Spiritus dicit nomen ciuitatis. Verũ illi mun
dum Plangunt, exiguo admodum tempore Pœnę. intercepto, omnemq; industriam la-
befactam cessisse. Equorum & rhedarum & pecorum mercatores qui ditati sunt ab ea,
148 longe stabunt flentes & dicentes, Vę uę ciuitas magna.) Vbicunque dixit spiritus dila-
K tatos ab ea, peccatorum diuitias significat. Induta byssо, purpura, & coronata cocci-
no, & ornata auro & lapide precioso & margaritis. Nunquid ciuitas induitur byssо, &
non homines? Ipsi se plangunt dum supradictis spoliantur. Et omnis gubernator, &
omnis qui nauibus nauigat, & quotquot in mari operantur, à longe steterunt & clama
uerunt, uidentes fumum ignis eius.) nunquid omnis gubernator & nautę, quotquot
operantur in Naui, adesse possunt in incendio ciuitatis unius? Sed omnes seculi amato-
res & operarios iniquitatis dicit timere sibi, uidentes spei suę ruinam. Post hęc autem
idem Ioanees ait. Et uidi bestiam & reges terrę, & exercitus eorum.) In bestia quam ui
dit, diabolum significat. In regibus terrę exercitu & omnem eius populum congrega-
tum facere bellum cum sedente super equum, & cum exercitu eius, id est, cum christo
Ecclesiarumq;. Et uidi alium angelum descendentem de cœlo) Dominum christum di-
cit in Primo aduentu, Habentem clauem abyssi,) id est, potestatem Populi. Abyssum
148 enim populum malum intellige: Et catena magna in manu sua,) hoc est, potestatem
L dedit deus in manus eius. Et tenuit draconem anguem antiquum qui est diabolus &
satanas qui seducit uniuersum orbem &c. Et in cœlo sequebantur eum in equis al-
bis.) Id est, ecclesia in corporibus candidis sequuntur eum, sicut supradictum
est. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunque ierit, induti byssо albo mundo,

quo definiuit veſtimenta ſanctorum. Ex ore eius procedit gladius bis acutus.) Ipſe eſt quo defenduntur iuſti, puniuntur iniuſti, Vt in eo percutiat gentes, & ipſe reget eos in virga ferrea. Ipſe calcat torcular vini indignationis & iræ dei omnipotentis.) Calcat etiam nunc, quando malos permittit facere malum, & dimittit eos in voluptatibus ſuis, & poſtea extra ciuitatem, id eſt, extra eccleſiam calcabit, cum eos qui non egerunt pœnitentiam gehennæ ignibus tradet. Hic habet in veſtimento & ſuper femur ſuum ſcriptum nomen, rex regum & dominus dominantium.) Hoc eſt nomen quod nemo ſuperborum cognoſcet, quia eccleſia ſeruiendo, in Chriſto regnat. Et dominator dominantium, id eſt, vincit vitia & peccata. Femur autem poteſtas eſt, ſicut illud, Non deficiet princeps de femoribus Iuda. Et Abraham ne poſteritas eius alienigenis miſceretur, inter ſe ſeruumq; ſuum tertium teſtimonium femur adhibet. Et vidi, inquit, angelũ ſtantem in ſole,) Id eſt, prædicatorem in Eccleſia. Et clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quæ volant in medio cœli.) Aues vel beſtias pro loco accipimus bonas & malas, ſicut eſt illud: Benedicent me beſtiæ agri, & leo de tribu Iuda. Hoc ergo in loco aues volantes in medio cœli, eccleſiam dixit, quas in vnum corpus redigens, dixerat aquilã volantem in medio cœli. Congregamini, venite ad cœnam magnam dei, vt manducetis carnes regum & carnes tribunorũ & fortium, & carnes equorum & ſedẽtium ſuper eos, & carnes omnium liberorum & ſeruorum, & puſillorum & magnorum.) Omnes enim gentes quando in Chriſto credentes eccleſiæ incorporantur, ſpiritaliter ab Eccleſia comeduntur. Et poſt hoc de diabolo ait, Et ſignauit ſuper eum ne ſeducat nationes, vſque dum finiantur mille anni.) Iſti intelliguntur mille anni, qui ab aduentu domini noſtri aguntur. In his ergo dominus diabolo interdixit, ne ſeducat nationes, ſed quæ ad vitã deſtinatæ ſunt, quas antea ſeducebat, ne deo reconciliarentur. Poſt hæc oportet eũ ſolui modico tempore,) Id eſt, tempore Antichriſti cum reuelatus fuerit homo peccati, cũ acceperit totam perſequendi poteſtatem, qualem non accepit ab initio. Mille annos dixit, partem à toto. Hic reliquias mille annorum ſexti diei, in quo natus eſt dominus, & paſſus, intelligi voluit. Poſt hæc ait, Væ væ ciuitas illa magna, in qua ditati ſunt illi omnes qui habent naues in mari, quoniam vna hora deſerta eſt. Exulta cœlum ſuper eum, & ſancti Apoſtoli & prophetæ.) Nunquid ſola ciuitas Babylonia in omni mundo perſequitur aut perſecuta eſt dei ſeruos, vt ipſa extincta vniuerſi vindicentur? In toto enim mundo eſt Babylonia in malis hominibus, & in toto mundo perſequitur bonos. Et tulit vnus angelus lapidem vt molam magnam, & miſit in mare dicens, Hoc impetu deiicietur illa ciuitas magna Babylon.) Ideo Babylon velut molam dicit proiectam, quia omnes amatores mundi reuolutio temporum ſicut mola conteret, & in gyro mittet. De quibus ſcriptum eſt, In circuitu impii ambulant. Quorum infœlix occupatio ſemper quaſi incipit, Et non inuenietur amplius. Vox citharœdorum & citharizantium & muſicorũ & fiſtularũ non audietur in ea amplius. Iocunditatem dicit tranſire impiorũ, & non inueniri. Et adiecit cauſam dicens, Quoniam mercatores tui erant maximi terræ,) In eſt, quoniam in vita tua percepiſti bona. Quoniam in veneficiis tuis errauerũt omnes gentes, & ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt omnium â te occiſorum ſuper terram.) Nunquid eadem ciuitas Apoſtolos & prophetas & omnes reliquos martyres occidit? Sed hæc ciuitas omnium ſuperborum eſt, quam Caim fratris ſuis ſanguine fundauit, & vocauit nomen eius nomine filii ſui Enoch, id eſt, poſteritatem: quia omnes mali in quibus eſt Babylonia, ſuccedentes ſibi vſq; ad finem mundi perſequuntur eccleſiam dei. In ciuitate ergo Cain funditur omnis ſanguis iuſtus, à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ, id eſt populi & ſacerdotes, inter templum & altare, id eſt inter populum & ſacerdotes. Hoc ideo dictum eſt, quia non ſolum populi, ſed & ſacerdotes conſpirauerunt in mortem Zachariæ, Inter templum, inquit, & altare. In altari intelliguntur ſacerdotes, in templo populi ſignificati ſunt: alia enim cauſa loci nominandi non fuit. Hæc eſt ciuitas quæ interfecit prophetas, & lapidauit miſſos ad ſe. Hæc eſt ciuitas quæ ſanguine ſtruitur, ſicut ſcriptum eſt, Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & parat ciuitatem in iniuſtitiis, In equo albo,) Sicut ſupra dictum eſt, Eccleſiam intellige, In ſeſſore eius,) Chriſtum dominũ recognoſcere debemus. Quòd autẽ dixit, Habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe,) ipſe vtiq; & quæ in illo eſt omnis eccleſia. In veſte ſanguine ſparſa,) Martyres intelligendi ſunt. Quod autẽ Exercitus qui eſt in cœlo ſequebatur eum in equis albis.) Eſt eccleſia in corporibus candidis. In gladio bis acuto,) Poteſtas Chriſti intelligitur, de quo defendentur iuſti, punientur iniuſti. In virga ferrea,) Iuſtitia eius cognoſcitur, de qua erudiuntur humiles, ſuperbi tanquam vaſa figuli confringuntur. Quòd autem dixit, Ipſe calcat torcular vini iræ dei omnipotentis.) Calcat etiam nunc, quando malos permittit vt perſequantur bonos & dimittit eos in voluptatibus ſuis; ſed poſtea retribuet quando eos qui non egerint pœnitentiam, mittet in gehennam. Angelum ſtantem in ſole,) Prædicationem in eccleſia intellige: ideo enim eccleſia ſoli comparatur, quia de ea ſcriptum eſt, Tunc iuſti fulgebunt, ſicut ſol in regno patris eorum. Quòd autem clamauit omnibus auibus quæ volant in medio cœli,) Aues illæ eccleſia intelligitur. Quòd autem dictum eſt, Congregamini ad cœnam magnam, vt manducetis carnem regum & tribunorum,) Hoc in eccleſia in veritate fieri cognoſcimus. Nam quando omnes gentes eccleſiæ incorporantur ſpiritaliter comeduntur, & qui deuorantur à diabolo, erant corpus diaboli: ſuſcepti ab eccleſia, membra efficiuntur Chriſti: quod autem de diabolo dixit, Et clauſit & ſignauit ſuper eum, ne ſeducat nationes, vſque dum finiantur mille anni.) Sicut dictum eſt, iſti mille anni à paſſione domini aguntur, in quibus non permittitur diabolo facere quantum vult quia non permittitur à deo tentare ſeruos ſuos ſupra id quod poſſunt ſuſtinere. Quòd autem Poſtea modico tempore ſoluendus eſt,) Tempus antichriſti deſignatur, in quo maiorem poteſtatem ſæuiendi diabolus accepturus eſt: quòd autẽ dicitur, Væ væ ciuitas magna,) Babylonia intelligitur. Sciendum tamen, quòd non ſolum ciuitas Babylonia perſequitur ſanctos, vt ipſa extincta vniuerſi vindicentur: in toto enim mundo eſt Babylonia, & in malis hominibus perſequitur bonos. Quòd autem Lapidẽ grandem velut molam miſit angelus in mare dicens, ſic mittetur Babylonia,) Ideo velut molam dicit Babyloniam, quia amatores mundi reuolutio temporum ſicut mola conterit, & in gyro mittit. Quòd autem dicit, In veneficiis tuis errauerunt omnes gentes, & ſanguis prophetarum inuentus eſt omnium à te occiſorum ſuper terram:) Non enim in vna ciuitate occiſi ſunt Apoſtoli & prophetæ, aut reliqui martyres. Sed hæc eſt ciuitas ſuperborum quæ in toto mundo perſequitur ſanctos. Ipſa eſt ciuitas quã Cain fratris ſui ſanguine fundauit & vocauit nomine filii ſui Enoch, id eſt poſteritatẽ, quia omnes mali in quibus Babylonia eſt, ſuccedentes ſibi vſq; ad finem mundi perſequuntur Eccleſiam dei. De quorum perſecutione nos dominus per miſericordiam ſuam liberare dignetur, Qui cum patre & ſpiritu ſancto, &c.

Homilia. XVII.

IN lectione quæ recitata eſt, fratres chariſſimi, beatus Ioannes Euangeliſta ſic ait, Audiui vocem magnam populi multi in cœlo dicentium, halleluia, Et ſalus & claritas & virtus deo noſtro, quoniam vera & iuſta iudicia dei, quoniam iudicauit meretricem illam quæ corrupit terram fornicatione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum de manu eius. Et iterum dixerunt, halleluia.) Hæc vox eccleſiæ eſt, cum diſcuſsio facta fuerit, & cum ab illa exiuerunt omnes mali æterno incendio concremandi. Et fumus, inquit, eorum aſcendit in ſecula ſeculorum.) Audite fratres & cognoſcite, & expaueſcite, quia Babylonia eſt meretrix. Quorum fumus aſcendit in ſecula ſeculorum, non intelliguntur niſi homines cupidi, adulteri & ſuperbi, & ideo ſi vultis hæc male euadere, nolite tam grauia mala committere. Et fumus, inquit, eorum aſcendit: nunquid viſibilis ciuitatis exuſtæ fumus in ſecula ſeculorum aſcendet, & non hominum in ſuperbia viuentium? Aſcendit autem non deſcendit: ſemper enim etiam in præſenti ſeculo in peditionem vadit. Babylon autem crematur ex parte, ſicut Hieruſalem in iſtis ſanctis qui de cœlo migrant, tranſit in paradiſum, domino manifeſtante in paupere & diuite. Et audiui vocem populi multi, & vocem aquarum multarum, & vt voces tonitruorum fortium, dicentes, halleluia, quoniam regnabit dominus deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & glorificemus nomen eius, quoniam venerunt nuptiæ agni & mulier eius parauit ſe.) Mulier agni Eccleſia eſt. Et datum eſt ei vt operiatur ſe byſſo ſplendido mundo. Byſſinum enim iuſta facta ſanctorum ſunt.) Datum eſt enim ſanctis ſuis indui, ſicut ſcriptum eſt, Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Hi, inquit, vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis,) Id eſt, in præſenti ſeculo. Et recte dixit, Omnes & ſuperſtites & animæ ſanctorum,) Id eſt, quia adhuc in mundo viuunt, & quia iam de hac

Gen. 49.

2. Theſ. 2.

Pſal. 11.

Gene. 4.

Matt. 132.

Abacu. 2.

Matt. 23.

Gene. 4.

1. Cor. 10.

Luc. 16.

Pſal. 132.

vita migrauerunt, regnant cum Christo. Regnauerunt profecto dixit, sicut illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea. Nam dicturus erat, regnabunt. Vt ostenderet autem qd in hac vita sint isti mille anni ait. Hæc est itaq; prima resurrectio. Ipsa est enim qua resurgimus per baptismum, sicut dicit Apostolus, Si consurrexistis cũ Christo quæ sursum sunt quærite: & iterum, Tanquam ex mortuis viuentes. Peccatum.n. mors est, sicut dicit Apostolus. Cum essetis mortui delictis & peccatis vestris. Et sicut prima mors in hac vita est per peccatum, sic & resurrectio prima in hac vita est per remissionem peccatorum. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima,) Id est qui reseruauerit quod in baptismo renatus est. In hoc secunda mors non habet potestatem,) Id est, æterna tormenta non sentiet. Sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annos.) Retulit spũs dum hæc scriberet, regnaturam ecclesiam mille annos in hoc seculo vsq; in finem mundi. Manifestum est quod dubitari non debeat de perpetuo regno, cum etiam in præsenti seculo sancti regnant. Bene.n. regnare dicuntur, quia cum dei adiutorio esset per ipsas pressuras mundi & se & alios bene regunt. Et cum, inquit, finiti fuerint mille anni, soluetur satanas de custodia sua. Finitus dixit a toto partem: nam sic soluitur vt supersint anni tres & menses sex nouissimi certaminis temporibus Antichristi. Et exiet seducere nationes quæ sunt quatuor angulis terræ.) A parte totum dixi: nam non omnes seduci possunt: superbi tantummodo seducuntur & impii: nam humiles & veri Christiani non seducuntur. Multi nãq; vocati, pauci electi: Et ascendit diabolus & populus eius in latitudinem terræ,) Id est, in elatione superbiæ, Et circundederunt castra sanctorum & dilectorum ciuitatem,) Id est, Ecclesiam. Hoc est quod supra dixit collectos in Armageson: non enim ex quatuor angulis terræ potuerunt in vnam ciuitatem congregari, sed in ipsis quatuor angulis terræ vnaquæq; gens congregabitur in obsidionem sanctæ ciuitatis, id est, in persecutionem ecclesiæ. Et descendit ignis de cœlo a deo,) Id est, de ecclesia, Et comedit eos. Dupliciter enim hoc loco intelligitur ignis, aut enim per ignem spiritussancti creditur in Christum, & spiritualiter comeduntur ab ecclesia, id est, incorporantur Ecclesiæ: aut peccatorum suorum igne comeduntur & pereunt. Et diabolus seducens eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & pseudoprophetæ & bestia: Pseudoprophetæ intelliguntur aut hæretici, aut ficti Christiani. Ex quo enim passus est dominus, moritur bestia, id est ficti Christiani, & in ignem mittitur vsquedũ finiantur mille anni ab aduentu domini. Et punientur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ.) Libros apertos testamenta dei dicit, secũdum enim vtrunq; testamentum iudicabitur Ecclesia. Librum vitæ vniuscuiusq; memoriam dicit gestorũ nostrorum, non q̃ librũ habeat commemoratorium occultorum cognitorum. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta sunt in libris secundum opera sua,) Id est, ex testamentis iudicati sunt, secundum quod dei præcepta fecerunt, aut non fecerunt. Et dedit mare mortuos suos) Gentes quas hic iudicii dies inueniet viuos, ipsi sunt mortui maris, qui hoc seculum mare est. Mors & infernus dederunt mortuos,) Id est, eos qui in sepulchris inueniendi sunt in iudicii die. Mors & infernus missi sunt in stagnum.) Mortem & infernum diabolum & dicit populum eius. Et qui non est inuentus scriptus in libro vitæ.) Et qui voluptatibus suis dimissus per temporaneam examinationem in hoc seculo non meruit iudicari â deo, dum viueret. Missus est in stagnum ignis. Et vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum.n. nouum cœlum & terra abierunt, & mare iam non est. Et ciuitatem sanctorum Hierusalem nouam vidi descendentem de cœlo a deo compositam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem, Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitauit cũ eis, & ipsi populus eius erunt & ipse deus, cum eis erit eorum deus. Et absterget deus oẽm lachrymam ab oculis eorum, & mors non erit amplius, & luctus non erit.) Hoc totũ de gloria Ecclesiæ dixit, qualem habebit post resurrectionem. Et dicit scribæ, quoniam sermones isti fideles & veri sunt. Et dixit mihi, Ego sum α & ω, initium & finis. Ego sitientibus dabo ex fonte aquæ viuæ gratis,) Id est, cupienti remissionem peccatorum per fontem baptismi. Qui vincit possidebit hæc, & ero eius deus, & ipse erit meus filius. Timidis autem & incredulis, execrabilibus & homicidis & veneficis, idolorum cultoribus & omnibus

Psal. 21. Matt. 27. Coloss. 3. Ephes. 2. Matt. 25.

nibus mendacibus pars erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda) Quod supradictum est, iudicauit meretricem illam magnam, quæ corrupit terram vino fornicationis suæ, & vindicauit sanguinem seruorum suorum. Hæc vox Ecclesiæ est cum ab ea in die iudicii exierunt omnes mali, æterno incendio concremandi, & fumus eorum ascender in secula seculorum. Non.n. visibilis ciuitatis ascendet fumus in secula seculorum, sed hominum in superbia perdurantium. Quod autem dicit: Quia venerunt nuptiæ agni.) De Christo intelligitur & Ecclesia. Quod vero dicit, Eam operam byssо) In byssо iusta opera sanctorum intelliguntur, quibus iusti vestiuntur: secundum quod dictum est, Sacerdotes tui induantur iustitia. Quod autem dicit, Eos regnasse mille annos,) præsens tempus intelligitur, in quo sancti iusti regnare dicuntur, quia se ita cã dei adiutorio regunt, vt â peccatis vinci non possint. Et, vt hoc euidẽter ostenderet, secutus ait, Hæc est prima resurrectio.) Prima.n. resurrectio qua â morte peccati ad vitam iustitiæ animæ resurgunt, toto nunc tempore agitur: Secunda vero, qua de terræ puluere ad vitam corpoream redeunt, in futurum expectatur. Ipsa est.n. qua resurgimus per baptismum, quia sicut prima mors est in hac vita per peccatum, ita & prima resurrectio per remissionem peccatorum, Beatus & sanctus qui habet in resurrectione primam partem) id est, qui reseruauit quod in baptismo renatus accepit. Quod autem dicit, Regnaturam Ecclesiam mille annos in hoc seculo,) Intelligitur vsq; ad finem mundi: Vnde manifestum est quod dubitari non debeat de perpetuo regno. Cum enim in præsenti seculo sancti regnent; recte enim regnare dicuntur, qui cum dei adiutorio inter ipsas pressuras mundi & se & alios bene regunt. Quod autem de diabolo dicit, quia Seducit nationes quæ sunt in quatuor angulis terræ,) A parte totum intelligitur. Nam soli mali seducuntur: secundum illud, Multi vocati pauci electi. Quod autem dicit, Diabolus & angeli eius circundederunt castra sanctorum & ciuitatem dilectorum.) Non enim ex quatuor angulis terræ potuerunt in vnam ciuitatem congregari, sed in ipsis quatuor angulis vnaquæq; gens congregatur in persecutione ecclesiæ Quod autem dicit, Cecidit ignis de cœlo, & comedit eos:) Dupliciter intelligi potest, aut.n. per ignem sancti spũs spiritaliter comeduntur: dum ecclesiæ incorporantur: aut si ad Deum conuerti noluerint, peccatorum suorum igne comeduntur & pereunt. Quod autem dicit, Libros apertos) Testamentum dei voluit intelligi: secundum enim vtrunque testamentum iudicabitur Ecclesia: Librum verò vitæ,) vniuscuiusq; memoriam dicit gestorum nostrorum, quia in die iudicii nulli licebit, nec vllus poterit abscondere peccata vel crimina sua, Quia mare dedit mortuos:) Eos dicit quos in hoc mundo viuos inuenit aduentus Christi. Ipsi sunt mortui maris, quia hoc seculum mare est. Quod dicit, Mors & infernus dederunt mortuos suos:) Illi intelliguntur, qui sunt in sepulchris inueniendi in die iudicii. Et mors & infernus missi sunt in stagnum ignis:) Hoc loco mortem & infernum, diabolum & populum eius intelligi voluit, qui voluptatibus suis dimissis, per temporaneam examinationem non meruit iudicari. Post hæc expositа Ecclesiæ gloria adiungit & dicit: Ego sitienti dabo ex fonte vitæ aquam gratis,) id est, cupienti remissionem peccatorum per fontem baptismi: Qui vincit, possidebit hæc, & ero eius deus, & erit meus filius:) Quod præstare dignetur qui viuit &c.

Psal. 131. Esaiæ. 20.

Homilia. XVIII.

SIcut modo audiuimus, fratres charissimi: angelus domini locutus est ad beatum Ioannem dicens, Veni ostendam tibi vxorem agni. Et abstulit me in spiritu supra montem magnum & altum) Montem, Christum dicit, Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo,) hæc est Ecclesia. Ciuitas in monte constituta, est sponsa agni: ipsa.n. ciuitas tunc in monte est constituta, quando in humeris pastoris tanquam ouis ad ouile proprium reuocata est, Si.n. alia est Ecclesia, alia ciuitas descendens de cœlo, erunt duæ sponsæ, quod omnino fieri non potest: & hanc enim ciuitatem sponsam dixit agni: vnde manifestum est ipsam esse Ecclesiam, quam sic describit dicens, Habentem claritatem dei luminare eius simile lapidi precioso) Lapis preciosissimus Christus est, Habentem murum magnum & altum habentem portas duodecim.) Ostendit duodecim portas & duodecim angelos apostolos esse & prophetas: quoniam sic scriptum eum, Aedificati sumus supra fundamentum apostolorum

Lucæ. 15. Ephes. 2. Matt. 16.

rum & prophetarum,ſicut dominus dixit Petro, Super hanc petram ædificabo Eccle- 150 D
ſiam meam.Ab Oriente portę tres,Ab Aquilone portę tres, ab Auſtro portę très, ab
Occidente portæ tres.)Et quia ciuitas iſta quæ deſcribitur, Eccleſia eſt toto orbe diſ-
fuſa:ideo per quatuor partes ciuitatis ternæ portæ dicuntur eſſe, quia per totas qua-
tuor partes mundi trinitatis myſterium in Eccleſia prædicatur, Et ſuper eas duode-
cim nomina apoſtolorum & agni.) Quod ſunt portæ,hoc fundamẽtum,quod ciuitas,
hoc murus. Et qui loquebatur mecum,habebat menſuram arundineam auream.) In
arundinea aurea hominis Eccleſiam oſtendit, fragili quidem carne, ſed aurea fide fun
2. Cor. 4. datam:ſicut Apoſtolus dicit,Habetis theſaurum in vaſis fictibus. Et ſupellex muri &
ciuitatis aurum mundum, ſimile vitro mundo.) Eccleſia enim aurea eſt, quia fides
eius velut aurum ſplendet ſicut ſeptem candelabra, & ara aurea, & phialæ aureæ, hoc
totum Eceleſiam figurauit. Vitrum autem ad puritatem fidei retulit, quia quod foris
videtur,hoc eſt & intus, & nihil eſt ſimulatum, & non eſt perſpicuum niſi ſanctis Ec-
cleſiæ Fundamentum primum,Iaſpis: ſecundum: Saphirus: tertium: Chalcedonius:
quartum,Smaragdus:quintum, Sardonix:ſextũ:Sardonius:ſeptimum, Chryſolitus:
octauum,Beryllus:nouum,Topacius:decimum,Chryſopraſus:vndecimum, Hyacin-
thus:duodecimum,Amethyſtus.) Ideo diuerſitatem gemmarum in fundamentis no-
minare voluit,vt dona diuerſarum gratiarum,quæ apoſtolis data ſunt: demonſtraret:
1. Cor. 12. ſicut de ſpiritu ſancto dictum eſt, Diuidens ſingulis prout vult. Et ideo duodecim mar E
garitæ ſingillatim. Et vnaqueque porta erat ex vna margarita.) Et in iſtis margaritis 150
dictum eſt quod apoſtolos deſignauit, qui ideo portæ dicuntur, quia per doctrinam
ſuam æternæ vitæ ianuam pandunt. In platea quæ erat velut aurum mundum & vitrũ
oſtendit Eccleſiam.In platea ciuitatis aurum mundum & vitrum perſpicuum, & tem-
plum non vidi in ea,dominus enim deus omnipotens templum eius eſt & agnus.) Hoc
ideo quia in deo eſt Eccleſia,& in Eccleſia deus. Ciuitas non indiget ſole neq; luna, vt
luceant in ea.) Quia non lumine aut elementis regitur Eccleſia,ſed Chriſto æterno ſo
le deducitur per mundi tenebras. Claritas enim dei illuminauit eam, & lucerna eius
Io. 8. &. 1. agnus eſt.) Ipſo dicente,Ego ſum lux mundi:& iterum,Ego ſum lumen verum, quod
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ambulabunt gentes in lu-
mine tuo,& reges terræ filios dei dicit, Et portæ eius non claudentur die: Nox enim
ibi non eſt,) vſq; in æternum.Et ferent gloriam & honorem gentium,) in Chriſto vti- F
que credentium: Et non introibit in eam omne immundum, aut faciens abomina- 150
nes & mendacium,niſi qui ſcriptus eſt in libro vitæ & agni.) In medio plateæ eius fon
tem baptiſmi oſtendit,in medio Eccleſiæ venientem à deo & Chriſto. Nam quale de-
cus ciuitatis poteſt eſſe,ſi flumen per medium plateæ eius ad impedimentum habitan
tium deſcendat?Et ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ faciens fructus duodecim per
ſingulos menſes,& reddens fructum ſuum:)Hoc de cruce domini dixit, Nullum eſt li
gnum quod omni tempore fructificet niſi crux quam geſtãt fideles, qui rigantur aqua
eccleſiaſtici fluminis, & reddunt fructum perpetuum omni tempore. Et thronus dei &
agni in ea,) Erit vtiq; nunc in ſecula.Et ſerui eius ſeruient illi,& videbunt faciẽ eius,)
Sicut dicit, Qui me videt, videt & patrem: &, Beati mundo corde, quoniam ipſi
deum videbunt.Et nomen eius in frontibus eorum. Et nox non amplius, & non ege-
bunt lumine lucernæ, & lumine ſolis quoniam dominus deus illuminabit ſuper eos
in ſecula ſeculorum.) Omnia iſta à domini paſsione cœperunt. Et dixit mihi angelus,
Ne ſignaueris verba prophetiæ huius:Tempus enim proximum eſt. Qui iniuſtus eſt
iniuſta faciat adhuc,& qui in ſordibus,ſordeſcat adhuc,Iſti ſunt propter quos dixerat,
Signa quæ locuta,ſunt ſeptem tonitrua. Et iuſtus iuſtitiam faciat adhuc: & ſanctus
ſanctificetur adhuc.) Iſti ſunt propter quos dixit, Ne ſignaueris verba prophetiæ hu- 150
ius libri:ac ſic ſcripturæ diuinæ omnibus ſuperbis & plus mundum quã deum aman- G
tibus ſignatæ ſunt, humilibus autem & deum timentibus apertæ ſunt. Beati qui ſer-
uant mandata hæc vt ſit poteſtas eorum ſuper lignum vitæ, & per portas intrent in ci-
uitatem.) Qui enim non ſeruant mandata non per portas intrant, ſed alia parte. Iſtis
eſt liber,de quibus ſequitur & dicit, Foris canes & venefici, fornicarii & homicidæ &c.
Sponſus & ſponſa dicunt, veni.) Venit vtiq: ſponſus & ſponſa, Chriſtus & Eccleſia.
Qui ſitit veniat qui vult accipere aquam vitæ gratis,) Id eſt,baptiſma. Conteſtor ergo

hominem audientem ſermones prophetiæ libri huius, Siquis appoſuerit &c.) Scriptũ
150 eſt hoc propter falſatores ſanctarum ſcripturarũ, nõ propter eos qui ſimpliciter quod
I ſentiunt dicunt,Mons altus in quo ſanctus Ioannes aſcendiſſe ſe dixit, Eccleſia ſignifi Epilogus
cata eſt,quod in Euangelio ipſe dominus oſtendit cum dixit,Nõ poteſt ciuitas abſcon dictorum
di ſupra montem poſita. Quod autem dicit habere lumen ſimile lapidi precioſiſsimo,
in illo lapide Chriſti claritas demonſtratur. In duodecim partibus,& in duodecim an-
gelis Apoſtoli intelliguntur,& patriarchæ,ſicut illud,Superædificati ſuper fundamen-
tum Apoſtolorum & Prophetarum. Et quia ciuitas deſcribitur Eccleſia eſt toto orbe
diffuſa,ideo per quatuor partes eius propter trinitatis myſterium ternæ portæ eſſe di-
cuntur.In arundine aurea homines eccleſiæ oſtendit fragili quidem carne, ſed aurea
fide fundati,propter illud Apoſtoli,Habentes theſaurum iſtũ in vaſis fictilibus. Quod
dicit ciuitatem auream,aram auream,& phialas aureas,eccleſia eſt propter fidem rectã.
In vitro autem puritas ipſius fidei ſignificata eſt. Quod autem nomina diuerſarum Epheſ. 1.
gemmarum fundamentis nominare voluit,dona diuerſarum gratiarum, quæ Apoſto-
lis data ſunt,demonſtrauit.In illis autem margaritis Apoſtolos ſignificauit, quia ideo
150 portæ dicuntur, quod per doctrinam ſuam æternæ vitæ ianuam pandunt. Quod au-
K tem dicit quia templum non vidi in ea,quoniam dominus omnipotens templum eius
eſt,& agnus,Hoc ideo quia deus eſt in eccleſia & eccleſia in deo.Quod vero dicit,Quia
ciuitas non indiget ſole neq; luna,hoc ideo quia non viſibili ecclelia,ſed Chriſti æter-
no lumine inter tenebras mundi iſtius ſpiritaliter illuminatur,ſicut ipſe dixit.Ego ſum
lumen mundi.Reges terræ filius dei.i Chriſtianos intelligi voluit. In flumine aquæ ſi
cut cryſtallum fontem baptiſmi in medio eccleſiæ venientem à domino Chriſto. Quod
autem dixit,lignum iuxta fluuium duodecies per ſingulos menſes dare fructum,crux
intelligitur quę per totum mundum non ſolum omnibus meuſibus ſed etiam omni-
bus diebus in his qui baptizantur exhibet fructum Deo.Quod autem dicit,Dominus
illuminabit & regnabunt in ſecula ſeculorum: oĩa iſta à domini paſsione cœperunt.
Quod vero in ſuperiore parte libri dixit,Signa quę locuta,ſunt ſeptem tonitrua: pro-
ter eos dixit,de quibus ait,vt ſordius eſt,ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſta faciat
adhuc.Illud autem quod ait,Ne ſignaueris verba prophetiæ, propter ſanctos & iuſtos
intelligi voluit,ac ſic ſcripturę diuinę omnibus ſuperbis & plus mundum quam deum
150 amantibus ſignatę ſunt,humilibus autem & deum timentibus apertę. Et quia ſic con-
L cludit Apocalypſis Ioannis vt dicat,Ecce venio cito oremus vt deus per ſuam promiſ-
ſionem & per ſuam miſericordiam de carcere nos mundi huius liberare,& ad ſuam bea
titudinem perducere dignetur.Donante Ieſu Chriſto domino noſtro, Qui viuit & re-
gnat cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum,Amen.

Expoſitionis in Apocalypſim finis.

LIBER MEDITATIONVM,

INVOCATIO DEI OMNIPOTENTIS

ad morum & uitæ reparationem.

150 DOMINE deus da cordi meo te deſiderare, deſiderando quęrere, Caput. 1.
M quęrendo inuenire,inueniendo amare, amando mala mea redime-
re,redempta non iterare. Da domine deus meus cordi meo pœniten
tiam,ſpiritui contritionem, oculis lachrymarum fontem,manibus
eleemoſinę largitatem. Rex meus, extingue in me deſideria carnis,
& accende ignem tui amoris Redemptor meus,expelle à me ſpiritũ
ſuperbię,& concede propitius theſaurum humilitatis tuę. Saluator
meus amoue à me furorem irę,& indulge mihi benignus ſcutum patientię. Conditor
meus, euelle à me animi rancorem, & largire mihi mitis mentis dulcedinem. Da cle-
mentiſsime pater mihi ſolidam fidem,ſpem congruam,charitatem continuam. Rector

meus auerte à me vanitatem,mentis inconstantiam,corporis vagationem,oris scurrili
tatem, oculorum elationem,ventris ingluuiem,opprobria proximorum,scelera detra-
ctionum,curiositatis pruriginem,diuitiarum cupidinem,potentatuum rapinam,ina-
nis gloriæ appetitum,hypocrisis malum,adulationis venenum, conptemptum inopũ,
oppressionem debilium,auaritiæ ardorem, inuidiæ rubiginem, blasphemiæ mortem.
Resека in me factor meus temeritatem iniquam,pertinaciam, inquietudinem,ociosita
tem, somnolentiam, pigritiam, mentis hebetudinem, cordis cæcitatem,sensus obsti-
nationem,morum truculentiam,boni inobedientiam, consilij repugnantiam, linguæ
effrenationem,pauperum prædam,impotentum violentiam, innocentum calumniam
subditorum negligentiam,circa domesticos seueritatem,aduersus familiares impieta-
tem, erga proximos duritiam. Deus meus misericordia mea, oro te per dilectum fi-
lium tuum,da mihi misericordię opera,pietatis studia compati afflictis, consulere er-
roneis,succurrere miseris,subuenire egenis,consolari mœstos,releuare oppressos,pau-
peres recreare,flebiles refouere,dimittere debitoribus, parcere in me peccãtibus,odien
tes me diligere,pro malis bona reddere,neminem despicere, sed honorare: bonos imi-
tari, malos cauere,virtutes amplecti,vitia reijcere,in aduersis patientiam,in prosperis
continentiam, custodiam oris,& ostium circunstantiæ labijs meis,terrena calcare,cæ-
lestia sitire. Ecce plasmator meus,multa rogaui,cum nec pauca promerui. Fateor,heu
fateor,non solum quæ postulo non debentur dona, sed multa & exquisita supplicia.
Animant tamen me publicani,meretrices & latrones, qui à faucibus hostis momenta-
nee eruti sinibus excipiuntur pastoris. Tu enim factor omnium deus, licet in cunctis
operibus tuis sis mirabilis,mirabilior tamen crederis esse in operibus pietatis. Vnde de
temetipso per quendam tuum seruum dixisti. Miserationes eius super omnia opera
eius. Et quasi de singulo loquentem de vniuerso populo tuo te dixisse confidimus, Mi-
sericordiam autem meam non dispergam ab eo. Nullum enim spernis, neminem abi-
cis,neminem perhorrescis,nisi forte qui amens te exhorruerit. Ergo modo iratus non
percutis, sed te irritantibus dona, si quieuerint,tribuis. Deus meus cornu salutis meæ
& susceptor meus,ego infelix,ego te iritaui, ego malum coram te feci, furorem tuum
prouocaui,iram promerui,peccaui & passus es, deliqui & adhuc sustines. Si pœniteo,
parcis: si reuertor,suscipis: insuper dum differo,præstolaris. Reuocas errantem,inui-
tas repugnantem,expectas torpentem,amplexaris redeuntem. Doces ignorãtem,mœ-
rentem mulces à ruina suscitas,post lapsum reparas, petenti largiris,quærenti inueni-
ris, & pulsanti aperis. Ecce domine deus salutis meæ quid opponam nescio,quomodo
respondeam ignoro,nullum abs te confugium,nullum abs te patet latibulum,oste-
disti mihi bene viuendi uiam,& gradiẽdi scientiam dedisti,minatus es mihi gehennã,
& pollicitus es mihi paradisi gloriam. Nunc pater misericordiarum & deus totius con-
solationis,confige timore tuo carnes meas: quatenus quæ minaris metuendo euadã:
& redde mihi lætitiam salutaris tui, vt quæ spondes, diligendo percipiam. Fortitudo
mea domine,firmamentum meum,deus meus,refugium meum, & liberator meus: sug
gere quid de te cogitem,doce quibus te sermonibus inuocem, da quibus operibus tibi
placeam. Scio nanque scio vnum quo tu placaris, & aliud quod non spernis. Est vtique
tibi spiritus contribulatus sacrificium, & acceptas cor contritum & humiliatum. His
me deus meus,adiutor meus dita muneribus, his contra inimicum muni protectioni-
bus: hoc de flammis vitiorum præsta refrigerium, hoc autem desideriorum passioni-
bus pande pium refugium. Fac domine virtus salutis meæ, ne sim de numero eorum
qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Obumbra caput meum in
die belli, spes mea in die afflictionis, & salus in tempore tribulationis. En domine illu
minatio mea, & salus mea rogaui quibus egeo, initimaui quæ timeo, sed remordet cõ-
scientia, reprehendunt me cordis secreta: & quod amor ministrat, timor dissipat, zelus
incitat, metus increpat. Acta mea formidinem, sed tua ingerit pietas fiduciam: tua hor-
tatur benignitas, mea tardat malignitas. Et vt verius fatear, occurrũt memoriæ phãtas
mata uitiorum quæ reuerberant audaciã præsumentium animorum. Cum enim quis
odio dignus sit, qua fronte gratiam requirit? Cui pœna debetur, qua temeritate gloriã
deposcit? Lacessit iudicem, qui postposita satisfactione delicti quærit præmijs honora-
ri. Regi insultat obnoxius supplicio, qui donari flagitat in debito brauio: & dulcem affe-

Hoīs accu
satio,& cõ
mendatio
misericor-
dię diuinę.
Caput. II.
Psal. 144.
2. Reg. 7.
Psal. 88.

Psal. 118.
Psal. 50.
Psal 19.

Psal. 50.

Luc. 8.
Psal. 139.

Hoīs con-
questio
quę propter
inobedien
tiã à dño
nó auditer
Cap. III.

affectum patris stultus exacerbat filius, qui post illatas contumelias ante pœnitudinẽ
hæreditatis vsurpat celsitudinẽ. Quid mi pater gessisse recolo? merui mortem, & peto
& peto vitam. Commoui regem meũ, cuius impudens inuoco præsidium. Contempsi
iudicẽ, quẽ temere postulo adiutorẽ. Insolens renui audire patrẽ quẽ demum presumo
habere tutorem. Heu mihi quã sero venio, heu heu quã tarde festino heu me quia cur
ro post vulnera, dedignans incolumis precauere iacula. Neglexi prospicere tela, mo-
do vero solicitor de morte vicina, vulnera vulneribus infixi, quia scelera sceleribus ad
dere non timui. Recenti cicatrices labe respersi, quia prisca flagitia modernis * iniqui-
tatibus reciprocaui, & quæ diuina solidauerat medicina, mea resoluit prurigo phrene-
tica. Cutis quæ superducta vulneribus morbum cælauerat, sanie erumpente putruit,
quia iterata iniquitas concessam misericordiã exinaniuit. Noui quippe scriptũ, In qua
cunque hora iustus peccauerit, omnes iustitiæ eius obliuiscentur. Si iustitia aboletur
iusti ruentis, quãto magis penitẽtia peccatoris in idipsum reuertentis? Quoties canis
redit ad vomitum, & quasi sus repetiti volutabrũ? Fateor, quia nihil recordari est im
posibile. Quot mortalium ignorantes peccare docui, nolentibus delinquere persuasi,
resistẽtes coegi, volentib. consensi? Quot sanè gradientibus laqueũ induxi, viã quæ-
rentibus foueã retexi: quod vt patrare non horrentẽ, obliuisci nõ metui. Sed tu iustus
iudex signans peccata, quasi in sacculo obseruasti oẽs semitas meas, & cunctos gressus
meos dinumerasti, tacuisti, semper siluisti, patiens fuisti. Væ mihi demum loqueris qua
si parturiens. Deus deorum domine præstabilis super malitia, noui quia non semper si
lebis, cum in conspectu tuo ignis exardescet, & in circuitu tuo tempestas valida in-
gruerit, cum aduocaueris cœlum desuper & terram discernere populum tuum. Et ecce
coram tot millibus populorum nudabuntr oẽs iniquitates meę, tot agminibus ange-
lorum patebunt vniuersa scelera mea, non solum actuũ, sed etiã cogitationum simulq;
locutionum. Tot iudicibus inops astabo, quot me præcesserunt in opere bono: tot ar-
guentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene viuendi exempla: tot conuincar te
stibus, quot me monuerunt proficuis sermonibus, seq; imitandos iustis dederunt actio
nibus. Domine mi non suppetit, quod dicam, non occurrit quid respondeã. Et cũ iam
interim sæuo illo discrimini, torquet me conscientia, cruciant cordis arcana, coar-
tat auaritia, accusat superbia, consumit inuidia, inflammat cõcupiscentia, infestat lu-
xuria, dehonestat' gula, ebrietas confutat, detractio lacerat, ambitio supplantat, rapa-
citas obiurgat, discordia dissipat, ira perturbat, lenitas dissoluit, torpor opprimit, hypo
crisis fallit, adulatio frangit, fauor attollit, calũnia pungit. Ecce liberator meus de gen-
tibus iracundis, ecce cũ quibus vixi à die natiuitatis meę, quibus & studui, qnibus &
fidẽ seruaui. Ipsa me quę dilexerã studia, dãnant: quæ laudaueram, vituperãt. Hi sunt
quibus acquieui amici, quibus paraui magistri, & quibus seruiui domini, cõsules qui-
bus credidi, ciues quibus cohabitaui, domestici quibus cõsensi. Heu mihi rex meus &
deus meus, quia incolatus meus prolongatus est. Væ mihi illuminatio mea, quia habi
taui cum habitantibus Cedãr. Et cum Dauid sanctus dixerit multum, quanto magis
ego infelix dicere possum, nimis incola fuit aia, firmamentũ meũ deus, non iustificabi-
tur in conspectu tuo omnis viuens. Spes mea non est in filijs hominum, quem si re-
mota pietate iudicaueris, iustum inuenies? Et nisi peruenieris miserando impium, non
est quod glorificet pium. Credo namq; salus mea quod audiui, quoniam benigni-
tas tua ad penitentiam me adducit: tui oris mihi sonuerunt nectarea labia, Nemo po
test venire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Enimuero quia me in-
struxisti, tanquã propitius instructione formasti, totis medullis cordis, toto nixu men
tis te omnipotens pater cũ dilectissimo filio tuo, teq; dulcissima proles cũ serenissimo
inuoco paracleto, trahe me quatenus post te currã in odorem vnguentorum tuorum
dulciter. Inuoco te deus meus, inuoco te, quia prope es omnibus inuocantibus te in ve
ritate: tu enim veritas es, doce me quæso per clementiam tuam, sancta veritas, te in-
uocare in te, quia hoc fieri quo modo oporteat nescio, sed à te doceri beata veritas
humiliter imploro. Absque te enim sapere, est desipere: te vero nosse, est perfecte sci
re. Erudi me diuina sapientia, & doce me legem tuam, Credo namque quem tu
erudieris beatus erit, & de lege tua docueris eum. Desidero inuocare te, quod quæ-
so fiat in veritate. Quid est, in veritate inuocare veritatem, nisi in filio patrem?

* alias no
nis.

Exe. 3. &
18.

Proue. 26.
2. Petri. 2.

Iob. 13.
Esai. 42.
Iudicis ti-
mor.
Cap. 4.
Psal. 49.

Psal. 119.

Psal. 142.

Ioan. 6.

Cant. 1.
Inuocatur
pater p fi-
lium.
Cap. 5.
Ioan. 4.
Psal. 93.

Ergo ſanctæ pater, ſermo tuus veritas eſt, principiumq; verborum tuorum veritas. Hoc quippe eſt verborum tuorũ principium, quod in principio erat verbum. In ipſo principio te ſummum adoro principium. In ipſo veritatis adoro, te perfecta inuoco veritas in quo ipſa eadem veritas dirigas me in veritate & doceas. Quid.n. eſt dulcius quã genitorem in noie vnigeniti inuocare, patrem in recordatione filii ad pietatẽ inflectere, regẽ charitſimæ ſobolis denominatione mitigare? Sic enim ſolent rei carceribus eripi, ſic cõmancipari vinculis liberari, ſi triſtem accipientes ſententiam capitis non ſolum abſolui, ſed inſuper nanciſci inſolitam gratiam, dummodo iratis principibus dilectæ prolis intimauerunt charitatem, ſic delinquentes ſeruuli euadunt ſupplicia dominorum dum pro eis interuenit dulcedo filiorum. Sic te omnipotens pater per oĩpotẽtem filii charitatem poſtulo, educ de carcere ad confitendum nomini tuo animam meam, libera me a vinculis peccatorum, per coæternum flagito vnicum tibi natum, meq; cui propria merita letalem minantur ſententiam, per præcioſiſſimæ ad dexteram tuã conſedentis prolis interpellationem reſtaura placatus ad vitam. Quem n. alium dirigam
1. Ioan. 2. interceſſorem tibi neſcio, niſi hunc qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, qui ſedet
Roma. 8. ad dexteram interpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te deum patrem. Ecce pontifex ſummus, qui nũc alieno eget expiari ſanguine, qui proprio reſulget perfuſus
Eſaiæ. 53. cruore. Ecce hoſtia ſancta, bene placens & perfecta, in odorem ſuauitatis oblata & ac-
1. Petri. 2. cepta. Ecce agnus ſine macula, qui coram ſe tondentibus obmutuit, qui alapis cæſus, ſputis illitus, opprobrijs affectus, os ſuum non aperuit. En qui peccatum non fecit pec
cata noſtra pertulit, & languores noſtros ſuo liuore ſanauit. Aſpice pater pie piiſsimum filium pro me tam impia paſſum. Reſpice clementiſsime rex quis patitur, & remiſce-
Hic repre- re benignus pro quo patitur, Nonne hic eſt mi domine innocens ille, quem vt ſeruum
ſentat hõ redimeres, filium tradidiſti? Nunquid author uitę hic eſt, qui ut ouis ad occiſionem
patri paſ- ductus, tibiq; uſque ad mortem obediens factus, atrociſsimæ non timuit necis genus
ſionẽ filij. ſubire? Recole totius ſalutis diſpenſator, quia hic eſt ipſe, quem etſi ex tua virtute ge-
Cap. VI. nuiſti, meæ tamen infirmitatis particeps fieri voluiſti. Vere hæc eſt tua deitas, quæ
Eſaiæ. 53. meam induit naturam, crucis aſcendit patibulum, quæ in aſſumpta carne triſte tulit
Philip. 2. ſupplicium. Reduc domine deus meus oculos tuæ maieſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcem natum toto corpore extenſum, cerne manu innoxias pio manentes ſanguine, & remitte placatus ſcelera quæ patrarunt manus meæ. Conſidera inerme latus crudeli perfoſſum cuſpide, & renoua me ſacro fonte quẽ inde credo fluxiſſe. Vide imaculata ueſtigia quę nõ ſteterũt in via peccatorũ, ſed ſemper ambula-
Pſal. 1. uerũt i lege tua diris cõfixa clauis, & pfice greſſus meos i ſemitis tuis, & fac me odio habere benignus oẽs vias iniquitatis: viam iniquitatis amoue à me, & fac me propitius viam veritatis eligere. Oro te rex ſanctorum per hunc ſanctum ſanctorum, per hunc redemptorem meum, fac me currere viam mandatorum tuorum, vt ei valeam ſpiritu vniri, qui mea non horruit carne veſtiri. Nunquid non attendis pie pater adoleſcentis
Mat. 3. filii charitſimi caput, niuea ceruice deflexa precioſiſsimam reſolutum in mortẽ? Aſpi-
Eſai. 53. ce mitiſsime conditor dilectæ ſobolis humanitatem, & miſerere ſuper infirmi plaſmatis debilitatem. Candet nudatum pectus, rubet cruentum latus, tenſa arent uiſcera, de-
Hic reco- cora languent lumina, regia pallent ora, procera rigent brachia, crura pendent marmo
gnoſcit ho rea, rigat terebratos pedes beati ſanguinis vnda. Specta glorioſe genitor gratiſsimæ
mo ſe cãm prolis lacerata membra, & memorare benignus quæ mea eſt ſubſtantia, conſpicare dei
eſſe paſsio hominis pœnam, & relaxa conditi hominis miſeriam. Vide redemptoris ſupplicium, &
nis. redempti dimitte delictum. Hic eſt domine mi, quem propter peccata populi tui per-
Cap. VII. cuſsiſti, licet ipſe ſit dilectus, in quo tibi bene placuiſti. Hic eſt ille innocens, in quo dolus non eſt inuentus, & tamen inter iniquos deputatus eſt. Quid commiſiſti dulciſsime puer, vt ſic iudiceris? Quid commiſiſti amantiſsime iuuenis, vt adeo tractareris? Quod ſcelus tuum, quæ noxa tua, quæ cauſa mortis, quæ occaſio tuę damnationis? Ego n. ſum tui plaga doloris, tuæ culpa occiſionis. Ego tuę mortis meritum, tuæ vindictę flagitium. Ego tuę paſsionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis cenſuræ conditio, & ineffabilis myſterii diſpoſitio, Peccat iniquus, & punitur iuſtus: delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod ppetrat ſeruus, exoluit dominus: quod cõmittit homo ſuſtinet deus,

Quo nate dei, quo tua deſcẽdit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo proceſsit pietas? quo excreuit benignitas? quo tuus attigit amor? quo peruenit cõpaſsio? Ego.n. inique egi, tu pœna mulctaris: ego facinus admiſi, tu vltione plecteris: ego crimẽ edidi, tu torturæ ſubiiceris: ego ſuperbiui, tu humiliaris: ego timui, tu attenuaris: ego inobediens extiti, tu obediẽs ſcelus inobediẽtie luis: ego gulæ parui, tu inedia afficeris: me
ad illicitã concupiſcentiã rapuit arbor, te perfecta charitas duxit ad cruce: ego præſum
A pſi veritũ, tu ſubiſti eculeũ: ego delector cibo, tu laboras patibulo: ego fruor delitiis, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinẽ, tu fellis guſtas amaritudinẽ: mihi ridẽs congaudet Pſal. 115.
Eua, tibi plorans cõpatitur Maria. Eccè rex gloriæ, eccè mea impietas: & tua claret pietas. En mea iniuſtitia, & tua liquet iuſtitia. Quid rex meus & deus meus, quid retribuã tibi pro oĩbus quæ retribuiſti mihi? Non.n. inueniri põt in corde hominis quod condigne talibus referatur præmijs. Nunquid ſagacitas machinari põt humana, cui cõpare tur miſeratio diuina? Nec eſt creaturæ moliri officiũ, quo iuſte creatorẽ recõpenſet pre
ſidium. Eſt autẽ nate † dei in hac tua admirabili diſpenſatione, eſt cui fragilitas mea in † alias, de
aliquo ſuppeditet, ſi tua viſitatione cõpuncta mẽs carnem ſuã crucifigat cũ vitiis & cõ us.
cupiſcentijs, & hoc cũ a te conceditur, quaſi iam tibi incipit cõpati, & quia & tu pro Gal. 5.
pacto meo dignatus es mori. Sicq; per interioris hominis victoriã te duce amabitur ad
ad exteriorẽ palmam, quatenus deuicta perſecutione ſpiritali: non vereatur pro amore
tui ſubiici gladio materiali. Ita exiguitas cõditionẽs, ſi tuæ cõplaceat pietati, magnitu-
B dini valebit pro viribus reſpondere creatoris. Et hæc cœleſtis medicina bone Ieſu, hoc
tui antidoti amoris. Oro te per antiquas miſericordias tuas, infunde vulneribus meis
quod reiecta vipereæ contagionis bile, reintegret me incolumitati priſtinæ, quo guſtatum tuæ nectar ſuauitatis faciat me illecebroſa mundi toto affectu deſpicere, & nulla
eius aduerſa pro te formidare, memorq; pei petuæ nobilitatis, ſemper faſtidiam ventos
huius tranſitorii tumoris. Nihil quæſo ſine te mihi dulceſcat, nihil cõplaceat, nil præcioſum, nil preter te mihi arrideat ſpecioſum, vileſcat obſecro abſq; te mihi oĩa, ſordeãt vniuerſa. Quod tibi aduentũ eſt, ſit mihi moleſtũ: & tuũ beneplacitũ: mihi indeficiens deſiderium. Pedeat me gaudere ſine te, & delectet contriſtari pro te. Sit mihi no- Pſal. 41.
men tuũ refocillatio, & memoria tua conſolatio, fiat mihi lachrymæ meæ panes die ac Pſal. 118.
nocte inueſtigando iuſtificationes tuas, ſit mihi bonũ lex oris tui ſuper millia auri &
argenti. Sit obedire tibi mihi amabile, reſiſtere tibi execrabile. Rogo te ſpes mea p oẽs
pietates tuas vt propitieris impietatibus meis. Adaperi aures meas mandatis tuis, ne
decline, flagitio per nomen ſanctũ tuũ, in verba malitiæ cor meum ad excuſandas excu
ſationes in peccatis: peto etiã per admirabilẽ humanitatẽ tuã, ne veniat mihi pes ſu-
D perbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ecce omnipotens deus pater domini mei Hic exponi
C diſpone benignus quæſo miſerearis mei: quoniam quicquid præcioſius inneni, deuo- nit homo
te obtuli, quicquid clarius reperi, ſuppliciter præſentaui. Nihil mihi reliqui, quin tuæ deo patri
expoſuerim maieſtati, nihil iam ſupereſt qđ aditciam, quia totã tibi delegaui ſpẽ meã. paſsionẽ
Direxi tibi aduocatũ meum dilectũ filium tuum, niſi gloriоſam progenie inter me & filii, ſuam
te mediatorẽ, miſi, inquã, interceſſorem: per quem cõfido, veniam, niſi verbis verbum, in reconci
quem pro meis dixi miſſum factis, & numeraui tibi ſanctiſsimæ ſobolis paſsionẽ, quã liationẽ.
pro me credo fuiſſe perpeſſam. Credo à te miſſam deitatem, meam ſuſcepiſſe humani- Ca. 8.
tatem, in qua dignũ dixit alapas, Vincula, ſputa, irriſiones perferre, nec non crucẽ, clauos, telumq; ſuſcipere. Hanc olim infantiæ vagitibus demolitã, pueritiæ pœnis conſtrictam, iuuentutis ſudoribus vexatã, ieiuniis maceratã, vigiliis afflictam, itineribus feſſam, poſtea affectam flagris, laceratam ſuppliciis, depuratam cum mortuis, dotatã gloria reſurrectionis cœlorum gaudio induxit, & in dextram tuæ celſitudinis collocauit, hæc placatio mea & propitiatio tua. Hic attende pius quem genueris filium, & quẽ redemeris ſeruum. Hic aſpice factorem, & ne deſpicias facturam. Amplectere ſerenus pa-
E ſtorem, & reſpice miſericors allatam propriis humeris ouem. Hic eſt fidelisſimus pa-
D ſtor ille qui dum errabundum per abrupta montium, per precipitia vallium multis va- Luc. 15.
riisq; quæſierat laboribus, quique iam morienti, iam per longa exilia deficienti, tamẽ
inuentæ gaudens ſe ſuppoſuit, & miro ſibi anniſu charitatis à profunda confuſionis
abyſſo leuauit, piisq; aſtrictã complexibus ad nonagintanouem vnam quæ perierat re
portauit, Ecce domine mi rex, deus omnipotens, ecce paſtor bonus refert tibi quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

commisisti ei suscepit te disponente ad saluandum hominem, quem tibi restituit omni labe immunem. Ecce tuum tibi charissimus natus plasma reconciliauit, quod à te procul deuauit. En gregi tuo pastor mitis reformat, quod prædo violentus abegerat. Reddit tuis conspectibus seruum quem sua fecerat conscientia fugitiuum, vt qui per se meruit pœnam, per factionem huius mereatur veniam, cuique pro culpis superat gehenna, tanto duce iam confidat reuocari ad patriam. Potui per me te sancte pater offendere, sed non valui per me placare. Factus est adiutor meus deus meus, tuus dilectus filius, meam participans humanitatem vt curaret infirmitatem, quatenus vnde causa emerserat offensionis, inde tibi immolaret sacrificium laudis, meq; per hoc redderet tuę pietati placabilem, quo sedens ad dexteram tuam semper meæ substantiæ se ostenderet esse consortem. Ecce spes mea, ecce tota fiducia mea. Si me pro mea, vt dignum est despicis iniquitate, respice me saltem misericors pro dilectæ sobolis charitate. Attende in filio quo propitieris seruo vide carnis sacramentum, & remitte carnis reatum. Quoties beatæ prolis tibi patent vulnera, delitescant obsecro scelera mea. Quoties rubet preciosus pio de latere sanguis, diluatur obsecro labes meæ pollutionis. Et quia caro te lacessiuit ad iram, caro te flectat imploro ad misericordiam; & sicut me caro seduxit ad culpam, caro deducat ad veniam. Multum nanque est quod mea meretur impietas, longe autem maius quod redemptoris mei reposcit iure pietas. Magna enim est mea iniustitia, fateor, verum maior redemptoris iustitia. Quanto namque est superior deus homine, tanto mea malitia est inferior eius bonitate in qua F litate & quantitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit filius dei factus homo? Quæ tanta superbia tumeret, quam non tanta humilitas sterneret? Quod nam tantum mortis imperium, quod nati dei non destrueret crucis supplicium? Nimirum deus meus si æqua lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia libe-
* aliàs librarẽtur. rentur * authoris, non tantum Oriens ab Occidente, seu inferior separatur infernus à summo cœli cardine. Iam lucis optime creator, iam culpis ignosce meis, pro dilecti filii tui laboribus immensis. Iam eius quæso pietati mea impietas, eius modestiæ mea peruersitas, & mansuetudini donetur ferocitas. Iam sua humilitas meam superbiam, patientia impatientiam, benignitas duritiam, obedientia inobedientiam, tranquillitas inquietudinem, dulcedo amaritudinem, suauitas iram, charitas lucrifaciat crudelitatem. Iam diuini amor numinis, patris omnipotentis prolisque
De inuocatione spiri tussancti. Cap. IX. beatissimæ sancta communicatio omnipotens paraclete spiritus, mœrentium consolator clementissimę, iam cordis mei penetralibus potenti illabere virtute, & tenebrosa quæque laris neglecti latibula, corrusci luminis fulgore pius habitator læ-
Psal 42. tifica, tuique roris abundantia longo ariditatis marcentia squalore visitando fœcunda: Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo, & torpentis medullas ie-
Psal.142. coris flammis salutaribus penetrando succende, sanctique seruoris igne illustrando intima mentis & corporis vniuersa depasce. Pota me torrente voluptatis tuæ, vt nil iam mundanorum degustare libeat venenatæ dulcedinis. Iudica me domine & discerne causam meam de gente non sancta, doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Credo ergo quia quemcunque inhabitaueris, patris ac pariter filii domicilium condis. Beatus qui te merebitur hospitari, quoniam per te pater & filius apud eum faciunt mansionem. Veni iam, veni benignissime dolentis animæ consolator, protegens in opportunitatibus, in tribulatione adiutor. G Veni mundator scelerum, curator vulnerum. Veni fortitudo fragilium, releuator labentium: veni humilium doctor, superborum destructor. Veni orphanorum pius pater, viduarum dulcis iudex. Veni sedes pauperũ, refocillator deficientiũ Veni nauigantium sydus, naufragij portus. Veni omnium viuentium singulare decus, morientium vnica salus. Veni sanctissime spiritus, Veni spiritus, veni & miserere mei, apta me tibi, & condescende propitius mihi, vt mea tuæ magnitudini exiguitas,

tas, roborię tuo mea imbecillitas scđm magnitudinem tuarum complaceat miserationũ, per Iesum xp̃m saluatorem meum, qui cũ patre in tua vnitate viuit & regnat in seculа seculorũ, Amen. Scio dñe, scio & fateor, quia non sum dignus quẽ tu diligas, sed certe tu non es indignus quem ego diligã. Indignus quidem sum tibi seruire, sed tu nõ es indignus seruitio creaturæ tuæ, da ergo mihi domine vnde tu es dignus, & ego ero dignus vnde sum indignus. Fac me qũo vis à peccatis cessare, vt qũo debeo possim tibi seruire. Concede mihi sic custodire & regere & finire vitam meam, vt in pace dormiam, H & in te requiescam. Præsta mihi in finem vt me excipiat somnus cum cum requie requies cum securitate, securitas in ęternitate, Amen. Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paracletum, sanctam & indiuiduam trinitatem toto corde & orẽ confitemur, laudamus atq; benedicimus, tibi gloria in secula seculorũ, Amen. O summa trinitas, virtus vna & indiscreta maiestas, deus noster, deus omnipotens, confiteor tibi ego vltimus seruorum tuorum, & exiguum membrum Ecclesię tuę confiteor tibi, & honorifico te debito sacrificio laudis pro scire & posse quod mihi tantillo, donare dignatus es. Et quia exteriora mihi numera de sunt, quæ possim offerre, ea quæ in me sunt vota laudationis ex dono misericordiæ tuæ, ecce libens atq; ouans offero tibi de fide non ficta & conscientia pura. Credo igitur te ex toto corde, rex cœli & terræ domine, & ore te cõfiteor patrem & filium & spiritum sanctum in personis trinũ, & in substantia vnum, verum deum omnipotentem, vnius simplicis & incorporeę, in-
I uisibilis & incircumscriptæ naturæ, nihil te superius aut inferius maiusve aliquid habentem, sed per omnem modum sine deformitate perfectum, sine quantitate magnũ, sine qualitate bonum, sine tempore sempiternum, sine morte vitã, sine infirmitate fortem, sine mendacio verum, sine situ vbiq; præsentem, sine extensione omnia implentẽ, sine contradictione vbiq; concurrentem, sine statu intra omnia manentem, sine indigẽtia omnia creantem, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initia dãrem, sine tui mutatione omnia mutabilia facientem, in magnitudine infinitum, in virtute omnipotentem, in bonitate summum, in sapientia inæstimabilem, in consiliis terribilem, in iudiciis iustum, in cogitationibus secretissimum, in verbis veracem, in operibus sanctum, in misericordijs copiosum, erga delinquentes patientissimum, erga pœnitentes pijssimum, semper eundem ipsum æternum sempiternum, immortalem atq; incommutabilem, quem nec spatia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula vlla coarctant, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbant, nec læta demulcent. Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeũt nec futura succedunt. Cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec casus fi-
K nem dabit, sed ante secula & in seculis & per secula in æternum viuis, & est tibi perennis laus & æterna, gloria, summa potestas, & singularis honor perpetuum regnum, & sine fine imperium, per infinita & indefessa & immortalia secula seculorum, Amen. Hucusq; omnipotens deus cordis mei inspector & scrutator, confessus sum omnipotentiam maiestatis tuæ, & maiestatem omnipotentiæ tuæ, nunc autem qualiter humano generi subuenire dignatus es in fine seculorum, sicut corde credo ad iustitiam, ita ore coram te confiteor ad salutem. Tu quidem deus pater solus nunq; & nusquam legeris missus, de filio autem tuo ita scribit Apostolus, Cum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Cum dicit, misit, satis ostendit, quia in hunc mundum missus aduenit, cum de beata Maria semper virgine natus, verus & perfectus homo in carne apparuit. Sed quid est quod de illo ille Euangelistarum præcipuus ait, In mundo erat & mũdus per ipsum factus est? Illuc vero missus est per humanitatem vbi semper fuit & est
L diuinitas. Quam videlicet missionẽ opus esse totius sanctæ trinitatis toto corde credo, & ore confiteo. Quarantũ aũt nos amasti pater sanctę & bonę, quantum nos dilexisti pie conditor, qui ẽt proprio filio non pepercisti, sed pro nobis impijs tradidisti illum, subditus tibi ille fuit vsq; ad mortem, mortem autem crucis, tollens cirographum peccatorum nostrorũ & affigens illud cruci, crucifixit peccatum & occidit mortem, vnus ille inter mortuos liber, potestatem habens ponendi animam suam pro nobis, & iterum sumendi eã pro nobis. Igitur victor, & victima, & ideo victor, quia victima pro nobis tibi, sacerdos & sacrificiũ: & ideo sacerdos, quia sacrificium. Merito mihi spes vallida in illo est, quia sanabis omnes languores meos per eũ qui sedet ad dexterã tuã & interpellat

Oro seruus dei, se humiliter sentiens.
Cap. X.
Oratio ad sanctã trinitatem.
Cap. XI.
Confessio omnipotentis dei. & maiestatis iusdem.
Cap. XII.
Qualiter generi humano dignatus est subuenire deus pr̃, & de verbi incarnatione, & grãrũ actione.
Cap. XIII.
Galat. 4.
Ioan. 1.
Roma. 8.
Philip. 2.
Coloss. 2.
Psal 87.
Ioan. 10.
Roma. 8.
Ioan. 14.
1 Pet. 2.

pro nobis. Langu ores quippe mei domine magni sunt & multi, multi sunt, & magni; habet enim multa in me princeps mundi huius, scio & fateor, sed rogo te libera me per sedentem ad dexteram tuam redemptorem nostrum, in quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ipsum me iustifica, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, per ipsum caput nostrum in quo nulla est macula, libera membrum eius licet exiguū & infirmum, libera queso me à peccatis, vitiis, culpis & negligentiis. Reple me tuis sanctis virtutibus, & fac me bonis pollere moribus, fac me in sanctis operibus tuis proDe fiducia quam habere debet aīa in domino Iesu atque eius passione. Ca. 14. pter nomen sanctum tuum perseuerare vsq; in finem secundum voluntatem tuam. Desperare vtique potuissem propter nimia peccata mea & infinitas negligentias meas, nisi verbū tuū deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iam non audeo, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortem filii tui, quanto magis reconciliati salui facti sumus per eū? Omnis namq; spes & totius fiduciæ certitudo mihi est in precioso sanguine eius, qui effusus est pp nos & propter nostrā salutē. In ipso respiro, & in ipso confisus ad te peruenire desidero, non habens meā iustitiā, sed eā quæ est in filio tuo domino nostro Iesu xp̄o. Vnde gratias agimus tibi clementissime & benignissime amator hoīum deus, qui per Iesum xp̄m filium tuum dominū nostrum cum non essemus, potenter fecisti nos, & cū perditi fuissemus culpa nostra, mirabiliter liberasti & recuperasti nos. Gratias ago pietati tuæ, & multas tibi gratias refero ex totis præcordiis meis, qui pp tuam inenarrabilē dilectione, qua nos miseris & indignos mirabili bonitate amare dignatus es, misisti eundem vnigenitum tuū de sinu tuo ad publicū nostrum saluare nos peccatores tunc & filios perditionis. Gratias ago tibi pro sancta incarnatione & natiuitate eius, & pro gloriosa genitrice sua, de qua ipse carnē
Acto. 1. assumere dignatus est propter nos: & propter nostrā salutē: vt sicut verus deus ex deo ita verus homo ex homine esset. Gratias tibi ago pro passione & cruce eius, pro morte & resurrectione eius pro ascensione eius in cœlum, & sede maiestatis eius ad dexteram
Acto. 2. tuam, Ipse. n. quadragesimo die post resurrectionē suā ascendens videntibus discipulis super omnes cœlos, sedēsq; ad dexterā tuā, spiritum sctūm secundum promissionē suam in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago pro sacratissima illa effusione pre-
Ioan. 3. cioſi sanguinis eius, quo sumus redempti, simul & pro sacrosaucto & viuifico mysterio corporis & sanguinis eius, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, ablui mur, & sanctificamur, & vnius summæ diuinitatis participes efficimur. Gratias tibi
Ioan. 17. ago pro hac tua mira & inenarrabili charitate, qua nos indignos sic amasti & saluasti
De immensa charitate patris æterni, ad genus humanum. Ca. 15. Luc. 15. per vnicum & dilectum filium tuum. Sic. n. dilexisti nundum, vt vnigenitum tum dares, ut oīs qui credit in eū non pereat, sed habeat vitā æternā. Hæc est aūt vita æterna, vt cognoscamus te verum deū, & quē misisti Iesum xp̄m, per fidem rectā & condigna fidei opera. O immensa pietas, o inestimabilis charitas, vt liberares seruum, filiū tradidisti, Deus factus est homo, vt perditus homo de potestate dæmonū eruueretur. Quā benignissimus amator hoīum filius tuus deus noster cuius piis visceribus non satis visum est, vt se inclinaret factus homo de vergine Maria, nisi etiam subiret crucis supplicium effuso sanguine pp nos, & pp nostrā salutem, Venit pius deus, venit pro pietate & bonitate sua, venit quærere & saluum facere, quod perierat. Quæsiuit ouem perditam, quæsiuit & inuenit & humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius dominus & vere multum pius pastor. O charitas, o pietas, quis audiuit talia, quis super tanta misericordiæ viscera non obstupescat? Quis non miretur, quis non colletur pp ni-
Rom. 8. miam charitatem tuam, qua nos dilexisti? Misisti filium tuum in similitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum, vt nos efficeremur iustitia tua in ipso. Ipse enim verus est agnus immaculatus, qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgēdo reparauit. Sed quid tibi retribuere possumus deus noster pro tantis beneficiis misericordiæ tuæ? Quas laudes, quasue gratiarum actiones? Etiam si illa beatorū angelorum sciētia & potentia nobis foret: nihil tamē
Heb. 2. dignū tantæ pietati & bonitati tuæ recōpensare valeremus. Si certe omnia mēbra nostra verterentur in linguas ad repetendum tibi debitas laudes, nequaquam sufficeret exiguitas nostra. Superemines. n. omnem scientiam tuam inæstimabilis charitas, quā ostendisti nobis indignis pro sola bonitate & pietate tua. Filius nāque tuus deus noster, non angelos, sed semen Abrahæ apprehendit, assimilatus nobis per oīa absq; pec-

cato: humanam itaq; non angelicam suscipiens naturam, & eam stola sanctæ resurrectionis & immortalitatis glorificans, vexit super oēs cœlos, super oēs choros angelorum, super Cherubin & Seraphin, collocans ad dexteram tuā. Hanc aūt laudant ange-
153 li, adorant dominationes, & oēs virtutes cœlorū tremunt super se & sup hoiem deum,
E hæc nēpe mihi tota est spes oīsq; fiducia: Est. n in ipso Iesu xp̄o domino nro vniuscuque nostrū portio caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosum me cognosco. Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio, quāuis peccator sim, de hac cōione gratiæ nō diffido. Et si peccata mea me prohibent, substantia mea requirit. Etsi delicta mea me excludūt, naturæ cōio non repellit. Non. n. tam immitis est deus vt obliuiscatur hoīs, & non meminerit ipsius, quem ipse gestat, & quem mei causa suscepit eius quē mei causa requirit. Mitis Gen. 2.
vero & valde benignus est dns deus noster, & diligit carnē suā, mēbra sua & viscera sua Ephe. 5.
in ipso deo & domino nostro Iesu xp̄o dulcissimo benignissimo atq; clemētissimo, in quo resurreximus, & iam cœlos ascendimus, & iam in cœlestibus consedimus. Caro no De dupli-
stra nos diligit: habemus aūt sanguinis nostri prærogatiuā in ipso. Sumus aūt mebra ci Christi
eius & caro eius, ipse deniq; est caput nostrū, ex quo totū corpus, sicut scriptum est, Os natura, q
ex ossibus meis, & caro de carne mea, & erunt duo in carne vna: &, Nemo vnquā carnē pro nobis
suā odio habet, sed fouet & diligit eā. Mysteriū hoc magnū est, ego dico in xp̄o & in Ec miseretur,
clesia, ait Apostolus. Gratias itaq; ago de labiis & corde & oī qua valeo virtute infini- & pro no-
tæ misericordiæ tuæ dñe deus noster, pro oībus miserationibus tuis, quibus mirabili- bis interter nobis perditis subuenire dignatus es per eundē filiū tuū, saluatorē & recuperatorē pellat.
nostrum, qui mortuus est propter peccata nostra & resurrexit propter iustificationem Ca. 16.
nostrā, & nunc viuens sine fine sedet ad dexterā tuā, & interpellat pro nobis, & simul Rom. 4.
tecum miscetur, quia deus est ex te patre coæternus & cōsubstātialis tibi per oīa, vnde Rom. 8.
pōt in perpetū nos saluare: sed secundum id quod homo est, ex qua parte minor te est, Matt. 28.
data est ei oīs potestas in cœlo & in terra, vt in nomine Iesu oē genu flectatur, cœlestiū Phil. 2.
153 terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus noster Iesus xp̄s.
F in gloria est tua deus pater oīpotens. Ipse quidem cōstitutus est à te iudex viuorū & Ioan. 5.
mortuorū, tu vero non iudicas quēquam, sed omne iudiciū tuū dedisti filio tuo, in cu-
ius pectore reconditi sunt oēs thesauri sapientiæ & sciæ. Ipse aūt testis & iudex est: iudex & testis, quē nulla peccatrix conscientia effugere poterit: oīa. n nuda & aperta sunt Col. 2.
oculis eius ipse sanè, qui iniuste iudicatus est, iudicabit orbem terræ in æquitate, & po Hier. 29.
pulos in iustitia. Benedico ergo nomen sanctum tuū in æternum, & glorifico ex toto Heb. 4.
corde meo omnipotens & misericors domine, pro inenarrabili & mirabili coniunctio
ne diuinitatis & humanitatis in vnitate personæ, vt non alter deus alter hō esset, sed Psal. 95.
vnus idemq;, deus & homo, homo & deus. Sed licet mirabili dignatione verbum caro
factū sit, neutra tamen ex duabus naturis in aliam mutata est substantiam: Trinitatis Ioan. 1.
mysterio quarta non est addita persona, vnita quippe est non confusa verbi dei hoisq;
substantia, vt in deū, quod ex nobis susceptū fuerat peruenire, & illud quod nunquā Rom. 8.
fuerat, idem quod semper fuerat permaneret. O admirabile mysterium, o inenarrabile commercium. O mira semperq; miranda, semperq; amanda diuinæ propitiationis be Psal. 67.
nignitas, Serui digni non fuimus, & ecce filii dei facti sumus: heredes quidem Dei, co
heredes aūt xp̄i. Vnde hoc nobis, & quis nos ad hoc perduxit? Sed rogo te clementissime pater deus per hāc inestimabilem pietatē, bonitatē & charitatem tuā, vt dignos nos
facias multis & magnis promissionibus eiusdē filii tui domini nostri Iesu xp̄i. Manda 1. Tim. 3.
virtuti tuæ & confirma hoc, quod operatus es in nobis: perfice quod cœpisti, vt ad plenam tuæ pietatis gratiā mereamur peruenire. Fac nos per sp̄ūm sanctum intelligere & De gratia
mereri, & debito semper honore venerari hoc magnum pietatis mysterium, quod ma- quam habere debet
nifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est gen-
153 tibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. O quantū sumus tibi debito- homo deo,
G res domine deus noster, tāto redēpti præcio, tanto saluati dono, & tam glorioso adiuti pro benefi
beneficio: quantū à nobis miseris es timendus, amādus, benedicendus, laudandus, ho- cio redem
norandus, & glorificandus; qui nos sic amasti, sic saluasti, sic sanctificasti, sic sublima- ptionis.
sti. Tibi nempe debemus omne quod possumus, omne quod viuimus, omne quod sapimus. Sed quis habet quicquā nō tuū? Tu dñe deus noster, à quo bona cūcta procedūt,

propter te & nomen sanctum tuũ, da nobis de bonis tuis, vt de bonis ac datis tuis feruiamus tibi, & in veritate placeamus, atq; debitas quotidie laudes repẽdamus tibi pro
Cap. 17. tantis beneficijs misericordiæ tuæ: non aliude possumus tibi seruire, neq; placere, nisi de tuo munere. Omne.n datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est,
est, descendens à te patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudi- 153
nis obumbratio. Domine deus noster, deus pie, deus bone, deus omnipotens, deus in-
Iaco. 1. effabilis & incircũscriptæ naturæ, deus institutor oium rerum, & domini nostri Iesu I
Christi pater, qui eundem dilectũ filiũ tuum dominũ nostrũ dulcissimũ misisti de si-
nu tuo ad publicum proficuum nostrum suscipere vitã nostram, vt nobis donaret suã,
esset; perfectus deus ex te patre, & perfectus homo ex matre totus deus & totus homo
vnus idẽq; xps, æternus & temporalis, immortalis & mortalis, creator & creatus, fortis
& infirmus, victor & victus, nutritor & nutritus, pastor & ouis, & tẽporaliter mortuus
& tecũ viuens in æternum, suis dilectoribus vitæ municipium promittens, suis discí-
Iaco. 14. pulis dixit. Quodcunq; petieritis patrem in noie meo, dabit vobis, Per ipsum summũ
sacerdotẽ & verũ pontificẽ & bonum pastorem, qui se tibi obtulit in sacrificium, po-
nens animam suam pro grege suo, te rogo, per ipsum qui sedet ad dexteram tuã & in-
terpellat pro nobis, redemptorem & aduocatum nostrũ pietati & bonitati tuæ suppli-
co clementissime & amantissime & benignissime amator hoium deus, vt des mihi cũ
eodem filio tuo & spiritusancto te in omnibus benedicere & glorificare, cũ multa cor-
dis contritione & lachrymarum fonte, cum multa reuerentia & tremore, quia quorum
Sapi. 9. vna est substantia, vnũ est & datũ. Sed quoniã corpus quod corrũpitur aggrauat aiam,
excita quæso torporem meum tuis stimulis, & fac me strenue perseuerare in præce-
Psal. 38. ptis & laudibus tuis die ac nocte. Tribue vt concaleat cor meum intra me, & in medita
tione mea exardescat ignis. Et quia ipse tuus vnicus natus dixit, Nemo venit ad me
nisi pater qui misit me traxerit eum; &, Nemo venit ad patrem nisi per me, obsecro, & 153
Ioan. 6. suppliciter rogo, trahe me semper ad ipsum, vt ipse me tandem perducat ad te illuc, vbi K
Ioan. 14. ipse est in dextera tua sedens. Vbi est sempiterna vita sempiterne beata, vbi est amor
perfectus & timor nullus, vbi est dies æternus & vnus oium spũs, vbi summa & certa
securitas & secura tranquillitas, & tranquilla iocunditas & iocunda fœlicitas, & fœlix
æternitas, & æterna beatitudo, & beata tui sine fine visio atq; laudatio. Vbi tu cum illo
& ille tecũ in cõionem sancti spiritus ẽternaliter ac sempiternaliter viuis & regnas. &c.

Spes mea Christe deus, hominum tu dulcis amator,
Lux, via, vita, salus, decor, & decus omne tuorum,
Precatio Omnia pro quorum voluisti ferre salute,
ad xpm. Cernito vincla, crucem, vulnus mortem atq; sepulchrum,
Cap. 18. Post tres inde dies deuicta morte resurgens,
Discipulus visus, nutantia corda reformans:
Luce quaterdena cælorum summa petisti.
Vitis in æternum nunc & per secula regnans.

Tu es deus meus viuus & verus, pr meus sctũs, dñs meus pius, rex meus magnus, pa
stor meus bonus, magister meus vnus, adiutor meus optimus, dilectus meus pulcherri
mus, panis meus viuus, sacerdos meus in ẽternũ, dux meus ad patriã, lux mea vera, dul
cedo mea sctã, via mea recta, sapiẽtia mea pclara, simplicitas mea pura, concordia mea
pacifica, custodia mea tuta, portio mea bona, salus mea sempiterna, misericordia ma-
gna patiẽtia mea robustissima, victima mea immaculata, redẽptio mea sctã, spes mea 151
firma, charitas mea pfecta, resurrectio mea vera, vita mea æterna, exultatio & visio mea L
beatissima, & sine fine mãsura. Te dẽp cor, supplico & rogo, vt p te ambulẽ, ad te perue-
Ioan. 14. niã, in te requiescã, qui es via, veritas, & vita, sine qua nemo venit ad patrem. Te.n. desi-
dero dulcissimum & pulcherrimũ dñm, ò splẽdor paterne gloriæ, qui sedes super Che
rubin, & intueris abyssos, lumẽ veridicũ, lumẽ illuminãs, lumẽ indeficiẽs, in quẽ deside
1. Pet. 1. rant angeli prospicere. Ecce cor meũ corã te est, discutẽ tenebras eius, vt amoris tui cla
ritate plenius perfundatur. Da mihi deus meus te, redde mihi te, en amo te, & si parum
est, amẽ validius. Nõ possum metiri vt sciã quãtum desit mihi amoris tui ad id q̃ satis
Psal. 30. est, vt currrat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur donec absc̃datur in absc̃dito
vultus tui. Hoc tñ scio, quia male mihi est prẽter te dñe: nõ solũ extra me, sed in meipso.

Ois n. copia quę deus meus nõ est, egestas mihi est. Bonũ nãq;, qd neq; in melius, neq;
in deterius commutari potest tu solus es, qui simpliciter solus es, cui non est aliud viue
re, & aliud beate viuere, quia tua beatitudo tu es. Creatura vero tua cui est aliud viue-
re, & aliud beate viuere, omne quod viuit & beate viuit, non debet nisi gratiæ tuæ attri
buere. Et ideo nos egemus tui, non tu nostri: quia si omnino non cessemus, nihil tibi
deesset ad bonum quod tu es. Tibi itaque domino nostro semper adhærere necesse ha-
bemus, vt per continuum auxilium tuum sancte & pie & recte viuere valeamus: ponde
154 re siquidem fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autem tuo accendimur & sur-
H sum ferimur, inarde scimus & imus, ascendimus, ascensiones in corde facimus, & canta
mus canticum graduum, igne tuo bono inardescimus & imus, quo iam sursum imus,
ad pacem Hierusalem. Quoniam iocundatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in do- Psal. 121.
mum domini ibimus. Illic collocauit nos voluntas bona, vt nihil velimus aliud quam
permanere illic in æternum. Sed quia dum sumus in corpore, peregrinamur a te domi 2. Cor. 5.
ne, non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, noster autem mu Heb. 13.
nicipatus in cœlis est, ideo duce gratia tua ingredior in cubile cordis mei, & can-
to tibi amatoria rex meus, & deus meus, gemens inenarrabiles gemitus in loco peregri- Psal. 118.
tionis meæ. Vbi cantabiles mihi factæ sunt iustificationes tuæ. Et recordans Hierusalẽ
extendo in eam sensum cordis, Hierusalem patriam meam, Hierusalem matrem meam,
teq; super eam regnatorem, illustratorem, patrem, tutorem, patronum, rectorem, pasto-
rem, castas & fortes delitias, solidum gaudium & omnia bona ineffabilia, simul omnia,
quia vnum summum & verum bonum, & non auertar, donec in eius pacem matris cha
rissimæ, vbi sunt primitiæ spiritus mei, colligas totum, quod sum à dispersione & de-
formitate hac, & conformes atque confirmes in æternum deus meus misericordia mea.
154 Hæc est domus tua deus non terrena neque vlla cœlesti mole corporea, sed spiritalis & Hic distin-
L particeps æternitatis tuæ, quia sine labe manet in æternum. Statuisti enim eam in se- guit inter
culum & in seculum seculi, præceptum posuisti & non præteribit. Non tamen tibi deo sapientiam
coæterna, quia non sine initio, facta est enim. Prior quippe omnium creata est sapiẽtia, quæ dei
ta est, spiritalis natura. s. quæ contẽplatione luminis, lumen est: dicitur. n. & ipsa, quãuis sapiẽtia quæ
non vtique illa sapientia deo patri planẽ coæterna & coæqualis, per quam creata sunt diuina est.
omnia, & in quo principio factum est cœlum & terra: sed profecto sapientia, quæ crea- Ca. XIX.
tura est, spiritalis natura. s. quæ contẽplatione luminis, lumen est: dicitur. n. & ipsa, quãuis Psal. 148.
creata sapientia. Sed quantum distat inter lumen illuminans, & lumen, quod illumina- Eccle. 1.
tur: tantum differt inter te summã sapientiã, quæ est creans, & istã quæ creata est: sicut Ioan. 1.
inter iustitiã iustificantem, quæ tu deus noster es, & iustitiam quæ iustificatione nostra Gene. 1.
facta est. Nam & nos sumus dicti iustitia dei patris in te filio eius domino nostro, testã- 2. Cor. 5.
te Apostolo. Ergo quia prior omnium creata est, quædam sapientia, quæ creata est mẽs Gala. 4.
154 rationalis & intellectualis, castæ. s. ciuitatis tuæ, matris nostræ, quæ sursum est, & libera Psal. 113.
L est, & æterna in cœlis. Quibus cœlis? Nisi qui te laudant cœli cœlorũ, quia hoc est & cœ
lũ cœli dño. Et si nõ inuenimus tps ante illã, quæ creaturã tpis antecedit: qa prior oim
creata est, ante illã tñ es tu de æternus creator oium, à quo facta sumpsit exordiũ, q̃uis
nõ tpis, quia nõdũ erat tps, ipsis tñ cõditionis suæ. Vñ ita est abs te dño deo nostro, vt
aliud sit planè quã tu, licet nec añ illã, nec illa inueniamus tps: est. n. idonea faciẽ tuam
semper videre, nec vspiã deflectit ab ea, quo fit vt nulla mutatiõe varietur. Inest tñ ipsi
mutabilitas, qua tenebrescęret & frigescęret, nisi amore grãdi cohærens tibi tanq̃ super
meridiẽ luceret & ferueret ex te. Deniq; tam casto amore cohęret tibi deo vero & vere
æterno, vt quãuis tibi nõ sit coęterna, p nullũ tñ tpis varietates & vicissitudines à te
resoluatur & defluat, sed in tui solius uerissima cõtemplatione reqescat, qm tu de dili- Psal. 116.
genti te quãtũ præcipis oñdis te, & sufficit ei. Vñ nõ declinat à te, nec a se, sed semp in
154 eodem statu manet, te indesinenter videndo, te indeficienter amãdo, uerũ lumen & ca-
L stũ amorem. O beata ista & sublimis creatura creaturarũ, maxime beata inhærendo sp
beatitudini tuæ, fœlix & nimiũ fœlix te sempiterno inhabitatore atq; illustratore suo.
Nec inuenio qd licentius appellãdũ existimem: cœlũ cœli dño, q̃ domũ tuã cõtemplã- Psal. 41.
tẽ, delectationẽ tuã sine defectu egrediẽdi in aliud mẽtẽ purã cõcordissime vnã, stabili- Psal. 25.
métũ pacis btorũ spirituũ, in cœlestib sunt ista cœlestia. Vnde intelligat aia cuius pe-
regrinatio lõginqua facta est, si iã sit tibi, si iã factæ sint ei lachymæ suæ panes sui, si iã
petat vnã & hãc reqrat, vt inhabitet i domo tua p oẽs dies: vitę suę. Et q̃ vita ei nisi tu? &

Psa. 101. quì dies sui, nisi æternitas tua? sicut anni tui, qui non deficient. Hic ergo intelligat, anima, quæ potest, qui longe super omnia tempora sis æternus, quando domus tua, quæ peregrinata non est quanuis tibi non sit coęterna, indesinenter tamen & indeficienter cohærendo tibi nullam temporis patitur varietatem, teq; semper perseuerantissima ca stitate hauriens immutabilitatem suam, nusquàm & nunquàm exierit ex te sibi præsente, ad quem toto affectu se tenet, non habens futurum, quod expectet, nec præteritũ

Alias ã pręteritũ traiiciens. transiens, (quod meminerit, per nullas vices variatur, & in nulla tempora extenditur. O domus dei luminosa & speciosa, dilexi decorem tuum, & locum habitationis gloriæ domini dei mei fabricatoris & possessoris tui, tibi suspiret peregrinatio mea, nocte ac

Hic orat hõ, vt ipsa quoq; domus dei oret pro eo die tibi inhiet cor meum, tibi item dat mens mea, ad societatem beatitudinis tuæ pernire desideret anima mea, dico ei, qui fecit te vt possideat me in te, quia ipse fecit me & te, imò tu dic, tu roga vt dignum me faciat participatione gloriæ tuæ. Sanctam enim so

Cap. X X. cietatem tuam & mirabilem pulchritudinem tuam non per meritum requiro, sed per

Psal. 118. sanguinem eius, quo redemptus sum, adipisci non despero, tantum adiuuent me meri-

Psa. 119. ta tua, subueniant prauitati meæ sanctæ & purissimæ orationes tuæ, quæ inefficaces apud deum nullatenus esse possunt. Erraui fateor sicut ouis perdita, & incolatus meus 1/4 E prolongatus est, atque procul proiectus sum à facie domini dei mei in hanc exilij cęcitatem. Vbi expulsus a paradisi gaudijs deploro quotidie mecum super miserias captiuitatis meæ lugubre carmen ingentesq; lamentationes, cum recordor tui mater Hierusalem, dum stant pedes mei in atrijs tuis, sancta & decora Sion, necdũ interiora tua conspicere in propatulo valens: sed in humeris pastoris mei, structoris tui, spero me re portari tibi vt tripudiem tecum illo inenarrabili gaudio, quo lætantur illi qui tecum sunt coram ipso deo & saluatore nostro, qui dissoluit inimicitias in carne sua, & pacificauit omnia, quæ in cœlis sunt, & quę in terra sanguine suo. Ipse enim est pax nostra,

Ephe. 2. qui fecit vtraque vnum, qui duos ex aduerso venientes parietes coniungens in se beatitudinis tuæ permanentem fœlicitatem pari modo, & eadem mensura se nobis datu-

Matt. 22. rum promisit, dicens, Erunt æquales angelis dei in cœlis. O Hierusalẽ domus dei æterna, post Christi dilectionem tu esto lætitia & consolatio mea, dulcis memoria tui beati

Quantis amaritudinibus vita ista sit repersa. nominis sit reuelatio mœroris tædiorumq; meorum. Tædet enim me domine valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrinationis. Vita hęc, vita misera, vita caduca, vita 1/4 incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorum, regina superborum, ple F na miserijs & erroribus quæ non est vita dicenda, sed mors, in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus diuersis generibus mortium. Nunquid er-

Cap. XXI. go hoc quod viuimus in hoc mundo: dicere possumus vitam, quam humores tumidãt, dolores extenuant: & ardores exiccant, aerea morbidant: esę inflant, ieiunia macerãt: ioci dissoluunt, tristitiæ consumunt: solicitudo coarctat, securitas hebetat: diuitæ inflant & iactant, paupertas deijcit: iuuentus extollit, senectus incuruat: infirmitas frãgit, mœror deprimit? Et his malis omnibus mors furibunda succedit, simulq; cunctis gaudijs istius miserę vitę ita finem imponit, vt cum esse desierit, non fuisse putetur. Mors ista vitalis, & vita mortalis, licet his alijsq; sit respersa amaritudinibus, prod dolor quãplurimos suis capit illecebris, & quam multos suis fallis promissionibus decipit. Et cum ita per se sit falsa & amara, vt etiam suos cęcos amatores latere non valeat: tamen infinitam stultorum multitudinem aureo calice, quem in manu habet, potat & 1/4 prorsus inebriat. Fœlices illi, & ipsi rari, qui familiaritatem eius recusant, perfunctoria gaudia spernunt societatem abijciunt, ne cum pereunte deceptrice & ipsi perire cogitã G

De fœlicitate vitæ, quã præparauit deus diligentibus se. tur. O tu vita, quam præparauit deus his, qui diligunt eum, vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitiæ, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine p turbatione, sine varietate & mutatione, vita totius elegantię & dignitatis plenissima, vbi non est aduersarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi est amor perfectus,

Ca. XXII. & timor nullus, vbi dies ęternus, & vnus omnium spiritus, vbi deus facie ad faciem cernitur, & hoc vitæ cibo mens sine defectu satiatur. Libet me tuæ intendere claritati, delectant me bona tua auido corde quanto plus valeo mecum considerare, tanto

1. Cor. 13. 1. Ioan. 3. plus amore langueo, tuo vehemẽti desiderio, tuaq; dulci memoria admodum delector. Libet itaque libet cordis in te oculos attollere, statum mentis erigere, affectum animi

1/4 H conformare. Libet sanè de te loqui, de te audire, de te scribere, de te conferre, de tua beatitudine & gloria quotidie legere, & lecta sæpius sub corde reuoluere, vt vel sic possim ab huius mortalis periturę; vitæ ardoribus, periculis & sudoribus sub tuæ vitalis aurę dulci refrigerio transire, & transiens in sinu tuo sessum caput dormiturus vel paululum reclinare. Huius rei gratia scripturarum sanctarum amœna prata ingredior, viridissimas sententiarum herbas exarando carpo, legendo comedo, frequentando rumino, atque congregando tandem in alta memorię sede repono, vt tali modo tua dulcedine degustata, minus istius miserrimę vitæ amaritudines sentiam. O tu vita felicissima, o regnum vere beatum, carens morte, vacans fine, cui nulla tempora succedunt per æuum, vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus, vbi victor miles illis hymnidicis angelorum sociatus choris, cantat deo sine cessatione canticum de cantici Sion, Nobile perpetua caput amplectente corona. Vtinam concessa mihi pecca-

1/4 I torum venia, moxq; hac carnis sarcina deposita, in tua gaudia veram requiem habiturus intrarem, & tuæ ciuitatis præclara atque speciosa mœnia, coronam vitæ de manu domini accepturus ingrederer, vt illis sanctissimis choris interessem, vt cum beatis-

mis spiritibus gloriæ conditoris assisterem, vt presentem Christi vultum cernerem, vt illud summum & inèffabile & incircunscriptũ lumen semper aspicerem, sicq; nullo me-

De fœlicitate animę sanctæ hic exeuntis. Ca. XXIII. tu mortis affici, sed de incorruptionis perpetuæ munere lætari possem sine fine. Fœlix anima, quæ terreno resoluto corpore libera cœlum petit, secuta est & tranquilla, non timet hostem neque mortem: habet enim præsentem, cernitq; indesinenter pulcherrimum dominum, cui seruiuit, quem dilexit, & ad quem tandem læta & gloriosa

Canti. 6. peruenit. Hanc vero tantæ beatitudinis gloriam nulla dies minuet, nullus improbus poterit auferre. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prędicauerunt, reginæ, & con-

Canti. 2. cubinæ laudauerũt eã dicentes, Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suum? Quæ est ista quę progreditur sicut aurora consurgens,

1/4 K pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quam læta exit, festinat, currit, cum dilectum suum sibi dicentem attonitis auribus audit, surge propera amica mea, speciosa mea, & veni, iam enim hyems transijt, imber abijt & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossus suos florentes vineę dederunt odorem suum, Surge, propera amica mea, formosa mea, columba mea in foraminibus petrę, in cauernis macerię, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Veni electa mea, speciosa mea, columba mea, immaculata mea, sponsa mea, ueni & ponam in te thronum meum, quia concupiui speciem tuam. Veni vt lęteris inconspectu meo cum angelis meis, quorum societas tibi ąme repromissa est.

Sanctorũ inuocatio. Cap. 24. Veni post multa pericula & labores, intra in gaudium domini tui, quod nemo tollet à te. Fœlices sancti dei, omnes, qui iam pertransistis huius mortalitatis pelagus, & peruenire meruistis ad portam perpetuæ quietis, securitatis & pacis, securi & tranquilli, sempercq; festiui atque gaudentes, Obsecro vos per vestram charitatem, qui securi estis de

1/4 L vobis soliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, soliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortalitate iam imortales facti estis, de cuius beatissima uisione semper gaudetis, estote iugiter memores nostri. subuenite nobis miseris, qui adhuc in salo huius vitę circunstantibus agitamur procellis. Vos portę pulcherrimę, quę in magnam surrexistis altitudinem, adiuuate nos vile pauimentum longe inferius iacentes. Date manum, & erigite iacentes super pedes, vt conualescentes de infirmitate, fortes efficiamur in bello. Intercedite & orate constanter atque indesinenter pro nobis miseris multumq; negligentibus peccatoribus, vt per vestras orationes vestro sancto consortio coniungamur, quia aliter salui esse non possumus. Su-

Psal. 103. mus nanque valde fragiles, & nullius virtutis homunciones, animalia ventris, & carnis mancipia, in quibus vix aliquod virtutis vestigium apparet. Et tamen sub Christi confessione positi, ligno crucis ferimur, nauigantes per hoc mare magnũ & spaciosum, vbi sunt reptilia quorum nõ est numerus, vbi sunt animalia pusilla cum magnis, vbi est draco sęuissimus, semper paratus ad deuorandũ, vbi sunt loca periculosa Scyla & Charybdis, & alia innumerabilia, in quibus naufragantur incauti, & in fide dubij.

Aliæ desiderium ad ciuitatẽ sanctã Hierusalem. Ca. XXV. Cant.4. Psal.44. Cant.5. Cant.2. Cant.3. Cant.7.

Orate dominum, orate piissimi, orate omnia agmina sanctorum, & vniuersi cœtus beatorum, vt vestris precibus meritisq; adiuti, salua naue & integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetuæ salutis & quietis, & continuæ pacis, & nunq; finiendæ securitatis. Mater Hierusalem, ciuitas sancta dei, charissima sponsa Christi, te amat cor meum, pulchritudinem tuam nimium desiderat mens mea. O q̃ decora, q̃ gloriosa, q̃ generosa tu es? Tota pulchra es, & macula non est in te. Exulta & lætare formosa filia principis, quia concupiuit rex speciem tuam, & amauit decorem tuum, speciosus forma præ filiis hominum. Sed qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Sicut malus inter ligna syluarum sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraui, ecce lætã sedeo, & fructus eius dulcis gutturi meo. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & vẽter meus intremuit ad tactum eius. In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui, & inueni: teneo, nec dimittam illum donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ibi enim dabis mihi dulcissima vbera tua abundantius & perfectius, & satiabis me satietate mirifica, ita vt nec esuriam, nec sitiam in æternum. Fœlix anima mea, semperq; fœlix in secula, si intueri meruero gloriam tuam, beatitudinem tuam, pulchritudinem tuam, portas & muros tuos, & plateas tas, & mansiones tuas multas, nobilissimos ciues tuos, & sortissimum regem tuum dominum nostrum in decore suo. Muri nãq; tui ex lapidibus præciosis, portæ tuæ ex margaritis optimis, plateæ tuæ ex auro purissimo, in quibus iocundum halleluia sine intermissione concinitur, Mansiones tuæ multæ, quadris lapidibus fundatæ, sapphiris constructæ, laterculis coopertæ aureis, in quas nullus ingreditur nisi mũdus, nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es & suauis in delitijs tuis, mater Hierusalem. Nihil in te tale quale hic patimur, qualia in hac misera vita cernimus. Non sunt in te tenebræ, aut nox, aut quælibet diuersitas temporum, Nõ lucet in te lux lucernæ, aut splẽdor lunæ, vel iubar stellarum, sed deus de deo, lux de luce, sol iustitiæ semper illuminat te, agnus cãdidus & immaculatus, lucidum & pulcherrimum est lumen tuum. Sol tuus & claritas tua & omne bonum tuum, huius pulcherrimi regis indeficiens contemplatio. Ipse rex regum in medio tui, & pueri eius in circumitu eius. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorũ ciuium. Ibi dulcis solemnitas omnium ab hab tristi peregrinatione ad tua gaudia redeuntium. Ibi Prophetarum prouidus chorus, ibi duodenus Apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, ibi sanctorum confessorum sacer conuentus, ibi veri & perfecti monachi, ibi sanctę mulieres, quæ voluptates seculi & sexus infirmitatem vicerunt, ibi pueri & puellę, qui annos suos sanctis moribus transcenderunt, ibi sunt oues & agni, qui iam huius voluptatis laqueos euaserunt, exultant oẽs in propriis mãsionibus, dispar est gloria singulorum, sed communis est lætitia omnium. Plena & perfecta ibi regnat charitas, quia deus est ibi omnia in omnibus, quem sine fine vident, & semper videndo in eius amore ardent, amant & laudant, laudant & amant. Omne opus eorum, laus dei sine fine, sine defectione, sine labore. Fœlix ego & vere in perpetuum fœlix, si post resolutionem huius corpusculi audire meruero illa cantica cœlestis melodiæ, quę cãtantur ad laudem regis ęterni ab illis supernę patriæ ciuibus, beatorumq; spirituum agminibus. Fortunatus ego nimiumq; beatus, si & ego ipse meruero cantare ea & assistere regi meo deo meo, & duci meo, & cernere eum in gloria sua, sicut ipse polliceri dignatus est, dicens, Pater, volo vt quos dedisti mihi, sint mecum, vt videant claritatem meam, quam habui apud te ante constitutionem mundi: & alibi, Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit: & iterum, Qui diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

1. Cor. 15.

Ioan. 17. 12. & 14.

HYMNVS DE GLORIA PARADISI.

Ca. XXVI Numeri sunt lege soluti, ad imitationẽ carminis trochaici tetrametri catalectici

Ad perennis vitæ fontem mens sitiuit arida,
Clausstra carnis præsto frangi clausa quærit anima,
Gliscit, ambit, eluctatur exul frui patria,
Dum pressuris ac ærumnis se gemit obnoxiam,
Quam amisit cum deliquit, contemplatur gloriam.
Præsens malum auget boni perditi memoriam.
Nam quis promat, summæ pacis quanta sit lætitia?
Vbi viuis margaritis surgunt ædificia,
Auro celsa micant tecta, radiant triclinia,
Solis gemmis preciosis hæc structura nectitur,
Auro mundo tanquàm vitro vrbis via sternitur,
Abest limus, deest fimus, lues nulla cernitur.
Hyems horrens, æstas torrens illic nunquàm sæuiunt,
Flos perpetuus rosarum ver agit perpetuum.
Candent lilia, rubescit crocus, sudat balsamum.
Virent prata, vernant fata, riui mellis influunt,
Pigmentorum spirat odor, liquor & aromatum.
Pendent poma floridorum non lapsura nemorum.
Non alternat luna vices, sol, vel cursus syderum,
Agnus est fœlicis vrbis lumen inocciduum.
Nox & tempus desunt ei, diem fert continuum,
Nam & sancti quique velut sol præclarus rutilant,
Post triumphum coronati mutuo coiubilant,
Et prostrati, pugnas hostis iam securi numerant,
Omni labe defæcati carnis bella nesciunt,
Caro facta spiritalis & mens vnum sentiunt,
Pace multa perfruentes, scandala non perferunt.
Mutabilibus exuti, repetunt originem,
Et præsentem veritatis contemplantur speciem:
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinem,
Inde statum semper ij dem exeuntes capiunt,
Clari, viuidi, iocundi, nullis peccant calibus.
Absunt morbi semper sanis, senectus iuuenibus,
Hinc perenne tenent esse, nam transire transijt.
Inde virent, vigent, florent, corruptela corruit,
Immortalitatis vigor atræ mortis ius absorbuit.
Qui scientem cuncta sciunt, quid nescire nequeunt?
Nam & pectoris arcana penetrant alterutrum,
Vnum volunt, vnum nolunt, vnitas est mentium,
Licet cuique sit diuersum pro labore meritum,
Charitas hæc suum facit, quod dum amat alterum,
Proprium sic singulorum, commune sit omnium.
Vbi corpus, illic iure congregantur aquilę,
Quo cum angelis & sanctæ recreentur animæ.
Vno pane viuunt ciues vtriusque patriæ.
Auidi, & semper pleni, quod habent, desiderant,
Non satietas fastidit, neque fames cruciat,
Inhiantes semper edunt, & edentes inhiant.
Nouas semper harmonias, vox melodа concrepat,
Et in iubilum prolata mulcent aures organa

Tigna, per quem sunt victores, regi dant præconia.
Fœlix cœli, quę presentem regem cernit anima,
Et sub sede spectat alta orbis volui machinam,
Solem, lunam, & globosa cum planetis sydera.
Christe palma bellatorum, hoc in municipium
Introduc me, post solutum militare cingulum.
Fac consortem donatiui beatorum ciuium,
Probes vires inexhausto laboranti prælio.
Vt quietem post præcinctum debeas emerito,
Teq; merear potiri sine fine præmio. Amen.

Doxologia Ca. 27. Laus continua quam facit ãia ex cõtẽplatiõe supnæ diuinitatis 2. Cor. 13.

Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, Benedic anima mea domino, & nobili obliuiſci omnes retributiones eius. Bñdicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. Laudemus deum quem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, cui Cherubin & Seraphin incessabili voce proclamant, Sanctus, sanctus, sanctus. Iũgamus voces nostras vocibus angelorum sanctorum, & cõem dominum laudemus pro modulo nostro. Illi enim laudant dominum purissime & incessanter, qui semper inhærent contemplationi diuinæ, non per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem. Sed quis dicere vel cogitare sufficiat, qualis sit in conspectu domini dei omnipotentis illa beatorum spirituum cœlestiumq; virtutum innumerabilis multitudo: quæ sit in eis sine fine festiuitas visionis dei, q̃ lætitia sine defectu, quis amoris ardor, nõ cruciãs, sed delectãs? Quod sit in eis desiderium visionis dei cum satietate, & satietas cum desiderio, in quibus nec desiderium pœnam generat, nec satietas fastidium parit? Quomodo inhærẽdo summæ beatitudini sint beati? quomodo cõiuncti vero lumini facti sunt lux? Quomodo semper aspicientes incommutabilem trinitatem, mutati sunt in incommutabilitatem? Sed quando illam angelicæ dignitatis celsitudinem comprehendere poterimus, quando nec ipsius animæ nostræ naturam inuestigare valemus? Qualis est ista, quæ carnem viuificare potest, se autem in sanctis cogitationibus vt volet constringere non potest? Qualis est ista tam fortis, tam infirma, tam parua, tam magna, quæ rimatur secreta dei & cœlestia contemplatur, atque humanis commodis multarum artium peritiam perspicaci ingenio adinuenisse probatur? Qualis ergo est ista, quæ tam multa de cæteris nouit, & se qualiter facta sit prorsus ignorat? Licet enim nonnulla ambigua à quibusdam super eius origine proferantur, inuenimus tamen eam esse quendã intellectualem spiritum per creatoris potentiã factũ, immortaliter iuxta modũ suũ viuentem, mortale corpus, quod sustinet viuificãtem, mutabilitati subiectũ, obliuioni deditũ, quem timor sæpe afficit, lætitia extollit. O res mira omniq; stupore dignissima. De deo quidem creatore omnium, qui est incomprehensibilis & ineffabilis, excelsa & mirabilia nimis omni remota ambiguitate legimus, loquimur & scribimus: de angelis aũt, & animabus quicquid dicimus: non tam euidenter approbare possumus. Sed transeat ab his animus, & transcendat omne, quod creatum est, currat & ascendat, voliter & pertrãseat, & in eũ, qui creauit omnia quãtũ potest oculos fidei dirigat. Faciam ergo gradus ascensionis in corde meo, & per ipsos ascendam animã meam, & per ipsam mentem meã ascendam ad dominum meũ, qui capiti meo desuper manet. Quicquid uisibiliter cernitur, quicquid spiritaliter imaginatur, forti manu ab intuitu cordis & mentis procul remoueatur: solus intellectus purus & simplex, incedens rapido volatu ad ipsum perueniat conditorem angelorum & animarum & omnium rerum. Mens illa beata, quæ ima deserit, summa petit, quæ ponit in arduis sedem habitationis suæ, & de summis rupibus contemplatur solem iustitiæ aquilinis obtutibus. Nihil enim tam pulchrum atq; iocũdum, quàm ipsum solum mentis intuitu & cordis auiditate contemplari deum, & miro modo inuisibiliter cernere inuisibilem, sicq; aliam non istam gustare dulcedinem, & inspicere aliam non istam lucem. Lux enim ista, quæ loco clauditur, tempore finitur, noctium interruptione variatur, & quam communem cum vermibus & pecoribus habemus, incõparatione illius summæ lucis non est lux dicenda, sed nox. Quanquam autem illa summa & incommutabilis essentia, lux vera, lux indeficiens, lux angelorum à nemine conspici ualeat in hac uita, quod solum præmium sanctis

Quid sit quodãmõ

reseruatur in cœlesti gloria: illud tamen credere & intelligere & sentire &, ardenter inhiare quodammodo illum cernere est atq; tenere. Sonet itaq; vox super angelos, & homo intenta mente contempletus deum, verbis, quibus potest suas illi dicat laudes. Iustum nanq; est vt creatura suum laudet creatorem, ipse.n. ad laudandum se nos creauit, qui nostris non indiget laudibus. Est aũt virtus incomprehensibilis, nullius indigens, ipse sibi sufficiens. Magnus dominus deus noster & magna virtus eius, & sapiẽtiæ eius non est numerus, magnus dominus deus noster & laudabilis valde. Hunc itaque mens diligat, lingua canat, manus scribat, atq; in his sanctis studiis fidelis animus se totum exerceat. Huius videlicet cœlestis theoriæ suauissimis dapibus vir desideriorum, & cœlestium contemplator assidue reficiatur, vt hoc cœlesti pabulo saginatus clamet damore magno, clamet totis medullis cordis, clamet in iubilo, & ardentissimo mentis desiderio dicat, O summe, optime, omnipotentissime, misericordissime, iustissime, secretissime, præsentissime, pulcherrime, & fortissime, stabilis & incomprehensibilis, inuisibilis, omnia videns, immutabilis, omnia mutans, immortalis, illocalis, interminus, incircumscriptus, nusquam finitus, inæstimabilis, ineffabilis, inscrutabilis, immotus, omnia mouens, inuestigabilis, indicibilis, metuendus atq; terribilis, honorandus atque timendus, venerandus atq; reuerendus: nunquam nouus, nunquam vetus, innouans, omnia, & in vetustatem perducens superbos & nesciunt. Semper agens, semper quietus, colligens & non egens, omnia portans sine onere, omnia implẽs sine inclusione, omnia creans, protegens, nutriens, & perficiens, quærens cum nihil desit tibi, amãs nec æstuas, zelans & securus es: pœnitet te & nõ doles, irasceris & tranquillus es, operas multa, sed non consilium Recipis quod non inuenis & nunquam amisisti, nunquam inops & gaudes lucris, nunq̃ auarus & vsuras exigis, supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quam non tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Qui solus vnificas omnia, qui creasti omnia, qui vbiq; es, & vbiq; totus, qui sentiri potes, videri nõ potes, qui nusquam dees, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees, vbi longe es, quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam, Qui omnia tangis, nec tamen omnia tangis æqualiter: quædam.n. tangis vt sint, non tamen vt viuant, sentiant, & discernant: quædam vero tangis, vt sint, viuant & sentiant, non tamen vt discernant: quædam vero tangis vt sint, viuant, sentiant & discernant. Et cum tibimetipsi nunquam dissimilis sis, dissimiliter tamen tangis dissimilia, qui vbiq; semper præsens es & inueniri vix potes, quem stantem sequimur, & apprehendere non valemus, qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia: neq; ex alia parte sustines, atq; ex alia parte superaris: neq; ex alia parte imples, & ex alia circumplecteris: sed circumplectendo imples, & implendo circumplecteris, sustinẽdo superexcedis, & superexcedendo sustines. Qui doces corda fideliũ sine strepitu verborum. Qui attingis à fine vsq; ad finem fortiter, & disponis omnia suauiter. Qui locis non distenderis, nec temporibus variaris. Neq; habes accessus & recessus, sed habitas lucem inaccesibilem, quam nullus hominum vidit, nec videre potest. In te manens quietus, vbiq; circumis totum, vbiq; prorsus totus. Non.n. scindi vel diuidi poteris, quia vere vnus es, nec in partes efficeris, quia totus totum tenes, totum imples, totum illustras & possides. Huius videlicet mysterii immensam profunditatem mens humana concipere non potest, nec oratoria lingua enarrare, neq; diffusi sermones, nec bibliothecarũ volumina explicare. Si totum mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis explicari non potest, quoniam vere indicibilis es, nullo modo scribi potes, neq; concludi, qui es fons lucis diuinæ & sol charitatis æternæ. Magnus.n. es sine quantitate, & ideo immensus: bonus es sine qualitate, & ideo vere & summe bonus, & nemo bonus nisi tu solus, cuius voluntas est opus, cuius velle posse est. Qui omnia de nihilo creasti, quæ sola voluntate tua fecisti. Qui omnem creaturam tuam absq; indigentia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absq; tædio regis. Et nihil est quod perturbet ordinem imperii tui, vel in summis, vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco haberis, & omnia cõtines sine ambitu, & vbiq; præsens es sine situ & motu. Qui nec mali authores, quod facere non potes, qui nihil non potes: neq; vnquam te aliquid feciſſe pœnituit, nec vllius commotionis animi tui tempestate turbaris, nec totius terræ pericula damnum tuum est. Nulla flagitia vel scelera probas, aut imperas. Nunq̃ mentiris, quia æterna

deum cernere, & tenere, & q̃liter sit deo, sentiẽdum. Cap. 27. Psal. 146. Psal. 95. Oõ explicans pluri mas dei proprietates. Cap. 29.

Sapi. 8.

1. Tim. 6.

Mar. 8.

veritas ēs Cuius vnius bonitate facti sum.us,& iustitia pœna luimus,& clementia liberamur. Nam nihil cœleste, nihil igneum, nihil terrenum, nihilq; quod corporis sensus attingat pro te colendum est,qui vere es,quod es & non mutaris. Cui maxime spiritaliter conuenit illud,quod Græci dicunt. τὸ ὄν, Latine quod est, semper idemipse es,& annitui deficient.Hęc & alia multa docuit me sancta mater Ecclesia,cuius factus sum membrum per gratiam tuam. Docuit me sané te solum & vnum & verum deum nō esse corporeum & passibilem,nihilq; de substantia tua vel natura vllo modo esse violabile,aut commutabile, aut compositum vel factum. Et ideo certum est corporeis oculis te non posse sentiri: sed nec ab vllo mortalium in propria essentia aliquando potuisse videri. Hinc etenim patenter datur intelligi, quod vndè angeli te intuentur, inde & nos post hanc vitam te videbimus. Sed nec ipsi profecto te videre possunt sicuti es: nulli deniq; alii tota nisi tibi soli nota est omnipotens trinitas. Tu vero vnitas es diuinitatis, personarum,pluralitate multiplex,numerabiliter es innumerabilis,ac idcirco mensurabiliter immensurabilis,& ponderabiliter imponderabilis.Non.n.summæ bonitatis, quæ tuipse,es profitemur originem,ex qua omnia,per quam omnia,in qua omnia : sed eius participatione dicimus omnia bona.Nam tua diuina essentia semper caruit ac caret materia,licet nō careat forma, forma.s.informata,forma formarum, forma formosissima, quam dum primis quasi sigillum rebus singulis, eas sine tui augmenti, aut tui detrimenti mutabilitate proculdubio à te facis differri. Quicquid autem in natura creaturarum est,creatura tua est O vna trinitas & trina vnitas deus,cuius omnipotentia omnia possidet & regit & implet,quæ creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus vt te cōtineant, sed vt ipsa potius à te contineantur; nec particulatim imples omnia, nec vllatenus ita putandum est, vt vnaquæq; creatura pro magnitudine portionis suæ capiat te, id est maxima maius,& minima minus, cum sis potius ipse in omnibus, siue omnia in te. Cuius omnipotentia concludit vniuersa,nec euadendi potentiam tuam quis aditum inuenire poterit Qui.n.te non habet placatum, nequaquam euadet iratum, sicut scriptum est,Neque ab Oriente,neq; ab Occidente,neque à desertis montib. quoniam deus iudex est;& alibi,Quò ibo à spiritu tuo,& quo à facie tua fugiam? Immensitas diuinæ magnitudinis tuæ ista est,vt intelligamus te intra omnia,sed non inclusum: extra omnia,sed nō exclusum.Et ideo interiores vt omnia contineas, & ideo exteriores vt incircumscriptæ magnitudinis tuæ immmensitate omnia concludas. Per id ergo, quod interior es, ostenderis esse creator : per id vero quod exterior es, gubernator omnium demonstraris: ac ne omnia, quę creata sunt, sine te essent interior es : exterior vero, vt oĩa includantur à te, non locali magnitudine, sed potentiali præsentia, qui vbiq; præsens es,& omnia tibi præsentia,quanuis quidam hæc intelligant,quidam vero nō intelligant. Inseparabilis ergo naturæ tuæ vnitas separabiles non potest habere personas qa sicut es trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate: sic separationem non potes habere personarum.Nominantur quidem illæ personæ aliquando singulæ,sed ita te voluisti deus trinitas inseparabilem ostendere in personis,vt nullum tibi nomen sit in qualibet persona, quod non ad aliam secundum relationis regulam referatur: sicut pater ad filium, & filius ad patrē sic spūssanctus ad patrem & filiū verissime refertur. Ea vero nomina, qua subam,vel personā,vel potentiam,vel essentiā tuam significanvel qcqd proprie dī deus,oĩbus personis,æqualiter conueniunt, vt deus magnus,oĩpotens, æternus,& oĩa quæ naturaliter de te deo dicuntur. Non est ergo aliquod naturæ nomen, quod sic tibi deo patri conuenire valeat, vt aut filio tuo spirituisancto conuenire nequeat. Dicimus te patrem naturaliter esse deū,sed naturaliter est filius deus, naturaliter est deus & spiritussanctus,non tamen tres dij,sed vnut naturaliter deus, pater & filius & spiritussanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas,deus in personis sensu intelligenda,quanuis voce separabilia habeas nomina, quia pluralem numerum in naturæ nominibus nullatenus recipis : in hoc.n.ostenditur personas, non posse diuidi in sancta trinitate, quæ vnus deus verus est, quia cuiuslibet personę nomen semper ad alteram respicit personam.Si patrem dico,filium ostendo: si filium nomino,patrem prædico : si spiritū sanctum appello, alicuius esse spiritum necesse est intelligi s.patris & filii. Hæc est.n. fides vera veniens de sana doctrina,hæc certe est fides catholica & orthodoxa, quam me docuit deus in sinu matris Ecclesiæ gratia sua. Inuocat itaq; domine te fides mea, quam dedisti

Psal. 101.

De vnitate personarū, & pluralitate i deo. Cap. 30.

Psal. 74.
Psal. 138.

dedisti mihi propter bonitatem tuam ad salutationem meam . Fidelis autem anima ex fide viuit, tenet in spe quod videbit in re . Inuocat te deus meus casta conscientia mea, & suauis amor fidei meæ, quam excussis ignorantiæ tenebris ad veritatis intelligentiam perduxisti, & quam a stulta seculi amaritudine eruisti, atque adhibita tuæ dulcedinis charitate, iocundam mihi & mellisluam reddidisti. Inuocat te trinitas beata, vox clara & syncerus amor fidei meæ, quam ab ipsis enutriens cunabulis illuminasti semper per illustrationem gratię tuæ, & quam adaugens confirmasti in me per documenta matris ecclesiæ . Te inuoco beata & benedicta & gloriosa vna trinitas, pater & filius & spiritussanctus, deus, dominus, paracletus : charitas, gratia, communicatio : genitor, genitus, regenerans : verum lumen ex lumine vero, vera illuminatio : fons, flumen, irrigatio, ab vno omnia, per vnum omnia, in vno omnia, a quo, per quem, in quo omnia : viuens vita, vita a viuente, viuentium viuificator : vnus a se, vnus ab vno, vnus ab ambobus : ὅν a se: ὄν ab altero, ὄν ab vtroque verax pater, veritas filius, veritas spiritussanctus : vna ergo pater, λόγος, paracletusq; essentia vna virtus, vna bonitas, vna beatitudo a quo, per quem, & in quo beata sunt omnia quæcunque beata sunt . Deus vera & summa vita, a quo, per quem, & in quo viuunt omnia quæcunque vere & beate viuunt. Deus bonum & pulchrum, a quo, per quem, & in quo bona & pulcra sunt omnia, quæcunque bona & pulcra sunt. Deus cuius nos fides excitat, spes erigit, charitas iungit. Deus qui petī te iubes, & inueniri te facis, & pulsanti aperis . Deus a quo auerti cadere est, ad quem conuerti surgere est, in quo manere consistere est . Deus quem nemo amittit nisi deceptus, nemo quærit nisi admonitus, nemo inuenit nisi purgatus . Deus quem nosse viuere est, cui seruire regnare est, quem laudare salus & gaudium animę est. Te labijs & corde omniq; qua valeo virtute laudo, benedico atque adoro, tuæq; clementiæ & bonitati pro vniuersis beneficijs tuis gratias refero, & hymnum gloriæ tuę cano, Sanctus, sanctus, sanctus. Te inuoco ô beata trinitas, vt venias in me, & temphum me facias dignum glorię tuæ. Rogo patrem per filium, rogo filium per patrem, rogo spiritumsanctum per patrem & filium, vt omnia vitia elongentur a me, & omnes sanctæ virtutes plantentur in me. Deus immense a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia facta sunt, ūisibilia & inuisibilia . Qui opera tua extra circundas, & intra reples, supra tegis, & infra fers, custodi me opus manuum tuarum in te sperantem, & in tua solummodo misericordia confidentem, custodi me quęso hic & vbique, nunc & semper, intus & foris, ante & retro, supra & infra, circumcirca, ita vt in me nullus pateat locus insidijs inimicorum . Tu es deus omnipotens, custos & protector omnium in te sperantium, sine quo nemo est tutus nemo de periculis liberatus . Tu es deus & non est alius deus pręter te, neque in cœlo sursum, neque in terra deorsum, qui facis magnalia & mirabilia & inscrutabilia quorum non est numerus. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus, tibi omnes angeli, tibi cœli & vniuersę potestates hymnos dicunt, & laudes indesinenter concinunt, vtpote creatori creaturæ, domino serui, regi milites, te sanctam & indiuiduam trinitatem omnis creatura magnificat, omnis spiritus laudat . Tibi sancti & humiles corde, tibi spiritus & animæ iustorum, tibi omnes superni ciues & cuncti beatorum spirituum ordines, gloriam & honorem suppliciter adorantes concinunt sine fine . Laudant te domine illi superni ciues magnifice & honorabiliter : laudat te homo, magna portio creaturæ tuę. Sed & ego peccator homuncio desiderio magno cupio te laudare, amare te te opto amore præcipuo. Deus meus, vita mea, fortitudo mea, & laudatio mea dignare me laudare te. Da mihi lumen in corde, verbum in ore, vt cor meum meditetur gloriam tuam, & lingua mea tota die cantet laudes tuas . Sed quia non est pulcra laus in ore peccatoris, & quia vir pollutis labijs ego sum, munda obsecro cor meum ab omni inquinamento, sanctifica me sanctificator omnipotens interius & exterius, & fac me dignum laudibus tuis. Suscipe benigne & acceptabiliter de manu cordis & de mentis amore, suscipe sacrificium labiorum meorum, fiatq; acceptabile in conspectu tuo, & ascendat ad te in odorem suauitatis . Memoria tua sancta & dulcedo tua beatissima possideat totam animam meam, atque in inuisibilium amorem rapiat eam . Transeat de visibilibus ad inuisibilia, de terrenis ad cœlestia,

Oratio ad sanctā trinitatem. Cap. 31.

Qđ deus uera & sūma vita ē. Cap. 32. Matt. 7.

Laus angelorū & hominum. Cap. 33.

Eccl. 15. Esaiæ. 6.

de temporalibus ad æterna, transeat & videat visionem mirabilem. O æterna ve-
ritas, o vera charitas, o chara æternitas, tu es deus meus, ad te suspiro nocte ac die,
1. Ioan. 3. tibi inhio, tibi intendo, ad te peruenire desidero, qui nouit te, nouit veritatem, no-
Psal. 41. uit æternitatem, Tu veritas super omnia præsides, quem videbimus sicuti es, cum
pertransierit hæc vita cæca & mortalis, in qua dicitur nobis, Vbi est deus tuus? Et
ego dico, Deus meus vbi es? Respiro in te paululum, cum effundo super te ani-
mam meam in voce exultationis & confessionis soni epulantis & festiuitatem cele-
brantis, & adhuc tristis es, quia relabitur & fit abyssus, quin potius sentit se adhuc
esse abyssum. Dicit ei fides mea quam accendisti in nocte ante pedes meos, Qua-
re tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, lucerna pedibus meis
verbum eius. Spera & perseuera donec pertranseat nox mater iniquorum, donec
pertranseat ira domini, cuius fumus aliquando filij: fumus enim aliquando tene- 117
bræ, donec pertranseat iste impetus aquarum, residua adhuc trahimus in corpore pro- A
pter peccatum mortuo, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ. Sperabo in do-
Psal. 5. mino, mane astabo & contemplabor, semperq confitebor ei. Mane astabo & vide-
Rom. 8. bo salutare vultus mei deum meum, qui viuificabit mortalia corpora nostra pro-
1. Thes. 5. pter inhabitantē spiritum eius in nobis, vt iam simus lux, dum adhuc spe salui fa-
Ephes. 5. cti sumus, & filij lucis, & filij diei, non noctis neque tenebrarum. Fumus enim ali-
Rom. 8. quando tenebrę, nunc autem lux in te deus noster, & tamen adhuc per fidem, necdū
per speciem. Spes, quæ videtur non est, spes. Laudant te domine illi populi an-
gelorum tuorum immortales, & glorificant nomen tuum cœlestes virtutes, quæ non
habent opus legere hanc scripturam nostram, & cognoscere te sanctam & indiuiduā
trinitatem. Vident enim faciem tuam semper, & ibi legunt sine syllabis tempo-
rum, quid velit æterna voluntas tua, legunt, eligunt, & diligunt, semperq legunt, &
nunquam præterit id quod legunt, & eligendo & diligendo legunt ipsam immutabi-
litatem consilij tui, & non clauditur codex eorum, nec plicabitur liber eorum, quo-
niam tu ipse illis hoc es, & eris in ęternum. O beatæ nimium illę cœlorum virtu- 118
tes, quę laudare te possunt sancte & purissime cum nimia dulcedine & ineffabili L
exultatione, inde laudant vnde gaudent, quia semper vident, vnde gaudere valeant
& laudare. Nos vero mole carnis præsi, & procul a vultu tuo in hac peregrina-
tione positi, atque per mundanas varietates distenti, digne laudare nequimus, lauda-
mus tamen per fidem, non per speciem: illi vero angelici spiritus per speciem, non
per fidem. Hoc enim caro facit vt multo aliter laudemus, quàm illi: sed licet di-
uersis modis, laudes dicamus, tu tamen vnus es deus creator omnium, cui sacrificiū
laudis in cœlo & in terra offertur: peruenturi tamen sumus misericordia tua ad eo-
rum consortium, cum quibus te semper videbimus, & sine fine laudabimus. Tri-
bue, domine vt donec in hoc fragili corpore positus sum laudet te cor meum, laudet
te lingua mea, & omnia ossa mea dicant, Domine, qui similis tui? Tu es deus om-
nipotens, quem trinum in personis, & vnum in substantia deitatis colimus & ado-
ramus patrem ingenitum, filium de patre vnigenitum, spiritum sanctum de vtro-
que procedentem, & in vtroq; permanentem, sanctam & indiuiduam trinitatem,
vnum deum omnipotentem: qui cum non essemus, potenter fecisti nos, & cum 119
perditi fuissemus culpa nostra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperasti nos, ne M
finas nos esse ingratos, obsecro, tantis beneficijs & indignos tam multis miseratio-
nibus. Te deprecor supplico, & rogo, auge fidem, auge spem, auge charitatem.
Fac nos per ipsam gratiam tuam semper in fide stabiles, & in ope efficaces, vt per fi-
dem rectam & condigna fidei opera ad vitam te miserante perueniamus æternam,
Hic cóque ritur homo nō cō-
plūgitur in cōtemplatione exiquo angeliquo q; tremūt
vt ibi videntes gloriam tuam sicuti est, adoremus maiestatem tuam, & dicamus pa-
riter, quos dignos feceris videre gloriam tuam, Gloria patri, qui creauit nos, gloria
filio, qui redemit nos, gloria spiritui sancto, qui sanctificauit nos, gloria summæ &
indiuiduę trinitati, cuius opera inseparabilia sunt, cuius imperium sine fine manet,
Te decet laus, te decet hymnus, tibi debetur omnis honor, tibi benedictio & cla-
ritas, tibi gratiarum actio, tibi honor, virtus, & fortitudo deo nostro in secu-
la seculorum, Amen. Ignosce domine, ignosce pie, ignosce & miserere, parce igno
rantię meæ, & multæ imperfectioni meę. Noli me tanquam temerarium repro-

bare, quod audeam seruus vtinam vel bonus & non etiam inutilis, & malus, deum vi-
& ideo valde malus, quia te omnipotentem deum nostrum, terribilem & nimis me- dentes.
tuendum sine cordis contritione, & lachrymarum fonte, sine reuerentia debita & tre Ca. 34.
more laudo, benedico atque adoro. Si enim angeli te adorantes & laudantes tremunt
mira exultatione repleti, ego peccator dum tibi assisto, laudes dico, sacrificium offero,
cur non corde paueo, vultu palleo, labiis tremo: toto corpore inhorresco, sicque obor-
tis lachrymis coram te indesinenter lugeo? Volo, sed non valeo, quia nequeo quod de
sidero. Hinc enim mecum vehementer admiror, dum te nimis terribilem oculis fidei
cerno. Si quis hoc sine ope gratiæ tuæ? Vniuersa enim salus nostra, magna misericor-
dia tua. Miserum me, quomodo sic insensata facta est anima mea, vt non terreatur ter- 117
rore nimio dum stat ante deum, & suas illi laudes decantat? Miserum me quomodo sic A
indurat cor meum, vt oculi mei indesinenter non prouocant flumina lachrymarum,
dum seruus sermocinatur coram domino suo, homo cum deo, creatura cum creatore,
qui factus est ex limo, cum eo qui omnia fecit ex nihilo. Ecce domine pone me ante Gen. 2.
te, & quod in secretis de me sentio, paternis auribus non taceo: tu diues in miseri-cor-
dia, & largus in premiis, da mihi de bonis tuis vt ex eis seruiam tibi. Non enim aliun
de possumus seruire, neque tibi placere nisi de tuo munere, confige quæso timore tuo
carnes meas: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum. Vtinam sic timeret peccatrix Iob. 31.
anima, quomodo ille vir sanctus, qui dixit, Semper enim quasi tumentes super me flu
ctus timui deum. Dator enim omnium bonorum deus, da mihi inter laudes tuas fon-
tem lachrymarum, simul cum cordis puritate & mentis iubilatione vt perfecte te dili-
gens & digne te laudans, ipso cordis palato sentiam, gustem, & sapiam, quam dulcis &
suauis es domine, sicut scriptum est. Gustate & videte quoniam suauis est dominus, Psal. 31.
beatus vir qui sperat in eo: Beatus populus qui scit iubilationem, Beatus vir cuius est 117
auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quē B
posuit. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Beati qui habitant in domo
tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Iesu nostra redemptio, amor & deside-
rium, deus de deo adesto mihi famulo tuo. Te inuoco, ad te clamo clamore magno in Psal 88.
toto corde meo. Te inuoco in animam meam, intra in eam, & coapta eam tibi, vt pos- Psal. 83.
sideas eam sine ruga & sine macula. Mundissimo namque domino mundissima debe- Matt. 5
tur habitatio. Sanctifica ergo me vas tuum quod fecisti, de malitia euacua, & imple de Psal. 83.
gratia, & plenum conserua, ita vt dignum habitationis tuæ efficiar templum hic & in
perpetuum. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime, potentissime, deside-
ratissime, preciosissime, amabilissime, pulcherrime, tu melle dulcior, lacte & niue can- Precatio ad Iesum. Ca. 35.
dior, nectare suauior, gemmis & auro preciosior, cunctisq; terrarum diuitiis & hono-
rib. mihi charior. Quid dico deus meus, vna spes mea, tam grandis misericordia mea? Oro cor multū mo uens ad de uotionem & diuinū amorem.
Quid dico dulcedo fœlix & secura? quid dico dum talia dico? Dico quod valeo, sed nō
dico quod debeo, vtinam possem talia dicere, qualia illi hymindici angelorum chori. O 117
quam libenter me in tuis laudib. totum effunderem. O quam deuotissime illa cœlestis C
melodię cantica ad laudem & gloriam nominis tui in medio Ecclesiæ infatigabilis pe-
rorem. Sed quia talia non possum, nunquid tacebo? Vę tacentibus de te, quoniam ipsi
loquaces muti sunt, cum non tuas laudes dicunt. Quis digne te laudare potest? O in-
effabilis virtus & sapia patris. Et quoniam nulla inuenio verba, quibus te sufficien-
ter valeam explicare cunctipotens & omniscium verbum, dicam interim quod valeo
donec iubeas me venire ad te vbi possim dicere quod te decet, & me oportet. Et ideo
suppliciter rogo vt non respicias tantum ad id quod modo dico, sed ad id quod dicere
opto. Cupio enim desiderio magno de te loqui quod oportet & decet, quia te decet
laus, te decet hymnus, tibiq; debetur omnis honor: Scis ergo occultorū cognitor deus,
qm̄ non solum terra & oībus quæ in ea sunt tu mihi charior es, sed etiam ipso cœlo &
oībus quę in eo sunt tu mihi acceptabilior, tu mihi amabilior es: diligo n. te sup cœlū
& terrā, & cætera oia quæ in eis sunt, imò nisi amore noīs tui quæ transitoria sunt pro-
cul dubio amāda nō sunt. Amo te deus meus amore magno, magisq; te amore capio. Da 117
mihi vt amen te semp ꝙtum volo, ꝙtum debeo, vt tu solus sis tota intentio mea, & oīs D

meditatio mea, te mediter per dies sine cessatione, te sentiam per soporem in nocte, te alloquatur spiritus meus, tecū fabuletur mens mea, lumine sanctæ visionis tuæ
illustretur cor meum, vt te rectore, te duce ambulem de virtute in virtutem tandemq;
2. Cor. 13. videam te deum deorum in Sion, nunc quidem per speculum in ænigmate, tuncau- 157
Matth. 5. tem facie ad faciem, vbi cognoscam te & cognitus sum. Beati mundo corde, quo- E
Psal. 83. niam ipsi deum videbunt. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum
laudabunt te. Rogo itaque te domine per omnes miserationes tuas, quibus de morte
liberati sumus, mollifica cor meum durum & lapideum, saxeum & ferreum, tua sacra-
tissima & potenti vnctione, & fac me per ignem compunctionis coram te omni hora
hostiam viuam fieri. Fac me in tuo conspectu cor contritum & humiliatū semper habe
re cum lachrymarum abundantia. Fac me ex tuo desiderio huic mundo funditus extin
gui, & transeuntium rerum obliuisci præ magnitudine timoris & amoris tui, vsque
adeo vt de temporalibus nec lugeam, nec gaudeam, nec metuam aliquid temporale,
diligam, nec blandis corrumpar, nec aduersis concutiar. Et quia tua valida est vt mors
dilectio, absorbeat queso mentem meam ab omnibus quæ sub cœlo sunt ignita & mel-
liflua vis amoris tui, vt tibi soli inhæream, solaq; tuę suauitatis memoria pascar. De-
scendat domine, descendat precor, descendat in cor meum odor tuus suauissimus, in-
grediatur amor tuus mellifluus. Veniat mihi tui saporis mira & inenarrabilis fragran-
tia, quę sempiternas in me suscitet concupiscentias, & ex corde meo perducat venas
salientis aquæ in vitam æternam. Immensus es domine, & ideo sine mensura debes ama 157
Ioan. 5. ri & laudari ab his, quos tuo præcioso sanguine redemisti. Amator hominum benignis- F
me, clementissime domine & æquissime iudex cui omne iudicium dedit pater, sapien-
tissimo tuæ equitatis iudicio discernis hoc rectū & iustum esse, vt filii huius seculi no-
ctis & tenebrarum præstantiori desiderio virtute atq; studio diligant & quærant pari-
turas diuitias & fugitiuos honores, quam nos serui tui diligamus te deum nostrum,
per quem facti & redempti sumus. Si enim homo hominem tanta diligit dilectione, vt
alter alterum vix patiatur abesse, si sponsa sponso tanto conglutinatur mentis ardore,
vt præ magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie, chari sui absentiam non sine
magno mœrore ferens: qua ergo dilectione, quo studio, quo feruore anima quam de-
sponsasti tibi fide & miserationibus, debet diligere te verum deum & pulcherrimum
sponsum, qui nos sic amasti & saluasti, qui pro nobis tot tanta & talia fecisti? Quāquā
autem hæc infima habeant suas delectationes, suosq; amores, non tamen tali modo de 157
lectant sicut tu deus noster. In te enim delectatur iustus, quia amor tuus suauis est & G
quietus, nam pectora quæ possides, dulcedine & suauitate & trāquillitate reples. Econ
tra, amor seculi & carnis anxius est & perturbatus, animas certe quas ingreditur quie-
tas esse non patitur: semper enim suspicionibus & perturbationibus variisq; timoribus
solicitat eos. Tu itaque es delectatio rectorum: & merito, quies enim valida est apud
te & impetrabilis vita. Qui intrat in te bone domine, intrat in gaudium domini sui, &
& non timebit amplius, sed habebit se optime in optimo loco, dicens. Hæc requies mea
Psal. 131. in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam; & illud, Dominus regit me & ni-
Psal. 22. hil mihi deerit, in loco pascue ibi me collocauit. Dulcis Christe, bone Iesu, reple sem-
per quæso cor meum inextinguibili dilectione tua, continua recordatione tua, adeo vt
sicut flamma vrens totus ardeam in tui amoris dulcedine, quem & aquæ multæ in me
nunquam possint extinguere. Fac me dulcissime domine amare te, & desiderio tuo de-
ponere pondus omnium carnalium desideriorum, & terrenarum concupiscientiarum
grauissimam sarcinam, quæ impugnant & aggrauant miseram animam meam, vt
post te expeditus in odore vnguentorum tuorum currens vsque ad tuę pulchritudi- 157
nis visionem efficaciter satiandus quantocyus te quoq; duce merear peruenire. Duo H
enim amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis, alter amarus, non se simul ca-
piunt in vno pectore. Et ideo siquis præter te aliud diligit, non est charitas tua de-
us in eo, amor dulcedinis & dulcedo amoris amor non cruciās sed delectans, amor
syncere & caste permanens in seculum seculi, amor qui semper ardes & nunquam
extingueris. Dulcis Christe, bone Iesu, charitas deus meus, accende me totum
igne tuo, amore tuo, suauitate & dulcedine tua, iucunditate & exultatione tua, vo-
luptate

luptatē & concupiscentia tua, quæ sancta est & bona, casta est & munda, tranquilla
& secura, vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flamma charitatis tuæ suc-
census, diligam te deum meum ex toto corde meo totisq; medullis præcordiorum meo
rum, habens te in corde, in ore, & præ oculis meis semper & vbiq;, ita vt nullus pateat
157 in me locus adulterinis amoribus. Audi deus meus, audi lumen oculorum meo-
I rum, audi quæ peto, & da quæ petam vt audias me. Pie & misericordissime domi-
ne, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam
suscipe preces serui tui, & da mihi effectum petitionis meæ, & desiderii mei, intercedente & orante & impetrante gloriosa virgine genitrice tua Maria, domina mea, cū om- Alia ad
nibus sanctis tuis, Amen. Christe domine verbum patris, qui venisti in hunc mun- eundem.
dum peccatores saluos facere, rogo te per indulgentissima misericordiæ tuæ viscera, Cap. 36.
emenda vitam meam, meliora actus, compone mores, tolle de me quod mihi nocet & Oratio de
tibi displicet, & da quod nosti tibi placere & mihi prodesse. Quis potest facere mundū uotissima
de immundo conceptum semine nisi tu solus? Tu es deus omnipotens infinitæ pieta- ad laudes
tis, qui iustificas impios, & viuificas mortuos propter peccatum, qui mutas peccatores habēdas.
& non sunt. Tolle ergo de me quicquid tibi displicet in me, imperfecta enim mea plu- Iob. 14.
157 rima vident oculi tui, mitte quæso manū pietatis tuæ in me & tolle de me quicquid of- Iere. 17.
K fendit oculos pietatis tuæ in me. Coram te domine est sanitas & infirmitas mea: illam
precor seruā, istam sana. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, tu
qui solo nutu tuo restauras diruta & colapsa. Si enim dignaris in agro tuo corde meo
ferere bonum semen, necesse est vt manu pietatis tuæ spinas prius euellas vitiorum
meorum. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime, desideratissime, amabi-
lissime, pulcherrime, infunde obsecro multitudinē dulcedinis tuæ, & charitatis tuæ pe
ctori meo, vt nihil terrenum, nihil carnale desiderem vel cogitē, sed te solum amem, te
solum habeam in corde & in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memo-
riam tui mellifluī nominis nulla vnquam obliuione delendam. Scribe in tabulis cor-
dis mei voluntatem tuam & iustificationes tuas, vt te immensę dulcedinis dominum
& præcepta tua semper & vbiq; habeā præ oculis meis. Succende mentem meam igne
illo tuo, quem misisti in terram, & voluisti vehementer accendi, vt sacrificium spi- Psal. 50.
ritus contribulati & cordis contriti obortis lacrymis quotidie offerā tibi. Dulcis Chri-
ste bone Iesu, sicut desidero, sicut tota mente mea peto, da mihi amorem tuum sanctū
157 & castum qui me repleat, teneat, totumq, possideat. Et da mihi euidens signū amo-
L ris tui, irriguum lacrymarū fontē iugiter emanantem, vt ipsæ quoq; lachrymę tuum
in me testentur amorem, ipsæ prodant, ipsæ loquantur quantum te diligit aia mea, dū
pre nimia dulcedine amoris tui nequit se a lachrymis continere. Reminiscor pie domi-
ne illius bonæ mulieris Annæ, quæ ad tabernaculum rogatura pro filio venit, dè qua
scriptura refert, quod vultus eius post lachrymas & preces non sunt amplius in diuer- 1. Reg. 1.
sa mutari. Sed memor tantæ virtutis tantæq; constantiæ, dolore torqueor & verecun-
dia confundor, quia me miserum nimis deorsum iacere intueor. Si nuta fleuit & in fle-
tu perseuerauerit mulier quæ quærebat filium: quomodo plangere & in planctu persi
stere debet anima mea, quæ quærit & amat deum, & ad eum peruenire deliderat? Quo
gemere ac flere debet talis anima, quæ quærit deum die ac nocte, quæ præter Christum
nil vult amare? Mirum quippe est, si iam non factæ sunt ei lachrymæ suæ panes die ac
nocte. Respice ergo & miserere mei, quia dolores cordis mei multiplicati sunt. Da mihi
consolationem tuam cœlestem & noli spernere peccatricem animam pro qua mortuus
es. Da mihi quæso lachrimas ex toto affectu internas quæ peccatorum meorum pos-
sint soluere vincula, & cœlesti iocunditate semper tepleant animam meam, si non
cum veris & perfectis monachis, quorum vestigia nequeo imitari, saltem cum deuotis
mulieribus quantulamcunque portionem in regno tuo merear adipisci. Venit quo-
que mihi in mentem alterius mulieris deuotio mira, quæ te in sepulchro iacentem
pio amore quærebat, quæ recedentibus discipulis de sepulchro non recedebat, quæ
sedebat ibi tristis & mœrens, & diu multumque flebat, & surgens multis lachrymis
iterum iterumque antra deserti sepulchri vigilantibus oculis explorabat, si forte
alicubi te videre posset, quem seruenti desiderio quærebat, iam certe semel & ite-
rum ingressa sepulcrum viderat, sed nimium amanti non satis erat, virtus enim bo

ni operis perseuerantia est. Et quia præ cęteris dilexit & diligendo fleuit, & flendo quæsiuit, & quærendo perseuerauerit, ideo prima te omnium inuenire, te allo- A
qui meruit. Et non solum hæc, sed etiam ipsis discipulis gloriosæ resurrectionis tuæ
Matt. 28. prænuncia extitit, te præcipiente & clementer monente, Vade dic fratribus meis vt
eant in Galilæam, ibi me videbunt. Si ergo ita fleuit, & in fletu perseuerauit mulier,
quæ viuentem cum mortuis quærebat, quæ te manu fidei tangebat: quomodo plage-
re & in planctu persistere debet anima, quæ te redemptorem suum iam cœlo præsiden-
tem & vbique regnantem corde credit, ore confitetur? Quomodo ergo gemere & fle-
re debet talis anima, quæ te toto corde diligit, teq; toto desiderio videre concupiscit,
solum confugium & vnica spes miserorum, cui nunquam sine spe misericordiæ sup-
plicatur? Præsta mihi hanc gratiam propter te & propter nomen sanctum tuum, vt
quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, de te confero, quoties tui re-
mini scor, tibi assisto, laudes, preces, & sacrificium offero, toties obortis lacrymis in cō-
Psal. 41. spectu tuo copiose & dulciter fleam, ita vt efficiantur mihi lacrymæ meæ panes die ac
Matt. 5. nocte. Tu quidem rex gloriæ & omnium virtutum magister docuisti nos verbo & exē-
plo gemere & flere, dicens, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tu fleui- 118
Ioan. 11. sti defunctum amicum, & lacrymatus es valde super perituram ciuitatem: rogo te bo- B
Psal. 40. ne Iesu per illas precios issimas lacrymas tuas, & per omnes miserationes tuas, quibus
mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es, da mihi gratiam lacrymarum, quā
multum desiderat & appetit anima mea, quia sine dono tuo non possum habere eam,
sed per spiritum sanctum tuum, qui dura corda peccatorum mollit, & ad fletum com-
pungit, da mihi gratiam lacrymarum, sicut dedisti patribus nostris quorum vestigia
debeo imitari, vt plāgam me in omni uita mea, sicut ipsi se planxerunt nocte ac die
propter merita & orationes eorum qui tibi placuerunt & deuotissime seruierunt, mi-
serere mei miserrimi & indigni serui tui, & da mihi gratiam lacrymarum. Da mihi irri-
guum superius, & irriguum inferius, vt sint mihi lacrymę meæ panes die ac nocte, effi
ciarq; in conspectu tuo deus meus per ignem compunctionis holocaustum pingue &
medullatum, macter totus in ara cordis mei, & tanquam pinguissimum holocaustum
assumar tibi in odoré suauitatis. Da mihi dulcissime fontem irriguum, fontemq; per- 118
spicuum, in quo lauetur assidue istud inquinatum holocaustum. Licet enim me totū C
tibi obtulerim opitulante gratia tua, in multis tamen quotidie offendo propter nimiā
fragilitatem meam. Da ergo mihi gratiam lacrymarum benedicte & amabilis deus,
præcipue ex multa dulcedine amoris tui & commemoratione misericordiarum tuarū,
præpara hanc mēsam famulo tuo in conspectu tuo, & da mihi eam in potestatem, vt
quoties volo satier ex ea. Tribue pro pietate & bonitate tua vt iste calix tuus inebriās
& præclarus satiet sitim meā, vt inhiet tibi spiritus meus & ardeat mens mea in amo-
re tuo, oblitus vanitatis & miseriæ. Audi deus meus, audi lumen oculorum meorum,
audi quæ peto, & da vt petam quod audias, pie & exorabilis domine, ne efficiaris mihi
inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatē tuam suscipe preces serui tui,
& da mihi effectum petitionis meæ & desiderij mei, precibus & meritis gloriosæ virgi-
Alia ad Ie- nis Mariæ dominæ meæ & omnium sanctorum, Amen. Iesu pomine, Iesu pie, Iesu bo
sum Cap. ne, qui mori dignatus es propter peccata nostra, & resurrexisti propter iustificatio-
xxxvij. nem nostram, rogo te per gloriosam resurrectionem tuam, resuscita me de sepulcro
In ista ora vitiorum & peccatorum meorum omnium, & da mihi quotidie partem in resurrectio-
tione mēs ne prima, vt in resurrectione tua merear veraciter percipere portionem. Dulcissime,
humana benignissime, amātissime, charissime, preciosissime, desideratissime, pulcherrime, asce- 118
copiosius disti in cœlum cum triumpho glorię tuę, & sedes ad dexteram patris rex potentissi- D
cōpungi- me, trahe me sursum ad te vt curram post te in odorē vnguentorum tuorum, curram
tur, si in- & non deficiam, te trahente, te ducente, me currente, trahe os sitientis animæ in su-
quiete di- perna fluenta æternę satietatis, imò trahe me ad te fontem viuum, vt inde pro captu
catur. meo bibam vnde semper viuam, deus meus vita mea. Tu enim dixisti oré tuo san-
Rom. 4. cto & benedicto, Siquis sitit, veniat ad me & bibat. Fons vitę da sitienti animæ sem-
Ioan. 7. per bibere ex te, vt secundum sanctam & veridicam promissionem tuam, de ventre
meo fluant aquæ viuæ. Fons vitæ reple mentem meam torrente voluptatis tuæ, &
inebria cor meum sobria ebrietate amoris tui, vt obliuiscar quæ vana sunt & terrena,

& te solum iugiter habeam in memoria mea, sicut scriptum est, Memor fui dei, dele- Psal. 176.
ctatus sum. Da mihi spiritum sanctum tuum, quem significabant illæ aquæ quas sitie
tibus daturum te promiseras. Da quæso toto desiderio & omni studio tendere, quò
te ascendisse post resurrectionem die quadragesimo credimus, vt in præsenti quidem
miseria solo tenear corpore, tecum autem sim cogitatione semper & auiditate, vt ibi
sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis & incomparabilis multumq; amā
bilis. In hoc enim magno huius vitæ diluuio vbi circunstantibus agitamur procellis,
& non inuenitur fida statio & locus eminentior, vbi pes columbæ valeat aliquatenus
requiescere, nusquam tuta pax, nusquam secura quies, vbique bella & lites, vbiq; ho-
stes, foris pugnæ, intus timores. Et quia altera pars sumus cœli, altera terræ, corpus
quod corrumpitur aggrauat animam. Idcirco animus meus socius & amicus meus, fa-
tigatus de via veniens, languet & iacet discissus atque laceratus ab his quas pertran-
sierat vanitatibus, esurit & sitit valde, & non habeo quod ponam ante illum, quia pau-
per sum & mendicus. Tu domine deus meus diues omnium bonorum, & da pium su-
pernæ satietatis opulentissime largitor, da lasso cibum, collige dispersum, reintegra
scissum. Enstat ad ostium & pulsat, obsecro per viscera misecordiæ tuæ quibus visi- 118
tasti nos oriens exalto aperi pulsanti, misero manum pietatis tuæ porrige, & iube pro- F
piciabili dignatione vt ingrediatur ad te, requiescat in te, reficiatur de te vino cœle-
stiq; pane, quo satiatus resumptisq; viribus ad superiora! conscendat, & ab hac valle
lacrymarum penna sancti desiderij raptus, ad cœlestia regna volitet. Assumat domi-
ne, assumat rogo spiritus meus pennas vt aquilæ, & volitet & non deficiat, & volet &
perueniat vsque ad decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, vt ibi su-
per mensam refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascuę
tuæ, iuxta fluenta plenissima requiscat in te deus meus cor meum. Cor mare ma-
gnum tumens fluctibus, tu qui imperasti ventis & mari, & facta est tranquillitas ma-
gna, veni & gradere super fluctus cordis mei, vt tranquilla & serena fiant omnia mea,
quatenus vnum bonum dominum meum amplectar te, & dulce lumen oculorum
meorum contempler te sine tumultuantium cogitationum cęca caligine. Confugiat
domine mens mea sub vmbra alarum tuarum ab æstibus cogitationum huius seculi, 118
vt in tui refrigerij temperamento absconsa, lętabunda cantet & dicat, In pace in idip- G Psal. 4.
sum, dormiam & requiescam. Dormiat obsecro domine deus meus, dormiat memo-
ria mea ab omnibus malis, iniquitatem odiat, iustitiam diligat. Quid enim pulcrius,
quidve dulcius, quàm inter tenebras huius vitæ multasq; amaritudines diuinæ dulce
dini inhiare, & æternę beatitudini suspirare, illicq; teneri mentem vbi vera habere
gaudia certissimum est. Dulcissime, amantissime, benignissime, charissime, preciosis-
sime desideratissime, amabilissime, pulcherrime, quando te videbo? Quando appare-
bo ante faciem tuam? Quando satiabor de pulcritudine tua? Quando educes me de
hoc carcere tenebroso, vt confitear nomini tuo, ita vt deinceps non compungar?
Quando transibo in illam admirabilem & pulcherrimam domum tuam, vbi personat Psal 83.
vox lętitiæ & exultationis in tabernaculis iustorum? Beati qui habitant in domo Psal. 35.
tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Beati & vere beati, quos elegisti & as-
sumpsisti in illam cœlestem hęreditatem. Ecce sancti tui domine florent ante te si- 118
cut lilium, replentur enim ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potas H
eos: quoniam tu es fons vitæ, & in lumine tuo vident lumen, usqueadeo vt ipsi vide-
licet lumen illuminatum per te deum illuminantem sicut sol effulgeant in conspectu Psal. 25.
tuo. O quàm mira, quàm pulchra, quàm acceptabilia sunt domus tuę habitacula Psal. 26.
domine virtutum, concupiscit intrare in ea hęc peccatrix anima mea. Domine dile-
xi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuę. Vnam petij à domino, & 118
hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meę. Quemad- I
modum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Psal. 41.
Quando veniam & apparebo ante faciem tuam? quando videbo deum meum quem
sitit anima mea? quando videbo eum in terra viuentium. In ista enim terra morien-
tium videri non potest mortalibus oculis. Quid faciam miser ego grauedine com- 2. Cor. 5.
pedis mortalitatis meæ constrictus? quid faciam? Dum sumus in corpore, peregrina- Hebr. 13.
mur à domino. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus:

Psal.119 noster autem municipatus in cœlis est. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus
Psal 54 est, habitaui cũ hĩtãtibus Cedar, multũ incola fuit aĩa mea. Quis dabit mihi pennas
sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Nihil mihi tam dulce, quàm cum domino
meo esse mihi autem adhærere deo bonum est. Da mihi domine donec his fra-
1. Cor. 6. gilibus assisto membris, tibi adhærere, sicut scriptum est, Qui adhæret domino,
vnus spiritus est cum eo. Præbe mihi rogo contemplationis pennas, quibus indu-
tus, ad te volitem sursum. Et quia omne sinistrum deorsum iacet, tene mentem
meam, ne ad ima tenebrosæ vallis corruat, ne interueniente vmbra terrę, a te vro iu-
stitiæ sole separetur, & obducta tenebris nebula prohibeatur alta respicere. Idcirco
sursum tendo ad pacis gaudia, lucisq; delectabilem & serenissimum statum. Tene
cor meum manu tua, quia sine te ad altiora non rapitur. Illuc festino, vbi summa
pax regnat, & iugis tranquillitas rutilat. Tene & rege spiritum meum, & assume il-
lum secundum voluntatem tuam, vt te duce ascendat in illam regionem vbertatis, 138
vbi pascis Israel in æternum pabulo veritatis, vt ibi vel rapida cogitatione attingat te
summam sapientiam super omnia manentem cuncta transeuntem, & omnia guber-
nantem. Sed volitanti ad te animæ multa sunt quæ obstrepunt, iussu tuo domine
conticescant mihi omnia, ipsa sibi anima mea sileat, omnia pertranseat, omnia quæ
creata sunt transcendat a se, & perueniat, ad te, atque in te solo creatore omnium
oculus ponat, te sub corde reuoluat verum & summum bonum, & gaudium sine fi-
ne mansurum. Multæ denique sunt contemplationes, quibus anima deuota tibi mi-
rabiliter pascitur, sed in nulla earum ita delectatur & requiescit anima mea sicut in te
& quando te solum cogitat & contemplatur. Quam magna multitudo dulcedinis
tuæ domine, quam mirabiliter inspiras cordibus amatorum tuorum: quam mira suã-
uitas amoris tui, quo perfruuntur illi qui nihil præter te diligunt, nihil quærunt, ni-
hil etiam cogitare concupiscunt. Fœlices illi quibus tu solus spes es, & omne opus
eorum oratio. Beatus qui sedet solitarius & tacet, & stat super custodiam suam iu-
giter die ac nocte, vt adhuc in hoc fragili corpusculo positus, prælibare valeat aliqua-
tenus dulcedinem tuam. Rogo te per illa salutifera vulnera tua, quæ passus es in cru- 138
ce pro salute nostra, è quibus emanauit ille preciosus sanguis, quo sumus redempti, K
vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, vulnera
Psal.30. eam igneo & potentissimo telo tuæ nimiæ charitatis. Viuus est enim sermo dei, &
efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu sagitta electa, & gladius acutissi-
mus, qui durum scutum humani cordis penetrare tua potentia vales, confige cor meũ
iaculo tui amoris, vt dicat tibi anima mea, Charitate tua vulnerata sum, ita vt ex Chri
sto vulnere amoris tui vberrimæ fluant lacrymę die ac nocte. Percute domine, per-
cute obsecro hanc durissimam mentem meam pia & valida cuspide dilectionis tuæ, &
altius ad intima penetra potenti virtute. Et sic de capite meo educ aquam immen-
sam, & de oculis meis verum fontem lachrymarum iugiter manantem, ex nimio af-
fectu & desiderio visionis pulchritudinis tuę, vt lugeam die ac nocte, nullã in præsen
ti recipiens consolationẽ, donec te in cœlesti thalamo merear videre dilectum & pul-
cherrimum sponsum meum, deum & dominum meum, vt ibi videns gloriosam, ad-
mirabilem & pulcherrimam faciem tuam, omni dulcedine plenam, cum his quos ele- 138
gisti, maiestatem tuam supplex adorem, & illic tandem cœlesti & ineffabili repletus L
iubilo æternæ exultationis exclamem cum diligentibus te, dicens, Ecce quod concu-
piui iam video, quod speraui iam teneo, quod desideraui iam habeo. Illi nanque in
cœlis iunctus sum, quem in terris positus tota virtute dilexi, tota charitate ample-
xus sum, cui toto amore inhæsi, ipsum laudo, benedico atque adoro: Qui viuit &
regnat deus in secula seculorum, Amen. Miserere domine, miserere pie miserere mi-
hi miserrimo peccatori indigna agenti & digna patienti, assidue peccanti, & tua fla-
Hebr.4. gella quotidie sustinenti. Si penso malum quotidie quod feci, non est tantum
Precatio ĩ afflictione Cap.38. quod patior, grauius est quod commisi, leuius est quod tolero; Iustus es domine, &
rectum iudicium tuum omnia iudicia tua iusta sunt & vera: Iustus & rectus tu
es domine deus noster, & non est vlla iniquitas in te. Non enim iniuste neque crude-
liter affligis nos peccatores omnipotens & misericors domine, qui cum non essemus
potenter fecisti nos, & cum perditi fuissemus culpa nostra, pietate & bonitate tua mi-

rabiliter reparasti nos. Scio & certus sum quod vita nostra non temerarijs motibus
agitur, sed a te domino deo nostro disponitur & gubernatur. Vnde tibi cura est de om-
nibus præcipue de seruis tuis, qui totam spem suam posuerunt in sola misericordia
138 tua: Idcirco obsecro & suppliciter rogo, vt non facias mihi secundum peccata mea, qui-
M bus iram tuam merui sed secundum magnam misericordiam tuam, quæ superat etiam
peccata totius mundi. Tu domine qui exterius flagella irrogas, da semper interius in-
deficientem patientiam, ita vt laus tua non recedat de ore meo. Miserere mei domine,
misere mei & adiuua me, sicut tu nosti quod mihi necesse est in corpore & in anima
scis omnia, potes omnia, qui viuis in secula. Domine Iesu Christe fili dei viui, qui ex- Alia ad Ie-
pansis in cruce manibus propter mortalium omnium redemptionem hausisti calicem sum.
passionis, mihi hodie præbere digneris auxilium. Ecce pauper venio ad te diuitem, mi- Cap. 39.
ser ad misericordẽ, ne recedã vacuus vel contẽptus: esuriens incipio, te qrere ne discedã
à te ieiunus: Famelicus accedo, ne recedam impastus. Et si antequam comedam suspi-
ro, da vel post suspiria vt comedam. In primis dulcissime Iesu coram magnificentia
tuæ suauitatis confiteor aduersum me iniustitiam meam. Ecce domine quia in peccatis
fui conceptus & natus, & tu me abluisti & sanctificasti, & ego postea me maioribus for-
139 didaui peccatis. Fui enim in necessarijs natus, postea in spontaneis volutatus, sed tuæ
A domine miserationis non immemor, tulisti me de domo patris mei carnalis, & de taber
naculis peccatorum, & inspirasti mihi vt sequerer te cum generatione quærentium fa-
ciem tuam, ambulantium semitam rectam, commorantium inter lilia castitatis, & te-
cum discumbentium in cœnaculo altissimæ paupertatis: & ego tot beneficiorum in-
gratus post acceptum baptismum multa commisi illicita, multa perpetraui nefanda, &
vbi peccata emendare debui, peccata peccatis addidi. Hæc sunt mala mea domine Genẽ. 1.
domine quibus exhonorati te & maculaui me, quem ad imaginem & similitudinem
tuam creasti, superbia, vana gloria, & cætera multa alia mala, quibus vexatur & af-
fligitur, laceratur & destruitur infœlix anima mea. Ecce domine iniquitates meæ Psa. 37.
supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me: & nisi tu cui
proprium est misereri semper & parcere, dexteram tuæ maiestatis supponas, mergi co-
gor miserabiliter in profundum. Attende domine deus & vide quoniam sanctus, &
ecce insultat aduersum me inimicus meus, dicens, Deus dereliquit eum, persequar & Psal.7.
comprehendam eum, quia non est qui eripiat, & tu domine vsquequo, conuertere & Psal.6.
139 eripe animam meam, saluum me fac, propter misericordiam tuam: Miserere filio tuo
B quem in dolore non modico peperisti, & noli attendere malum meum, vt obliuiscaris
bonum tuum. Quis est pater qui filium non liberet? Aut quis filius quem pater pie-
tatis baculo non corripiat? Ergo pater & domine licet peccator sim, non possum non
esse filius tuus, quia tu me fecisti & refecisti. Sicut peccaui emenda me, & prius flagello
emendatum trade me filio tuo. Nunquid obliuisci potest mater infantem vteri sui? Esai. 49.
Et certe si illa oblita fuerit, tu pater promisisti te non obliuisci. Ecce clamo & non
exaudis me, dolore crucior & non consolaris me, quid dicam vel quid faciam miserri-
mus? Ego tanto destitutus solatio, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Heu Psal.30.
me de quanto bono in quantum malum cecidi, quò tendebam, & quò deueni, vbi
sum & vbi non sum, ad quem aspiraui & nunc in quibus suspiro? Quæsiui bona, &
ecce turbatio. Ecce iam morior, & Iesus non est mecum. Et certe melius est mihi Psal.88.
non esse, quàm sine Iesu esse: melius est non viuere, q̃ viuere sine vita. Et tu dñe Iesu Psal.94.
vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ? Nunquid irasceris mihi in finem? Placare obsecro Psal.26.
& miserere mei, & non auertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo non auertas
facie tuã ab increpantibus & conspuentibus in te. Fateor quia peccaui, & conscia mea
139 meretur damnationem, & pnia non sufficit ad satisfactionẽ, sed certum est q̃ misericor
C dia tua superat oẽm offensionem, Noli qȩso piissime domine scribere aduersum me
amaritudines, meas, vt intres in iudicium cum seruo tuo, sed secundum multitudinem
miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Væ mihi misero cum venerit dies iudi- Psal.14.
cii, & aperti fuerint libri conscientiarum, cum cum dicetur de me, Ecce homo & opera Psal 50.
eius: Quid faciam tunc domine deus meus, cum cœli reuelabunt iniquitatem meam,
& aduersum me terra consurget? Ecce nihil respondere potero, sed demisso capite prę
confusione coram testabo trepidus & confusus. Heu me miserum quid dicam? Clama-

bo ad te domine deus meus, Quare tacens consumor? Veruntamen si locutus fuero, nó quiescet dolor meus: & si tacuero, amarissima amaritudine crucior interius. Plange aia mea sicut vidua super virum pubertatis tuę, vlula misera & plora, quoniam dimisit te sponsus tuus, id est, Christus. Ira omnipotentis ne irruas super me, quia nunquam capi posses in me. Certe non est in toto me quod posset tolerare te. Miserere, ne desperem, sed desperando respirem. Et si ego commili vnde me dàmnare potes, tu non amisisti vnde saluare soles. Tu domine non vis mortem peccatorum, nec lætaris in perditione morientium, imò vt mortui viuerent tu mortuus es, & mors tua peccatorum mortem occidit. Et si ipsi te moriente vixerunt, obtecro domine, vt ego te viuente nó moriar. Mitte manum tuam de alto, & libera me de manu inimicorum meorum, ne supergaudeant mihi & dicant, deuorauimus eum. Quis vnquam bone Iesu de tua misericordia diffidat? Qui cum inimici tui essemus, redemisti nos in sanguine tuo & reconciliasti nos deo. Ecce sub tuæ misericordiæ vmbra protectus ad thronum glorię veniam postulãs curro, clamans & pulsans donec miserearis mihi. Si.n. ad veniam nos vocasti, veniam non quærentes, quanto magis veniam impetrabimus postulantes? Ne memineris, dulcissime Iesu, tuæ iustitiæ aduersus peccatorem tuum, sed esto memor benignitatis tuæ aduersus creaturam tuam. Ne memineris irę aduersus reum, sed memor esto miserationis tuę aduersus miserum. Obliuiscere superbum prouocantem, & respice miserum inuocantem. Quid enim est Iesus, nisi saluator? Ergo Iesu per temetipsum exurge in adiutorium mihi, & dic animę meæ, salus tua ego sum. Multũ domine de tua bonitate præsumo, quoniam tuipse doces petere, quærere & pulsare, & ideo tua oratione admonitus peto, quęro, & pulso. Et tu domine qui iubes petere, fac accipere: consulis quęrere, da & inuenire: doces pulsare, aperi pulsanti, & confirma me infirmum, restaura me perditũ, suscita me mortuum, & oẽs sensus meos, cogitatus & actus dirigere, & gubernare digneris in beneplacito tuo, vt de cætero tibi seruiam, tibi viuam, tibiq; me tradam. Scio domine mi quia ex hoc quod me fecisti, debeo tibi meipsum, & quia me redemisti, & pro me homo factus es, deberem tibi plus quam me si haberem, quãto tu maior es pro quo dedisti te ipsum. Ecce nec plus habeo, nec quod habeo, dare tibi possum sine te: accipe me tu, & trahe me ad te, vt tuus sim imitatione & dilectione, sicut tuus sum conditione & creatione: Qui viuis & regnas in secula. Domine deus omnipotens, qui es trinus & vnus, qui es semper in omnibus, & eras ante omnia, & eris semper in omnibus deus benedictus in secula, tibi commendo hodie & omni tempore animam meã, corpus meũ, visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, omnes cogitationes meas, affectiones, locutiones, actiones, omnia exteriora, & interiora, sensum & intellectum, memoriã meã, fidem & crudelitatem meam, & perseuerantiam meam in manus potentię tuæ, vt custodias ea diebus & noctibus, horis atq; momentis. Exaudi me trinitas sancta, & conserua me ab omni malo, ab omni scandalo, & ab omni mortali peccato, ab omnibus insidiis & infestationibus dęmonum, & inimicorum visibilium & inuisibilium, per orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per suffragia Apostolorum, per constantiam martyrum, per fidem confessorum, per castitatem virginum, & per intercessionem omnium sanctorum qui tibi placuerunt ab initio mundi. Expelle â me iactantiam mentis, & auge compunctionem cordis, minue superbiam meam, & perfice in me humilitatem veram, suscita in me fletum, mollifica cor meum durum & lapideum, libera me domine & animam meam ab omnibus insidiis, inimici, & conserua me in tua voluntate. Doce me domine voluntatem tuam facere, quia deus meus es tu. Da mihi domine sensum perfectum & intellectum, vt suscipere valeam profundam benignitatem tuam. Illud da lachrymas ex toto affectu, quæ peccatorum meorum possint dissoluere vincula. Audi dominus meus & deus meus, audi quæ peto, & da vt quod peto exaudias. Si despicis, pereo: si respicis, viuo: si iustitiam meam requiris, mortuus fœteo, si cum misericordia respexeris, fœtentem resuscitas de sepulcro. Quod odis in me, longe fac à me, & castitatis ac continentiæ spiritum insere in me, vt quodcunque petiero, in ipsa petitione te non offendam. Tolle à me quod nocet, & præbe quod iuuet. Præsta mihi domine medicinam vnde mea possint curari vulnera. Da mihi domine timorem tuum, cordis compunctionem, mentis humilitatem, & conscientiam puram. Præsta mihi domine, vt fraternam semper tenere valeam charitatem, & mala mea non ebliuiscar, aliena nó requiram. Parce animæ meæ, parce malis meis, parce peccatis meis, parce criminib. meis. Visita me infirmum, cura me ægrum, sana me languentem, & suscita me mortuum. Da mihi domine cor quod te timeat, mentem quæ te diligat, sensum qui te intelligat, aures quæ te audiant, oculos qui te videant. Miserere mei deus miserere mei, & respice me de sede sancta maiestatis tuæ, & tenebras cordis, mei radio splendoris tui illumina. Da mihi domine discretionem discernendi inter bonum & malum, & concede vt sensum habeam vigilem. Peto à te domine remissionem omnium peccatorum meorum, a quo & per quem mihi fiat propiciatio in tempore necessitatis & angustiæ meæ: Sancta & immaculata virgo dei genitrix Maria, & mater domini nostri Iesu Christi interuenire pro me digneris apud illum, cuius meruisti, effici templum. Sãcte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancti chori Angelorum atque Archangelorum Patriarcharum atque Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, martyrum, confessorum, sacerdotum, leuitarum, monachorum, virginum, omniumq; iustorum, & per illum qui vos elegit, & de cuius contemplatione gaudetis, vos rogare præsumo, vt pro me culpabili ipli deo supplicare dignemini, quatenus de faucibus diaboli, & de morte perpetua merear liberari. Largiri mihi digneris domine perpetuam vitam, secundum clementiam ac benignissimam misericordiam tuam. Da domine Iesu Christe sacerdotib. concordiam: regibus, episcopis & principibus iuste iudicantibus tranquillitatem & pacem. Oro domine pro vniuersa sancta Ecclesia catholica, pro viris & fœminis, pro religiosis & secularibus, pro omnibus rectoribus christianorum, cunctisq; in te credentibus, qui pro tuo amore sancto laborant, vt perseuerantiam boni operis obtineant. Præsta domine rex eterne virginibus castitatem, deo dicatis continentiam, coniugatis sanctimoniam, pœnitentibus indulgentiam, viduis & orphanis sustentationem, pauperibus protectionem, peregrinantibus reditum, lugentibus nauigantibus in portum venire salutis, optimis vt in bonitate semper consistant, bonis & mediocribus vt meliores fiant, praue agentibus & delinquentibus vt cito se corrigant. O dulcissime & misericordissime domine Iesu Christe fili dei viui, redemptor mundi, inter omnes & per omnia me miserum peccatorem confiteor: sed tu clementissime pater & summe qui omnium misereris, non me patiaris á tua misericordia fieri alienum. Et tu domine rex regum, qui inducias uiuendi præstas, corrigendi mihi deuotionem tribue, excita in me mentem quæ te requirat, te desideret, & te qui es vbique totus trinus & vnus semper præ omnibus amet, te timeat, tuamq; voluntatem faciat. Præcipue ergo te domine sancte pater deprecor, qui es benedictus & gloriosus per omnia secula, vt oẽs qui mei memoriam faciunt in suis orationibus, & qui indignis orationibus meis se commendauerunt, & qui mihi aliquod charitatis officium & pietatis studium impenderunt, seu & illos qui consanguinitate ac cognationis affectu sunt mihi propinqui, tam & illos qui nunc consistunt in corpore, quam & illos qui reguntur funere, misericorditer gubernare digneris ne pereant. Omnibus etiam Christianis viuis adiutorium præstare digneris, & defunctis fidelibus absolutionem, & requiem sempiternam per æterna secula. Necnon & illud magnopere supplico domine qui es & ∞, vt cum extrema dies mea finisque vitæ meæ aduenerit, tuipse mihi sis misericors iudex contra malignum accusatorem diabolum, & sis mihi perpetuus defensor aduersus insidias hostis antiqui, & in societatem angelorum omniumq; sanctorum in sancto paradiso tuo perseuerare facias, qui es benedictus in secula seculorum, Amen.

Precatio de passione xpi. Cap. 41. Hęc & duę superiores

Domine Iesu Christe, redemptio mea, misericordia mea, salus mea te laudo, tibi gratias ago, quamuis valde impares tuis beneficijs, quãuis multum expertes deuotionis, quãuis macras à desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus, tamen qualescũq; gratias, non quales scio me debere, sed sicut potest conari tibi persoluit anima mea. Spes cordis mei, virtus animæ meæ, compleat tua potentissima dignitas, quod conatur mea tepidissima imbecillitas, vita mea, tu finis intentionis meę. Et si nondum merui tantum, quantum debitor sum amare vtique saltem desidero te amare quantum debeo. Illuminatio mea tu vides conscientiam meam, quia domine ante te est omne desiderium meum, & tu donas siquid bene vult conscientia mea. Si bonum est domine quod inspiras, imo quia bonum est vt te velim amare, da quod me facis velle. Da vt quantum iubes, tantum te merear amare, laudes & gratias refero ne sit mihi do

Ezech. 18.

Psal. 34.

Mat. 7.

Alia precatio ad deũ Cap. 11.

Psal. 142.

nō sunt similes cæris. Psal. 37.

num tuum infructuosum, quod tua spontanea dedisti voluntate, perfice quod incepisti, & dona quod me benigne præueniendo immeritum desiderare fecisti. Conuerte benignissime meum torporem in feruentissimum tui amorem. Ad hoc clementissime tendit hęc oratio mea, hęc memoria & meditatio beneficiorum tuorum, vt accendas in me tuum amorem. Tua me domine bonitas creauit, tua mia creatum ab originali peccato mundauit, tua patientia post illam emundationem baptismi in aliis peccatorum sordib inuolutum hactenus tolerauit, nutriuit & expectauit. Expectas tu bone domine correctionem, expectat anima mea ad pœnitendum, ad bene viuendū tuę gratię inspirationem. Deus meus, creator meus tolerator & nutritor meus, te sitio, te
I esurio, te desidero, ad te suspiro & concupisco, & sicut pupillus benignissimus pa- 151
tris orbatus præsentia, flens & eiulans incessanter eius dilectam faciem toto corde amplectitur: sic ego non quantum debeo, sed quantum queo memor passionis tuæ memor alaparum tuarum, memor flagellorum, memor vulnerum tuorum, memor quaaliter pro me occisus es, qualiter conditus, qualiter sepultus, simul memor tuæ gloriosę resurrectionis, & admirabilis ascensionis, hęc indubitat à fide teneo, exilij mei ærumnas defleo, supero tui aduentus solam consolationem, ardenter desidero tui vultus glorioſam contemplationem. Heu mihi quin videre non potui dominum angelorum, humiliatum ad conuersationem hominum vt homines exaltaret ad conuersationem angelorum, cum deus offensus moriebatur vt peccator viueret, Heu quod tā admirabili, tam inæstimabili pietati prędens obstupescere non merui. Cur ò anima mea te præsertim non transfigit gladius doloris acutissimi, cum ferre non posses vulnerari lācea latus tui saluatoris, cum videre nequires violari clauis pedes & manus tui plasmatoris, cum horrore effundi sanguinem tui redemptoris, cur non es inebriata lachrymarum amaritudine, cum ille potaretur amaritudine fellis? Cur non es com- K
passa castissimæ virgini, dignissimę matri eius dignissimę domine tuæ? Domina mea 151
misericordissima, quos fontes dicam erupisse de tuis pudicissimis oculis, cum atenderes vnicum filium tuum innocentem coram te ligari, flagellari & mactari? Quos fletus credam perfudisse piissime tuum vultum, cum suspiceres eundem filium tuum deum, & dominum tuum in cruce sine culpa extendi, & carnem de carne tua ab impijs crudeliter dissecari? Quibus singultibus ęstimabo purissimum pectus tuum vexatum esse, cum tu audires. Mulier ecce filius tuus: & discipulus, Ecce mater tua: cum acciperes discipulum pro magistro, seruum pro domino? Vtinam cum fœlice Ioseph dominum meum de cruce deposuissem, aromatibus condissem, in sepulchro collocassem, yt saltem prosecutus vel consecutus essem, vt tanto funeri non defuisset aliquid mei obsequij. Vtinam cum beatis mulieribus coruſca visione angelorum essem territus, & audissem nuncium dominicæ resurrectionis, nuncium meę consolationis, nuncium tam expectatum, nuncium tam desideratum. Vtinam, inquam audissem ex
L ore angeli, Nolite timere, vos Iesum quæritis crucifixum, surrexit non est hic. Beni- 151
gnissime, suauissime, serenissime, quando restaurabis mihi, quia non vidi illam beatæ tuæ carnis incorruptionem, quia non fui deosculatus loca vulnerum, fixuram clauorum, quia non respersi lachrymis gaudij cicatrix corporis veri, admirabilis, inæstimabilis, incomparabilis, quando consolaberis & compesces me à dolore meo? Non enim cadit in me dolor meus quandiu peregrinus sum à domino meo. Heu mihi domine, heu animæ meæ, recessisti consolator animæ meæ, nec vale dixisti. Ingrediēs vias tuas benedixisti tuis, nec affui. Eleuatis manibus à nube susceptus es in cœlum, nec vidi. Angeli promiserunt te rediturum, nec audiui. Quid dicam? quid faciam? quo vadam? Vbi eum quæram? vel quando inueniam? Quem rogabo? Quis nunciabit dilecto, quia amore langueo? Defecit gaudium cordis mei. Versus est in luctum risus meus, defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei & pars mea deus in ęternum. Renuit consolari anima mea, nisi de te vulcedo mea. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid
M volui super terram? Te volo, te spero, te quæro, tibi dixit cor meum, quæsiui vultum 151
tuum, vultum tuum domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. Amator hominum benignissime, tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Mi adiuuate tutissime, miserere mei orphani derelicti, pupillus factus sum absq; patre, anima mea quasi vidua. Respice orbitatis meæ lachrymas, quas tibi offero per donec rediens. Etiam

iam domine eia, appare mihi & consolatus ero. Exhibe præsentiam tuam, & consecutus ero desidertum meum. Reuela gloriam tuam, & erit perfectū gaudium meum. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem domini? quando venies consolator meus? quem expectabo? O si quando videbo gaudium meum quod desidero, ô si satiabor cum apparuerit gloria mea quam esurio. O si inebriabor ab vbertate domus tuæ ad quam suspiro, si potabis me torrente voluptatis quem sitio. Sint mihi domine
160 interim lachrymæ meæ panes dies ac nocte, donec dicatur mihi, Ecce deus tuus: donec
D audiat anima mea, Ecce spōsus tuus. Pasce interim me singultibus meis, refocilla me doloribus meis, ueniet fortasse redemptor meus quia bonus est, nec tardabit qui pius est. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 62. Psal. 41. Psal. 35. Psal. 41.

DE DILIGENDO DEO LIBER.

160 E

VIgili cura mente solicita, summo conatu, & solicitudine continua docet nos inquirere & addiscere qūo & qua via posimus infernale supplicium vitare, & cœleste gaudium acquirere: cum nec illud supplicium vitari, nec illud gaudium acquiri posit, nisi vita cognita qua est illud vitandum, & illud acquirendum. Audiamus ergo libentius, inspiciamus diligentius verba Apostoli, quibus ipse duo ostendit scilicet quòd cœlestis gloria ineffabilis est, & quæ sit via quæ ducit ad vitam: ait n. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Ecce per hoc quod dicit deum præparasse bona diligentibus se ostendit, quia dilectio via est, q̄ ad illa bona peruenitur: sed dilectio dei sine dilectione proximi haberi non potest, testante beato Ioanne, qui ait, Qui non diligit fratrem suum quem videt, deū quē non videt, qūo diligere pōt? Et hoc mandatū habemus à deo, vt qui diligit deū diligat & proximū suū. Ecce in hac gemina dilectione
160 consistit vera charitas, de qua Apostolus loquens, ait, Excellentiorē adhuc viam vobis
F demonstro. Ecce charitas excellentissima via est, quæ ducit ad cœlestē patriā, & sine qua nemo illuc venire pōt. Sed quis in hac via est? quis nouit eam? Qui diligit deum & proximum. Qūo diligendus est deus, & qūo proximus? Deum debemus diligere plus q̄ nos, & proximum sicut nos. Deum diligimus plus q̄ nos, si præcepta eius voluntati nostræ in oībus præponimus. Proximum aūt non iubemur diligere quantū nos, sed sicut nos, id est, velle & optare ei omne bonū, quod debemus velle & optare nobis, & maxime æternam beatitudinē, & ad illā obtinendā ei succurrere, & in corporalibus bonis, & in spiritalibus, prout ratio exigit, & facultas permittit: vnde dns in Euangelio ait, Quæcunq; vultis vt faciant vobis hoies, & vos eadē facite illis: & Ioannes Apostolus ait, Nō diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Sed qui sunt proximi quos debemus sic diligere? Certe oēs hoies xp̄iani, Iudæi, pagani, amici & inimici. Cū ergo tota salus
106 nra in dilectione consistit, quare & qualiter dns diligendus sit, diligenter considerandū
G est. Ad dei igitur dilectionem in nobis excipiendā, nutriendā, & augendā nihil ita valet, sicut beneficiorū eius frequens & diligens recordatio vel consideratio. Tanta n. nobis tribuit, & tanta retribuit, quod deficit aīa nostra, deficit prorsus in consideratione tantorum beneficiorū eius. Et licet non posimus ei tantū & tantas vt deceret, amorem & obsequiū & gratiarū actiones, tamen quantū & quantas possumus, repēdere debemus. Ecce quare 1. pro beneficiis suis quæ sua magna pietate, sua gratuita bonitate, nullis nostris meritis exigentibus nobis contulit dominus, à nobis quoq; multum diligendus est. Qualiter autem à nobis diligendus est deus, illud eius mandatum manifestat, q̄

Quæ sit via quæ ducit ad vitam. Caput. 1.

1. Cor. 2. Esai. 64.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 11.

Mat. 7. 1. Ioan. 3.

Quare & qualiter sit diligendus deus. Cap. 2.

nimis mandauit & nimis custodiri voluit. Audi ô homo illud omnium mandatorum & maximum & primum mandatum. Audi, in quam, illud diligenter, retine memoriter, meditare iugiter, & pro viribus tuis imple instanter, assidue & perseuerāter: hoc aūt est
Deut.6. illud mandatū, Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo i. ex toto intellectu: & ex tota
Mat.22. aīa tua. i. ex tota voluntate tua; & ex tota mente. i. ex tota memoria, vt oēs cogitationes tuas, oēmq; vitā tuā, & oēm intellectū tuū in illū conferues. Sed quia parū te forte à deo diligi æstimas, illū quoq; parū diligere non vereris. Scrutare ergo & reuolue in aio tuo quæ tibi contulit dona & beneficia, quæve promisit, & te vehementer illū debere diligere conuinceris. Vt aūt amor dei in te amplius excitetur & crescat, cōsidera diligēter, à quo, quare, vel ad qd creatus sit hō, quæve deus pp hoiem creauit. Sciēdū est ergo rerum creatarū, cœlestiū vel terrestriū, visibiliū vel inuisibiliū cām non esse nisi bonitatē creatoris, q est deus vnus & verus, cuius est tanta bonitas, vt alios suæ beatitudinis quæternaliter beatus est, velit esse particeps, quā vidit cōicari posse, minui oīno nō posse. Illud igī bonū qd ipse erat, & quo ipse erat beatus, sola bonitate, non necessitate aliis cōicare voluit, quia summi boni erat prodesse velle & oīpotentissimi nocere non posse. Et quia non valet eius beatitudinis particeps existere aliquis, nisi per intelligentiam, quæ quāto magis intelligitur, tanto plenius habetur, fecit deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur, eāq; hoc modo distinxit, vt pars sui puritate permaneret, nec corpori vniretur. s. angelus: pars corpori iungeretur. s. aīa. Distincta est igitur rationalis creatura in incorpoream & corpoream. Incorporea, angelus: corporea vero, homo vocatur ex aīa rationali & carne subsistens. Cōditio igitur rationalis creaturę primam cām habuit dei bonitatem. Creatus est igitur homo vel angelus pp bonitatem dei. nam quia bonus est deus, sumus, & inquantum sumus, boni sumus. Ad quid autem creata sit rationalis creatura? Ad laudandum deum, ad seruiendum ei, ad fruendum eo, in quibus ipsa prosicit, non deus: deus enim perfectus & summa bonitate plenus, nec augeri potest nec minui. Quòd autem creatura rationalis facta est à deo, referendum est ad creatoris
Quō oīa deus pp hoiem cō-diderit. Cap. 3. bonitatem, & ad creaturæ vtilitatem. Cum igitur quæritur, quare vel ad quid facta sit rationalis creatura? Respondendum est propter dei bonitatem, & creaturæ vtilitatem, vtile nempe est ei seruire deo & frui eo. Factus ergo angelus, siue homo propter deum dicitur esse, non quia deus creator & summe beatus alterutrius indigeret
1. Cor. 3. officio, quia bonorum nostrorum non eget, sed vt seruiret ei & frueretur eo, cui seruire regnare est. In hoc proficit seruiens, non ille cui seruitur. Et sicut factus est homo propter deum, sic factus est mundus propter hominem vt ei seruiret.

Positus est ergo homo vt ei seruiretur, & vt ipse seruiret, vt acciperet vtrunque & reflueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Ita enim voluit deus sibi ab homine seruiri, vt ea seruitute non deus sed homo iuuaretur: & voluit vt mundus seruiret homini, vt exinde similiter iuuaretur homo. Totum igitur bonum hominis erat, & quod factum est propter quod factus est ipse. Omnia enim ait Apostolus, nostra sunt, superiora, scilicet æqualia & infe-
Mat.22. riora. Superiora quidem nostra sunt ad perfruendum, vt deus trinitas. Aequalia nostra sunt ad conuiuendū. s. angeli, qui & si modo sunt superiores nobis, in futuro erunt æquales. Et inferiora nostra sunt, quę ad vsum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non priuatione à domino, sed quia sunt ad vsum eorum. Ipsiq; angeli quibusdam scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministe-
Hebr.1. rium mittuntur: vnde Apostolus ait, Quoniam omnes administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Neque id incredi-
Mat.20. bile cuiquam videatur, quandoquidem & ipse creator & rex angelorum venit non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam pro multis. Dicuntur enim angeli orationes & vota nostra offerre deo, non quia deum doceant, quia omnia antequam fiunt sicut & postea facta sunt nouit, sed quia eius voluntatem super his consulunt, & quod deo iubente completum esse cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent: vnde angelus hominibus ait, Cum orastis orationem vestram, ob-
Tobię.12. tuli deo. Similiter & nos cum oramus, non deum docemus quasi nesciat quid velimus, & quo indigeamus: sed necesse habet rationalis creatura temporales causas

ad æternā veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulēdo quid fiat. De excelso, igitur cœlorum habitaculo ad consulendos, visitandos, & ad adiuuandum nos attrahit supereminens charitas angelorum propter deum, propter nos, propter seipsos. Propter Deum vtique, cuius tanta erga nos pietatis viscera ipsi quoq; vt dignum est imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem admirantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolantur. Primum ergo necesse est vt quisq; seipsum consideret, & cum cognouerit dignitatem suam, ne iniuriam faciat creatori suo, abiectiora se non amet: nam ea quæ per se considerata pulchra sunt, pulchrioribus comparata vilescunt: & sicut ineptum est deformia pulchris coniungere, sic non indecens est ea quæ non habent infimam quandā & imaginariam pulchritudinem pulcherrimis coæquare. Tuam ergo anima attende pulchritudinē, & intellige qualem pulchritudinem debeas diligere. Quòd si forte visio tua ita per negligentiam tuam obscurata est, & temetipsam vt decet & expedit, contemplari non sufficis, cur saltem quod de te existimare debeas, ex iudicio alieno nō perpendis? Sponsum habes, sed nescis pulcherrimum omnium, quia faciem eius non vidisti. Ille te videt, q; nisi te vidisset, non te diligeret. Noluit adhuc seipsum præsentare tibi, sed munera misit, arram dedit pignus amoris, signū dilectionis vt cognoscere illum posses. Si speciem eius videres, non ambigeres, scires enim quod tam pulcher, tam formosus, tam elegans, tam vnicus in tuo aspectu captus non esset, si non eum singularis decor & vltra cæteros admirandus traheret. Ergo quid agis? nunc videre illum non potes, quia absens, & ideo nō times nec erubescis illi iniuriam facere, & singularem eius amorem cōtemnis, teq; alienæ libidini turpiter & impudice prostituis. Noli sic facere, si adhuc scire non potes qualis ille sit qui te diligit, considera saltem arram quam dedit, fortasse in ipso munere eius quod penes te est, poteris agnoscere quo affectu illum diligere, quo studio & diligentia te illi debeas conseruare, insignis est arra eius, nobile donum quia magnum non decuit vt parua daret, nec pro paruo magna sapiens dedisset. Magnum ergo est quod tibi dedit, sed maius est quod in te diligit. Magnum est ergo quod tibi dedit. Quid tibi dedit, ò anima mea sponsus tuus? Respice vniuersum mundum istum, & considera si in eo aliquid sit quod tibi non seruiat. Omnis creatura ad hunc finem cursum suum dirigit, vt obsequijs tuis famuletur & vtilitati deseruiat, tuisq; oblectamentis pariter & necessitatibus secundum affluentiam & deficientiam occurrat, hoc cælum hæc terra, hic aer, hæc maria cum eis quæ in ipsis sunt vniuersis, explere non cessat, hic circuitus temporum annuis innotationibus rediuis partibus antiqua innouans, dilapsa informans, consumpta instaurans pastu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hæc instituit, quis illud naturæ præcepit vt vno censu tibi seruiat? Beneficium accipis, & authorem eius non cognoscis, donum in manifesto est, largitor occultus, & ipsa ratio tua te dubitare non sinit hoc tuum non debitum esse, sed beneficium alienum. Quicunq; ergo ille est, multum nobis contulit, & qui tantum dare voluit, multum dilexit. Tantū ergo diligens & tam diligendus dono suo demonstratur. Et quam stultum est amorē tā potētis nō vltra cōcupiscere, q; impiū, q; puersum est tam diligentē nō amare. Si aūt ista diligis, vt subiecta dilige, vt famulātia dilige, vt arrā spōsi, vt munera amici, vt beneficia dñi, sic tū vt memineris semper q; illi debeas, nec ista pp se, sed ista pp illū, nec ista cū illo, sed ista pp illū, & per ista illū diligas. Caue o aīa, ne qd' absit, meretrix dicaris, si munera dantis plus, q; amātis affectū diligis. Maiorē charitati eius iniuriam facis si dona illius accipis, & tū vicissitudinē dilectionis nō impendis. At dona illius si potes respice, vel si dona illius respicere nō potes, vicissitudinē dilectionis repende. Dilige illū pp se, dilige te pp se: dilige illū vt fruaris illo, dilige te vt diligaris ab illo. Dilige in donis illius quæ data sunt ab illo, illum tibi & te illi dilige. Hæc pura & casta dilectio est, nil habēs fordidū vel amarū, nil transitoriū. Cōsidera ergo o aīa quæ cōia cum hominibus, quæ specialia cū aliquibus, quæ singularia sola acceperis. In omnibus his te dilige, quæ vel cōiter cū omnibus, vel specialiter quibusdā', vel singulariter tibi soli tribuit. Cū oībus ergo te dilexit, quibus te singulari dono prætulit, in oī creatura dilecta es, cū oībus bonis dilecta es, præ oībus malis dilecta es, & cū parū hoc tibi videatur q; præ oībus malis dilecta es, quanti boni sunt qui minus te acceperunt? Primum cogita o anima q; aliquando non fueris, & vt esse inciperes, hoc dono dei acceperis.

De dei dilectione. Ca. 4.

De fruitione dei. Ca. 5.

De creationis pariter & recreationis gratuitis muneribus. Cap. 6.

Donum

Donum ergo eius erat vt fieres: sed nunquid ei aliquid dederas priusquam fieres, quod
tibi hoc redderet vt fieres? Nihil prorsus, nil tu dederas, nil tu dedisse poteras priusquā
Cap. 6. fieres: qui vtiq; si nil amplius dedisset pro eo ipso tamen semper à nobis laudandus, &
diligendus esset; nunc autem amplius dedit, quod dedit non solum esse, sed & pulchrū
esse & formosum esse. Sed nec hic terminari potuit munificentia languoris optimi, ad
huc aliquid plus dedit, sed magis nos ad similitudinem suam traxit. Voluit ad se trahe
re per similitudinem, quos ad se trahebat per dilectionem. Dedit ergo nobis esse, & 161
pulchros esse dedit & viuere, vt præcellamus his quæ nō sunt per essentiam, & his quæ D
inordinata sunt & incompleta, aut incomposita per formam, aut inanimata per vitam.
Magno debito obligata es anima mea, multum accepisti & nihil à te habuisti, & pro
omnibus his non habes quid retribuas, nisi tantum vt diligas. Nam quod per dilectio
nem datum est, nec melius nec deterius quam per dilectionem rependi potest: accepi-
sti autem hoc per dilectionem, iam nunc tibi narrare incipiam quantum iste sponsus
tuus, qui tam excellens apparuit cum te conderet, humiliari dignatus est cum te repa-
raret. Illic tam sublimis, hic tam humilis: non tam hic, quam illic minus admirabilis.
Illic potenter magna tibi contulit, hic misericorditer pro te dira sustinuit. Vt enim re-
leuaret te illinc vnde ecciderat, ipse descendere dignatus est huc vbi iacebas: & vt tibi
iuste redderetur quod perdideras, ipse dignatus est pie pati quod tolerabas. Descendit
ergo, suscepit, sustinuit, vicit, restaurauit: descendit ad mortalem, suscepit mortalitatē,
sustinuit passionem, vicit mortem, restaurauit hominem. Ecce anima mea obstupescet
tanta mirabilia, tanta beneficia propter te exhibita. Cogita quantum te diligat, qui tan 161
ta dignatus est facere propter te: pulchra fueras munere, fœda facta es tua iniquitate: E
sed rursum mundata es & formosa facta es eius pietate, operante tamen vtrobiq; eius
charitate. Olim cum non esses, dilexit vt conderet: cum fœda esses, dilexit vt pulchram
faceret; & vt ostenderet tibi quātum te diligeret, non nisi moriendo à morte liberare
te voluit, vt non impenderet tantum pietatis beneficium, verumetiam charitatis mo-
straret affectum. Grandi itaq; dignatione primo homini spiraculum vitæ desuper pius
formator infudit, sed multo maiori charitate pro eodem homine nō iam sua dedit, sed
seipsum impēdit atque tradidit. Magnum quidem est de deo, quod esse me sentio opus
eius: sed multo plus est, quod transisse ipsum video in precium meum, quoniam quidē
tam copioso munere ipsa redemptio agitur, vt homo deum valere videatur. O felix
culpa mea ad quam diluendam dum ille charitate trahitur, ipsa quoq; eius charitas mi
hi eam desideranti & eam totis præcordiis concupiscenti aperitur. Nunquam tam be-
ne dilectionem eius agnoscerem, nisi in tantis periculis expertus eam fuissem. O quam 161
fœliciter cecidi, qui post lapsum fœlicius resurrexi. Nulla dilectio maior, nullus amor F
syncerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardentior, mortuus est pro me inno-
cens, nihil quod amaret in me inueniens. Quid ergo dilexisti domine in me, & tantum
dilexisti vt morereris pro me, qd' tale in me inueniſti, pro quo tanta & tam dura susti-
De benefi cio voca- tionis ad fidem. Ca. 7. nere voluisti? Et tu quoq; si cogitare cœperis o anima mea, quot & quales in compara-
tione tui abiecti sint, qui hanc quæ tibi data est gratiam consequi non potuerunt. Cer
te audisti ab initio vsq; ad hanc diem, quòd multæ generationes pertransierunt, quæ
omnes sine cognitione dei & præcio suæ redemptionis in interitum sempiternum di-
lapsæ sunt oībus illis redemptor tuus te prætulit, quando tibi hanc gratiam largitus
est, quam nullus eorum percipere meruit, tu sola præ omnibus non assumpta es, & qua
re hoc in te factum sit, nullam præter solam saluatoris tui charitatem inuenire poteris
causam. Elegit ergo & præelegit te sponsus tuus, amator tuus, deus tuus, redemptor tu
us. Elegit te in omnibus & assumpsit te ex omnibus, & amauit te in omnibus, nomine
suo vocauit te, vt memoriale eius semper esset apud te, voluit te participem esse in no-
minis veritate, quoniam vnxit te illo quo & ipse vnctus erat oleo lætitiæ, vt ab vncto 161
sis vnctus, quia a Christo dicitur Christianus. Sed nunquid tu fortior, nunquid sa- G
pientior, nunquid nobilior, nunquid omnibus illis ditior fuisti, qui hanc præ omnibus
illis specialem gratiam sortiri meruisti? Quot fortes, quot sapientes, quot nobiles quot
diuites ibi fuerunt, & tamen vniuersi relicti & abiecti perierunt. Multum fateor collā-
tum est tibi, nam cum fœda prius fuisses & polluta & deformis & squallida, discissa &
dissipata, & omni horrore & enormitate plena: sic deus dominus tuus dilexit te, vt te
tantis

tantis gratiæ suæ muneribus ditaret. Nisi ergo prius multa cura, studio vehementi
exculta & ornata decenter fueris, in cœlestis sponsi thalamum introduci digna non
eris. Nunc ergo dum tempus est, ò anima mea formam tuam excole, faciem orna, ha-
bitum compone, maculas terge, mundiciam repara, mores corrige, dignam sponsam
omni visu te redde. Præpara ergo te sicut decet sponsam immortalis, sponsam regni
cœlestis. Hoc etiam ad dilectionem pertinere scias, quòd habes vnde te ornare pos- De virtu-
sis, quod vtiq; ex te non haberes nisi ab illo recideres: ab illo aut accepisti vt vestimē tum mu-
ta bonorum operum indui & fructu eleemosynarum cū ieiuniis, sacris vigiliis, aliis nere.
quoq; operibus pietatis, quasi quodam vario ornatu possis ornari vel decorari: & Cap. 8.
161 quicquid ad sanitatem, quicquid ad refectionem, quicquid ad speciem reparandam,
H quicquid ad decorem augendum valere dinoscitur, copiose tribuit. Vnde si copiosa
dispensatio tibi vbiq; occurrit? Non habuisti, & datum est tibi: perdidisti, & instau-
ratum est tibi: nunq; derelinqueris, vt scias quantum ille diligat à quo amaris. Non
vult te perdere, & ideo tanta patientia te expectat, & concedit piè toties negligenter
amissa, iterum atq; iterum si volueris reparare. O quot reperiuntur iam qui ista secū
receperunt, sed amissa iterum tecum accipere non meruerunt. Plus omnibus illis di-
lectus es, quia tibi tam benigne amissum redditur, quod illis perditum tam districtè
negatur. Nunquam tibi gratia bene operandi ipso largiente negata est. Si magna opa
cris, misericorditer sublimaris. Melius.n. nouit ille quid tibi expediat q̄ tu, & ob hoc
si vis de eo bene sentire, totum quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige: talis est enim
amor dei in nobis, nec quicquam omnino humana infirmitas tolerat, quod ipse quā-
tum in sua bonitate est, & ad bonum nostrum non disponat. Forte gratiam virtutum
non habes, sed dum vitiorum impulsu concuteris, melius in humilitate solidaris.
161 Suauis.n. redolet deo humilitas infirma, q̄ virtus elata. Nihil omnino dispositioni di-
I uinæ præiudicare audeas, sed semper cum timore & reuerentia ora deum, vt quem-
admodum ipse nouit, tibi subueniat: si qua adhuc tamen in te mala remanserint, piè
diluat: si qua inchoata sunt bona, benigne perficiat, & ea te qua voluerit ad se via p-
ducat. O anima quid faciemus domino deo, à quo tot bona accepimus? Neq; n. con- De illustra
tentus fuit eadem quæ cęteris nobis bona tribuere, sed in malis quoque nostris eius tionis be-
singularem dilectionem cognoscimus, vt eum tam de bonis quam de malis nostris neficio.
omnibus singulariter diligamus. Tu dedisti mihi domine vt te agnoscam, & quę præ Cap. 9.
cæteris multis de tuis secreta reuelata intelligam. Alios coætaneos meos in tenebris
ignorantiæ dereliquisti, & mihi præ illis gratiæ tuæ lumen infudisti: tu dedisti mihi
sensum capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem, efficaciam in opere, gra-
tiam in conuersatione, profectum in studiis, profectum in conceptis, solamen in ad-
uersis, tutelam in prosperis: & quocunq; vertebam me vbiq; gratia tua & miserior-
dia tua præcessit, & sæpe mihi cum consumptus videbar, subito liberasti me: quando
161 errabam, reduxisti me. quando ignorabam, docuisti me quando peccaui, corripuisti
K me: quando tristabar, consolatus es me: quando cecidi, erexisti me quando steti, te-
nuisti me: tu dedisti mihi verius agnoscere te, purius diligere te, syncerius credere in
te, ardentius sequi te. O domine deus meus, dulcedo vitæ meæ, lumen oculorū meo-
rum quid retribuam tibi pro omnibus quæ retribuisti mihi? Vis vt diligā te. Et quo-
modo diligam te, quantum diligam te, quis sum qui diligam te, fortitudo mea domi-
nus, firmamentum meum refugium & liberator meus? Deus meus adiutor meus, p-
tector meus, cornu salutis meæ & susceptor meus: quantum adhuc dicam, tu es do- De dei circa nos soli
mine deus meus. Multa & innumerabilia bona fecisti mihi domine deus meus, de -itudine.
quibus mihi erit semper dulcor cogitare, semper loqui, fac me gratias agere vt te lau Cap. 10.
dem & amem pro omnibus beneficijs tuis. Ecce habes anima mea arram tuam, & ar-
ra tua cognoscit sponsum tuum. Serua ergo te illi intactam, serua impollutam, serua
incontaminatam, serua integram. Si olim meretrix fuisti, iam virgo facta es, quem-
admodum amor illius consueuit corruptis integritatem reddere, & integris castita
161 tem seruare. Semper cogita quantam tecum misericordiam fecit: & in hoc perpende
L quantum ab ipso diligeris, quòd eius beneficium nunquam tibi defuisse cognoscis.
Sic certe mihi videtur cum eius miserationes circa me attendo, quòd si fas est dice-
re, nil aliud agit deus nisi vt meę saluti prouideat: & ita totum ad custodiam meam

Universidad de Deusto
Biblioteca

occupatum video,quasi omnium oblitus sit & mihi soli vacare velit. Semper præsentem mihi se exhibet deus, semper paratum offert, quocunq; me verto, me non deserit: vbicunq; fuero, non recedit: quicquid egero, pariter assistit: & tandem cunctis actionibus meis perpetuus inspector,& quantum ad bonitatem suam pertinet,quasi induiduus cooperator assistit,ipse operis sui effectum patienter ostendit. Ex quo constat,quòd licet facies eius à nobis adhuc videri non possit,nunquam tamen possit eius præsentia euitari. Sed quid est illud dulce quod in eius recordatione me tãgere solet,& tam vehementer & tam suauiter afficere, vt tam tota quodammodo à meipso ab alienari,& nescio quò abstrahi incipiam? Subito tota innouor & tota immutor, & bene mihi esse incipit vltra q̃ dicere sufficiam, & exhilaratur conscia, in oblitionem venit omnis præteritorum dolorum miseria: exultat animus,clare scit intellectus:cor illuminatur,desiderio iocundatur. Iamq; alibi nescio vbi me esse video, & quasi quibusdam amplexibus amorum intus teneo,& nescio quid illud sit,& cum illud retinere semper & nunquam perdere toto nisu laboro, luctatur quodãmodo delectabili animo ne recedat ab eo quod semper amplecti desiderat: & quasi in illo omnium desideriorum finem inuenerit, summè & ineffabiliter exultat, nihil amplius quærens,nihil vltra appetens, semper sic esse volens. Nunquid ille est dilectus? vere ille est dominus meus qui visitat me,sed venit inuisibiliter,venit occultus,venit incomprehensibilis: venit vt tangat me, non vt videatur à me: venit vt admoneat me, vt non comprehendatur à me: venit vt non totum infundat se,sed vt gustandũ præbeat se;non vt impleat desiderium,nõ vt plenitudinẽ exhibeat suæ satietatis. Et hoc est quod maximè pertinet ad arram desponsationis eius, q̃ ille qui in futuro se tibi videndum & perpetuo possidẽdum dabit,non aliquo modo vt q̃ dulcis sit agnoscas, se tibi ad gustandum præbet. Multum igitur deus tuus diligendus est tibi,cum tãta beneficia contulit. Vt aũt amoris flamma amplius accendaris,considera diligenter si præter illa quę supra dicta sunt, aliqua tibi contulerit beneficia. Cum ergo quæ hic memorata sunt bona tibi vides collata,multum ei à quo tibi hæc collata sunt, debes gratiosus & deuotus existere, & gratias agere. Valde mihi diligendus est deus meus, qui bene vtens malo parentum meorum creauit me de carne illorum,& inspirauit in me spiraculum vitæ, discernens me ab illis qui vel abortiui proiecti sunt ab vtero, vel intra materna viscera suffocati,pœnę videntur concepti non vitæ. Accepi ergo vt sim,accepi vt homo sim,accepi intellectũ, qui interfit inter me & pecus. Accepi corporis formam,accepi in corpore distinctionem sensuum,oculos ad videndum,aures ad audiendum,nares ad adorandum,manus ad contrectandum, palatum ad gustandum,pedes ad ambulandum,salutemq; ipsam corporis. Magnum fuit & hoc q̃ ad eorundem sensuum meorũ oblectamenta,singula sensibus singulis conuenientia creauit deus,multa pulchre lucentia, canore mulcentia,suaue olentia,dulce sapientia,tacta placentia: ob hoc.n. prouidentia creatoris tã diuersas qualitates rebus induit, vt oẽs sensus hois sua oblectamenta inueniãt. Aliud.n. percipit visus, aliud auditus, aliud olfactus, aliud gustus, aliud tactus. Visum pascit pulchritudo colorum, suauitas cantilenæ demulcet auditum,fragrãtia odoris olfactum, dulcedo saporis gustũ. Et quis oẽs delitias sensuum enumerare queat, quæ tam multiplices sunt in singulis, vt siquis quemlibet per se consideret, quemlibet per se singulariter ditatũ putet. Tot oblectamenta oculorum in diuersitate colorum monstramus,tot oblectamenta aurium in diuersitate sonorum audimus, quibus hoies adinuicem suas voluntates cõicant,præterita narrant,præsentia indicant,futura nũciant,occulta reuelant,adeo careat his vita humana,bestijs comparabilis videatur? Quid aũt concentus auium, humanæ vocis melos iucundum, quid dulce melos sonorum omnium commemorẽ? qa tã multę sunt harmoniæ genera,vt ea nec cogitatus pcurrere,nec sermo facile explicare possit, quę tñ cuncta auditui seruiunt, & in eius delitias creata sunt. Eodẽmõ gustus & tactus varia habent oblectamenta,q̃ ex similitudine priorũ satis ppendi possunt. Magnũ est certe & hoc,q̃ sana & integra mẽbra creauit mihi deus,ne essẽ meis dolor, opprobriũ alienis. Accepi ẽt amplius mentẽ. s.q̃ possit intelligere, quę possit iustũ ab iniusto discernere, quæ possit indagare, desiderare creatorem, laudare & inhærere illi. Magnum etiam æstimo beneficium, & quòd eo tpe & inter tales mẽ nasci voluit deus, per quos ad fidem suam & sacramenta peruenirem. Video innumerabilibus hominibus hoc negatum,quod mihi gratulor esse concessum,cum quibus tamen nobis esset vna conditio. Illi derelicti sunt per iustitiam, & ego vocatus per gratiam. Procedam adhuc etiam, intuens munus eius fuisse q̃ educatus sum a parentibus,q̃ me flamma non læsit,q̃ aqua non absorbuit,q̃ non vexatus a dæmone,quòd a bestijs non percussus,quod non præcipitio necatus, quod vsque ad congruam ætatem in fide eius & bona voluntate sum nutritus. Magnam igitur domine deus erga me ostendisti pietatem. Cum autem in cunctis operibus tuis sis mirabilis,mirabilior tamen crederis esse in visceribus pietatis, nullum enim spernis,nullũ abijcis,neminem perhorrescis,nisi qui forte te amens exhorruerit. Bona igitur sunt hæc tua domine mihi a te misericorditer indulta,quod me in periculis sępe constitutum clementer eripuisti,nec vnquam in peccatis meis me dereliquisti,oblitum tui de te admonuisti,auersum a te reuocasti,venientem ad te benigne suscepisti,pœnitenti indulsisti. Non enim ea sola quæ commisi peccata,sed etiam quę te protegente nõ cõmisi,totum a te dimissum deputandum est. Nam sicut in multa peccata cecidi,sic & in multo plura,nisi me conseruasses cecidissem. Tribus autẽ modis a peccato me meminì conseruatum. s. occasionis subtractione,resistendi data virtute,affectionis sanitate. Multa enim in peccata cecidissem,si data esset occasio, sed dei miseratione nõ me talis opportunitas apprehendit. In multa quoque paulominus cecidissem gratiter impulsus violentia tentationis,sed virtutem dedisti mihi domine,vt sub me esset appetitus meus,& ei quam sentiebam concupiscentiæ minime consentirem: sed a quibusdam peccatis tam lõge me fecit tua miseratio domine,vt penitus abominarer ea, & ne vlla me quidem eorum tentatio molestaret. Magnæ quidem bonitatis est indicium domine deus & hoc,Ecce infœlix ego te iritaui, ego malum coram te feci,furorem tuum prouocaui,iram promerui,peccaui & passus es, deliqui & adhuc sustines: fi pœniteo,parcis: si reuertor,me suscipis. Insuper dum differo, præstolaris: reuocas errantem,vincis repugnantem, expectas torpentem, amplecteris redeuntem,doces ignorantem,mulces mœrentem,a ruina suscitas, post lapsum reparas, petẽti largiris, quærenti inueniris,pulsanti aperis,ostendis mihi bene viuendi viam, das gradiendi scientiam. Magnum est etiam & hoc domine,quod multa mihi antequam petere possem,uel vellem,aut nossem,dona contulisti,non solum ante,sed & postquam senui & potui te pẽtere,te quærere,te desiderare,tibi inhærere,gratuita bonitate tua non petẽti,non quærenti,non desideranti,imo etiam paruipendenti vel etiam contẽnenti largitus est. Maximum æstimo & illud fuisse beneficium, quod angelũ pacis ab ortu natiuitatis meę ad me custodiendum vsque ad finem meum mihi dedisti: vnde quidã sanctus ait,Magna est dignitas animarum,vt quæque habeat ab ortu natiuitatis ad custodiam sui angelum delegatum. Magnæ pietatis fuit hoc domine, quod mira patientia tua meas sustinuit iniquitates. Cui gratias referre debeo, quod non secũdum iniquitates meas retribuisti mihi,quod me terra non absorbuit, non me cœlum fulminauit,non me fulgor cõbussit,non flumina submerserunt,nec alia pœna uel mors te,prout dignus eram,me afflixisti. Cum enim peccando a te recederem, non solũ irã tuam promerui,sed & omnem creaturã aduersum me excitant. Nã si seruus cuiusq; a domino suo recederet,nõ solũ dñm ipsum exacerbaret,sed & totã eius familiã iustissime iritaret. Cũ ergo te deũ oĩum creatorẽ offendi,oẽm creaturã quãtũ spectat ad me ritũ meũ in irã cõmoui,ita vt merito pro te pugnaret aduersum me totus orbis terrarũ. Posset.n. terra dicere mihi,non debeo te sustinere, sed potius absorbere, quoniã a creatore meo non timuisti peccando recedere,& inimico. s. diabolo adhærere. Posset dicere sol,non debeo tibi ad salutẽ lucere,sed ad vindictã dñi mei,qui est lux & fons luminis,penitus tibi radios meos abscondere. Sic etiã cuncta quęque creatura ad vlciscendã tantã iniuriã sui creatoris,nisi impetum cohiberet ipse qui eas condidit,qui nõ vult mortẽ pcoris,sed vt cõuertatur & viuat. Oportet ergo me dñe tãto magis tibi gratiosum & deuotũ,ad seruiẽdũ prõptiorẽ existere, quãto me de tantis beneficijs obligatiorem conspicio in reddenda ratione, ne dilata vindicta tanto acrius adueniendo mala mea puniat, quanto diutius tolerauit quod puniri potuit. Iandiu igitur expectare cogita o anima mea dei longanimitatem quam exhibuit, electionẽ

De sensuũ humanorũ munere & custodia vitæ. Cap. 11.

De longanimitate dei & pser uatione a pcis & eorũ indulgentia. Cap. 12.

Sapi. 5.

Ezec. 18.

prædestinationis suæ quam impleri voluit, nimiam charitatem qua nos dilexit. Pro-
prer hoc enim expectans expectauit dominus & intendit mihi: sed auertit oculos
Psal. 39. suos a peccatis meis, quasi nolens aduertere quantum delinquerem. Propter hoc,
inquam, dissimulabat, vt commendaret patientiam, confirmaret charitatem suam.
Propter hoc, vt bene memini, percussit cor meum, excitans illud vt aduerteret suo-
rum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiret dolorem, etiam deducens ad portas
inferi & præparata iniquis supplicia monstrans, etiam vt nil iam noxiæ remaneret ra
tionis, meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ dedit, demum & H
ipsam indulgentiam contulit. Sic autem ex toto indulsit, & tam liberaliter omnem
donauit iniuriam, vt iam non damnet vlciscendo, nec confundat improperando,
nec minus diligat imputando. Sunt autem aliqui sic donantes iniuriam vt non vl-
ciscantur, sæpius tamen improperent: sunt & aliqui qui licet sileant, manet tamen ali
quid in alta mente repositum, rancoremq; tenent in animo, quorum vtique neutra
plena est indulgentia. Longe ab his benignissima diuinitatis natura, liberaliter agit,
ignoscit plenarie, ita vt propter fiduciam peccatorum se pœnitētium, vbi superabun-
Rom. 5. dauit delictum, soleat & gratia superabundare. Tristis est Petrus, cui post trinam
Mat. 26. negationem totius Ecclesiæ pastoralis cura est commissa: testis est Paulus, qui de Ec-
Ioan. 21. clesiæ persecutore effectus est vas electionis & doctor gentium: testis est Matthæus,
Rom. 9. qui de telonio electus est in Apostolum, cui etiam & noui testamenti primum scri-
Mat. 9. ptorem esse donatum est. Post hæc dedit mihi dominus deus continentiam. Con 16
De dono tinentiam autem dico, non a sola luxuria, sed a cæteris quibusq; sicut necesse est vi- I
continētię tijs & peccatis, qui & aliquando vix per triduum continebam, postea dei auxiliante
cōtra tri- gratia, per longum tempus potui continere. Ex hoc inuenio vnde merito exclama-
plicis ho- re possim, Quia fecit mihi magna qui potens est. Forte parum quid reputat aliquis
stis tētami continentiam, sed ego non ita. Scio enim quos habeat oppugnatores, quantæ illam
na. necesse sit esse virtutis, vt possit talibus resistere. Primus hostis continentię nostræ
Cap. 13. caro est nostra, dum concupiscit aduersus spiritum. Quam domesticus hostis
Gal. 5. quàm periculosa lucta, quàm intestinum bellum, hostem hunc crudelissimum non
fugere possumus. O anima mea non fugare, sed circumferre illum necesse est, quo-
niam alligatus est uobis. Quid autem periculosius & miserabilius est, quàm quod
hostem nostrum cogimur sustentare, perimere eum non licet? Vides ergo quàm so-
licite te custodire necesse sit ab ea, quæ dormit in sinu tuo. Veruntamen non est hic
solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo qui circuncinxit me & obsedit vndique, 16
hostis iste est præsens seculum nequam, qui per quinque videlicet sensus corporis, K
Miche. 7. iaculis suis vulnerat me, & mors intrat per fenestras meas. Tertius hostis est hu-
mani genesis inimicus, antiquus serpens callidior cunctis animantibus: iste est ho-
stis quem nec possumus videre, quanto minus cauere: Hic hostis nunc quidem aper-
te & violenter, nunc occulte & frauduléter, semper autem malitiose & crudeliter nos
impugnat & persequitur. Et ad hæc tolerāda, ne dicam superanda, quis idoneus? Hęc
ideo dixi vt innotesceret continentię difficultas, vt sciamus quæ a deo data sunt no-
bis, ac per hoc amplius diligamus eum qui hanc nobis virtutem tribuit. Omnino n.
in domino facimus hāc virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Ipse est
qui non modo carnem nostram cum concupiscentijs suis, sed & præsens seculum ne-
quam cum curiositatibus suis & vanitatibus suis, etiam & ipsum cum tentationibus
suis conterit satanam sub pedibus nostris. Nunquid non merito dixerim inuenien-
Hiere. dum in continentia vnde clamarē, Quia fecit mihi magna qui potens est? Post hæc 16
De bñficio dedit mihi dominus deus gratiam promerendi bona vitæ æternæ, quā gratiā in qui- L
ſpei. bus maxime stare arbitror, in odio præteritorum malorum, in contemptu bonorum
Cap. 14. præsentium, in desiderio futurorum. Deinde dedit mihi spem eadem obtinendi. Tria
inquam sunt quæ sic roborant & confirmant cor meum, vt nulla me penuria merito
rum, nulla consideratio propriæ vilitatis, nulla æstimatio cœlestis beatitudinis de cel
situdine spei deiiere possit: in ea firmite radicatur anima mea. Vis scire quæ sint il-
la? Tria considero, in quibus spes mea tota consistit scilicet charitatem adoptio-
nis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmuret iam quantum vo-
luerit insipiens cogitatio mea dicens, Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, qui-
busve

busve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo, Scio cui credidi,
& certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me deus, quia verax est in promis-
sione, quia potens est in exhibitione, licet enim ei hoc facere quod voluerit. Pro his
ergo meritis deus meus mihi diligendus est. Magnæ autē gratiæ fuit, quòd me deus a
se fugientem persecutus est, timenti blanditus, quòd erexit in spem toties desperā-
tum, quòd suis obruit beneficijs ingratum, quòd gustu interioris dulcedinis immun
dis assuetum delectationibus attraxit & illexit, quod indissolubilia malæ consuetu-
dinis vincula dirupit, & abstractum seculo benigne suscepit. Adhuc anima mea, il- De largita
la quibus tibi sola conscia es, diuinæ bonitatis inspice munera, quàm iucunda facie te dei, &
abrenuncianti seculo tibi Christus occultus occurrit, quas esurienti delitias præpa- iniquitate
rauit, quas miserationum suarum diuitias, & absconditos inspirauit affectus, quo te nostra, &
charitatis poculo delectauit? Magnum fuit & hoc quod me fugientem seruum suum gratia repē
& rebellem, sola miseratione vocatum, spiritalium consolationum non reliquit exper denda.
163 tem. Si enim tentabar, ille me sustentabat: si periclitabar, ille me erigebat: si tristabar, Cap. 15.
A ille me confortabat: si fluctuabam, ille solidabat. Quoties præ timore arescebam, il-
le pius consolator astabat: quoties æstuabam præ timore, ille meis se visceribus infun
debat. Perpendo etiam quoties psallentem vel legentem spiritalium me sensuum lu
mine illustrabat: quoties errantem in quoddam ineffabile desiderium sui rapiebat:
quoties mentem meā a terrenis subtractam, ad cœlestes delitias & paradisiacas amœ
nitates transportabat. Taceo multa & magna misericordiæ suæ circa me opera, ne ali
quid glorię quæ tota eius est, ad me videatur transire. Ita enim secundum hominum
estimationem sibi cohærent gratia dantis & fœlicitas recipientis, vt non laudetur so-
lum qui solus laudandus esses. s. ille qui dedit, sed etiam ille qui recepit. Quid enim
habet aliquis quod non accepit? aut qui gratis accepit, quare laudatur quasi velut
promeruerit? Tibi ergo laus deus meus, tibi gloria, tibi gratiarum actio: mihi autem
cōfusio faciei meæ, qui tot mala feci, & tot bona recepi. Vide ergo, o anima mea, quia
multum commendat bonitatem dei, non solum largitas sua, sed iniquitas nostra. Si
enim magnum est nihil promerentibus impendere multa, quale quantumve erit re-
tribuere bona promerentibus mala? O qualis pietas, quam nulla potest superare im-
163 pietas. Alia sunt quæ misericorditer deus ignoscit, alia quæ affluenter attribuit: igno
B scit mala nostra, largitur bona sua: semper præsto ad ignoscendum, paratus semper
ad largiendum: hinc pius, hinc largus, vtrobiq; pius & largus. Confiteamur ergo illi
mala nostra, confiteamur & bona nostra. Confiteamur ergo a nobis mala nostra esse
vt pie ignoscat: confiteamur ab ipso bona nostra esse, vt seruet & augeat. Hoc igitur
incessanter agamus, ne ingrati appareamus, vel de indulta venia, vel de concessa gra-
tia. Hæc inquam, agat qui se credidit vel cupit esse amatorem dei, verus animi amor
semper confitetur. Quid ergo hæc omnia faciunt diligenter considerata, nisi vt consi
derantis animum ab omni penitus abstractum amore, ad deum diligendum qui hæc
contulit, mirabiliter rapiant, vehementer afficiant? Si quis autem hæc omnia a deo si-
bi videt collata, & ideo illum parum diligere non veretur, sciat pro certo q̄ nemo est
qui non facile si quærit inueniat, vnde plurimum est obnoxius deo, vnde cum totis
viribus diligenter ei etiam continuas gratias referre deberet. Ille ergo cui aliqua bo-
na saluti necessaria desunt, nec sic audeat contra deum murmurare, nec eum accuse,
quia omnia certissima & iustissima ratione facit deus, cuius vult miseretur, & quem
163 vult indurat, qui etiam potens est dona sua cui voluerit conferre, & collata cui vo- Rom. 9.
C luerit auferre. Doleat ergo qui hæc non habet, & laboret & oret vt habeat, pro acce-
ptis vero bonis deo gratus existat. Magna igitur & multa, imo certe innumerabilia De morte
quæ mihi domine deus contulisti beneficia, pro quibus mihi diligendus, & semper es Christi.
laudandus. Quicquid enim boni habeo, vel habui, vel habiturus sum, a te summo bo Cap. 16.
no est, a quo omne quod bonum dicitur, & est, & procedit. Vnum autem est, quod me
plus his omnibus accēdit, vrget, mouet, & promouet ad te diligendum: super omnia,
inquam, amabilem te mihi reddit o bone Iesu ignominiosissima & amara mors, quā
sustinuisti opus nostræ redemptionis. Hoc solum vel hoc omnino totam vitam no-
stram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique no-
strum facile sibi vendicat, totum, hoc, inquam, est quod deuotionem nostram & exci-

Psa. 148. ta melius & quærit suauius & auget amplius. Multum quippe in hoc opere laborat
author mundi, nec in omni fabrica mundi tantam fatigationem sustinuit. De mun
do enim & de his quæ in mundo sunt, dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt: at
vero pro reparatione generis humani magnos & multos & diuturnos labores susti- 163
nuit & dolores. Ecce quomndo nos dilexit, qui nulla sui necessitate, sed sola chari- H
tate tam dura & indigna sustinuit. Merito ergo dixerim hoc vnum omnibus alijs D
prestare beneficijs. Quippe cum magnum sit aliquem sua gratis alicui cõferre, mul
to maius certe est semetipsum impendere. Et cum magnæ charitatis sit animam pro
amicis ponere, multo maioris charitatis indicium est pro inimicis ponere, quod fi-
Rom. 5. lius dei pro nobis fecit. Nam cum inimici essemus deo, reconciliati sumus per mor-
tem filij eius. Vix autem pro iusto quis moritur, ipse autem pro ipijs & mortuus, iu-
stus pro iniustis, vt nos offerret deo, exul a cœlis factus, vt nos reportaret ad cœlos. O
quàm ineffabilis charitas, quàm ineffabilis dulcedo charitatis, quàm stupenda di-
gnatio fuit, deum pro homine hominem fieri, deum pro homine carne mori, tentatũ
per omnia pro similitudine absque peccato. Ecce cum quanto precio quantove labo
re redimebatur homo, qui diabolo iure debebatur, qui si non redimeretur sine dubio
æternaliter cum diabolo damnaretur. Hæc ideo dixi, vt intelligat homo quantum de 163
beat diligere deum, non vtcunque patienter, imo libenter: non solum autem hoc, sed C
etiam ardẽter pro illo sustinere labores & dolores, qui pro te tanta ac talia sustinuit.
Acto. 4. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Amplectatur igi-
tur anima mea domine Iesu crucifixum, sumat tui dulcissimi sanguinis hausstum, oc
cupet memoriam hæc suauis meditatio, ne ex toto eam obliuio obscuret. Iudico me
nihil scire præter Iesum Christum & hunc crucifixum, nescientiam meam a solidita-
2. Cor. 2. te fidei vanus error abducat, vendicet sibi totum amorem meum hæc tua mira dile-
ctio, ne illum cupiditas mundialis absorbeat. Mentem igitur quam tuæ domine dul-
cedo charitatis compleuerit, non timor angustat, non libido conmaculat, non ira di-
laniat, non superbia eleuat, non cenodoxię inanis fumus euentilat, non exagitat fu-
ror, non stimulus ambitionis euiscerat, non auaritia contrahit, non deijcit tristitia,
non inuidia tabefacit, nullum denique vitium eam corrumpit, dum in eadem dulce-
dine immobilis persistit. Qui ergo suis tanta præstat in præsenti: quæ dat in præsen-
ti temporalia sunt, quæ autem in futuro seculo se promittit deus suis daturum æter-
na sunt, & bonis temporalibus incomparabiliter meliora. Temporalia enim bona dif 163
ficile acquiruntur, & acquisita facile dilabuntur, & quę habita sunt cum graui solici- E
tudine custodiuntur, & cum dolore amittuntur, & amissa cum graui labore recupera-
tur: Futuri autem seculi bona nunquam amittuntur, nunquam minuuntur, cũ gau-
dio & quiete possidentur, semper desiderantur, & nunquam fastidiuntur. Quæ cum
semel quis acceperit, ita securus erit ea se nunquam amissurum, sicut certus est vel
De promis- erit illa se nunquam velle amittere. Valde igitur diligendus est deus in promissis
sionib. dei. suis qui magna nobis dedit, sed maiora promisit. Promisit nobis a labore requiem, a
Cap. 17. seruitute libertatem, a timore securitatem, a mœrore consolationem, a morte resur-
rectionem, a resurrectione plenum gaudium, summum gaudium & indeficiens. Deni-
Luc. 1. que promisit nobis se ipsum, sicut iurauit patribus nostris daturum se nobis. Magnę
sunt igitur promissiones dei & ineffabiles, & pro his & in his vult amari a nobis ali-
quo modo. Si modum quæras, vehemens desiderium promissionis, modus est, per
amorem promissio dei quantumcunque desideretur, minus desideratur quàm desi-
derat. Nam quantumcunque profecerit, plus debet. Vehemens itaque desiderium
aliquo modo non habet modum, cum non possit esse nimium. Cum in cæteris re- 163
bus impatientia soleat culpari, in expectatione tantæ promissionis laudabilis F
est vehemens impatientia dilationis. Cum eum qui plus amat, & qui plus deside-
rat dilationis impatientia magis cruciat: spes quæ differtur affligit animam, hæc au-
De futuræ tem omnia bona in cœlesti habentur patria. De illo igitur bono quod omnium bo-
fœlicitatis norum summum est, quid vel quale sit primum dicendum est. Exultemus igitur
beneficio. & erigamus totum intellectum nostrum in quantum deus donauerit, & cogitemus
Cap. 18. quale & quantum electorum sit vnicum & singulare gaudium. Illud scilicet sum-
mum bonum quod vita, lux, beatitudo, sapientia, & æternitas, & tamen non est nisi

vnicum & summum bonum, omnino sibi sufficiens, nullo indigens, quo omnia indi
gent vt sint & bene sint, hoc bonum est pater deus, hoc est verbum, id est, filius pa-
tris, hoc ipsum est amor vnus & communis patri & filio, scilicet spiritussanctus ab 163
vtroque procedens. Quod autem est singulis horum quisque, hoc est tota trinitas H
simul, pater & filius & spiritussanctus, quoniam singulus quisque nõ est aliud quàm
summe simplex vnitas, & summe vna simplicitas, quæ nec multiplicari, nec aliud &
aliud esse potest. Porro hoc est illud idem vnum quod est necessarium. Porro il-
lud necessarium, in quo omne bonum, imo quod est bonum, & vnum totum & solum
bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita mente, vide quàm delectabi-
le sit illud bonum quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem
in rebus creatis sumus experti: sed tanto differentem, quanto differt creator a crea-
tura. Si enim est bona vita creata, quàm bona est vita creatrix? Si iucunda est salus fa
cta, quàm iucunda est salus quę fecit salutem? Si amabilis est sapientia cum cognitio
ne rerum conditarum, quàm amabilis est sapientia quę condit omnia ex nihilo? De-
nique si multæ & magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta
est delectatio in illo qui fecit omnia delectabilia? O qui hoc bono fruetur, quid illi
erit, & quid illi non erit? Ibi quippe erunt bona corporis & animę, qualia nec ocu-
lus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo permulta vaga- Esa. 64.
mur quærendo bona corporis & animę nostræ? Amemus vnum bonũ in quo sunt 1. Cor. 2.
omnia bona, & sufficit. Desideremus simplex bonum quod est omne bonum, & sa- 163
tis est. Quid enim amas o caro, quid desideras o anima? Ibi est quicquid desideras. I
Bona ergo cœlestis regni dicere vl cogitare vel intelligere vt sunt, nullus potest car-
ne vestitus: multo enim maiora sunt & meliora quàm cogitantur & intelliguntur:
regnum nanque dei omni fama maius est, omni laude melius, omni scientia innume-
rabilius, omni gloria quæ putatur excellentius. Regnum itaque dei plenum est lu-
cis ac pacis, charitatis & patientiæ, honestatis & gloriæ, dulcedinis & dilectionis, læti-
tiæ & beatitudinis perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici nec cogitari po-
test. Nec ideo tamen debeo tacere, sed dicere quantum valeo, quia dicere quantum
volo non valeo: neque enim quia deum ineffabilem credimus, fari de illo quod pos-
sumus non debemus, ita sanè vt plus credatur de illo quam scribitur: quia non po-
test tantum inde proferri sermone, quantum potest mente complecti, & minus con-
cipit mentis humanę quęlibet profunda complexio, quàm se habeat ipsius regni vel
rei magnitudo. Ergo futura vita creditur esse sempiterna, & sempiterne beata, vbi
est certa securitas, secura tranquillitas, tranquilla iucunditas, fœlix æternitas, ęterna
fœlicitas, vbi amor est perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & 163
vnus omnium spiritus de contemplatione dei sui ac de sua cum illo permansione K
securus, vbi ipsa ciuitas quæ est angelorum omnium atque sanctorum congregatio-
ne beata, meritis fulgentibus micans, vbi ęterna salus exuberat, veritas regnat, vbi
nec fallit quisquam nec fallitur, vnde beatus nullus eij citur, vbi nullus miser admit-
titur. Hæc est contemplatiua vita beata, ad quam qui bonorum consummatione
operum peruenerint beatis similes erunt, & simul cum eis sine fine regnabunt.
Quod autem hic crediderunt, ibi videbunt sui creatoris substantiam mundissimis
cordibus contemplantes, æterna exultatione gaudebunt, diuinæ charitatis & mu-
tuæ dilectionis possessione deo suo in æternum & inuicem sibi adhærebunt, rece-
ptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus municipatum patriæ cœle-
stis accipient, atque eius in æternum ciues effecti præmia promissa reportabunt. Ibi
eius exuberabit tanta lætitia, tanta cœlestiũ gratia gaudiorũ, vt & remuneratori suo
pro tantis muneribus gratias agunt, & nullum fastidium ex ipsa affluenti bonorum
perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, ficut corpora- 163
libus oculis subiacent facies corporales, quia humanorum pectorum tanta erit L
ibi, & tam perfecta mundicia, vt habeant vnde mundati deo gratias agant, non
vnde offensi antiquis sordibus peccatorum erubescant, quia nec ibi vlla pecca-
ta, nec peccatores erunt, & ibi qui fuerant iam peccare non poterunt. Nec
latebit iam perfecte beatos aliquid secretorum, qui, quòd est præstantius longe,

ipsum visuri sunt mundis cordibus deū: Quandoquidē humana creatura ita perfecta erit, vt in melius aut indeterius vltra mutari non possit. Cuius humanæ subiectæ ad conditoris sui similitudinem sublimitate oīa bona, quæ naturaliter accepta corruperant peccando, mutabuntur in melius, & intellectus sine errore, memoria sine obliuione, cogitatio sine peruagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, incolumitas sine debilitatione, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo. Quoniam quicquid hic humanis corporibus, aut ferarum morsus, aut improuisi casus abstulerint, aut malarum valetudinum genera diuersa decerpserint, aut humana crudelitas amputauerit, aut ignis, aut quælibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut etiam senectus ipsa satis onerosa negauerit, hæc atq; similia corporum damna vna ibi resurrectio reparabit, atq; ea corpora mēbris omnibus instauratis, incorruptibilis sanitas obtinebit. Propterea quicunq; erunt ibi, etiā sibi differentibus meritis ab inuicē distabunt. 163 M

Finis huius libri.

SOLILOQVIORVM ANIMAE AD DEVM LIBER.

De ineffabili dulcedine dei. Cap. 1.

OGnoscam te domine cognitor meus, cognoscam te virtus animæ meæ. Ostende te mihi consolator meus, videam te lumen oculorū meorum. Veni gaudium spiritus mei, videā te lætitia cordis mei. Diligam te vita animæ meæ. Appare mihi delectatio mea magna, solatium meum dulce, domine deus meus, vita mea, & gloria tota animę meæ. Inueniam te desiderium cordis mei, teneam te amor animę meæ. Amplectar te sponse cœlestis, Exultatio mea summa intus & extra, posideam te in medio cordis mei, vita beata, dulcedo summa animæ meæ. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Amem te deus meus, adiutor meus, turris fortitudinis mihi, & spes mea dulcis in omni tribulatione mea. Amplectar te bonum, sine quo nihil bonum, fruar te optimum, sine quo nihil est optimum. Aperi penetralia aurium mearum verbo, quod est penetrabilius omni gladio ancipiti, vt audiam vocem tuam. Intona Domine de super voce grandi & forti. Tonet mare & plenitudo eius, commoueatur terra & omnia quę in eis sunt. Illustra oculos meos lux incomprehensibilis, fulgura coruscationem, & dissipa eos vt non videant vanitatem. Fulmina multiplica & conturba eos, vt appareant fontes aquarū, & reuelentur fundamenta orbis terrarum. Tribue visum lux inuisibilis, qui te videat. Crea nouum odorem factum odor vitæ, qui post te currat in odorem vnguentorum tuorum. Gustum sana qui sapiat, & cognoscat & discernat, q̄ magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te, siue his qui pleni sunt charitatis tuę. Da cor quod te cogitet, animum qui te diligat, mentem quæ te recolat, intellectum qui te intelligat, rationem quæ tibi semper summo delectabili fortiter adhæreat. Te semper amor sapiens diligat. O vita cui oīa viuunt, vita quæ das mihi vitā, vita quę es mea

164 B

Pſal. 17.

Hebr. 4.

Pſal. 95.
Pſal. 143.
Pſal. 17.

Canti. 1.
Pſal. 30.

164 C

mea vita: per per quam viuo, sine qua morior: vita per quam resuscitor, sine qua pereo: vita per quam gaudeo, sine qua tribulor: vita vitalis, dulcis & amabilis, semper memorialis. Vbi quæso es, vbi te inueniā, vt in me deficiā & in te subsistā? Propè esto in aio, propè in corde, propè in ore, propè in auribus, propè in auxilio, quia amore langueo, quia sine te morior, quia te recolens suscitor. Odor tuus me recreat, memoria tua me sanat, sed satiabor cum apparuerit tua gloria vita animæ meæ. Concupiscit & deficit anima mea de memoria tua qñ veniā & apparebo tibi lætitia mea? Quare faciem tuam auertis, gaudium meum per quod gaudeo? vbi est absconditus pulcher quem desidero. Odorem tuū haurio, viuo, & gaudeo. Te aūt non video, vocem tuam audio & reuiuisco. Sed cur faciē tuā abscondis? forte dicis, Non videbit me hō & viuet. Eia domine moriar vt te videā, videā vt hic moriar. Nolo viuere, volo mori, dissolui cupio & esse cum xp̄o. Mori desidero vt videā xp̄m, viuere renuo vt viuā cū xp̄o. O domine Iesu accipe spiritum meum, vita mea suscipe aīam meam. Gaudium meum attrahe cor meum dulcis cibus mens comedam te. Caput meū dirige me; lumen oculorum meorū illumina me: melos meum tēpera me, odor meus viuifica me, verbum dei, recrea me. Laus mea lætifica aīam serui tui intra in eam gaudium meū, vt te in te gaudeat: intra in eā dulcedo summa, vt dulcia sapiat. Lumen æternū illustra super eam vt te intelligat cognoscat & diligat. Ob hoc.n. non te diligit domine, si non diligit, quia non te cognoscit: & te ideo non cognoscit, quia non intelligit: & idcirco non intelligit, quia lumen tuū non comprehendit: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. O lux mentis, ò lucens veritas, ò vera claritas, quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: venientem quidem, sed non diligentem: quia qui diligit mundum, inimicus dei constituitur. Expelle tenebras desuper faciem abysi mentis meæ, vt videat te, intelligēdo, vt cognoscat te comprehendendo, vt diligat te cognoscendo. Quisquis.n. cognoscit te, diligit te, se obliuiscitur, amat te plus q̄ se, relinquit se & venit ad te, vt gaudeat de te. Hinc est ergo domine quod non tantum diligo q̄tum debeo, quia non plene cognosco te. Sed quia parum cognosco, parū diligo: & quia parū diligo, parū in te gaudeo, sed à te vero gaudio interiori per exteriora recedēs, dum te solo careo adulterinas amicitias in his exterioribus quæro. Et sic miser ego cor meū quod tibi soli debui toto amore toto; affectu impēdere, vanis dedi: & ideo uanus effectus sum, dū vanitatē dilexi. Hinc est est dñe quod in te non gaudeo, & tibi non adhæreo: quia ego in exterioribus, tu in interioribus: ego in tpalibus, tu in spiritalibus: ego in transitoriis aio diffundor, cogitatione versor, locutione implicor, & tu domine in æternis habitas, & ęternitas es: tu in cœlo, ego in terra: tu diligis alta, ego infima: tu cœlestia, ego terrestria: Et qñ potuerunt hæc contraria conuenire? Miser ego q̄do poterit obliquitas mea tuæ rectitudini adæquari? Tu domine diligis solitudinē, ego multitudinē: tu silentiū, ego clamorem: tu veritatem, ego vanitatem: tu mundiciam, ego immūdiciam sequor. Quid plura domine? Tu vero bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu sanctus, ego miser: tu iustus, ego iniustus: tu lux, ego cęcus: tu vita, ego mortuus: tu medicina, ego æger: tu gaudium, ego tristitia: tu summa veritas, ego vniuersa vanitas, vt ois hō viuens. Heu quid igitur ò creator dicam? audi ò creator, Creatura tua sum, iam perii; creatura tua sum, iam morior. Factura tua sum, iam ad nihilum redigor: plasma tuum sum: Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt: mē manus, inquam, illæ quæ affixæ clauis sunt pro me, opus manū tuarū domine ne despicias. Vulnera manum tuarum domine ne despicias. Vulnera manum tuarum precor vt aspicias. Ecce in manibus tuis domine deus descripsisti me, lege ipsam scripturam & salua me. En ad te suspiro creatura tua, creator es, recrea me. En ad te clamo factura tua, vita es, viuifica me. En ad te respicio tuum plasma, plasmator es, reītaura me. Parce mihi domine, nihil.n. sunt dies mei. Quid est homo vt possit alloqui deum factorem suum? Parce mihi colloquenti tibi, ignosce seruo tuo qui præsumit loqui tanto domino. Legem non habet necessitas, dolor me compellit dicere: calamitas quā patior, cogit me exclamare: Aegrotus sum, ad medicum clamo: cæcus sum, ad lucem propero: mortuus sum, ad vitam suspiro. Tu es medicus, tu lux, tu vita Iesu Nazarene, miserere mei fili David, miserere mei fons misericordię: audi qui ad te clamat infirmū. Lux quæ transis,

Cant. 2.
Pſal. 16.
Pſal. 83.
Pſal. 41.

Exo. 33.
Philip. 1.

Ioan. 1.

164 D

164 E

164 F

De miseria & fragilitate hois Cap. 2.

Pſal. 93.

Pſal. 118.
Ioan. 10.
Pſal. 137.

164 G

Iob. 7.

Mat. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.35. expecta cæcum,præbe ei manum,vt ad te veniat,& in lumine tuo videat lumẽ. Vita viuens reuoca mortuum: quid ſum ego qui loquor tecum? Væ mihi domine,parce mihi domine, ego cadauer putridum, eſca vermium, vas ſœtidum, cibus ignium.
Iob. 14. Quid ſum ego qui loquor tecum? Væ mihi domine,parce mihi domine, inſœlix ego homo: hom o,inquam,inquam,natus de muliere breui viuens tẽpore, repletus mul-
Pſal.143. tis miſerijs: homo inquam, vani tati ſimilis factus, comparatus iumentis inſipientibus,& iam ſimilis factus illis. Quid iterum ego? Abyſſus tenebroſa, terra miſera, fi-
Pſal.48. lius iræ, vas aptum in contumeliam, genitus per immundiciam, viuens in miſeria, 164
moriturus in anguſtia. Heu miſer quid ſum? heu quid futurus ſum? Vas ſterquilinij, G
putredinis, plenus ſœtore & horrore: cæcus, pauper, nudus, plurimis neceſsitatibus
Pſal.101. ſubditus, ignorans introitum & exitum meum. Miſer & mortalis, cuius dies ſicut vmbra lunatica euaneſcit, ſic vt flos in arbore creſcit, & ſtatim marceſcit, nunc floret, &
ſtatim aret. Vita, inquam, mea vita fragilis, vita caduca, vita quæ quanto magis creſcit, tanto magis decreſcit; quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit.
Vita fallax & vmbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, ſtatim triſtor: nunc vigeo, ſæpe infirmor: nunc viuo, ſtatim morior: nunc fœlix appareo, ſemper miſer: nũc rideo, iam fleo. Sicq; omnia mutabilitati ſubiacent, nihil vix vna hora in vno ſtatu permaneat. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc ſitis, hinc calor, hinc frigus, hic languor, vnde dolor exuberat. Subſequitur his importuna mors, quæ mille modis quotidie miſeros homines rapit. Hunc necat febribus, illum opprimit doloribus: hũc conſumit fames, illum ſitis extinguit: hunc ſuffocat aquis, illum interimit laqueo: il-
lum perimit flammis, alium dentibus beſtiarum ferocium vorat: hunc trucidat ferro, 164
illum veneno corrumpit, alterum tantum repentino terrore miſeram vitam finire H
compellit. Et nunc ſuper hæc omnia magna miſeria, quia cum nihil ſit certius morte, ignorat tamen homo finem ſuum. Et cum ſtare putat, colliditur & perit ſpes eius:
neſcit. n. homo quando vel vbi vel quomodo moriatur, & tamen certum eſt quod eũ
mori oporteat. Ecce domine quàm magna miſeria hominis in qua ſum, nec timeo: quàm grandis calamitas quam patior, nec doleo, & ad te non clamo. Clamabo domine antequam tranſeam, ſi forte non tranſeam, ſed in te maneam. Dicam ergo, dicam
miſeriam meam, confitear nec erubeſcam ante te vilitatem meam. Adiuua me fortitudo mea, per quam ſubleuor: ſuccurre virtus, per quam ſuſtentor. Veni lux per quã
ſuſtentor. Veni lux per quam video, appare gloria per quam gaudeo. Appare vita in
qua viuam ò domine deus meus. O lux quam videbat quando oculis clauſus doce-
De mirabili lumine dei. bat filium ſuum viam Tobias, vitæ. Lux quam videbat Iſaac interius, quando caligantibus oculis exterius filio futura narrabat. Lux, inquam, inuiſibilis, cui omnis 164
Cap. 3. abyſſus humani cordis eſt viſibilis. Lux quam Iacob videbat, quando, ſicut tu intus I
Tobiæ. 4. docebas, filijs exterius ventura prædicebat. Ecce tenebræ ſunt ſuper faciem abyſſi
Gene.27. mentis meæ, tu es lumen. Ecce caligo tenebroſa ſuper aquas cordis mei, tu es veritas.
Gene.49. O verbum per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil. Verbum quod es
Gene.1. ante omnia, antè quod nihil: verbũ creans omnia, ſine quo omnia nihil: verbum re-
Ioan.1. gens omnia, ſine quo nihil ſunt omnia: verbum quod dixiſti in principio, Fiat lux, & facta eſt lux. Dic etiam mihi, fiat lux, & facta ſit lux, & videam lumen, & cognoſcam
qcquid non eſt lumẽ, qa ſine te mihi tenebræ lumẽ, & lumẽ tenebræ ponuntur. Et ſic
ſine tua luce non eſt veritas adeſt error, adeſt vanitas: nõ eſt diſcretio, adeſt cõfuſio,
adeſt ignorantia, nõ eſt, ſcia: adeſt cæcitas, nõ eſt viſio: adeſt inuiũ, nõ eſt via: adeſt
De mortalitate humanę naturæ. Cap. 4. Ioan.1. mors, nõ eſt vita. Ecce dñe, qa lux non eſt, mors eſt, imò non eſt mors, qa nihil eſt mors: nã p ipſam ad nihilũ tẽdimus, dũ nos nihil facere p peccatũ non formidamus. Et iuſte qdẽ hoc dñe, nã digna factis recipimus, dũ ad nihilũ deuenimus tanq̃ aqua decurrẽs, qa ſine te factũ eſt nihil, & nos faciẽdo nihil, facti ſumus nihil: qa ſine te ſumus nihil, p quẽ facta ſunt oĩa, ſine quo factũ eſt nihil. O dñe verbũ, ò deus verbũ, per qd̃ facta ſunt oĩa, ſine quo factũ eſt nihil. Væ mihi miſero toties obcæcato, qa tu 164
lux, & ego ſine te. Væ mihi miſero toties vulnerato, qa tu ſalus, & ego ſine te. Væ mi- K
hi miſero toties infatuato, qa tu es veritas, & ego ſine te. Væ mihi miſero toties oberrato, qa tu vita, & ego ſine te. Væ mihi miſero, toties mortuo, qa tu vita, & ego ſine te.
Væ mihi miſero toties annihilato, qa tu verbũ, p qd̃ facta ſunt oĩa, & ego ſine te, ſine

factum eſt nihil. O domine verbum, o deus verbum, qui es lux, per quã facta eſt lux
qui es via, veritas & vita, in quo non ſunt tenebræ, error, vanitas, neq; mors. Lux ſi- Ioan.4.
ne qua tenebræ via ſine qua error, veritas ſine qua vanitas, vita ſine qua mors. Dic
verbum domine, fiat lux, vt videã lucẽ, & vitẽ tenebras: videã viã, & vitẽ inuium: vi
deam veritatẽ, & vitẽ mendaciũ, videã vitã, & vitẽ mortem. Illuminare dñe lux mea
illuminatio mea, & ſalus mea quẽ timebo, dñs meus quẽ laudabo, deus meus quem
honorabo, pater meus quem amabo, ſponſus meus cui me ſeruabo. Illuminare, in
quã, illuminare lux huic cæco tuo, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedet, & di-
rige pedes eius in viã pacis, per quã ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vſq;
ad domum dei in voce exultationis & confeſsionis. Vera. n. confeſsio eſt via, per quã
ingrediar ad te viã, per quã egrediar ab inuio, & reuertar ad te viam, quia tu es vera
158 via vitæ. Confitear ergo, confitear tibi pater dñe cœli & terræ miſeriã meam, vt me
I venire liceat ad miſericordiã tuã. Miſer quippe factus ſum, & ad nihilum reda factus Quid ſit
ſum, & neſciui, quia tu es veritas, & ego non eram tecũ. Vulnerauerunt me iniquita nihil fieri.
tes meæ, & non dolui, quia tu es vita, & ego non erã tecũ. Ad nihilum duxerunt me, Cap.5.
quia tu es verbum, & ego nõ erã tecum, per quẽ facta ſunt oĩa, ſine quo factũ eſt ni-
hil: & ideo ſine te factus ſum nihil, quia eſt nihil quod ad nihilum ducit. Omnia per
ipſum facta ſunt, quæcunq; facta ſunt. Et qualia facta ſunt? Vidit deus cuncta quæ
fecerat, & erant valde bona. Omnia quæcunq; ſunt, per verbum facta ſunt, & quæ-
cunq; per verbum facta ſunt, valde bona ſunt. Quare bona ſunt? quia omnia p ver- Ioan.1.
bum facta, ſunt, Et ſine ipſo factum eſt nihil, quia nihil bonũ ſine ſummo bono eſt.
Sed malium eſt vbi non eſt illud bonum qd̃ vtiq; nihil eſt, quia nihil aliud eſt ma-
lum, quã priuatio boni, ſicut nihil aliud eſt cæcitas, quã priuatio luminis. Malũ itaq;
nihil eſt, quia ſine verbo factũ eſt, ſine quo factũ eſt nihil. Illud aũt malum eſt, quod Gene.1.
priuatur illo bono, per quod oĩa facta ſunt quęcunq; ſunt. At quæ non ſunt, per ipſum facta non ſunt, & ideo nihil ſunt. Et ideo mala ſunt, quæ facta non ſunt, quia
158 oĩa quæcunque facta ſunt, per verbum facta ſunt, & oĩa per verbũ bona facta ſunt.
Cum igitur oĩa per vetbũ facta ſunt, mala per ipſum non ſunt. Reſtat igitur quod
oĩa quæ facta non ſunt, bona non ſunt, quia oĩa quęcunq; facta ſunt, bona ſunt, & Ioan. 14.
ideo mala ſunt, quæ facta non ſunt, & ideo nihil ſunt, quia ſine verbo factũ eſt ni-
hil. Malũ igitur nihil eſt, quia factũ non eſt. Sed qualiter malũ eſt, ſi factũ non eſt?
Quia malũ priuatio boni eſt, per quod factũ bonũ eſt, eſſe ergo ſine verbo malũ eſt,
qd̃ eſſe nõ eſt, quia ſine ipſo nihil eſt. Sed qd̃ eſt ſeparari a verbo? Si hoc quæris ſcire 1. Cor.8.
audi quod eſt verbũ, verbum dei dicit, Ego ſum via, veritas & vita. Separari ergo a Pſal.135.
verbo, eſt eſſe ſine via, ſine veritate, ſine vita, & ideo ſine ipſo nihil, & ideo malum,
quia ſeparatur a verbo, per quod facta ſunt oĩa valde bona. Separari aũt a verbo, per
quod oĩa facta ſunt, nihil aliud eſt quã deficere, & à facto tranſire in defectum, quia
ſine ipſo eſt nihil. Quoties ergo à bono deuias, a verbo te ſeparas, quia ipſum eſt bo De caſu
num, & ideo nihil efficeris, quia ſine verbo es, ſine quo factũ eſt nihil. Nunc igitur animę in
dñe illuminaſti me lux vt viderẽ te, vidi & cognoui me, quia toties nihil factus ſum peccatis.
quoties a te ſeparatus ſum, quia bonũ quod tu es, oblitus ſum, & ideo malus effe- Cap.6.
158 ctus ſum. Væ mihi miſero, vt quid hoc non cognoſcebam, quia te deſerens nihil fie-
L bam? Sed quid hoc quæro, ſi nihil erã, cũ cognoſcere volebã? Scimus quia nihil eſt,
& quod nihil eſt, non eſt, & quod nõ eſt bonũ, nõ eſt, quia nihil eſt. Si ergo nihil fui
cũ ſine te fui, quaſi nihil fui, & velut idolũ quod nihil eſt, qd̃ quidem aures habet, &
non odorat, oculos habet, & non Videt, os habet & nõ loquitur, manus habet & non
palpat, pedes habet & non ambulat, & oĩa lineamenta habet membrorũ ſine ſenſu
eorum. Cũ igitur fui ſine te, non fui, ſed nihil fui, & ideo cęcus eram, ſurdus & inſen
ſibilis, quia nec bonum diſcernebã, nec malũ fugiebã, nec dolorem vulnerum ſen-
tiebã, nec tenebras meas videbã, quia erã ſine te vera luce, quæ illuminas oẽm homi Ioan.1.
nem venientẽ in hũc mundum. Vę mihi, vulnerauerunt me & non dolui, traxerunt
me & non ſenſi, quia nihil eram, quia ſine vita eram, quæ eſt verbum per quod facta
ſunt omnia. Ideo domine lux mea inimici mei, de me fecerunt quęcunque voluerunt, percuſſerunt, nudauerunt, polluerunt, corruperunt, vulnerauerunt & occiderunt me, quia receſsi à te & factus ſum nihil ſine te. Heu dñe vita mea, qui feciſti me

Universidad de Deusto
Biblioteca

lux mea: qui direxisti me. Defensor vitæ meæ miserere mei, & resuscita me, do-
mine deus meus, spes mea, virtus mea, fortitudo mea, consolatio mea in die tri-
Psal. 21. bulationis meæ, respice inimicos meos, & eripe me, fugiant a facie mea, qui oderunt
me, & ego viuam in te per te. Ipsi enim domine considerauerunt me, & videntes me
sine te despexerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea virtutum, quibus orauerās
me, fecerunt sibi v nam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, sæcib. peccato
rum polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt me desolatū & mœrore confe-
ctum. Ibam post eos cæcus & nudus & illaqueatus funibus pctorum trahebant me
post se in circuitu de vitio in vitium, & de luto in lutū, & ibam absq; fortitudine an- D
te faciem subsequentis. Seruus erā, seruitutem amabam. Cæcus erā, & cæcitatē desi- 165
siderabam. Vinctus eram, & vincula nō horrebā. Amarum dulce, & dulce amarum
credebam. Miser eram nec cognoscebam, & hoc quia sine verbo eram, sine quo factū
est nihil, per quod omnia conseruantur, sine quo omnia annihilantur. Sicut n. om-
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, sic per ipsum omnia conseruan
tur, quæcunq; sunt, siue in cœlo, siue in terra, siue in mari, & in omnibus abyssis. Nec
pars parti in lapide adhæret, nec in aliquo creatorum, nisi quia per verbum conser-
uantur, per quod omnia facta sunt. Adhæream ergo tibi verbum vt conserues me,
quia vbi à te recessi perij in me, nisi quia tu qui me feceras refecisti me. Ego peccaui,
De multi- tu me visitasti. Ego cecidi, tu me erexisti. Ego ignoraui, tu me docuisti. Ego non vi-
plicib⁹. be- di, tu me illuminasti. Miser ego deus meus quantum teneor diligere te ostende mi-
neficijs hi, quantum debeo laudare te demonstra mihi, quantum debeo placere tibi innote-
dei. sce mihi. Intona domine desuper voce grandi & forti in interiorem aurē cordis mei,
doce me & salua me, & collaudabo te qui creasti me, cum nihil essem, qui illuminasti
me, cu m in tenebris essem, qui resuscitasti me cum mortuus essem, qui pauisti me a F
iuuentute mea oībus bonis tuis. Hunc inutilem vermē fœtentem peccatis nutris 165
optimis donis tuis. Aperi mihi o clauis Dauid, qui aperis, & nemo claudit illi cui tu
aperis: claudis. aperi mihi ostium luminis tui vt ingrediar, & videam & cognoscam,
& confitear tibi in toto corde meo: quia misericordia tua magna est super me, & eru
isti animam meam ex inferno inferiori. Domine deus noster, q̄ admirabile & laudabi
le est nomen tuum in vniuersa terra. Et quid est homo quod memor es eius, aut fi-
lius hoīs qm̄ visitas eum? Domine spes sanctorū, & turris fortitudinis eorum, deus
Psal. 8. vitæ animæ meæ, per quam viuo, sine qua morior, lumen oculorum meorū, per q̄d
video, sine quo orbor, gaudium cordis mei, & lætitiam spūs mei, diligam te toto cor-
de meo, & toto animo meo, & totis medullis & visceri⁹. meis, quia tu prior dilexisti
me. Et vnde hoc mihi o creator cœli & terræ & abisi, qui bonorum meorum non in-
diges? Vnde hoc mihi, quia dilexisti me? O sapientia, quæ aperis os mutorum, o ver-
bum per quod facta sunt oīa, aperi os meum, da mihi vocem laudis, vt enarrem om
nia beneficia tua, quæ mihi domine a principio contulisti. Ecce enim sum, quia tu G
creasti me: & quod me creares, & in numero creaturarum tuarū numerares, ab æter- 165
no tu præordinasti antequā quicq̄ faceres à principio, antequam extenderes cœlos,
necdum erant abysi, adhuc terram non feceras nec montes fundaueras: necdū fon-
tes eruperant, ante quam hæc omnia, quæ fecisti per verbum faceres, me creaturam
tuam forte certissima veritatis tuę, prouidentia præuidisti, & esse me creaturam tuā
voluisti. Et hoc mihi domine benignissime, deus altissime, pater misericordissime,
creator potentissime & semper mitissime? Quæ mea merita, quæ mea gratia, vt com
placeret ante conspectum tuæ magnificę maiestatis creare me? Non eram, & creasti
me: nihil fueram, & de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? Non stillam
aquæ, non ignem, nou auem, vel piscem, non serpentem, vel aliquid ex brutis ani-
malibus, non lapidem, vel lignum, non ex eorum genere, quę tantū habent esse, vel
Prouer. 8. ex eorum, quę tantum esse possunt & crescere, non ex eorum genere, quæ tantum es- H
De digni- se & crescere & sentire possunt, sed super omnia hæc voluisti me esse ex his, quæ tan- 165
tate homi- tum habent esse, quia sum: & ex his quæ tantum habent esse & crescere, quia sum &
nis futu- resco: & ex his quę sunt, crescunt & sentiūt, quia sum, cresco, & sen tio. Et paulomi
ra. nus parem me creasti angelis, quia rationem te cognoscendi cum ipsis a te commu-
Ca. 8. nem accepi. Sed paulominus vtique dixi, nam illi tuam sœlicem notitiam iam habēt
per

per speciem, ego autem per spem. Illi facie ad faciem ego per speculum in ænigmate.
Illi plene, ego autem ex parte. Sed cum venerit quod perfectum est, euacuabitur
quod ex parte est, quando iam reuelata facie tuam faciem videbimus. Quid iam pro
165 hibebit nos non esse minores paulominus ab angelis, quos tu domine corona spei,
S quæ ornata est gloria & honore, coronaueris, quos tu nimis quasi amicos tuos hono
rificaueris, imo per omnia pares & æquales angelis? Nempe & hoc veritas tua dicit, Matt. 22.
æquales enim sunt angelis, & filij dei sunt. Quid nisi * filij dei sunt, si pares fiunt an * alias nā
gelis? Vere quidem erunt filij dei, quia filius hominis factus est filius dei. Hoc vtiq; mirū si.
considerāti mihi fiducia est dicere, non homo minor paulominus est ab angelis, no
vtiq; tm̄ æqualis angelis, sed superior angelis, quia homo deus, & deus homo, non an
gelus, & dicam propter hoc hominem esse creaturam dignissimā, quia verbum quod
erat in principio deus apud deum, verbum per quod deus dixit, fiat lux, & facta est Ioan. 1.
lux, angelica scilicet natura, verbum per quod deus creauit omnia in principio, idē
verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriā eius. Ecce gloria per
quam glorior, quando sanè glorior. Ecce gaudium per quod gaudeo, quando sane Gene. 1.
gaudeo. Domine deus meus vita & tota gloria animæ meæ, confiteor ergo tibi domi
ne deus meus, cum me creasti rationis capacem, angelis, quodammodo parem crea-
sti, quia perfici possum per verbum tuum, vt veniam ad æqualitatem angelorum, vt
habeam adoptionē filiorum per vnigenitum verbum tuum domine, per filium tuū
165 dilectum, in quo tibi bene complacuit, per vnicum cohæredem & consubstantialem
H tibi & coæternum Iesum Christum, vnicum dominum & redemptorem nostrum, il-
luminatorem & consolatorem nostrum, aduocatum nostrum apud te, & lumen ocu-
lorum nostrorum, qui est vita nostra & saluator noster, & spes vnica nostra, qui nos
dilexit magis quam se, per quem habemus fiduciam repositam, & firmā apud te spe-
cie & accessum veniendi ad te, quoniam dedit potestatem filios dei fieri his, qui cre-
dunt in nomine eius. Laudem tribuam nomini tuo domine, qui me ad imaginem & Ioan. 1.
similitudinem tuam creando tantæ gloriæ fecisti me fortem susceptibilem, vt pos-
sim filius dei fieri. Hoc vtiq; non possunt arbores, non possunt lapides, non generali- Gene. 1.
ter omnia, quæ mouentur vel crescunt in aere, vel in mari, vel in terra, quia non de-
dit eis potestatem per verbum tuum filios dei fieri quia rationem non habent: nam
& hæc potestas in ratione consistit, per quā cognoscimus deū. Dedit aūt hanc pote-
statem hominibus, quos creauit rationabiles ad imaginē & similitudinem suam. Et
ego vtiq; domine per tuam gratiam homo sum, & filius tuus esse possem per gratiā,
quod illi nō possunt. Vnde hoc mihi domine veritas summa, veraq; summitas, & prin
165 cipium omnium creaturarum? Vnde hoc mihi domine, vt posim fieri filius dei, q̄d
I illi non possunt? Tu es qui manes in ęternum, qui omnia creasti simul. Simul creasti
homines & iumenta, lapides & virentia terræ. Non enim præcesserunt merita, nulla
eorum anteceśit gratia, quia omnia tua tantum bonitate creasti, & pares oēs creatu
ræ fuere in meritis, quia omnium nulla fuere merita. Et vnde ergo magis tua boni-
tas in hac tua creatura, quam fecisti rationalem, quam in oībus alijs, quæ sunt sine
ratione, apparuit? Quare non ego sicut omnes illę, aut cur non omnes illæ sicut ego
aut ego solus sicut ille? Quæ mea merita, quæ mea gratia, vt me filium tuum posse
fieri susceptibilem creares, quod illis omnibus denegares? Absit domine vt hoc sen-
tiam. Tua tm̄ gratia, tua tātum bonitas hoc fecit, vt essem particeps dulcedinis eius.
Illam igitur gratiā, qua me de nihilo creasti, illam quæso domine da mihi gratiam.
Omnipotens manus tua semper vna & eadem, creauit in cœlo angelos suos, & in
terra vermiculos, non superior in illis non inferior in istis. Sicut. n. nulla alia manus De omnī
165 angelum, ita nulla posset creare vermiculum: sicut nulla cœlū, ita nulla posset crea- potentia
K re minimum arboris folium, sicut nulla corpus, ita nulla vllum capillum album pos Dei.
set facere aut nigrum: sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possi- Cap. 9.
bilia. Nec enim posibilius est ei crèare vermiculum quam angelum, nec impossibi-
lius est extendere cœlum quā solium, nec leuius formare capillum quam corpus, nec
difficilius fundare terrā super aquā, quā aquas super terram, sed omnia quæcunq;
voluit fecit, sicut voluit in cœlo & in terra, & in mari & in omnibus abysis, & me in
ter omnia sicut voluit potuit & sciuit. Potuit quidem manus tua domine me lapi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem,vel auẽm vel ſerpentem vel beluam aliquam creare,& ſcire, ſed noluit propter 165
ſuam bonitatem. Quare ergo ego non ſum lapis vel arbor vel aliqua belua? quia ſic L
ordinauit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret,non præceſſerunt merita mea. Vnde hoc
De incom prehẽſibi- li laude dei Cap. 10. mihi domine. vnde mihi laudes ad laudandum te? Sicut.n. feciſti me ſine me,ſicut cõplacuit ante te: ita laus tibi eſt ſine me,ſicut complaceat ante te. Laus tua dñe tu- ipſe es. Laudent te opera tua ſecundũ multitudinẽ magnitudinis tuæ, laus tua dñe incõprehenſibilis eſt. Corde non cõprehenditur,ore nõ mẽſurantur, aure non per- cipitur,quia iſta tranſeunt,& laus tua domine manet in æternum. Cogitatio incipit & cogitatio finitur,vox ſonat & vox tranſit,auris audit & auditus definit: laus vero tua in ęternũ ſtat. Quis ergo eſt qui te laudet? Quis homo annunciet laudẽ tuam? Laus tua perpetua eſt,tranſitoria non eſt. Hic te laudat, qui teipſum laudem tuam credit. Hic te laudat, qui ſeipſum noſcit in tuam laudem non poſſe pertingere. Laus tua perpetua eſt,quę nunquã tranſit. In te eſt laus noſtra, in te laudabitur aĩa mea. Non nos laudamus te,ſed tu te,& per te,& in te,& nobis etiam eſt laus in te. Tunc ve ram habemus laudẽ,quãdo a te habemus laudẽ,quando lux approbat lucem, quia 165
tu vera laus tribuis verã laudẽ. Quoties aũt ab alio quã a te quęrimus laudẽ, toties M
tuam amittimus laudẽ,quia illa tranſitoria eſt,ſed tua æterna. Si tranſitoriã quæri- mus æternam amittimus laudẽ. Si ętẽnã volumus,tranſitoria non amemus. Laus æterna domine deus meus,a quo ois laus,ſine quo nulla eſt laus, non valeo laudare te ſine te,habeam te,& laudabo te. Quis.n.ego ſum dñe per me vt laudẽ te? Puluis & cinis ego ſum,canis mortuus & fœtens ego ſum,vermis & putredo ego ſum. Quis ego ſum vt laudem te dñe deus fortiſsime ſpirituum vniuerſæ carnis, qui inhabitas æternitatem? Nunquid tenebræ laudabunt lucem,aut mors vitam? Tu lux,ego tene bræ: tu vita,ego mors. Nunquid vanitas veritatẽ laudabit? Tu es veritas,ego vero homo ſimilis factus vanitati. Quid ergo domine,laudabo te? Nunquid miſeria mea laudabit te? Nunquid fœtor laudabit odorẽ? Nunquid mortalitas hominis, quæ ho- die eſt & cras tollitur,laudabit te? Nunquid laudabit te homo putredo & filius homi nis vermis? Nunquid laudabit te domine, qui in pctis conceptus eſt & natus & nu- tritus? laudet te domine deus meus incomprehenſibilis potentia tua,incircũ ſcripti- bilis ſapientia tua,& ineffabilis bonitas tua. Laudet te ſupereminens clementia tua, ſuperabundans miſericordia tua,ſempiterna quoq; virtus & diuinitas tua. Laudet
De ſpe eri genda ad deum. Cap. 11. te omnipotentiſsima fortitudo tua,ſumma quoq; benignitas & charitas tua, per ą 165
creaſti nos domine deus vita animæ meæ. Ego aũt creatura tua ſub vmbra alarum A
tuarum ſperabo in bonitate tua,qua creaſti me. Adiuua creaturam tuam, quã creauit benignitas tua. Non pereat in malitia mea,quod operata eſt bonitas tua. Non pereat in miſeria mea,quod fecit ſumma clementia tua. Quæ eſt.n. vtilitas in creatione tua,ſi deſcendam in corruptionem meã? Nunquid n. vane deus conſtituiſti oẽs filios hoium? Creaſti me domine,rege qd creaſti. Opera manuũ tuarũ ne deſpicias deus. Me feciſti de nihilo,ſi me nõ regis domine,iterum reuertar ad nihilũ. Sicut.n. domine non eram,& de nihilo feciſti me,ſic ſi me non regis,adhuc ad nihilum redi- gar in me. Adiuua me domine vita mea,ne peream in malitia mea. Si nõ creaſſes me domine,non eſſem,quia creaſti me,iam ſum. Si non regis, iam non ſum,non n. mea merita,non mea gratia te coegerunt vt creares me, ſed benigniſsima bonitas tua & clementia tua. Illa charitas tua domine deus meus,quæ te ad creationẽ coegit, ipſa quæſo cogat te ad regendum. Quid.n prodeſt,quod te cõpulit charitas tua ad crean 165
dum,ſi peream in miſeria mea, & non me regat dextera tua? Hęc te cogat domine B
deus meus clementia ad ſaluandum,quod creatũ eſt,quæ te compulit creare, quod creatum non eſt. Ipſa te vincat charitas ad ſaluandum,quæ te vicit ad creandũ,quia nec nunc minor eſt,quia ipſa charitas tuipſe es,qui ſemper idem es. Non eſt abbre-
Eſaię. 59. uiata manus tua domine vt ſaluare nequeat,neq; aggrauata eſt auris tua,vt non au- diat,ſed peccata mea diuiſerunt inter me & te,inter tenebras & lucẽ, inter imaginẽ
De laque- is concupi ſcentiarũ. Cap. 12. mortis & vitam,inter vanitatẽ & veritatem,inter lunaticam hanc vitã meam & ſem- piternam tuã. Hæ ſunt tenebræ tenebrarũ, quibus operior in hac abyſſo caliginoſi carceris huius,in qua proſtratus iaceo donec aſpiret dies, & inclinetur vmbræ, fiatq; lux in firmamento virtutis tuę, vox domini in virtute, vox domini in magnificen-

tia,dicatq;. Fiat lux & effugentur tenebræ,& appareat arida, germinetq; terra herbã virentem & facientem ſemen & fructum bonum iuſtitiæ regni tui. Domine pater & deus tuus,vita per quam omnia viuunt,& ſine qua omnia mortua computantur,ne Eccle. 23. derelinquas me in cogitatu maligno,& extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Aufer a me concupiſcentias, & animo irruenti & infrunito ne tradas me, ſed poſside cor meum vt te cogitet ſemper. Illumina oculos meos vt te videant, & non extollantur ante te gloria ſempiterna,ſed humiliter ſentiant,non in mirabilibus ſu
166 per ſe,& quæ a dextris ſunt videant,& nõ quæ a ſiniſtris abs te,& palpebræ tuæ præ
C cedant greſſus meos. Nam & palpebræ tuæ interrogant filios hoium. Allide concupi ſcentiam meam dulcedine tua,quam abſcondiſti timentib. te,vt cõcupiſcam te con- cupiſcentijs ſempiternis,ne vanis illectus & deceptus interior guſtus ponat amarũ dulce, & dulce amarũ,tenebras lucẽ,& lucem tenebras: vt liberari in medio tot de- cipularum poſsim ab inimico ſuper faciem viæ huius poſitarum,ad capiendas ani- mas peccatorum,quibus plenus eſt totus mundus,quod is qui vidit ſub ſilentio nõ tranſiuit,inquiens, Quicquid enim eſt in mundo,aut eſt concupiſcentia carnis, aut 1. Ioan. 2. concupiſcentia oculorum,aut ſuperbia vitæ. Ecce domine deus meus, mundus to- tus plenus eſt con cupiſcentiarum laqueis,quos parauerunt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqueos? Profecto a quo tu abſtuleris extollentiam oculorum ſuorum, vt non eum capiat concupiſcentia oculorum: & a quo tu abſtuleris carnis concupi ſcentiam,ne eum capiat carnis concupiſcentia,& a quo tu abſtuleris animum irre- uerentem & infrunitum,ne eum calide decipiat ſuperbia vitę. O quã fœlix cui hæc hæc tu facies,quippe tranſibit immunis. Nunc redemptor te præcor per te, adiuua me ne corruam in conſpectu aduerſariorum meorum,captus laqueis eorum, quos parauerunt pedib. meis,vt incuruent animam meã. Sed erue me virtus ſalutis meæ, nẽ ſibi riſum exhibeant de me inimici mei * qui oderunt te. Exurge domine deus * alias tui. meus,fortis meus,& diſsipentur inimici tui,& fugiant,qui oderunt te a facie tua,ſi- Pſal. 67.
166 cut fluit cæra a facie ignis,ſic pereant peccatores a facie tua. Et ego abſcondar in ab-
D ſcondito faciei tuæ,& gaudeam cum filiis tuis ſatiatus omnibus bonis. Et tu do- mine deus pater orphanorum,& tu mater pupillorum tuorum, audi eiulatum fi- liorum tucrum,& extende alas tuas, vt fugiamus ſub eis a facie inimici. Turris for- titudinis Iſrael,qui non dormitas, neque dormis cuſtodiens Iſrael, quia non dor- mit neque dormitat hoſtis, qui impugnat Iſſael. O lux quam non videt alia lux, De miſe- ria homi- nis & bene ficijs dei i Ca. 13. lumen quod non videt aliud lumen, lux quæ obtenebrat omnem lucem, & lumen, quod excæcat omne extraneum,lux a quo omnis lux, lumen a quo omne lumẽ, lu- men ad quod omne lumen eſt tenebra,ad quod oĩs lux obſcuritas,lux cui omnes te- nebræ lumen,cui oĩs obſcuritas lux,lux ſuprema, quã cæcitas non obnubilat, quã caligo non hebetat,quam tenebræ non obſcurant,quã nulla obſtantia claudit, quã nunquã ſeparat aliqua vmbra,lux,quæ illuminas oĩa tota ſimul,ſemel & ſemper,ab ſorbe me in claritatis abyſſum,vt videam vndique te in te, & me in te, & cuncta ſub te. Ne derelinquas me ne accreſcant vmbræ ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea. Sine te enim omnia ſunt mihi tenebræ,omnia mala, quia nihil bonum ſine te vero, ſolo & ſummo bono. Hoc confiteor, hoc ſcio domine deus, quia vbi- cunque ſum ſine te, male eſt mihi præter te, non ſolum extra me, ſed etiam in me, quia omnis copia,quæ non eſt deus meus, mihi eſt egeſtas. Satiabor tunc cum ap-
166 paruerit gloria tua. Et tu domine vita mea beata, fac vt miſeriam meam confi- Pſal. 16.
E tear tibi, ex quo ab vnitate bonitatis tuæ ſummo & vno bono temporalium rerum multiformitas lapſum me per carnales ſenſus diſsipauit, & ab vno in multa diui- ſit, & facta eſt mihi abundantia laborioſa, & egeſtas copioſa, dum aliud & aliud ſequebar,& a nullo implebar,dum non in me inueniebam te incommutabile & ſin- gulare & indiuiſum vnũ bonũ,quod conſecutus nõ egeo, quod conſecutus nõ de- leo,quod poſsidẽs ſatiatur totũ deſideriũ meũ. Heu miſeria ſuper miſeriã,cum miſe- ra aĩa mea a te refugit,cũ quo ſemper abundat & gaudet,& ſequitur mundũ,cũ quo ſemper eget & dolet. Mũdus clamat,deficio,tu domine clamas,reficio,& miſeria mea praua magis ſequitur deficientem q reficientem Plane infirmitas mea hæc eſt. Me- dice ſpirituum ſana illam,vt confitear tibi, ſalus animæ meæ toto corde meo, ſuper

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus beneficijs tuis, quibus pascis me a iuuentute mea, & vsq; in sectã & senitũ
te deprecor per teipsum ne derelinquas me, feciſti me cum non eſſem, redemiſti me
cum periſſem: perieram, mortuus fueram: ad mortuum deſcendiſti, mortalitatem ſu
ſcepiſti, ad ſeruum rex deſcendiſti, vt ſeruum redimeres, teipſum tradidiſti: vt ego vi 164
uerem, tu mortem ſuſcepiſti, mortem viciſti, me inſtauraſti cum te humiliaſti: perie-
ram, abieram in peccatis, venũdatus erã, veniſti pro me vt redimeres me, & tantũ me G
dilexiſti, vt ſanguinẽ tuum in precium dares pro me, dilexiſti me domine plus quam
te, quia mori voluiſti pro me. Tali pacto, tam caro precio reduxiſti me de exilio, re-
demiſti me de ſeruitio, retraxiſti me de ſupplicio, vocaſti me nomine tuo, ſignaſti me
ſanguine tuo, vt memoriale tuum ſemper eſſet apud me, & nũquam recederet a cor-
de meo, qui pro me non receſsit a cruce. Vnxiſti me oleo tuo, quo tu vnctus fuſti, vt
a te Chriſto dicerer Chriſtianus. Et in manibus tuis deſcripſiſti me, vt ſemper ſit me
moria mea apud te, ſi tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia
tua ſemper & miſericordia præuenerunt me. De multis nãq; & magnis periculis ſæ-
pe liberaſti me, liberator meus: quando erraui, ad viam reduxiſti me: quando igno-
raui, docuiſti me, quando peccaui, corripuiſti me: quando fui triſtis, cõſolatus es me:
me: quando deſperaui, confortaſti me, quando cecidi, erexiſti me: quãdo ſteti, tenui-
ſti me: quando iui, deduxiſti me: quando veni, ſuſcepiſti me: quando dormiui, cuſto
diſti me, quando clamaui, exaudiſti me. Hæc enim & multa alia beneficia feciſti mi 166
hi domine deus meus vita animæ, de quibus dulce eſſet mihi ſemper loqui, ſemper H
cogitare, ſemper tibi gratias agere, vt poſsim te ſemper pro omnibus bonis tuis lau-
dare & amare te toto corde meo, & tota anima mea, & tota mente mea, & tota fortitu-
dine mea, ſimul ex omnibus medullis & intimis cordis mei, & omnium compagum
mearum, beata dulcedo domine deus meus omnium, qui delectãtur in te. Sed imper-
fectum meum viderunt oculi tui, oculi tui inquam, tui multo lucidiores ſunt ſole,
circunſpicientes oẽs vias hoĩum & profundum abyſsi, & in omni loco contemplan-
tur ſemper bonos & malos. Cum.n. cunctis præſideas ſingula implens, totus ſemper
vbique præſens, cunctorũq; curam agens, quæ creaſti, quia nihil odiſti eorum, quæ
feciſti, ſic greſſus meos, ſemitasq; conſideras, & die noctuq; ſuper cuſtodiam meam vi
gilas, omnes ſemitas meas diligenter notans, ſpeculator perpetuus, veluti, ſi totius
creaturæ tuæ cœli & terræ oblitus, tantum me ſolum conſideres, & nihil ſit tibi curæ
de alijs. Neque enim tibi creſcit lux incommutabilis viſionis tuæ, ſi tantum vnum
aſpicias, neq; minnitur ſi in numera videas & diuerſa. Quia ſicut vnũ totum ſimul
perfecte conſideras, ſic ſingula quælibet licet diuerſa perfecte ſimul totaq; totus con 166
ſpicit viſus tuus. Sed ſicut omnia ſic vnum, & ſicut vnum ſic ſingula, totus ſimul ſi- I
ne diuiſione vel commutatione, vel diminutione conſideras. Itaq; totus tu in toto
tempore ſine tempore, totum me ſimul ſemperq; conſiderare habeas. Si igitur ſuper
cuſtodiam meam ſtas, ſicut ſi omnium oblitus ſis, & mihi ſoli intendere velis. Sem-
per quippe te præſentem exhibes, ſemper tè paratum offers, ſi me paratum inueniſ.
Quocunque iero tu me domine non deſeris, niſi prior ego te deſeram. Vbicunq; fue-
ro non recedis, quoniam vbiq; es, & quocunque iero inueniam te, per quem poſsim
eſſe ne peream ſine te, cum, ſine te eſſe non poſsim, Fateor quidem, quia quicquid fa
cio & quæcunq;, ante te facio: & illud quicquid eſt, quod facio, melius tu vides quam
ego, qui facio. Quicquid enim ſemper operor, tu pariter ſemper præſens aſsiſtis: vt-
pote perpetuus inſpector omnium cogitationum, intentionum, delectationum, &
omnium operationum mearum. Domine, ante te eſt ſemper omne deſiderium meũ,
ante te cogitatio mea. Tu domine vides vnde veniat ſpiritus vbi ſit, & quo vadat,
quia tu es omnium ſpirituum ponderator, & vtrum radix ſit dulcis, an amara, de 166
qua foris pulchra folia emituntur: vt iudex internus melius ipſe noſti, & etiam me- K
dullas radicum ſubtilius perſcrutaris, & non ſolum intentionem, ſed radicis eius me
dullam intimam diſertiſsima tuæ lucis veritate colligis, numeras, contueris, & conſi
gnas, vt reddas vnicuiq; non ſolummodo ſecundum opera vel intentionem, ſed etiã
ſecundum ipſam interiorem abſconditam medullam radicis, de qua procedit inten-
tio operantis. Ad quod tendo cum operor, quicquid cogito, in quocunque delector,
tu vides, aures tuæ audiunt, oculi tui vident & conſiderant, ſignas, attendis notas
&

Qđ deus ppetua intẽtione cõſiderat opera & intentiones hominũ. Ca. 14.

Pſal. 138.

Sapien. 11.

& ſcribis in libro tuo ſiue bonum fuerit ſiue malum, vt reddas poſtea pro bono præ-
mia & pro malo ſupplicia, quando aperientur libri & iudicabuntur ſecundum hęc
quæ fuerunt ſcripta in libris tuis. Hoc eſt forte quod iam dixiſti nobis, Conſidera- Apoc. 20.
bo nouiſsima eorum: & quod de te domine dicitur, Vniuerſorum finem ipſe conſide
rat, quoniam tu quidem in omnibus quæ agimus, finem intentionis magis quam
166 actum operationis attendis. Cumq; hæc diligenter conſidero domine deus meus, ter-
L ribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore confundor, quoniam nobis magna Boetius de
eſt indita neceſsitas iuſte rectęq; viuendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cũ- conſola.
cta cernentis. Fortiſsime magnipotens deus ſpirituum vniuerſę carnis, cuius oculi lib. 5.
ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, à die natiuitatis eorum, vſq; in diem exitus Quod hõ
eorum, vt reddas vnicuiq; ſecundum opera eorum bona vel mala, oſtende mihi vt p ſe nihil
confitear tibi paupertatem meam, quoniam dixi quod diues eſſem, & nullius ege- põt ſine di
rem, & neſciebam quoniam pauper eram, cęcus, nudus, miſer & miſerabilis. Crede- uina gra.
bam enim me fore aliquid cum nihil eſſem. Dixi ſapiens efficiar, & ſtultus factus Cap. 15.
ſum. Cogitabam me eſſe prudentem, & deceptus ſum. Et video nunc quia donum Apoc. 3.
tuum eſt, ſine quo nihil poſſumus facere, quia niſi tu domine cuſtodieris ciuitatem, Pſal. 126.
fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam. Sic docuiſti me vt cognoſcerem me, quia dereli-
quiſti me & probaſti me, non propter te quod cognoſceres me, ſed propter me vt co-
gnoſcerem me. Nam vt dixi domine crededam me aliquid fore ex me, exiſtimabam
me ſufficere per me, nec percipiebam quoniam tu regebas me, donec aliquantulum
te elongaſti à me, & cecidi ſtatim in me, & vidi & cognoui quoniam tu regebas me,
166 & quod cecidi, fuit ex me: & quod ſurrexi, fuit ex te. Aperuiſti mihi oculos lux & ex- Iob. 2.
M citaſti & illuminaſti me, & vidi quoniam tentatio eſt hominis vita ſuper terram, & q;
gloriari non valeat ante te omnis caro, nec iuſtificatur omnis viuens, quoniam ſi
quid boni eſt parui vel magni, donum tuum eſt, & noſtrum non niſi malum eſt. Vn-
de igitur gloriabitur omnis caro? nunquid de malo? Hęc non eſt gloria, ſed miſeria.
Sed nunquid gloriabitur de bono, nunquid de alieno? Tuum domine eſt bonum,
tua eſt gloria. Qui.n. de bono tuo gloriam ſibi quærit & non tibi quærit, hic fur eſt &
latro, & ſimilis eſt diabolo, qui voluit furari gloriam tuam. Qui enim laudari vult de
tuo dono, & non quærit in illo gloriam tuam, ſed ſuam: hic licet propter tuum do-
num laudetur ab hominibus, à te tamen vituperatur, quia de dono tuo non tuam,
ſed ſuam gloriam quęſiuit. Qui autem ab hominibus laudatur vituperante te, non
defendetur ab hominibus iudicante te, nec liberabitur condemnante te. At tu domi
ne formator meus ex vtero matris meæ, non me ſinas cadere in illam exprobratio-
nẽ, vt exprobretur mihi furari voluiſſe gloriam tuam. Tibi enim ſit gloria, cuius eſt
omne bonum, nobis autem confuſio faciei & miſeria, quorum eſt omne malum, niſi
167 tu volueris miſereri. Miſereris quippe domine, miſereris omnium, & nihil odiſti eo-
A rum, quæ feciſti, & das nobis de bonis tuis, & ditas nos domine deus inopes optimis
donis tuis. Quoniam diligis pauperes, & diuites facis eos diuitiis tuis. Ecce nunc do-
mine pauperes nos filii tui ſumus, & puſillus grex tuus, aperi nobis ianuas tuas, &
edent pauperes, & ſatiabuntur, & laudabunt te, qui requirunt te. Scio etiam do-
mine & confiteor docente te, quoniam illi ſoli, qui cognoſcunt ſe pauperes, &
confitentur tibi paupertatem ſuam, ditabuntur à te: quoniam qui ſe diuites exiſti-
mant cum ſint pauperes, à tuis diuitijs inueniuntur excluſi. Ego igitur confiteor ti-
bi domine deus meus paupertatem meam, & ſit tibi tua gloria tota, quoniam tuum
eſt omne bonum per me geſtum. Domine confiteor vt docuiſti me, nihil aliud ſum
quam vniuerſa vanitas & vmbra mortis, & abyſſus quædã tenebroſa, & terra inanis
& vacua, quæ ſine tua benedictione non germinat, fructum quoq; non facit, niſi cõ-
fuſionem, peccatum, & mortem. Siquid boni vnquam habui, à te recepi, quicquid
167 boni habeo tuum eſt, vel à te habeo. Si quando ſteti, per te ſteti: ſed quando cecidi,
B per me cecidi, & ſemper in luto iacuiſſem, niſi tu me erexiſſes: ſemper cęcus fuiſſem,
niſi tu me illuminaſſes. Quando cecidi nunquam ſurrexiſſem, niſi tu mihi manum
porrexiſſes. Poſtquam me etiam erexiſti ſemper cecidiſſem, niſi tu me ſuſtinuiſſes:
ſæpius periſſem, niſi me gubernaſſes. Sic ſemper domine, ſic ſemper gratia tua & mi-
ſericordia tua prçuenit me, liberans me ab omnibus malis, ſaluans a prçteritis, ſu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scitas à præsentibus, & muniens à futuris, præcidens etiam ante me laqueos peccatorum, tollens occasiones & causas: quia nisi tu & hoc mihi feciſſes, ego omnia peccata mundi feciſſem, quoniam scio domine, quod nullum peccatum est quod vnquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si creator desit à quo factus est homo. Sed quod non facerem, tu fecisti: quod abstinerem iussisti, & quod tibi crederem, gratiam tu infudisti. Tu nanque domine regebas me tibi, seruabas me tibi, & mihi vt adulterium & omne aliud peccatum non committerem, gratiam & lu-
De diabo- li tentatio nibus. Cap. 16. men donasti. Tentator defuit, & vt deesset tu fecisti: locus & tẽpus defuit, & vt hæc deessent tu fecisti. Affuit tentator, non defuit locus, non defuit tempus: sed vt non consentirem, tu me tenuisti. Venit tentator tenebrosus vt est, & vt eum despicerẽ, tu me confortasti. Venit tentator armatus & fortis, & vt me non vinceret, tu eum refrænasti, & me roborasti. Venit tentator transfiguratus in angelum lucis, & vt me non deciperet, tu eum increpasti, & vt eum cognoscerem, tu me illuminasti: ipse enim
Apo. 12. est draco, ille magnus, & rufus, serpens, antiquus, vocatus diabolus & satanas, habẽs capita septem, & cornua decem, quem creasti ad illudendum huic mari magno & spa-
Psal. 103. tioso, in quo reptant animalia, quorum non est numerus, & animalia pusilla & magna, id est, diuersa dæmoniorum genera, qui nihil aliud die noctuq; operantur, nisi
Apoc. 12. quia circumeunt quærentes quem deuorent, nisi tu eripias. Ipse enim est antiquus ille draco, qui ortus est in paradiso voluptatis, qui cauda sua trahit tertiam partem stellarum cœli, & eas mittit in terram, qui veneno suo corrumpit aquas terræ, vt bi-
Iob. 41. & 40. bentes homines moriantur, & qui sternit sibi aurum quasi lutum, quod influat lordanis in os suum, & habet fiduciam qui factus est vt nullum timeat. Et quis defendet à morsibus eius, quis eruet ab ore eius, nisi tu domine qui confregisti capita draconis magni? Adiuua nos, prętende domine super nos alas tuas, vt fugiamus sub eis à facie draconis huius, qui nos persequitur, & scuto tuo libera nos à cornibus eius: hoc enim est continuum studium eius, hoc vnicum desiderium suum, vt animas, quas creasti, deuoret. Et ideo deus meus ad te clamamus, libera nos ab aduersario nostro quotidiano, qui siue dormiamus, siue vigilemus, siue comedamus, siue bibamus, siue quodcunque opus operemur, omnibus modis instat die ac nocte, fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occulte, sagittas venenatas contra nos dirigens, vt interficiat animas nostras. Et tamen domine pessima insania nostra, quia cum cõtinue videamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum, nihilominus dormimus & lasciuimus in pigritijs nostris, tanquam securi ante eum, qui nihil aliud desiderat, quam vt nos perdat. Inimicus, vt occidat, semper vigilat sine somno, & nos vt custodiamus nos, nolumus euigilare à somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes vias nostras varijs repleuit decipulis ad capiendas animas nostras: Et quis effugiet? Laqueos posuit in diuitijs, laqueos
Psal. 90. posuit in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in somno, & in
Psal. 123. vigilia, laqueos posuit in verbo & in opere, & in omni via nostra. Sed tu domine libera nos de laqueo venantium, & à verbo aspero, vt confiteamur tibi dicentes, Benedictus dominus, qui non dedit in captionem dentibus eorum, Anima nostra sicut
Q& deus est lux iustorum. Cap. 17. passer erepta est, de laqueo venantium, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
Ioan. 11. Et tu quidem domine lux mea, illumina oculos meos, vt videam lumen, & ambulem in lumine tuo, & non impingam in laqueos eius. Quis enim euadet laqueos istos multos, nisi videat eos? Et quis videbit eos, nisi quem illuminaueris lumine tuo? Ipse enim pater tenebrarum laqueos suos abscondit in tenebris suis, vt capiantur in eis omnes qui sunt in tenebris suis, qui sunt filii tenebrarum harum, non videntes lumen tuũ, in quo qui ambulat non timebit: qui enim ambulat in die, non offendit qui autem in nocte ambulat, offendit: quia lux non est in eo. Tu lux domine, tu lux filiorum lucis, tu dies qui nescis occasum, in qua ambulant filij tui sine offensione, & sine qua omnes qui ambulant in tenebris sunt, quia lucem mundi non habent: ecce quotidie cernimus, quia quo magis à te vero lumine quis elongatur, eo magis peccatorum inuoluitur tenebris: & quo magis est in tenebris, eo minus videt laqueos in via sua: & ideo minus cognoscit, & idcirco sæpius capitur,

& cadit in eis: & quod est horribilius, etiam se cecidisse ignorat. Qui vero suum casum ignorat, eo minus curat surgere, quanto se existimat adhuc stare. Tu vero lux mentis domine deus meus, nunc illumina oculos meos, vt videam, & cognoscam, ne corruam in conspectu aduersariorum meorum. Etenim in exterminium nostrum laborat inimicus noster, quem petimus vt facias liquefieri a facie nostra, ficut cera liquescit a facie ignis. Quoniam domine ipse est latro primus & vltimus, qui consilium Psal 67.
fecit vt raperet gloriam tuam, quoniam inflatus, & elatus crepuit & cecidit in faciem
suam, & deiecisti eum de monte sancto tuo, & de medio lapidum ignitorum in quorum medio ambulauit. Et nunc vita mea domine deus meus, ex quo cecidit, non cessat persequi filios tuos. Et in odium tuum, o rex magne, cupit perdere hanc creaturam tuam, quam creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuam vt possideat gloriam tuam, quam ipse perdidit per superbiam suam. Sed contere eum fortis noster antequã nos agnos tuos deuoret, & illumina nos vt videamus laqueos, quos ipse parauit, & euadamus ad te o lætitia Israel. Et hęc omnia tu domine melius nosti, qui nosti contentionem eius, & ceruicem eius durissimam. Nec hoc dico vt ostendam tibi, quia omnia vides, & nulla te latet cogitatio. Sed ante pedes tuæ maiestatis de inimico meo quærimoniam facio, iudex æternæ, vt & ipsum dãnes, & nos filios tuos saluos, quorum fortitudo tu es. Versutus est enim domine iste hostis & tortuosus nec facile deprehendi possunt circuitus viæ eius, nec cognosci species vultus eius, nisi tu illumines. Nam nunc hic, nunc illic: nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, secundum varias rerum mutationes, varias exhibet tentationes. Nam vt tristes decipiat, tristatur & ipse: vt gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: vt spiritales defraudet, in angelum lucis se transfigurat: vt fortes comprimat, apparet agnus:
vt mites deuoret, apparet lupus. Hæc quidem omnia secundum similitudinem va- Psal. 90.
riarum tentationum effici habet, sicut alios a timore nocturno, alios a sagitta volante in die, alios a negocio perambulante in tenebris, alios vero ab incursu, alios a dæmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus vt cognoscat, & astutias eius, quis cognoscet? Quis reuelabit speciem indumenti eius, & gyrum dentium eius quis agnoscet? En abscondit sagittas suas in pharetra, & laqueos suos abscondit sub specie lucis, & hoc difficilius perpenditur, nisi a te domine spes nostra lumen assumamus, vt videamus omnia. Nam non solum in carnis operibus, quæ de facili cognoscuntur, nec
De bene- ficiis dei. Cap. 18. tantum in ipsis vitijs, sed in ipsis spiritalibus exercitijs laqueos abscondit subtiles, & sub virtutum colore ipsa vita induit, & transmutat se in angelum lucis. Hęc & multa alia nititur contra nos ipse filius Belial, ipse Satan, domine deus noster. Et nunc vt leo, nunc vt draco, manifestẽ & occultè, intus & extra, die ac nocte insidiatur vt rapiat animas nostras. Et tu eripe nos domine, qui saluas sperantes in te vt ipse de nobis doleas, & tu laueris in nobis domine deus noster. Ego autem filius ancillæ tuæ, qui me commendaui manui tuæ, iam his meis pauperculis confessionibus cõfitear tibi liberator meus toto corde meo, & recolam ad mentem meam omnia bona, quæ fecisti mihi a iuuentute mea, in omni vita mea. Scio nanque quod ingratitudo multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritalis, & ventus quidam desiccãs, & vrens omne bonum, obstruens fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominem, qua & mala mortua iam oriuntur, & viua iam opera moriuntur, & vltra non adipiscuntur. Et ego domine gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniam liberasti me. Quoties me iam absorbuerat ille draco, & tu domine ab ore eius extraxisti me? Quoties ego peccaui, & ipse paratus fuit deglutire, sed tu domine deus meus defendisti me? Cum contra te inique agebam, cum tua mandata frangebam, stabat ipse paratus vt me raperet ad infernum, sed tu prohibebas. Ego te offendebam, & tu me ipse defendebas: ego te non timebam, & tu me custodiebas. A te recedebam & inimico meo me exhibebam, tu ipsum ne me acciperet, deterrebas. Hæc mihi tu domine deus meus beneficia conferebas, & ego miser non cognoscebam. Sic enim me multoties a faucibus diaboli liberasti, de ore Leonis eripuisti, & ab inferno licet nescientem me multis vicibus reduxisti. Descendi enim usque ad portas inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appropinqua-

bam vsque ad portas mortis,& ne me ipse caperent,tu fecisti . De morte etiam cor-
poris sæpius eripuisti me saluator meus,cum graues morbi tenerent me, cum fui in
periculis multis,per mare,per terras, ab igne & gladio ,& ab omni periculo liberans,
semper mihi astans & misericorditer saluans . Sciebas tu quidem domine, quia si
tunc mors me occupasset, infernus animam meam suscipisset,& perpetuo damnatus
fuissem: sed tua misericordia,& tua gratia præuenit me, eripiens me de morte corpo-
ris,& de morte animæ domine deus meus. Hæc & multa alia mihi tua beneficia exhi
buisti,& ego eram cęcus,& non cognoui donec illuminasti me. Nunc igitur lux ani-
mę meæ domine deus meus, vita mea,per quam viuo lumen oculorum meorum, per
quod video: en illuminasti me,& cognosco te,quia viuo per te, & gratias ago tibi li-
Sapi.11. cet viles & exiles & impares beneficijs tuis,quales habet mea fragilitas offero. Quo- 167
niam tu es solus deus meus,creator meus benignus, qui amas nostras animas, & ni- K
hil odisti eorum,quæ fecisti. En ego primus inter peccatores,quos saluasti, vt exem
plum aliis tribuam benignitsimæ pietatis tuę. Confitear beneficia tua magna,quo-
niam eripuisti me de inferno inferiori semel & secundo, & tertio,& centies & millies,
& ego semper ad infernum tendebam,& tu me semper reducebas,& iuste millies dam
nasses me si voluisses: noluisti , quia amas animas , & dissimulas peccata hominum
propter penitentiam domine deus meus,multæ misericordiæ in omnibus viis tuis.
Nunc ergo video hæc domine deus meus,& cognosco per lumen tuum,& deficit ani
ma mea in misericordia tua magna, quę est super me, quoniam eripuisti animā meā
ex inferno inferiori,& me ad vitam reduxisti. Totus enim eram in morte,totum me
resuscitasti. Tuum igitur sit totum id quod viuo,& totus totum me tibi offero. To-
tus spiritus,totum cor,totum corpus,tota vita mea viuat tibi, vita mea dulcis,quo-
niam totum me liberasti, vt totum me possideres,totū me refecisti , vt totum me re-
haberes . Diligam te igitur domine virtus mea,diligam te ineffabilis exultatio mea,
& viuat iam non mihi,sed tibi tota vita mea,que perierat in miseria mea , resuscitata
est in misericordia tua,qui es deus misericors & miserator & multæ misericordiæ in 167
milia his,qui diligunt nomen tuum , Idcirco domine deus meus sanctificator meus L
Deut. 6. iussisti mihi lege tua,vt diligam te toto corde meo,tota anima mea, tota mente, mea,
tota fortitudine mea , & totis viribus meis , & etiam ex intimis medullis cordis mei,
omnibus horis & momentis,quibus fruor bonis misericordiæ tuæ,quoniam semper
perirem,nisi quia semper regis me: semper morerer,nisi quia semper me viuificas , &
omni momento me tibi obligas,dum omni momento mihi tua magna beneficia præ
stas. Sicut ergo nulla est hora,uel punctum in omni vita mea,quo tuo beneficio nō
vtar: sic nullum debet esse momentum,quo te non habeam ante oculos in mea memo
Iacob.1. ria,& te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc ualeo nisi tu dederis mi-
hi, cuius est omne donum bonum, & omne datum optimum descendens a patre lu-
minum,apud quem non ēst transmutatio,nec vicissitudinis obumbratio. Non enim
Rom.9. est volentis neque currentis , sed tui miserentis,vt diligamus te . Tuum est domine
De feruore hoc donum,cuius est omne bonum. Iubes te diligi, da quod iubes & iube quod uis.
charitatis. Amo te deus meus , magisq; semper amare cupio , quia tu es reuera omni melle,dul-
Cap.19. cior,omni lacte nutribilior,& omni luce clarior. Idcirco super omne aurum & argen- 167
tum & lapidem prectosum es mihi charior: displicebat enim mihi quicquid agebam M
in seculo præ dulcedine tua, & decore domus tuæ quam dilexi. O ignis,qui semper
ardes & nunquam extingueris,o amor qui semper ferues & nunquam tepescis,accē-
de me. Accendar,inquam totus a te,vt totus diligam te. Minus enim te amat , qui
tecum aliquid amat , quod non propter te amat . Diligam te domine , quoniam tu
prior dilexisti me . Et vnde mihi uerbum vt explicem signa dilectionis tuæ, maxi-
me erga me propter innumera beneficia tua, quibus a principio educasti me ?
Post beneficium nempe creationis quando in principio de nihilo ad imaginem
tuam creasti me, honorificans & exaltans me inter eas creaturas , quas fecisti, &
Psal.8. nobilitans lumine vultus tui quo signasti super liminare cordis mei, quo ab in-
sensibilibus pariter & sensibilibus brutis discreuisti me , & paulominus ab an-
gelis minuisti. Parum & hoc fuit ante conspectum diuinitatis tuæ,quoniam quo-
tidianis & singularibus maximisque donariis tuorum beneficiotum me sine inter-
missio-

missione nutriuisti,& quasi filium tuum paruulum tenellum vberibus tuę consola-
tionis lactasti & confortasti me. Vt enim tibi totus seruirem, omnia quęcunque feci-
167 sti in meum seruitium tradidisti. Omnia sub pedibus hominis subiecisti, vt solus
A homo totus tibi subijceretur. Et vt tuus totus homo esset, super omnia opera tua Qđ deus
dominatus est homo. Exteriora nempe pro corpore cūcta creasti, ipsum uero corpus subiecit
pro anima,animā vero pro te,vt tibi soli vacaret , & te solum amaret , possidens te ad oīa seru
solatiū,inferiora vero ad seruitiū. Quicquid n.cœli ambitu continetur inferius ab tuti homi
anima humana est,quæ facta est vt summū bonū superius possideret,cui° possessio- num.
ne beata fieret,cui si adhæserit,cunctorū mutabiliū inferiorū necessitudines super- Cap.20.
grediens,illius summę maiestatis cuius æmulatus specie ęternæ immortalitatis facie
ferenitate videbit. Tunc vero illis bonis optimis fruetur in domo domini, quorum Esa.64.
comparatione cuncta hæc q̄ hic cernimus velut nihilū cōputantur. Illa sunt q̄ ocu- 1. Cor. 2.
lus nō vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascenderunt,quæ præparauit deus
diligentibus se. Et hæc quidem domine daturus es animæ His etiam quotidie lætifi-
cas animas seruorum tuorū,qui amas animas. Quid miror hæc domine deus meus,
B imaginem quippe tuam honorificas, & similitudinem tuam ad quam creatæ sunt: nā
167 & corpore nostro licet adhuc corruptibili & ignobili, vt videret dedisti cœli claritatē
per manum ministrorum tuorum indefessorum,solis & lunæ, qui præcepto tuo iugi
ter die ac nocte deseruiunt filijs tuis: vt spiraret: largitus es aeris puritatē: vt audiret,
sonorum varietates: vt adoraret,odorum suauitates , vt gustaret , saporum qualita-
tes: vt contrectaret , dedisti corpulentorum omnium grossitates. Adiumenta suis
necessitatibus dedisti iumenta,volucres quoque cœli & pisces maris & fructus terræ Qđ ex con
ad reficiendum impendisti. Medicinas de terra propter singulas quasque suas corru sideratio-
ptelas creasti,singula solatia singulis malis obuiantia præparasti , quoniam es mise- ne bonorū
ricors & miserator,& nouisti figmentum nostrum figulus noster, & nos omnes quasi ipsiū colligitur ma
lutum in manu tua. En aperiatur mihi misericordia tua magna,lumine tuo illustra gnitudo ęs
quæso magis adhuc, vt mihi magis aperiatur. Nam ex his minimis tua magna , & ex seipsis con
his visibilibus tua inuisibilia comprehendimus domine deus sancte, & bone creator hij.
noster. Si enim mi domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna & in- Cap.21.
C numera beneficia præstas a cœlo & aere,a terra & mari , a luce & tenebris: a calore &
167 vmbra,rore & imbre,uentis & pluuijs,volucribus & piscibus,bestijs & arboribus,&
multiplicitate herbarum & germinum terræ,& cunctarum creaturarum tuarum mi-
nisterio nobis successiue per sua tempora ministrantium , vt alleues fastidium no-
strum: qualia quęso,& quam magna & innumerabilia erunt illa bona , quę prępara-
sti diligentibus te,in illa cœlesti patria,vbi te videbimus facie ad faciem? Si tanta fa-
cis nobis in carcere,quod ages in palatio? Magna & innumerabilia sunt opera tua do
mine rex cœlorum. Cum enim sint hęc omnia valde bona & delectabilia . quę bonis
pariter malisq; communia tradidisti,qualia futura sunt illa,quę solis bonis recondi-
disti? Si tam innumera & varia dona tua,quę nunc amicis pariter tribuis & inimicis,
quam magna & innumerabilia,quam dulcia & delectabilia , quę solis tuis es largitu
rus amicis? Si tanta solatia in hac die lacrymarum,quanta conferes in die nuptiarū?
D Si tanta delectabilia continet carcer,quanta quęso continet patria ? Oculus nū vidit Esa. 64.
167 deus absque te,quæ præparasti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudi- Esai. 50.
nem magnificentię tuę est etiam multitudo magna dulcedinis tuę, quam abscondi-
sti timentibus te: magnus enim tu es domine deus meus & immensus, nec est finis ma
gnitudinis tuę, nec est numerus sapientiæ tuæ, nec est mensura benignitatis tuæ, nec
est finis, nec numerus, nec mensura retributionis tuę: sed sicut magnus es tu, ita ma-
gna sunt donaria tua, quoniam tuipse prēmium & donum omnium legitimorū tuo- Qđ diuina
rum pugnatorum . Hæc sunt beneficia magna tua domine deus sanctificator san- dulcedo
ctorum tuorum : quibus repleturus es inopiam esurientium filiorum tuorum: quo- oem præ-
niam tu es spes desperatorum,& consolatio desolatorum, tu corona spei,quæ ornata sentē mun
est,gloria præparata vincentibus. Tu famelicorum satietas æterna, danda esurien- di amarit
tibus. Tu consolatio sempiterna,qui solis illis te tribuis , qui consolationem huius dine tollit.
mundi pro tua perpetua consolatione contemnunt. Nam qui hic consolantur,indi- Cap.22.
gni tua consolatione habentur: sed qui hic cruciatur,a te consolantur: & qui partici-

pant & consolationibus. Nemo enim potest in vtroque seculo consolari, nec potest
Ioan. 5. quis hic, & in futuro gaudere: sed vnum necesse est vt perdat, qui alterũ voluerit pos- 168
sid re. Hæc vbi considero domine consolator meus in hac vita renuit consolari ani- F
ma mea vt digna habeatur tuis consolationibus æternis, quia iustum est vt amittat
te quicunque in aliquo alio magis consolari eligit quàm in te. Et obsecro summa ve-
ritas te per te, non permittas me in aliqua consolatione vana consolari quam in te,
Acto. 7. sed peto vt omnia mihi amarescant, vt tu solus dulcis appareas animæ meæ, qui es
dulcedo Inestimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Ste-
Acto. 5. phano lapides torrentis dulcorauit: tua dulcedo craticulam beato Laurentio dulcem
fecit: pro tua dulcedine ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam di-
gni habiti sunt pro nomine tuo contumeliam pati. Ibat Andreas securus ad crucem
& gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Hæc enim tua dulcedo ipsos
Apostolorum principes sic repleuit, vt pro ipsa crucis patibulum vnus eligeret, alter 168
quoque caput ferienti gladio supponere non timeret. Pro hac emenda Bartholo- k
meus propriam pellem dedit. Pro hac quoque gustanda veneni poculum intrepi-
dus Ioannes potauit. Hanc vero vt gustauit: Petrus omnium interiorum oblitus,
Mat. 17. clamauit quasi ebrius, dicens, Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria taber- 168
nacula: hic moremur, te contemplemur, quia nullo alio indigemus, sufficit nobis do- G
mine videre te, sufficit, inquit, tanta dulcedine satiari. Vnam enim stillam dulcedi-
nis ille gustauit, & omnem aliam fastidiuit dulcedinem. Quid putas dixisset, si ma-
gnam illam multitudinem dulcedinis diuinitatis tuę gustasset, quam abscondisti ti-
mentibus te? Hanc tuam dulcedinem ineffabilem & illa gustauerat virgo, de qua le-
gimus, quod lætissima & glorianter ibat ad carcerem, quasi ad epulas inuitata. Hanc,
vt reor, & ipse gustauerat qui dicebat, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ do-
Psal. 30. mine quam abscondisti timentibus te: quicq; monebat, Gustate & videte, quoniam
Psal. 33. suauis est dominus. Hæc est enim illa beatitudo domine deus noster, quam expecta-
mus daturum te nobis, pro qua tibi domine continue militamus, pro qua tibi morti-
ficamur tota die, vt in tua vita tibi viuamus. Tu autem domine expectatio Israel,
Qđ tota spes nra de beat esse in deum. desiderium ad quod suspirat cor nostrum quotidie, festina ne tardaueris. Surge pro-
pera & veni, vt educas nos de isto carcere ad confitendum nomini tuo, vt gloriemur
Cap. 22. in lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lachrymarum pupillorum tuorum, qui
Mat. 6. clamant ad te, Pater noster, da nobis hodie panem nostrum quotidianum: in cuius 168
fortitudine ambulemus die ac nocte, vsquequo perueniamus ad montem sanctum H
tuum Horeb. Et ego paruulus inter paruulos familiæ tuę deus pater & virtus mea,
quando veniam & apparebo ante faciem tuam, vt qui nunc tibi confiteor ad tem-
pus, ex tunc confitear tibi in ęternum? Beatus ero si fuero admissus ad, videndã
claritatem tuam. Quis mihi hoc tribuat vt ad hoc venire permittas me? Scio domi-
ne, scio & confiteor indignum vt intrem sub tectum tuum, sed fac propter honorem
tuum, & ne confundas in te sperantem seruum tuum. Et quis intrabit in sanctua-
rium tuum ad considerandas potentias tuas, nisi tu aperias? Quis autem aperiet, si tu
clauseris? Si enim destruxeris, nemo est qui ædificet. Et si incluseris hominem, nemo
est qui aperiat. Si continueris aquas, omnia siccabuntur: & si emiseris eas, subuer-
tent terram: si omnia quæ fecisti ad nihilum redigas, quis contradicet tibi? Porro sem
piterna bonitas, misericordiæ tuæ, qua fecisti omnia quæcunque voluisti, tu nos feci-
sti fabricator mundi, rege nos: tu nos creasti, ne spernas nos, quia opera tua sumus.
Qđ salus nra ex deo est. Et quidem domine deus noster, nos lutum & vermiculi non valemus in tuas æterni- 168
tates intrare, nisi tu induxeris qui de nihilo cuncta creasti. Ego autem opus manuũ I
tuarum confitebor tibi in timore tuo, quia non in arcu meo sperabo, & gladius meus
non saluabit me, sed dextera tua & brachium tuũ, & illuminatio vultus tui, alioquin
Cap. 24. desperarem, quoniam spes mea tu es, qui creasti me, quoniam non derelinquis spera-
Psal. 43 tes in te. Tu quippe es dominus deus noster suauis & patiens in misericordia dispo-
Sapi. 15. nens omnia. Nam si peccauerimus, tui sumus: si non peccauerimus, tui sumus, quo-
Psal. 38. niam apud te sumus computati. Nos enim solum vniuersi, & vanitas est omnis ho-
Iob. 7. mo viuens, & ventus est vita nostra super terram. Ne irascaris si cadimus pupilli
Re 24. tui, quoniam tu nosti figmentum nostrum domine deus noster. Num deus inæstima-

bilis fortitudinis contra folium quod a vento rapitur ostendere vis potẽtiam tuam,
& stipulam siccam persequeris? Num damnabis rex Israel æternè canem mortuum?
Num damnabis culicem vnum? Audiuimus de misericordia tua domine, quoniam
tu mortem non facis, nec lætaris in perditione morientium. Propter hoc domine Sapi. 1.
oramus te, ne permittas dominari quod non fecisti huic creaturæ tuæ quam fecisti.
Sed enim doles de perditione, quid te prohibet domine, qui omnia potes, ne semper
leteris de nostra salutatione. Si vis potes me saluare, ego autem & si vellem non pos-
sem. Magna est multitudo miseriarum mearum mecum. Velle quippe mihi adia- Rom. 7.
cet, perficere autem non inuenio. Velle quod bonum est non possum, nisi tu velis,
nec quod volo possum, nisi tua potentia mè confortet: & quod possum aliquando
nolo, nisi tua voluntas fiat sicut in cœlo & in terra. Et quod volo & possum igno-
ro, nisi tua sapientia me illustret. E si etiam scientia quandoque volens, quandoq;
168 valens, imperfecta & vacua transit sapientia mea, nisi adiuuet vera sapientia tua. In
k tua autem voluntate cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ,
domine vniuersorum, principatum tenens omnis carnis, & quæcunque vis facis in
cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. In nobis igitur fiat voluntas tua su-
per quibus inuocatum est nomen tuum, ne pereat hoc nobile plasma tuum, quod
creasti propter honorem tuum. Et quis homo natus de muliere qui viuat, & non vi-
deat mortem, & eripiat animam suam de manu inferi, nisi tu solus eripias vita vita-
lis omnis vitæ, per quam omnia viuunt? Etenim iam tibi confessus sum laus vi- Qđ volun
tæ meæ domine deus meus, virtus salutis meæ. Sperabam aliquando in virtute tas huma-
mea, quę tamen non erat virtus. Et cum sic volui currere, vbi magis stare credebam na ineffi-
ibi magis cecidi, factusq; sum magis retro, & non antè, & quod credebam consequi, cax sit ad
magis elongatum est a me. Sic per multa similia vires meas probans, cognosco nũc bona opa
quia illuminasti me, quoniam quod magis credidi posse per me, minus semper potui. sine diui-
Dicebam enim hoc faciam, illud perficiam: nec hoc, nec illud faciebam. Aderat uo- na gratia.
168 luntas, non erat facultas. Aderat facultas, non aderat voluntas, quoniam de meis Cap. 25.
L viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi domine deus meus pater cœli & ter 1. Reg. 2.
ræ, quia non in fortitudine sua roborabitur vir, vt glorietur ante te stulta præsum-
ptio omnis carnis. Non est enim hominis velle quod possit, aut posse quod velit,
vel scire quod velit & possit: sed potius a te gressus hominis diriguntur, illorum in-
quam, qui non a se, sed a te dirigi se confitentur. Obsecramus itaque per viscera
misericordiæ tuæ, velis domine saluare quod creasti, quoniam si vis, potes nos salua-
re, & in tua voluntate virtus est nostræ salutis. Recordare misericordiæ tuæ anti- De antiqs
quæ qua nos a principio in benedictionibus tuę dulcedinis præueneristi. Antequàm beneficijs
enim nascerer ego, filius ancillæ tuæ domine, spes mea ab, vberibus matris meæ, tu dei.
me præueneristi præparans mihi semitas, quibus incederem & venirem ad gloriam do Cap. 26.
mus tuæ, priusquam me formares in vtero nouisti me, & antequam exirem de vulua Psal. 21.
quicquid tibi placuit præordinasti de me. Quę & qualia sint in libro tuo scripta
de me, in secreto consistorij tui, ego quidem ignoro, vnde & valde timeo, tu vero no
sti, quoniam quod ego per successus dierum & temporum hinc ad mille annos huius
168 temporalitatis expecto, in conspectu æternitatis tuæ iam factum est: & quod futurũ Solœcism°
M est, tam factum est. Ego autem stans in hac nocte tenebrosa hęc ignorans, timor & tre-
mor venerunt super me, dum video mihi vndique imminere multa pericula, a mul-
tis quoque hostibus uenari, multitudineq; innumerarum miseriarum in hac vita me
circundari. Et nisi in tantis malis afforet mihi tuum adminiculum, desperarem. Sed
spes mihi magna subest de te mitissime princeps deus meus, & consideratio multitu-
dinis miserationum tuarum, quæ apud te sunt, subleuat mentem meam, & præce-
dentia signa misericordiæ tuæ, quæ me antequam nascerer præuenerunt, & nunc
specialiter in me effulserunt: de futuris benignitatis tuæ melioribus & perfectio-
ribus muneribus, quę amicis tuis reseruas, spem meam admonent, vt in te læte- De angelis
tur domine deus meus lætitia sancta & viua, quæ semper lętificas iuuentutem me- deputatis
am. Dilexisti enim me vince amor meus antequàm diligerem te, & ad imaginem ad custo-
tuam creasti me, omnibus creaturis tuis præparasti me, quam dignitatem tunc diã hoium
quidem seruo cum nouerim te, propter quem fecisti me. Insuper facies ange

Cap. 27. Psal. 90. 1. Pet. 5. Psal. 5. Luc. 15. Psal. 8. Iob. 7. Prou. 8. Iob. 25. Iob. 14. De ꝓfunda prædestinatione & ꝓscientia dei. Cap. 28. Heb. 4. 2. Cor. 6. Mat 5. Iob. 14. Eccl. 34.

los tuos spiritus propter me, quibus mandasti vt custodiant me in oĩbus viis meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hi.n. sunt custodes super muros ciuitatis tuæ nouæ Hierusalem, & montes in circuitu eius vigilantes & custodites vigilias noctis super gregem tuum, nequando rapiat vt leo animas nostras dum non esset qui eriperet, ille antiquus serpens aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens semper circumit quærens quem deuoret. Hi sunt ciues beatæ ciuitatis superne Hierusalem, quæ sursum est mater nostra, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, vt eos liberent ab inimicis suis, & custodiant in omnibus viis suis: confortent quoq; & moneant, & orationes filiorum tuorum offerãt cõspectu gloriæ maiestatis tuę. Diligunt nempe conciues suos, per quos suæ ruinæ scissuras instaurari expectant. Ideoq; magna cura & vigilanti studio assunt nobis omnibus horis & locis, succurrentes & prouidentes necessitatibus nostris, & soliciti discurrentes inter nos & te domine, gemitus nostros atq; suspiria referentes ad te, vt impetret nobis facilem tuæ benignitatis propiciationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratię benedictionem. Ambulant.n. nobiscum in omnibus viis nostris, intrant & exeunt nobiscum, attente considerantes q̃ pie, quamq; honeste in medio prauæ nationis conuersemur, quantoq; studio & desiderio quæramus regnum tuum, & iustitia eius, quantoq; timore & tremore seruiamus, & exultemus tibi in lætitia cordis nostri. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronãt vincentes, congaudent gaudentibus, de te, inquã, gaudentibus: compatiuntur patientibus, pro te, inquam, patientibus. Grandis est eis cura de nobis. Magnus est affectus dilectionis eorum erga nos, & hoc totum propter honorem tuæ inæstimabilis charitatis, qua dilexisti nos. Diligunt.n. quos tu diligis, custodiunt tu custodis: & deserũt quos tu deseris, nec diligunt operantes iniquitatem: quoniam & tu odisti oẽs operãtes iniquitatem, & perdes oẽs qui loquuntur mendacium. Quoties bene agimus, gaudent angeli & tristantur dæmones. Quoties vero à bono deuiamus, diabolum lætificamus, & angelos tuos suo gaudio defraudamus: gaudium est.n. eis super vno peccatore pœnitentiam agente: sed diabolo super vno iusto pœnitentiam deserente. Da igitur da pater eis semper gaudere de nobis, vt & tu semper per eos laueris in nobis, & nos cum eis in vnum ouile tuum adducamur, vt confiteamur simul nomini sancto tuo, creator hominum, & angelorum. Hęc ipse commemorans coram te, confiteor laudans te, quoniam beneficia tua magna sunt hæc, quibus nos honorificasti, dans nobis angelos tuos spiritus in ministerium nostrum. Dederas enim quicquid cœli ambitu continetur, & quasi parua reputas hæc quæ sub cœlo sunt, nisi adderes etiam ea quæ sub cœlo sunt. Laudent te domine de hoc omnes angeli tui, confiteantur tibi de hoc omnia opera tua, & ipsi sancti tui benedicant. O honorificentia nostra, nos nimis honorificans & ditans multis muneribus decorasti. Admirabile est enim nomen tuum domine in vniuersa terra. Quid est enim homo, quia magnificas eum, aut apponis erga eum cor tuũ? Dixisti.n. veritas antiqua, Delitię meæ esse cum filiis hominum. Nonne hõ putredo, & filius hoĩs vermis? Nonne vniuersa vanitas omnis homo viuens? Et dignum ducis super huiscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Doce me abyssus profundissima creatrix sapientia, quę librasti, in pondere montes, & colles in statera, & molem terræ tribus digitis appendisti: Suspẽde molem corporalitatis huius, quam gero tribus infirmis digitis tuis ad te, vt videam & cognoscam q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Lux antiquissima, quę lucebas ante omnem lucem in montibus sanctis æternitatis antiquæ, cui nuda & aperta erant omnia antequam fierent. Lux quę odio habes oẽm maculam, vtpote mundissima & immaculatissima, quæ tibi delitiæ cum hoĩe, quæ conuentio lucis ad tenebras? Vbi.n. sunt in hoĩe delitiæ tuę? Vbi præparasti tibi in me dignum sanctuarium maiestatis tuę, ad quod introiens habeas delitias delectationis tuæ? Mundum enim cœnaculum decet te mundans virtus, quæ non nisi à mũdis cordibus videri potes, multo magis nec haberi. In hoĩe autem, vbi est templum tam mundum vt te suscipiat, qui regis mundum? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es mundus? Ab immundo.n. quis mundabitur? Nam & secundum legem, quam dedisti patribus nostris in igne

igne comburenti montem, & in nube tegente aquam tenebrosam. quicquid tetigerit immundus, immundum erit. Oẽs autem nos quasi pannus menstruatæ de massa corrupta & immunda venientes, maculam immunditiæ nostræ, quam celare saltem tibi qui oia vides, non possumus, in frontibus enim portamus, quare mundi esse nõ possumus, nisi tu mundaueris, qui solus es mundus. Mundus autem de nobis filijs hominum eos in quibus tibi complacuit habitare, quos ab inaccessibilibus profundis secretis iudiciorum incomprehensibilium sapientiæ tuę, semper iustorũ licet occultorum, sine eorum meritis prædestinasti ante mundum, vocasti de mundo, iustificasti in mundo, & magnificas eos post mundum. Non oĩbus aũt hoc facis, quod admirantur tabescentes oẽs sapientes terræ. Et ego domine hoc considerans expauesco, & obstupesco de altitudine diuitiarum sapientiæ, & scientiæ tuæ, ad quã ego nõ pertingo, & incomprehensibilia iudicia iustitiæ tuę, quoniam ex eodem luto alia quidem facis vasa in honorẽ, alia vero in contumeliam sempiternam. Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuũ, ipse mundas, effundens super eos aquã mundam, quorum nomina numerumq; tu nosti, qui solus numeras multitudinẽ stellarum, & oĩbus eis nomina vocas, qui etiam scripti sunt in libro vitæ, quæ nequaquã perire possunt, quibus oia cooperantur in bonum, ẽt ipsa peccata. Cum n. cadunt nõ colliduntur, quia tu supponis manum tuam, custodiens oia ossa eorum vt vnum ex eis non conteratur. Attamen mors peccatorum pessima, illorũ, inquã, quos antequã faceres cœlum & terram, secundum abyssum multam iudiciorum tuorum occultorum, semper autem iustorum, præsciuisti ad mortẽ æternã, quorum dinumeratio nouissimum & meritorũ prauorum apud te est, qui numerũ arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profundum abysi, quos reliquisti in immundiciis suis, quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa ẽt oratio vertitur in peccatum, vt si etiam vsq; ad cœlos ascenderint, & caput eorum nubes tetigerit, & inter sydera cœli collocauerint nidum suum, quasi sterquilinium in fine perdentur. Magna.n. sunt hęc iudicia tua domine deus, iudex iuste & fortis, qui iudicas æquitatem & inscrutabilia facis & profunda, quæ cum considero, contremiscunt oia ossa mea, quoniã non securatur homo viuens super terram, vt seruiamus tibi pie & caste cunctis diebus vitæ nostrę in timore, & exultemus tibi cum tremore, vt non sit seruitium sine timore, neq; gaudium sine tremore, & non glorietur accinctus atq; vt discinctus, neq; glorietur ante te ois caro, sed pauescat & contremiscat à facie tua, cum ignoret hõ vtrum amore an odio dignus sit, sed in futurum oia reseruantur incerta. Vidimus.n. multos domine & audiuimus à patribus nostris, quod vtiq; sine magno tremore non recolo, sine multo timore non confiteor, ascendisse primitus quodammodo vsq; ad cœlos, & inter sydera nidum suum collocasse, postmodum autem cecidisse vsq; ad abyssos, & aĩas eorum in malis obstupuisse. Vidimus stellas de cœlo cecidisse ab impetu ferientis caudæ draconis, & eos qui iacebant in puluere terrę, à facie subleuantis manus tuæ domine mirabiliter ascendisse. Vidimus viuos morientes, & mortuos à morte surgentes, & eos qui inter filios dei ambulant in medio lapidum ignitorũ quasi lutũ ad nihilum defluxisse. Vidimus lucem obtenebrasse, & de tenebris lucem processisse: quia publicani & meretrices præcedunt incolas in regno cœlorum, filij aũt regni eiiciuntur in tenebras exteriores. Quare autem ista oia, nisi quia in montẽ illum ascẽderunt, in quẽ primus ascendit angelus, & descendit diabolus? Quos aũt prædestinasti ipsos & vocasti, & sanctificasti & mundasti, vt dignũ habitaculum sint tuæ maiestatis, cum quibus & in quibus sunt tibi delitiæ sanctæ & mundæ, in quibus tu delectaris, & lętificas intuentutem eorũ, habitans cum eis in memoria eorum, vt ipsi templũ sanctum tuum sint, quod magnæ dignitatis & commendatio est humanitatis nostrę. Anima enim quam creasti non de te, sed per verbum tuum, non ex qualibet elementorum materia, sed ex nihilo, quæ quidem rationalis, intellectualis, spiritalis, semper viuẽs, semper in motu, quam signasti lumine vultus tui, & consecrasti virtute lauacri tui, ita facta est capax maiestatis tuę, vt à te solo, & à nullo alio possit impleri. Quando autem te habet, plenum est desiderium eius, & iam nihil aliud quod desideretur exterius restat. Dum autem aliquid exterius desiderat, manifestum est quòd te non habet interius, quo habito nihil est quod vltra desideret. Cum.n. sis summum & omne

Esa. 64. Rom. 11. Rom. 9. Exec. 32. Psal. 146. Psal. 33. Mat. 22. Abdiæ. 1. De illis q prius sunt iusti, & post ea impii efficiũtur, & ecõuerso. Cap. 29. 3. Re. 30. Quòd aĩa fidelis sit sanctuarium dei. Cap. 30.

bonum, non habet quod desideret amplius, sed possidet te omne bonum. Quòd si non desiderat omne bonum, restat vt desideret aliquid quod non est omne bonum: ergo nec summum bonum, ergo nec deum, sed potius creaturam. Cum autem creaturam desiderat, continuam famem habet: quia licet quod desiderat de creaturis adipiscatur, vacua tamen remanet, quia nihil est quod eam impleat nisi tu, ad cuius imaginem es creata. Imples autem tu eos qui nihil aliud desiderant præter te, & facis eos

Phil. 3. dignos te, sanctos, beatos, immaculatos & amicos dei, qui omnia reputant vt stercora vt lucrifaciant te solum. Hæc est.n. beatitudo quam homini contulisti, hic est honor quo eũ inter omnes creaturas, & super omnes honorificasti, vt sit admirabile nomẽ

Psal. 8. tuum in vniuersa terra. Ecce domine deus meus summe, & optime, omnipotentissime, inueni locum vbi tu habitas, in anima quam creasti ad imaginem & similitudinẽ tuam quæ te solum quęrit & desiderat, quia non in illa es quę te nó quęrit nec

Psal. 118. desiderat. Ergo errani sicut ouis quæ perierat, quærens te exterius qui es interius, & multum laborani quærens te extra me, & tu habitas in me, si tamẽ ego desiderem

Quòd neque p sensus exteriores neq; interiores inueniri test deus. te. Circumiui vicos & plateas ciuitatis huius mundi quærens te & non inueni, quia male quærebam foris quod erat intus. Misi nuncios meos omnes sensus exteriores, vt quærerem te, & non inueni, quia male quærebam, Video.n. lux mea deus qui illuminasti me: quia male te per illos quærebam, quia tu es intus, & tamen ipsi vbi intra

Cap. 31. ueris, nescieruerunt. Nam oculi dicunt, si coloratus non fuit, per nos non intrauit. Aures dicunt, si sonitum non fecit, per nos non transiuit. Nasus dicit, si non oluit, per me non venit. Gustus dicit, si non sapuit, per me non introiuit. Tactus etiam addit, si corpulentus non est, nihil me de hac re interroges. Non ista igitur sunt in te deus meus: non.n. speciem corporis, non decus temporis, non candorem lucis, nó colorem, non dulcium melodiarum cantus & quæcunq; dulce sonantia, non florum & vnguentorum vel aromatum odores, non mella vel manna gustui delectabilia, non cætera ad tangendum vel amplexandum amabilia, nec omnia alia sensibus his subiecta quæro, cum deum meum quæro. Absit vt ista crediderim deum meum, quæ etiam à brutorum sensibus comprehenduntur. Et tamen cum deum meum quæro, quæro nihilominus quandam lucem super omnem lucem, quam non capit oculus: quandam vocem super omnem vocem quam non capit auris: quendam odorem super omnem odorem, quem non capit naris: quendam dulcorem super omnem dulcorem, quem non capit gustus: quendam amplexum super omnem amplexum, quem non capit tactus. Ista enim lux fulget, vbi locus non capit: ista vox sonat, vbi spiritus non rapit: odor iste redolet, vbi flatus non spargit: sapor iste sapit, vbi non est edacitas: amplexus iste tangitur, vbi non diuellitur. Hic est deus meus, & non estimabitur alius ad illum. Hoc quæro cum deum meum quæro, istud amo cum deum meum amo. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua sero te amaui, & tu intus eras, & ego foris, & ibi te quęrebam, & in ista formosa quæ fecisti deformis irruebam. Mecum eras, & ego tecum non eram. Ea me tenebãt longe à te quæ esse non poterant nisi in te. Circumibam enim omnia quærens te, & propter omnia derelinquens me. Interrogaui terram si esset deus meus, & dixit mihi quod non, & omnia quæ in ea sunt, hoc idẽ confessa sunt. Interrogaui mare & abyssos, & reptilia quæ in eis sunt, & responderunt, Non sumus deus tuus, quære super nos eum. Interrogaui flabilem aerem, & inquit vniuersus aer cum omnibus incolis suis, Fallitur Anaximenes, non sum ego deus tuus. Interrogaui cœlum, solem, lunã, & stellas, Neque nos sumus deus tuus, inquiunt. Et dixi omnibus his qui circumstãt fores carnis meæ, dicite mihi de deo meo, quod vos nosciti, [dicite mihi aliquid de illo. Et clamauerunt omnes voce grandi, Ipse fecit nos. Interrogaui proinde mũdi molem, Dic mihi si es deus meus, an non? Et respondit voce forti, Non sum, inquit ego, sed per ipsum sum ego, quem quæris in me, ipse fecit me, super me quære eum, qui regit me, qui fecit te. Interrogatio creaturarum profunda est consideratio ipsarum: responsio earum attestatio ipsarum de deo, quoniam omnia clamant, deus nos fecit: quoniam vt ait Apostolus, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et redij à me & intraui in me, & aio ad me, Tu quis

[alias, nõ estis.

Rom. 1.

es? Et respondi mihi, Homo rationalis & mortalis. Et incepi discutere quid hoc esset & dixi, Vnde hoc tale animal domine deus meus? Vnde nisi abs te, tu fecisti me, & nó ego ipse me. Quis tu? Tu per quem viuo ego, tu per quem viuunt omnia. Quis tu? Tu domine deus meus verus & solus omnipotens, & æternus, & incomprehensibilis & immensus, qui semper viuis & nihil moritur in te, immortalis enim es, habitans æternitatem, mirabilis oculis angelorum, inenarrabilis, imperscrutabilis, & inominabilis, deus viuus & verus, terribilis & fortis, nesciens principium neq; finem, principium omnium atq; finis, qui es ante primordia seculorũ, & ante oẽs seculorũ origines. Tu es deus meus, & dominus omnium bonorum quæ creasti, & apud te omnium stabilium stant causæ, & omnium mutabilium apud te immutabiles stant & manent origines, & omniũ rationaliũ & irrationaliũ atq; tẽporalium sempiternæ viuunt rationes. Dic mihi supplici seruo tuo deus meus, dic misericors misero tuo, dic quæso per miserationes tuas, vnde hoc tale animal, nisi a te deus? An quisquã sese faciendi erit artifex? An aliunde quam a te trahitur esse & viuere? Nonne tu es summũ esse, a quo est omne esse? Quicquid.n. est, a te est, quia sine te nihil est. Nonne tu es fons vitæ, a quo fluit omnis vita? Quicquid.n. viuit, per te viuit, quia sine te nihil viuit: Tu ergo domine oĩa fecisti, quæro quis fecit me? tu domine fecisti me, sine quo factum est nihil. Tu factor meus, ego opus tuũ. Gratias tibi ago domine deus meus per quẽ viuo ego, & per quẽ omnia viuunt, quoniã fecisti me. Gratias tibi plasmator meus, quia manus tuę fecerunt me & plasmauerũt me. Gratias tibi lux mea, qm illuminasti me, & inueni te & me: vbi inueni me, ibi cognoui me: vbi inueni te, ibi cognoui te: vbi autẽ cognoui te, ibi illuminasti me. Gratias tibi lux mea quoniã illuminasti me. Quid est quod dixi, cognoui te? Nonne tu es deus incomprehensibilis & immensus, rex regũ & dominus dominantiũ, qui solus habes immortalitatem & lucem habitas inaccessibilem, quẽ nullus hominum vidit, sed nec videre potest? Nõne tu es deus absconditus & imperscrutabilis maiestatis, solus tuiipsius maximus cognitor & mirabilis * contemplator? Quis enim cognouit quod nunquã vidit: Dixisti enim in veritate tua, Non videbit me homo & viuet. Dixit & pręco tuus per veritatem tuam, Deum nemo vidit vnquã. Quis ergo cognouit quod nunquam vidit? Dixit etiam veritas tua, Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius. Sola trinitas tua soli sibi integre nota est, quæ exuperat omnẽ sensum. Quid est ergo quod dixi, homo vanitati similis quia cognoui te? Tu quippe solus deus omnipotens, superlaudabilis, & superglorioſus, & superexaltatus, & altissimus, & supereſſentialis in sanctissimis & diuinissimis eloquijs nominaris, quoniam super omnẽ essentiam intelligibilẽ siue intellectualẽ atq; sensibilẽ, & super omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro supereſſentialiter, superintelligibiliter esse dignosceris: quoniam supereſſentiali & occulta diuinitate, super omnem rationẽ, intellectum & essentiã inaccessibiliter & imperscrutabiliter habitas in teipso, vbi lux inaccessibilis, & lumen imperscrutabile, & incomprehensibile & inenarrabile, ad quod non attingit aliquod lumen, quoniã incõtemplabile & inuisibile & super rationale & superintelligibile & superinaccessibile & superincommutabile & superincomunicabile creditur, quod nullus vnquã angelorũ vel hominum vidit, sed nec videre potest. Hoc est cœlum tuum domine, cœlum zelans superarcanũ, superintelligibile, superrationale, & supereſſentiale lumen, de quo dicitur, Cœlum cœli domino. Cœlũ cœli cui terra est omne cœlũ, quia supermirabiliter exaltatum est super omne cœlum, ad quod etiam terra est ipsum cœlum empyreũ, hoc enim est cœlum cœli domino, quia nulli notum nisi domino: Ad quod nemo ascẽdit nisi qui de cœlo descendit, quia nemo nouit patrem, nisi filius & eorum spiritus, & nemo nouit filium nisi pater & eorum spiritus. Soli quidem tibi trinitas integre nota es, trinitas sancta, trinitas supermirabilis, & superinerrabilis, & superinscrutabilis, & superinaccessibilis, superincomprehensibilis, superintelligibilis, supereſſentialis, supereſſentialiter exuperans omnem sensum, omnem rationem, omnem intellectum, omnem intelligentiam, omnem essentiam supercœlestium animorum, quam neque dicere, neque cogitare, neque intelligere, neque cognoscere possibile est, & oculis angelorum. Vnde ergo cognoui te dñe deus altissime super oẽm terram, super omne

Iob. 1
Psal. 118.
1. Tim. 6.
Esa. 45.
* alias inuisibilis.
Exo. 33.
Ioan. 1.
Mat. 11.
Dan. 3.
Psal. 113.

cœlum,quẽ neq; Cherubin perfecte cognoſcunt,neq; Seraphin, ſed alis contẽplationum ſuarum velatur facies ſedenti ſuper ſolium excelſum & eleuatum, clamantes & dicentes, Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria tua: expirauit Propheta & dixit, Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum,& expauit cor meum,& dixit, Væ mihi, quia non tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum,ſed dixi, cognoui te. Veruntamen domine væ tacentibus de te, qm̃ loquaces muti fiunt ſine te. Et ego domine deus meus non tacebo, quoniam fecisti & illuminaſti me,& inueni te, & cognoui te, quoniã illuminaſti me. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui te non ſicut tibi es, ſed cognoui te ſicut mihi es,& non ſine te,ſed in te,quia tu es lux quæ illuminaſti me. Sicut.n.tibi es,ſoli tibi cognitus es: ſicut mihi es,ſecundum gratiam tuam & mihi cognitus es. Sed quid mihi es? Dic mihi miſericors famulo tuo miſero, dic mihi per miſerationes tuas, quid mihi es? Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum. Noli abſcondere a me faciem tuã, ne moriar: ſine me loqui apud te miſericordiam tuam, me terram & cinerem, ſiue me loqui apud miſericordiam tuam, quoniam miſericordia tua magna eſt ſuper me. Loquar enim ad deum meum cum ſim puluis & cinis. Dic mihi ſupplici tuo, dic mihi miſericors miſero tuo, dic per miſerationes tuas, quod mihi es. Et intonaſti de ſuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei,& rupiſti ſurditatem meam, & audiui vocem tuam,& illuminaſti cæcitatem meã, & vidi lucem tuam, & cognoui quoniam deus meus es tu. Propterea dixi, quod cognoui te. Cognoui enim te, quoniam deus meus es tu. Cognoui te ſolum verum deum & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum. Erat enim tempus quando non cognoſcebam te, væ tempori illi quando non cognoſcebam te. Væ cæcitati illi quando non videbã te. Væ ſurditati illi quando nõ audiebam te. Cæcus & ſurdus, per formoſa quæ feciſti deformis irruebam,& mecum eras, & tecum non eram,& ea me tenebant longe a te, quæ non eſſent niſi in te. Illuminaſti me lux mundi, & vidi te,& amaui te. Nemo quippe te amat, niſi qui te videt: & nemo te videt, niſi qui te amat. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua & tam noua, ſero te amaui, væ tempori illi quando non amaui te. Gratias tibi ago lux mea quę illuminaſti me & cognoui te. Qualiter cognoui te? Cognoui te ſolum deum viuum & verum creatorem meum. Cognoui te creatorem cœli & terræ viſibilium omnium & inuiſibilium, deũ verum omnipotentem, immortalem & inuiſibilem, incircunſcriptum, interminabilem, æternum, inacceſsibilem, incomprehenſibilem, imperſcrutabilem, incommutabilem, immenſum, infinitum, principium oĩum viſibilium & inuiſibilium creaturarum, per quem omnia facta ſunt, per quem cuncta ſubſiſtunt elementa. Cuius maieſtas ſicut principium nunquã habuit, ſic nec deſinet in æternum. Cognoui te vnum verum deum æternum patrem & filium & ſpiritum ſanctum, tres quidem perſonas, ſed vnam eſſentiam, omnino ſimplicem indiuiſamq; naturam. Et patrem a nullo, filium a patre ſolo,& ſpiritum ſanctum pariter ab vtroq;, abſq; initio, ſemper & ſine fine deum trinum & vnum ſolum & verum deum omnipotentem, vnum vniuerſorum principium, creatorem omnium viſibilium & inuiſibilium ſpiritualium & temporalium, qui tua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtranq; de nihilo condidiſti creaturam ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quaſi cõmunem ex corpore & ſpiritu conſtitutam. Cognoui te & confiteor te deum patrem ingenitum, te filium a patre genitũ, te ſpiritũ ſanctum paracletum, neq; genitum, neq; ingenitum, ſanctã & indiuiduam trinitatẽ in tribus coæqualibus perſonis conſubſtantialibus & coæternis, trinitatẽ in vnitate, & vnitatem in trinitate, corde credens ad iuſtitiam, & ore confitens ad ſalutem: cognoui te verũ deũ & dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ dei vnigenitũ, creatorẽ, ſaluatorẽ, & redemptorẽ meũ & totius humani generis, quem confiteor ex patre genitum ante ſecula, deum de deo, lumen de lumine, deum verũ de deo vero, non factũ, ſed genitum, conſubſtantialẽ & coæternũ patri, & ſpiritui ſancto, per quẽ omnia facta ſunt a principio, firmiter credens, & veraciter confitens te deũ vnigenitũ Ieſum Chriſtũ, propter ſalutẽ hominũ a tota trinitate cõiter incarnatum, & ex Maria perpetua virgine ſpiritu ſancti cooperatione conceptũ, verũ hominẽ factũ ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtentẽ. Qui cum ſecundum diuinitatẽ vnigenitus dei impaſſibilis ſiſ

Eſa. 6.

Pſal. 34.

Genè. 18.

Confeſsio veræ fidei. Ca. 32.

Rom. 10.

253

170 I
sis pariter & immortalis, propter nimiam dilectionẽ tuã qua dilexiſti nos, idem ipſe dei filius ſecundũ humanitatẽ factus eſt paſsibilis & mortalis. Qui propter ſalutem humani generis vnice fili dei in ligno crucis pati dignatus es paſsionem & mortẽ, vt nos a morte perpetua liberares, atq; ad inferos vbi ſedebant in tenebris patres noſtri, author luminis deſcendiſti, & die tertia glorioſus victor ab inferis ad ſuperos resurrexiſti, reſumens ſacrũ corpus, quod pro peccatis noſtris mortuum iacuerat in ſepulchro & viuificans ſecundũ ſcripturas die tertia, vt ipſum in patris dextera collocares. Aſſumpta nãq; tecum ex inferis captiuitate, quã captiuauerat antiquus hoſtis humani generis inimicus, verus dei filius cum noſtræ carnis ſubſtantia, id eſt, cũ anima & carne humana ex virgine glorioſa aſſumpta, ſuper oẽs cœlos aſcendiſti, tranſcendens oẽs ordines angelorum, vbi ſedes ad dexterã dei patris, vbi eſt fons vitæ, & lumen inacceſsibile, & pax dei quæ exuperat oẽm ſenſum. Ibi te deum verum & hominẽ Ieſum Chriſtũ adoramus & credimus, confitentes te patrẽ habere deũ, indeq; venturum iudicem in fine ſeculi expectamus, vt iudices viuos & mortuos, & reddas omnibus, bonis & malis ſecundũ opera ſua, quæ operati ſunt in hac vita, vel premiũ
170 K
vel ſuppliciũ, prout vnuſquiſq; dignus fuerit requie vel ærumna. Reſurgent.n.in illa die a voce virtutis tuæ omnes homines, quotquot humanã animã acceperunt in carne ſua quam hic habuerunt, vt totus homo pro meritis, vel gloriã ſuſcipiat vel gehennam. Tu es ipſa vita & reſurrectio noſtra quẽ ſaluatorẽ expectamus dominũ Ieſum Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Cognoui te deũ & vnũ ſpiritũ ſanctũ patris & filij, ab vtroq; pariter procedentẽ, conſubſtantialẽ & coæternũ patri & filio, paracletũ & aduocatũ noſtrũ, qui ſuper eundẽ deũ & dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum in colũbæ ſpecie deſcendiſti, & ſuper Apoſtolos in linguis igneis apparuiſti. Qui & omnes ſctos & electos dei a principio tuo gratiæ munere docuiſti, & ora prophetarum, vt enarrarent mirabilia regni dei aperuiſti, qui ab oĩbus ſanctis dei cũ patre & filio ſimul adoraris & glorificaris. Inter quos & ego filius ancillæ tuæ toto corde meo glorifico nomen tuum, qm̃ illuminaſti me. Tu.n.es vera lux, lumen veridicum, ignis dei, & magiſter ſpirituum, qui vnctione tua doces nos oẽm veritatẽ ſpiritus veritatis, ſine quo impoſsibile eſt placere deo, quoniã tuipſe deus es ex deo, & lux de luce procedens a patre luminum ineffabiliter, a ſuo filio domino noſtro Ieſu Chriſto, quibus conſubſtantialis & coæ
170 L
qualis & coæternus exiſtens, in vnius trinitatis eſſentia ſupereſſentialiter congloriaris & conregnas. Cognoui te vnum deũ viuum & verum patrẽ, & filiũ, & ſpiritũ ſanctum, trinum quidẽ in perſonis, ſed vnum in eſſentia, quẽ confiteor, adoro & glorifico toto corde meo verum deũ, ſolũ ſanctũ, immortalem, inuiſibilẽ, incommutabilem, inacceſsibilem, imperſcrutabilem, vnum lumẽ, vnũ ſolẽ, vnum panẽ, vnam vitam, vnum bonũ, vnũ principiũ, vnũ finem, vnum creatorem cœli & terræ, per quẽ omnia viuunt, per quem omnia ſubſiſtunt, per quẽ omnia gubernantur, reguntur, & viuificantur quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris, & quæ ſub terra, præter quem nõ eſt deus in cœlo & in terra. Sic cognoui te domine deus, cognitor meus, ſic cognoui te. Cognoui te per fidem tuam quã inſpiraſti mihi, lux mea, lumen oculorum meorum domine deus meus ſpes omnium finium terræ, gaudiũ lætificans iuuentutem meam, & bonum ſuſtentans ſenectutem meam. In te.n. domine iubilant omnia oſſa
170 A
mea dicentia, Domine quis ſimilis tibi? Quis ſimilis tibi in dijs domine, non quem fecit manus hominum, ſed qui feciſti manus hominum. Simulacra gentium argentum & aurum opera manuũ hominũ. Non ſic operator hominum. Oẽs dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit, dominus ipſe eſt Deus. Dij qui non feceruut cœlum & terrã, pereant de cœlo & de terra: deum qui creauit cœlũ & terram, cœli & terra benedicant. Quis ſimilis tibi eſſet in dijs dumine, quis ſimilis tibi, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia? Sero te cognoui lumen verum, ſero te cognoui. Erat autem nubes magna & tenebroſa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non poſſem ſolem iuſtitiæ & lumen veritatis: inuoluebar in tenebris filius tenebrarum, tenebras meas amabam, quia lumen non cognoſcebam. Cæcus eram, & cæcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit, vbi eram homo cæcus ſedens in tenebris & vmbra mortis? Quis accepit

Phil. 3.

Mat. 3. Acto. 2.

Pſal. 85.

Pſal. 133.

Pſal. 95.

Hie. 10.

Pſal. 85.

De confeſsione pro priæ viilitatis.

Cap. 33.

manum meā vt inde me educeret? Quis est illuminator meus? Non-n quærebā eū,& ipse quæsiuit me: non vocabā eum,& ipse vocauit me. Quis est illæ? Tu es domine deus meus misericors & miserator, pater misericordiarum, & deus totius consolationis: Tu sanctæ domine deus meus, quem confiteor toto corde meo gratias agens nomini tuo. Non te quærebam, tu me quęsiuisti: non te inuocabam, tu me vocasti. Vocasti enim me nomine tuo, intonasti desuper voce grandi in interiorem aurē cordis mei. Fiat lux, & facta est lux; & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ opertuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam: & dixi. Vere domine tu es deus meus qui eduxisti me de tenebris & vmbra mortis & vocasti me in admirabilem lumen tuum, & ecce video. Gratia tibi illuminator meus. Et conuersus sum & vidi tenebras in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua iacueram, & contremui, & expaui, & dixi. Væ væ tenebris meis in quibus ra cui. Væ væ cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cœli. Væ væ præteritæ ignorantiæ meæ, quando non cognoscebam te domine. Gratias tibi ago illuminator & liberator meus, quoniam illuminasti me & cognoui te. Sero cognoui te veritas antiqua, sero te cognoui veritas æterna. Tu eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te, quia illuminari non poteram sine te, & non est lux extra te. Sanctæ sanctorum Deus inestimabilis maiestatis, deus deorum & dominus dominorum mirabilis, inenarrabilis, inexcogitabilis, quem contremiscunt in cœlo angelicæ potestates, quem adorant omnes dominationes & throni, & omnes virtutes pauent a conspectu tuo, cuius potentiæ & sapientiæ non est numerus, qui fundasti mundum super nihilum, & mare colligasti in aere quasi in vtre, omnipotentissime, sanctissimæ, fortissime deus spirituum vniuersæ carnis, a cuius conspectu fugit cœlum & terra, ad cuius nutum omnia se subiiciunt elementa, te adorent & glorificent omnes creaturæ tuæ. Et ego filius ancille tuæ per fidem tuam flecto cerucem cordis mei sub pedibus maiestatis tuæ, gratias agens quoniam dignatus es per tuam misericordiam illuminare me. Lumen verum, lumen sanctum, lumen delectabile, lumen admirabile, lumen superlaudabile, quod illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum, & etiam oculos angelorum. Ecce video, gratias ago. Ecce video lumen cœli, interlucet oculis meritis meæ radius desuper a facie luminis tui, & lætificat omnia ossa mea. O si perficeretur in me. Auge quæso, lumnis author, auge quæso quod interlucet in me. Dilatetur obsecro, dilatetur ex te. Quid est hoc quod sentio? quis est ignis qui calefacit cor meum? quæ est lux quæ irradiat cor meum? O ignis qui semper ardes, & nunquam extingueris, accende me. O lux quę semper luces & nunquā obfuscaris, illumina me. O vtinam ardeam ex te. Ignis sanctę quā dulciter ardes, quā secrete luces, quā desideranter aduris. Væ his qui non ardent ex te, væ illis, qui non illuminanter ex te. O lumen verdicum, illuminans omnem mundum, cuius lux implet mundum. Væ cæcis oculis qui te non vident. O sol illuminans cœlum & terram. Væ caligantibus oculis, qui te videre non possunt: væ auertentibus oculis, vt videant veritatem: væ non auertentibus, vt non videant vanitatē. Nequeunt enim oculi assueti tenebris summæ veritatis radios intueri, nec sciunt de lumine aliquid æstimare, quorum est in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant, de tenebris cūtes in tenebras nescunt vbi cerruant. Miseri qui nesciunt quid amittant, & miseriores vtique qui sciunt, quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & descendunt in infernū viuentes. O lux beatissima, quæ nisi a purgatissimis oculis videri potes. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Munda me mundās virtus, sana oculos meos, vt sanis oculis te contempler, quem non nisi sani oculi intuentur. Aufer quæso squamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis splendor inaccessibilis, vt te videre valeam irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo videam lumen. Gratias tibi ago lux mea, ecce video. Dilatetur obsecro visus meus domine ex te. Reuela oculos meos, vt considerem mirabilia de lege tua, qui es mirabilis in sanctis tuis. Gratias tibi ago lumen meum, ecce video, sed per speculum in ænigmate: sed quando facie ad faciē? Quando veniet dies lætitiæ & exultationis, in qua ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vsq; ad domū dei, vt videā videntē me facie ad faciē, & satietur desiderium meū?

Genè. 1.

Cōsideratio diuinę maiestatis Cap. 34.

Ioan. 1.

Mat. 5.

1. Cor. 13.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad te deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem tuam? O fons vitæ vena aquarum viuentium quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ? De terra deserta inuia & maquosa, vt videam virtutem tuam & gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordię tuæ sitim meam? Sitio domine, fons vitæ, satia me, sitio domine: sitio te deum viuum. O quando veniam & apparebo domine ante faciem tuam? Putāsne videbo diem illam, diem, inquam, iocunditatis & lętitiæ, diem quam fecit dominus, vt exultemus & lætemur in ea? O dies præclara & pulchra, nesciens vesperum, non habens occasum, in qua audiam vocem laudis, vocem exultationis & confessionis in qua audiam, Intra in gaudium domini tui, intra in gaudium sempiternum, in domum domini dei tui, vbi sunt magna & inscrutabilia & mirabilia quorum non est numerus. Intra in gadium sine tristitia, quod continet æternam lætitiam, vbi erit omne bonum, & non erit aliquod malum: vbi erit quicquid voles, & non erit quicquid noles: vbi erit vita vitalis, dulcis & amabilis, semperq; memorialis: vbi non erit hostis impugnans, nec vlla illecebra, sed summa & certa securitas, secura tranquillitas, & tranquilla iocunditas, iocunda fœlicitas, fœlix ęternitas, æterna heatitudo, & beata trinitas, & trinitas vnitas, & vnitatis deitas, & deitatis beata visio, quæ est gaudium domini dei tui. O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium, quando intrabo in te, vt videam deum meum qui habitat in te? Ibi & videbo visionem hanc grandem. Quid est quod me detinet? Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: heu me quandiu dicetur mihi, Vbi est deus tuus? quandiu dicetur mihi, expecta, reexpecta? Et nunc quæ est expectatio mea? Nonne domine deus meus? Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Expectamus dominum quando reuertatur à nuptiis, vt inducat nos ad suas nuptias. Veni domine & noli tardare. Veni domine Iesu Christe, veni visita nos in pace, veni & educ vinctos de carcere, vt lætemur coràm te corde perfecto. Veni saluator noster, veni desideratus cunctis gentibus, ostende faciem tuam & salui erimus. Veni lux mea redemptor meus, educ de carcere animam meam ad confitendum nomini sancto tuo. Quandiu miser iactabor in fructibus mortalitatis meę, clamans ad te domine, & non exaudis? Audi clamantem domine de hoc mari magno, & adhuc me ad portum fœlicitatis ęternæ qui de periculo maris huius educti ad te deum portum tutissimum peruenire meruere. O vere fœlicitas qui de pelago ad littus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium peruenerunt, optata iam quiete beati, qui brauium illud perpetuæ gloriæ quod hic per multas tribulationes quæsierunt, iam fœlici iocunditate adepti, lætantur in perpetuum. O vere beati, o terq; quaterq; beati, qui iam omnium malorum exuti, securi de sua immarcesibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerunt. O æternum regnum, regnum omnium seculorum, vbi lumen indeficiens, & pax dei quæ exuperat omnem sensum, in quo sanctorum animæ requiescunt, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. O quàm glorioſum est regnum in quo tecum domine regnāt omnes sancti, amicti lumine sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide precioso. O regnum beatitudinis sempiternæ, vbi tu domine spes sanctorum & diadema glorię, facie ad faciem videris a sanctis, lætificans eos vndique in pace tua quæ exuperat omnem sensum. Ibi gaudium infinitum, lætitia sine tristitia, salus sine dolore, uia sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo: vbi iuuentus nunquam senescit, vbi vita terminum nescit, vbi decor nunquam palescit, vbi amor nunquam tepescit, vbi sanitas nunquam marcescit, vbi gaudium nunquam decrescit, vbi dolor nunquam sentitur, vbi gemitus nunquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi lætitia semper habetur, vbi malū nullū timetur, quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciē dñi virtutum. Fœlices igitur qui de naufraga vita præsenti ad tanta gaudia iam peruenire meruerūt. Infœlices heu nos & miseri, qui per huius maris magni fluctus procellosasque uoragines nauem trahimus, ignorantes an ad portum salutis perueni-

Psal. 41. De desiderio & siti animæ in deum. Cap. 35.

Psal. 119.

Phil. 3.

Psal. 141.

Phil. 4.

Psal. 26.

re valeamus,infœlices,inquam,quorum est vita in exilio,via in periculo,finis in dubio,nescientes finem nostrum,quia omnia in futurum reseruantur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus versamur suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secura,a longe te videmus. Ab hoc mari te salutamus,ab hac valle ad te suspiramus,& nitimur cum lacrymis siquo modo ad te perueniamus. Spes humani generis Christe deus de deo,refugium nostrum & virtus,cuius lumen a longe inter caligines nebulas super maris procellas,quasi stellæ maris radius oculos nostros irradiat, vt dirigamur ad portum. Guberna domine nauem nostrā tua dextera,clauo crucis tuæ,ne pereamus in fluctibus,ne nos demergat tēpestas aquæ,ne absorbeat nos profundum,sed virtute crucis tuæ trahe nos ab hoc pelago ad te solamen vnicum nostrum,quem a longe quasi stellam matutinam & solem iustitiæ vix lachrymātibus oculis in litore cœlestis patriæ nos expectantē videmus. En ad te clamamus redempti tui,sed & nūc exules tui,quos precioso sanguine redemisti. Exaudi nos deus salutaris noster,spes omnium finium terræ,& in mari longe. In mari turbulento veremur,tu in littore stans aspicis pericula nostra,saluos nos fac propter nomē tuum. Da nobis domine inter Scyllam & Charybdim ita tenere medium,vt vtroq; periculo euitato salua naue & mercibus securi perueniamus ad portum. Cum ergo peruenerimus ad te sapientię fontem,ad te lumen indeficiens, ad te lucem inextinguibilem, vtiam per speculum in ænigmate,sed facie ad faciem videamus, tunc satiabitur in bonis desiderium nostrum,quia nihil erit exterius quod desideretur nisi tu domine summum bonum,qui eris præmium beatorum, & diadema decoris eorum, & lętitia sempiterna super capita eorum,pacifica eos intus & extra in pace tua,quæ exuperat omnem sensum. Ibi videbimus,amabimus,& laudabimus. Videbimus in lumine tuo lumen tuum,quoniā apud te est fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lumen. Qualē autem lumen? Lumen immensum,lumen incorporeū, incorruptibile, incomprehensibile,lumen indeficiens,lumen inextinguibile, lumen inaccessibile, lumen increatum,lumen veridicum,lumen diuinum quod illuminat oculos angelorum,quod lærificat iuuentutem sanctorum,quod est lumē luminum & fons vitæ, quod es tu domine deus meus Tu es quippe lumen, in cuius lumine videbimus lumen te,si in te,in splendore vultus tui,quando te videbimus facie ad faciem. Quid est videre facie ad faciem,nisi quod ait Apostolus,cognoscere sicut & cognitus sum, cognoscere veritatem tuam & gloriam tuam,hoc est cognoscere faciem tuam? Cognoscere patris potentiam,filij sapientiam,spiritussancti clementiam,ipsius summę trinitatis vnam & indiuiduam essentiam. Videre.n.faciem dei viui,hoc est summum bonum,gaudium angelorum,atq; oium sanctorum, præmium vitæ æternæ, gloria spirituum,lætitia sempiterna,corona decoris,brauium fœlicitatis, requies opulenta,pulchritudo pacis,intimum,& externum gaudium,paradisus dei Hierusalem cœlestis,vita beata,plenitudo beatitudinis,gaudium æternitatis,pax dei, quæ exuperat omnem sensum. Hæc est plena beatitudo,& tota glorificatio hominis,videre faciem dei sui,videre eum qui fecit cœlum & terram,videre eū qui fecit eum, qui saluauit eum,& qui glorificauit eum. Videbit eum cognoscendo,amabit diligendo,laudabit possidendo. Ipse enim erit hęreditas populi sui,populi sanctorum, populi quē redemit. Ipse possessio fœlicitatis eorum,ipse præmium & merces expectationis. Ero inquit,merces tua magna nimis: magnum.n magna decēt. Vere domine deus meus magnus es tu nimis super omnes deos,& merces tua magna nimis. Neq; n.magnus es tu & parua merces tua: sed vt magnus es tu,ita magna merces tua, quoniam non aliud es tu,& aliud merces tua. Sed tuipse magnus nimis, tuipse merces magna nimis,tuipse coronator es & corona,tuipse promissor es,& promissio, tu remunerator & munus,tu prēmiator & præmium fœlicitatis ęternæ. Tu ergo coronator es,& corona deus meus,& diadema spei meæ,quæ ornata est gloria,lumen lætificans, lux renouans,decor adornans,spes mea magna,desiderium cordis sanctorum, & desideratus eorum. Visio ergo tua tota merces est,totum prēmium, & totum gaudium quod quod expectamus. Hæc est enim vita æterna,hæc est,inquam,sapientia tua. Hæc est vita æterna,vt cognoscamus te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christū. Cum igitur videbimus te solum deum,deum verum,deum viuum omnipotentem, simplicem

Pſal. 64.

De gloria cœlestis patriç. Ca. 36.

Phil. 4. Pſal. 35.

1. Cor. 3.

Phili. 4.

Gene. 15.

Ioan. 17.

simplicem,inuisibilem,incircumscriptibilem,incōprehensibilē,& filiū tuū vnigenitum consubstantialē,& coæternū tibi dominum nostrū Iesum Christū,quem pro salute nostra misisti in mundū in virtute spiritussancti,trinū in personis, & vnum in essentia,deū sanctū solum,extra quē non est deus,tunc habebimus quod nunc quærimus,vitā æternam,gloriam sempiternam,quā præparasti diligentibus te, quā abscondisti timentibus te,quā daturus es quærentibus te,quærentibus faciē tuā semper. Et tu dñe deus meus,formator meus ex vtero matris meæ, quæ me recōmendauit manui tuæ,non me permittas amplius ex vno distrahi mihi in multa,sed collige me de exterioribus ad me,de me ad te,vt dicat tibi semper cor meum. Exquisiuit te facies mea,faciem tuā domine requirā,faciē domini virtutū,in qua sola consistit tota gloria sempiterna beatorum,quā quidē videre vita æterna est, & gloria sempiterna sanctorū. Lætetur ergo cor meū vt timeat nomē tuū,lætetur cor quærentiū dominum,sed multo magis cor inuenientiū. Si.n.lætitia est in quęrendo,qualis letitia est in inueniendo? Quæram ergo semper ardenter & indefinenter faciem tuam, siquando tandem aperiatur mihi ostiū & porta iustitiæ,vt intrem in gaudium domini mei, Hæc porta domini,iusti ingredientur per eā. O tres coæquales & coęternæ personæ, deus vnus & verus,pater & filius & spiritussanctus, qui solus habitas æternitatem & lucem inaccessibilē. Qui fundasti terram in potentia tua, & regis orbē terræ prudentia tua. Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus sabaoth, terribilis & fortis, iustus & misericors,admirabilis,laudabilis,amabilis. Vnus deus, tres personæ: vna essentia, potentia,sapientia,bonitas: vna & indiuisa trinitas. Aperi mihi clamanti portas iustitiæ,& ingressus in eas confitebor tibi domino. En ad ostium tuū summæ pater familias,mendicus pulso. Iube aperiri pulsanti,qui dixisti,Pulsate,& aperietur vobis. Pulsat enim ad ostium tuū pater misericordissime,desideria rugientium præcordiorum meorum,& clamores lacrymarū oculorū meorum. Ante te est omne desideriū meū, & gemitus meus a te non est absconditus. Et tu domine,non auertas faciem tuā amplius a me,nec declines in ira a seruo. Pater misericordiarum audi eiulatum pupilli tui,& porrige manū tuā optimā adiutricē vt retrahat me de profundis aquarum, & de lacu miseriæ,& de luto fæcis,ne peream vidente misericordia oculorum tuorum, aspiciente clementia viscerū tuorū,sed euadā ad te dominū deū meū, vt videā diuitias regni tui,& intuear faciē tuam semper,& laudē dicā nomini tuo sancto dñe, qui facis mirabilia,qui cor meū lætū facis memoria tua,qui illuminas iuuentutē meam, ne despicias senectutē meā,sed iubilare facias ossā mea,& reuiuiscere facias vt aquilæ canos meos. Omnis gloria,omnis laus,omnis virtus,ois potentia,ois magnificentia,ois beatitudo,ois clemētia,sit deo patri & filio & spiritusancto. Amen.

Soliquiorum finis.

Pſal. 26.

Oratio ad sanctā trinitatem. Ca. 37.

Matt. 7.

Pſal. 37.

Pſal. 26.

Pſal. 39.

MANVALE PRAEFATIO.

OVoniam in medio laqueorum positi sumus, facile a cœlesti desiderio frigescimus. Quapp assiduo indigemus munimento vt expergefacti ad deū nostrū verū & summū bonū cū defluimus,recurramus. Idcirco non p̄sumptionis temeritate, sed magna dei mei dilectione huic opusculo ad laudē eius operā dedi, vt ex elegantioribus dictis sctorū patrū breue & manuale verbū de deo meo mecū semp haberē, ex cuius lectionis igne quoties tepesco in eius accēdar amorē. Nūc adesto mihi deus meus quē quero, quē diligo,quā corde & ore,& qua valeo virtute laudo atq; adoro. Mēs mea deuota tibi,tuo amore succēsa, tibi suspirans,tibi inhiās,te solū videre desiderās,nihil habet dulce,nisi de te loqui,de te audire,de te scribere,de te conferre,tuā gloriā frequenter sub corde reuoluere, vt tua suauis memoria sit inter hos turbines aliqua repausatio mea. Te ergo inuoco desi

ſeratiſsime,ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Et cum te inuoco,vtiã te in meipſo inuoco,quoniam oino non eſſem niſi tu eſſes in me: & niſi ego eſſem in te,non eſſes in me. In me es,qm̃ in memoria mea manes,ex ea cognoui te,& in ea inuenio te,cum reminiſcor tui,& delector in te de te,ex quo oia, per quẽ oia, & in quo omnia. Tu domine cœlum & terrã imples,oia portans ſine onere, omnia implens ſine incluſione. ſemper agens, ſemper quietus, colligẽs & nõ egens, quærens cũ nihil deſit tibi, amãs nec æſtuans, zelans & ſecurus es, pœnitet te & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, ſed non mutas conſiliũ, recipis, qd̃ inuenis & nunquam amiſiſti: nunquã inops, & gaudes lucris, nunquã auarus, & vſuras exigis, ſupererogas cui nõ debes, vel ſemper ſupererogatur tibi vt debeas & quis habet quicquã nõ tuum? Reddis debita nulli debẽs, donas debita nihil perdens. Qui vbiq; es & vbique totus, qui ſentiri potes & videri non potes, qui nuſquã dees, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe es, qui nec ibi dees vbi longe es: quia vbi non es, per gratiam, ades per vindictã. Qui vbiq; præſens es, & vix inueniri potes: quẽ ſtantẽ ſequimur, & apprehendere non valemus. Qui tenes omnia, imples oia, circumplecteris oia, ſuperexcedis oia, ſuſtines oia, qui corda fideliũ doces ſine ſtrepitu verborũ: qui locis non diſtenderis, nec temporibus variaris, nec habes acceſſus & receſſus. Qui habitas lucem inacceſsibilem, quẽ nullus horum vidit, nec videre poteſt. In te manens quietus, vbiq; circũis totũ: non. n. ſcindi & diuidi potes, quia vere vnus es: nec partes efficieris, ſed totus totum tenes, totum imples, totum illuſtras & poſsides. Si totũ mundum libri repleant, tua ſcientia inerrabilis non poteſt enarrari. Quoniã vero indicibilis es, nullo modo ſcribi poteris nec concludi. Tu es fons lucis diuinę, & ſol claritatis æternæ. Magnus es ſine quãtitate, & ideo immenſus: bonus ſine qualitate, & ideo vere & ſumme bonus, & nemo bonus, niſi tu ſolus, cuius voluntas opus eſt, cuius velle poſſe eſt, qui omnia quæ ex nihilo creaſti, ſola voluntate feciſti. Qui omnem creaturã tuam abſq; indigentia aliqua poſsides, & ſine labore gubernas, & abſq; tedio regis, & nihil eſt quod conturbet ordinem imperij tui, vel in ſummis, vel in imis. Qui in oibus locis ſine loco haberis, & oia continẽs ſine ambitu, & vbiq; præſens es ſine ſitu & motu. Qui nec mali author es, qd̃ facere nõ potes: qui nihil nõ potes, nec vnquã quicquã te feciſſe pœnituit. Cuius bonitate facti ſumus: & iuſtitia pænas luimus, & clemẽtia liberamur. Cuius oipotẽtia omnia gubernat regit & implet quæ creauit. Nec ideo te implere oia dicimus vt te cõtineat, ſed ipſa potius a te continentur, nec particulatim imples oia. Nec vllatenus ita putandũ eſt vnaquæq; res pro magnitudine ſuæ portionis capiat te, i. maxima maius, minima minus, cũ ſis potius ipſe totus in oibus, & oia in te. Cuius oipotentia oia concludit, nec euadendi potentiã tuã quis aditũ inuenire poterit. Qui. n. te non habet placatũ, nequaquã euadet iratũ. Te igitur clemẽtiſsime deus inuoco in aiam meã, quã præparas ad capiendum te, ex deſiderio qd̃ inſpiras ei. Intra rogo in eã, & coapta eã tibi, vt poſsideas illã quã feciſti & refeciſti, vt habeã te velut ſignaculũ ſup cor meũ. Quæſo piiſsime inuocantẽ te nõ deſeras, quia priuſquã te inuocarẽ me vocaſti & quæliſti, vt ego ſeruus tuus te quærerẽ, quærendo inuenirẽ, & inuentũ amarem. Quęſiui & inueni te domine, amare deſidero. Auge deſiderĩ meũ, & da qd̃ peto: qm̃ ſi cũcta q̃ feciſti mihi dederis, non ſufficit ſeruo tuo, niſi teipſum dederis. Da ergo teipſum mihi deus meus, redde te mihi. En amo te, & ſi parũ eſt, amẽ validius. Tuo ergo amore teneor tuo deſiderio flagro, tua dulci memoria delector. Ecce dũ tibi mens mea ſuſpirat, & tuã ineffabilẽ pietatẽ meditatur, ipſa carnis ſarcina minus grauat, cogitationum tumultus ceſſat, pondus mortalitatis & miſeriarũ more ſolito non heberat, filet cũcta, tranquilla ſunt oia, cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, & totus ſpũs ex deſiderio viſionis tuæ accenſus, inuiſibiliũ amore rapi ſe videt. Aſſumat ſpũs meus pennas vt aquilę, volet & nõ deficiat, volet & perueniat vſq; ad decorem domus tuę, & ibi ſup menſam refectionis ciuiũ ſupernorũ paſcatur de occultis tuis in loco paſcuæ iuxta fluenta pleniſsima. Tu eſto exultatio noſtra, qui es ſpes noſtra, ſalus atq; redẽptio: tu eſto noſtrũ, qui es futurus prẽmiũ. Te ſemp quærat aia mea & tu preſta vt quærendo non deficiat. Væ miſeræ animę quę Chriſtum non quęrit nec amat, arida manet & miſera. Perdit quod viuit qui te deum non diligit: qui cu-

De mirabili eſſentia dei. Cap. 1.

1. Tim. 6.

De indicibili ſcientia dei. Cap. 2.

De deſiderio animę ſentientis deum. Cap 3.

Demiſeria animę quę Chriſtum nõ amat. Ca. 4.

172 I rat viuere non propter te domine, nihil eſt, & pro nihilo eſt. Qui tibi viuere recuſat mortuus eſt: qui tibi nõ ſapit, deſipit. Miſericordiſsime tibi me cõmendo, reddo & cõcedo, per quem ſum viuo & ſapio. In te confido, ſpero, & totam ſpem meam pono, per quem reſurgam, viuam & requieſcam. Te cupio, diligo & adoro, cum quo manebo, regnabo & beatus ero. Anima quæ te non quærit, nec diligit, mundum diligit, peccatis teruit & vitijs ſubiecta eſt, nunquam quieta, nunquã ſecura eſt. Famuletur tibi ſemper mens mea piiſsime, ſuſpiret tibi ſemper peregrinatio mea, ardeat in amore tuo cor meum, requieſcat in te deus meus anima mea, contempletur te in metis exceſſu, cantet laudes tuas in iubilatione, & hæc ſit in hoc exilio meo conſolatio mea. Confugiat mens mea ſub vmbra alarum tuarum ab ęſtibus cogitationum ſeculi huius. Repauſet in te cor meum, cor mare magnum tumẽs fluctibus. O diues omnium bonarum dapum ſupernæ ſatietatis, opulentiſsime largitor deus, da laſſo cibum, colligę diſperſum, libera captiuũ, & reintegra ſciſſum. En ſtat ad oſtiũ & pulſat. Obſecro per viſcera miſericordiæ tuæ, quibus viſitaſti nos oriens ex alto, iube pulſanti miſero aperiri, vt liberis greſsibus ingrediatur ad te, & requieſcat in te, & reficiatur de te pane cœleſti. Tu. n. es panis & fons vitæ, tu lumẽ claritatis æternæ, tu omnia ex quibus viuunt recti qui diligunt te. Deus lumen cordium te videntium, & vita animarum te amantium, & virtus cogitationũ te quærentium, da vt ſancto amori tuo inhæream. Veni, rogo, in cor meũ, & ab vbertate voluptatis tuæ inebria illud, vt obliuiſcar iſta temporalia. Pudet ac piget me talia pati, qualia mundus iſte agit. Triſte eſt mihi qnod video, graue eſt omne qd̃ de tranſitorijs audio. Adiuua me domine deus meus, & da lætitiam in corde meo, veni ad me vt videam te. Sed anguſta eſt mihi domus animæ tuæ, quouſq; venias ad eam, & dilatetur a te: ruinoſa eſt, refice eam. Habet plurima quę offendant oculos tuos, fateor & ſcio: ſed quis mundabit eã, aut cui alteri præter te clamabo, Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo? Fac me dulcis Chriſte bone Ieſu, fac me rogo amore & deſiderio tuo deponere onus carnalium deſideriorum, & terrenarum concupiſcentiarũ. Dominetur carni anima, animę ratio, rationi gratia tua, & tuæ me interius & exterius ſubde voluntati. Tribue mihi vt laudet te cor meum, & lingua mea, & omnia oſſa mea. Dilata mentem meam, & attolle intuitum cordis mei, vt vel rapida cogitatione ſpũs meus attingat te æternam ſapientiã ſuper omnia manentẽ. Diſſolue me oro a vinculis, quibus conſtrictus teneor, vt relinquens omnia iſta, tibi feſtinẽ, tibi ſoli inhæream, tibi ſoli intendam. Fœlix anima quæ terreno reſoluta carcere libera cœlum petit, quę te dulciſsimũ dñm facie ad faciẽ cernit, quæ nullo metu mortis afficitur, ſed de incorruptione perpetuæ gloriæ lætatur. Tranquilla eſt & ſecura, iam non timet hoſtẽ nec mortẽ. Habet iã te piũ dñm, quem diu quęſiuit, ſemperq; amauit, hymnidicis ſociata choris, melliflua perpetuæ feſtiuitatis carmina ad laudẽ glorię tuæ, rex Chriſte bone Ieſu in ęternum concinit. Inebriatur. n. ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuę potas eam Fœlix ſocietas ſupernorum ciuium, & glorioſa ſolẽnitas omnium ad te redeuntium, ab huius noſtrę peregrinationis triſti labore ad amænitatẽ pulchritudinis, ad formoſitatem totius ſplendoris, atq; dignitatẽ totius elegantię, vbi te iugiter domine tui ciues cernunt. Nihil omnino quod conturbet mentem ibi dem auribus audire datur. Quæ cantica, quę organa, quæ cantilenæ, quæ melodiæ ibi ſine fine decantantur? Sonant ibi ſemper melliflua hymnorum organa, ſuauiſsima angelorum melodia, cantica canticorum mira, quę ad laudẽ & gloriam tuam a ſupernis ciuibus decãtantur. Amaritudo & omnis fellis aſperitas in regione tua locum non habent. Non. n. eſt ibi malus neq; malitia, non eſt aduerſarius & impugnãs, nec eſt vlla peccati illecebra, nulla eſt ibi indigentia, dedecus nullum, rixa nulla, nullum improperium, cauſatio nulla, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pęna, nulla dubietas, nulla violentia, nulla diſcordia, ſed ibi eſt pax ſumma, charitas plena, iubilatio & laus dei eterna, ſine fine ſecura requies, & gaudium ſemper in ſpiritu ſancto.

O quam fortunatus ero ſi audiuero iocundiſsimas ciuium tuorum cantilenas, carmina melliflua, laudes ſummę trinitati debito honore promentia. Sed & nimiũ fœlix, ſi ego ipſe meruero cantare canticum domino Ieſu xpo de dulcibus canticis ſiõ.

O vita vitalis, vita ſempiterna, & ſempiterne beata, vbi gaudium ſine mœrore

De deſiderio animę. Cap. 5.

Pſal. 18.

De fœlicitate animę a terreno carcere reſolutæ. Cap. 6.

Pſal. 35.

De gaudio paradiſi. Cap. 7.

requies sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore abundantia sine defectione, vita sine tremore, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate. Vbi omnia bona in charitate perfecta, vbi species & visio facie ad 173
faciem, vbi plena scientia in omnibus, & per omnia, vbi summa dei bonitas cernitur B
& lumen illuminans a sanctis glorificatur, vbi præsens maiestas dei conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuentium satiatur. Vident semper & videre desiderant, sine anxietate desiderant, & sine fastidio satiantur. Vbi verus sol iustitiæ, mira suæ pulchritudinis visione omnes reficit, & ita vniuersos cœlestis patriæ ciues illuminat, vt luceat ibi lumen videlicet illuminatū per diuinum lumen illuminans vltra oēm solis nostri splendorem, atq; cunctarum stellarum claritatem, immortalis adhærentes deitati, ac per hoc immortales & incorruptibiles facti, iuxta promissionem domini saluatoris, Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecum, vt videant claritatem meā, & oēs vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint. Regnum cœlorū, regnū fœliciſsimum, regnum carens mor te, & vacans fine, cui nulla tempora succedunt per æuum, vbi continuus sine nocte dies nescit habere tēpus, vbi victor miles donis ineffabilibus cumulatur, Nobile per petua caput amplectente corona. Vtinam remissa peccatorum mole me vltimū ser- C
uorum Christi iuberet diuina pietas hanc carnis sarcinam deponere, & in suæ ciui- 173
tatis gaudia æterna repausandus * transire, sanctissimis supernorum choris intéressem, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterem, præsentem dei vultū cernerem, nullo mortis metu tāgerer, de perpetuæ immortalitatis incorruptione securus gauderē, & scienti omnia coniunctus oēm ignorantię cęcitatem amitterē, terrena cuncta paruipenderē, conuallem lacrymarum istam intueri vel reminisci vlterius non dignarer, vbi vita laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritudine plena, vita domina maiorum, ancilla infernorum, quā humores tumidant, dolores exte nuant, ardores exiccant, aerea morbidant, esęq inflant, ieiunia macerant, ioci soluūt tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitiæ iactant, paupertas deiicit, iuuentus extollit senectus incuruat, infirmitas frangit, meror deprimit, diabolus insidiatur, mundus adulatur, caro delectatur, anima excæcatur totus homo conturbatur, & his tot & tantis malis mors furibunda succedit, vanisq; gaudiis ita finem imponit, vt cum esse desierint, nec fuisse putentur. Sed quas laudes, quasue D
gratiarum actiones vbi referre valeamus deus noster, qui nos etiam inter has tantas 173
mortalitatis nostrę ęrumnas non desinis consolari mira visitatione gratiæ tuę? Ecce me miserum multis mœroribus plenū, dū vitę meę finem timeo, dū peccata mea considero, dum iudicium tuū formido, dū mortis horā cogito, dū supplicia tartari horreo, dum opera mea qua districtione & discussione a te pensentur ignoro, dū quo fine illa clausurus sim penitus nescio, dumq; hæc & alia multa mecū sub corde retracto, consolaturus ades solita pietate domine deus, & inter has quærelas nimiosq; ploratus ac profunda cordis suspiria assumis mœstam & anxiam mentem sup alta iuga montium ad areolas vsq; aromatum, & collocas me in loco pascuæ secus riuulos dulcium aquarū, vbi præparas in conspectu meo mēsam multiplicis apparatus, quæ fatigatū spiritū repausęt & cor triste lętificet, qbus tandē refocillatus delitiis multa rum miseriarū mearū oblitus, & leuatus sup altititudinē terræ in te vera pace quie- 173
sco. Amo te deus meus, amo te, & magis atq; magis amare volo. Da mihi dñe deus me E
us speciosę præ filijs hoium, vt desiderē te, vt amē te, quantū volo & quātū debeo. Immēsus es, & sine mēsura debes amari, præsertim a nobis quos sic amasti, sic saluasti, pro quibus tāta ac talia fecisti. O amor q semp ardes & nunq extingueris, dulcis Chre, bone Iesu, charitas deus meus, accēde me toto igne tuo, amore tuo, dulcedine tua, dilectione tua, desiderio tuo, charitate tua, iocūditate & exultatione tua, pietate & suauitate tua, voluptate & cōcupiscentia tua, quæ sctā est & bona, quæ casta est & mūda, vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flāma tuę charitatis vaporatus, diligam te dominū meū dulcissimū & pulcherrimum ex toto corde meo, ex tota ania mea, ex totis viribus meis, & ex omni intētione mea, cum multa cordis cōtritione & lacrymarum fonte, cum multa reuerentia & tremore, habens te in corde, & in ore, & præ oculis meis semper & vbique, ita vt nullus in me adulterinis amoribus pateat

Ioan. 17.

De regno cœlorum. Ca. 8.

* alias repræsentandus.

Mœstā animam consolatur deus. Ca. 9.

De dulcedine diuini amoris. Ca. 10.

257

173 teat locus. Pulcherrime Iesu Christe rogo te per illam sacratissimam effusionē prę-
F cioſi sanguinis tui, quo redempti sumus, da mihi cordis contritionē & lacrymarum De prępa-
fontē, pręcipue dum preces & orationes tibi offero, dū tuę laudis tibi psalmodiam ratione no-
decanto, dū misterium nostræ redemptionis manifestum misericordiæ tuæ indiciū stræ redē-
recolo vel profero, dum sacris altarib. licet indignus assisto, cupiens tibi offerre il- ptionis.
lud mirabile & cœleste sacrificiū omni reuerentia & deuotione dignum, quod tu do Ca. 11.
mine deus meus sacerdos immaculate instituisti, & offerre præcepisti in commemo
rationem tuæ charitatis, mortis, ſ. & passionis, pro salute nostra, pro quotidiana no-
stræ fragilitatis reparatione. Confirmetur mens mea inter tanta mysteria dulcedi- Lucæ. 22.
ne præsentię tuæ, sentiat te sibi adesse, & lætetur coram te. Ignis qui semper luces,
amor qui semper ardes, dulcis Christe, bone Iesu, lumen æternū & indeficiens, pa-
nis vitæ qui nos reficis & in te non deficis, quotidie comederis, & semper integer ma-
nes, resplende mihi, accende me, illumina & sanctifica vas tuum, de malitia euacua,
imple de gratia, & plenum conserua, vt ad salutē an imę meæ manducem cibū car- De gaudio
nis tuæ, quatenus manducabo te, viuū de te, viuam per te, peruenia m ad te, & repau Ca. 12.
sem in te. O dulcedo amoris & amor dulcedinis, comedat te venter meus & nectare
173 tui amoris repleantur viscera mea, & eructet mens mea verbum bonum. Charitas
G deus meus, mel dulce, lac niueum, cibus es grandium, fac me crescere in te, vt sano
palato possis manducari a me. Tu es vita mea qua viuo, spes cui inhæreo, gloria quā
adipisci desidero. Tu mihi cor tene, mentem vrge, intellectū dirige, amorem erige,
animum suspende, & in superna fluenta os sitientis te spiritus trahe. Taceat quęso
tumultus carnis. Conticescāt phātasiæ terrarum, & aquarū aeris & politaceāt somnia & imaginariæ reuelationes, omnis lingua, omne signum, & quicquid transeundo fit. Sileat sibi & ipsa animā, & transeat se, non cogitando se, sed tu deus meus, quoniam tu es re uera tota spes & fiducia mea. Est enim in te deo meo & domino nostro Quod ver
ſeo Iesu Christo dulcissimo & benignissimo atq; clementissimo vniuscuiusque no bum inear
strum & portio, & sanguis, & caro. Vbi ergo portio mea regnat, ibi regnare me credo: natum sit
vbi sanguis me dominatur, ibi dominari me confido: vbi caro mea glorificatur, ibi causa spei
glorioſum me esse cognosco. Quāuis peccator sim, de hac tamen cōione gratiæ non nostræ.
diffido. Et si peccata mea prohibent, substantia mea requirit: & si delicta propria me Ca. 13.
excludunt, naturæ cōio non repellit. Non enim tam inimicus est dominus, vt non Philip. 2.
ligat carnem suam, membra sua, & viscera sua. Desperare vtiq; potuissem propter ni Coloss. 2.
mia peccata mea & vitia, culpas & infinitas negligentias meas quas egi & quotidie Roma. 8.
indesinenter ago corde, ore, & opere, & oībus modis, quibus humana fragilitas pec-
173 care pōt, nisi verbū tuum deus meus caro fieret & habitaret in nobis. Sed desperare
H iā nū audeo, qm̄ subditus ille tibi vsq; ad mortē, mortē aūt crucis, tulit chirographū
nostrum, & affligens illud cruci, peccatū crucifixit & mortem. In ipso aūt securius
respiro qui sedet ad dexterā tuā, & interpellat pro nobis. In ipso confisus ad te peruenire desidero, in quo iam resurreximus & reuiximus, iam in cœlum conscendimus
& in cœlestibus considemus. Tibi laus, tibi gloria, tibi honor, tibi gratiarum actio.
Piissime domine qui sic nos amasti & saluasti, sic viuificasti & sublimasti, piissime
dñe, quā dulcis est memoria tua, quāto magis in te meditor, tanto es mihi dulcior & Dulcis de
amarior. Idcirco delectant me valde bona tua puro mentis iutuitu & dulcissimo pij deo medi-
amoris affectu, in loco peregrinationis meæ iuxta modulū meū, interim quamdiu tatio.
his fragilibus subsisto mēbris, mirā tuam dilectionē & pulchritudinem indesiēnter Ca. 64.
cupio desiderare & considerare. Tuę. n. charitatis iaculo vulneratus sum, tuo vehe-
ment er desiderio flagro, ad te peruenire cupio, te videre desidero. Idcirco super custo
173 diam meā stabo, & vigilantibus oculis psallam spiritu, psallā & mente, & totis viri-
I bus meis te factorem & refectorē meū collaudabo, polum penetrabo mente, & desiderio tecum vero, vt in præsenti quidē miseria solo corpore tenear, tecū aūt cogitatione & auiditate atq; omni desiderio sim semper, quatenus ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis, incomparabilis, multūque amabilis. Sed ecce deus meus piissime ac misericordissime, dum tuæ immensæ bonitatis & pietatis gloriam considerare volo, cor meum nō sufficit: excedit enim omnem sensum humanæ mentis tuū decus, tua pulchritudo, tua virtus, tua gloria, tua magnificentia, tua maie-

stas, & tua charitas: sicut inestimabilis est tuæ glorię splendor, ita ineffabilis est
æternæ tuæ charitatis benignitas, qua illos quos de nihilo creasti adoptas in filios,
Quod desiderandæ sint tribulationes p Christo. Cap. 15. & tibi coniungis. O anima mea si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tẽpore tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari: nonne dignũ esset pati oẽ quod triste est, vt tanti boni, tantæq; gloriæ participes haberemur? Insidientur ergo dæmones, parent suas tentationes, frangant corpus ieiunia, præmant carnem vestimenta, labores, grauent, vigiliæ exic-
cent, clamet in me iste, inquietet me ille vel ille, frigus incuruet, conscia murmuret,
calor vrat, caput doleat, pectus ardeat, infletur stomachus, pallescat vultus, infirme-
tur totum corpus, deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitib. ingrediatur pu
Psal. 30. tredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiscam in die tribulationis, & ascẽ- 173
Abacuc. 3. dam ad populum accinctum nostrum. Quæ.n. erit iustorum gloria, q̃ grãdis sanctorum lætitia, cum vnaquæq; facies fulgebit vt sol? cum ordinibus distinctis populũ
suum dñs in regno patris sui cœperit recensere, & meritis atq; operibus singulorũ
promissa præmia restituet pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro
modicis magna? Reuera cumulus fœlicitatis erit, cũ dominus adducet sanctos suos
1. Cor. 15. in visione paternæ gloriæ, & faciet in cœlestibus considere, vt sit omnia in oĩbus. O
Quõ regnum cœlorum possit acquiri. Cap. 16. fœlix iocunditas, & iocunda fœlicitas sanctos videre, cum sanctis esse, & esse sanctũ,
deum videre & deum habere in æternũ & vltra. Hæc sedula mente cogitemus, hæc
toto desiderio desideremus, vt ad eos cito peruenire valeamus. Si quæras quõ istud
potest fieri, vel quibus meritis, quibus ve auxiliis? Audi res ista posita est in potestate
facientis, quoniam regnum cœlorum vim patitur. Regnũ cœlorum ò hõ aliud non
Matt. 11. quærit precium nisi teipsum: tantum.n. valet quantũ es, tẽ da & habebis illud. Quid
turbaris de precio? xps semetipsum tradidit vt acquireret te regnum deo patri, ita tu
Quid sit paradisus. Cap. 17. temetipsum da, vt sis regnũ eius, ac nõ regnet peccatũ in tuo mortali corpe, sed spũs
in acquisitione vitæ. O aia mea reuertatur ad ciuitatẽ cœlestẽ in qua scripti sumus, &
Psal 86. ciues decreti. Sicut.n. ciues sanctorum & domestici dei & sicut hæredes dei, cohæredes aũt xpi consideremus inclytam nostræ vrbis fœlicitatẽ, inquantum considerare L
possibile est: dicamus ergo cum Propheta, O q̃ glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei, 173
sicut lætantium oĩum habitatio est in te. Fundaris.n. exultatione vniuersæ terræ, no
est in te senectus nec senectutis miseria, non est in te mancus, neq; claudus, neq; gib
Ephe. 4 bosus, neq; deformis dum oẽs occurrunt in virum perfectum, in mensuram ætatis
plenitudinis Christi. Quid hac vita beatius? Vbi non est paupertatis metus, nõ ęgri-
tudinis imbecillitas, ibi nemo læditur, nemo irascitur, nemo inuidet, cupiditas nulla
exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris aut potestatis pulsat ambitio, nul-
lus ibi diaboli metus, insidiæ dæmonum nullæ, terror gehennæ procul, mors neque
corporis neque animæ, sed immortalitatis munere iocunda vita, nulla erunt tunc
mala, nusquam discordia, sed cuncta consona, cuncta conuenientia: quia oĩum san-
ctorum vna erit concordia, pax cuncta & lætitia continet, tranquilla sunt omnia &
quieta, tugis splendor, non vt est ille qui nunc est sol, sed tanto clarior quãto fœlicior:
Apoc. 21. quia ciuitas illa, vt legitur, non egebit sole neq; luna, sed dominus oipotens illumi-
Danie. 12. nabit eã, & lucerna eius est agnus. Vbi sancti fulgebunt vt stellæ in perpetuas æter-
nitates, & sicut splendor firmamenti qui erudiũt multos. Quapropter nox ibi nulla,
1. Cor. 2. nullę tenebræ concursus nubium nullus, nec frigoris ardorisve asperitas vlla, sed ta-
Esai. 64. lis erit rerum temperies, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis M
ascendit, nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorũ nomina scripta sunt 173
in libro vitæ. Verũ super hæc oĩa est, consociari choris angelorũ & archangelorũ, at-
que omnium cœlestiũ virtutũ, intueri Patriarchas & Prophetas, videre Apostolos
Non valet homo deo vicem reddere nisi p amorem. Cap. 18. atq; oẽs sanctos, videre ẽt parentes nostros. Glorioſa sunt hæc: sed multo glorioſius
est præsentem dei vultum cernere, incircumscriptũ lumen videre. Superexcellens
gloria erit cum deũ videbimus in seipso, videbimus & habebimus in nobis, quem
cernere finis non erit. Anima insignis dei imagine, illustris similitudine, habet in se-
se ex deo quo admoneatur semper aut stare cũ eo, aut redire, si mota suis affectiõ-
bus, imò defectibus fuerit. Et non solum habet vnde respirare queat in spe venię
& misericordiæ, sed etiam vnde audeat aspirare ad nuptias verbi, & cum deo
in re

inire fœdus societatis, atque cum rege angelorum ducere iugum suaue amoris. Hæc
omnia facit amor, si anima exhibeat se similem deo per voluntatem, cui similis est p
naturam, diligens sicut dilecta est. Solus enim est amor ex omnibus animę motibus,
166 sensibus atque affectibus, in quo potest creatura, etsi non ex æquo, respõdere autho
A ri, vel sibi mutuam rependere vicem. Amor vbi venerit, cæteros in se omnes tradu-
cit & captiuat affectus. Amor per se sufficit, per se placet & propter se. Ipse meritum,
ipse præmium, ipse causa, ipse fructus, ipse vsus: per amorem enim coniungimur
deo. Amor facit vnum spiritum de duobus, amor facit idem velle & idẽ nolle. Amor
facit prius mores componere, postmodum omnia quæ adsunt tanquam non adsint
cõsiderare, tertio vero loco mũda cordis acie superna & interna conspicere. Per amo-
rem primum in seculo bene geruntur honesta, postmodum etiam honesta seculi de-
spiciuntur, ad extremum etiam dei intima conspiciuntur. Deus pater charitas est Quid ino
deus filius dilectio est, spiritussanctus amor patris & filii est. Hæc charitas & hæc di- bis deus re
lectio aliquod simile requirit in nobis scilicet charitatem, qua velut quadam affini- quirat sibi
tate consanguinitatis ei sociemur & coniunganur. Amor dignitatis nescius reuerẽ simile.
tiam nescit. Qui amat, per seipsum fiducialiter accedit ad deum, familiariterq; loqui- Cap. 19.
tur ei, nihil timens, nihil hæsitans. Perdit quod viuit, qui non diligit; qui autem dili-
git, oculos suos semper habet ad deum, quem diligit, quem desiderat, in quo medita-
tur, in quo delectatur, in quo pascitur, in quo impinguatur. Iste talis sic deuotus, ita
166 cantat, ita legit, & in omnibus operibus suis sic est prouidus & circunspectus, quasi
B deus adsit præsens ante oculos eius, sicut reuera adest. Ita orat quasi sit assumptus
& præsentatus ante faciem maiestatis in excelso throno, vbi milia milium ministrãt
ei & decies centena milia assistunt ei. Animam quam visitat amor expergefacit dor-
mientem, monet & emollit eam & vulnerat cor eius, tenebrosa illuminat, clausa rese-
rat, frigida inflammat, mentem asperam & irascibilem & impatientem mitigat, vitia Dan. 7.
fugat, carnales affectus comprimit & mores emendat, reformat & innouat spiritum,
lubricæ ætatis motus actusq; leues coercet. Hæc omnia facit amor cum præsens est:
cum vero abscesserit, ita incipit anima iacere languida, ac si cacabo bullienti subtra-
xeris ignẽ. Magna res est, amor, quo anima per semetipsam fiducialiter accedit ad De cõfidẽ
deũ, deo cõstanter inhęret, deũ familiariter percõtatur, consultatq; de omni re. Aia tia animæ
quæ amat deum, nil aliud potest cogitare, nil loqui, cætera contẽnit, omnia fastidit, amantis
quicquid meditatur, quicquid loquitur, amorem sapit, amorem redolet, ita amor dei deũ. Ca. 20
eam sibi vendicauit. Qui vult habere notitiam dei, amet. Fruſtra accedit ad legendũ,
ad meditandum, ad prædicandum, ad orandum qui non amat. Amor dei amorem
167 animæ parit, & eam intendere sibi facit. Amat deus vt ametur. Cum amat, nil aliud
C vult quàm amari, sciens amorem esse beatos qui se amauerint. Anima amans cun-
ctis suis renunciat affectionibus, & tota soli incumbit amori, vt possit respondere
amori in redhibendo amore. Et cum se tota effuderit in amorem, quantum est ad il-
lud fontis perenne profluuium, non pari vbertate concurrunt amor & amãs, anima
& deus, creator & creatura: tamen si ex toto se diligit, nihil deest vbi totum est. Non
timeat anima quæ amat, paueat quæ non amat. Anima amans fertur votis, trahitur
desideriis, dissimulat merita, maiestati oculos claudit, aperit voluptati, ponẽs se in sa-
lutari, & fiducialiter agẽs in eo, Amore aĩa secẽdit & excedit a corporeis sensibus, vt
sese non sentiat quæ deũ sentit. Hoc fit cũ mens ineffabili dei illecta dulcedine quo-
dammodo sese sibi furatur, imò rapitur atque, lãbitur a seipsa, vt deo fruatur adio-
cunditatẽ. Nihil tã iocundũ, nisi esset tã modicũ. Amor dat familiaritatẽ dei, familia-
ritas ausum, ausus gustũ, gustus famẽ. Aĩa quã tangit amor dei, nihil aliud põt cogi-
167 tare, nil desiderare, sed frequẽter suspirat dicẽs, Sicut ceruus desiderat ad fontes aqua
D rũ, ita desiderat aĩa mea ad te deus mens. Deus amore venit ad hoĩes, venit in hoies, Psal. 41.
factus est hõ. Amore deus inuisibilis seruis suis factus est similis: amore vulneratus Quid fece
est pp delicta nra. Tuta & firma reges est infirmis & pcõribus in vulneribus saluato rit de' pp
ris. Securus illic hito, patẽt mihi viscera, p vulnera: qcquid ex me mihi deest, vsurpo hoiem.
mihi ex visceribus dñi mei, qm̃ mia affluũt, nec desunt foramina p quæ affluãt. Per Cap. 21.
foramina corporis patẽt mihi arcana cordis, patet magnũ pietatis sacramẽtũ, patẽt vi-
scera miæ dei nri, in qbus visitauit nos oriẽs ex alto. Vulnera Iesu Christi plena sunt

misericordia,plena pietate,plena dulcedine & charitate. Foderunt manus eius pedes eius,& latus eius lancea perforauerunt. Per has rimas licet mihi gustare quàm suauis est dominus deus meus, quoniam reuera suauis & mitis & multæ misericordiæ est omnibus eũ inuocãtibus inveritate,omnibus inquirentibus, & maxime diligentibus. Copiosa redemptio data est nobis in vulneribus Iesu Christi saluatoris nostri.

De recordatione vulnerũ Iesu Christi domini nostri. Cap.22.

Magna multitudo dulcedinis plenitudo gratiæ,& perfectio virtutum. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea recordatione vulnerum domini mei resurgo. Cum diabolus mihi parat insidias,fugio ad viscera misericordiæ domini mei, & recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum domini nostri filij dei extinguitur. In omnibus aduersitatibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Christi:in illis dormio securus & requiesco intrepidus: Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarum,quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius meritum meum,refugium meum,salus, vita & resurrectio mea:

Psal. 85

meritum meũ miserationes domini multæ. Non sum meriti inops, quãdiu ille miserationum dominus non defuerit. Et si misericordiæ domini mulutæ ego sum in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandum,tanto ego sum securior. Peccaui peccatum grande,& multorum sum mihi conscius delictorum: nec sic despero, quoniã vbi abundauerunt delicta,superabundauit & gratia. Qui de venia peccatorũ suorum desperat,negat deum esse misericordem. Magnã iniuriam deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantum in se est,negat deum habere charitatem, veritatem,

Recordatio vulnerũ Christi remedium in aduersis Cap.23.

& potestatem,in quibus tota spes mea consistit. Sin charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redemptionis. Murmuret iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea dicens, Quis enim es tu,& quanta est gloria illa,quibus ve meritis illam obtinere speras? & ego fiducialiter respodebo,Scio cui credidi,quia in charitate nimia adoptauit me in filium,quia verax est in promissione, potens in exhibitione,& licet ei facere quod vult, nõ possum terreri multitudine peccatorum,si mors domini in mentem meam venerit,quoniam peccata mea illum vincere non possunt.

Ioan. 19. Claui & lancea clamant mihi quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amauero.

1. Ioan. 4. Longinus aperuit mihi latus Christi lancea,& ego intraui, & ibi requiesco securus. Qui timet,amet: quoniam charitas mittit foras timorem. Nullum tam potens est & tam efficax contra ardorem libidinis medicamentum, quàm mors redemptoris mei.

Psal.29. Extendit brachia sua in cruce,& expandit manus suas paratus in amplexus peccatorum. Inter brachia saluatoris mei,& viuere volo,& mori cupio. Ibi securus decantabo,Exaltabo te domine quoniam suscepisti me,nec delectasti inimicos meos super me Saluator noster caput inclinauit in morte,vt oscula daret suis dilectis. Toties deũ

Meditatio aiæad amorẽ Christi. Cap.24.

osculamur, quoties in eius amore compungimur. O anima mea insignita dei imagine,redempta Christi sanguine,desponsata fide,dotata spiritu, ornata virtutibus,deputata cum angelis,dilige illum a quo tantum dilecta es. Intende illi,qui intendit tibi: quære quærentem te,ama amatorem tuum a quo amaris, cuius amore præuenta es,qui est causa amoris tui. Ipse est meritum, ipse præmium ipse fructus, ipse vsus, ipse finis. Esto solicita cum solicito, cum vacante vacans, cum mundo munda, cum sancto sancta. Qualis apparueris deo,talis oportet vt appareat tibi,deus suauis & mitis,& multæ misericordiæ,suaues,mites,dulces,humiles & misericordes reqrit. Ama

Psal.39. illum qui eduxit te de lacu miserię,& de luto fæcis. Elige illum amicum tuum præ omnibus amicis tuis,qui cum omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem seruabit. In die sepulturæ tuæ cum omnes amici tui recedent a te,ille te nõ derelinquet, sed tuebitur a rugientibus præparatis ad escam, & conducet te per ignotam regionem, atq; perducet ad plateas supernæ Sion,& ibi collocabit te cum angelis ante faciem maiestatis suæ,vbi audies illud angelicum melos,Sanctus,sanctus,sanctus,&c. Ibi est canticum lętitiæ,vox exultationis & salutis,gratiarum actio, & vox laudis, atque halleluia in perpetuum. Ibi est cumulus fœlicitatis, supereminẽns gloria,superabundans lætitia,& omnia bona. O anima mea suspira ardenter, desidera vehementer vt possis peruenire in illam supernam ciuitatẽ,de qua tam gloriosa dicta sunt, in qua lieut

Psal. 86. lętantium omnium habitatio est. Amore potes ascendere, amanti nihil est difficile,

nihil impossibile. Anima quæ amat,ascendit frequenter,& currit familiariter per plateas cœlestis Ierusalem,visitando Patriarchas & Prophetas,salutando Apostolos,admirando exercitus martyrum & confessorum, chorosq; virginum specutando. Cœlũ & terra,& omnia quæ in eis sunt,non cessant mihi dicere,vt amẽ dominũ deum meũ. Cor humanum in desiderio ęternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse,sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit,quęrens requirem vbi non est. In his autem caducis & transitorijs, in quibus eius affectus captiui tenentur,ueram requiem inuenire non valet,quoniam tantæ est dignitatis, vt nullum bonum præter summum bonum ei sufficere possit: tantæ est enim libertatis, vt in aliquod vitium cogi non possit. Propterea vnicuique propria voluntas est causa suæ damnationis vel saluationis,& ideo nihil diutius bona voluntate deo offertur. Bona voluntas deũ ad nos deducit,& nos in eum dirigit. Per bonam voluntatem deum diligimus,deum eligimus,ad deum currimus,ad deum peruenimus,& eum possidemus. O bona voluntas,per quam ad dei similitudinem reformamur,& ei similes efficimur. Ita amabilis est deo bona voluntas, vt ipse in corde habitare non velit,in quo bona voluntas non fuerit. Bona voluntas illius summæ maiestatis trinitatem ad se inclinat. Sapiẽtia nanque ad cognitionem veritatis illam illuminat,charitas ad desiderium bonitatis inflãmat,paternitas in ea custodit qđ creauit ne pereat. Quid est cognitio veritatis? Primo cognoscere teipsum,& quod esse debes,esse studeas: quod autem corrigẽdũ est,corrigas. Deinde cognoscere & amare creatorem tuum: hoc enim est totum hominis bonum. Vide ergo q̃ ineffabilis est diuinæ charitatis erga nos dilectio. De nihilo nos creauit,& quicquid habemus donauit: sed quia plus dileximus datum quàm datorem,creaturam quam creatorem, cecidimus in laqueum diaboli, & facti sumus eius serui. Deus vero misericordia motus, misit filium suum quo redimeret seruos, misit etiam spiritum sanctum quo seruos adoptaret in filios. Filium dedit in præcium redemptionis,spiritum sanctum in priuilegium amoris,se deniq; totum seruat hęreditatem adoptionis. Ita deus vt piissimus & misericordissimus prę desiderio vel amore hominis, non solum sua, verumetiam & seipsum impendit, vt hominem recuperaret non tam sibi quàm homini ipsi. Vt homines ex deo nascerentur, primo ex ipsis natus est deus. Quis est tam durus quem non emolliat amor dei sic hominẽ pręueniens,tamq̃,inquam,vehemens amor,quòd homo propter hominem dignatus est fieri? Quis potest odire hominem, cuius naturam & similitudinem videt in humanitate dei? Reuera qui odit illum,odit deum,& ita perdit quicquid facit. Deus nãque propter hominem factus est homo, vt esset redemptor qui est & creator, vt de suo redimeretur homo,& vt familiarius diligeretur ab homine deus, in similitudine hominis apparuit,& vt vterque sensus hominis in ipso beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate,& oculus corporis in eius humanitate,vt siue ingrediens siue egrediens in ipso pascua inueniret natura humana condita ab ipso. Saluator nanq; noster natus est nobis,crucifixus & mortuus est pro nobis,vt morte sua mortem nostram destrueret. Et quia botrus carnis portatus fuerat ad torcular crucis,& expressione facta fluere cœperat mustũ diuinitatis, missus est spiritus sanctus, quo vasa cordium præpararentur, & vinum nouum in vtres nouos poneretur, primum vt corda mundarentur, ne infusum pollueretur:& postea ligarentur, ne infusum amitteretur. Mundarentur gaudio iniquitatis,ligarentur, ne infusum amitteretur. Mundarentur gaudio iniquitatis, ligarentur contra gaudium vanitatis. Non.n. quòd bonum est venire potuit, nisi prius recederet quod malum est. Gaudium iniquitatis reddit vas sordidum, & gaudium vanitatis facit rimosum est, cum peccatum diligitur:& gaudium vanitatis est,cum transitoria amantur. Eij ceergo quod malum est, vt quod bonum est percipere possis', Effunde amaritudinem, vt dulcedine impleri possis. Spiritus sanctus gaudiũ est & amor. Eiice spiritũ diaboli, & spiritũ mundi huius,vt accipias spiritũ dei. Spiritus diaboli operatur gaudiũ iniquitatis,& spiritus mundi gaudiũ vanitatis. Et hęc gaudia mala sunt quoniã aliud hãbet culpã,aliud occasione culpę. Veniet autẽ spiritus dei,cũ eiecti fuerint spiritus mali,& intrabit tabernaculũ cordis,& operabitur gaudiũ bonũ,& amorẽ bonum, & amorem bonum,quo expellitur amor mundi,& amor peccati. Amor mundi allicit &

Qđ nihil possit aĩæ sufficere pter summũ bonũ. Cap.25.

Quid sit cognitio veritatis. Cap.26.

Quid nobis opetur missio spirituſſancti Cap.27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

decipit: amor peccati polluit, & ad mortem conducit. Amor dei mentem illuminat,
De opatione eius q diligit deū Cap.28. conscientiam mundat, animam lętificat, & deum demonstrat. In quo amor dei est, 174 A
semper cogitat quando ad deum perueniat, quando mundum derelinquat, quando
carnis corruptionem euadat, vt verā pacē inueniat, semper habet cor suum & desiderium in superna elauatum: quando sedet, quando ambulat, quando requiescit, vel
quando aliquid agit, cor a deo non recedit, omnes ad amorem dei exhortatur, omnibus amorem dei commendat, & quàm dulcis sit dei amor, & quàm malus & quā amarus sit amor seculi corde, ore, & opere omnibus demonstrat. Deridet huius seculi gloriam, arguit solicitudinem, & quàm stultum sit in his quæ transeunt fiduciam habere ostendit. Miratur cæcitatem hominum qui hæc diligunt: miratur etiam quomodo vniuersa hæc transitoria & caduca omnes non derelinquunt. Omnibus æstimat
dulce quod sibi sapit, omnibus placere quod diligit, omnibus quidem esse manifestū
quod cognoscit. Frequenter deum suum contemplatur, & in eius cōtemplatione suauiter reficitur: tanto fœlicius, quanto frequentius. Dulce est enim semper ad consi-
De vera requie. Cap. 29. derandum, quod ad amandum & laudandum semper suaue est. Reuera hæc est vera 175
cordis requies, cum totum in amorem dei per desiderium figitur, nec quicquā aliud B
appetit, sed in eo quod tenet fælici quadam dulcedine delectatur, delectando iocūdatur. Si vero vana aliqua cogitatione, vel rerum occupatione inde aliquantulum abstractum fuerit, summa cum festinatione illuc redire festinat, exilium reputans alibi
quàm ibi moram facere. Nam sicut nullum est momentū, quo homo, non fruatur vel
vtatur pietate diuina: sic nullum debet esse momentum quo eū præsentē non habeat
in memoria. Idcirco non breui crimine tenetur astrictus quisquis in oratione cum
deo loquitur, & subito abstrahitur ab eius conspectu, quasi ab oculis non videntis
nec audientis. Hoc autem fit, quando cogitationes suas malas & importunas sequitur, & aliquam vilissimam creaturam, ad quam mentis intuitus facile distrahitur, ei
præfert, illam videlicet in cogitatione sępius reuoluendo, vel cogitando, quā deū, quē
Quicquid mētis aspectū a deo retrahit, oīno fugiē dum est. Cap.30. aßidue debet recolere creatorē, adorare redemptorē, expectare saluatorē, timere iudicē. Quisquis amas mundū, tibi prospice quò sit eūdū. Hęc via qua vadis, via pessima, plenaq; cladis. Fuge ergo o homo paululum occupationes tuas, & absconde
modicum a tumultuosis cogitationibus tuis. Abijce nunc onerosas curas, postpone
laboriosas dissensiones, vaca aliquantulū deo, & paululum requiesce in eo. Intra in 175
cubiculū mentis tuæ, exclude omnia præter deū, & quæ valent ad quęrendū eum, & C
clauso ostio quære eū. Dicat nunc totum cor tuum deo. Quæro vultū tum, vultum
tuum domine requiro. Eia nūc ergo domine deus meus tu doce cor meū, vbi & quomodo te quærat, vbi & quomodo te inueniat. Domine si hic nō es vbi te quęrā absentem? Si autem vbique es, cur te nō video præsentem? Sed certe habitas lucem inacces-
2. Tim. 6. sibilem. Sed quomodo accedam ad lucem inaccessibilem, aut quis me deducet & inducet in illam vt videam te in illa? Deinde quibus signis, qua facie te quæram? nunquā
te vidi domine deus meus, nunquam noui faciē tuā. Quid faciet altissime domine,
quid faciet iste longinquus exul tuus? Quid faciet seruus tuus anxius amore tui, &
longe proiectus a facie tua? En anhelat videre te, & nimis illi abest facies tua. Accede-
Qđ visio dei, pdita sit pp peccatū & miseria inuēta sit. C. 31 re ad te desiderat, & inaccessibilis est habitatio tua: inuenire te cupit, & nescit locum
tuum. Quærere te affectat, & ignorat vultum tuum. Domine deus meus es tu, & dominus meus, & nunquam vidi te, tu me fecisti, & refecisti, & omnia bona tua mihi cō
tulisti, & nōdum vidi te, neque noui. Denique ad te videndum factus sum, & nō dū
feci id propter quod factus sum. O misera sors hominis, cum hoc perdidit ad quod fa- 175
ctus est. Odirus ac durus casus ille. Heu quid perdidit, & quid inuenit: quid abscessit, & quid remansit? perdidit beatitudinem ad quam factus est, & inuenit miseriam D
ad quam factus non est. Abscesit sine quo nihil fœlix est, & remansit quod per se nō
Psal. 77. Psal. 12. nisi miserum est. Manducabat tunc homo panem aagelorum, quē nunc esurit: manducat nunc panem dolorum, quem tunc nesciebat. O tu domine vsquequo obliuisceris in finem vsquequo auertis faciem tuam a nobis? Quando respicies & exaudies
nos? quando illuminabis oculos nostros, & ostendes nobis faciem tuam? quando re-
stitues te nobis? Respice domine, & exaudi, & illumina nos, & ostēde nobis teipsum,
restitue te nobis vt bene sit nobis, sine quo tam male est nobis. In vita nos, adiuuat

nos obsecro te domine. Amaricatum est cor meum sua de sola tionē, indulcora illud
tua consolatione. Obsecro domine, esuriens cœpi quærere te, ne desinat impastus
175 a te: famelicus accessi, ne recedam impastus. Pauper veni ad diuitem, miser ad misE
ricordem, ne recedam vacuus & contemptus. Domine incuruatus sum, & non possū
nisi deorsum aspicere, erige me vt possim sursum videre vel intendere. Iniquitates Psal. 37.
meæ supergressæ sunt caput meum, obuoluerunt me, & sicut onus graue grauāt me.
Euolue me & exonera me; ne vrgeat super me puteus os suum. Dene nec me quærere
te; & ostende te quærenti le, quia nec quærere te possum nisi doceas tu, nec inuenire
nisi te ostendas. Quæram te desiderando, desiderem te quęrendo; inueniam amando,
De bonita te dei. Cap. 32. amem inueniendo. Fateor domine & gratias ago, quia creasti me ad hanc imaginem
tuam, vt tui memor te cogitem, te amem. Sed licut est abolita corruptione vitiorū,
sic est obfuscata fumo peccatorum, vt non possit facere ad quod facta est, nisi tu renoues & reformes eam. Rogo domine qui das fidei intellectum, da mihi vt quantū
sis expedire intelligam, quia es sicut credimus, & hoc es quod credimus, & quidē credimus te esse: aliquid quo nihil maius aut melius cogitari possit. Quid ergo es domi-
175 ne deus, quo vnum maius meliusq; nihil valet cogitari, nisi id quod summum bonū
F omnium solum existens per seipsum, omnia alia fecit ex nihilo? Quod ergo bonum
deest summo bono, per quod omne bonum? Tu es itaque iustus, verax, beatus, & quid aliud est melius esse quàm non esse, Verum malis quomodo parcis, si es totus
summe iustus? An quia bonitas tua est incomprehensibilis? Latet hoc in luce inaccessibili, quam in habitas. Vere in altissimo & secretissimo bonitatis tuę profundo latet fons, vnde manat fluuius misericordiæ tuę. Nam cum totus & summe iustus sis,
tamen idcirco etiam malis benignus es, quia totus & summe bonus es. Minus nanq;
bonus esses, si nulli malo esses benignus. Melior est enim qui & bonis simul & malis
bonus est, quàm qui bonis tantum bonus est. Et melior est qui malis & parcendo & puniendo bonus est, quàm qui puniendo tantum. Ideo ergo misericors es,
De delecta bili fruitione dei. Cap.33. quia totus & summe bonus es. O immensa bonitas quę omnium intellectum excedis, veniat super me misericordia illa quæ dē tāta opulentia procedit: influat in me
quæ profluit de te. Parce per clementiam, ne vlciscaris per iustitiam. Excita te nunc
anima mea, & erige totum intellectum tuum, & cogita quantum potes, quale & quantum sit illud bonum quod deus est. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita in-
175 tente quàm delectabile sit illud bonum, quod continet iocunditatem omnium bono
G rum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt a creatura creator. Si enim est bona vita creata, quam bona est vita creatrix? Si
iocunda est salus facta, quam iocunda est salus quæ fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cogitatione vel cognitione rerum cognitarum, quàm amabilis est:
sapientia quę oīa fecit & condidit ex nihilo? Denique si multę & magnæ sunt delectationes in rebus delectabilibus, qualis & quāta est delectatio in eo qui ipsa delectabilia fecit? O qui hoc bono fruetur, quid illi erit? quid illi non erit? Certe quicquid
1. Cor. 2. voluerit non erit. Ibi quippe illi erunt bona aīæ & corporis, qualia nec oculus vidit,
Esai. 64. nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo per multa vagaris homuncio quærendo bona animæ tuæ & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omQđ summū bonū appetēdū sit. Ca. 33. nia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum, & satis est.
Quid enim amas caro mea? quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amas, ibi
est quicquid desideras. Si delectat pulcritudo, fulgebunt iusti sicut sol. Si uelocitas,
Mat. 13. aut fortitudo, aut libertas corporis tui, nihil obsistere poterit, erunt similes angelis
Mat. 22. dei: quia seminatur corpus animale, surget corpus spiritale, potestate vtique, non
1. Cor. 15. natura. Si longa aut salubris vita, ibi erit sana æternitas, & æterna sanitas: quia
175 iusti in perpetuum viuent, & salus iustorum a domino. Si satietas, satiabuntur
H cum apparuerit gloria domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus dei.
Psal. 6. Si melodia, ibi angeli concinnent sine fine deo. Si quelibet non immunda, sed mun
Psal. 35. da voluptas, torrente voluptatis suæ potabit eos dominus. Si sapientia, ipsa dei
sapientia ostendet eis seipsam sapientiam. Si amicitia, diligent deum plus q̄ seipsos,
& inuicem tanquam seipsos, & deus illos plus quàm illi seipsos, quia illi illū se & inuicem per illum, & ille se & illos per seipsum. Si concordia omnibus illis erit vna vo-

Universidad de Deusto Biblioteca

juntas, quia nulla illis erit nisi dei summa voluntas. Si potestas, omnipotentes erũt
suę voluntatis, vt deus suæ. Nam sicut deus poterit quod volet, per seipsum: ita po-
terunt illi quod volent per illum: quia sicut illi non aliud volent quàm ille volet, ita
ille volet quicquid illi volent, & quod ille volet, non poterit non esse. Si honor & di- 171
uitiæ, deus seruos suos bonos & fideles supra multa bona constituet, imò filii dei &
Rom. 8. dii vocabuntur, & erunt hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Si vera se- I
curitas, certe ita certi erunt nunquam vllatenus illud bonum sibi defuturum, sicut
certi erunt se non sua sponte illud amissuros, nec dilectorem deum illud dilectoribus
suis inuitis ablaturum, nec aliquid deo potentius deum & illos separaturum. Gau-
De mutua charitate sanctorũ incœlis. Cap. 35. dium vero quale quantumũe est, vbi tale ac tantum bonum est? Cor homanum, cor
indigens, cor expertum ærumnas & miserias imò obrutum miseriis, quantum gau-
deres si in his omnibus abundares interroga vltima intima tua si capere possent gau-
dium suum de tanta beatitudine tua. Sed certe siquis alius quem omnino sicut teip-
sum amares, eandem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non
minus gauderes pro teipso. Si vero duo vel tres vel multo plures idipsum haberent,
tantundem pro singulis, quantundem pro teipso gauderes, si singulos sicut teipsum
amares. Ergo quid erit in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum ange-
lorum & hominum, vbi nullus diliget alium minus quàm seipsum? Non enim al-
ter gaudebit vnusquisque pro singulis alijs quàm pro se ipso. Si ergo cor hominis 171
de tanto bono suo vix gaudium suum capiet, quomodo capax erit tot & tantorum K
gaudiorum? Et vtiq; quoniam quantũ quisq; diligit aliquem, tantum de bono eius
gaudet. Sed sicut in illa beata fœlicitate vnusquisq; sine comparatione plus amabit
deũ quàm se & oẽs alios secũ: ita plus gaudebit absq; estimatione de fœlicitate dei
quàm de sua & omnium malorum secum. Et si deum sic diligent toto corde, tota mẽ
te, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima non sufficiat dignitati di-
lectionis: profecto sic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum
De pleno gaudio vitæ æternę. Cap. 36. cor, tota anima non sufficiat plenitudini gaudij. Deus meus & dominus meus, spes
mea & gaudium cordis mei, dic animæ meæ, si hoc est gaudium, de quo nobis per fi-
Ioan. 6. lium tuum dicis, Petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Inueni nanque
gaudium quoddam plenum & plusquam plenum, pleno quippe corde, plena mente,
plena anima, pleno toto homine. Gaudio illo adhuc supra modum supererit gaudiũ.
1. Cor. 2. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt
Esa. 64. in gaudium domini sui. Dic domine, dic seruo tuo intus in corde meo, si hoc est gau-
dium in quod intrabunt, serui tui, qui intrabunt in gaudium domini sui? Sed certe 171
gaudium illud quo gaudebunt electi tui, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in L
cor hominis ascendit. Nondum ergo cogitaui aut dixi, Domine, quantum gaude-
bunt electi tui? Vtique tantum gaudebunt, quantum amabunt: tantum amabunt,
quantũ cognoscen tte domine. Et quantum te amabunt? Certe nec oculus vidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit in hac vita, quantum te cognoscent & ama
bunt in illa vita. Oro te deus meus vt cognoscam te, amem te vt gaudeam de te, &
si non possum in hac vita ad plenum, vel proficiam de die in diem, vsq; dum veniat
illud ad plenum. Proficiat in me hic notitia tua vt ibi fiat plena, crescat in me hic
amor tuus, vt ibi sit plenus vt hic gaudium meum sit in spe magnum, & ibi in re ple-
num. Deus verax peto vt accipiam quod promittis, vt gaudium meum sit plenum.
Meditetur in te interim mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum,
sermocinetur os meum, esuriat illud anima mea, sitiat illud caro mea, desideret illud
illud substantia mea, donec intrem in gaudium domini mei, ibi permansurus per
secula seculorum, Amen. Finis.

DE TRIPLICI HABITACVLO LIBER.

175 M

Cap. 1.

Rria sunt sub omnipotentis dei manu facta habitacula, primum, imum, & medium: quorum summum regnum cœlorum dicitur: imum, vocatur infernus: medium, mundus præsens, vel orbis terrarum appellatur. Quorum extrema omnino sibi inuicem sunt contraria, & nulla sibi societate coniuncta. Quæ n. societas pót esse lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Mediũ autem nonnul-
176 A lã habet similitudinem ad extrema. Vnde lucem & tenebras habet, frigus & calorem, dolorem & sanitatem, lętitiam & mœrorem, odium & amorem, bonos & malos, iustos & iniustos hominos & seruos, regnum & subiectionem, famẽ satietatem, mortem & vitam, & innumera huiusmodi. Quorum omnium pars vna imaginem habet regni dei, pars altera inferni. Commistio nanque simul bonorum & malorum in hoc mundo est. In regno autem dei nulli mali sunt, sed omnes boni: at in inferno nulli boni, sed omnes mali. Et vterque locus ex medio suppletur: hominum enim huius mundi, alij eleuantur ad cœlum, alii trahuntur ad infernum. Similes quippe similibus iunguntur. i. boni bonis, & mali malis. Iusti homines, iustis angelis: & transgressores homines, transgressoribus angelis. Serui dei, deo: serui diaboli, diabolo. Benedicti vocantur ad regnum sibi paratum ab origine mundi: male- Mat. 25.
dicti expelluntur in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Bona autẽ regni cœlestis dicere, vel cogitare, vel intelligere vt sunt, nullus pót carne vestitus. Multo enim maiora & meliora sunt, quàm cogitantur & intelliguntur, dum scriptũ est, Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præ- 1. Cor. 2.
176 parauit deus diligentibus se. Regnũ nanquè dei omni fama maius, & omni laude
B melius, omni scientia innumerabilius omni gloria quæ putatur excellentius. Mala autem inferni dicere vel cogitare vt sunt, nemo potest: peiora quippe sunt valde q̃ cogitantur. Regnum itaq; dei plenum est lucis & pacis & charitatis, & sapientiæ & gloriæ & honestatis, & dulcedinis & melodiæ & lætitiæ, & beatitudinis pennis & oĩs boni ineffabilis, quod nec dici, nec cogitari potest. At lacus inferni plenus est tenebrarum, discordiæ, odii, stultitiæ, miserię, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris adustionis, sitis famis, ignis inextinguibilis, tristitiæ, vindictæ perennis & omnis ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari potest. Ciues cœli sunt iusti homines & angeli, quorum rex est deus oĩpotens: at contra ciues inferni sunt impii homines & dęmones, quorum princeps est diabolus. Satiat iustos visio sanctorum hominum & angelorum super omnia ipsius dei. Cruciat impios & peccatores visio hominum damnatorum & dæmonum, & super oĩa ipsius diaboli. Nihil in regno dei desideratur quod non inueniatur: at in inferno nihil inuenitur quod desideratur. In regno dei nihil inuenitur nisi quod placet & delectat & satiat: at contra in lacu miserię perennis nihil videtur, nihilq; sentitur nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat. In regno æterno erit vita sine morte, veritas sine errore, fœlicitas sine pertur- De pœnis infernalibus. Cap. 2. Mat. 13. & 22. & 25.
batione, omne bonum in regno dei abundat, & nullum malum. Omne malum abun-
176 dat in carcere diaboli, & nullum bonum. Nullus indignus in regno suscipitur dei:
C nullus vero dignus, nullus iustus ad infernum trahitur. Principalia duo sunt tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis: vnde in Euãgelio legitur, Illic erit fletus & stridor dentium. Fletus nanque & liquefactio oculorum ex calore nascitur. Stridor vero dentium ex frigore nascitur: hinc etiã beatus

Iob.24. Iob, de aquis, inquit, niuium transibunt ad calorem nimium. De quibus duobus innumera pendent pœnarum genera, videlicet, sitis intolerabilis, pœna famis, pœna fœtoris, pœna horroris, pœna timoris, pœna angustiæ, pœna tenebrarum, seueritas tortoris, præsentia dæmonum, ferocitas bestiarum crudelitas ministrantium dilaceratio immortalium vermium, vermis conscientię, ignitę lachrymæ, suspiria miserię, dolor sine remedio, vicula sine solutione, mors æterna pœna sine fine, absentia Christi quo ad visionem eius, quæ sola omnia supradicta superat, & omnibus pœnis intolerabilior. Væ igitur illis qui perenne subire hęc omnia mala etiam sine fine merent pro delectabili vnius horæ somno. Tanta etenim & talis est omnis huius mundi gloria ad æternam comparata gloriam. Melius erit eis, quod dictum est de infœlice Iuda, non nasci, quàm malis suis meritis plagas inferni sustinere. Quid stultus, quid insanius est, quàm vmbra & imagine & similitudine veræ gloriæ & veræ delectationis veræ pulcritudinis, veri decoris, veri honoris, more infantium decipi & superari, & ipsam gloriam non quærere, non desiderare? Quis imaginem auri in aqua ipso auro neglecto eligeret, & non statim a cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem solis in speculo redditum, vel in qualibet materia formatum plus diliget quàm ipsum solem, & non ab omnibus derideretur? Sic irridendus, sic estimandus est qsq; mundi huius caducam fragilitatem & inutilem carnis vuluptatem diligit, quærit, contendit, ęterna gloria contempta, & neglectis regni cœlestis ineffabilibus gaudijs. Hoc commercium insipientium valde est & miserorum, & cor non habentium sanum, etiam si plagæ inferni non sequerentur, quę nec dici nec cogitari possunt. Duplex vero plaga est ab æterno regno dei separari, & semper in inferno cum diabolo damnari, præsentiam amittere angelorum, & terribilem semper pati dæmonum præsentiam. Quantum caueri, vitari, metui debet, nullo modo dici potest. Quis cum sano sensu pro vnius diei delitijs, centum annorum pœnam eligeret? Et miseri tamen illi qui sine vlla sapientia voluptatem carnis sequentes, non vitant vitia, non effugiunt intolerabiles pœnas, non centum annorum, nō millies mille, sed omnium sine fine seculorum pro sexaginta vel septuaginta annorum delitijs vel qualibet corruptibili delectatione. Quantum autem est inter vnum diem & centum annos, non tantum vtique sed plus inter quadraginta vel sexaginta vel centum annos, & æternitatem siue in bono siue malo futuram. Vnus enim dies aliqua portio est in centum annorum spatio, quanuis modica valde. Ad vero centum annorum spatium nulla portio est in illa æternitate. Si enim verbi gratia centesima vel millesima pars esset ęternitatis, prædictum eius spatium vel centuplum eius spatium vel milluplum æternitas esse desineret. Quod ratio non finit ęternitatis, quæ si vllo modo, vllo tempore finiretur, æternitas omnino non esset. Fortiter ergo carnali resistendum est voluptati, fortiter contra fallaces huius mundi blanditias pugnandum est, contraq; multimodas satanę suggestiones vigilandum. Omni studio lata seculi via vitanda est quæ ducit ad mortem: at vero omni cordis desiderio uia angusta quæ ducit ad vitam, adeunda est & appetenda. Via hæc angusta est via abstinentiæ & castitatis, humilitatis & omnis religionis, quam viam ante nos Christus attriuit, qua via ad suum regnū migrauit. Cuius vestigia & nos sequamur, donec post eum eadem via ad vrbem regiam perueniamus, in qua ipse regnat. De qua vrbe quicquid homo dilexerit quasi stilla de mari est, vel quasi scintilla de foco. In qua videlicet vrbe fulgebunt iusti sicut sol, vt dominus ait. Vbi summa pax erit, summa quies, nullus labor, nullus dolor, nulla paupertas, nec senectus, nulla mors nec vlla nox, nullum cibi desiderium, nullum sitis incendium: sed cibus & potus omnium erit visio Christi & sanctę trinitatis, & cōtemplatio puro cordis oculo ipsius diuinitatis, & assidua lectio, vt ita dicam, libri vitæ. i. æternæ veritatis summæ sapientiæ, & verbi dei, quæ est Christi Iesu visio, vbi quicquid nos nunc later, manifestum erit. Vbi ratio manifesta est, cur hic electus est, & iste reprobatus: cur hic in regnum assumptus, & ille in seruitutem redactus. Cur alius in vtero moritur, alius in infantia: alius in iuuentute, alius in senectute. Cur alius pauper, & alius diues. Cur filius adulteræ baptizatur, & aliquando filius legitimæ coniugis ante baptismum moritur. Cur qui bene incipit viuere aliquando male finit, & qui male incipit sępe bene finit. Hęc omnia & huiusmodi multa in libro vi-

Mat.27. De dijs quos pœnæ ęternitas a mūdi voluptate nō deterret. Cap.3.

De ingrediēdo uiā actā, & patriæ fœlicitate & pulcritudine. Cap.4.

Mat.13.

tæ plana & aperta omnibus erunt. In eadem vrbe præmium singulorum omnium, & singulorum per charitatem omnium erit. Ibi omnium bonum omnibus patebit. Ibi omnes inuicem suas cogitationes cognoscent. Ibi nullus superior superbus erit, nullus inferior inuidus. Quomodo enim qui omnes sicut seipsum diliget alicui inuidere poterit, cum nemo sibipsi inuideat? Ibi nullus esse melius vel superius cōcupiscet quàm erit, quia aliter esse quam quod meruit, non esset decorum, nec aliter esse desiderabit quàm quod erit: quia ita esse vt erit, pulcrum, erit, non sibipsi solum, sed etiā vniuerso corpori Ecclesię cœlestis. Quomodo enim membrum in corpore, si superius vel inferius ponatur, aliter quàm natura constituit, monstrosum efficit corpus & turpe: sic nimirum si aliquis in regno dei superius ordinetur quàm postulat ars & volūtas omnipotentis artificis, turpitudinem efficiet, & non solum sibimet, sed etiam omni congregationi, in qua qui erit minimus, maiorem sine dubio habebit gloriā, quàm totum habens mundi regnum, etiam si æternum esset. Vile enim est valde elementis frui in comparatione fruendi & congaudendi ipsi deo, & visibilibus delectari & corporalibus. Tanta est enim pulcritudo iustitiæ, tanta iocunditas lucis ęternæ, hoc est, incommutabilis veritatis & sapientiæ, vt etiam si non liceret amplius manere in ea quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs in circunfluentia temporalium bonorum recte meritoq; contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est, Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Nihil comparandum dilectioni & gaudio quod nascitur ex inuisibilibus & incorporeis, & ex societate angelorum, & iustorum omnium, & ex certa scientia & cognitione ipsius diuinæ naturę, & ex dei ipsius facie ad faciem visione: Cuius pulcritudinem mirantur angeli, cuius imperio suscitantur mortui, cuius sapientiæ nō est numerus, cuius regnum finem nescit, cuius gloria nequit variari, cuius lux tam solem obscurat, vt eius comparatione nullam habeat lucem cuius dulcedo tam mel superat, vt ei comparatum velut absinthium sit amarissimum. Cuius faciem si omnes carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamq; tristitiā sentirent. Cuius præsentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret, continuo infernus in amœnum conuerteretur paradisum. Cuius sine nutu nec folium de arbore capit. Cuius oculi flammiuomi profundum penetrant inferni. Cuius auris tacitam cordis vocem audit. i. cogitationem. Cuius oculus non minus audit quàm videt. Cuius auris non minus videt quàm audit, quia non corpus sunt, sed summa sapientia & certa cognitio. Cuius delitiæ sine fastidio satiant, quæ cum a beatis ineuiuntur, semper tamen desiderantur. & esuriem & sitim sine pœna efficiunt, id est, ardenti semper desiderio delectant. Cuius secreta mirabilia videntibus ea semper noua sunt & mira, & non plus cum incipiunt videri pariunt stuporem cernentibus, quàm post mille annos & millies mille. Et cum angeli ab initio mundi ea soliti sint videre, inde hodie non minus mirantur ea quàm primo die, alioquin dudum coram angelis assiduo videndi usu vilescerent. Cuius cognitioni præterita & futura, non pręterita & futura, sed præsentia sunt. Vnde non diem iudicij videbit, & primum diem seculi non vidit, sed vtrunque videt. Cuius præscientia neminem cogit ad peccandum, vt multi errantes dicūt. Si. n. inquiūt, pręsciuit Adā peccaturū esse, & nō peccare non potuit. Ex quo errore nascitur, deū cām esse peccati, quod nefas est dicere, & illi tamen suis verbis alligantur. Si. n. quod præscia dei habet, necesse est fieri, ideo voluntate propria hō peccauit, & nō alia necessitate, quia in præscientia dei fuit, vt voluntate & libero arbitrio, & nō necessitate cogente peccaret. Si ergo præscia dei non pōt vitari, nō potuit hō aliter peccare nisi voluntate, nulla alia vi cogente, quia ita deus præsciuit peccaturum. Si ergo voluntariè, non coactus est. Si. n. nō coactus est ad peccādū, potuit sine dubio nō peccare si vellet, ideoq; pœnā meruit, qa nō inuitus peccauit, alioqn a deo pœnā mortis nō susciperet. Cuius locutio ē occulta inspiratio, qua mētib. suā volūtatē & suā charitatē inuisibiliter oñdit, quā vidēdo angeli p oia deo obediūt. Cuius laus est, qua electos laudabit, manifestatio q̄ suorū electorum bona oīb' mōstrabit, assidua aūt laus q̄ electi eū laudabūt, ē admiratio eius perennis. Qui miro mō nō tpe præcesit mūdū & tps. Nullius. n. horæ spatio fuit ante mūdū, & tn semp erat sine initio. Non enim erat tēpus ante tēpus. Tempus autem cum mun-

Pſal.85.

Pſal.146.

1.Retra.21

De libertate peccantiū, & btifica cognitione, eius. que ęterni tate. Cap.5

Universidad de Deusto
Biblioteca

do concreatum est. Si igitur tempus ab initio mundi cœpit currere, ante mundum factum non erat. Ideoq; ndllo tempore, vt prędiximus, prœcesſit deus tempora & mũdum eis coæuum, imò paulo eis prior est, eius.n.motu cœperunt currere. Quicquid mouetur, suum motũ præcedit. Ineffabili æternitate præcesſit deus mundum, non tempore, cuius tempus ante mundum non erat, cuius lux tenebras depellit ignorantiæ, cuius aliqua particula hęc omnia quæ diximus vera & certa esse cognoſcimus. 176 M

Eadem luce melius esse verum quam falsum videmus & tamen prius esse verum malum, vel verum peccatum, quam falsum malum vel falsum peccatum: non quia verum est, sed quia malum vel peccatum: sed ideo malum vel peccatum est, quia verum malum vel peccatum est. Aliter.n. non posset esse malum vel peccatum, falsum enim malum non est malum, vt falsum argentum est. Potest aliquis à veritate dicere malum vel peccatum exortum esse, vel factum, & quodammodo opus esse veritatis malum quod omnino falsum est. Omne enim verum inquantum verum, bonum est; à veritate igitur est esse verum, vt sit malum vel peccatum, non ipsum malum vel peccatum: aliud nanque est ipsum malum, aliud verum esse illud. Quanuis igitur ipsum malũ bonũ non est, bonũ est tamen verũ esse vt sit illud. Nisi.n. bonũ esset esse malũ, nullo mõ sineret deus illud fieri. Multa quippe bona de malis oĩpotens facit, vt de adulterio hoĩum bonos format & facit hoies. Si vero quadã lucis particula quasi per angustas rimas infusa, hęc & alia quæ nouimus vera esse cognoſcimus: quali & quanta luce sapientiæ & scientię illic illustrabimur, vbi ipsum sõlem veritatis facie ad faciẽ videbimus, id est certa & vera sapientiæ cognoſcemus? Cuius præsentia fit miles ei facit præsentes. Qui.n. veræ sapientiæ, veræ pulchritudini, veræ æternitati adhærebit, sapiens vtiq; & pulcher & ęternus erit. Sic.n. absentia eius dissimiles oĩno ei facit. Cuius æternitas sine initio & sine fine est. Si.n. esset tempus quãdo non esset, quis eũ faceret? Ipse est solus deus, & ante ipsum alius deus non erat, nec est nec erit. Non seipsum creauit, cũ nihil seipsum creat. Qua.n. potentia qui omnino non esset seipsum faceret? Restat igitur q̃ oĩno non est factus deus. Cũ ergo nullo modo deus factus est, sine initio ante oĩa erat. Quicquid.n. factum est habet initiũ, & quicquid initiũ habet sine dubio factum est, non ab alio nisi à deo non facto, sed oĩa faciente. Cuius scientia sine vlla varietate cognitionis, & sine vllo visu huc & illuc innumerabilem varietatẽ oĩum creaturarũ, angelorũ, hoĩum, stellarũ, arenarũ, capillorũ, verborum, cogitationum, momentorum omnim simul & semel comprehendit & intelligit. Fons igitur & origo omnis scientiæ deus est, quem quanto plus quis bibet, De triplici cognitione beatorum. Cap. 6. ranto plus sitiet. Incomparabiliter ergo totius mundi regnum, vt supra diximus, & si æternũ esset, præcellit societas angelorũ & sanctorũ, & prœsenti ipsius dei adesse visioni. In cuius visione trina scientia nascitur. i. homo qui cernit, & deus qui cernitur, & cæteri oẽs omnia videbunt & intelligẽt. Sicut.n. per speculũ vitreũ trina nobis visio administratur, quia nosipsos, & ipsum speculum, & quicquid præsens adest videmus: sic per speculũ diuinę claritatis, & ipsum deũ, vt est videbimus, quantũ possibile est creaturę, & nos ipsos, & cęteros vera & certa scięntia cognoscemus. Tunc abdita creaturarũ & ipsius inferni videndo deũ videbimus. Tunc iustis manifestũ erit, qũo deus est inuisibilis, incõparabilis, sine initio, & sine fine ante oĩa. Quid interest inter nasci quod ad filiũ pertinet, & procedere quod ad spiritũ sanctũ, excepto quòd vnus ex vno natus sit, alter ex duobus processit. Et qũo pater non prœcesſit filiũ tẽpore, sed origine, nec spiritũ sanctũ. Et qũo oĩa dei, vnũ sunt ex deo, excepto quod ad relationẽ pertinet. Nã sapientia & veritas dei & æternitas non diuersa sunt inter se, sed vnũ sunt sicut & oĩa. Sapientia.n. dei non magis sapientia q̃ veritas est, & non magis veritas est q̃ sapientia, q̃ ęternitas, q̃ cętera dei oĩa. Vnũ.n. sunt in deo, & non solũ hęc inter se eadem sunt in deo, sed non aliud sunt q̃ ipse deus, Et qũo mundus erat in deo, antequã in seipso esset non mundus, sed deus: & qũo vbiq; totus sine loco, magnus sine quantitate, bonus sine qualitate: & qũo omnia penetrat munda & immunda sine sui pollutione. Si.n. lux ista visibilis oĩa loca illustrat, & sterquilinia etiã penetrat sine sui fœtore, & sine sui pollutione, quanto magis deus, qui est inuisibilis & incommutabilis lux, oĩa penetrat, regit, sustinet, circundat, illustrat, sine vlla mutatione vel pollutione, non solũ cœlestia & terrestria, sed infernalia? Tunc erit electis

dei

dei trina visio. i. corporalis, qua corpora cernentur quorundam splendentia ut sol, quorundam vt luna, aliorum vt stellę. Et spiritalis, qua similitudines corporum in spiritu non fallaci phantasia inspicient, qua visione etiam hodie fruuntur spiritus iustorum post corporum claustra. Et visio intellectualis, qua puro mentis oculo in spiritu deum videbunt, & suas animas & virtutes intimas & spiritus angelicos. Tũc duplices deo acturi sunt gratias, videlicet pro sua liberatione a perpetua damnatione, & pro bonorum ineffabili retributione. Tunc communis omnium reus & hostis diabolus in conspectu omnium electorum dei damnabitur. Cuius damnatio & intolerabilis pœna delectabile spectaculum prębebit electis. Tunc ardentissimo amore liberatorem suum & omnium bonorum datorem amabunt, & sine fine & fastidio clamore cordis laudabunt deum omnipotentem benignum & misericordem: cui est honor & gloria nunc & per omnia secula seculorum, Amen.

Finis.

SCALAE PARADISI. LIBER.

CVM die quadam corporali manuum labore occupatus de spiritalis hominis exercitio cogitare cœpissem, quatuor spiritales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt. Lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Hęc est scala claustralium, qua de terra in cœlum subleuantur gradibus distincta paucis, immensæ tamen & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terrę innixa est, superior vero nubes penetrat, & secreta cœlorum rimantur. Hi gradus sicut nominibus & numero sunt diuersi, ita ordine & numero sunt distincti. Quorum proprietates & officia quidem singula, quid circa nos efficiant, quomodo inter se inuicem differant & præmineant, siquis diligenter inspiciat, quicquid laboris aut studij impendent in eis, breue rèputabit & facile prę vtilitatis & dulcedinis magnitudine. Est autem lectio, sedula scripturarum cum animi intentione inspectio. Meditatio est studiosa mentis actio, occultæ veritatis notitiam ductu proprię rationis inuestigans. Oratio est deuota mentis intentio in deum, pro malis amouendis, & bonis adipiscendis. Contemplatio est mentis in deum suspensa quædam eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans. Assignatis ergo quatuor graduum descriptionibus, restat vt eorum officia videamus. Lectio inquirit, meditatio inuenit, oratio postulat, contemplatio degustat, vnde ipse dominus dicit, Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Quærite legendo, & inuenietis meditando. Pulsate orando, & aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit. Meditatio masticat & frangit. Oratio saporem acquirit. Contemplatio est ipsa dulcedo quæ iocundat & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio indesiderij postulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. Quod vt expressius videri possit, vnum de multis supponam exemplum: In lectione audio, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ecce breue verbum, sed suaue & multiplex sensu. Redeo supra ad pastum animæ, quasi vuæ ministralis: quod postquam anima diligenter inspexit, dicit intra se, Potest aliquid boni esse. Redeo ad cor meum & tentabo si forte intelligere & inuenire potero munditiam hanc, preciosa enim & desiderabilis est res ista, cuius possessores dei dicuntur. Cui visio dei, quę est vita ęter-

Descrip. 4. graduum exercitationũ spiritalium. Cap. 1.

Lectio.

Meditatio.

Oratio.

Contẽplatio.

Descriptio officiorũ quatuor graduum. Cap. 2.

Mat. 7.

Mat. 5.

ma promittitur, quæ tot sacræ scripturæ testimonijs collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc vuam masticare & frangere, eamq; in torculari ponit dum excitat rationem ad inquirendum an sit & quomodo haberi possit hæc
Officium meditationis. Cap 3. Psal.23. adeo preciosa & desiderabilis munditia. Accedens ergo sedula meditatio non remanet extra, non habet aliquid in superficie alterius, pedem figit, interiora penetrat, singula rimatur, attente considerat quòd non dixit, Beati mundo corpore, sed mente: quia non sufficit manus habere innoxias a malo opere, nisi & a prauis cogitationibus mundemur in mente: quod authoritate Prophetæ confirmatur, dicentis, Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Item considerat hanc cordis munditiam quam optabat idem Propheta, qui orans, inquit, vt supra. Cogita quam solicitus erat in hac custodia beatus
Iob.31. Iob, qui dicebat, Pepigi fœdus cum oculis meis ne cogitarem quidem de virgine. Ecce quantum arctabat se vir sanctus, qui claudebat oculos suos ne videret vanitatem, ne forte incautus respiceret, quod postea intus desideraret. Postquam & huiusmodi de cordis munditia pertractauit, incipit tractare de eius præmio. Quam gloriosum & delectabile esset videre faciem desideratam domini, speciosam forma præ filijs hominum. Non iam abiectam & vilem, non habentem speciem, qua vestiuit eũ
Psal.44. mater sua, sed stola immortalitatis indutum, & coronatum diademate, quo coronauit eum pater suus, in die resurrectionis & gloriæ, die quam fecit dominus. Cogitat
Psal.16. quòd in illa visione erit satietas illa, de qua dicit Propheta, Satiabimur cum apparuerit gloria tua. Videsne quantum liquoris emanauit ex minima vua, quantus ignis ex hac scintilla ortus est, quantum hæc modica massa, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, in eadem meditatione extensa est. Sed quantum adhuc
Mat.5. Ioan.4. posset extendi, si accederet aliquis talia expertus. Sentio enim quòd puteus altus est, sed ego ad hæc rudis, vas in quo pauca haurirem, vix inueni. His anima facibus inflammata, his mactata desiderij fracto alabastro suauis vnguenti præsentire incipit, non de gustu, sed quasi narium odoratu. Ex hoc colligit quàm suaue est huius mediationis sentire experientiam, cuius meditationem nouit adeo esse iocundam. Sed quid faciet? Habendi desiderio exæstuat: sed non inuenit apud se quomodo habere possit, & quanto plus inquirit, plus sitit, dum apponit meditationem, apponit & dolorem, quia non sentit dulcedinem, quam in cordis munditia meditatio esse mostrat, sed non præstat. Non enim est legentis atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi data fuerit desuper. Legere enim & meditari tam bonis quàm malis cõmune est. Et ipsi philosophi gentium, in quo summa veri boni consisteret, inuenerunt
Rom.1. Psal.11. ductu rationis. Sed quia cum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, sed de suis viribus præsumentes, dicebant, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, non meruerunt percipere quod potuerunt videre. Euanuerũt in cogitationibus suis, & eorum sapientia deuorata est, quam eis contulerat humanum studium disciplinæ, non spiritus sapientiæ, qui solus dat veram sapientiam, sapidam scilicet scientiam, quæ cum alicui inest, inæstimabilis sapor iocundat & refi-
Sapi.7. cit: & de illa dictum est, Sapientia non intrat in maleuolam animam. Hoc autem a solo deo est, & sicut officium baptizandi dominus concessit multis potestatem vero & authoritatem in baptismo remittendi peccata sibi soli retinuit: vnde Ioannes antonomastice & discretiue de eo dixit. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et de eo
Mar.1. possumus dicere, Hic est qui sapientiæ saporem dat, sapidam animæ facit scientiam:
Cato. Officium oronis. Cap.4. Sermo siquidem datur multis, sapientia paucis: quam distribuit dominus cui vult, & quomodo vult. Videns autem anima quòd ad desideratam cogitationis & experientiæ dulcedinem per se non posset attingere, & quanto magis ad cor altum accedit, tanto magis exaltetur deus, humiliat se & fugit ad orationem, dicens, Domine qui non videris nisi a mundis cordibus, inuestigaui legendo meditando, quæsiui quomodo haberi possit vera cordis munditia, vt ea mediante vel ex media parte possem te cognoscere. Quærebam vultum tuum domine-vultum tuum domine quæ-
Psal.26. Psal.38. Luc.24. rebam. Diu meditatus sum in corde meo, & in meditatione mea exardescit ignis & desiderium amplius cognoscendi te, dum panem sacræ scripturæ mihi frangis, & in fractione panis, in quo magis cognitus es, quanto plus te cognosco, plus te co-

gnoscere desidero, non iam in cortice literę, sed in sensu experientię. Nec hoc peto domine propter merita mea sed pro tua misericordia. Fateor enim quia indigna & peccatrix sum, sed catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorũ. Da mihi domine arram hæreditatis futuræ, saltem guttam cœlestis pluuiæ, qua refrigerem sitim meam, quia amore ardeo. His & huiusmodi ignitis eloquijs suum inflammat desiderium, sicut ostendit suum affectum. His incantationibus aduocat sponsum. Dominus autem cuius oculi super iustos, & aures eius non solum ad preces sed ipsas preces eorum non expectat donec sermonem finierint, sed medium orationis cursum interrumpens festinus ingerit, se & animæ desideranti festinus occurrit cœlestis rore dulcedinis circunfusus, vnguentis optimis delibutus animam fatigatam recreat, esurientem reficit, aridam inpinguat, facit eam terrenorum obliuisci. Immemorem sui mirabiliter fortificando viuificans, & inebriando sobriam reddens. Et sicut in quibusdam carnalibus officijs adeo vincitur carnalis concupiscentia quod omnem vsum rationis amittit, & fit homo quasi totus carnalis: ita merito in hac suprema contemplatione ità consumuntur & absorbentur carnales motus ab anima, vt in nullo caro spiritui cõtradicat, & fiat homo quasi totus spiritalis. O domine quomodo appares quando hæc facies, & quod signum aduentus tui? Nunquid huius consolationis & lætitiæ testes & nuncij sunt suspiria & lacrymæ? Si ita est, noua est antiphrasis ista, & significatio inusitata. Quæ enim conuentio consolationis ad suspiria, lætitiæ ad lacrymas? si tamen istę dicendæ sunt lacrymę, & non potius roris interioris superinfusi superfluuens abundantia, & interioris ablutionis indicium, & exterioris purgamentum. Vt sicut in baptismo puerorum per exteriorem ablutionem significatur & figuratur interior animę ablutio, ita hic exteriorem ablutionem interior præcedit purgatio. O fœlices lacrymæ, per quas maculæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugetis, quia ridebitis in lacrymis. Agnosce, o anima sponsum tuum, amplectere desideratum. Nunc torrente te voluptatis inebria, fuge ab vbere consolationis eius lac & mel. Hęc sunt munda munuscula & solatia quæ dedit tibi sponsus tuus, gemitus scilicet & lacrymæ. Adducit tibi potum his lacrymis in mensura. Hæ lacrymæ sunt tibi panes die ac nocte, panes vtique confirmantes cor hominis, & dulciores super mel & fauũ. O domine si adeo sunt dulces istæ lacrymæ, quæ ex memoria & desiderio tui excitãtur, quàm dulce erit gaudium quod ex manifesta tui visione capietur: si adeo dulce est flere pro te, quàm dulce erit gaudere de te? Sed quid huius secreta colloquia proferimus in publicum? Cur in carnales affectus verbis communibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligunt in libro experientiæ quos ipsa docet vnctio. Aliter autem litera exterior non prodest quicquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris literæ, nisi glossam & interiorem sensum sumat ex corde. O anima diu protraximus sermonem. Bonum enim erat nos hic esse cum Petro & Ioanne cõtemplari gloriam sponsi, & diu manere cum illo. Sed vellem hic fieri non duo nó tria tabernacula, sed vnum in quo essemus simul & simul delectaremur: sed vt dicit spõsus, Dimitte me, iam.n. ascendit aurora, iam lumen gratiæ & visitationem quam desiderabas accepisti. Data ergo benedictione, mortificato neruo femoris, & mutato nomine de Iacob in Israel, paulisper secedit sponsus, diu desideratus, cito elapsus. Subtrahit se tam a prędicta visione quàm a dulcedine contemplationis: manet tamẽ pns quantum ad gubernationem, quantum ad gloriam, quantum ad vnionem. Sed ne times, o sponsa, ne disperes, ne existimes te contemni si paulisper tibi subtrahit sponsus faciem suam. Omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu & recessu lucrum acquiris, tibi venit, tibi & recedit. Venit ad consolationem, recedit ad cautelã, ne magnitudo consolationis extollat te, ne si semper apud te sit sponsus, incipias cõtemnere sodales & hanc continuam visitationem non tam gratię attribuas, sed naturæ. Hanc autem gratiam cui vult & quando vult sponsus attribuit, non iure hæreditario posidetur. Vulgare prouerbium est, quòd nimia familiaritas parit contemptũ. Recedit ergo ne forte nimis assiduus contemnatur, & absens magis desideretur, desideratus auidius quęratur, diu quæsitus tandem gratius inueniatur. Prętera quę est pśens vita? Quæ respectu futuræ gloriæ, quę reuelabitur in nobis ænigmatica est,

Mat.15.

Officium cõtẽplationis. Ca.5.

Signa spiritussancti ad ãam venientis. Cap.6.

Qũo remanet aãa spiritussancti seruore discede nte. Cap.7 Gen.32.

Quare spiritussancti seruor animã aliquã tulũ deserit. Cap.8.

1.Cor. 13. Heb. 13. quam nunc ex parte cognoscimus. Nam hic ciuitatem manentem non habemus sed inquirimus futuram. Ne ergo exilij deputemus pro patria, arrami pro precij summa, venit sponsus & recedit vicissim, nunc consolationem afferens, nunc vniuersum statum nostrum in infimitate commutās, paulisper nos permittit gustare ij suauis est, & antequam plene sentiamus se subtrahit, & ita quasi alis expansis supra nos volitans, prouocat nos ad volandum. q.d. Ecce parum gustastis, sum dulcis: sed si vultis plenè saturari hac dulcedine, currite post me in odorem vnguentorum meorum, habentes sursum corda, vbi ego sum in dextera dei patris, vbi videbitis me, non per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem, & vbi plenè gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Sed caue tibi, ô sponsa quomodo auertat se ipõsus. Non longe abijt: & si non vides eum, ipse tamen videt te plenus oculis ante & retro, nunquam potes eum latere. Habet etiam circa te nuncios suos spiritus quasi sagacissimos exploratores, vt videant quomodo absente sponso conuerseris, & accusent te coram ipso, si aliqua signa lasciuiæ & scurrilitatis in te deprehenderint, zelotypus est sponsus iste, si forte alium amatorem acceperis, si alijs placere studueris, statim discedet a te, & alijs adhærebit adolescentulis, delicatus est sponsus iste, nobilis & diues est, speciosus forma præ filijs hominũ: & ideo non nisi speciosam dignatur habere sponsam. Si viderit in te maculam siue rugam, statim auertet oculos. Nullam enim immunditiam potest sustinere. Esto ergo casta, esto verecunda & humilis, vt sic a sponso tuo merearis frequẽter visitari. Timeone diutius detinuerit nos sermo iste, sed ac hæc compulit me materia sterilis pariter & dulcis, quam ego non protrahebã spontaneus. sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus. Vt ergo quæ diffusius dicta sunt simul iuncta vel vnita melius videantur, prædictorum summam recapitulando colligamus, sicut in prædictis exemplis prænotatum videri potest, quomodo prædicti gradus cohæreant, & sicut temporaliter & causaliter se præcedant. Lector enim quasi fundamentum, prima occurrit: & data materia mittit nos ad meditationem. Meditatio vero quid appetendum sit diligentius inquirit, & quasi effodiens thesaurum inuenit & ostendit. Sed cum per se obtinere non valeat, mittit nos ad orationem. Oratio se totis viribus erigit, vbi repperit thesaurum desiderabilem, contemplationis sumitatem: hęc aduenies prędictorum trium laborem remunerat, dũ cœlestis rore dulcedinis animam sitientem inebriat. Lectio ergo est secundum exterius exercitium: Meditatio secundũm interiorem intellectum: Oratio secundum desiderium: Contemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientiũ. Secundus est proficientium. Tertius est deuotorum. Quartus beatorum. Hi autem gradus incatenati sunt, & vicaria ope sibimutuem deseruiunt, quòd precedentes sine subsequentibus, aut parum, aut nihil prosint: sequentes vero sine præcedentibus, aut raro aut nunquam prosint. Quid enim prodest lectione continua tempus occupare, sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere, nisi ea masticando & ruminando, succum & bibamus, & transglutiendo vsque ad cordis intima transmittamus, vt ex his diligenter consideremus statum nostrum, & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare? Sed quomodo hęc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus, ne falsa aut inania quædam meditando, limites à sanctis patribus constitutos transeamus, nisi prius circa huiusmodi aut ex lectione aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem. Vnde solemus dicere, non solum libros ipsos nos legisse quos nobisipsis vel alijs legimus, sed etiam illos quos à magistris audiuimus. Item quid prodest homini si per meditationes quæ agenda sunt videat, nisi orationis auxilio & dei gratia ad ea obtinenda conualescat? Omne, inquit, datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum, sine quo nihil possumus facere, sed ipse in nobis facit opera, non tamen omnino sine nobis. Cooperatores quidem dei sumus, sicut dicit Apostolus. Vult siquidem deus vt eum oremus, & vt ei aduenienti & præstolanti ad ostium aperiamus sinum voluntatis nostræ, & ei consentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritana, quando dicebat, Voca virum tuum. Volo tibi infundere gratiam, tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat, Tu si scires donum dei, & quis est qui

Curã aiæ ne à deo deseratur. Cap. 9.

Psal. 44.

Officia singulorum graduũ p repetitionem. Cap 10.

Iac. 1.

1.Cor. 3.

Ioan. 4.

qui dicit tibi, da mihi bibere, forsitan petisses ab eo aquam viuam. Hoc audito quasi ex lectione mulier instructa, meditata est in corde suo, bonum sibi fore & vtile habere hanc aquam. Accensa ergo habendi desiderio, conuertit se ad orationem, dicẽs, Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neq; veniam vnquam haurire aquam. Ecce auditus verbi domini & sequens super eo meditatio incitauerunt eam ad orandum. Quomodo nanque esset solicita ad postulãdum, nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio contulisset, nisi quæ appetenda monstrabat sequens oro impetrasset? Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio, oportet vt sequatur oronis deuotio, cuius, quasi effectus est contemplationis dulcedo. Ex his possumus colligere, q lectio sine meditatione arida est: Meditatio sine lectione erronea est: Oro sine meditatione est tepida, meditatio sine oratione infructuosa. Oro cum deuotione contemplationis est acquisitiua: Contemplationis adeptio sine oratione, aut rara, aut miraculosa. Deus. n. cuius potentiæ non est numerus vel terminus, & cuius misericordia super omnia opera eius, quandoque ex lapidibus suscitat filios Abrahę, dum duros & nolentes acquiescere cogit vt velint: & ita quasi prodigus, vt vulgo dici solet, bouem cornu trahit, quando non vocatus se infundit. Quod & si quando alibus legimus contigisse, vt Paulo & quibusdam alijs, non tamen ideo debemus nos quasi deum tentando diuina præsumere, sed facere quod ad nos pertinet, legere. s. & meditari in lege dei: orare vel amare ipsum, vt adiuuet infirmitatem nostram, vt videat imperfectum nostrum: quod ipse docet nos facere, dicens, Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Nunc. n. regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ecce si gratis distinctionibus perfici possunt prædictorum graduum proprietates qũo sibi cohæreant, & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cuius animus à cæteris negocijs vacuus, in his quatuor gradibus versari semper desiderat, qui venditis vniuersis, quæ habuit emit agrum illum, in quo latet thesaurus delectabilis. s. quia notate & videte quia suauis est dominus: qui in primo gradu excitatus, in secundo circunspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatus per has ascensiones, quas in corde suo disposuit, ascendit de virtute in virtutem, donec videatur dominus dominorum in Sion: Beatus cui in hoc supremo gradu vel modico tempore conceditur manere, quòd vere pót dicere. Ecce sentio gratiã domini, ecce cum Petro & Ioanne contemplor, ecce cum Iacob plerunq; Rachel amplexibus delector. Sed caueat sibi iste ne post contemplationem istam, qua eleuatus fuerat vsq; ad cœlos, inordinato casu corruat vsq; ad abyssos, nec post factam visitationem ad lasciuos mundi actus & carnis illecebras conuertatur. Cum vero mentis humanæ acies infirma veri luminis illustrationẽ diutius sustinere non poterit, ad aliquem trium graduum, per quos ascenderat, leuiter & ordinate descendat, & alternatim modo in vno, modo in altero, iam in alio secundum motum liberi arbitrij, pro ratione loci & temporis demoretur, tanto iam deo vicinior, quanto à primo gradu remotior. Sed heu fragilis & misera humana conditio: Ecce ductu rationis & scripturarum testimoniis aperte videmus in his quatuor gradibus bonæ vitæ perfectionem contineri, & in his spiritalibus bonis hominis exercitium debere versari. Sed quis est hic & laudabimus eum? Velle multis adiacet, sed perficere paucis. Et vtinam de istis paucis essemus. Sunt autem quatuor causę, quę retrahunt nos plerunq; ab istis gradibus. s. ineuitabilis necessitas, honestæ actionis vtilitas, humana infirmitas, mũdialis vanitas. Prima excusabilis, secunda tolerabilis, tertia miserabilis, quarta culpabilis. Cur culpabilis? Illis enim quos hmõi causa à sancto proposito retrahit, melius erat gloriam dei non cognoscere q̃ post agnitam retroire. Quam sibi excusationem habebit de peccato? Nam iuste potest dicere dñs: Quid debui tibi facere, & non feci? Non eras, & creaui te, peccasti & diaboli seruum te feceras, & redemi te: in mundi circumitu cum impijs currebas, & elegi te: dederam tibi gratiam in conspectu meo & volebã facere apud te mansionẽ, tu vero despexisti me, & non solum sermones meos, sed meipsum proiecisti retrorsum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Sed ô deus bone, suauis & mitis, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis, quàm inanis, quàm temerarius est qui te abiicit, qui tam humilem, mansuetum hospicem à suo corde repellit? O quàm infœlix & damnosa commutatio crea-

Ioan. 4.

Hic ostenditur oẽs hi gradus ita esse simul iũcti vt sint inseparabiles. Cap. 11.

Matt. 7.

Matt. 11.

Mat. 13.

Psal. 83.

Quatuor causæ retrahunt nos ab his quatuor gradibus. Cap. 12. 2. Petr. 2.

torem suum abiicere & prauas noxiasq; cogitationes recipere, illud etiam secretum cubile spiritussancti, secretum cordis quod pauloante cœlestibus gaudiis intendebat, tam subito immundis cogitationibus peccatis tradere conculcandū. Adhucin
2. Cor. 12. eodem calent sponsi vestigia, & iam intromittuntur adultera desideria. Male conueniens, indecorum, aures quæ modo audierunt verba quæ non licet homini loqui, tā cito inclinari ad fabulas & detractiones audiendas: oculos qui sacris lacrymis modo baptizati erant, repente conuerti ad videndas vanitates: linguam quæ modo dulce epithalamium decantauerat, qui ignitis persuasionis eloquiis suis cum sponso recō-
Canti. 2. ciliauerat sponsam, & introduxerat eam in cellam vinariam, iterum conuerti ad vana eloquia, ad scurrilitates, ad concinnandum dolos, ad detractiones. Absit à nobis domine. Sed si forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur, non ideo desperemus, sed recurramus ad clementem medicum, qui suscitat de tera inopem & erigit de ster-
Psal. 112. core pauperē; & qui non vult mortem peccatoris iterum curabit sanabit nos. Iam tē-
Ezec. 18. pus est vt epistolæ finem imponamus. Oremus ergo deū vt impedimenta, quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in præsenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat, qui prædictos gradus de virtute in virtutem nos perducat, donec videamus
Psal. 83. deum deorum in Sion. Vbi electi non guttatim, non interpolatim percipient diuinæ contemplationis dulcedinem, sed torrente voluptatis indesinenter repleti habebunt gaudiū, quod nemo tollet ab eis, & pacem incommutabilem, pacé in idipsum.

Finis.

DE DVODECIM ABVSSIO/ M
NVM GRADIBVS LIBER.

Sapiens sine opibus Gradus primus.

PRimus abusionis gradus est, si sine bonis operibus sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus cōplere negligit. Auditores. n. doctrinæ dicta facere contemnunt, cū prædicatoris opera à prædicationis verbis discrepare cōspiciunt. Nunquam. n. fit efficax prædicantis authoritas, nisi eam effectu operis cordi affixerit audientis, præsertim cum & ipse doctor, si in vitiorū amorem delapsus fuerit, alterius doctoris medicamentum sitis vulneribus adhibere parui pendit. Vnde & ipse dñs in Euangelio de doctrina pariter & bono opere discipulos instruere volens, qualem in his cautelam haberent admonebat
Mat. 5. dicens, Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Hoc est, si doctor errauerit, à quo iterū
Mat. 6. doctore emendabitur? Et si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Si nanque oculus à videndi officio desiuerit, quis à manu, vel à pede, vel à reliquo corpore illud ministerium exiget? Quapropter doctores cogitent ne ampliori vindictæ subiaceant, si plurimis morum perditionis occasionem abundantius præstent. Nā & ipse Salomon dum multę sapientiæ transgressionem incurrit, totius Israelitici plebis regni dispersionem solo suo merito præstitit. Quibus ergo committitur multa, maiora perdunt, si non rectè dispensauerint rectoris sui munera, quæ perceperunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur. Et seruus qui voluntatem
Luc. 12. domini sui intelligens non facit, acrioribus flagellis grauioribus q; vindictis vapulabit. Secundus abusionis gradus est, si sine religione senex esse inueniatur. Cuius
Senex sine religione. cum membra exterioris hominis veterascunt, vires animi i. interioris hominis mē-

ra incrementa roboris nō capiunt. Plus. n omnibus religioni operam dare senibus conuenit, quos præsentis seculi florida ætas transacta deseruit. Sicut nanq; in lignis ipsa reproba arbor comparet, quæ post flores fructus optimos cultori suo non exhibet: sic & in hominibus ipse reprobus est, quem flos iuuentutis deseruit, & tamen in sui corporis senectute bonorū operum maturos fructus proferre paruipendit. Quid enim stolidius potest fieri si mens ad perfectionem festinare non contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat? Dum oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat, etiam homo interior, qui nō senescit his omnibus aggrauatur. Et hæc omnia ruituram iam iamq; domum corporis cito prænunciant. Quid ergo superest, nisi vt dum huius vitę defectus appropiat, nihil aliud cogitare, quàm quomodo futuræ vitæ aditus propere comprehendatur, quisque se nex appetat. Iuuenibus. n. incertus huius vitę terminus instat, senibus vero cunctis maturior ex hac vita exitus breuiter concordat. Cauendę ergo sunt homini duæ particulę, quę & in illius carne non veterascunt, & totum hominem secum ad peccandum pertrahunt, & cor videlicet & lingua: quia cor nouas semper cogitationes machinari non desinit: lingua impigre loquitur quodcunq; cor machinari senserit. Caueat ergo senilis ætas, ne istæ iuuescentes particulæ totam sui harmoniam decipiāt, & per res ineptas reliquam corporis grauitatem illudant. Vnicuique nanque considerandum est, quid ætate eminenti dignum sit, vt hoc agat quod nec vitam, nec ætatem, nec ministerium vile reddat. Tertius abusionis gradus est, si adolescens sine obedientia deprehenditur, quo mūdus á recto rationis ordine deprauatur. Qualiter nanque in senectute ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescentia senioribus obedientiā exhibere contemnit? Vnde & in Prouerbijs apud veteres habetur, Quòd dominari nequeat, qui prius alicui seruitutem præbere denegat. Propter quod & dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dum adhuc legitimam ætatem doctoris non peruenire t, obedienter ministrationem suis parentibus exhibuit. Sicut ergo in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur: ita etiam in adolescentibus obsequiū, subiectio & obedientia rite debetur. Quapropter & in mādatis legis primum in his, quæ ad homines pertinent, patris & matris honor imperatur: quia quanuis carnalis pater non superuixerit, aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno & viuenti paternus honor vsque ad dignam ætatem à filiis prębendus esse ostenditur. Quatuor enim modis per scripturas diuinas patres vocantur, hoc est, natura, gente, admonitione, & ætate. De patre nanque naturali Iacob ad Laban loquitur, Nisi timor patris mei Isaac affuisset, tulisses omnia quæ mea sunt. Gente vero pater dicitur, quando dominus ad Moysen de ruuo loquebatur, Ego sum, inquiens, deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Aetate autem & admonitione pater dicitur, cum Moyses in cantico Deuteronomio loquitur, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi maiores tuos, & dicent tibi. Quod si ergo naturalis pater superstes non fuerit, aut indignus fuerit, admonenti tamen seniori adolescentis obedientia prębenda erit. Quomodo enim honoratus in senectute apparebit, qui disciplinæ laborem in adolescentia non sustinuerit? Quodcunq; n. homo laborauerit, hoc & metet. Omnis nanque disciplina in præsenti non videtur esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitię. Sicut. n. fructus in arbore non inuenitur in qua pampinus aut flos prius non apparuerit: sic & in senectute honorem legitimum assequi non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitationibus non laborauerit. Disciplina igitur absq; obedientia qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est; quoniam & ipsa obedientiaq; omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget, & sui nor-
mam studii à xpo domino sumpsit, qui obediens, patri vsq; ad mortem, mortem aut crucis ignominiam libenter sustinuit. Quartus abusionis gradus est, diues sine elee mosyna, qui superflua, vsus sui, quę custodienda in posterum recondit, indigentibus & nihil habentibus non distribuit: per quod efficitur, vt dum in terra quęsita diligenti cura custodit, cœlestis patrię perennem thesaurum amittat. Ad quem thesau-

Grad. 2.

Adolescēs sine obedientia.

Grad. 3.

Luc. 2.

Ebrardus.

Pater quatuor modis dr.

Gene. 3.

Exod. 3.

Deut. 32.

Heb. 12.

Phil. 2.

Diues sine eleemosyna.

Grad. 4.

dominus Iesus adolescentem diuitem, qui illum de perfectione interrogauerat,
Mat. 19. ita respondens inuitauit. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes,
& da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Quem
thesaurum nullus vnquam hominum habere potest, nisi qui pauperibus solatia
præstat, aut qui per sumetipsius voluntatem pauper est. Non ergo dormiat 179
*aliàs pau- in thesauris suis, qui pauperes * dormire non finit. Diues nanque & si mul- F
peri prod- ta congregauerit, his frui solus nequaquam poterit, quia vnius hominis na-
esse pōt. tura, multis rebus non succurrit. Quid ergo stultius est, quàm propter vnius
hominis victum & vestitum totam regni cœlestis perdere iocunditatem, &æter-
nos inferni cruciatus absque consolationis præstolatione subire? Quod ergo
aliquando per necessitatem amittendum est, pro æterna remuneratione sponte
distribuendum est. Omnia enim quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem
2. Cor. 4. non videntur, ęterna sunt. Quandiu nanque temporales sumus, temporali-
bus temporalia deseruiunt: & cum hinc transierimus, æternis æterna solatia prę-
stabunt. Idcirco diligere non debemus ea quæ non semper habebimus, præ-
sertim cum expertem rationis auarum diuitem thesauri sui & agri, & omnia quę
habet, ostendunt; quia toto cordis intuitu illas res amat, quę nunquam se di-
ligunt. Si enim aurum & argentum & agros & vestimenta & cibos & metal- 179
la & bruta animalia quis dilexerit, hæc omnia vicem sibi amoris rependere non G
posse ipsa rerum natura ostendit. Quid ergo à ratione longius est, quàm di-
ligere quod te amare non valet: & negligere illum, qui tuæ ditioni cum dilectio-
ne omnia præbet? Propter hoc igitur non diligi mundus, sed diligi proximus
Mat. 22. à domino præcipitur, quia proximus vicem sui amoris potest rependere, quod
mundus minime posse non dubitatur. Si enim inimicum esse diligendum do-
minus præcepit, vt illa dilectio amicum illum ex inimico efficiat. Quisquis
ergo diues cupidus, qui vult ęternas habere diuitias, distribuendo egenis prę-
stet in æternum non mansuras. Si enim quod diligit non vendit, nemo emere
potest, quod cupit. Auari nanque ideo in iudicio à rectissimo iudice nuncu-
pantur maledicti, quia qui præteribant eos non dicebant, Benedictio domini
Psal. 128. super vos, benedicimus vobis in nomine domini. Infœlices ergo sunt auari
diuites, qui propter res transitorias in æternam damnationem dilabuntur: & è
Mat. 5. contrario beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Fœlix est misericors, dum in hac virtute non substantiam, sed affectum domi-
Fœmina si- nus requirit. Quintus abusionis gradus est, Fœmina sine pudicitia. Sicut
ne pudici- enim omnes mores bonos procurat & custodit in viris prudentia, sic & in fœmi-
tia. nis cunctos honestos actus nutrit, & souet, & custodit pudicitia. Pudicitia
Grad. 5. nanque castitatem custodit, auaritiam refrænat, lites deuitat, iram mitigat, li-
bidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatem cauet, 179
* aliàs verba non multiplicat, gulæ concupiscentias oppugnat, furtum * omnino dam- H
fraudem. nat. Quid plura? Omnia vitia restringit, & omnes virtutes, & quicquid co-
ram deo & hominibus bonis laudabile est, nutrit. Impudica vita nec laudem
ab hominibus præsenti seculo, nec remunerationem à deo expectat in futuro.

Pudica vero vita famam bonam inter homines possidet, & de spe futuræ bea-
titudinis gaudet. Præsentibus semetipsam imitabilem facit, posteris memo-
riam amabilem relinquit. Bonis semper moribus delectatur & consentit, &
assiduis scripturarum meditationibus & eloquiis animam vegetat. Bonorum
Pudicitia præcedentium exempla custodit, & inseparabilia perfectis contubernia nectit.
est duplex Duobus ergo modis constat verę pudicitiæ exercitatio, id est corporis habitu in
2. Cor. 8. superficie, & animi affectu in ęterno. Per exteriorem modum iuxta Apostolum, co-
Pudicitia ram hominibus exempla: per interiorem modum corā deo prouidemus opera bona.
corporis. Pudicitia nāq; corporis, est alienas res non appetere, & omnem immunditiam deui- 179
tare: ante horam congruam non gustare velle, risum non excitare, verba vana & I
falsa non loqui; habitum per omnia ordinatum, compositionemq; conuenientem tā

capillorum quàm vestium sicut decet habere, cùm indignis contubernia non inire,
179 superciliōso intuitu neminem aspicere, vagari oculos non permittere, pompatico &
I illecebroso gressu non incedere, nulli inferior in incepto bono opere apparere, nulli
contumeliam aut ruborem incutere, neminem blasphemare, bonis non inuidere, se-
nes non irridere, meliori non conuersari, de his quæ ignoras non tractare, & ea quæ
scis non omnia proferre: hæc enim proximis amabilem hominem reddunt, & deo Pudicitia
acceptabilem faciunt. Pudicitia vero animæ est, plus propter dei oculos quàm ho- animæ.
minū omnia bona facere, appetitiones turpium cogitationum cōpescere, omnes me-
liores se esse æstimare, nemini inuidere, de semetipso nihil confidere, dei semper au-
xilio res omnes committere, ante dei oculos semetipsum constituere, hæretica praui
tate sensum non maculare, catholicis per omnia consentire, deo soli adhærere, casti-
tatem internæ mentis domino Iesu Christo offerre, omnia incepta bona opera mor-
tis tantum termino finire prędentes tribulationes animi fortitudine paruipendere, in
terra præter proximos nihil amare, cuncti amoris sui thesaurum in cœlo cōstituere,
& pro omni bono actu mercedem in cœlestibus a deo sperare pudicitia ornamentū
179 nobilium est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulcritudo debilium, pro- Pudicitiæ
K speritas laborantium, solamen mœstorum, augmentum omnis pulcritudinis, de- laus.
cus regionis, defensio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium dei Dñs sine
amica. Sextus abusionis gradus est, Dominus sine virtute. Quia nihil proficit domi virtute.
nandi habere potestatem, si dominus ipse non habeat virtutis rigorem. Sed hic virtu Grad. 6.
tis rigor nō tam exteriori fortitudine, quę & ipsis secularibus dominis necessaria est,
indiget, quàm animi interiori fortitudine bonis moribus exerceri debet: sæpe enim
dominandi fortitudo per animi negligentiam perditur, sicut de Heli sacerdote factū 1. Reg. 2.
fuisse comprobatur. Qui dum per seueritatem iudicij peccantes filios non coercuit,
in eorum iudictam dominus velut consentienti ferociter non pepercit. Tria ergo Tria sunt
necessaria hos, qui dominantur, habere oportet, terrorem. subordinationem, & amore. necessaria
Nisi enim ametur dominus & metuatur, ordinatio illius minime stare poterit. Per his qui do
beneficia ergo & affabilitatem procuret vt diligatur: & per iustas vindictas, non pro- minantur.
priæ iniuriæ, sed legis dei studeat vt metuatur. Propterea quoque dum multi pen-
dent in eo, ipse deo adhærere debet, qui illum in ducatum constituit, qui ad portan-
dum multorum onera ipsum veluti fortiorem solidauit. Paxillus enim nisi bene fi-
xus firmiter alicui fortiori adhæreat omne quod in eo pendet cito dilabitur, & ipse so-
179 lutus a rigore suę firmitatis cum oneribus ad terram delabitur. Sic & princeps nisi
L suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse & omne quod continet cito deperit. Qui-
dam nanque per dominandi officium plus deo appropinquant, quidam imposito li-
bi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim accepto populi ducatu, familia-
rius dei locutionibus vtebatur. Saul vero filius eis postquàm sceptrum regni susce- Exo. 33.
pit, per inobedientię superbiam deum offendit. Rex Salomon postquam patris 1. Reg. 15.
sui Dauid sedem obtinuit, deus illum vltra omnes mortales velut ad innumerosi po- 3. Reg. 3.
puli gubernationem sapientiæ munere ditauit. Econtrario vero Hieroboam seruus
Salomonis, postquàm regni domus Dauid partem occupauit, ad idolorum culturam
decem tribus Israel, quæ erant in parte Samariæ, diuertit. Per quæ exempla euiden
ter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quos- 3. Reg. 12.
dam uero per supercilium dominationis ad deteriora defluere. Per quod vtrunque
intelligitur, eos qui ad meliora conscendunt, per virtutem animi & dei auxilium pos
se id facere: & eos qui ad deteriora diuertuntur, per mentis imbecillitatem pariter &
negligentiam errare. Vnde dominum absque virtute fieri non decet, quam virtutem
179 sine dei auxilio nemo habet. Qui enim multa tuetur, si non habet fortitudinem ani
M mi, non ualet id agere, quoniam magna magnis infestinationibus, vel aduersitatibus
solent laborare. Omnis igitur qui prędest, hoc primitus tota animi intentione procu-
ret, vt per omnia de dei adiutorio omnino non dubitet. Si nanq; cœperit in actibus
suis auxiliatorem habere dominum dominorū, nullus hoīum cōceptū potest habere Rom. 13.
eius dominatum: non.n. est potestas nisi a deo. Ipse enim eleuat de stercore egenum,
& sedere facit cū principibus populi sui: & deponit potentes de sede, & exaltat humi-

Christianus cõtentiosus.

Gradus.7. 1. Ioan. 2.

Pauper superbus.

Gradus.8. 1. Tim. 6.

Matt. 5.

Esa 42.

Mat. 23.

Mat. 6.

*Aliàs, perdunt.

les, vt subditus, fiat omnis mundus deo, & erigatur gloria dei. Septimus abusionis gradus est, Christianus contentiosus. Qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum susceperit, contra xpi dicta & propositum, mundi caduca delectamenta diligit. Omne enim de quo cõtenditur, aut propter propriam eius dilectionem, de qua agitur: aut propter alterius amorem, quæ sub odiosa specie latet, appetitur. Quemadmodum, verbi gratia, bellum animosõ compugnantium conflictu cũ odiosa res sit, propter amorem victoriæ & libertatis peragitur, & multę alię dilectæ species sub odioso labore vel formidine satis contentiose expetuntur. Vnde patenter intelligitur nihil contendi posse nisi propter dilectionem. Qui igitur de mundo præsenti ex quacunq; causa contendit, perspicuè ostendit quòd illũ diligit. Quomodo ergo mundum diligi per Ioannẽ spiritusanctũ sermones interdicunt: quibus ait, Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt? Mundi enim amor & dei pariter in vno corde cohabitare non possunt, quemadmodum ij dem oculi cœlum pariter & terram nequaquam aspiciunt. Sed requirendum est, si vere in mundo aliquid sit quod amari debeat, & quid sit ille mundus quem diligi diuina eloquia vetant. Terra vero cum nascentibus ex ea, & metallum & animantia, & pulchritudo vestium, & oblectationes ciborum, & ea quæ ad hęc pertinent non diligi præcipiuntur: sed proximus, propter quem hęc omnia facta sunt, hic amari iubetur. Hęc enim omnia prędicta, velut non mansura, ad cœlestem patriam pergentes concomitari nequeunt. Proximi vero velut mansuri regis cohęredes, semetipsos licenter inuicem diligunt. Quod ergo semper in mundo non manet, & cum mundo pariter deficiet. Ipse mundus non amari præcipitur, proximus autem qui est pars regni cœlestis in terra & inter ima elementa a regni cœlorum appetitoribus non incongrue amatur, dum in summa illa patria in æternum cohęres habebitur. Propterea vero mundus præsens non diligi imperatur, ne a dei dilectione alienus seculi dilector quisq; efficiatur. Non ergo debet cõtendi quod nõ licet amari. Igitur Christianus, qui nominis xpi similitudinem tenet, morum quoque eius similitudinem habere debet. Christianus enim nemo rectè dicitur, nisi qui moribus Christo coæquatur. De xpo vero per prophetam ita scribitur, Ecce puer meus quem elegi, electus meus, complacuit in illo sibi anima mea, ponam spiritum meum super eum. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Ecce Christus non contendit, neque clamauit, & tu simorum eius similitudinem retinere cupis, ne contendas, ne abusiuus in Ecclesia Christianus existas: suis enim sectatoribus Christus pcepit, Nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester, qui est Christus: & patrem nolite vocare sup terram, vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Omnes enim vos fratres estis, quibus ad supplicãdum imperauit dicens. Sic autem orabitis, Pater noster noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: &c. Frustra enim contendit patrem se habere in terra, qui patrẽ & patriam profitetur se habere in cœlo. Cuius patriæ possessor nemo efficitur, nisi qui de terrenę patrię contentione securus habetur. Octauus abusionis gradus est, Pauper superbus, qui nihil habens, in superbiam extollitur, cum econtrario diuitibus seculi non superbè sapere per Apostolum Paulum imperatur. Quid ergo stolidius potest fieri, quàm illum qui per infimam miseriam velut in terram abiectus, extremus & humilis incedere debuerat, supercilioso superbiæ tumore inflatam mentẽ contra deum erigere? Per quod vitium lapsi corruerunt, qui in summo cœli conditi erant culmine. Quid ergo vult quasi potens in terra superbire, qui præ omnibus hominibus debuerat humilis apparere? Sed ne de paupertate sua tristitiam habeant, qd a deo recepturi sunt pauperes attendant: ipse etenim, inquit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Recta nanque dispensatione misericors iudex regnum cœlorum illis committit, quibus regni terrarum participationem intermortales abstulit: vt ipse diues in cœli sede appareat, qui in terra nihil penitus procurat. Cauendum ergo pauperibus est, ne dum per egestatem & necessitatem terrenum regnum prætereunt, † per mentis etiam imprudentiam cœlorum regnum amittant. Cum enim dei dispensatione paupertatem necessariam accepe-rint, in ipsorum arbitrio pendet, vtrum pauperes spiritu sint. Non enim quibuscunque pauperibus cœli regna promittuntur, sed his tantummodo, in q'bus diui-

tiarum inopiã animorũ humilitas comitatur. Pauper enim humilis, pauper spiritu, appellatur: qui cum egenus foris cernitur, nunquã in superbiam eleuatur: quoniam ad appetenda cœlorum regna plus valet mentis humilitas, quam præsentium diuitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles, qui bene possessas diuitias habent possunt pauperes spiritu appellari: superbos autem nihil habentes haud dubium est, beatitudine paupertatis priuari. De quibus vtriq; sancta scriptura ita loquitur, Est quasi diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Quasi pauper ergo in multis diuitijs, est diues humilis spiritu: & nihil habens quasi diues, est pauper superbi mentis affectu. Nobilis ergo inopia est mentis humilitas, & inæptæ diuitiæ sunt animorũ enormitas. Prouidendum ergo pauperibus est, vt semetipsos quales sint intelligat? & quia rebus consequi quod cupiunt non valent, mentis tumore superbire desinant. Nonus abusionis gradus est, Rex iniquus. Etenim regẽ non iniquum, sed correctorẽ iniquorũ esse oportet. Inde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet: nomẽ. n. regis intellectualiter hoc retinet, vt subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, si iniqui sint, nõ corrigit. Quoniam iniustitia regis exaltatur solium, & in veritate regis solidantur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est, neminẽ iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarũ inter virũ & proximũ suũ iudicare, aduenis & pupillis & viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes viuere, non sinere, Ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negocia constituere, senes & sapientes & sobrios consiliarios habere, magnorum & ariolorum pythonissarũq; superstitionibus non intendere, iracundiam suã differre, patriã fortiter & iustè contra aduersarios defendere, pomnia in deo confidere, prosperitatibus non eleuare aiũm, cũcta aduersa patienter tolerare, fidem catholicã in deum habere, filios suos nõ sinere impiè agere, certis horis orationib. insistere, ante horas congruas non gustare cibum. Væ. n. terræ cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Hæc regni prosperitatẽ in præsenti faciunt, & regẽ ad cœlestia regna meliora perducunt. Qui vero regnum secundum hanc legem non dispensat, multas nimirum aduersitates imperii tolerat: idcirco. n. pax populorum sępe rumpitur, & offendicula de regno suscitantur, terrarum quoq; fructus diminuuntur, & seruitia populorum impediũtur, multi & varij dolores prosperitatem regni inficiunt, charorum & liberorũ mortes tristitiam cõferunt, hostiũ incursus prouincias vndiq; vastant, bestiæ armentorum & pecorũ greges dilacerãt, tempestates aeris & hemisphæria turbata terrarum fœcunditatẽ, & maris ministeria prohibent, & aliquando fulminum ictus segetes, & arborũ flores, & pãpinos quoq; exurit. Super omnia vero regis iniustitia nõ solũ præsentis imperij faciem offuscat, sed etiam filios suos & nepotes, ne post se regni hæreditatẽ teneat, obscurat. Propter piaculum. n. Salomonis regnum domus Israel dominus de manibus filiorum suorũ disperſit. Et propter iustitiam Dauid regis, lucernam de semine eius semper Ierusalẽ reliquit. Ecce quantum iustitia regis seculo valet, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorum tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentũ gentis, cura languorum, gaudium hoium, tẽperies aeris, serenitas maris, terræq; fæcunditas, solatium pauperum, hereditas filiorum & sibimetipsi spes futuræ beatitudinis. Attamẽ sciat rex, quod sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pœnis, si iustitiam non fecerit, primatũ habiturus est. Omnes nãq; quoscunq; pecccatores sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa futura habebit. Decimus gradus abusionis est, episcopus negligens, qui gradus sui honorẽ requirit inter hoies, sed ministerij sui dignitatẽ corã deo, pro quo legatione fungitur, nou custodit. Primo nãq; ab episcopo, quid sui nominis dignitas teneat inquiratur, quoniã cũ episcopus Græcum nomen sit, speculator interpretatur. Quare vero speculator ponitur, & quid a speculatore requiritur, dominus ipse denudat cum sub Ezechielis prophetæ persona episcopo officij sui rationem denunciat, ita inquiens, Speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, nunciabis eis ex me. Si autem videris gladium venientem, & tu non annunciaueris vt reuertatur impiusa via sua,

Pro. 13.

Rex iniquus.

Gra. 9.

Eps negligens.

Grad. 10.

Eccle. 10.

Ezechi. 3.

seipsē quidem impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris, & ille non fuerit reuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sed tu animam liberasti. Decet ergo episcopum, qui omnium speculator positus est, peccata diligenter attendere: audiēs ergo & postquā attenderit sermonē, si potuerit & actu corrigere: si non potuerit, iuxta Euangelij regulam scelerum operarios declinare. Si enim, inquit in Euangelio dominus, peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuum. Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbū: si illos non audierit, dic Ecclesiæ, si Ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Tali ordine expellendus est quicunque doctori vel episcopo adhærere noluerit. Et qui tali ordine expulsus fuerit, ab alio aliquo doctore vel episcopo non debet recipi: de sacerdote namque in lege scribitur, Viduam autem repudiatam non accipiat vxorē. Qui ergo illum excōicatū a catholico illo non permittente sibi iungit, iura sacerdotij sancti, quod Christianorum genus electum est, excedit. Hac ratione episcopum ad eos, quibus in speculatione positus est, esse oportet. Cęterum vero qualis in semetipso esse debeat, Paulus apostolus exponit. vt ad gradum episcopi veniens sit sobrius, prudens, castus, sapiens, modestus, hospitalis, filios habens subditos cum omni castitate, testimonium habens bonum ab his qui foris sunt, proferens doctrinę fidelē sermonē, ante episcopatū non plures habēs vxores, quam vnam. Non percussor, non bilinguis, non ebriosus, non neophytus, vt per hæc ipse ostendat in opere, quod alios docet in sermone doctrinæ. Caueāt ergo negligentes episcopi, quod in tempore vindictę dominus per Prophetam conqueritur dicens, Pastores mei demoliti sunt populum, & non pascebant gregem meum pastores, sed pascebant semetipsos: sed potius procurent hi, quos constituit dominus super familiam suam, date illis cibum in tempore suo mensuram tritici, puram, & probatam doctrinam, quatenus veniente domino mereantur audire, Euge serue bone & fidelis, qui supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Vndecimus abusionis gradus est, Plebs sine disciplina, quæ cum disciplinæ exercitationibus non seruit, communi se perditionis laqueo constringit, iram enim domini absque disciplinæ rigore non euadit. Atque idcirco psalmistæ vocibus indisciplinatæ plebi prædicatur, Apprehendite disciplinā, nequando irascatur dominus. Disciplina vero est morum ordinata correctio, & maiorū præcedentium regularum obseruatio: de qua disciplina Paulus Apostolus ita loquitur, dicens, in disciplina perseuerare, tanquā filijs vobis se offert deus. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti estis, omnes ergo adulteri & non filii estis. Qui ergo adulteri sine disciplina sunt, cœlestis regni hæreditatē non capiunt: si filij autē paternæ disciplinæ correctores ferunt, & hereditatem quandoque recipere posse non desperent. De qua etiam disciplina Esaias quidem indisciplinatæ plebi prędicat dicens. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Et ad eandem psalmista consona voce psallit dicens, Declina a malo, & fac bonum. Infœlix ergo est qui abiicit disciplinam. Audet. n. extra milites aliquid, qui dominum crucifigentes non eius scinderunt tunicā, qui Ecclesię Christi scindit disciplinam. Sicut enim tunica totum corpus prēter caput tegitur, ita disciplina omnis Ecclesia, prēter Christum, qui Ecclesię caput est & sub disciplina non est, protegitur & ornatur. Ipsa. n. tunica contexta desuper fuerat per totum, quia eadem disciplina Ecclesię a domino de cœlo tributur & integratur. De qua dominus cum ad patrem ascendisset postquam resurrexit a mortuis, ad Apostolos suos loquitur dicens, Vos autem sedete hic in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. Tunica ergo corporis Christi, disciplina Ecclesię est: qui autem extra disciplinam est, alienus est a corpore Christi. Non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa cuius sit, id est, non soluamus quicquam de mandatis domini, sed vnusquisque in quo vocatus est, in eo permaneat apud dominum. Duodecimus abusionis gradus est, Populus sine lege, qui dum dei dicta, & legum scita contēnit, per diuersas errorum vias preuaricationis laqueum incurrit. De quibus viis sub persona preuaricationis populi humanum genus Propheta ita deplangit, Nos autem sicut oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit: de quibus viis

Matt. 18.
Leuit. 21.
1. Tim. 3.
Ezec. 34.
Luc. 12.
Mat. 25.
Plebs siue disciplina Grad. 9.
Psal. 2.
Disciplina quid.
Hebr. 12.
Esaię. 1.
Psal. 36.
Coloss. 1.
Luc. 24.
Ioan. 19.
Populus sine lege. Gra. 12.
Esaię. 53.

viis etiam eadem sapientia loquitur per Salomonem, Multæ viæ videntur hominibus rectæ, & nouissima earum deducunt ad mortem. Quæ vtiq; multæ perditionis viæ tunc inceduntur, cum vna regalis via, lex dei videlicet, quæ neque ad dexteram, neque ad sinistram declinat, per negligentiam deseritur. De qua via dominus Iesus Christus, qui est finis legis ad iustitiam omni credenti denunciat, Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quam viam oēs coiter inuitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Quia nō est personarum acceptio apud deum, vbi non est Iudeus & Græcus, masculus & fœmina, seruus & liber, barbarus & Scytha, sed oia in oībus Christus, oēs. n. vnū sunt in Christo Iesu. Dum ergo Christus est finis legis, qui sine lege sunt, sine Christo sunt: igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Abusiuum euangelij populū sine lege fieri, quando Apostolis in cunctas gentes licentia prædicationis data est, quādo tonitruū Euangelii per cunctas seculi partes intonuit, quando gētes quæ nō sectabantur iustitiā apprehenderunt iustitiam, quando qui longe fuerant, facti sunt prope in sanguine Christi: qui aliquando populus, nunc autem populus dei in Christo, quando est tps acceptabile & dies salutis, & tempora refrigerii in cōspectu altissimi, quando vnaquæq; gens habet testem resurrectionis, quādo ipse dominus testatur, Ecce ego vobiscum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Non fiamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro.

Proue. 14.
Rom. 10.
Ioan. 14.
Mat. 11.
Colos. 3.
Matt. 28.

Finis.

DE CONTRITIONE CORDIS LIBER.

Nihil certius morte, nihil incertius hora mortis. Cogitemus ergo quam breuis sit vita nostra, quam via lubrica, quam mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admistum sit, siquid dulce aut iucundum in medio huius vitæ occurrit nobis allidit, quam fallax & supectum, quam instabile & transitorium est est quicquid huius vitæ amor perturbat, quicquid species aut pulchritudo temporalis promittit. Consideremus etiā quæ sit patriæ cœlestis suauitas aut dulcedo, & attendamus & perpēdamus vndecidimus & vbi iaceamus, quid perdidimus & quid inuenimus, & ex vtroque intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugendum sit: hinc. n. Salomon ait, Qui apponit scientiam, apponit dolorem. Quia quanto magis quis intelligit mala sua, tanto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidem parit conscientiam, conscientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio commendat orationem. Meditatione assidua homo ad cognitionem sui illuminatur, in compunctione vero ex consideratione malorum suorum, cor intenso dolore tangitur. Miser ergo inquantum deberem diligere deum meum qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram: non enim eram, & de nihilo fecit me: non arborem, nō auem, nec aliquod de animalibus brutis, sed hominem me voluit esse, dedit mihi viuere, sentire & discernere. Perierā, ad mortalem descendit immortalis, suscepit passionem, suscepit mortem, vicit, & sic me restaurauit: sic gratia eius, & misericordia eius semper præuenit me. De multis etiam periculis sæpe liberauit me liberator meus: quando errabam, corripuit me: quando contristabar, consolatus est me: quando desperabam, confortauit me: quan-

Quō nostræ miseriæ & dei sint memoranda beneficia. Ca. 1.
Eccle. 1.

do tecidi, erexit me: quãdo steti, tenuit me, quando iui, duxit me: quando ad eum ve
ni, suscepit me. Hæc & multa alia fecit mihi deus, pro quibus dulce est mihi semp lo- 181
qui, semper cogitare, semper gratias agere, vt pro omnibus beneficiis suis posſim eũ
laudare & amare. Pro his. n. omnibus quæ illi rependam non habeo nisi vt ipsum di D
ligam: non. n. melius nec decentius rependi possunt, quam per dilectionẽ quæ mihi
sic data sunt. Considera o homo quid tibi erat, & quid tibi factum sit, & pensa quis ti
bi hæc fecit, quanto amore dignius sit, Intuere necessitatem tuã, & bonitatem eius,
& vide quas gratias ei reddas, & quantum debeas honori eius. In tenebris, in lubrico
in descensu semper eras ad horribile chaos inferni. Immensum & quasi plumbi pon
dus pendens a collo tuo deorsum te trahebat, & onus importabile desuper te preme-
bat. Hostes inuisibiles toto conatu te impellebant. Sic eras sine auxilio, & nescie-
bas: quia sic conceptus eras & natus: in tenebris, inquam, eram: quia meipsum nescie
bam, in lubrico, quia imbecillis ad lapsum peccati eram: in descẽsu eram, quia super
chaos inferni pondus horribilis peccati deorsum me præmebat, & inimici mei dæ-
mones vt me aliis peccatis dannabiliorem facerent vehementer insistebant. Sic omn-
ni auxilio destitutus illuxisti mihi deus meus, proiecisti pondus trahens, & onus gra
uans: & hostes impellentes reiecisti, quia peccatum in quo natus & conceptus sum, & 181
damnationem amouisti, & maligno spiritui, ne vim animæ meæ faceret, prohibuisti, E
& Christianum me vocari fecisti nomine tuo, per quod ego te confiteor, & tu me co
gnoscis inter redemptos tuos, erexisti & leuasti me ad notitiam tuam & amorẽ, feci-
sti me confidere de salute animæ meæ, pro qua dedisti animã tuã, & mihi si te seque-
rer promisisti gloriam, Et certe quãuis te non sequebar sicut consuluisti, sed insuper
multa peccata feci, meq; prohibuisti, adhuc expectas vt sequar, & dones quod promi
Quid pro beneficiis dño debeamus. Cap. 2. sisti. Considera anima mea, intendite omnia intima mea, quantum illi debeat tota
substantia mea. Certe domine quia me fecisti, debeo tibi meipsum totum, imo de-
beo amori tuo plus quam me, quanto tu maior es me pro quo dedisti temetipsum,
& promisisti teipsum: Fac me peccatorem dñe gustare per amorem, quod gusto per
agnitionem: sentiam per affectũ, quod sentio per intellectum. Plus tibi debeo q̃ me-
ipsum totum', sed nec plus habeo, nec hoc ipsum quod habeo per me totum redde-
re possum. Trahe me o dñe in amorem tuum, & hoc ipsum totum quod sine contra-
dictione tuum est, fac tuum dilectione. Ecce dñe coram te est cor meum, accedere ad
te per se non potest, admitte me intra cubiculũ amoris tui, peto quæro, pulso: quod 181
me facis petere, fac me accipere? das quærere, da inuenire: doces pulsare, aperi pulsan F
ti. Cui das, si negas petenti? Quis inuenit, si quærens frustratur? Cui aperis, si pulsan
ti claudis? Quid das non oranti, si amorem tuum negas roganti? A te solo habeo im
petrare, adhærere aiam meã volo ad te. O bone dñe si amorẽ tuũ negas, quis dabit?
fac me participem amoris tui. Lãguet aia mea, refocilla illã, dilectio tua impinguet
eam, affectus tuus impleat eam amor tuus erigat me totũ & possideat. Scio dñe, scio
& fateor, quod non sum dignus vt me diligas. Sed certe nõ es indignus seruitio crea
turę tuæ. Da igitur mihi domine vnde es dignus, & ego ero dignus vnde sum indi-
gnus. Fac me quoquo modo vis a pctõ cessare, vt quoquo modo debeo possim tibi
seruire. Concede mihi sic custodire, regere, & finire vitam meam, vt in pace dormiã
& requiescam & præsta mihi in fine, vt me accipiat somnus cum requie cum securi-
tate, securitas cum ęternitate, Amẽ. Dñe Iesu xp̃e redemptor meus, vita & salus mea,
te laudo, tibi gratias ago, tua me domine bonitas creauit, tua misericordia me a pec-
Desiderii boni excitatio. cato originali mundauit, tua patientia post illam emundationem in aliis peccatorũ 181
fordibus hactenus tolerauit, nutriuit, & expectauit. Domine deus creator meus, ad- G
Præcatio. Cap 3. iutor meus, te litio, te esurio, te desidero, ad te suspiro, te concupisco benignissimũ,
suauissimũ, serenissimũ, te volo, te quæro, & in te spero. Renuit consolari anima
mea, nisi de te dulcedo mea, accede ad me domine, appare mihi & consolatus ero,
ostende mihi faciem tuam, & saluus ero, exhibe mihi præsentiam tuam, & implebi-
tur desiderium meum. Reuela gloriam tuam, & perfectum erit gaudium meum. Si-
Psal. 62. tiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: Quando venies consolator
Psal. 16. meus, quem ego expecto? O si ego videbo gaudium quod desidero. O si ego satiabor
Psal. 35. cum apparuerit gloria tua quam esurio. O si inebriabor ab vbertate domus tuæ ad

quam suspiro. O si potabis me torrente voluptatis tuæ quem sitio. Da mihi do-
mine in hoc exilio penitentiæ dolorem, & lachrymarum fontem quem esurio super
omnem copiam delitiarum. Sint mihi domine interim lacrymæ meę panes die ac no Psal. 41.
ste, donec dicatur mihi, ecce deꝰ tuus. Pasce me domine interim singultibus meis, re
focilla me doloribus meis, donec audiam, ecce sponsus tuus. Deus meus qualem me
fecisti, & qualem iterum me feci? In peccatis eram conceptus & natus, & abluisti me
181 atq; sanctificasti me, & ego peioribus sordidaui me peccatis. Innocẽs erã tũc natus, s.
H in baptismo, nunc sum in voluntatis volutatus. Heu me miserum, nimisq; miserũ De cõsciẽ
quem torquet conscia sua, quam fugere non pót, nimis miserum quẽ expectat dam- tię peccatricis infœlicitate. Cap. 4.
natio sua, quam vitare non potest, nisi deus eripiat. Nimis est infœlix, cui mors æter
na est sensibilis: nimis erũnosus, quem terrent continui de sua infœlicitate horrores
nimis grumnosus, quem multum torquebunt æterni pro sua iniquitate dolores, ma
lum hoc & malum hoc, sed minus hoc & maius hoc peccare, o quam amara res est, &
mala res est peccatum. O peccata quam faciles aditus habetis dum suadetis, & quam
difficiles exitus habebitis: dum suadetis, inungitis: sed postquam suaseritis, vsq; ad
mortem animæ pungitis: fœtores quos inducitis, vsque in iniquos vtres includitis
Intelligite intelligite quem amarum & malum est relinquere dñm vos qui peccatis.
nolite peccare amplius, sed redite ad cor, nolite peccare, malũ est. n. & amarum: ex-
pertus sum in memetipso. Aut ergo continui dolores cruciabunt pœnitentẽ vitam
meam, aut etiam cruciatus ęterni vexabunt puniendam animam meam. Malum &
amarum est vtrunque, sed libera me ab vtroque. Anima mea, ante omnia te sicut ma
trem virtutum moneo, ne in recordationibus malorum tuorum alicuius diaboli la
171 queos incurras, quos multi incauti incurrũt quando de malis suis quasi pro eis plo
I rantes ante mentis oculos reducunt, & per easdem recordationes in ipsas malorum
delectationes insipienter incidunt. Sępius etiam cum sine alicuius mali intentione
cum aliquo loqui incipio, statim detractionem incurro, vel pro aliqua re impruden-
ter loquendo iuro, vel vitio curiositatis inepte succumbo, vel malarum cogitationũ,
vel turpitudinis motus illicitos & impudicos in ipsis interioribus meis sustineo. Philip. 3.
Heu tantę infœlicitati & tantę perditioni, dum enim quę retro sunt obliuiscens ad
ea quæ ante sunt me extendere volo, subito nescio qua miseria me relabi ad inania
conspicio & noxia, & tanquam mors subito interueniens, vel quemadmodum canis
rabidus, qui nec percussus a laceratione hominis separatur, carnalis delectatio perfo
rat mentem meam, & pro suaui odore virtutum sentio intolerabilem ac teterrimum
fœtorem interiorum vitiorũ. Eia dulcissime domine Iesu coram te expando omnes
iniquitates meas quas intus sustineo: sunt autem hęc mala decem. Primũ impatien- Iniquita-
tia, inimica deo & omnibus sanctis odiosa discordia, indignatio, rancor animi, tædiũ tes animæ
mentis, voracitas gulę, murmuratio, desiderium voluptatis, delectatio carnis, tempe interiores
182 stas libidinis, & multa his similia, quibus laqueatur & deciditur atque afficitur infœ
K lix aia mea. O quam tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quam anima pec
catrix deo, magis infœlix ista deo quam ille hominibus. Anima peccatrix arbor in-
fructuosa es, vbi sunt fructus tui? Talis autem arbor digna est securi & igne, di-
gna succidi & incendi. Qui sunt fructus tui? Vtique spinæ pungentes & ama- Matt. 3.
ra peccata, quę vtinam sic te pœnitendo pungerent vt confonderent, sic amarescе-
rent, vt euanescerent. Forsitã parum quid putas quid peccatũ sit. Sed heu nonne pec
catum per pręuaricationẽ personã dñi inhonorat? Quam parum ergo audebit pec-
cator dicere peccatum, quando propter peccatum filius dei moritur, vltra quem nil
aliud potest ęstimari. Iesu dñe bone cur de cœlo venisti, quid mundo fecisti, ad quid
te morti dedisti? Nisi vt peccatores saluares, quorum maximus ego sum. Respira er- Implora-
go, o peccator, respira ne desperes, spera in eo quem times, fuge ad eum a quo aufu- tio diuinæ
gisti, inuoca importune quem superbe prouocasti, dicq; ei Iesu propter nomen tuũ misericor
182 dulce fac mihi secundum nomen tuum Iesu obliuiscere superbum te prouocan- diæ super
L tem, respice pie miserum te inuocantem. Iesu nomen tuũ dulce, nomen delectabi peccatorũ
le, nomẽ cõfortans peccatorẽ, & nomen beatę spei. Quid est. n. Iesus nisi saluator? Er discrimi-
go propter temetipsum Iesu esto mihi Iesus, esto mihi saluator benignus. Noli dñe, ne.
noli attendere sic malũ meũ vt obliuiscaris bonũ tuũ. O bone dñe Iesu, etsi ego ad- Cap. 5.

misi vnde mẽ dannare potes,tu non amisisti vnde saluare soles. Si castitatem meam 181
mihi adueni, nunquid misericordiam tuam peremi? Verum est, conscientia mea M
meretur damnationẽ, & penitentia mea non sufficit ad satisfactionem: sed certum est,q̃ misericordia tua superat omnem offensionem. Parce ergo mihi domine q̃
es salus vera,& qui non vis mortem peccatoris,miserere dñe peccatrici animæ meę,
solue vincla eius,sana vulnera eius. Ecce misericors deus coram te exhibeo animam
Ezec. 18. meam,virtutum muneribus desolatam,catenis vitiorum ligatam,pondere peccatorum grauatam,delictorum sordibus fœdatam,discissam vulneribus dæmonum,putridam & fœtidam vlceribus criminũ,his & aliis grauioribus malis, quæ tu melius vides quam ego,obstrictam,oppressam,circundatam,obuolutam, benorum omniũ
releuamine destitutam. Hæc coarctat me mala vita,coarctat me miseria. Heu miser
semper & vbique miser,quanta miseria & captiuitate vita hominis circundatur? Si
male viuit homo,parata est damnatio. Si recte quidem viuere videtur,& non sapien-
ter,nec caute se custodiẽs inde gloriatur,iterum certa est mors & æterna damnatio!
Inimici hominis. Omnia ista quæ sequuntur,sunt inimici miseri hominis. Superbia,inuidia,inanis
gloria,quæ infœlicem hominem continue infestant, & nisi misericordia dei eum te-
neat,sæpius vsque ad mortẽ vulneratur. Libera me domine ab his hostibus meis, 181
à quibus me liberare non valeo. Peruersum etiam & pessimum est cor meum,ad de- A
ploranda propria peccata mea est lapideum & aridum,ad resistendum insultantibus
molle & luteum: ad inutilia autem & noxia pertractãda velox & infatigabile,ad cogitanda salubria fastidiosum & immobile. Anima mea distorta & deprauata ad petendum bonum,sed ad voluptatũ vitia nimis facilis & prompta, ad salutem remiscendam nimis etiam difficilis & pigra. Longum est enarrare singula, gastrimargiam,somnolentiam,leuitatem,impatientiam,detractionem,cenodoxiam,id est,vanam gloriam,inobedientiam,& cætera vitia quibus infecta est infœlix anima mea,
quotidiano ludibrio distrahitur a tua cultura in perditionem. Libera eam domine
exonera mole peccatorum obruptam,solue delictorum funibus ligatam, expedi eam
minibus irretitam,erige iacentem,sustine nutantem,instrue spiritalibus armis virtutibus inermẽ, rege & protege pugnãtem, Iesu bone vide humilitatem meam, & dilue omnia delicta mea,adiutor meus esto,ne derelinquas me neque despicias me
deus salutaris meus, sed doce me facere voluntatem tuam. Anima mea testetur q̃
libenter hoc os confitetur. Adiuua me domine pie,benigne, & clemens plusquã pos
sum cogitare aut rogare,non minus hoc sentiam,quam præsumo sperare. O pecca
De peccatorum in genti periculo. Cap. 6. ta mea magna estis valde,multa estis nimis. Si a vobis non absoluat, quod erit mihi? 181
Iudex enim terribiliter districtus,inæqualiter seuerus,immoderate offensus, vehe- B
menter iratus, sententia immutabilis,carcer irremediabilis,tormenta sine intermissione,& sine temperamento tortores horribiles, qui nunquam lassantur,nunquã misererentur. Timor reum conturbat,conscientia confundit,cogitationes increpant, & fugere non licet. Ecce in quibus periculis consisto incessãter. Et quia semper hoc non
cogito,ero miserior & miserabilior, quia obliuisci possum: semper enim videt deus 182
me & peccata mea,semper incuriuntur mihi districta iudicia, semper inuisibiles in- F
sidiatores parati sunt,vt capiant miseram animam meam. Sic sum positus cum vigilo,sic cum dormio,sic cum rideo,sic cum lætor,sic cum superbio, sic cum detraho,
De præpedientibus respicientiũ a peccatis. Cap. 7. sic cum irascor,sic cum tristor,sic cum delitias cordis miserabilis amplector, deniq; sic sum semper & vbiq; Heu me miserum,& vbi non sum, & quia nescio vbi securus
sum. Heu mihi misero,quid faciam? Heu quanto tempore angetur mens mea, quanto stupore induratum est cor meum,quanto tempore obduratur anima mea. Quid 181
est quod sic me impedit? quid est quod cerucem mea sic premit? Vult domine, vult C
anima mea ad te erigere faciem suam,& plumbeo onere aggrauata deprimitur: conatur se expedire & catenis ferreis constringitur: tentat exire,& æneo carcere includitur: cupit in te dirigere seruitiũ suũ,& caliginolis tenebris obscuratur. Quæ sunt
ista deus meus,quæ sic animam meam obtenebrant,& grauant,& litiganti Forsitan
hæc sunt peccata mea? immo vere hæc sunt peccata mea. Hi sunt affectus carnales,
qui inficiunt in me affectionem spiritalem. Intentio inferiorum incurvat animam
meam ab intuitu supernorum. Amor terrestrium excæcat in me dilectionẽ cœlestiũ.
Vsus

Vsus vitiorum euacuauit in me sensus donorum bonorum. Ab his donis sum elongatus,in his malis sum occupatus: ab illis exclusus, in istis inclusus: ab illis deuolutus,istis obuolutus. Hinc est carcer,& vincula,hinc sunt tenebræ & peccata. Væ mihi
quia propè est dies mortis,propẽ, inquam,& incognita. Subito venit,& forsitan hodie erit. Delicta mea an eratis tunc tam noxia futura, cum animam meam vestra De sera fa-
dulcedine vngebatis? Cur hoc ante celabatis, & cur me tradebatis? Imó vos non ditatis pec
182 tradidistis me: sed ego tradidi me, quando vobis me tradidi. Non vos me decepistis cati cogni
D sed ego me decepi, quando vos intra me suscepi. Heu cur vobis fidem adhibui & cre- tione.
didi vobis? Sed quodam horribili modo videns, cęcus me tradidi vobis. Videns Cap. 8.
quidem, quia vos cognoscebam, & mala quę præcipiebatis non abhorrebam, sed eis consentiebam. Cæcus, quia me à vobis non cauebam. Heu peccatum nomen horrendum, res detestabilis, nullo modo comparabilis. Cæcus non videt foueam in quam cadit, insanus putat se debere quod facit: qui sponte facit peccatum videns & sciens, præcipitio se tradit. Mors & tormenta quælibet tantum sunt, & in se fœda non sunt, quia ordinata sunt peccatum autem habet in se fœditatem suam, & cum hoc trahit secum æternam infœlicitatem. Melius enim erat eligere tormentum, quod per se fœditatem ęternam non attrahit, quàm peccatum quod sua cum fœditate dolores æternos iungit. Et certe omnis fœditas peccati ipsa sola plus est. Magis ergo vitanda peccandi fœditas, quam quælibet tormentorum immanitas: quia ipse homo in peccando fœdissima peruersitate præposuit se creatori suo, quo nihil iniustius: sed in tolerando peccati tormenta ordine præpostero subijcit se creatura fa-
182 ctori suo, quo nihil iustius. O homo quo euanuit humanitas tua, quò deuenit ra- E
tio tua: didiceras enim quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati, & pecatum Ioan. 8.
fecisti. Inaudita insania hæc scire, & semper peccare. Sciebas enim quod tu es spiri- Psal. 77.
tus & vadens & non rediens, & in peccati abyssum, irremediabilem & sine fundo te De tripli-
proiecisti. Vere abyssus peccata mea sunt, quia incomprehensibilia sunt profundi- cis abyssi
tate, & inæstimabilia sunt numero, & immensitate. O abyssus abyssum inuocans, ò distinctione.
peccata mea, tormenta quibus me seruatis abyssus sunt, quia infinita & omnino in- Cap. 9.
comprehensibilia sunt. Est & tertia abyssus, & est nimis terribilis, iudicia dei abyssus Psal. 38.
multa, quia super omne sensum occulta. Hæ omnes abyssi terribiles sunt mihi vn- Psal. 41.
diq;, quia timor super timorem, & dolor super dolorem. Nam abyssus abyssum in voce cataractarum tuarum inuocat, quia peccati abyssus abyssum tormentorum meretur, quia iudicia dei pronunciat. Abyssus ergo iudiciorum dei super me, abyssus inferni subtus me, abyssus peccatorum meorum est intra me. Illam quæ super me est, timeo ne in me irruat, & me cum abysso mea in illam quæ subtus me latet, obruat, vbi per tormenta peccata nunquam delebuntur, sed peccata tormenta super me tenebunt. Miser ego peccator, quò abij facto meo á factore meo, quò fugi à facie tua? Et certe si ego nequiter fugio, & abysso me damnabili abscondo, quò vado vides me: quis enim nisi tu ad renitendum mouet animam meam? Bone domine Iesu Christe, tu pulsasti & excitasti eam in abysso delictorum meorum velut in lecto dormien-
182 tem, tu concussisti pigritatem, tu solicitasti negligentem, tu fecisti pœnitentem vnde F
lætabatur. Bone domine omnia hęc fecisti in abysso. Exaudi ergo clamantem de Quid pec-
abysso ad te benignissimum, peccata mea non absconde, sed pando ea coram te: non catori fa-
defendo, sed ostenso: non excuso, sed accuso, Ego sum reus, ego ipse accusator meus. ciendum,
Non accuses me qui fecisti me. Solus suffeci ad peccandum, solus sufficiam ad accu- Cap. 10.
sandum, solus ad pœnitendum. Sed vnde deus meus tantorum criminum correctio, vnde tibi tantorum scelerum satisfactio? Præcipitare ergo miser homo in profundũ immoderatæ mœstitiæ, qui sponte præcipitatus es in barathrum horrendę nequitię. Obruere in fœlix mole terribilis doloris, qui libens corruisti in cœnum infernalis fœtoris. Obuoluere ærumnose in tenebris inconsolabilis luctus, qui volens es inuo ragine tam sordidi fluctus. Volutare ergo in gurgite amaritudinis, qui volutatus es in volutabro turpitudinis. Terror terribilis, mœror in consolabilis aggregate vos super me, irruite, obruite, iustum est, possidete me, iustũ est, perturbate, obuoluite, torquete reum, vindicate deum. Præsentiat fornicator inferni tormenta quæ meruit, præguștet quod præparauit, bibat quod nutriuit, assuescat, quod perpetuo est passu

ruś. Consolatio, sanitas, lætitia, nolo vos nisi forte pœnitentia reduxit vos: procul este ante mortem, nisi forte indulgentia reuocet vos: quia necessarium est flere peccatorem vel hic, vel in futuro. Sit ergo pœnitentia continua & amara communes ętatis meæ. Concinuus dolor, insatiabilis terror inhæreat vitę meæ. Sit mœror acerbus, luctus insatigabilis, tot siones iuuentutis & senectutis meę, vt ita fiat rogo & desidero. Si enim non sum dignus oculos ad cœlum leuare orando coram te domine deus, certe sum dignus plorando eos cæcare. Si cōfunditur mens mea pudore conscientię, ęquum est vt confundatur turbine luctuoso doloris & tristitię. Si timet exhiberi ante conspectum domini dei sui, iustum est vt habeat ante conspectum suum tormenta sceleris sui. Respira ō peccator, respira aliquando, & fuge ad ipsum deum, quem offendisti, fuge inquam ab irato ad placatum. Memento iustissime & benignissime deus, memento qꝺ misericors es & redemptor meus es. Si iudex es ad iudicandum reum tuum, es & deus ad defendendum seruum tuum, es & creator ad conseruandū opus tuum, es & deus ad saluandum credentem tuum, & baptizatum tuum. Ne ergo memineris domine iustitiæ tuæ solius aduersus peccatorem tuum, sed memor esto benignitatis tuæ erga creaturam tuam. Ne memineris iræ tuæ aduersus reum tuum, sed memor esto miserationis tuæ aduersus miserum tuum. Scio quidem & fateor, qꝺ conscientia mea meretur damnationem, & pœnitentia mea nō sufficit ad satisfactionem. Parce ergo mihi bone domine qui es salus mea, qui non vis mortem peccatoris, parce ergo peccatrici animę meę. Deus meus es, in te pono spē meam, & tibi committo animam meam. Custodi animam meam dum dormio, conserua eam dum aliquid facio, memento eius dum ego obliuiscor tui, peccator sum & miser, sed peccasse me doleo, & miserum me cognosco. Misericors deus miserere mei, miserere & humilis creaturæ tuę. Peccare est deum inhonorare, quod homo facere nō debet, etiam si necesse esset perire, quicquid deus non est. Heu me peccaui, deum verum exhonoraui, omnipotentem prouocaui, peccator quid feci quando mala feci? vę mala agenti, væ bona negligenti. Vę væ ira omnipotentis dei, ne irruas super me. Ira omnipotentis vbi poteris capi in me? Non est quod possit tolerare totam te in toto me. Deus dominus cuius bonitas non exhauritur, cuius scientia non deficit, cuius misericordia non exinanitur, cuius potentia quicquid vult efficit: vnde potero respirare, qui sic ob peccata mea cogor desperare? Nam si irascaris peccantibus, soles tamen benigne dare consilium petentibus. Doce me domine vnde debeam sperare, vt possim saluari: orare volo, sed nescio. Secundum ignorantiam meam non possum dei misericordiam prouocare: ideo cogor desperare propter iniquitatem meam. Scio quidem & fateor, quia peccator sum, quia peccatum sponte subij, & iuste non exaudior, quia non obediui. Vtique bone domine peccaui, erraui: veruntamen te non negaui, nec detestor bonitatem tuam. Ideo fac mecum secundum misericordiam tuam, qui es benedictus in secula seculorum.

Prouocatio spei in corde pec catoris. Cap. 11.

Ezec. 18.

Finis.

DE COGNITIONE VERAE VITAE LIBER.

Cap. 1. Matt. 9. Num. 22. Ioan. 17.

SApientia dei quæ os muti aperuit & rudibili animali humana verba formare tribuit, me quoq; non solum sermone, sed etiam scientia imperitum ad fandum impellit, atq; per se ac de se intellecta aliis pie innotescere compellit. Huius ergo instinctu ad vtilitatē, vt spero plurimorum, iterum committo me ad corrodendum dentibus inuidiorum, & forsitan ad confodiendum cordibus vitę detractorum: cum Christus veritas & vita dicat, Hęc est vita æterna vt te solum verum deum cognoscant. Constat profecto naturam rationalem ad

hoc solum factam, vt factorem suum verum deum intelligat, intelligendo diligat, diligendo in eo qui est ęterna vita æternaliter beate viuat. Diuinitatis ergo essentiam rationabiliter inuestigare, est ad vitam æternam festinare: hanc vero negligendo ignorare, est vtique ad mortem indeficientem properare: quia nimirum hic ab eo ignorabitur, dum quandoque à beata vita sequestrabitur. Quamobrem cum de hac præclara materia plurimi sanctorum patrum multa glorioſa conscripserint, ipsamq; rem simplicioribus obscuriorem quodammodo reddiderint, liber me per hæc condensa quasi quandam semitam stylo complanare, qua infirmis intellectibus relicto erroris deuio, per planum veritatis liceat libere ambulare. Sed hic quilibet inuidus nebulosa facie mihi fortasis occurrit, & virus diu sub liuido corde concretum, in me acerbiter euomit: Quid tu, inquiens, tentas ligna syluis importare, aut redundanti mari vndam instillare conaris? Huius tam mordacis mordacem dentem hęc petra retundat, & venenum malitioſe euomitum in viscera ipsius denuo retorquenda refundat. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum, imitantur illum qui sunt ex parte illius. O inuide infœlix, qui aliena fœlicitate torqueris, alieno damno depasceris, ipsis rebus probas te ex parte eius esse, qui inuides alijs quod tu ignoras scire, ac mihi ob pium laborem collatum ægris suspirijs ingemiscis, quod tibi ob desidiam, imò ob inuidiam denegatum cognoscis. Age miser potius letiferum virus quo turges euome, salubre dilectionis antidotum excipe. Sin autem, parti patris tui nigro felle tabescens faueto. Ego autem cum inuidia tabescere iter non habeo. Egregiam scripturarum syluam alacer ingrediens, non in eam vt tu venenata lingua asseris, ligna deferens, sed precioſum vitæ lignum iustitiam esurientibus de ea efferre conabor, & dulcem vitæ haustum vitam sitientibus de pelago scripturę haurire non morabor. Omnes ergo fideles ad lignum vitæq; fontem curramus, cuius gustu in æternum beate viuamus. Libellus autem nomen, cognitio veræ vitæ, sortiatur, dum in eo vera vita tradioribus intellectu cognoscibilis reddi videatur. FRA. Gratias deo persoluimus, cuius dono aperte in rebus dubiis certificari possumus: Quandoquidem ergo nos in hoc ipsum videas confluxisse, ne ad patriam tendentes, in via lassabundi deficiamus, pastu potuq; vt soles refice, & tempus irremeabili cursu labile, nexibus quæstionum figens fac stabile, ne sua volubilitas nos ociantes inuolat, sed tua affabilitas in diuinis laborantes ad sempermanens æuum sustollat. MAG. Fructum igni vitæ in ramis crucis pendulum mecum alacres adite, fontemq; vitæ à vita quasi de loco voluptatis manantem paradisum, Ecclesiam videlicet hortum delitiarum irrigantem vnanimes haurite, cuius sapor si palatum cordis vestri indulcorabit, testor vobis, qꝺ vos cum eo in ęuum permansuros, de torrente voluptatis suæ quandoque satiabit. FRA. Cum carnalia sapientes spiritalia cogitare nequeamus, regnum cœlorum regionem clarissimam, omni opulentia affluentissimam in qua cœlestem Hierusalem vrbem præclaram, meritis atque opibus inclytam, & in hac deum quasi glorioſum regem, angelos velut milites, vario cultu conspicuos mente formamus: idcirco poscimus, vt ratione indagante, argumentis quæque obstantia comprimens, veritatem quasi in tenebris latitantem, ad lucem nobis perducas, ac deum aliquando videndum, vt asseris, factum quodammmodo visibilem, ante oculos cordis nostri constituas. MAG. Cum deus omnipotens, solus immortalis, solus inuisibilis, solus incomprehensibilis, lucem habitet inaccesibilem, ego autem tenebris vitiorum obsitus, tetram caliginem inhabitem, luci virtutum inadibilem, qualiter ineffabile lumen sauciis animorum oculis inferre potero, qui cæcutiente cordis oculo, splendorem tantæ maiestatis reuerberatus nullo modo intueri prævaleo? FRA. Tamen nitere pro posse in illam rapi, quatenus disiecta caligine merearis ab illa illuminari, nosq; p te illustrari, sicut sępe videmus valles à mōtibus iubare solis irradiari. MAG. Conabor pro viribus vobis orantibus, ac logica præeunte comitātibus argumētis, sequar veritatē vsq; in ipsius inaccesibilis lucis latibulū fugientē, ipsaq; cōcedente producam eam vobis indagantib. se ostendentem. FRA. Nostra qdē tibi non deerit oratio, tantum sit tibi præuia dux veritatis ratio: Magnopere quippe à te audire delideramus, qualiter in orationibus de deo cogitare debeamus, ne forte infirma

Sapien. 2.

De vtilitate verę vitæ & puiæ eius dispositione. Cap. 2.

1. Tim. 6.

mens quasi pulcrum hominem imaginetur,& hoc simulacrum pro vero deo decepta veneretur. MAG. Fateor,magnitudine altitudinis susceptа negocij victus succubo qui quæ vtcunque mente conspicio vel cõcipio,vix verbis explicare sufficio:excedit enim omne præclarum lõge summorum philosophorum ingenium:quia sublimitas huius rei quæ tractatur,exuperat omnem intellectum. Quanto quippe magis omnem creaturam transgressus conor eam diligenti intuitu contemplari, tanto magis sentio eam ab aspectu intellectus mei elongari.Operam tamen dabo inquisitioni vestrę pro modulo meo satisfacere, prout ipse de quo agimus,dignabitur notitiam sui desideranti animo innotescere. Vos autem vbi vires pondere tantæ eminentiæ pressæ succumbunt, oportet fragilitati ignoscere. FRA. Nos quanto diligentius huius rei perpendimus altitudinem,* tanto ardentius optamus eam nobis vtcunque fieri cognoscibilem, & eius qualicunque modo intueri pulcritudinem, & ideo libenti animo tibi ignoscimus,si ea quę verbis non vales,saltem nutibus explices. MAG. Sciendum igitur deum nullis verbis proprie exprimi,nulla posse cogitatione coprehendi. quomodo enim immensus & incomprehensibilis prędicaretur, si humanæ locutioni vel meditationi includeretur? Nunc autem patet quam sit admirabilis,cum omnibus linguis sit indicibilis, omnibus cordibus sit incogitabilis. Dialectica nanque differendi potens,potenter quæque dubia definiens,cunctas scripturas euibrans & euiscerans, cunctam humanam sapientiam annihilans,cum diuinitatem intendit, tantę maiestatis luce repercussa, pauidum caput tremefacta reflectit,atque in abdita mundanę sapientiæ fugiens delitescit, dissolutisq; syllogismorum nexibus stulta obmutescit. Nempe nomine & verbo cuncta exprimuntur,quę sub decem prædicamentis humano corde concipiuntur . Sed quod ex his nullam proprie deo conueniat, manifeste ratio comprobat: nam si dixerimus quod deus substantia sit quæ omnibus subsistere tribuat,& per quam quam omnes res esse habent,mox vniuersalia & indiuidua,de quibus substantia prædicatur, genera & species in quibus versatur, simul & nouem accidentia quæ ei necessario inhærent, animo occurrunt,quæ cuncta liquent,quia minime in deum concurrunt . Si prædicemus quod deus ipsa magnitudo existat, quæ omnia in mensura & numero & pondere disponat,protinus paruitas huic quantitati se opponit, & sua exiguitate quod est super omnia maximũ comminuit . Quem si ipsam bonitatem vel summum bonũ nominemus, qui cuncta valde bona facit,statim malum huic qualitati centrarium obuiat,& tanto bono se opponere non trepidat. Quod si creator vel dominus prędicetur,quod vtrunque ad aliquid scilicet refertur,confestim relatio opponit,ante mũdi constitutionem eum hoc vocabulo caruisse, & hoc relatiuum ex mundi creatione ei accidisse, cum ratio astruat nihil deo accidentale, sed totum quod prædicatur de eo ei esse essentiale. Porro si vbique totus esse dicatur, & simul cuncta replere loca dicatur,mox localitas clandestinè irrepens,illum loco includit, qui cuncta pugillo includit. Si autem sempiternus prædicetur,& cuncta tempora disponere affirmetur,continuo præterito præsens,præsenti futurum succedere festinat, & initium atque finem æternitati adscribere non formidat . Si vero dicatur quod omnia possideat,& amictus lumine sicut vestimento refulgeat,statim hoc habitu cogitatio eum priuat,dum amictum lucis vel possessionem rerum ab eo separat. Quod si semper præsens adesse testatur,confestim situs standi vel sedendi imaginatur. Si vero vniuersa regere referatur,actus labaris æternam requiem annullare conatur. Porrò si affirmetur patiens,mala nostra sufferens,illico passio se ingerit,& impassibilem pati contendit. His quippe decem cuncta humana conditio * includitur,& ab his omnibus proprietas summę essentię euidenti ratione penitus excluditur. Cuncta etenim quæ vel oppositionem vel contrarietatem vel accidens suscipiunt, nulla ratione deo proprie conueniunt. Igitur cum ratione repugnante nihil de deo proprie loqui valemus, saltem improprie & per ęnigmata de deo loqui satagimus. FRA. Euidens ratio quidem docet deum humanis verbis indicibilem, sed intellectualis mens inhianter desiderat eum sibi vtcunque fieri cognoscibilem, quæ mens instar speculi animę videtur, in quo ipsa imaginem creatoris sui contempletur. MAG. Vniuersa quæ in rebus creatis nouim⁹,per corporeos sensus cognouimus. Et ea qdẽ quę

*aliàs, ãmplitudinẽ. Cap. 3.

*aliàs locutio.

Cap. 4.

quæ nec visu nec experientia didicimus,per comparationes visorum vel expertorsi discimus,* vt quæ de bestijs vel ignotis hominibus legimus:quæ autem nobis penitus incognita per comparationes notas non signantur, nunquàm prorsus scientiæ nostræ notificantur. Et ideo quia spiritalia nobis sunt inuisibilia, atque corporeis sensibus incomparabilia,nunquam erunt aliqua ratione nobis probabilia. Quia vero hæc constat esse,sed per similia edoceri nequeunt, fidem tantum credentium exigunt. FRA. Quæ ratio argumentis probat,quanquam in cõparatioe deficiat,necesse est vt rationalis quisque credere non renuat: tum tamen profer quid de spiritibus sciendum tibi ratio innuat. MAG. Sex modis inscripturis spiritus substantialiter dici non ne scio a uobis sciri. Primo summus omnium deus spiritus appellatur, vt ibi,Spiritus est deus,& qui adorant eum in spiritu oportet adorare. Secundo angeli spiritus dicuntur,vt ibi, Qui facit angelos suos spiritus. Tertio animæ spiritus nuncupantur,vt ibi,Exibit spiritus eius,& caro reuertetur in terram.Quarto vita brutorum animaliũ spiritus vocatur,vt ibi, Quis scit si spiritus iumentorum descendat deorsum. Quinto venti dicuntur spiritus,vt ibi,Spiritus procellarũ.Sexto aer scribitur spiritus,vt ibi, Os meum aperui & attraxi spiritum.Quorum definitio talis est,Aer est spiritus sensibilis, quem nos attrahendo sentimus,ipse nihil sentiẽs, cunctis tamen sub cœlo viuentibus spiramen exhibens. Ventus spiritus est aer,dei nutu aliquo modo agitatus,procellis aquarum augmentatus, per angelica ministeria excitatus,per eadem tranquillatus. Vita brutorum animalium est spiritus vitalis,constans de aere & sanguine animalis , inuisibilis,sed sensibilis , memoriam habens,intellectu carens,cum carne moriens,in aera euanescens. Anima vro spiritus est substantia incorporea,corporis sui vita,inuisibilis,sensibilis,mutabilis,illocalis, passibilis,nec quantitatem mensuræ nec qualitatem formę vel coloris susceptibilis, memorialis,rationalis intellectualis immortalis. Et ne hæc vacillet definitio, ratio eam probationibus roboret. Anima est spiritalis substantia. Omne enim quod alij vitam subministrat,ipsum est necesse vt subsistat:sed anima vitam corpori tribuit, igitur anima realiter subsistit. Hanc vero vitam esse ipsamet probat,dum præsentia sua corpus viuificat,ab sentia sua idem mortificat. Hæc nobis quidem est inuisibilis,sed spiritus uisibilis. Hanc etiam sensibilem esse constat,dum oculis colores auribus sonos,narib⁹ odores,palato sapores,manibus asp era vel lenia sentire præstat. Est quoque mutabilis:omne enim quod melioratur & peioratur mutabile est: sed anima vitijs peioratur,virtutibus melioratur, igitur mutabilis est. Est etiam illocalis : omne enim quod loco includitur,altitudine,latitudine,longitudine,aeris circunscribitur,corpus est: sed ratio docuit animam incorpoream esse,id est, nec corpus nec aliquod membrum habere,igitur constat eam esse illocalem:non enim spacium aeris vt corpus occupat,nec corpus vt aqua vtrem implet:sedvt calor toto igni illocaliter ineſt,ita anima totum corpus illocaliter possidet. Ignis quidem est visibilis,sed calor inuisibilis & sensibilis, & quodammodo ignem viuificans:ita anima inuisibilis,sed sensibilis,visibile,corpus quadam occulta vi sensificat & viuificat . Hæc est quoque passibilis. Omne enim quod mœrore afficitur passibile est: sed anima dum suæ uoluntatis compos non efficitur,dolore mœstitiæ afficitur , igitur passibilis esse conuincitur. Ab hac quantitas excluditur,dum nec altitudine aut latitudine aut longitudine metitur,nec sex circunstantijs.ante & retro,dextrum & sinistrum, sursum & deorsum se includere patitur . Qualitas etiam formæ vel coloris ab hac secernitur,dum nulla forma vel humani corporis,vel vllius coloratæ rei illi ascribitur.Hæc est memorialis,quia præterita recolit . Est etiam rationalis,quia præsentia discernit.Est intellectualis,quia futura intelligit. Hanc immortalem hinc esse constat , quòd memoriam sui apud posteros pereniter durare laborat. Angelus autem spiritus est substantia incorporea, inuisibilis,sensibilis,rationalis,intellectualis,immortalis,bonorum lucida & impassibilis,malorum tetra & passibilis. Sed videndũ est,vtrum aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur, cum a nobis minime videatur. Angelos esse ipsa insensibilia probant,quæ tam certam sui motus legem obseruant . Omne quippe quod mouetur , aut motum a se habet aut aliunde: sed omne quod motum a se habet est sensibile,ut anima: qd aliunde, insensibile,vt cor-

*aliàs,scimus.

Ioan. 4.
2. Cor. 3.
Psal. 103.
Psal. 145.
Eccl. 3.
Psal. 10.
Psal 118.
Definitio spũs aerij
Spũs vẽtilis.
Spiiritus aialis.
Aĩa intellectiua quid sit. Cap. 5.

Angeli definitio & an sint,& de eorum notitia. Cap. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus. Quod si sol,luna, & sydera per se mouentur, sensu vel ratione vigere videntur, quæ tam certa tempora,tam certa cœli spacia custodiunt, & quodammodo suum intellectum huic mundo lumine vel signis innuunt. Sed qui ea rationabilia corpora 179
arbitrantur,iure sensu carentes,inter irrationabilia computantur. Cum autem verè sint corpora visibilia,sed motu carentia,vtputa insensibilia, & tamen moueantur constat profecto quod aliunde moueantur. Restat igitur ea per angelica ministeria moueri: similiter ventos,pluuias, grandines, fulgura,tonitrua, tempestates,auras, iussu dei per illos regi Qui dubitat,& ea sensibilia putat,hunc ratio stultum cum insensibilibus.probat. Bruta quoque animalia vsibus humanis per illos obsecundare vel aduersari qui non credunt,aut illa per rationalem intellectum hæc facere credût, longe a ratione recedunt. Sed & cuncta quæ in rebus insensibilibus vel creaturis sensibilibus geruntur,per illos administrari qui ambigit,multum a luce veritatis desipit. Igitur constat angelos vere esse, & cuncta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum & nostram scientiam,quod ipsi omnes causas rerum anteq̃ eueniant præsciunt,nos autem vix & cũ magno labore inuestigamus eas postquàm res in actu constant. Porrò summus spiritus,sicut a nullo intellectu ualet propriè cogitari,ita nulla definitione poterit proprie definiri vel determinari. Sed quia intellectualis mens eum vtcunque agnoscere anhelat,hæc ænigmatica definitio ei in- 184
terim sufficiat. Deus spiritus est essentia inuisibilis, omni creaturę incomprehensibilis,totam vitam,totam sapientiam,totam æternitatem simul essentialiter possidens, M
idem ipsa vita,ipsa sapientia,ipsa veritas,ipsa iustitia,ipsa æternitas existens, omnẽ creaturam instar punctiin se continens. Si autem aliquis insipiens tantum desipiat, vt deum esse diffidat hunc solum vere esse,& alia omnia ab ipso habere esse hac ratione colligat: Omnis substantia aut per se subsistit aut per aliud, sed hunc mundum non subsistere qui contendit,hic fatuus in nihilum tendit. Mundum autem non per se subsistere constat,dum eum ratio cœpisse doceat, partibus enim constat. Omne autem quod partibus coniungitur vel in partes resoluitur ab aliquo vtique coniunctionem vel resolutionem patitur. Mundus ergo non per se subsistit, & ideo sequitur quod creatura sit. Creatura autem ad aliquid. s.ad creatorem refertur. Solus ergo creator per seipsum & in se ipso existit,omnis autem creatura per ipsum subsistit. Si enim ab alio esse habet, tunc deo maius est a quo hoc habet: quod deo inconueniens est Et cum nihil præter creatorem & creaturam existat,si deus per seipsum nõ habet esse,necessario consequitur vt per creaturam existat: quod inconuenientissimum est. Amplius,Substantia mundi in diuersa genera & in differentes species diuiditur,& in his singulis bonum inuenitur. Omne enim vtile bonũ: vniuersa quoque 184
vtilia considerantur,& ideo singula bona comprobantur. Omne autem bonum,aut A
per se bonum est,aut per aliud. Sed diuersa bona participatione vnius boni bona esse necesse est. Diuersitas quippe recipit maius & minus: nam quantum ad genus, lapis est minus bonum,qui tantum est,& non viuit:lignũ maius bonum, quod crescendo viuit:equus illo melius,qui viuit & sentit:homo illo prestantius, qui viuit, sentit,& ratione discernit. Restat igitur his maximũ & summũ bonũ, de quo omnibus inferioribus profluuat bonũ: & hoc bonum deus est,de quo quasi de fonte cuncta bona profluunt,& in eundem cuncta refluunt. Hic solus vere est,& ideo veritas est. Omne enim quod est,verum est. Quod vero non est,falsum est: sed deus vere est, igitur veritas est. Creatura autem ei collata quasi non est, & idcirco quasi falsitas ad veritatem est. Omne enim quod ex nihilo esse cœpit,in nihilum redigi poterit: sed omnis creatura ex nihilo a deo producta,ad aliquid esse est producta,igitur si ei comparatur,nihil esse probatur. Nulla ergo mens deum esse dubitat, per quem alia cuncta esse considerat,huius essentia est vita,omne enim quod est,aut viuit,aut vita caret: omne autem quod viuit,aut per se viuit, aut per aliud: sed deus per seipsum & in 184
seipso viuit, & alijs omnibus viuere tribuit, igitur vera est vita & vitalis vita: seipsum quoque & totam facturam suam sapit & intelligit, cui nihil aliud est sapere, B
quàm viuere & esse,igitur sapientia est. Seipsum etiam & omnem creaturam diligit, quia iustitia est,& hanc increatam iustitiam non aliunde accipit, igitur iustitia & dilectio existit. Initio & fine caret, præteritum & futurum non habet, igitur æternitas

Qđ deꝰ sit, & quid sit, ænigmaticæq̃ descriptionis eiꝰ pulcra deductio. Cap.7.

Creatura cõparatione ad deũ nihil est.

est. Cum itaquẽ ratio deum veraciter esse probauẽrit, & hunc veritatem, sapientiam, veritatem,iustitiam & æternitatem veris assertionibus essentialiter esse docuerit,restat nunc vt ad hunc quoque videndum aliquam fenestram aperiat,per quam mens per quosdam gradus scandens prospiciat, quatenus regem glorię in decore suo videre prævaleat. Pedetentim autem ratio per corporalia gradiatur,ne infirmus intellectus per ardua nitens,difficultate confractus relabatur. In primis igitur hũc corporeum solem mente consideremus, cuius claritudine totum mundi orbem illuminari videmus. Post hunc solem mille milium angelorum deo ministrantium attendamus,quos singulos ratione monstrante septies, imo centies sole splendidiores sciamus: nam hic sol est minister mundi, angeli autem templa dei. Quantum ergo differt templum dei a seruo mundi, tantum differt claritas angelorum a claritate solis. Deinde decies milies centena milia sublimium angelorum deo astantium perpendamus, quos singulos centies, imo milies præ sole clariores pro certo noscamus. Sicut enim luna stellas, sol lunam in claritate excellere cernitur: sic 184
quilibet superior ordo angelorum inferiorem ab angelis vsque ad Seraphin glo- C
ria, dignitate, clarita præcellere creditur. Post hos innumerabilia milia sanctarum animarum inspiciamus, quas singulas longe sole lucidiores, angelis beatitudine & claritate coæquandas non dubitamus. Tot & tantis luminibus singula riter consideratis, singulorum etiam magnitudinem contemplemur,quatenus ad id quod intueri anhelamus, facilius subleuemur. Cogitemus itaque animam splendidum ignem, cuius minima scintilla ratione instruente vincat hunc solem. Omne enim quod ab alio includitur, minus eo quod se includit, esse necesitate conuincitur: sed cogitatio animæ quæ eius scintilla est, non solum hunc solem,sed & totum mundi ambitum breui spatio includit, & totus orbis eam minime circunscribit: igitur constat quanque animam toto mundo longe maiorem fore. Angeli autem sicut ab animabus beatitudine, ita etiam differunt magnitudine. Hic nemo magnitudinem corporalis quantitatis intelligat, sed illam 184
potius intellectualem, quæ hunc mundum corporeum, & cuncta in eo corpo- D
ra ad paruitatem redigat. Hinc iam mens se in alta eleuet, cor suum quantum potest dilater,tot luces inæstimabili claritate,incomparabili magnitudine resplendentes sub se prospiciat: super se vero quandam admirabilem,lucem,quæ omnium illarum lucium lux sit,intendat, quæ sic super tot & tantas luces longe refulgeat, sicut Sol super omnes stellas luceat: cuius lucis ineffabilem magnitudinem & admirabilẽ pulcritudinem illæ tot & tantæ luces iugiter admirentur, & in cuius affluentissimã dulcedinem indefessẽ prospicere delectentur. Hęc profecto est lux inaccesibilis, quam inhabitat essentia dei,solis mundis cordibus visibilis. Nullus hic cogitet lu- 1.Tim.6.
ce deum,quasi tabernaculo hominem circundatum, quasi aliud sit deꝰ qui lucẽ inhabitet,sed potius illam lucem essentiam dei sciat,in qua vniuersa bona simul locata sciat. Hæc est lux quæ angelos & animas in cœlis sua uisione satiat. Hæc est quæ mũdi cordes per contemplationem illuminat. Hæc est quæ solis lucernam in mundo commorantibus,vt candelæ lumen in carcere positis præstitit, qua de tenebris ad lucem de morte ad vitam,de exilio ad patriam remeare possint. Ergo in oratione taliter mens nostra deum meditetur,taliter intentio nostra imaginem eius contemple 184
rur. s. talem lucem,quæ sic super solem, vt sol super candelam resplendeat, imo talẽ E
quæ sic super innumera angelorum & animarum milia præ sole centies splendida, vt sol super sydera refulgeat. Vnde dicitur pater luminũ in canonica Iacobi,Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est,descendens a patre luminum. Non multũ quippe a veritate aberrat qui talem dei imaginem ante oculos cordis in oratione versat. Hæc presens visio dei facie ad faciem regnum cœlorum vocatur,huia extra hoc corporeum cœlum,imo extra omnem locum,angeli & iusti qui cœli nominantur,hac visione fruuntur. Idcirco etiam quanuis deus in omnibus creaturis essentialiter manere credatur, propriè in cœlis ideſt in iustis habitare prædicatur: quia ipsi inhabitationem eius fruendo sentiunt, & eum omnibus rebus inesse gaudentes conspiciunt, quem sibi minime adesse cognoscunt qui terrena diligunt. Sicut enim videns & cæcus in sole stantes, videns claritate so-

De cognitione diuinæ claritatis. Cap.8.

Magnitudo intellectualis.

De varijs noĩbꝰ btẽ visionis, qua iusti deũ vidẽt. Cap.9. Iacob.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis videndo fruitur, cæcus lumine eius priuatur, & quanuis præsentia solis vtri- 178
que æquæ aſsit,tamen eius præsentiam non æqualiter vterq; sentit: sic deus hos tan- F
tum inhabitare dicitur,qui eius præsentia facie ad faciem videndo vt angeli,aut per
contemplationem speculando vt iusti in hac vita fruuntur: in his aũt non esse dici-
tur,qui eius visione priuantur. Vnde & intra nos regnum cœlorum esse prædicatur,
Luc.18. quia visio dei omnipotentis, quę regnum cœlorum, id est, iustorum nominatur, in
angelis & iustis contemplatur. Hæc etiam vita ęterna appellatur, quia beati in præ-
sentia deficientis vitę plene perfruuntur,& nuuquam nec morti, nec vllis doloribus
ministris mortis subiacere permittuntur. Ad hoc nanq; creati sunt vt æternaliter vi-
uant, & æternam vitam æternaliter aspiciant. Hęc quoq; cœlestis ciuitas nuncupa-
tur, quia vnanimitas illorum ciuium ad videndum regem gloriæ in decore suo con-
gregatur. Hęc nihilominus Hierusalem cognominatur, quia visione semper manen-
tis pacis satiatur. Hęc paradisus vocitatur,quia omnimoda omnium delitiarum abũ
dantia iocundatur. Hęc quoq; superna patria nominatur, quia omnes iusti hanc vi-
sionem, vtputa filij dei, hæreditare non dubitantur. Cum ergo sanctos in oratione
inuocatis, sic oportet eis cogitare constitutis in gloria æternæ claritatis.ſ. splendissi-
ma lumina longe prę solis fulgore lucentia, qui omnia bona pleniter in dei visione 179
habeant, & cunctis se inuocantibus potenter subueniant. FRA. Sol ęternus ad G
quem videndum nos tua dulcis oratio perduxit, & cuius serena lux in cordibus no-
stris per tua verba illuxit,ipse te de tenebris exemptum in lucis regione constituat,&
inter luces quas prędicas, te lucentem suæ visionis perenniter frui tribuat. MAG.
Siquid per me probabile profertur,nolo vt inde mihi,sed deo, cuius donum est, gra-
tia referatur, qui sæpe per abiectos seruos ad hæreditatem suæ visionis filios suos
conuocat,& per hostes de exilio ad patriam iter salutis amicis prænotat. Et bene no-
De necessa- stis aliqñ deformem formoso speculum,imò cęcum videntibus lumẽ tenuisse, ac clau
ria perso- dum sanis gressu viam ostendisse. FRA. Nos quoq; propter ea quę audiuimus,pe
narum tri renni deo grates referimus, cuius visio per te nobis innotuit, & qui talem thesaurũ
nitate in carnalibus absconditum per te nobis protulit. Sed quia pondus carnis animam ag-
essentiæ grauat, ecce iterum carnalis cogitatio mentem diuina contemplantem pulsat. Cũ n.
vnitate. superius ratio vnum deum verissime esse demonstrauerit,& ipsum solum cuncta ex
Cap. 10. nihilo fecisse probauerit, quomodo quasi tres deos adorare docemur, dum patrem
perfectum deum,filium perfectum deum, spiritũ sanctum perfectum deum, confite-
ri monemur? Dum. n. sub distinctæ tres personę distinguũtur, quid aliud quàm tres
dij à nobis intelliguntur? MAG. In ipsa veritate se demonstrante & ratione pro-
bante,citius videbitis necessariã in vna essentia personarum trinitatẽ,itẽ p oia necef
sariã in tribus personis indiuiduæ subę vnitatẽ: cum iã superius ænigmatice de deo 177
loquerer,quia non poterã proprie,quid dixi essentiã dei esse? FRA. Luce. MAG. De lu H
ce quid gignitur? FRA. Splẽdor. MAG. Quid in luce & splẽdore simul consideratur?
FRA. Calor. MAG. Num in substantia lucis, splendoris & caloris inuenitur diuersi-
tas? FRA. Non, sed identitas. MAG. Num in vocabulis vel officiis prædicatur identi-
tas? FRA. Minime, sed diuersitas: nam lucis vocabulum ipsam substantiam, splendo-
ris vocabulum lucis gratiam, caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis effi-
caciam. MAG. Igitur patet tria vocabula diuersa vnam constare indiuiduam essen-
tiam. FRA. Per omnia patet. MAG. Summum spiritum patrem lucem appellari habe
1.Ioan.1. betis in Ioanne Apostolo, Deus lux est,& in eo tenebræ non sunt vllæ. Summũ quo-
Hebr.1. que spiritum filium splendorem nuncupari habetis in alio Apostolo, Qui est splen-
Deut.4. dor substantiæ eius. Summum nihilominus spiritum sanctum calorẽ nominari apud
Vnde sub Moysen, Deus noster ignis est. Cum itaq; lux, splendor, calor vna sit natura & indiui
stantię & dua substantia, vocabula vero diuersa, constat profecto patris & filii & spiritus sancti
personę vnam naturam indiuiduamq; essentiam esse, dum in eo quod significat quid sit, sub-
noia ad di stantialiter spiritus nominatur: & item in personis diuersitatem necessariam, dum
uina trãs- pater gignens, filius nascens, spiritus sanctus ab vtroq; procedens prædicatur. FRA.
ferantur, Planè trinitatem in personis perspicue videmus, & necessariam in substantia vnita- 184
& vnum tem euidenter tenemus. MAG. Ideo vigilantissime hæc duo nomina.ſ. substantia I
& persona diuinæ essentiæ coaptantur, quia semper substantia, de indiuiduis præ-
dicatur

dicatur In pluralitate consistentibus: persona autem dei indiuidua rationali natura
prædicatur, cum nos soleamus personis pluralitatem, substantiæ autem designare pater dica
essentię vnitatem. FRA. Qua similitudine vocatur æterna lux pater? MAG. Quia ex tur vel gi-
se prolem genuit æqualem. FRA. Nonne si magis matris nomen cõuenire videretur? gnens.
184 MAG. In patre est semper principalis causa prolis, & ideo à principali sexu debuit Cap. 11.
iure hoc nomine appellari. FRA. Qua similitudine dicitur gignens? MAG. Certum
est ꝙ mens gignit cogitationem. Cum aũt mens seipsam cogitat, quasi aliam sibi si-
milem generat. Sic summus deus cũ seipsum talẽ qualis est cogitauit, proculdubio
similem sibi per oia imaginem generauit. Et sicut gignens iure pr̃ vocatur,ita rectissi- De coæter
mè genitus filius nominatur. FRA. Si deus filium genuit,videtur aliquando fuisse ꝙ nitate filij
filium non habuerit,& hoc nomen ex accidenti possederit. Quod si hoc ita est,supe- cũ patre.
rior prolatio labefactatur,qua deo nihil accidentale,sed totum essentiale prædicaba- Cap. 12.
tur. MAG. Iam docuit ratio, dei essentiam esse æternam vitam, initij & finis nesciam.
Quod si hæc singularis vera vita absq; initio semper fuit, constat ꝙ & absque initio
semper se viuere intellexit. Quod si se viuere non intellexit, sapiens non fuit, quod
nefas est de deo dicere. Quod si aliqñ sapiam aliunde accepit,qua prius caruit, tunc
id à quo tantum bonum accepit deo melius extitit, quod absurdissimum est. Sed si Vnde filiꝰ
sempiterna vita semper se viuere intellexit, hæc intelligentiæ sapia non aliunde ei dicatur
184 accidit,sed semp ei coessentalis fuit,quanquam hanc ex se vt prolem suam ineffabili- splendor
L ter genuerit: igitur pr̃ nunquam sine filio extitit. FRA. Qua similitudine splendor ætернæ lu
ætернę lucis filius vocatur, non filia? MAG. Quia per omnia similitudo patris in eo cis, & non
exprimitur, vnde & similitudo eius dicitur. Nihil n. in rebus creatis ad integrũ eius filia.
similitudinem seruat à quo nascitur. Capilli nanq; à capite nati sunt capiti dissimi- Cap. 13.
les, poma ab arboribus nata sunt illis dissimilia, lana dissimilis ouibus. Fœtus aia- Quare ver
lium, vel ipsi filij hominum, non per oia similes qualitati genitorum. Hic autem per bum dica-
omnia gignenti est similimus,& ideo verissime nõ filia,sed filius vocatur. FRA. Qua tur filius,
aũt habitudine filius verbũ vocatur? MAG. Tripliciter verbũ intelligitur: verbi gra- & de tripli
tia, Cum hoc verbum homo, hõ profert ore, aut cum idem verbum hõ, absq; motu ci verbo.
linguæ in corde suo format, aut cum res ipsa quam significat illud verbum ho, qua- Cap. 14.
lis sit intellectu cogitatur. Hoc tertio modo deus verbum suum genuit,cum seipsum
cogitando dixit. Et quia totam mundi formam eadem cogitatione creauit, ideo di-
citur, ꝙ omnia in verbo suo fecerit: vnde & de creatione mundi legitur. Ipse dixit &
facta sunt. Nihil n aliud est filius vel verbum dei,q̃ cogitatio vel ars vel sapiẽtia eius. Psal.32.
184 Nempe cum nos aliquam rem cogitamus, ipsius rei imaginem in cogitatione nostra
M formamus: sic deus cum seipsum cogitauit,similem sui per omnia imaginem forma-
uit: ideo hoc verbum imago vel similitudo dei dicitur, sed nihil aliud nisi eadem es- De creatu
sentia exprimitur: vnde & hoc verbum dicitur quasi vere bonum. FRA. Quare dici- rarũ trifa-
tur, Omne quod factum est, in ipso vita erat? Num lapides qui stolidi sunt, in verbo ria subsi-
dei viuunt? MAG. Omnis creatura trifarie subsistere dicitur, In deo, in seipsa, in no- stentia.
bis. In deo vita immutabilis, in seipsa substantia commutabilis, in nobis similitudo Cap. 15.
rerum imaginabilis: verbi gratia, Lapis ipse substantia mutabilis, quia in calce com-
mutabilis, nostra cogitatione similitudo lapidis, in arte dei essentia interminabilis,
vitæ durabilis. Cum n. artifex domum facere cogitat, iam domus in ipsa arte vi-
uit, quam postmodum manus ædificat. Sed illa quam manus erigit, corruet: illa vero
quæ in arte viuit, permanet. Nihil quippe aliud est ars q̃ anima, & anima nihil aliud q̃
ars eius: & ars eius nihil aliud est q̃ ipsa vita: sic verbum dei nihil aliud est q̃ ars eius,
& ars nihil aliud est q̃ ipsa vita, & in hac cuncta immutabiliter permanebunt, quæ in
substantia sui mutabilia deficiunt. FRA. Cum euidens ratio idem verbum cum pa- Qũo solũ
185 tre & spiritu sancto, vnam & indiuiduam substantiam inexpugnabiliter probauerit, verbũ in-
A quomodo solum incarnari potuit? Si. n. â patris & spirituſſancti essentia est separa- carnari po
tum, & sic singulariter in humanitate, constat profectò quòd patris & filii & spiritus- tuit.
sancti substantia non est indiuidua, quæ potuit pati separationis discrimina. MAG. Cap. 16.
Sicut sempiterna virtus diuinitatis per ea quæ facta conspiciuntur, põt intelligi, sic Rom.8.
hoc profundum mysterium & occultum, per ea quę in nobis geruntur ratione per-
scrutante poterit inspici. Notum est. n. ꝙ humana mens verbum communis locu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis ex se cogitando gignit, & idem verbum in mente & in memoria simul vna essentia existit. Cum vero mens verbum suum alijs innotescere cupit, cum eadem cogitatione quæ nihil aliud est, q̃ verbum suum, & cum memoria disponit, quod idem verbum corpus vocis induit, & auribus audibile, & cordibus audientium visibile procedit, & etiam literis corpus suũ ligari & videri permittit, & tamen inuisibile manẽs, de essentia mentis & memoriæ non recedit. Non ergo mẽs neq; memoria, sed solũ verbũ singulariter sonuit p corpus vocis sensibile, & tñ inseparabiliter mãsit in essentia mentis memoriæ inuisibile. Sic summus pr̃ verbũ suũ seipsum cogitando genuit, qd in prĩs & spũssancti essentia simul coessentiale subsistit: sed tñ nec pr̃ nec spũssanctus, sed solũ verbũ quod est patris filius singulariter humanũ corpus induit, se hoibus sensibile exhibuit, corpus sumptũ indigna pati pmisit, & ipsum inseparabiliter in essentia patris & spiritussancti inuisibile & impassibile permansit. FRA. Qua aũt similitudine amor dei spiritussanctus noĩatur? MAG. Dei essentiã dixi esse vitã, vera aũt vita se viuere intelligit, & si se vitã intelligit, se vtiq; diligit, Dei aũt viuere, intelligere diligere, nihil est aliud q̃ existere. Dilectio ergo dei est vita, & vita est spũs. Et qa deus per dilectionẽ cunctis esse vel viuere tribuit, idcirco spũs nũcupatur. Ideo aũt sanctus additur, quia cuncta per eũ sanctificantur. FRA. Qualiter probatur hic spũs a patre & filio procedere? MAG. Nihil aliud spiritussanctus, q̃ amor dei intelligitur, vnde & deus charitas dicitur. Constat aũt quia pr̃ filiũ vt seipsum diligit, & itẽ filius patrem tanq̃ seipsum diligit. Vita nanq; diligit se sapere, & iterum sapia diligit se viuere: vitæ autẽ & sapiæ probata est vna essentia esse. Igitur dilectio vel amor vel charitas, quod est spiritussanctus, in substantia patris & filii coessentialis existit, & ideo ab vtroq; æqualiter procedit. FRA. Si spiritussanctus patri & filio coessentialis existit, qũo ab indiuidua substãtia separari potuit, cum in specie colũbę super dominũ, vel in forma ignis super Apostolos apparuit? MAG. Sanctispiritus suba non in colũbam vel ignem est transmutata, sicut nec verbi in carnem est transformata: sed spiritussanctus columbę corpus condidit, in quo se ad horã super corpus sibi inseparabiliter vnitũ, ad testimoniũ hoibus visibilem præbuit, ipse verò inuisibilis in essentia prĩs & verbi inseparabiliter pmãsit. Aĩas quoq; discipulorũ interius possidens, foris spẽm ignis vel luminis oculis hoium pro signo exhibuit, & tñ a suba patris & filij nõ recessit: Profectò insinuans q̃ pr̃ & filius per eũ peccata consumunt, & in eorũ amorem hoium corda per ipsum accendunt, & q̃ impios per eũ iudicabunt, iustos verò lumine vitę in ipso glorificabũt. FRA. Qũo cõstat has psonas esse coæquales? MAG. Deus est summa vita, summa sapia, summa dilectio. Quantũ ergo vita viuit, tm̃ se intelligit, & tm̃ se diligit. Si.n. nõ tm̃ se intelligit, quantũ viuit, nequaquã summa sapia erit: & si non tm̃ se diligit quantũ se intelligit, summa dilectio minime existit. Sed cũ ipsius suba verisime summum bonum sit, summa aũt vita & summa sapia, & summa dilectio non nisi in summo bono inueniri possint, necessariò sequitur tres personas, patris gignentis, filij geniti, spiritussancti procedens, per oia esse æquales, & in vna eademq; indiuidua suba summum bonũ existentes. FRA. Cur in his vocabulis magis deitas veneratur q̃ aliarum virtutum, cum misericordia & iustitia, & ceteræ virtutes eius essentiæ assignantur? MAG. Quia illa sunt ei propriè secundum se substantialia, ista verò secundũ nos ei accidentalia. Misericors nãq; inde dicitur, non q̃ miserum cor habeat, sed oẽm miseriam longè â deo esse ratio probat. Iustum aũt humana locutio noĩat, qui bonis bona, malis mala recõpensat. Verũ quia deus miseris in miserijs subuenit, nomẽ misericordis & misericordiæ accipit, q̃us si nunq̃ aliquis miser fuisset, cui misericordiam impenderet, non minus tm̃ in suba sui ipsa misericordia existeret. Quia verò iustis largitur præmia, iniustis irrogat supplicia, iustè vocatur iustus vel iustitia, tm̃ si nullus foret, cui vel gloriam vel pœnam impenderet, non minus ipse iustitia existeret. Sic de cæteris virtutibus sentiendum est. FRA. Hinc maxima videtur quæstio suboriri, si misericordia dei non potuit dinosci nisi per miseros, & iustitia eius sciri nisi per damnatos, videtur ineuitabiliter sequi, quosdam necessariò miseros factos, per quos misericordia dei manifestaretur: quod si ita est, tunc frustrà prædicabitur malum nihil esse, cum nihil possit peius excogitari, quã miseria & dãnatio: & si hoc per validissima rationis argumenta non infir-

Quare amor dei spũs noĩetur, & sanctus. Cap. 17.

De spiritu sancto. Cap. 18.

1. Ioan. 4.

Mat. 3.

Acto. 2.

Cur ęqualitas personarum dei tatis nomine potiss. honoretur Cap. 19.

Si nullus esset miser vel damnatus, adhuc deus suam misericordiã vel iustitiã posse ostendere. Cap. 20.

mabitur, iam deus summum bonum minime cognoscitur, imo author esse tanti mali conuincitur. Porrò si noluit vel non potuit ostendere suam misericordiam, nisi in miseris, iniustitiam nisi in damnandis, quis non videat sequi eum maleuolum vel impotentem, iu vno q̃ bonũ nisi per malum ostendere noluerit, in altero quod aliter facere non potuerit? MAG. Quis demens hæc præsumat dicere misericordiam & iustitiam dei, nisi per miseros, & damnandos manifestari non potuisse, cum manifeste constet nos occultas diuitias, nó solum per egẽtes, sed etiam per abundantes, demonstrari posse. Si.n. occultam habuero pecuniam non ideo necesse erit quenquam pauperem existere, cui largiendo eam manifestam faciam, cui idipsum diuiti tribuendo facere queam: sed potius si quilibet pauper existens ad me venerit, de occulta pecunia ei misericordiam impendi oportebit. Sicq̃ eius experientia me largũ & locupletem comprobat, quod idem in diuite posse fieri constat, quãuis diuitis aut pauperis scientia vel experientia nihil mihi vtilitatis, vtputa omnia bona habenti conferat. Ipsis autem vtilia, imo necessaria me habere eis scire & experiri multum expediat. In hunc quippe modum si nullus aliquando miser vel damnabilis fuisset, deus omnipotens misericordiam & iustitiam in angelis & hominibus, non minus manifestare potuisset, de sua videlicet abundantia eis misericorditer largiendo, quod minime haberent, præsertim cum omnis creatura a se nihil omnino habeat, sed omnia ab ipso fonte omnium bonorum accipiat, ac dona sua in suis iuste conseruando, quæ ab eo accepissent. Et ideo non erat necesse vt vel angelus damnationem ad manifestandam dei iustitiam, vel homo miseriam ad declarandam dei misericordiam incideret, cum vtrunque instantibus angelis declarauit, misericordiã videlicet, eos a lapsu conseruando; iustitiam, eis præmia dando. Quia autem libera voluntate angelus vel homo a deo apostatauerunt, misericordiam & iustitiam quasi prius occultam, manifeste experti sunt, dum illum iustitia manifeste dãnauit, istum misericordia misericorditer de miseria liberauit. Et cum in hac experientia nihil deo vtilitatis accreuerit, in quo plenitudo omnium bonorũ ante oẽm creatã creaturã fuerit, sequitur q̃ nulla necessitas, sed sola voluntas eos ad miseriam comperit. Deum aute authorem mali non esse hinc aperte constat, q̃ ipse omne malum dãnat. Porro q̃ malum non subsistat, euidens ratio probat. Ois.n. substantia bona est, sed malum bonũ nõ est, igitur malum substantia non est, sed priuatio boni est. Videtur aũt malum quoddam agendi vel patiendi separabile accidens. In actu quidẽ, dum inordinate agitur: in passione autem, dum inordinata actio bene ordinabitur. In regno quippe cuncta ordinatis nihil inordinatum relinquitur. Est autem rectus rationalis creaturę ordo, vt caduca respuat, mansura appetat, hoies in anima immortales diligat, deum summum bonum præ omnibus amans, eius voluntati obediat. Sed qui summum bonum contemnunt, caducum mundi bonum diligunt, suas animas despiciunt, sicq̃ malum faciunt. Hoc vero malum ordinabitur, dũ hęc actio in passionẽ mutabitur: nã dũ tales & summo & caduco bono priuantur, necesse est vt asperis, qui blanditiis contraria sunt, afficiãtur, quę tamen in seipsis non sunt mala, sed a patientibus videntur amara: igitur per naturã nihil est malũ. Deũ autem summum bonum hinc constat, q̃ malis & reis quasi contra iustitiã misericordiã suã prærogat. Nempe a fonte summi boni talis iustitia manat, quia iure deus indignis misereri debeat: qui etiã in hoc beneuolus comprobatur, quia solus tot bonis frui noluit, sed ex nihilo tot substantias protulit, quibus bona gloriæ distribuit. Omnipotẽs vero, imo ipsa hæc oĩpotentia hinc determinatur, q̃ tantam machinam rerum cum omnibus quæ sunt, potuit ex nihilo formare, & omnis creatura eũ ad inconueniens non flectit, sed quicquid est nutui suo paret. Hæc est tota munitio nostræ propositionis, subruta arce manifesti erroris. FRA. Vtile est munimen erroris subrui, & arcem veritatis construi, cuius fundamentũ qa super oĩa creatẽ stabiliter locasti, supere est vt machinã sup originẽ creaturę consolides, ac finẽ mundi initio cõtinuãdo ædifices, culmẽq̃ in alto regni cœlorũ cõsumes. Itaq; rõne probãte nobis insinua, vtrũ vniuersitas creaturę ex creatoris substantia, an ex aliqua prę existente materia, an ex nihilo sit condita. MAG. Huius structuræ cõgeriẽ hic artifex corroborabit, cuius opus nullus augmẽti molimẽ cõquassabit. Ex suba creatoris se esse ipsa creatura negat, & euidẽs rõ totis armis

Malum qd sit, & quod in regno dei nihil in ordinatũ relinqtur. Ca. 21.

Vnde creatura sit cõdita. Ca. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suis repugnat. Deus nāq; est immutabilis, omnis autem creatura mutabilis, quæ
ex immutabili natura processisset, cōsequenter & ipsa immutabilis perduraſſet. Por-
rò si corruptibilis natura ex substantia dei prodijt, sequitur ꝙ dei essentia corrumpi
possit: quam cæcæ mentis insaniam iacula rationis confodiunt, & a præsentia veri-
tatis longe reiiciunt. Quod autem ex nulla substantia materia condita sit, hinc con 185
stat, ꝙ nihil præter deum fuerit. Restat ergo ꝙ vniuersitas creaturæ ex nihilo creata K
sit, non quod nihil aliquid sit, sed quod non aliquid fuit, hoc aliquid creator esse fe-
cit. Tamen ante creationē totius creaturæ, imago in verbo, tanquam in arce dei fuit, ad cuius
exemplar vniuersitas in creatione prorupit. Sicut enim pictor varietatem picturæ prius
in mente fingit, ad cuius similitudinem postmodum visibilem picturam pingit: ita
deus vniuersitatem creaturæ prius sapientia sua formauerat, secundum quam for-
mam cuncta per multimodas species creauerat. Sed pictor picturam mente concepta
ptam in re non existentem, per colores & per instrumenta extrinseca ad esse produ-
cit: deus autem vniuersitatē creaturæ in sapientia sua nullam quidem substantiam
existentem, per nulla instrumenta in tot substantias produxit, & ideo ex nihilo oīa
fecit, & tamen quasi non ex nihilo sed ex aliquo visibilis mundus processit, dum in-
Propositio quinque difficiliū quæstionum. Cap. 13. stat archetypi mundi formas induit. FRA. Iam egregia turre in altum surgente di
screta ratio tenebras, erroris vndique versum eliminet, preclaram structuram serena 185
veritatis luce clarificet, ac nobis inclytæ ædis opus mirantibus aperiat. Vtrum crea- L
tor in creatura, an creatura in creatore, an vterque vtroque consistat: an potius crea
tor extra creaturam alicubi in aliqua gloria substantialiter maneat, an creaturā per
se existentem potentialiter repleat, an dimidius in cœlo, dimidius in mundo: an ali-
quando totus in cœlo, aliquando totus in mundo subsistat: an per singula loca diui
sus, an in omnibus locis totus existat: an aliquando in hoc loco, aliquando in alio lo
co sit: verbi gratia, heri Hierosolymis, hodie Carthagini, cras Romæ morari creden-
dus sit, an extra oēm locum & extra omne tempus semper vbique sit. MAG Sicut
sol exoriens quasi innumeras rerū formas tenebris obsitas cunctis sua præsentia
irradiat, ita potēs ratio, licet multiplices nimiumq; perplexas vestras propositiones
perspicaci intuitu singulas disterminat, resq; profundissimas de obscurissimis late-
bris protractas perspicue elucidat. Quod creator in tota creatura existat, omnis crea
Responsio ad primam & qd̄ creator in tota creatura consistat. Cap. 14. tura probat, quæ se nihil a se, a deo aūt esse & bonum habere clamat. Deus namque
est summa essentia & summum bonum, omnis aūt creatura per eum subsistit: om-
nis vero substantia bona est, quia ex summo bono est. Vbi autem deus non est, ibi
nihil est: vbi autem aliquid substantiale est, ibi deus est, ergo in omni creatura deus 185
existit. Hic fortasis infirmus animus dicit apud se, Si deus in omni creatura est, M
tunc est in cœno, & in inferno, & in brutis animalibus, & in dęmonibus, quæ vtique
creaturę sunt. Hic nullam inconueniētiam ratio aperta probat, quæ in his omnibus
bonum probat & considerat. Cœnum quippe res aliqua est permista cum alia, vtpo-
te terra cum aqua, vel cum alia huiusmodi: terra autem bona est, quia substātia est;
& a qua bona bona est, quia substantia est. Infernus quoque dicitur esse igneus, &
ignis est bonus, quia substantia est. Bruta etiam animalia singula in genere suo ad
aliquid vtilia sunt, & ideo bona sunt. Dæmones nihilominus in eo ꝙ angelica sunt
natura, boni sunt. Igitur cum constet hæc singula in bono subnstere, necessario se-
quitur deum, qui solus bonitas est, in omnibus esse. Sed & omnis creatura deum si-
bi inesse per aliquid sentit. Angeli enim & vniuersa viuētia deum sibi inesse sentiūt.
Deus quippe vita est, & omne quod viuit ita viuit, Non enim angelus magis viuit
quam vermis, licet ille sit immortalis, iste mortalis. Nec angelus magis subsistit quā 185
vermis, qnamuis illius substantia sit ęterna, istius autem caduca. Corpora autem cœ A
Quod oīs creatura deum sibi inesse sentiat. lestia, sicut sol, luna, sydera deū in se sentiunt, dum per eum lucent & subsistunt. Ar
bores & herbæ deum in se sentiunt, dum per eum crescunt & subsistunt. Lapides ve-
ro deum sibi inesse sentiunt, dum per eum subsistunt. Dęmones sibi deum adesse sen
tiunt, dum per eum viuunt, & sentiunt ꝙ iudicio dei iusto mala in pœnis luunt.
Deus enim iustitia est, & vbiqcunque iustitia exercetur, deus ibi esse creditur. Sic de-
niq; adest imperator latroni dum eum damnat, sicut militi dum eum remunerat. Et
nemo opinetur deum sordes mundi abominari, sed solum peccatorum sordes non
rit

rit eum execrari, nec eum vllo modo posse vlla re cōmaculari, sicut nec radium solis
vlla immūditia sordidari. Omnis aūt creatura in creatore hinc existere cognoscitur,
ꝙ extra deum nihil esse creditur: sed tamen non sic est in eo, vt sit eius substātia vel Quod oīs
pars eius essentiæ, vt cor est in animali vel pars animalis, sed vt lucernæ lumen in so creatura
le non est eius substantia, neque pars eius essentiæ. At aliquis stultus hic prorumpit in creatoꝝ
186 & dicit, Si lapis est in deo, & deus est in lapide, ergo lapis est deus. Non vtique sequi- existere ꝓ
B tur. vt omne quod est in altero sit illud in quo est: nam vinum est in vtre, non tamen betur.
vinum est vter. Sol quoq; in speculo, & speculum in sole, & tamen neutrum est illud Ca. 25.
quod aliud. Sicut aliquis Romæ positus, si cogitatione totam ciuitatem illuminaret,
tota vrbē cu pooulo imaginādo menti suæ includeret, recte diceretur Roma: in eius
aīa & eius aīa in Roma esse, nec tamen eius substantia esse: sic profecto deus in omni
creatura, & oīs creatura in eo rectissime affirmatur, & tamē neuter est quod est aliud
Sed hic creator deus immutabilis verissime prædicatur. Sed quia nos in tenebris na-
ti sumus, lumē veritatis videre non possumus. Mundum hunc super abyssum funda-
tum: deum autem in cœlis cū angelis locatū cogitamus, & extra hunc mundum ni-
hil nisi tenebras esse putamus, sed potius visus mentis nostræ verę lucis magnitu-
186 dine hebetatur: sicut corporeus oculus fulgore solis reuerberatur, & tenebræ, nostrę
C tantam claritatem comprehendere, & sua caligine cordis intuitu eam nos contēpla-
ri præpediūt. Nempe totus hic mundus istat breuissimi pūcti intra deū collocatur:
serenissima autem lux maiestatis eius extra vndiq; versum in immēsum diffundi-
tur. Deus quippe vniuersa supra & infra, interius & exterius, & in circuitu essentia-
liter replet, & nullius creaturæ intellectus interminabilē eius substantiā vlla cogita
tione excedit. Hoc iterum infirmū intellectū scandalizat, & tacitus apud se volutat,
Si cuncta in deo sunt, ergo & lupi & serpentes & dæmones in eo sunt. Hic vt supra
nulla inconuenientia comprobatur, dum in his omnibus bonum reperiatur: Omne Cur non
aūt bonum in deo est, extra quē nihil. Sed queritur, cur aliqua creatura quicquā mali tota crea-
patiatur, & non potius tota æqualiter bono fruatur, si deus qui est summū bonū, in tura equa
bonum, in omni creatura esse declaratur. Sed sciendum est, sicut anima per totū cor liter bono
pus diffusa, in singulis mēbris tota consistit, non tamen tota singulis mēbris admini fruatur.
strationis suæ munera tribuit, sed oculo tantum videre & non audire, auri autē au- Cap. 25.
186 dire & non videre, & cæteris in hunc modum: membrū aūt cui donum vegetationis
D subtrahit, stolidum & inutile remanebit, & hoc malū pati, vel nihil pati affirmatur,
quia bono priuatur: sic deus per oīa diffusus in singulis totus consistit, non tamen
singulis cuncta dona gratiæ suæ tribuit: sed singulis, prout sibi placuerit, lapidi tan
tum esse & non viuere, arbori crescendo viuere, non sentire, bestiis sentire, nō discer
nere, angelis & animabus discernere, & immortales existere. Cui autem aliquid ho-
rum subtraxerit, protinus in corpore vniuersitatis inutile erit. Et cum ei bonū quod
naturæ blandum est, subtrahitur, mox ex necessitate amaro, quod ei contrarium est
afficitur, vt homines in mundo, dæmones in inferno: sicq; malū pati prædicatur dū
bono priuatur: sicut cæcus in sole positus tenebras pati dicitur dum luce non frui- Cur nō to
tur. Cur autem deus vni creaturæ dulcedinē suæ præsentiæ perfruendam exhibeat, ta creatu-
alteri subtrahat, ratio nullo acumine penetrare valet, sed terribilem deum in iudi- ra in vno
cijs suis stupet. Item queritur, si deus in omni creatura, & oīs creatura in eo est, quō statu per-
aliquid deficiat & non potius totum in vno statu permaneat, præsertim cum immu- maneat,
186 tabilis deus cuncta contineat. Sed sciendum est, ꝙ in hoc creator a creatura discerni cū in deo
A tur, dum hic immutabilis, hæc autem multum instabilis cernitur: cūcta autem æter sit qui im
nitate imitantur, dum deficiendo, & iterum recrescendo, & iterum quasi in circulis mutabilis
existentiæ semper rotantur. Quia n. de nihilo originem simpliciter sumunt, in nihi- est.
lum recurrere, & quasi extra deum exire cupiunt, sed quia exitum non inueniunt, Ca. 27.
quasi in circulos reuoluta rursum in esse redeunt. Cœli quippe & sydera semper in
circulos suos reuoluntur: aquæ iugiter fluendo quasi peracto circulo in fontes suos
reuertuntur. Arbores herbę animalia crescendo, senescendo, putrescendo, iterum re-
crescendo, quodammodo circulose circūagūtur. Hoc quoq; modo cuncta per se in ni
hilum tendunt, sed per continentiam dei semper in datam naturam reuerti conten-
dunt. Item queritur, si homo in paradiso perstitisset, vtrum hęc cuncta vt nunc mu-

tabilia fuissent? Proculdubio cuncta cum labili tpe vt nunc vices suas crescendo, deficiendo, nascendo, moriendo seruarent, ipso in vno statu stabilis, & dns omniu perduraret: quia vero peccando instabilis extitit, ipse cum tẽpore & caducis rebus labi cœpit. Fugatis tenebris de structura sacræ ędis, iã ad dissoluẽdas machinas cõtra eã erectas attingamus. Deũ alicubi esse subaliter & vbiq; potẽtialiter, repugnat firmitatitotius iã elaboratæ disputationis, & subruitur impulsu euidẽtissimę ronis. Si.n. alicub i& nõvbiq; subaliter est, tũc circũscriptus est & localis: & si localis est, tunc corpus est: & si corpus est, cõcluditur non esse deus. Amplius, si deus loco cõtinetur, tũc locus qui eum continet, maior & melioreſt illo: maior, quia deum includit: melior, quia tantum bonum continet. Porrò si in cœlo est substantialiter, in mundo autem potentialiter, tunc eius essentia est aliud quã potentia, & sequitur ꝙ hæc potentia ei ex accidenti aduenerit, quod superius ratio a facie veritatis repulit. Si aũt dimidius est in cœlo & dimidius in mundo, tunc creatura continet creatorem, & includit in se suum factorẽ. Si aũt aliqñ est in cœlo, aliquando in mundo, tũc mutabilis conuincitur, quia de loco ad locũ mouetur. Amplius, si deus aliqñ est in cœlo, & non in mundo, tunc ibi tantum aliquid est, vbi ipse, alibi autem nihil est: vbi.n. deus non est, ibi nihil est. Si.n. per singula loca est diuisus, tunc constat ex partibus, & sequitur ꝙ sit passibilis, qui per loca est diuisibilis, & etiam solubilis. Omne.n. quod partibus constat, dissolui poterit. Si aũt in singulis locis est totus, tunc tot sunt tota quot loca: oẽ enim quod vni loco totum includitur, eius nulla pars in alio loco esse conuincitur: & sequitur, ꝙ deus loco concludatur, qui cũcta pugillo cõcludere prędicatur. Quòd si secundũ vices temporũ mutatur, & heri in vno, & hodie in alio, cras in tertio loco cõmoratur, tũc tẽporalis est, & iam præteritũ amisit, futurũ adhuc non habet, sed & cuncta accñtia in eũ concurrunt. Huius falsissimæ opionis machinamẽta facile dissoluunt huius sacræ turris instra. Dei potẽtia nihil aliud est q̃ eius essentia, iõ deus nõ alicubi est determinare, sed vbiq; essentialiter est. Deus quoq; immẽsus est, locus ãt. s. spatiũ quod qdlibet corpus occupat, altitudine, latitudine, lõgitudine mẽsuratur. Et qcqd ẽ locale, per anteri' & posterius, ꝑ dextrorsum & siniſtrorsum, ꝑ surſum & deorsum circũscribitur. Deus ergo nec partí in mũdo, nec aliqñ totus in cęlo, nec aliqñ in mundo, nec ꝑ singula loca diuisus, nec in singulis disiunctę totus: sed extra oẽm locũ replẽs, & in se cõtinens cunctã creaturã penetrans, & vniuersa per subam continũs vbiq;. s. i oĩbus & extra oĩa est totus, sicut lumẽ lucernę in oculis oĩum astantiũ totũ lucet, & in seipso totũ manet, nõ a seipso recedit vt ad prẽsentes perueniat, nec vnũ relinquit vt alij luceat, sed potius singulis & omnibus simul totũ lucet, & in seipso totũ manet: sic deus vbiq; & in omnibns est totus, & in seipso pẽmanet totus, & a se non recedit, sed cũcta in se colligit. Hic quæritur, cum deus loco nõ includatur, quõ Christus totus in virginis vtero, totus in cœlo prędicetur, cũ vterus virginis locus nõ dubitetur. In cœlo totus fuit in patris essentia, vt in anima tota sapientia. In virginis vtero totus, vt verbum totum in voce. Deus.n. initio & fine caret, & ideo oĩno æternus manet. Igitur nihil ei fuit præteritũ, nec futurũ recipit, sed extra oẽ tempus prẽsens & semper vbiq; exiſtit, vnde &, est cognominatur, quia ęternitas exiſtens, omnia tẽpora disponẽs, nullo tpe variatur. En machina vestræ multiplicis propositionis corruit nullũ accidẽs cadit in deũ. FRA. Huius ruinam nõ molestę ferimus, sed ad fragorẽ eius potius fautores applaudimus, quia per huius casum turris introitũ sperамus. Sed cũ hæc machina sit disiecta, ecce alia structura cõtra turrim stat erecta. Superius dictũ est, ꝙ solus deus sit immortalis, solus inuisibilis: Num angeli vel animæ mortales sunt, aut deest angelis inuisibilis, de quibus dicitur, ꝙ semper vident faciẽ patris? MAG. Mutabilitas est quędã mortalitas, dum.n. quid de præterito in futurum mouetur, quasi præterito moritur. Deus solus est immutabilitas, quia nihil prętriri ei decidit, nihil futuri accidit, sed quicquid est vel fuit, vel erit, totu si bi prẽsens adest: & sicut nõ põt cogitari ꝙ aliquando initiũ habuerit, ita quoq; non põt cogitari ꝙ vnq̃ finiri posit. Angeli aũt mutabiles sunt, qa de ꝑterito in præsens, de ꝑsenti in futurũ mouẽtur. Prętcritũ quippe habent, futurũ nondũ habent. Constat.n. ꝙ socios angelicos olim admissos non habẽt, & ꝙ adhuc cõsortio sanctorũ in terra peregrinantium carent, præteri ta memoria recoligũt, futurũ prẽsciẽdo intelli

Re spõsio ad reliquas quæstiones super ca. 23 propositas. Ca. 28.

Declaratio specialis, ꝙ deus sit illocalis. Ca. 31.

Quõ xps totus ĩ cœlo totus in virginis vtero. Ca. 30.

Quõ deus sit sol' immortalis, solus inuisibilis. Ca. 31.

gunt. Et sicut põt cogitari ꝙ aliqñ cœperũt, ita etiã põt cogitari ꝙ finiri posint. Sed cũ & ipsi creaturã in se mutabilẽ considerant, quodãmodo a statu immutabilitatis degenerãt: talis mutabilitas est eis quædam mortalitas. Aĩæ vero sicut sunt per oĩa mutabiles, ita quoq; pene per oĩa mortales. Deus quippe est vita animæ, sicut ipsa est vita corporis. Sed sicut mortuũ est corpus qñ aĩam nõ habet, ita aĩa mortua ẽ qñ deo caret. Vel sicut cæcus oculis mortuis dr cũ luce priuatur, sic aĩa mortua cũ btã vita q̃ deus est nõ fruitur. Solus ergo deus hẽt immortalitatẽ, qa nullã recipit mutabilitatẽ. Hic etiã solus est inuisibilis, qa nulli creaturæ ad plenũ intelligibilis: nempe aĩæ btõrũ & angeli suo more, nõ nõ eũ semp vident, nõ ꝑ interualla spatiorũ sicut nos corporea videmus, sed intra se & extra se in oĩ creatura, & extra oẽm creaturã eũ cõspiciũt, nec vllo intellectus intuitu amplitudinẽ suæ claritatis excedũt: & qa non pleniter ab ipsis vt a seipso conspicitur vel intelligitur, iõ solus inuisibilis dr. FRA. Iã diuina natura cũ angelica in hac turri tenẽte sceptra, ecce humana natura legionẽ adducit, & ad impugnãdã eã machinã erigit. Quæritur nãq; quõ homo ad imaginẽ & similitudinẽ dei formatus dicatur, cũ nulla cõuenientia similitudinis dei in hoĩe conspiciatur. MAG. Impugnantia a repugnantibus expugnantur, dum præcedentia a subsequentibus inexpugnabiliter roborantur. Duo hoĩes scribũtur, interior & exterior. Interior anima, exterior corpus: interior inuisibilis, exterior visibilis. Interior & inuisibilis ad imaginem & similitudinẽ inuisibilis dei creatus, visibilis aũt secundum visibilẽ mundũ est formatus. Deus inuisibilis est, in subsãtia vnitas, in psonis trinitas. Interior ergo homo i. aĩa, ad imaginẽ vnitatis est creata, qa non ex partibus vt corpus cõposita, sed est simplex natura & imortalis essentia. Est quoq; deus memoria, quæ sui & oĩum quæ sunt meminit, quæ pater noĩatur: ex qua intelligẽtia nascitur, quæ se & cũcta quæ sunt intelligit, quæ filius nũcupatur, ex vtraq; dilectio, pcedit, quæ se & cũcta quæ sunt diligit, quæ spũs vocatur. Ad huius trinitatis imaginẽ aĩa cõditur, dũ ei memoria intellectus, ratio dilectionis indicitur: ꝑteritorũ nãq; meminit, inuisibilia intelligit, mala respuẽs bona diligit. Dei quoq; essentia est, lux vita. iustitia, bonitas, beatitudo. Ad hãc similitudinẽ aĩa facta est, vt sit lucida, vitalis iusta, bona, bẽata. Exterior vero hõ, i. corpus quodãmodo ad exẽplar mũdi formatus dum ex quatuor elementis cõpaginatur, vnde & microcosmus cognominatur, i. minor mũdus. In hoc aĩa etiã habet similitudinẽ dei, dũ ipsa sic minorẽ mundũ gubernat vt deus maiorẽ. Oĩs quoq; creatura ꝑ aliquid similitudinẽ dei habet, quãtũ cuiq; alteri est excellẽtior, tãto illi similior. Ipse quippe est, viuit, sentit, nec rõnem discernit, lapides ergo eius similitudini se adiungunt, quia sunt. Arbores magis eius similitudini appropinquãt, quia sunt, & crescẽdo viuũt. Quæcq̃ aĩantia multo magis eius similitudinẽ exprimũt, qa sunt, viuũt, sentiũt. Porrò in hoĩbus & angelis similitudo dei maximẽ refulget, qa sunt viuũt, sentiũt, & rõne discernũt. Aĩas autem cõstat esse æternas: si.n. ad videndũ deũ factæ ꝑdicãtur, necessario sequitur, vt sicut deus finem nõ habere creditur: ita aĩę illũ visurę, sine fine viuere nõ dubitentur. Sed quæritur vtrũ illę aĩę immortales sint, quæ deũ visuræ nõ sunt. Oẽs aĩas vnius cõstat esse naturę, & si quędã aĩę immortales sunt, igitur oẽs aĩæ deũ visurę semp erũt btẽ, & eum nõ visurę miserę. FRA. Vnde aĩa tãta videt in somnis? MAG. Aĩa insatiabili cupiditate sciendi veritatem captat, & ideo semper in cogitationibus vagatur: ideoq; sensibus corporeis sopitis ꝑ ænigmata q̃dã futurã deo reuelante præuidet. Interdũ circa verisimilia diabolo fallẽte languet anxia. Aliqñ angelis vel aiabus cõfabulatur: aliqñ a dæmonibus ludificatur. Hæc in modũ oculi cętera oĩa videt seipsam videre nõ pt. FRA. Cur a nobis nõ vr? MAG. Quia tã subtilis eius natura dr, ꝙ se a corporeis videri nõ patitur. Quãto.n. aqua tenuior ẽ terra, quãto aer subtilior ẽ oculis aqua, & quãto ęthereus ignis aerẽ: tenuitate: tãto vincit aĩa ignẽ cœlestẽ tenuitate & subtilitate. Hæc.n. est cã ꝙ nullus spũs a nobis cernitur, qa subtilitas illorũ naturę nrm visum excedere creditur. FRA. Qualiter phibetur aĩa ꝑ totũ corpus esse diffusa, & tamen non magis in maximis, nec minus esse in minimis mẽbris, sed in singulis tota. Num tot sunt tota quot mẽbra? MAG. Sicut superius dictũ est, Si lumẽ ponatur in medio, non minus in meis, & non magis lucet in alterius oculis, sed in singulis totũ, & in seipso manet totũ: sic aĩa vbiq; in corpe, & in singulis mẽbris ẽ tota. Vñ tacto vno mẽ-

Quõ hõ ad dei imaginẽ & similitudinẽ sit creatus. Ca. 32.

Vnde anima tã multa videat ĩ somnis. Ca. 33.

Quõ anima in singulis mẽbris dicatur esse tota. Ca. 34.

Cur vna aïa sit docilior quam alia. Ca. 35

bro dolet tota, non tamen tot tota: sicut vox in auribus omnium non particulariter, sed sonat tota, & in seipsa remanet tota. FRA. Si omnes animę vnius naturæ sunt, quidnam est quod quædam habilior, & quædam tardior est ad discendum? MAG. Anima habet formam cerę vel candelæ. Cera habilis est ad exprimendam imaginem, si ei sigillum imprimatur: sic candela ad lucendum si incendatur. In hunc mũdum recipit anima imaginem scientiæ, si ei imprimitur sigillum doctrinæ, lumenq; veritatis recipit, si igne sapientiæ accensa fuerit: quæ si per studium vel exercitium se neglexerit habilem prębere, sicut cera sine imagine, & sicut candela inaccensa sine lumine, sic in tenebris ignorantiæ sine scientia & veritate remanebit. Quanto magis autem quæq; anima doctrinę se adoptauerit, tanto magis capax scięntię erit. Cur autem ignis spirituſſancti quasdam animas se habiles non præbentes, imò negligentes, lumine scientiæ magis ascendat, quasdam non accendat, imò quibusdam laborãtibus scientiam subtrahat, alijs similibus similis ratio penetrare non valens mirando clamat, O quàm incomprehensibilia sunt iudicia dei, & inuestigabiles viæ eius. FRA. Cũ cuncta a magistris discantur, quomodo vnus magister in cœlis esse scribitur, a quo quasi specialiter quæq; docentur? MAG. Si recte perpenditur, nihil prorsus per hominem discitur, magistri tantum commemoraudo foris plantant & rigant, veritas autem quę in anima habitat, intus docendo incrementum dat: sed stultus non intelligit hæc. Ratio autem quæ cuncta discernit, facilè hęc ita esse compro babit. Nempe quicquid discitur, melius per visum quàm per auditum capitur: nam quantum cæco de sole narrauero, ipse tamen nescit quid sit sol, quem nunquàm vidit, tantum uerbis meis credit aliquid esse quod ita vocetur, aut fortasse dubitat qđ quam esse in re quod sic nominetur: qui si repente videat, ipso visu solem esse probat, quem auditu scire non poterat. Sic plerię; cæci scripturas nouerunt, sed tamen quid sit litera uel liber nesciunt, quorum oculi si subito aperiantur, & libro coram sę posito quid sit viderint, mirantur, & uisu discernunt, quod auditu non poterant. Porrò si alicui illorum dixero, talis litera vocatur a, & talis b, nominatur: mox introsus recurrit, veritatem consulit, & verum esse probat quod audit. Quid ergo hunc docui, qui nec prius auditu, nec postea visu scire potuit quid sit litera, nisi veritate intus docente, visu foris probante hoc edisceret? Ego tantum sonos verborum protuli, ipse uero res per verba signatas veritate intus examinante cognouit: sic vos quoque si multa uobis de elephante dixero, nescitis quid sit elephas, nisi eum videritis: sic multa de deo legimus, & quasi rufum hominem & pulcrum aspectu eum nouimus, qui si ad præsens intraret, num illũ agnosceremus? Puto minime. Quare? Quia a magistris discere nequiuimus, quod veritate uisus non probauimus. Doctores ergo tantum sonos uerborum proferunt: auditores autem ueritate visus docente, verba mente, res uisu discunt. Sic literas, sic ignotas linguas, sic varias artes discimus, dum sonos verborum a præceptoribus percipimus, res ipsas ueritate docente intus consideramus. Sed quid de cantu est dicendum, quinon videtur, sed tantum auditu discitur? Nonne dum uox canentis foris sonat, veritas intus quasi quosdam ascensus vocis in anima format? Igitur omnino nihil per hominem nisi sonus discitur, uerba autem & res per veritatem in interiori homine habitantem discernuntur. Et sic verissime vnus magister prędicatur, a quo quisque interius instruitur. Ea autem quæ a nobis non videntur, ut deus & angeli, tantum esse creduntur. FRA. Differt aliquid, credere deum, & credere in deum? MAG. Multum. Dæmones deũ, & Pagani credunt, sed non credunt in deum. Credunt nanque quod deus sit qui omnia creauit, ac super omnia potens sit. In deum autem tantum credunt, qui eum diligendo in eum tendunt. Vera autẽ fides est credere, quod deus in essentia sit vnitas, & in personis trinitas, & hic cuncta ex nihilo verbo suo creauerit, ac collapsa eodem verbo incarnato restauraverit, & in vltimo die uniuersa per spiritum sanctum innouabit: & hoc credentibus summum bonum. s. seipsum in præmio dabit. Hæc fides vita animæ existit, & per hanc iustus viuit. Hæc fides spe nutritur, vt corpus cibo reficitur. Dilectione animatur, ut corpus anima viuificatur. Dilectio autẽ operatione comprobatur: vnde fides sine operibus mortua esse affirmatur. Ergo fide anima declinat a malo & facit bonum, cuncta transitoria respuit, inuisibilia sicut visibilia appetit, dilectione quæq; dura tolerat, carnis impetus refrenat, necessaria proximis erogat, summo bono semper anhelat. Igitur anima quæ sic credendo & sperando in deum tendit, ipsum summum bonum sine fine habebit. FRA. Si animę naturaliter sint lucidæ, quæritur, vtrum animabus corpore exutis lux diei aliquid confe rat, vel rursus caligo noctis quicquam ad videndum noceat? MAG. Sicut corpus sine anima nihil tentire cernitur, sic vtique anima sine corpore nihil corporeum sentire creditur. Corpori quippe admista per oculos sentit colores, per aures voces, per nares odores, per palatum sapores, per tactum vel incessum res tangibiles, mollitie vel duritia differentes. A corpore vero separata nihil corporeum corporaliter sentit, quasq; res in proprietate substantiæ, abstractis accidẽtijs colorum conspicit, spiritalia quæque suo more sentit. Ergo sicut lumen candelæ nihil confert soli ad lucendum, sic profecto lux solis nihil omnino confert animæ ad videndum. Et sicut nox iubar solis non impedit, sed potius fugit: sic nec animę aliquatenus obsistit, vtputa quã nec anima, aut spiritali luce ipsa nimis præ sole fulgida fruitur, aut horrida pecatorum caligine obscurata, non noctis, sed propriis vt cæcus tenebris inuoluitur. Quod autem animata carne soluta corporaliter lucem non videat, hinc constat, q̃ cum aliqua dictare volumus, vel quicquam facturi disponimus, mox anima exterios res sensus fugit, introrsus se colligit, in seipsa intus considerat ea de quibus tractat, & solis lumen ei nihil prodest, sed etiam ei ad hoc negocium obest: & dum alias attendit, clamosas voces iuxta se non audit. Igitur anima extra corpus nihil corporeũ videt vel audit. Quod si facit, tunc vtique aereum corpus induit. FRA. Si animæ corporeas voces non audiunt, qnomodo animas sanctorum, scilicet Petri & Martini vel alterius iusti preces suas exaudisse multi experti sunt? MAG. Oratio cordis, non oris ascendit in cœlum. Animæ enim non clamorem vocis, sed cordis audiunt, & sę fideliter inuocantibus subueniunt. Neq; magis clamosas preces audiunt, quã eas quæ sine voce, vel in lingua, vel in corde tantum fiunt, quia neq; a nobis verba, sed voces cordis tantum audiuntur. Cum ergo animæ nostræ aliquid secundum deum desiderant, & hoc sibi a deo per sanctos dari, siue corde, siue lingua, siue voce postulant, animæ sanctorum, quibus est idem audire quod videre, & eo uerso, non voces, sed verba intuentes, desiderata eis a deo impetrant, vt habetis scriptum. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. FRA. Nonne legitur, quod sæpe multæ animæ ductæ de corpore, multa loca pœnalia, & item multa amœna & florida, & in vtrisque multas aïas in humana forma viderint, atque ad corpus reuersę, plurima se audisse ab eis retulerint? MAG. Sciendum est, q̃ hæ animæ non penitus corpus reliquerant, sed sensus tantum corporeos suis officijs destituerat, corpus autem non ex toto spiritu vitali carebat. Vnde ea quæ audierant, non res corporeæ, sed similes corporearum rerũ erant, quas reuersæ alijs in corpore constitutis pro ædificatione referre poterant. Postquam vero corpus funditus exuerant, longe res aliter, quæ prius videri non valebat. Sicuti nos aliquando iuxta parietem positi, vmbram venientis hominis, non ipsum videmus: remoto autem obstaculo muri, ipsum vt est cernimus. Animæ etiã defunctorum cũ viuentibus apparent, corpus aereum induunt, in quo corporeã vocem vel verba audibilia exprimunt. Hinc colligitur, q̃ inferius sit incorporeus, substantia spiritalis, corpori similis, cuius pœna tanto sit intolerabilior, quanto spũs corpore est subtilior. Omne enim corpus vetustate deficit, diuturnitate dissolutũ interibit. Vnde si infernalis ignis est corporeus, restat, vt corporalibus instrumentis nutriatur, & sequitur vt illis consumptis ipse intereat. Sed constat ignẽ gehennæ, non deficere, ergo spiritalis est. Si autem est corporeus, sed indeficiens creatus est, necesse est vt animæ, & spiritus qualecunq; corpus induant, in quo ignem corporeũ sentiant. FRA. Poteritne probari resurrectio mortuorum? MAG. Si ea incòcussa manebunt vel constabunt, quæ superius verisimis argumentis probata sunt, tũc omni repugnãtia submota, omniq; necessitate admota, resurrectio erit futura. Constit. n. deum esse veritatem, veritatis aũt verba necesse est adimpleri: quod si non impleburtur, sequitur quod autem deus mutabilis sit, aut veritas nonlit. Quod si impleri non potuerunt, iam deus omnipotens non est, quę cuncta liquet quam absurdissima deo sunt. Incommutabilis itaq; veritas deus, promisit suis dilectoribus plenũ

Vtrũ lux diei aut caligo noctis animę q conferat aut noceat Ca. 38.

Quo aïæ sctorũ intelligãtur audire preces viuentium, & eis patrocinari. Ca. 39.

Psal. 9.

Quo intelligãtur aïę a corpore solui, & iterũ reuerti, ac visa referre. Cap. 40.

Quo resurrectio mortuorũ sit probabilis Ca. 41.

Quid sit credere deũ, & qd, credere in in deum Cap. 37. Iacob. 2.

gaudium,ſuis cõtẽptoribus plenũ ſuppliciũ, quod vtrunq; erit impoſsibile,niſi ſit iu aĩa & corpore.Neceſſe eſt ergo ut corpora reſurgant,aĩas recipiant,quatenus ſecũ dum promiſſa veritatis hi plenũ gaudium in anima & corpore habeant, illi eodem modo plenum ſupplicium recipiant. Amplius,ſi corpora non reſurgant,tunc animæ æternæ factæ non ſunt: ſed ſuperius probatum eſt animas æternas factas,ad hoc vi- K delicet,vt deũ cũ angelis ſemper videant,& in hac viſione ſine fine beate viuãt.Beate aũt nõ viuunt,ſi indumẽta ſua.ſ.corpora in ſordibus cõputreſcere abſq; ſpe recuperationis cõſpiciũt. Sequitur nãq; vt neceſſario veſtimẽta ſanctarũ aĩarũ,quæ ſtolæ nominãtur,per reſurrectionẽ innouentur,& in incorruptibilẽ gloriã immutẽtur, quibus animæ reindutæ ſemper beatẽ deũ contẽplentur: & econtra ut infœlices veſtes ſordidas reinduant,de quarũ fœditate ſemper doleant. Igitur nõ ſolũ corpora innouari,ſed ẽt cõem naturã,quæ.ſ.ſeruiuit,neceſſe eſt in melius cõmutari: vnde habetis ſcriptum, Ecce noua facio omnia. F R A. Cũ deus ab initio mundi nihil nouĩ creauerit, quomodo nouam creaturam tunc eſſe conſtabit ? M A G. Trifarie noua creatura dicitur, quæ per trinitatem ita diſponitur, Deus pater omnem creaturã ex nihilo condidit,& hæc noua creatura noĩatur. Itẽ deus filius: vnde habemus in Apoſtolo,Siqua in xp̃o noua creatura: & alio loco, Vt ſimus initiũ aliquid creaturę eius. Deus quoq; ſpiritusſanctus corpora viuificabit, & hunc totũ mũdũ innouabit.Et hæc nihilomin⁹ noua creatura appellatur: vnde habemus, Cœlũ nouũ & terrã nouã faciet dñs. F R A. Iã turri in ſummũ nobiliter perducta,reſtat nunc vt ꝑpugnaculis cingatur,& ſic cacumen in ſummo cœlorum conſumetur. Legimus de dño L ꝙ eleuatis manibus ferebatur in cœlũ,& quia ſedet ad dexterã dei. Et Stephanus in cõcione vidit eũ ſtãtẽ a dextris dei. Qui fertur,de loco ad locũ mouetur: & qui ſedet vel ſtat,loco continetur. Et cũ dñs corporaliter cœlũ aſcendit, qualiter nũc ibi credẽdus ſit,vel qualiter receptis corporibus ibi futuri ſunt ſummopere ſcire deſideram⁹. Si.n.aliquis locus Chriſtũ,vl ſanctos ſedentes, vel ſtãtes continet uẽ cadant,tũc iſte locus eis melior probatur,a quo tot bona continentur: & ſic ſancti de aliqua creatura viſibili & ſenſibili gaudentes gloriantur,vt nos de hac viſibili & ſenſibili luce delectamur,tunc iterũ ea res meliori rõna creatura iudicatur, de cuĩ⁹ poſſeſsione ipſa iocundatur,vt nos de habita pecunia gloriamur & gratulamur, & miſerũ gaudiũ videtur,ſi intellectualis creatura non niſi de ſtolida re lętatur. M A. Apicẽ huius turris pariter aſcẽdamus,& rõne indagãte,qualiter ſe habeãt hæc perſpiciamus. Cœlũ viſtato nomine appellamus,quod ſuper caput noſtrũ videmus. Supra nos aũt nihil niſi nubes,uel aerẽ ſole illuſtratũ cõſpicimus. Solẽ verò lunã vel ſtellas longẽ a nobis remotas ſic videmus,ſicut in lato mari poſiti a longẽ montes conſpicimus,in circumtu verò nihil niſi confuſum aerẽ videmus. Vnde liquet ꝙ nullius hominis viſus totũ huius aeris ſpatiũ penetret,qui vix ẽt horizontẽ attingere valet. Vnde cum Apoſtoli dñm ſublatũ vlterius videre non poſſent, dicitur, Nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorũ. Stephanus quoq; non corporeis oculis dñm in cœlo vltra firmamẽtũ vidit,cũ nullĩ⁹ hominis viſus vllo mõ vſq; ad cœlũ pertingere poſsit. Sed & concio illa in qua Stephanus ſtãs xp̃m conſpexit,in domo aliqua fuit,cuius tecti culmen ipſius corporeus oculus penetrare minime potuit. Conſtat igitur quod nõ oculo corporis, ſed intuitu interioris hominis Chriſtum non in corporeo, ſed intellectuali cœlo viderit. Sed hic forte ab aliquibus calũnioſis obijcitur,ſtellas eſſe in firmamẽto infixas,& viſum noſtrũ firmamẽtũ attingere dũ eas videmus. Non iõ oculi noſtri firmamẽtũ attingunt, dũ quia ſtellas aſpiciũt? Nũ iõ totũ aeris ſpatiũ in mari penetrãt,qa mõtes vtputa ſolida corpora conſiderant? Sicut n.in mari remotis ab aſpectibus montibus,nihil niſi aer conſpicitur vndiq;:ita quoq; ſyderibus ſolidis videlicet corporibus ſublatis,nihil niſi aer cernitur. Quicquid aũt ab aere eſt vſq; ad firmamẽtũ, & ipſum firmamẽtum a nobis nequaquã uidetur propter ipſius ſpatij longinquitatẽ,& ob naturæ ſuę ſubtilitatẽ. Quòd ſi forte obijcitur,quod Apoſtolus ad tertiũ cœlũ raptus deſcribitur, Sciendum eſt tres cœlos hiſtorialiter appellari, & iterum tres ſignificatiue nuncupari. Hic quippe aer primum cœlum hiſtorialiter vocatur,ſicut habetis,Volucres cœli,quia in cœlo,id eſt,in aere volare videntur. Secundum cœlum ether vocatur,vt habetis,Stellæ cœli,quia in eo planetæ uago curſu feruntur. Tertium cœlum

Apoc.21.

Noua creatura tripliciter dicitur.
2. Cor.5.
Iacob. 1.
Eſa.65.

Qũo dñs & aĩę ſanctorũ nũc ĩ cœlo, aut ſancti receptis corporib⁹ ibi futuri eẽ credantur.
Cap.42.

Acto.1.
Acto.13.

De triplici cœlo hiſtorialiter & ſignificatiue dicto.
Cap. 43.

firmamentum appellatur,ſicut habetis,Aſtra cœli, quia in eo ſydera fixa traduntur. Significatiue quoque tres cœli leguntur, quia tres viſiones.ſ. ſenſualis, ſpiritalis & 188 B intellectualis a ſapientibus non neſciuntur. Senſualis quippe viſio eſt, cum colores & formas rerum exterius cernimus,ſed interius aliquid cælari intelligimus, vt in literis intelligimus ſignificantiã. Hæc ergo viſio primum & ſubſtantiale cœlum nominatur,quia in ſcripturis intelligentia celatur. Cœlum etenim a cælando nominatur. Secunda viſio ſpiritalis eſt, qua non res, ſed imagines rebus ſimiles ſpiritaliter videmus,ſicut in ſomnijs ſolemus,& ſicut Ioannes in Apocalypſi, & Prophetas multa nouimus vidiſſe,& hęc viſio ſecũdũ cœlũ nuncupatur, quia res in his ſimilitudinibus celantur. Tertia uerò uiſio intellectualis eſt,cum neque res exterius,neq; imagines rerum interius,ſed ipſas ſubſtantias prout veræ ſunt, abſtractis coloribus intellectu conſpicimus,& vniuſcuiuſque qualitatem inter ſe differentem ratione diſcernimus: & hæc viſio tertium cœlum vocatur, quia veritas rerum in hac quaſi a ſtultis celatur. Igitur ſi Apoſtolus in corpore eſt raptus, tunc ad corporeum cœlũ.ſ. firmamentũ,eſt perductus. Si autem extra corpus,quod magis videtur, tunc vtique ad intellectuale cœlum raptus creditur,in quo eſſentiam deitatis ſicut eſt, & angelicas ſubſtantias prout ſunt,non ſenſualiter,quod nequit fieri niſi per corpus, nec ſpiritaliter,quod non fit niſi per imagines rebus ſimiles,ſed veraciter,quod non fit niſi 188 C ipſo intellectu,vidiſſe cognoſcitur. Angeli vel iuſti quadam ſimilitudine cœli nuncupantur,quia in ſecreto dei humanis viſibus celantur: & econtra dæmones vel impij tenebræ appellantur,quia in tormentis a nobis occultantur. Regnum autem cœlorum id eſt,iuſtorum,non vrbium mœnia,non poſſeſsionũ prędia,non auri vel gemarum copia,non ſupellex varia ſed iuſtitia,pax & omnimoda gloria in pleno gaudio creditur,quod de viſione æternæ claritatis, & de ſocietate angelorũ & ſanctorũ habetur. Deus ęterna lux probatus eſt eſſe in mundo & extra mundum,infra & ſupra,& in circumitu vndique & vbique. Igitur ſi regnum talium cœlorum ratione demonſtrante nihil aliud eſt,ꝙ viſio dei,quæ eſt fons omniũ bonorũ,neceſſario ſequitur ꝙ regnũ cœlorũ ſit in hoc mundo,& extra mundum,& in omni creatura,& extra oẽm creaturam: vnde habetis,Regnum cœlorũ intra uos eſt: quia nimirũ in deo conſiſtentes,eũ in nobiſipſis,& in omni creatura,& extra oẽm creaturam ſicut eſt cernimus. Idcirco aũt nunc extra deum,vel extra regnum cœlorum dicimur,quia hac viſione priuamur. Eodem modo & miſeri tunc a regno cœlornm excludi referuntur, quia eadem viſione vt cæci ſole priuabuntur. Hoc regnum cœlorum vel ĵhoc 186 D gaudium iuſti intrare ſcribuntur, quia ineffabile gaudium non capientes, in eo quodammodo obuoluuntur. Quòd autem animæ ſurſum ad cœlum ferri affirmantur, vel etiam inferri putantur, ad viſum noſtrum dicitur, quibus ſuperiora ſplendore ſolis lucidiora noſcuntur, & quòd aliter res non poteſt cognoſci ab his, qui ſunt adhuc in carne. Solutæ autem non loco mouentur, nec adaliquem locum corporeum ducuntur, vt inde deum contemplẽtur: ſed mox a corpore ſequeſtratæ,angelis & ſanctis aſſociantur, & regno cœlorũ, quod eſt uiſio dei, intra mũdũ, & extra,& vndiq; ſine mora fruũtur: ſicuti cæcus in ſole poſitus,ſi eius oculi aperirentur,confeſtim luce ſolis frueretur. Quòd a quibuſdã morientibus lux uel formæ angelorũ aut ſanctorũ ibi videntur,& cõcẽtus harmoniæ audiũtur, & ad alta duci cernuntur,hoc pp viuentes fieri nõ dubitetur,vt in xp̃iana religione corroborẽtur. Porrò friuolũ uidetur,ſi aĩæ illocales de hoc mundo extra firmamẽtum duci aſſerantur, quaſi ibi ſit pulcrius vel ibi magis ſit deus,cum ſupra & infra,intra & extra ęqualiter eſſe nõ dubitetur,& eius uiſio vbiq; iuſtis æqualiter adeſſe cõprobetur. Aĩas uerò vel ſpũs cũ ſint incorporei,corporeis locis includi abſurdiſsimũ uidetur: p̃ſertim cũ 188 E oĩs locus altitudine,logitudine,latitudine dimetiatur, hiſq; oĩbus ſpũs carere bene ſciatur: tũ quippe illocaliter manere,& eius viſione frui ęſtimantur, ſicut ſcientia in anima illocaliter moratur. Corpus autem ſanctorum reſurget ſpiritale, quia ueloci tate,leuitate,perſpicuitate ſpiritibus erit æquale,& omne ſolidum erit ei penetrabile ſicut & corpus domini lapide clauſo ſurrexit, & ianuis clauſis intrauit: ſicut igitur ſpiritus nunc nullo corporali loco ſuſtentatur, ita quoque non eſt neceſſe, vt tunc ſpiritale corpus aliquo loco fulciatur. Non enim inſenſibile corpus ſpiri-

Quid ſit regnũ cœlorũ & vbi eẽ credatur.
Cap.44.
Luc.17.

De gloria corporum beatorum.
Cap.45.
Ioan.10.

tum,sed spiritus corpus vegetat. Igitur nullus locus spiritale corpus fulcit,quod oī elemento subtilius erit,sed vt spiritus illocaliter in summo spiritu deo subsistit: nisi forte hoc pro loco accipiatur, quod substantialiter & personaliter circunscribitur. Amplius, aut in hoc corporeo mundo sancti manentes deum videbunt, aut extra mundum erunt. Si extra mundum fuerit,tunc nulla elementali materia stantes vel sedentes sustentantur,quia nullum elementum extra mundum comprobatur. Qui enim terram vel aquam ibi esse credit,nimis terrenus fluidus desipit. Si autem aerē vel ignem ibi esse arbitratur,grauiter a mobilitate aeris & ignis ipse instabilis,irrisus conspicatur.Ergo extra mundum nulla re materiali fulciuntur,vbi nulla materia inuenitur. Si autem in hoc mundo erunt, similiter nulli elemento localiter stando vel sedendo inherebunt,quia æquales angelis erunt. Cum igitur spiritales sint, in summo spiritu spiritaliter,non localiter manebunt. Porrò illorum corporū gloria,non ratione,sed sola fide est contemplanda.Erunt quippe illa corpora vt animus agilia,vt sol perspicua.Quā cito n.nunc aīus ab Oriente in Occidentem cogitatione peruenit,tam cito tūc illud corpus illuc peruenire poterit. Hoc hinc colligitur,quod resurrectio in ictu oculi fienda legitur, Ictus autem oculi est, non quod oculus aperiatur,sed quod aperto oculo obiectus lucis radius conspicitur.Sed reuera tantū velocitas illius corporis ab ictu oculi differt,quantum a corpore agilitas animi,Huius etiam corporis claritas est tanta,quanta est spiritus:non.n.est hoc corpus aiæ oneri, sed decori,quod nulla corruptibilis moles aggrauat,sed qd angelicæ naturæ æqualitas leuigat.Huius quoque corporis claritas tantum solem excellit, quantum sol in claritate nostrum corpus præcellit.Sol n est corpus insensibile, & quāuis immutetur,tamē nunquā viuificabitur:corpus aūt illud erit sensibile & intellectuale. Igitur quātū spiritus intellectualis differt ab aere insensibili,tm differt preclara claritas illius corporis a claritate solis. Hinc quæstio non minima occurrit:cū.n. dns dicat, Fulgebunt iusti sicut sol: & Apostolus,Alia claritas solis,alia lunæ,alia stellarū.Stella a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorū: Videtur Apostolus dño contrariū sentire,videlicet quos hic velut solē fulgere asserat,ille quosdā velut diuersas stellas,alios velut solē fulgere astruat.Sed sciēdū est,quod dns gloriā scōrū gnālitatis expresit: Apostolus aūt singulorū gloriā p meritis distinxit. Vltimus ergo in regno cœlorū vt sol fulgebit,qui tūc septies clarior q̄ nūc erit.Et in hac clarriate tantū quisq; ab alio pro meritis differt,quātū stella a stella in claritate differt. Alij aūt hos intm diuersæ claritatis gloria ita p̄cellūt sicut lucifer pleiades, luna luciferū,sol lunā in claritate eccellūt.Nos aūt oēs tm corpus Xp̄i in claritate excedit, quātum creator creaturas trāscēdit.Vn & in dextera dei patris sedere scribitur,quia in gloria diuinæ maiestatis fulgere creditur.Igitur talis visio & talis gloria regnū cœlorū dicitur, qa soli cœli,id est,iusti hac visione fruūtur, quorū primū summū bonū est, in quo hnt plenū gaudiū de plenitudine oīum bonorū. Concluditur itaq; q, sancti nō de sensibilibus rebus delitiētur,sed se in summo bono esse,& summū bonū in oī creatura,& extra oēm creaturā vidēdo frui gloriētur.Si.n.quicquā minus quā summū bonū in p̄miū acciperēt,adhuc plus appererent,& cōsequens esset,q, plenū gaudiū non habe rent.Sed cū cōstet eos plenū gaudiū habere,necessario sequitur eos summū bonum deū habere,id est,de eius affluētia & plenitudine oīum bonorū abundare. Qn̄ autē cœlū cœlorū legitur,ipse deus intelligitur,vbi iusti in abscōdito faciei suæ a cōturbatione hoīum celantur:vnde scribitur. Habetis thesauros in cœlo: hoc est,in deo.

Ad hoc summū bonū iusti quadam catena trahuntur quæ de virtutibus hoc modo connectitur.In primis fides animā quasi quidam circulus complectitur,fides spe nutritur,spes dilectione tenetur,dilectio operatione expletur,operatio ad summū bonum intentione trahitur,intentio boni perseuerantia clauditur,perseuerantię deus fons omniū bonorū dabitur. Igitur qui hac catena tractus, hanc turrim scandens culmen eius attingit,non solum se veram vitam cognoscere, sed se perenniter in ea beate viuere gaudebit, quia in ea huius gloriæ consors erit. F.R.A. Veræ vitæ & omnium beate viuentium faciat te deus participem,qui nos omnes ad summum bonum perducat.

Finis.

Adesto

Mat. 22.
1. Cor. 15.
De gloria cōi sanctorū oīum & differenti gloria singulorum. Cap. 46. Mat. 13. Esa. 30. Colos. 3. Concluditur,qd sancti non de sensibilib⁹ rebus, sed de summo bono delitientur. Cap. 47. Psal. 148. Psal. 30. Mat. 19.

DE SPECVLO LIBER.

A

DESTO mihi verum lumen,deus pater omnipotens. Adesto mihi verum lumen de lumine vero,filius dei,deus omnipotens. Adesto mihi vera illuminatio sanctæ spiritus,patris & filij vnitas,sanctitas,charitas,deus omnipotens. Adesto mihi ō vna trinitas, pater & filius & spiritussanctus vnus deus omnipotens. Inuocat te domine fides mea quam dedisti mihi propter bonitatem tuam ad salutem meam. Inuocat te deus meus casta conscientia mea,& suauis amor fidei meæ,qua me de excusis ignorantiæ tenebris ad veritatis intelligentiam perduxisti,quam stulta seculi amaritudine ablata, & tuæ charitatis dulcedine adhibita,saporosam mihi & mellifluam reddidisti. Inuocat te trinitas beata,vox clara & syncerus clamor fidei meæ, quam ab ipsis mihi enutriens cunabulis illuminasti per inspirationem tuę gratię,quam adaugens confortasti me per ministerium prædicationis matris Ecclesiæ. Quam dulcis facta est in ore cordis mei quam suauiter sapit in ipso palato gaudiorum animæ meæ,quam fortiter,quām crebro pulsat mentem meam,& mouet omnes sensus meos, & interiora spiritus mei, vt te laudare delectet,quia fecisti nos ad laudandum te? Sed inquieta est mens mea donec requiescat in te,& increpitans me meæ desidiæ,ac colligens a dispersione qua fruitatis & miserię,dum tibi soli intendit,dumq; stupens adhæret incommutabili tati tuæ gloriæ,oculisq; fidei intuetur te solem iustitiæ,sicut scriptum est,Qui adhęret deo vnus spiritus est. Fugiam itaque domine, & libenter fugiam ob strepitum tumultus omnium vanitatum. Sed quò fugiam vt illos declinem, illos calcem sub pedibus, & procul pellam a serenitate iocundi intuitus? Ad te,qui es solum confugium & vnica spes miserorum,ad te gloria mea & exaltans caput meum,ad te confugiam de lacu miseriæ & de luto fæcis,tibi inhæream prout ipse dederis,suauitas melliflua,vt indulcescas mihi dulcedo non fallax,dulcedo fœlix & secura. Quæram ergo,te domine inuocans te,& inuocabo te credens in te, vt quęrens te inueniam te, & inueniens benedicam te,qui benedixisti nos omni benedictione. Deus meus vnica spes mea,exaudi me, ne fatigatus nolim quærere te, sed queram faciem tuam semper ardenter. Tu da quærendi vires,qui inueniri te fecisti, & magis ac magis inueniendi te spem dedisti. Illumina domine cordis mei oculum intimæ visionis perspicua luce: velatus enim est & cæcus tetra caligine peccatorum & ignorantiæ. Illumina eum lumine gratiæ tuæ,vt synceris fidei oculis, & puro lumine cordis inspiciam mysteria regni tui. Verum quia non est pulcra laus in ore peccatoris, & fides sine operibus condignis non laudatur,rogo patrem per filium,rogo filium per patrem,rogo spiritum sanctum per patrem & filium,vt & omnia vitia elongentur a me, & oēs sanctæ virtutes plantentur in me, quatenus acceptabile tibi fiat sacrificiū laudis fidei meæ,deus meus,& ascendat ad te in odorem suauitatis.Obsecro,& misericordiā tuam supplex imploro,cunctarum fons & origo,largitor & muneratorvirtutū deus, adauge mihi spem,fidem sanctam,rectam & immaculatam, fidem eruditam,catholicam & prudentissimam,fidem seruentem,inseparabilem & orthodoxam, quæ in me omnia quæ tibi placēt per dilectionem & humilitatem operetur, quæ vinci nequeat inter verba altercationis in tēpore persecutionis vel in die necessitatis. Scrutās corda & renes deus, coram te est sanitas & infirmitas mea. Illā præcor seruā,istam sana.

1. Cor. 6.
Psal. 3.
Psal. 39.
Ecclē. 15.
Psal. 7.

Coram tē est scientia & ignorantia mea: ubi mihi aperuisti, suscipe intrantem: vbi clausisti, aperi pulsanti, vt audiens intelligam te, & intelligens diligam te, & diligens laudem te, atque in toto corde meo desiderem pulchritudinem visionis tuæ semper inspicere. Audio quod nobis intimare vult scriptura tua, quam sanctificasti & misisti in mundum. Audio & credo ei. Dicit enim Spiritus est deus, & eos qui adorant eū in spiritu & veritate oportet adorare & credere. Sed spiritus incomprehensibilis, incorporeus, immutabilis, incircunscriptus, vbique totus nunquam diuisus, secundū ipsius scripturæ testimonium veridicum, hoc modo discerneris, creator & creatura, in qua sunt qui & spiritus dicuntur. Si ita est, quia ita, quomodo inuocabo deū meū & dominum meum, quem vtique in memetipso inuocabo cum inuocabo eum? Et quis locus est in me, quò veniat in me deus meus, quò veniat ille deus, qui fecit cœlum & terram? Itane deus meus est quicquàm in me quod capiat te? An vero cœlum & terram quæ fecisti, & in quibus me fecisti capiunt te? An quia sine te non esset quicquid est, fit quicquid est vt capiat te? Cum itaque ego peto vt venias in me, quia nō essem nisi esses in me; nonne n. ego iam sum in inferis, & tu tamen ibi es? nam etsi descendero ad infernum, ades. Non ergo essem deus meus, non omnino essem, nisi esses in me. An potius non essem, nisi essem in te, ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia? Etiam sic domine, etiam sic. Quò ergo te inuoco cum in te sim, aut vnde venis in me? quo ergo recedam, quo ibi? Extra cœlum & terram fortasse, vt inde veniat in me deus meus, qui dixit, Cœlum & terram ego impleo. Capiunt ergone te cœlū & terra, quoniam tu imples ea? An imples, & restat quod te non capiunt? Et quo refundis quicquid impleto cœlo & terra ex te restat? An non opus habes vt a quoquā continearis, qui contines omnia? Quoniam quæ imples, continendo imples: non. n. vasa quæ te plena sunt, stabilem te faciunt, quia etsi frangantur tu non effunderis. Et cum effunderis super nos, tu non iaces, sed erigis nos: nec tu dispergeris, sed colligis nos. Sed quę imples omnia, de toto imples omnia. An quia non possunt te totum capere omnia, partem tui capiunt, & eandem partem simul omnia capiunt? An singulis singula, & maiores maiora, an minores capiunt minora? Ergone aliqua pars tui maior aliqua minor? An vbique totus es, & res nulla te totum capit? Quid ergo es domine deus meus, quid rogo nisi dominus deus me? Quis est enim deus pter dominum, aut quis deus pter deum nostrum? Nemo, planè nemo: non. n. est alius pter te trinum & vnum, vnum & trinum, neque in cœlo sursum, neque in terra deorsum. Quis tui similis? quis magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis in omni virtute ficut tu deus noster, qui facis magna & mirabilia inscrutabilia, quorum non est numerus? Te cuncta magnificant, te omnis spiritus laudat, te adorant, te benedicunt omnia illa beatorum spirituum & supernorum ciuium agmina. Tibi mater Ecclesia in toto orbe offert preces, & incessanter dicit laudes. Te ergo vltimus seruorum tuorum laudo & benedico. Tibi mens mea iubilat, tibi omnia ossa mea clamāt, quis similis tui domine? Et merito cūcta, quæ operatus es, tibi soli creatori obediūt, seruiunt, tremunt, ad numerum tuum facis quæcunque velis. Tu es enim vere dominus, solus deus inuisibilis, ineestimabilis, incircunscriptus, illocalis, immensus, incomprehensibilis, vbique totus, vbique præsens, ineffabiliter omnia penetrans, omnia continens, omnia sciens, cuncta prospiciens, omnia potens, vniuersa gubernans, totus in cœlo, totus in terra, totus etiam vbique, & non est alius pter te deum nostrū, in quem credit & adorat mater Ecclesia Apostolica & vniuersalis. Tu es verē colendus & venerandus, tremendus & amādus cum omni semper deuotione domine deus noster. Qui cum non essemus, potenter fecisti nos: & cum perditi fuissemus culpa nostra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperasti nos. Vnde confiteor tibi rex cœli & terræ, & honorifico te sacrificio laudis. Et quia exteriora munera desunt, totus medullis cordis, quæ in me sunt, vota laudationis reddo tibi. Sed quia nihil nisi de tuo acceptabile tibi offerri poterat, tu deus in cuius lumine lumen videmus, da quæso lumen in corde, da verbum in ore, da menti cœlestem conscendere sedem.

Da fontem lustrare boni, da luce reperta
In te conspicuos animi defigere visus.

Et quoniam altera pars sumus cœli, altera terrę: vnde corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Discinde quæso terrenas nebulas & pondera molis, atque tuo q̄so splendore illumina obscuram interioris hominis faciem.

Siste vagas mentes per deuia multa ruentes.

Subde carnem spiritui, appetitum rationi, vitia virtutibus, corpus animo, atque tuæ me intus exteriusq; subde per omnia voluntati, & vniuersis suo bene compositis ordine per gratiam tuam & te perfecte diligere & digne laudare merear labijs & corde, omniq; qua ualeo virtute clamans ad te atque ita dicens, Summe, omnipotentissime, misericordissime, iustissime, secretissime, p̄sentissime, pulcherrime, fortissime, suauissime inuictissime, uerissime domine deus noster stabilis es & incomprehensibilis. Immutabilis mutans omnia, inuisibilis videns omnia, immortalis, illocalis, interminatus, incircunscriptus, nusquam finitus, ineffabilis, inexistimabilis, indicibilis, inscrutabilis, immotus, tangens omnia, inuestigabilis, metuendus atque terribilis, venerandus atque verendus, honorādus atq; horrendus, nunquàm nouus, nunq̄ vetus, omnia innouans, in uetustate perducens superbos & nesciunt: semper agens, semper quietus, colligens & non egens, omnia portans sine onere, omnia impleas sine inclusione, omnia creans & protegens, nutriens & perficiens. Quærens cum nihil desit tibi, amans nec æstuans, zelans & securus es, pœnitet te & non doles, irasceris & tranquillus es: opera mutas, sed consilium nunquam recipis. Qui inuenis & nunquā amittis, nunquam inops & gaudes lucris, nūquam auarus & vsuras exigis superero gatur tibi vt debeas. Et quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debēs, donans debita nihil perdens, qui solus viuificas omnia, quia creasti omnia. Qui es vbique & vbique totus, qui sentiri potes & videri nō potes, qui nusquam dees, & ab iniquorum cogitationibus longè es. Qui nec ibi dees, vbi longè es: quia ubi non es per gratiam, ades per vindictam. Qui omnia tangis, nec tamen æqualiter omnia tāgis. Quædam enim tangis vt sint, nec tamen vt viuant & sentiant, nec tamen vt discernant: quædam tangis ut sint, viuant, sentiant, atque discernant. Et cum tibimetipsi nunquam dissimilis sis, dissimiliter tangis dissimilia, Qui vbique p̄s es, & inueniri uix potes, quem stantē sequimur, & apprehendere non valemus. Qui tenes oia, imples omnia, circūplectēris omnia, superexcellis omnia, sustines omnia, nec ex alia parte sustines, atque ex alia superexcedis, neque ex alia parte imples atq; ex alia circūplecteris: sed circūplectendo imples, & implendo circūplecteris sustinendo, superexcedis, & superexcedendo sustines. Qui corda fidelium doces sine strepitu uerborum, qui attingis a fine usque ad finem fortiter, & omnia disponis suauiter. Qui locis non distenderis, nec temporibus variaris, neque habes accessus vel recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quam nullus vidit hominum, sed nec videre potest, in te manens quietus ubique circumis totum. Non enim scindi vel diuidi poteris, quia vere vnus es, nec in partes efficeris, sed totus totum tenens, totum imples, totum illustras, totum possides. Hoc mysterium mens humana capere non potest, neq; concipere, nec oratoria lingua narrare, neque diffusi fermonis bibliothecarum volumina queunt explicare. Si totum mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis nō potest enarrari. Quoniā uere indicibilis es, nullo modo scribi poteris, neq; concludi, qui es fons lucis diuinæ, & sol claritatis æternæ. Magnus n. es sine quantitate, & ideo immensus: bonus sine qualitate, ideo vere & summe bonus, & nemo bonus, nisi tu solus. Voluntas tua opus est, cui velle est posse, qui oia quæ ex nihilo creasti sola voluntate fecisti. Qui oēm creaturā tuā absq; indigētia aliqua possides, & sine labore gubernas, & ablq; tædio regis. Et nihil est quod perturbet ordinē imperij tui vel in summis uel in imis. Qui in oi loco haberis, & oia contines sine habitu, & vbique p̄s es sine situ & motu. Qui nec mali author es, quod facere nō potes, qui nihil non potes, nec vnquam fecisse te quicquam pœnituit, nec vllius commotionis animi tempestate turbaris, nec totius terræ particula regnum tuum est. Nulla flagitia vel scelera probas vel imperas. Nunquam mentiris, quia æterna veritas es, cuius vnius boni tate facti sumus, & cuius iustitia pœnas luim⁹ & clemētia liberamur. Nā nihil cœleste, nihil terrenum, nihil igneum, nihilq; quod corporis sensus attingit pro te adorandū est vel colēdū, qui vere es quod es & non mutaris: cui maxime ac specialiter illud cō

Qd deus spūs est & pns vbiq; & totus. Cap. 2.

Psal. 138.

Rom. 11.

Hiere. 23.

Qd in solo nutu oia fecit deus: & in oibus est totus. Cap. 3. Sapi. 7.

De essentia deitatis. Cap. 4.

Quo sit deus & longè, & in oibus totus. Cap. 5.

Quod deus oia, tangit nec tamen mouetur. Cap. 6. Sapi. 8. 1. Tim. 6.

Quod non diuidit deus i partibus Cap. 7.

Luc. 18.

Quod velle dei, facere est. Cap. 8.

Qd nihil sit colēdū

nisi deus. Cap. 9. Mala. 3. Psal. 101. Opinor fuisse scriptū τὸ ὄν. id est qđ est.

uenit, quod Græci dicunt πλάτος, id est latus, quia semper idem ipse es, & anni tui non deficient. Hinc etenim patenter datur intelligi, quòd tu deus noster quem colimu deus verus & omnipotens es sine dubio inuisibilis, & si pio intellectu videaris, incomprehensibilis: & si per gratiam representeris, inexistimabilis: & si humanis sen 189
sibus pie credaris sancteq; cogiteris. ineffabilis, & si humanæ locutionis vsualibus verbis abusiue vtcunque dicaris, ideo uerus & tantus: cæterū quod sciri, quod cogitari, quod comprehendi, quod dici de te potest, minus est. Quod vero incomprehensibile est & immensum, indicibile & infimtum tibi soli dū taxat notū est. Hoc nanq; est quod omnem superat sensum: hoc quoq; est quod te facit existimari & pro certo credi & vniuersalem appellari deum, dum ad perfectum vsq; reperiri non vales, dum totus intelligi captive non potes, ita te vis magnitudinis & notum nobis obijcit & ignotum. Et hæc est summa delicti spernentium te, scire volentium tibi creatori suo seruire, habent quod scientes venerentur, & habent quod ignorantes mirentur, habent quod timeant, habent quod diligant. Si.n. totus pateres nostræ conditioni deus vnus & verus, minime potuisses credi, adeo falsi reperti sunt, qui putabantur dij, quoniam sciri per omnia potuerunt, qui & quales quantiq; fuerunt. At tu deus noster mirabilis & potens, qui totam istius mundi molem cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo iussisti quæ fieri disposuisti, virtute 189
qua potuisti ex nihilo, expressisti ornamentum maiestatis gloriæ tuæ, qui tempore ab ipso tunc æuo ire iubens stabilisq; manens dans cuncta moueri. Qui terrā multiplici germine fructuum, & cœlum pulcro decorasti lumine syderum, quorum tu sō

Qđ solo uerbo deꝰ oia fecit. Cap. 10.

Exod. 20. Deut. 5.

lus nomina, signa, potestates, cursus, & loca, & tempora nosti. Tu mitis & benigne, fortis & zelotes & sabaoth inuictissime, visitans peccata patrum in filios vsq; in tertiam & quartam generationem, & faciens misericordiam in mille millia, his qui diligunt te, & timent nomen tuum. Si opera tua ita sunt magna & inscrutabilia, pulcra atque stupēda, dicant qui uolunt, quomodo capi poteris tu pulcerrimus creator eorum. Constat enim opificem longe se aliter habere quàm ea quæ a se fieri voluit. Ex pulcritudine tamen circunscriptæ naturæ & mundialium rerum mirabili specie pulcritudo tua quæ tu ipse es, quia simplex es, & excellentia gloriæ tuæ, quæ circūscribi non potest, intelligi aliquatenus valet: quanquam magnitudinem diuinitatis tuæ in finitam & incomprehensibilem nullus possit sensus attingere: neque enim illorum quoque supernorum ciuium, miro tamen modo essentia tua scitur, cum esse creditur. Quotiescunque recolo vel audio duas breues syllabas, uel quatuor literas, quibus scribitur deus: hoc enim nomen tibi soli omnipotens iure debetur: atq; cum intueor tuæ virtutis magnalia & mirabile mundi creationem, id est, cosmopœiæ consi 189
dero decorem, simulq; mecū tacitus reputo miserationes tuas, quæ a seculo sunt, mi- L
rentur enim qui volunt potentiam tuam, sed ego plus stupeo animaduertens miseri cordias tuas profecto in his quatuor literis & duabus brenibus syllabis, cū infinitū quod & incomprehensibile, immensum & inenarrabile mentis intuitu, & synceris fidei oculis præscire & posse, quod mihi tantillo homini dignaris largiri, contemplor. Nunquid enim duę breues syllabæ tuæ deus noster es, aut duas breues syllabas adoramus, vel ad duas breues syllabas peruenire desideramus, quæ penè ante desinūt sonare q̄ cœperint, nec in eis secūdę locus est, nisi prima antè transierit. Manet quippe magnū aliquid, & magnè summeq; est, qđ incōparabile & oīum præcellētissimū

De duabꝰ syllabis dei. Ca. 11.

Qđ in natura sua nos uidet deus. Cap. 12.

est, qđ dicitur deus, quānis nō maneat sonus cū dicitur deus. Verū quia caro nescit spiritū, & inuisibilia a visibilibus nō videntur, p fidē. n. ambulamus, & nō per speciē, humanæ tu deus noster nimis bonus & pius cōsulēs infirmitati, dignaris te nobis insinuare, nō tua, pprietate, sed aliqua quadā similitudine. Vnde & nrōrū qualitatē mē-
brorū habere describeris, volēs passionū indigna de teipso ad hæc p ferre, ut quia sicut es te nequimus scire in pūti miseria, p nra nos ad tua trahas, & nos, dū cōdescendis nobis, facilius cōsurgamus tibi. Multis siquidē modis ad significādū te horibus 189
de rebus inferioribꝰ ad te spēs ducis, quē reuera iuxta ppriā naturā inuisibilē cōstat M
eē, & in totū incōprehēsibilē & incircūscriptū: ac p hoc nunq; alicui apparuisse sdm
essentiā, sed modis qbus voluisti, per assumptā creaturarū speciem, & ad efficientias causarum credimus. Fallunturitaque Anthropomophitarum hæresis sectatores, qui

De magnitudine dei in homine facta. Cap. 13.

dum legunt hominem ad imaginem & similitudinem dei factum, asserunt stulta te-
190 A meritate speciem humanam te habere, cum illo in loco vel dicaris vel credaris mentem, non carnem ad imaginem tuam creasse. Enimuero nihil dignum de te humanus sermo loquitur, quia nec secundum qualitatem aut quantitatem, situm vel habitum seu motum aliquid de te digne dicitur. Et tamen longitudo, latitudo, altitudo & profunditas tibi quodammodo inesse leguntur. Sed latitudo charitatis, qua nos ab errore colligis & contines in veritate. Longitudo vero qua nos longanimiter malos portas, donec emendatos futuræ patriæ restituas. Altitudo autem, qua omnem sensum & hominum & angelorum immensitate scientię superexcellis. Profunditas quo que, quò damnandos inferius iuxta æquitatem disponis, atq; tuo iudicio iudex iustus præordinas. Omnem igitur superegrediatur creaturam, & mentis intuitum vltra omnia dirigat, qui aliquid voluerit de tua prælibare libertate, summa boni deitas. Tunc enim homo procul positus à vanitate, plenius in veritate tenetur, quādo
190 B in corde eius quicquid est deus, reliquis cunctis ab intuitu dimotis, pacificus pie credit & sancte cogitat Sed licet nemo sit qui te in hac valle lachrymarum valeat efficaciter comprehendere & definire, magnum tamen & miruu valde nostræ ętati datū est scire de te summo bono, tua nobis nimirum gratia reuelante. Quis ante nos in quos seculorum fines deuenerunt, talia sic manifesta audire potuit vel cognoscere de trinitate & vnitate, de personis & substantia? De te quidem pater deus quod sis à nullo, ideo ingenitus diceris: de filio autem tuo, quia genitus & à te sit, non à se: de spiritu quoque sancto, quia procedens & non sit a se, sed à te & filio, quorum est spiritus. Ita, vt sicut tu pater nec genitus nec procedens dici potes: sic filius nec ingenitus, nec procedens: sic nec spiritussanctus ingenitus, nec genitus dici debeat, quatenus proprietas personarum te vnum patrem simul cum vno filio & vno spiritu-
sancto patenter nobis ostendat. Quis prioribus seculis in te vnum credere deum, & confiteri trinum, neque substantiam separans, neque personas confundens, sic pru- 1. Cor. 10.
denter intellexit, sic palam sapuit, sic vere cognouit? Filius sanè tuus missus ad publicum nostrum de finu tuo, hanc rectæ fidei normam euidentius huic vltimæ patefecit ætati. Priusquam creaturæ ostenderes creatorem, in sola notus eras Iudæa deus, Psal. 75.
190 C & in Israel magna nominis tui fama & cultus audiebatur. Sed nunquid sic liquido, aut tantum quantum apud nos sub gratia constitutos? De trinitate vero indiuidua parum quidem tunc per pauci senserunt. Legislatorum enim filii quod de vna trinitate, vel de trina vnitate scire debeant digna perculsi cæcitate adhuc ignorant, aliud præter vnum deum miseri nolentes confiteri & garrientes in nos verbis malignis dū dicimus te patrem habere filium. Nobis autem qui ex gentibus venimus, q̄ multa & vera de trino vnoq; datum sit, probant corda quę credunt, nec non & ora, quæ confitētur, atq; nihilominus flagella ipsa & mors quę pro hac ipsa confessione illata sunt: scriptum est enim. Super senes intellexi. Domine deus noster vnus & verus, nisi tu Psal. 18.
trinitas esses, non diceretur voce veritatis, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti. Neq; n. baptizari iubemur domine deus in eius nomine, qui non esset deus dominus. Et rursum nisi tu trinitas esses vnus deus, nequaquam tua voce diceretur, Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Ergo nisi tu deus pater ipse esses, & filius tuus verbum tuum Iesus Christus ipse esset, & donum nostrum esset ipse spiritussanctus, non legeremus in literis veritatis, Misit deus filium suum.
190 D Nec tu vnigenite diceres de spiritu sancto, Quē mittet pater in nomine meo: &, Quē ego mittam vobis à patre. Et alibi ego & pater vnum sumus: &, Qui videt me, videt & patrem, Ego enim in patre, & pater in me est; &, Pater in me manens ipse facit opera, Quid enim his verbis aliud, nisi trinum & vnum deum docere nos crederis tu magister veritatis, in cuius pectore reconditi sunt thesauri sapientiæ & scientiæ? dicis quoque, Mea doctrina non est mea: &, Sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Res mira, res admiranda: dic ergo, dic verbum patris, respondę quæso virtus & sapientia summi principij: sed tu ipse principium de principio, non tamen duo principia, sed vnum certe principium. Dic verbum semper manens doce seruum humiliter interrogantem. Quid.n. tam tuum quàm tu? Sed tu tuus & non tuus, quia non es à teipso, sicut in multis sæpe locis testaris, sed à patre,

Qđ sancta trinitas sit indiuisa. Cap. 16. Deut. 6. Galat. 4. Ioan. 14. 15. & 10. Colo. 2. Io. 7. & 14.

cuius ès verbum,non ſonabile per ſyllabas & volatile,ſed ſemper immobiliter viués
atque manens . Et ideo verbum non quod deſinit prolatum , ſed quod permanet
natum:non tranſitorium , ſed æternum:non factum, ſed genitum : nec ſolum geni- 190
tum , ſed etiam vnigenitum : cui ratio adeſt diſponenti , & præſto eſt virtus perfi- E
cienti , vtpote vero deo & ſummo domino . Te quippe vnigenitum verbum pa-
ter genuit de ſeipſo : per quod omnia creauit ex nihilo . Et idcirco indubitanter
credimus,quia niſi omniſcium & cunctipotens verbum deus eſſes,nullo modo per te
omnia facta fuiſſent . Quomodo creatura creare aliquid poteſt ? Creare certe
ſolus deus valet , qui creatus non eſt : nihil enim excepto deo non creatum eſt.Ab-
ſit ab intellectu noſtro , vt aliquid fateamur ex patre naſci niſi filium, & ideo non
niſi deus naſci potuit ex deo . Vnde te mihi patris verbum conſiderare volenti ,
nulla ſufficiunt , verba , quibus te valeam explicare . Quid aut abunde vel digne
loqui potero ? Quis de quo ? Homo de deo , opus de opifice , creatura de crea-
tore , paruus de immenſo,temporalis de æterno: cuius venerabilis potentia omnipo
tentiſsima qua nos gratuita bonitate feciſti : nec minus tamẽ venerabilis gratia qua
nos omnipotentiſsima miſericordia ſaluaſti . Qui & opus creatricis omnipotentiæ
gratis feciſti , & opus ſaluatricis gratiæ omnipotenter impleſti , habens nimirum
perpetem poteſtatem , & condendi incondita , & reparandi perdita . Necigitur
præcipuus ille theologorum ſumma profundius cæteris aquilinis contemplatus ob-
Ioan. 1. tutibus ſcriptitans eructaret, In principio erat verbum,& verbum erat apud deum, 190
& deus erat verbum , hoc erat in principio apud deum: niſi tu deus verbum, ſemper F
apud patrem, ſemper cum patre, ſemper de patre, ſemper in patre eſſes.Non ſicut vas
in vaſe, vel ciuitas apud urbem,ſed veluti ſapientia intra ſapientem,veritas in vera-
ci,bonitas in bono,æternitas in æterno, quia nihil aliud in patris ſubſtãtia niſi deus
& æqualis & coæternus,illi á quo genitus es,eſſe potes . Obmuteſcat, itaque, & cum
ſuis authoribus pereat omnis hæretica prauitas,quę inimica ſemper lite nunc ſub-
ſtantiam diuidit , nunc perſonas confundit . Creſcat rogo fide , & magis magisq;
piis fœcundetur actibus mater Eccleſia,quæ tres deos colere , trinitatem in perſonis
diſtinguere prophanum & nimis impium iudicat . Hæc denique cœleſtibus eru-
dita diſciplinis,credit,confitetur & docet unam proculdubio ſubſtantiam & tres per
ſonas , & ſciens omnia quæ ad fidei regulam pertinent . Huius magiſterio & do-
ctrina cœlitus inſpirata à puero doctus,corde credo,ore, cõfiteor te,ò ſũma trinitas,
De cognitione diuinę eſſentię incorpeæ. Cap. 17. una uirtus & indiſcreta maieſtas. Cõfiteor te patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctu in pſonis 190
trinũ,in ſuba unũ,uerũ deũ oipotentẽ,uiſibiliũ & inuiſibiliũ conditorẽ,non corpus I
aut in corpe poſitũ,neq; ex diuerſis ſpẽbus admixtũ,aut mẽbrorũ cõpaginibus effi-
giatũ, ſed vnius ſimplicis & incorpeæ naturæ. Te qdẽ verũ patrẽ ſũmæ bonitatis,& G
totius deitatis principiũ circũſcriptæ & ingenitę maieſtatis deũ,ex nullo ducentẽ ini
tiũ ſed oĩbus initiũ dantẽ credo & cõfiteor non corpali ꝓgenie nec extrinſecus, nõ
neceſsitate neq; volũtate, ſed natura filiũ generantẽ. Cõfiteor & verũ te filiũ ex pre
ſine initio ineffabiliter natũ verũ deũ vnigenitũ, ꝑ quẽ oĩa facta ſunt,& verum pris
verbũ,non factũ,nõ creatũ, nõ adoptiuũ, ſed genitũ & vnius cũ pre ſubæ, atq; ita p
oĩa æqualẽ deo pri,vt nec tpe,nec gradu,nec ptãte eſſe poſsis inferior. Tm̃q; te eſſe cõ
fiteor,q genitus es,q̃tus eſt ipſe q te genuit.Nõ aũt,qa dico genitũ à pre filiũ,diuinæ
& ineffabili gnõni aliqd̃ ips aſcribo,ſed nec patrẽ dico aliqñ cœpiſſe,nec te eius filiũ.
Quia ſp fuit pr̃:nunq̃ igitur nõ fuiſti filius. Non.n.aliter confiteri poſſumus æternũ
patrẽ,niſi cõfiteamur te coæternũ filiũ Ex filio.n.pr̃ dr̃:& quia ſp pr̃ fuit,ſp habuiſſe
De proceſsione ſpiritusſancti à patre & filio. Cap. 18. filiũ dubiũ non eſt. Te quoq; credo ſp̃ũſanctũ verũ deũ,nõ factũ, nec creatũ,nec 190
genitũ,neq; ingenitũ,ſed ex pre & filio inenarrabiliter ꝓcedentẽ,& in pre ſimulq; fi- K
lio ſubaliter permanentẽ. Sic igitur ab vtroq; ꝓcedis, vt inſeparabiliter in vtroq; ma
neas:atq; ita p oĩa deo pri & filio ęqualẽ coæternũ,conſubalẽ,vt neq; ptãte,neq; vo
lũtate,neq; æternitate, neq; ſuba differri poſsis ab eis vel pręcidi à quibus procedis. 190
Igitur ęternũ patrẽ ſine natiuitate,æternũ filium cum natiuitate,ęternum ſp̃ũſan L
ctũ cũ proceſsione, ſine natiuitate, totũ patrẽ in filio & ſpirituſancto , totum filium
in patre & ſpirituſancto,totum ſpiritum ſanctum in patre & filio permanentem : pa-
trem & filiũ & ſpiritumſanctum vnum deum omnipotentem, vna poteſtate,unoque

regno ,vna maieſtate,vna æternitate,ex tunc & nunc & ſemper vbique regnantẽ cor
de credo,ore confiteor,& mente diligo. Ad hanc fidei regulam dirigens intentionem 190
meam quantum me poſſe feciſti,deus meus quęſiui te & deſideraui intellectu vide- I
re quod credidi.Huius rei gratia ingreſſus ſum multarum apothecam deliciarũ,qui
bus paſcitur mater,Eccleſia vbi conſideraui plurima, & cœpi explorare ſingula. Et
cum huc illucq; anxius auidusq; diſcurrerem , tu bonus adiuuare cupiens deſideriũ
quod dediſti , miſiſti manum pietatis tuæ & ſoluiſti nodum ambiguitatis meæ : &
ideo delectat me de te valde cogitare,de te loqui,laudeſq; tuas deſideranti corde de-
promere,vt in prẽſenti miſeria ſolo quidem corpore,tecum autẽ mẽte & omni aui-
ditate tui tenear domine Deus trine & vne,ſcientiæ lumen accende in me , per quod
te intelligere merear trinum & vnum deum,ſicut es trinus & vnus deus.Et ignoran
tiæ tenebras magis magisq; ſicut cœpiſti remoue a me,vt ſpiritalia ſpiritaliter videã
quantum poſsibile'eſt humanę fragilitati. Da mihi in via hac, qua te duce gradior, De compa
intellectum atq; inſpira mihi & ſemper doce gratiam tuam,qualiter in te irreprehen ratiõe triũ
ſibiliter ſit credendum,ne te vnum deum eſſentialiter ſapiam,& incomprehenſibili- perſonarũ;
ter trinum perſonaliter capiam.Patrem ingenitum de patre vnigenitum, de vtroq; Ca.19.
procedentem & in vtroque manentem ſpiritumſanctum,nullum anticipationis tri-
bus vel poſteritatis interuenire momentum,nec diſpertitum habere imperium : nõ
in creandis conſilium, regendis perficiendiſque creaturis auxilium opuſque diui- 190
ſum. Quicquid illic naturale eſt,indiruptum, quicquid perſonale eſt , inconfuſum. O
O myſterium ineffabile & præ cæteris intellectu difficile : reliqua vero ſacramenta,
quæ tenentur in Eccleſia tua domine,ſtupenda ſunt & veneranda , ſed iſtud tui ſa-
cramentum pręcellit vniuerſa Hoc nempe tuę indiuiduæ trinitatis myſterium , & il
lud cœleſtis menſę ſacramẽtum,quæ fideles & pias animas paſcit carne & potat san
guine,vt non eſuriant neque ſitiant in æternum,fac me deus meus pura & ſimplici
conſcientia pręcipue inter cætera ſentire & credere,ſumere & retinere,ne ſinas quę-
ſo dñe fidem in eis meã aliquatenus vacillarè, ſed ita ſemper in eis & de eis pro tua
tribuas pieiate mihi credere ac intelligere,ſicut veritas eorũ ſe habeat. Intret in cor
meum gratia tua,quæ ſonet ſine ſono & ſine ſtrepitu, loquatur ibi tantorum omnẽ
veritatem myſteriorum,luce & dulcedine intus vbique & foris vndique perfunda t
animam meam illa magiſtra virtutum,& iudex omnium veritatum, & ſic irradian-
do & ſoporando eam in ipſo veritatis centro ſtabiliat atque confirmet, vt nec ve-
lim,nec poſsim de tantis myſteriis aliter ſentire niſi ſicut oportet & decet . Omnipo
tens bonitas cuius pietatis aures ipſius pauperum tuorũ deſideriis patent , intellige
190 clamorem cordis mei & faue votis meis. Præſta domine vt ipſo mentis palato ſen-
L tiam,guſtem,& ſapiam hæc ineffabilia ſacramenta: magna enim ſunt & mira valde,
& ego paruulus in eorum conſideratione deficio,quoties ad intuenda ea fidei oculos
attollo.Sed quia vno modo vtraque nobis neceſſaria ſunt ad ſalutem , deus author
omniũ,inuiſibilis creator,qui es ſubſtantia ſumma & vna diuinitas atque perſona-
lis vera & perfecta trinitas,te deum patrem exoro , ex quo omnia & filium tuũ , per
quem omnia,ſimul & ſpiritumſanctum in quo omnia,Te dominũ meum quem
vnum & verũ in trinitate confiteor deum,à quo creati,liberati & illuminati ſumus,
ſupplex rogo tantorum auidus myſteriorum,lacta me,nutri me, & in menſurã æta-
tis vſque perfecti viri meam extende exiguitatem, vt ſolidum hunc & perfectorum Pſal. 31 8.
cibum capere valeam. Imperfectũ.n.meum viderunt oculi tui. Dator omniũ bono. Quod di-
rũ deus pater cui nunquã ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur cum filio tuo ac ſpiritu uina ſub-
ſancto,da qd̃ a te deſideratur,& a te poſtulat aĩa mea . Quorũ.n. vna eſt ſubſtantia, ſtantia in
vnũ eſt & datũ,vna & operatio, vnũ donũ vnaq; poteſtas, vt in ipſa quoq; pſonarũ diuiduaſit
proprietate iuxta profundioré intellectũ quędã vnitas ſentiatur. Inſeparabilis nimi Ca.20.
rũ naturę tuę vnitas non pót ſeparabiles habere perſonas , quia ſicut trinitas es in
190 vnitate,& vnitas in trinitate,ſic ſeparationẽ nõ potes habere pſonarũ.Noĩantur qui
M dẽ illæ pſonę aliqñ ſingulæ,ſed ita voluiſti te trinitas deus inſeparabilẽ oñdere in
pſonis,vt nullũ ibi nomẽ ſit in qualibet pſona,qd̃ ad aliã pſonã ſcdm relationis re-
gulã non referatur,ſicut pater ad filiũ,& filius ad patrẽ,ve. ſpũſanctus ad patrẽ & filiũ
veriſsime refertur.Ea vero noĩa quæ ſubſtantiã vel potentiã vel eſſentiam tuã ſigni

ficant,vel quicquid dei propriis oībus personis æqualiter conuenit,vt deus magnus bonus,æternus,oīpotens,omnia naturaliter de te deo dicuntur. Non est igitur aliquid naturæ nomen,quod sic tibi deo patri possit conuenire, vt aut filio tuo, aut spirituisancto cōuenire negetur. Dicimus te deū patrē naturaliter esse deū, sed naturaliter est & filius deus,naturaliter est & spirituſsanctus deus: non tñ tres dii, sed vnus deus,pater & filius & spirituſsanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas deus in personis,sensu,intelligentia: quāuis in voce separabilia habeas noīa, quia pluralem numerū naturæ nominibus nullatenus recipis. In hoc.n.ostenditur psonas nō posse diuidi in sancta trinitate,quæ vnus est verus deus, quia cuiuslibet personæ nomen semper ad alteram respicit personā. Si patrē dico,filiū ostendo: si filiū nomino, patrē prædico: si spiritumsanctū appello,alicuius esse spiritū necesse est intelligi, id est,patris & filii. Tu vero trinitas deitatis personarum pluralitate multiplex, numerabiliter es innumerabilis,ac idcirco mēsurabiliter immensurabilis, & ponderabiliter impōderabilis: nō.n.summæ bonitatis,quæ tuipse es,profitemur originē,ex quo omnia,per quē omnia,in quo oīa: sed eius participatione dicimus bona omnia. Nam tua diuina substantia semper caruit ac caret materia,licet non careat forma: quā dū imprimis quasi sigillū rebus singulis,eas sine tui augmenti aut detrimenti mutabilitate,proculdubio a te facis differre. Quicquid in natura creaturarum est,creatura tua est,o trina vnitas & vna trinitas deus,cuius omnipotentia omnia gubernat, regit & implet quæ creauit. Nec ideo te omnia implere dicimus,vt te contineāt, sed vt ipsa potius a te contineantur. Nec particulatim imples omnia, nec vllatenus ita putandum est,vt vna quæquæ res pro magnitudine portionis suæ capiat te, id est,maxima maius, vel minima minus, dum potius in omnibus totus ipse sis, siue oīa in te. Cuius omnipotentia omnia concludit,nec euadendi potentiā quis aditum inuenire poterit. Qui n.te non habet placatū nequaquā euadit iratum. Immensitas quippe diuinę magnitudinis tuæ ista est,vt intelligamus te intra omnia, sed non inclusum,extra omnia,sed non excluſum. Et ideo interior es,vt omnia cōtineas: ideo exterior es,vt incircūscriptæ magnitudinis tuæ immensitate omnia circumcludendo omnia regas. Per id ergo ϕ exterior es,ostenderis esse creator: per id vero ϕ interior es,omnia gubernare & regere demōstraris. Ac ne ea quæ creata sunt sine te essent, tu intra omnia es: verum ne extra te essent,tu exterior es, vt omnia concludantur a te, non locali magnitudine,sed potentiali præsentia,quia vbiq; es præsens, & omnia tibi præsentia,quāuis quidā hoc intelligant,quidam vero non intelligant. Hęc & alia multa docuit me mater Ecclesia,mater sancta vniuersalis,& orthodoxa,cuius membrum voluisti per gratiam tuam,& de eius cœlesti doctrina me ita certum & securum in omnibus pro tua pietate reddere dignatus es domine per assiduam tuæ inspirationis illuminationem,& si multa quæ clausa mysterijs latent, non per speculum, sed facie ad faciem intuerer. Decuit te igitur solum viuum & verum deum non esse corporeum vel passibilem vel palpabilem nullā tibi partem corporis oculis posse sentiri,nihil de substantia tua atq; natura vllo modo esse violabile,aūt cōpositum,aut fictum,aut maius,aut inferius: sed nec omnem modū ex omni parte sine deformitate perfectum,sine quātitate magnū,sine qualitate bonum, sine tēpore sempiternum,sine morte vitam,sine infirmitate fortem, sine mendacio veritatem, sine loco vbiq; totum,sine situ vbiq; præsentem,sine extensione omnia implentem, sine contractione vbiq; occurrentem,siue motu omnia rtan scendentem, sine statu intra omnia manentem,sine indigentia omnia creantem, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initium dantem,sine tui mutatione omnia mutabilia facientem,ac semper & vbique regnantem,sine fine manentem. Domine deus vna trinitas deus,quæ incomparabiliter reb.omnibus antecellis, adeo es ineffabilis,infinita & incomprehensibilis,vt paruissimum sit valde omne quod de te dici potest. Multa.n.dicimus,sed plene id quod es dicere non possumus. Et quia vniuersorum consummatio sermonum ipse es,cum ergo peruenerimus ad te, cessabunt proculdubio multa ista quę dicimus,& manebis vnus omnia in omnibus, & sine te dicemus omnia vnū laudantes te etiam vnum,& in te facti vnum, videntes te iugiter sine fine incorporalem naturaq; immutabilem trinitatem,& in te omnia scientes, & in te gaudiū perpetualiter

Quod in diuinitate nō est materia. Ca. 21.

Qd deus continet omnia. Ca. 23.

Quod deitas sit incorporea. Ca. 24.

191 E

191 F

191 G

191 H

petualiter mansurum habentes,ab omni sanati languore, & in illam immortalitatis gloriam transformati. Cum venerit visio hæc quæ danda facie ad faciem promittitur,quando palam de cunctis annunciabitur mysteriis,& fidei species atq; spei res succedet,tunc clarius certiusq; scientes intuebimur,nihil creatum,aut seruiens in te trinitas vna: nihil inæquale,nihil gratia æquale,nihil anterius posteriusue,nihil maius aut minus,nihil extraneum aut officiale alteri,nihil persuasione aut surreptione insertū,nihil moribus voluntate diuersum, nihil officio singulare aut alteri communicabile,non confusum,totum perfectum, quia totum in vno & vnum in toto, non tamen solitarium, quoniam summum bonum & summam sapientiam, & summam benignitatem te sancte pater vnum omnium principium & veritatem tuam,per quā te intelligimus nulla ex parte tibi dissimilem,quę forma es omnium,& quæ sola imples hoc quod appetunt omnia,simulq; ipsum vtriusq; donum, quo beata sunt quęcunq; beata sunt,in te & cum te colimus, & adoramus vnam. s. incommutabilem trinitatem. Cum.n.tertio repetitur quod vnum est, non numerus coaceruatur, sed vnum esse illud asseritur,genitus,gignens,& procedēs,tres quidem personæ, sed vna substantia. Sicut ignis,candor,calor,tria nomina sunt, res vna: sic memoria,intellectus,voluntas, sed vna anima, quę inseparabiliter demonstrantur & inseparabiliter operantur. Si hoc in creaturis inuenitur, quid de te creatore intelligendum est? Natura quippe diuinitatis tuę immobilis est omnino & immutabilis, personæ vero mobiles sunt secundum relationem, non iuxta proprietatem: sed ideo in relatione personarum trinitas,in naturæ vero substantia vnitas. Vnitas siquidem propter inseparabilem essentiam diuinitatis: trinitas autem propter diuersitatem nominum. Non.n.nomina tantum, sed etiam proprietates nominum, hoc est, personas, vel uti Græci exprimunt συλλαβὰς syllabas, id est, syllabas † confitemur. Hæc tamen dicimus de te deus noster vt potest humana intelligentia capere. Cęterum quis in hac vita positus vel crystallino pectore, sufficiat penetrare tuiipsius trinitatis interna mysteria, quomodo pater, filius & spirituſsanctus tres personę estis & vna natura? Quomodo tu pater ingenitus diceris, filius genitus, spirituſsanctus nec genitus nec ingenitus, sed procedens dicatur? Quomodo filius de te patre natus est, spirituſsanctus de te procedit & filio? Quomodo filius nascendo non procedit, spirituſsanctus procedendo nō nascitur? Quomodo filius non de se, sed de te est, nec tamen tui est posterior de quo est? Quomodo spirituſsanctus de te procedit & filio, nec tamen à vobis præsciditur, à quibus procedit? Quomodo tria vnum estis, & vnum tria? Quomodo inuicem relatiue tria estis, essentialiter vnum: quo trinus es & vnus deus, non localiter, sed vbique es, & non particulatim vbiq; es, sed vbiq; totus es, vbique præsens sine situ & loco & motu? Quis ista rogo consideret? Quis hæc comprehendat quantalibet probitate vel scientia præditus? Hoc tamen in spe promissionis repositum est, quia videbimus te domine, & tanto vnusquisq; perspicacius, quanto hic vixerit purius. Quia mundi corde, teste scriptura, deum videbunt. Aperte nanq; videbitur cuncta mentis iam detersa caligine, quomodo filius qui oriendo est, tibi o pater de quo oritur subsequens non est, & quomodo spiritus amborum qui per processionem proditur, à vobis proferentibus non præitur, quomodo & vnum diuisibiliter tria, & tria indiuisibiliter estis vnum. Visa.n.claritas ad impatefactam tuæ nobis maiestatis speciem purum amantis intuitum mentis rapiens subleuabit. Sed ipsa claritas natura est, & ipsa natura claritas est. Quæ nimirum visio nunc fide inchoatur, sed tunc in speciē perficietur, quando sapientiam tibi cœternam, quam modo per ora doctorum sumimus, in ipso fonte bibemus. Omnia sacramenta & cuncta nobis tunc apparebunt arcana, non doctorum verbis, non.n.ullis indigebimus mysteriis, cum facie ad faciem videbimus te, sed inde, nisi fallor, vnde angeli te vident. Quid nos tunc latere poterit, qñ tu deus noster & vita viuentium, causa causarum, forma formarum informata te nobis clara visione insinuabis? Nō.n.indignum tibi videtur cum te formam vocamus. Nam tua essentia, & species dici potest forma. Non frustra tam preciosissimum quam formosissimum in laude tua ponitur, sed forma quæ materia caret & motu & tempore & loco, atque idem unum est, & est id quod est: reliqua vero non sunt id quod sunt. Hęc uerissime sola dicere potest, Ego sum qui sum. Hęc tanta ac talis est, ut de

De uisione dei. Cap. 25.

Exēplū de igne & anima. Cap. 27.

De immutabilitate dei. Cap. 27.

†aliàs, ὑσίας id est, substantias.

Mat. 5.

Qd deitas materia caret. Cap. 28.

eius pulchritudinis visione nihil in hac vita sibi vsurpare mens humana audeat, q̃l
De siti fine satietate. Cap. 29.
solum electis tuis præmium in sequenti in remuneratione reseruas. Cum ergo ad te 191
peruenerimus fontem vitæ & lumen æternum, & dulcissimam speciem & visionem I
tuam, erit nobis delectabiliter impressa sitis simulq; satietas. Sed longe aberit à siti
satietas, longe à satietate fastidium, quia sitientes saturabimur, & satiati sitiemus. Tu
deniq; & æterna nobis vita gaudium & corona eris. Tua beata visio erit nostri labo-
ris præmium, vt post mortalitatis huius tenebras accensa glorię tuę luce gaudeamus.
Videbimus itaque tuæ incommutabilitatem essentiæ, vt per hanc & nos efficiamur
incommutabiles. Sed non sicut tu vides te: in nobis.n. quicquid erimus, poterimus
nosse: in te autem qui comprehendi non potes quod es, quicquid illud est quando
possumus nosse? etsi poterimus, nondum possumus: & tamen cum poterimus, nunqd
sic te nosse valebimus sicut te nosti deus? Ipsa quoq; rationalis & electa creatura non
æqualiter visione tui potietur: vnusquisq; n. pro mercede laboris sui: sed plene sibi
Psal. 30. Psal. 83.
sufficiet quod singulis dabitur intueri, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ do-
mine. Beati qui habitant in domo tua domine. Fœlices qui iam pelagus huius mor-
talitatis transierunt, & ad portum perpetuæ securitatis peruenerunt. Infœlices nos q
adhuc in salo huius vitę circumflantibus agitamur procellis, & inter pericula multa
De vitæ æterna. Cap. 30.
variosq; casus incerti nauem laborantes trahimus. Domine da nobis te rectore, te 191
duce inter Scyllam & Charybdin ita tenere iter per mediũ, vt integra naue & saluis
mercibus peruenire possimus ad te portum tutissimum. Fœlix anima terreno reso-
luta carcere, libera cœlum petit, quæ beatis iam admixta spiritibus maiestati tuæ al-
sistit, quæ te incircumscriptum lumen cernit, quæ nullo metu vel mortis vel hostis
afficitur, quę incorruptionis perpetuę munere lætatur, O vita vitalis, dulcis & ama-
bilis & semper memorialis, vbi non est hostis impugnãs, vbi nulla illecebra, sed sum
ma & certa securitas, & secura tranquillitas, & tranquilla iocunditas, & iocunda læ-
licitas, & fœlix æternitas, & æterna beatitudo, & beata sine fine tui visio atq; lauda-
tio. Vtinam hæc succedat, & mortale hoc induatur immortalitate. Vtinam desinat &
quanciṭ finiatur ista vita, vita dubia, vita cæca, vita ęrumnosa, quam humores tu-
midant, dolores exterminant, ardores exiccant, aera morbidant, escæ inflant, ieiunia
macerant, ioci soluunt, tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, di
uitię iactant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas fran-
git, mœror deprimit: & post hæc omnia mors interimit, & vniuersis gaudiis finẽ im-
ponit, ita vt cum desierint esse, nec fuisse putentur. Iam iamq; aduenias domine, ad-
uolet obsecro regnum illud carens morte, vacans fine, cui nulla tempora succedunt
per æuum, vbi continuus sine nocte dies nescit habere tps, vbi illi angelorum hym- 191
nidici chori & supernorum ciuium societas, vbi dulcis solennitas à peregrinationis L
huius tristi labore redeuntium, vbi prouidi Prophetarum chori, vbi iudex Apostо-
lorum numerus, vbi innumerabilium martyrum victor exercitus, simulq; confesso-
rum constantia præmii sui perceptione consolata, vbi fideles viri, quos à viriliratis
sui robore voluptas huius seculi emollire non potuit, & sanctæ pariter mulieres, quę
cum seculo & sexum vicerunt, vbi pueri, qui dum essent in carne annos suos morib.
transcenderunt, atq; senes quos ætas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit.
Ad horum omnium sanctam frequentiam & tuæ inspiciendæ pulchritudinis man-
suram sine fine lætitiam, fac me domine deus toto corde intendere, viriliter currere
& fœliciter petuenire. Interim dum in isto maneo corpore, in his semper meditatio-
nibus mentem meam bonorum insinuator exerce: Munda ergo cordis intuitũ, acue
mentis intellectum, accende cœlesti igne animum, vt te solum cogitem, te solũ amẽ,
te solum in corde habeam & in ore qui es futurum nobis sine fine præmium. Et, ut
pondus mortalitatis meæ leuius feram, da lumen in corde, da verbum in ore, aperi
sanctarum secreta scripturarum, & profunda mysteriorum regni tui viscеribus 195
meis propina. Da ex amore tuo lachrymas, da fidei virtutumq; pennas, quibus indu- M
tus sursum ad te volitem, & perosus terram, cœlum petam. Hanc fidem per te, de te,
in te, confiteor ô beata & benedicta & gloriosa trinitas, ô vera & summa & sempiter-
na vnitas, pater & filius & spiritussanctus, deus, dominus paracletus, gratia, consola-
tio, verum lumen, lumen ex Inmine, vera illuminatio, viuens vita, vita à viuente, vi-

uificator viuentium, fons, flumen, irrigatio, vnus à se, vna ab vno, vnus ab ambob.
ab vno omnia, per vnum omnia, in vno omnia, id est, à se pater ab altero, id est, à pa-
192 A
tre & filio, ◦ à se, ◦ ab altero, ◦ ab vtroq;, omne autem ◦ semper in tribus, & omne ◦
æqualiter in singulis verax genitor, veritas genitus amor amborum spiritussanctus.
Vna virtus, æqualis maiestas, par gloria, vna eademq; essentia. Sapiens genitor, sapiẽ
tia genitus, & charitas spiritussanctus. Deus trine & vne, deus oipotens, apud quem Iacobi. 1.
non est transmutatio, & ideo apud te cursus tpis diei noctisq; alternatione nequaquã De luce di
uina.
variatur. Deus lux vera quæ sine accessu ea quæ eligis illustras, & sine recessu ea quę Cap. 31.
respuis deseris: & ideo non in te nullus defectus, nulla mutabilitas venit. Deus qui
in temetipso manendo immutabilis es, sic in se transitoria condidisti, vt apud te trã-
sire nequaquam possint, & ideo in conspectu tuo tps non defluit quod apud nos fine
decurrit. Deus in cuius æternitate fixa manent ea quæ non fixa exterius seculorum
volumina emanant, & ideo æternitas tua dies est vna, quę nec fine clauditur, nec ini-
tio aperitur. Deus qui fine mutabilitate tui simul cuncta respicis, fine distensione Quod sit
immutabi
lis deus.
comprehendis, & bona quæ iuuas, & mala quæ iudicas, & quæ iuuans remunerans, Cap. 32.
& quæ iudicans damnas, in his quę diuerso disponis ordine diuersus non es. Deus q
opera tua extra circundas & intra reples, supra regis, & infra fers: & licet sis superior
192 B
per potentiam, inferior tamen p sustentationem, exterior p magnitudinem, interior
p subtilitatem, causa superior & inferior es, sine loco, amplius sine latitudine, subti-
lis sine extenuatione, & ideo p molem corpis nusquam es, sed p incircũscriptã sub-
stantiam, & immensibilitatem incommutabilis naturæ nusquam dees. Sed quia lon-
ge distas creator à creatura, quis valet capere qualiter sis in loco, qui non caperis in
loco? Omnino.n. in loco esse non potes, quoniam vbiq; es & non in loco. Ipse tibi lo-
cus illocalis crederis esse, spũs incircumscriptus, vnde difficile inuenitur vbi sis, sed
multo difficilius, vbi non sis. Quis sine te subsistere vel esse potest? Et tñ tecum non
possunt omnes esse. Omnia.n. à te sunt, & p te subsistunt. Deus vera & infinita bea-
titudo, à quo & p quem & in quo viuunt omnia, quę vere summeq; viuunt. Deus bo
num & pulchrun, à quo & per quem & in quo bona & pulchra sunt omnia, quęcũq;
bona & vere pulchra sunt. Deus supra quem nihil, extra quem nihil. Deus sub quo Deus infi-
nitate dei.
totum, cum quo totum, in quo totum. Deus à quo oĩa, p quem oĩa, in quo oĩa. Deus Cap. 33.
cuius nos fide excitat, spes erigit, charitas iungit. Deus qui petere iubes, & inuenire Mat. 7.
facis, & pulsantibus aperis. Deus à quo auerti cadere est, in quem conuerti resurgere,
in quo manere consistere, Deus quem nemo amittit, nisi deceptus, nemo quærit nisi
admonitus, nemo inuenit nisi purus aut purgatus. Deus quem nescire mori est, quẽ
192 C
nosse viuere est, quẽ spernere pire est, cui seruire regnare est. Deus cuius piẽtatis ope
& bene seruit subiectus, & dominatur prælatus, & ideo sine te nemo eorum recto in-
cedit tramite vel ordine. Deus inuisibilis & immensæ, ineffabilis & æterne, incompre
hensibilis corpore immortalis & perpetue, incommutabilis & circumscripte, mirabi
lis & benedicte, indicibilis, cui esse est viuere, sapere, & intelligere, scire & posse, pul-
chrescere & clarescere vnum & idem es, quia simplex es & diuidi non potes. Tu es ip
se deus meus viuus & verus, deus pius, rex nimis magnus. Te vnum deum colo, vnũ
naturarũ principiũ à quo vniuersitas inchoatur & pficitur & continetur. Vnũ deũ à
quo sumus, p quẽ sumus, in quo sumus, à quo discessimus, cui dissimiles facti su-
mus, principiũ ad qđ recurrimus, & formã quã seqmur, & gratiã qua recõciliamur,
vnũ quo authore viuimus, quẽ diligẽtes, & quẽ fruẽtes beate viuimus, te laudo, be-
nedico atq; adoro tuæ clementię & bonitati gratias refero pro vniuersis donis tuis
ac datis, & pro oĩbus beneficiis misericordiæ tuæ, quę aię corporiq; meo largitus es,
& sp largiris à puero & cunabulis meis pp te & nomen sanctũ tuũ. Vnde exptus didi
192 D
ci, quia tu deus nr̃ deus es infinitę misericordię & maiestatis immensæ pietatisq; gra-
tuitæ, q seruos tuos inter aduersa & ꝓspa mirabiliter dirigis atq; custodis, sicq; mode
raris vitã illorũ in vtraq; pte, vt aduersa ꝓspis, & ꝓspa succedãt aduersis. Cõfiteãtur Pfal. 144.
ergo tibi dñe oĩa opa tua, & sãcti tui bñdicãt tibi, ei vt cõfitẽdo resipiscãt, nõ cessent
à laudibus tuis ipsi ẽt pctores. Quorũ unus ego licet in pctis ꝓnior, in corde tñ desi-
derãti tuas decãto laudes, si nõ ea qua debeo laude vel dignitate facio, q̃ ualeo facul
tate, respice quæso sereno uultu ad hoc meæ exiguitatis obsequium, & propitiabi-

li dignatione accipe tantillum sacrificiū confessionis fidei meę, vt ad te redeat quod
a te venit: non respiciens tantum ad id quod deuotus offero, quantum ad eam quæ
deuotissime dicere volui & uolo, Quicquid.n. dedecet vel te offendit abhorret ani-
ma mea. Vtinam possem talia qualia illi hymnidici angelorum chori. O quam liben
Sapi.10. ter me in laudibus tuis totum effunderem, & luculenter in medio Ecclesiæ carmen 152
glorię tuę infatigabilis perorarem. Sed quia vt illi nequeo, prorsus tacebo? Væ domi
ne tacentibus de te, quia ora mutorum resoluis, & linguas infantium facis disertas. E
Verum quia paruulis licet laudes tuas vel balbutire, suscipe sacrificium præcordę
manu linguę meæ, de cordis amore. Sed ignosce rogo domine in dignissimo & infi-
deli tecū de te loquenti diutius seruo. Ignosce pie, quia non temeritate præsumptio-
nis, sed auiditate tui desiderij huic defloratiunculæ operam dedi, vt breue & manua
le verbum mecum de te semper haberem, ex cuius lectione quoties tepefio, in tuum
reaccendat amorem. Sumus enim in medio laqueorum positi, & ideo facile a cœlesti
refrigescimus desiderio. Vnde indigemus assiduo munimento, quo expergefacti, ad
te nostrum verum summumq; bonum quum defluimus, recurramus. Multę deniq;
sunt contemplationes quibus anima deuota tibi exercitatur & proficit, sed nulla ea-
rum ita me delectat, vt mens mea intendit, sicut illâ quæ tua agitur proprietate. Id-
circo necessarium duxi hunc mihi solum decerpere sermunculum, vbi de omipoten-
Rom.10. tia maiestatis tuæ, sicut corde credo ad iustitiam, ita ore confiterer ad salutem te deū
patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritū sanctum paracletū, sanctam & in
diuiduam trinitatem vnum deum in magnitudine infinitum, vt in virtute omnipo 192
tentem, in bonitate summum, in sapientia inęstimabilem, in consilijs terribilem, in
iudicijs iustum, in cogitationibus secretissimum, in verbis veracē, in operibus san- F
ctum, in misericordiis copiosum: erga delinquentes patientissimum, erga pœniten-
tes pissimum, semper idipsum æternum ac sempiternum, immortalem, atq; incōmu
tabilem, quem nec spatia dilatāt, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula vl
la coarctant, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbāt,
nec læta demulcent, cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita trāseūt,
nec futura succedunt, cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec cursus
finem dabit: sed ante secula, & in seculis, & per secula in æternū viuis, & est tibi laus
perennnis & æterna gloria, summa potestas & singularis honor, perpetuum regnum
& sine fine imperium, per infinita & indefessa & immortalia secula seculorū. Amen.

Speculi finis.

DE VITA CHRISTIANA LIBER.

TEgo peccator primus & vltimus, insipientiorque cæteris & im-
pertior vniuersis, te vt sanctitatis & iustitiæ viam pergas crebrio
ribus audeam literis admonere, non meę propiæ iustitię fiducia
non sapientię peritia, non scientię gloria, sed sola quam concepi
secundum deum animo & mente, tuæ charitatis causa compel-
lit, quæ me peccatorem & ignarum pariter ad dicendum, ira hęc
hortatur & prouocat, vt cum loqui nesciam, tacere non possim. 193
Vellem itaque, & libenter optarem te eorum notitiam, quorum & sapientia affluen- H.
tior est, & facundia maior, & scientia vberior, & consentia ab omni peccatorū con-
tagione liberior, qui suis tete verbis iuste instruerent & exemplis. Nos.n. prę terquā
q̄ mentem nostram ita insipientiæ & ignorantiæ caligo cęcauit, vt diuinum aliquid
nequeant sentire vel discernere, adhuc insuper & omnium redarguit cōscientia pec
catorum, vt etiam siquid luminis possit habere abscondat, & ita fit vt prę terquam
quod

I quod dicere non habemus, hoc etiam quod habemus, non fiducialiter proferre con-
192 scientia prohibente possimus. Tu tamē cū peritior tibi apparere possit & melior, ru
dibus admonitionibus nostris interim esto cōtenta, & charitati da veniam cuius est
nō considerare quid offerat, nec quod non habet quærit, sed totū quod habet liben Luc.21.
ter impartitur, ad cuius non tam muneris speciem, quā animi respice voluntatem, &
diligenter aduerte quid tibi illa negare poterit, quæ totū dare voluit, quod habebat
obtulisset etiam quod non habebat si posset, quæ totum quod potuit offerebat. Sitit
itaq; ille, sed parum, qui decurrentis interim riui aqua nō potest esse contentus, do-
nec ad fontem vberiorem purioremq; perueniat. Nec illū satis esurire credo, qui cum
cibarios panes habeat nitidos expectat & candidos: ita dulcissima soror quam ego
certus sum esurire nimium, & sitire cœlestia, cibarios interim mande panes, donec si
milagines candentes inuenias. Exigui & turbulenti riuuli aquam pota, vsque quo
fontis affluentioris haurias puriorem. Nec tibi interim panis noster, quāuis rusticus
videatur esse, displiceat. Rusticus.n. panis incultior esse videtur, sed fortior, & cele-
rius esurientem stomachum satiat, fessumq; corroborat, quā qui siligineus videtur
& nitidus. Nunc ergo dicam sermone prout valeo, & quid christianum agere conue-
niat, vt potero explicabo. Cuius rei & vnde prius exordium sumā iustius non inue-
nio, quam vt primū de Christiano vocabulo disputem, & cur quis christianus nun- Cur quis
192 petur exponam. Christū vnctū interpretari, sapientium & fidelium nullus ignorat. Christia-
K Vnctos vero non nisi sanctos viros & satis deo dignos semper fuisse manifestum est, nus nūcu-
nec alios quam Prophetas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnum fuit ipsius vn- petur.
ctionis mysterium, vt in Iudaico populo, nō omnes illud, sed satis paucis de plurimis Cap.1.
mererentur accipere, & hoc vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quē deus
oleo lætitie, id est, spiritu sancto prę cæteris consortibus suis vnxit. Ex quo tempore
credentes illi & baptismatis illius sanctificatione purgati, non aliquanti sicut sub le-
gē prius fuerant, sed omnes in Prophetis & sacerdotibus vnguntur & regibus. Cu-
ius vnctionis quales esse debeamus, admonemur exemplo, vt in quibus tam sancta
est vnctio, sit non minus sancta conuersatio. Ex sacramento.n. vnctionis huius &
Christi & Christianorū oium, i. in Christo credentium vocabulū & descendit & no-
men. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur. Quid enim
tibi prodest vocari quod non es, & nomen tibi vsurpare alienum? Sed si Christianū
te esse delectat, quę Christi sunt gere & merito tibi Christiani nomē assume. Aut for
sitan non esse, sed vocari desideras, hoc satis miserū & fœdū est, te velle vocari quod
non sis. Nemo.n. ita transit ad Christū, vt Christianus appelletur & nō sit. Qui Chri
192 stianus dicitur, Christum se habere dominum profitetur. Et vere habet si ei in oībus
L obsequatur, & seruiat. Si quo minus Christi ille non famulus, sed subsannator est &
derisor, qui eius seruum dicit cui seruire dissimulat. Huic ergo iudicium geminum
seruatur, & pro dei subsannatione quem sine causa deum appellauit, & pro qualitate
peccati. Sed plerosque incredulos & imprudētes & pfidos misericordia dei longa pa Quarē pec
tientia peccare sinit intrepidos, vt ex hoc peccatorum suorū non arbitrentur vltio- catores de⁹
nem, qa nō statim velit punire peccantes. Miseri & ingrati, suæ salutis improuidi, qa sufferat &
etiā deo imputāt q̄ eorū differatur interitus, ignorantes dei prouidētia duplici ratio non illico
ne seruari, vt & humano generi longa eius patientia consultatur, & ne ille iudicetur puniat.
impatiēs si ilico voluerit dānare peccātes. Nā si tā patiens non esset, iā dudū humani Cap.2.
generis origo desiisset. Nec iustos de peccatoribus haberemus, si confestim deus vel-
let punire qui peccant. Nonnullos enim scimus & legimus qui antea aut ignorantiæ
192 cęcitate, aut causa perfidiæ, aut adolescentiæ vanitate decepti, & multiplici & vario
M peccatorū genere tenebantur obnoxii, & per sustentantis dei clementiam & patien-
tiā postmodū cōuersi ab errore, maiores adhuc operas fecerunt iniustitię quā antea
pectā cōmiserāt: deus.n. non donat pctā: sed differt: nec p seuerantē pctōrē à morte
liberat, sed vt vel ferro conuertatur & viuat, patiēter expectat, sic btūs Petrus Apo-
stolus ait, Nō tardat dns promissionē, sed patiēter expectat vel agit pp nos, nolēs ali
quos pire, sed oēs ad pniam cōuerti. Ille.n. te quasi benignus, pius & clemēs, illico id

circo nō percutit,vt tu quāta illius erga saluté tuā pietas,quanta clemētia sit recognoscas,qui te pctōrē & impiū expectare magis vult,& seruare conuersum q̄ punire peccantē:sicut p Prophetā ipse dns loquitur,& quantū velit hoi misericordię pietatisq̄ largiri,proprię vocis benignitatē depromit dicēs, Ei iniquus si conuertat se ab oibus iniquitatibus suis quas fecerit,& custodiat mādata mea, & faciat iudiciū & iustitiā in terra & misericordiā,vita viuet,& nō morietur. Oia delicta eius non erunt in memoria. In iustitia sua quā fecit viuet. Et nūquid volūtate volo mortem impii nō nocebit ei,in quacūq; die cōuerterit se a sua iniqtate:& iterū, Cōuertimini filii conuertentes,& ego sanabo contritionē vestrā. Ecce qūo te deus, vt a pctis tuis vel sero cōuersus salus esse possis,& mouet & prouocat. Ecce qualiter mori obnoxiū vt viuat hortatur,quā leniter,quam clementer inuitat, vt etiam peccatoribus patris non neget pietatē,& adhuc filios apppellat,qui patrem deū peccando perdiderint, sicut & ipse se perdidisse peccatores filios alio in loco cum voce Hebili, & miserabili, quadam lamentatione testatur dicens, Sine filijs factus sum, perdidi populum meum propter peccata eorum. Ex hoc ergo cognosce qualiter te deus diligat, quem maluit viuere quam perire. Et tu eum cōtemnis & despicis, qui amplius quē tuipse te diligat,qui te mori cupientem vult viuere, Nolo, inquit,dominus, morte peccatorum,sed vt conuertātur & viuant. Tu ergo mori voluisti peccando, illete viuere vult conuertēdo. O stulte,o irreuerēs & ingrate,qui nec in hoc deo,qui tibi vult miserēri consentis,qui te magis vult sua pietate saluare quā tuo perire pctō. Nemo ergo sibi ideo blādiatur, nemo stulta & vana su spicione decipiatur,nemo idcirco securus delinquat,& liber,quia sup pctōres cōfestim dei irā iudiciūq; nō venit,vt ex hoc opinetur se impune peccasse,q̄ nō ilico puniatur,sed hoc magis differre deū q̄ dissimulare cognoscat,& irā dei pctōribus quāuis serā subito & repēte venturā: sicut scriptum est,Ne dixeris peccaui,& quid accidit mihi triste. est n. altissimus redditor patiēs. Ne tardes cōuerti ad dnm,neq; differas de die in diem, subito n. veniet ira eius. Qđ in plerisq; impletur,quibus ob nimia peccata,& in p̄senti dei ira supuenit,& in futuro seruatur. Sed hoc nemo intelligit,nemo cognoscit, nec quisq; aduersa sustinens malis suis æstimat irrogari, sed qđ pertulerit cōsuetudinis potius putat esse q̄ criminis. Et idcirco deus in p̄senti nō videtur punire peccātes,qa cum punit non cognoscitur,Multi sunt n. quos nemo intelligit,q̄ ob multitudinē pctōrū iā ante iudicii diē in p̄senti etiā iudicātur. Aut dicat mihi quis si quē sacrilegū,sanguinariū,rapacē,falsariū,homicidā,furē,fraudulentū,adulterū,cæterorūq; criminū reū, vel in præsenti tpe poterit videre longæuū. Nos n. plurimorū habemus exēpla, p quæ probare sufficimus sceleratos & impios pctōrum suorū fine cōpleto,& hoc tpe iudicari, p̄sentē eis vitā negari nō minus q̄ futurā. Sed hoc ille facilius intelligere pōt,qui p diuersa tēpora diuersorū iudicū impie sceleratęq; cōuersantiū spectauit interitum. Quorū quo potestas sublimior est ad peccandū maior audacia, quę torū sibi licere credit quod pōt. Et dū alterius iudiciū non timent qui alios iudicāt, ita ad cadendū præcipites sunt. Ita fit vt qui hōis nō timēt in delinquēdo iudiciū, deū sentiāt iudicē & vltorē. Ex quibus alii qui insonē animarū sanguinē frequēter effuderant, ita irā dei iudiciūq; sensere,vt ipsi postmodū sanguinē fundere cogerentur suū, qui libenter fundebant alienum. Alii vero qui similia cōmiserant, sic dei indignatione prostrati sunt,vt insepulti iacerent,& esca feris & cœli volucribus fierent. Alij autem qui iunumerabilium hominum multitudinem iniuste premerant, membratim particulatimue conscissi sunt, vt non minor fuerit conscissura membrorum numero punitorum quos interimi fecerant. Et quorum iudici maritis iniuste peremptis multæ effectæ viduæ,multi orphani patribus occisi derelicti,quibus præter orbitatem mendicitas inferebatur & nuditas,nam addebant impietati & crudelitati quod deerat,vt eorum quos fecissent occisi spoliarent & liberos: nunc vero ipsorum coniuges viduæ,& filii orphani alienis quotidie egent panibus. Nōne videtur tibi istud testimonium in ipsis esse completum comminantis dei dicentis, Viduam & orphanos non vexabitis:q̄ si vexabitis eos,& vociferantes clamauerint ad me, exaudiam

Ezec. 18. & 33.

Ezec. 33.

Hiere. 3.

Ezec. 18.

Quō dei misericordia nimium præsumentes plerūq; subito & occulte puniantur etiā in præsenti.

Cap. 3. Eccle. 5.

193 D vociferationem eorum,& irascar animo,& percutiam vos gladio, & erunt coniuges vestræ viduæ,& filii vestri orphani? O indignum nefas,o scelestissimum facinus, ô nimia & non ferenda crudelitas, duo sęuissima & atrocissima vno perpetātur in tempore,homicidium fit vt rapina succedat. Occiduntur mariti, occiduntur & patres quo facilius viduæ spolientur & orphani, & ita quisque in alterius morte congaudet quasi non sit & ipse quandoque morituri. Merito ergo Deus huiusmodi crudelitatibus & impietatibus commouentur. Merito iudicium suum in quibusdam ante tempus ostendit. Merito talibus vita nec præsens nec futura conceditur. Quorum nos nec sceleratum nec impium & in præsenti dei iudicium euadere posse æstimemus, admonemur exemplo. Sed hoc magis sentire nos conuenit, tandiu vnumquenq; dei patientia sustentari,quandiu nondum peccatorum suorum terminum finem compleuerit, quo consummato eum illico percuti, nec illi vllam veniam iam reseruari. Esse autem certum peccatorum modum atque mensuram dei ipsius testimonio comprabatur. Et quōd vnusquisque vel celerius vel tardius prout peccatorum suorum modum expleuerit iudicetur, euidentissime quidem demonstratur, quando de Sodomorum & Gomorreorum interitu ac incendio, qui sua iam peccata repleuerant ad Abraham deus loquitur, dicens, Clamor Sodomorum & Gomorreorum repletus est, & peccata eorum magna vehementer repleta sunt. De Amorræis vero quid dicit qui sua nondum peccata finierant,quos 193 E post multos annos quam supradictæ ciuitatēs crāmatæ sunt, constat esse deletos? Nondum sunt expleta peccata Amorræorum vsq; adhuc. Quo exemplo manifestissime instruimur & docemur, & singulos secundum peccatorum suorum plenitudinem consummari,& tandiu vt conuertantur sustineri quamdiu cumulum suorum non habuerint delictorum consummatum. Nemo,inquam,se fallat,nemo se decipiat, malos non amat Deus,peccatores non amat, iniustos non amat, rapaces, crudeles & impios non amat. Sed amat iustos,bonos,pios, humiles,innocentes, & mites,sicut scriptum est, Quoniam non volens Deus iniquitatem tu es: & item, Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos, & iterum, Odisti,ait Dauid,omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur meudacium. Sed dicet aliquis, Quid est quōd videmus bonos etiam perire cum malis? Illi non pereunt,sed euadunt qui de malorum consortio & persecutionibus liberantur,& ad requiem trasferuntur. Illi & plane moriuntur & pereunt,quos de hoc mundo recedentes maioris adhuc iudicii supplicium expectat & pœna. Vocantur enim ante tempus boni ne diutius vexentur a noxiis: mali vero & 193 F impii tolluntur,ne bonos diutius persequantur. Iusti de pressuris, tribulationibus & angustiis vocantur ad requiem: iniqui vero de luxuriis opibus & delitiis rapiuntur ad pœnam. Illi vero vadunt vt iudicent,isti vt iudicentur. Illi vt vindicentur, isti vt in eos vindicta celebretur,vt scriptum est, Iustus autem si morte præoccupatus fuerit,in refrigerio erit: & iterum, Viuens inter peccatores translatus est: & iterum, Placita enim erat Deo anima eius, & ideo properauit de medio iniquitatis eripere eum: & iterum, Cum impii eunt ad mortem,illi autem sunt in pacē. Vides ergo hanc solutionem corporis iustis & Dei electis requiem esse non pœnam, vt cum dissoluuntur liberari eos potius quam perire. Et idcirco ipsam solutionem qui fideles sunt, non timent nec verentur, sed venire magis desiderant & exoptant, per quam requiem intelligunt exhiberi,non pœnam,Iniqui vero & impii & suorum scelerum conscij eam merito naturali prouidentia pertimescunt, per quam se non nesciunt iudicari. Quapropter hac ratione reddita & acceptā, non oportet nos omnino peccare,præsertim cum non ignoremus peccatoribus iudicium,& in præsenti esse,& in futuro seruari. Nec in hoc nobis quōd nomine tantum Christiani dicimur, blandiamur: sed propter hoc etiam iudicandos nos credamur, si nobis nomen frustra vendicemus alienum. Aut si aliquis tam incredulus est, tam infœlix, tam 193 G pertinax, tam obstinatus, tam audax, vt quæ quandoque ventura est, Dei iudicis iram indignationemque non metuat, vel saltem humanam consuetudinem erubescat, & id videat quām brutus, quām insipiens ille, quam stultus ab ipsis

Exo. 22.

Quod de certo numero peccatorū cōpleto puniat hominem, exēplo probatur.

Cap. 4.

Gene. 22. Gene. 15.

Psal. 5 6

De bonorum & malorum differenti punitione.

Sapi 4.

Sapi. 3.

De vecordia eorum qui virtutib. carētes

Christiani nominis si bi honorē arrogant. Cap. 6.

ētiam gentibus iudicetur, cuius tanta est vanitas tantāq; dementia, vt sibi adipiscatur alienum nomen. Quis.n. tam vanus & miser est, qui aduocatum se cum literas nesciat audiat profiteri? Quis tam insanus & excors, vt se profiteatur militem qui 193 nesciat arma gestare? Nemo enim quodcunq; nomen sine causa sortitur. Sutor vt H dicatur, necesse est vt calciamenta conficiat: vt vocetur quis faber aut artifex, artis peritia facit: vt negocians nuncupetur quis, caritus quod vilius emerat distrahit. Huiusmodi exemplis cognoscimus nullum sine actu nomen, sed omne nomen ab actu. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quo Christiani actus non apparent? Christianus iustitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, humilitatis, humanitatis, innocentiæ, pietatis est nomen, & tu illud tibi quomodo defendis & vendicas tibi, cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistunt? Christianus ille est qui

Quale nomē xp̄ian⁹ Quis dicatur xp̄ian⁹

non nomine tātum, sed & opere est, qui in omnibus Christum imitatur & sequitur, qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus, cuius in pectore malitia non habet locum, cuius in pectore sola pietas consistit & bonitas, qui neminem nouit lædere & nocere, sed omnibus opem ferre. Christianus ille est qui exemplo Christi nec inimicos nouit odire, sed magis aduersantibus sibi benefacere, & pro persecutoribus suis & hostibus exorare. Nam qui aliquem lædere aut nocere paratus est, ille mentitur se esse Christianum. Christianus est qui potest iusta voce dicere, Nemini hominū nocui iustè vixi cum omnibus. Sed ne me ex sensu proprio loqui quis arbitretur aut credat, aut eum putet se facile debere contemnere, qui sua potius voluntate quā le- 193 gis authoritate, iam nunc ipsius legis, cuius præceptis nobis vitę aditus aperitur, tam I veteris quam nouæ incipiam exempla proferre, & ostendere quid deus ab initio statim mundi humano generi obseruare præceperit, in quo semper placatus fuerit vel offensus. Lego.n post Adā, qui à deo primus formatus est, de cuius causa nunc dicēdum non est: in exordio mundi Cain & Abel fratres fuisse germanos, è quibus vnus deo placuit, eo q̄ iustus esset & innocens: alter verò quia iniustus & nocens, deo placere non potuit. Deinde interueniente tpe, Enoch satis iustum fuisse scriptura designat. Cui tantum iustitia contulit, vt nec præsentē mortem sciret, sed & ad immortalitatem de medio omnium mortalium singulariter raperetur. Cuius monstratur exēplo, vnum deo iustum plurimis peccatoribus chariorem. Noe quoq; & ille iustus, cui iustitię meritum quid præstiterit nouimus, vt ipsi cum suis vita daretur per diluuiū toto mundo damnato. Abraham quid per fidei merita & iustitiæ consecutus sit scriptura testatur, vt illo in tpe solus amicus dei esset in terris, qui solus fuerat iustus inuentus. Loth vero vt pereuntibus cunctis de Sodomitarum liberaretur incendio, qd aliud q̄ iustitiæ meritū fuit? Longū est nos ire per singulos, & oīum merita recensere. 193 Populū Iudaicū, quē ad se deus primū de semine Abrahę præ cæteris gentibus per- K tinere optauit, quo erudierit, qd eū vt sibi placeret facere, quid obseruare præceperit, scire nos conuenit. Primo in loco q̄ derelicta regione, in qua semp habitare optauerat patriaq; deserta, in alienam prouinciam, hoc est, in Aegyptum migrare fecit, non sine causa, nec sine dei prouidentia factum esse reor. Sed hanc fuisse puto rationem, quia deus populū suum quē elegerat, præceptis misericordiæ, pietatis, iustitiæ, cæterisq; bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in externa patria pro tpe peregrinum esse & captiuum, vt captiuitatis & peregrinationis miseriam disceret & labores, quo facilius postmodū misereri peregrinantibus & laborantibus nosceret, si ipse añ peregrinationis miserias didicisset. Nemo.n. tā libēter pegrino & aduenę miseretur, q̄ qui peregrinationis exitus nouit. Nemo libentius hospitē sine tecto, suo introducit hospicio, nisi q antē idiguerit alieno. Nemo ita esurietē cibat, nemo sic sitiē tē potat, nisi q siti esurieq̄ ppessus est. Nemo tā facile nudū opit suis vestimētis, q̄ qui nuditatis & frigoris nouit iniuriā. Nemo sic tribulato & misero & laborāti succurrit, q̄ qui tribulationū & miseriarū casus expertus est & laborū. Merito ergo deus misericordiæ & pietatis magister, qui legem postmodum erat editurus, per quam populo 193 suo misericordiæ & pietatis omniumq; bonorum operum præcepta erat traditurus, L voluit eum prius oēs passiones, pressuras & tribulationes & angustias in terra perpetū alienā, quo facilius postea posset talia patientibus misereri, & sic suis obtemperare

Quòd deus præcepti sui obseruatione placetur, trāsgressione offēdatur. Cap. 7. Gen. 2. Gen. 4. Gen. 5. Gen. 6. Gen. 15. Gen. 19.

Quare deus populum Iudaicum in Aegyptū induxerit, & tantū affligi permiserit. Cap. 8. Gen 46.

Occasio compatiēdi p̄ximo sumitur à proprio periculo.

re mandatis. Vt putas eum bonum fuisse agricolam, qui priusquā semen mittat, diu 193 terram aratris & rastris domat, ne quod illi traditurus est semen pereat: ita & deus M populum suum diu ante macerat & domat, quam ei salutarium mādatorum semen impartiat. Deniq; vt ob hanc causam hæc eum pertulisse euidentius clareat, ipsius domini intuemus mandata, dicentis, Aduenam non vexabitis nec tribulabitis, fuistis etenim & vos aduenæ in terra Aegypti: & iterum legimus, Deus magnus, qui nō accipit personam nec munera, faciens iudicium proselytis, & orphano, & viduæ date panem & vestimentum, diligite proselytū, quia & ipsi fuistis in terra Aegypti peregrini: & alibi dicit, Si autem messus fueris messem in agro tuo, & obliuiscēris manipulum, non reuertaris accipere illum, proselyto & orphano & viduæ erit, et benedicet te dominus in operibus manuū tuarum, & memor eris quia famulus eras in terra Aegypti, ideo precipio tibi verbum hoc. Vnde facile videtur atq; dignoscitur eū populum ob hanc causam cunctis afflictū fuisse miserijs, vt miseri altero suo doceretur exemplo: sicut scriptum est Docuisti.n. populum tuum per talia opera, quoniā oportet iustos esse & humanos. Qualem populū suum esse velit late, vt arbitror, patet, & quibus possit operibus promereri plurimis probatur exemplis. Sed ne ad manifestandam etus voluntatem parum videatur esse quod diximus, legis & prophetarum præcepta iungamus, & quid deo placeat semperq; placuerit, & quid crebrius fieri & obseruari præceperit, tam veteris quam nouæ legis testimonijs comprobemus. Diliges dominum deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Legis & Prophetarum precipuum hoc mandatum esse, domini & saluatoris nostri testimonio cōprobatur, dicentis, In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ. Quod rescindi non potest, nec mutari in duobus istis mādatis omne tam legis quam Prophetarum constare præceptum, & illum legem impleuisse qui hæc potuerit implere. Nihil 193 enim a te aliud in lege veteri quæritur, quam vt deum & proximum diligas. Et vere A ille legis & consummator & factor est, qui nec in deum, nec in proximum peccat. Sed quid deum, quid proximum sit diligere, præterire minime ac dissimulare conuenit. Deum diligit, qui suis in omnibus mādatis obtemperat. Deum diligit qui leges eius & præcepta custodit. Deum diligit, qui vt ille sanctus est, & ipse se sanctificat: sicut scriptum est, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dominus deus vester. Deum qui illud Prophetæ dicentis implet eloquium. Qui diligitis dominum, odite malum. Deum diligit, qui non alia quam cœlestia cogitat & diuina. Deus.n. non nisi sanctitatis, iustitiæ, & pietatis amator est. Et ille deum diligit, qui non aliud quam quod deus amare videtur operatur. Quid sit.n. deum diligere, domini saluatoris doctrina declarat, dicentis. Qui audit verba mea & facit ea, hic est qui diligit me. Si ergo ille deum diligit qui quicquid deus præcepit facit, qui non facit, ille non diligit, omnis vero qui non diligit, odit. Vnde clarum atq; manifestum est, ab eis deum odiri, qui sua mandata non seruant: de quibus per Prophetam dixisse puto. Nonne qui oderūt te domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Odit Propheta iustus peccatores & adulteros & iniustos, & dei mandata spernentes: sicut ipse Propheta alio in loco dicit, Vidi præuaricantes & tabescebam: & iterum, Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Vide ergo quam iusti, quam integri esse debeamus & sancti, quibus postquā male conuersa 193 ri licet, sed nec male conuersantes agnoscere. Hoc etiam beatus Apostolus euiden- B ter ostendit, quia nec panes cum peccatoribus frangi præcepit, dicens, Siquis frater cognominatur inter vos, & est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere quidem. Sanctum esse populum suum deus voluit, & ab omni contagione iniustitiæ & iniquitatis alienum: talem eum esse voluit, tam iustum, tam purum, tam immaculatum, tam simplicem, vt nihil quod in eo gentes redarguerent inuenirent, sed quod admirarentur, & dicerent, Beata gens cuius est dominus deus eius populus quem elegit in hæreditatem sibi. Tales conuenit esse dei cultores, & seruos, mansuetos, graues, prudentes, pios, irreprehensibiles, immaculatos, vt quisquis viderit eos stupeat & admiretur, & dicat, Hi homines sunt dij, quorum talis est conuersatio. Ita se homo dei exhi

Exo. 22. Deut. 10. Deu. 24. Sapi. 12. Deut. 6. Mat. 22. Ibidem. Quid sit deum diligere. Cap. 9. Leui. 19. Psal. 96. Ioan. 14. Psal. 138. Psal. 118. 1. Cor. 5. Psal. 32.

bere debet & agere, vt nemo sit qui eum videre non velit, qui eum non audire desideret, nemo eum cum viderit non dei esse filium credat, vt vere in eo propheticum illud impleatur, Fauces plenæ dulcedinis, & totus desiderabilis. Nam si talem exhibeat Christianus, si se talem exhibeat dei seruus, vt iis qui demoniis idolisq; deseruiunt conuersando fiat æqualis, incipiet deus per illum blasphemari, & dici, O Christianum, o dei seruum, cuius tam nequam conuersatio est, cuius tam mali actus, tã turpia opera, cuius vita tam impia, tam scelesta, tam luxuriosa, tam sordida, & erit illius prophetiæ reus. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes. Sed væ illis per quos nomen domini fuerit blasphematum. Deus enim a nobis nihil magis desiderat & requirit, quam vt per actus nostros nomen suum magnificetur ab omnibus, sicut scriptum est, Sacrificium laudis honorificauit me. Hoc est sacrificiũ quod deus super omnes hostias quærit, & diligit, vt per iustitiæ nostræ opera nomen suum vbique laudetur, & deus verus esse seruorum suorum actu & opere comprobetur. Ili vero deum diligunt, qui non aliud quam vnde nomen dei glorificetur excercent.

Esa. 52. Rom. 2.

Pſal. 49.

De proximi dilectione & Christianorum vita. Ca. 10. Tob. 4. Mat. 7.

Quomodo deus diligi debeat, vt potuimus breuiter diximus: nũc vero quid sit proximum tanquã seipsum diligere, vt possumus explicemus, quam ipsius causæ expositio alio loco breuiter differetur, cum dicitur, Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris: dominus quoq; & saluator noster, inquit, Omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis similiter. Nemo est. n. qui sibi malum optet ab aliquo fieri. Ille ergo proximum suũ tanquã seipsum diligit, qui ei nõ mali aliquid facit, quod nec sibi vult fieri, sed siquid boni prout ipse ab omnibus recipere optat & cõsequi, libenter impertitur: quia non solum hoc a Christiano quæritur, vt malo careat, sed vt exerceat bonum: qui etiam si nec quid mali nec boni fecerit, tamen ad æternæ vitæ præmium non admittitur, sed gehennæ ignibus mãcipatur: sicut in Euangelio dominus dixisse legimus de ijs qui mali faciunt nihil, nec boni tamen aliquid operantur, Discedite a me maledicti in ignẽ æternũ, quem præparauit pater meus diabelo & angelis eius. Esurijt, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi bibere: Hospes fui, & non suscepistis me: Nudus, & non vestistis me: Infirmus, & non visitastis me: In carcere, & non venistis ad me. Non quia malum gesserunt, sed quia bonum non fecerunt condemnantur. Ex hoc. n. quisq; prudens, & sapiens recognoscat, quam spem illi habere possunt qui versantur in malis, quando etiam illis vita negatur qui mali nihil fecerunt, nisi quia non aliquid gesserunt boni. Neque enim Deus hoc tantum quærit a nobis vt mali non simus, sed vt efficiamur boni, Ex malis enim operibus vocantur mali, ita econtrario ex bonis appellantur boni. Et duo sunt quibus boni seruire videntur & mali: bonus deus, cui omnes bene conuersantes deseruiunt: diabolus autem malus, cuius quisq; qui male operatur famulus est. Nõ enim a nobis hoc solum poscitur, vt non viuendo male serui esse diaboli desinamus, sed etiam vt viuendo bene deo seruire videamur. Nam quisq; qui nec malum videtur operari nec bonum, cuius seruus videatur esse quomodo a deo vitam poterit sperare perpetuam, quam benefaciendo non meruit? Nemo se inquam, sensu proprio decipiat & illud Nemo se vana extimatione seducat. Quisquis bonus nõ fuerit, vitam habet. Quisquis iustitiæ & misericordię opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus, clemens, gehennæ non euadet incendium. Deus malos non amat, non diligit peccatores. Quisquis malum fecerit, inimicus est dei. Quisquis sine dolo non fuerit, parrem non potest habere cum Christo. Nihil enim amplius est Christiano quærendum, nihil desiderandum magis, nihilque totis viribus enitendum, quam vt malitiam suo excludat ex corde, quam vt nequitiam intra pectoris sui conscientiam non admittat, quã vt bonitatẽ teneat, iustitiã seruet, puritatẽ mentis custodiat. Esto igitur innocens, si vis cũ deo viuere. Esto simplex si vis regnare cum Christo. Quid tibi prodest malitia quæ in mortem trahit, quid nequitia quæ prohibet regnare cum Christo, quæ se habentẽ exterminat, sicut scriptũ est, Aia. n. nequã disperdet eum qui se habet? Si vis tuere vis, audi Prophetam quid loquitur: si regnũ Christi diligis, audi quõ illud mereari adipisci. Quis est homo, inquit, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte a malo & fac

Mat. 25.

Ecclc. 6.

Pſal. 33.

bonum, inquire pacem & persequere eam. Huiusmodi homines deus honorat & diligit, qui malum nesciunt, qui mentiri non norunt, quorum labia dolum nõ loquuntur, in quibus non nisi bonitas esse videtur & puritas. Innocentia est quę nos commendat deo, simplicitas est quę nos regnare facit cum Christo. Quòd deus non nisi innocentes diligat, & sibi velit esse coniunctos, testimoniis plurimis declaratur, sicut in Psalmo scriptum est, Innocentes & recti adhęserunt mihi, & alibi dicitur. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniã sunt reliquiæ homini pacifico. Quantum innocentia homini præstet & conferat etiam si sero seruetur, prophetæ Dauid testimonio cõprobatur, qui cum grauiter ante peccasset, postea se iudicari non timuit, ex quo innocentiam nosse cœpit, sicut ipse dixit, Iudica me deus, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Sciebat ergo sibi iam non metuendum iudicium esse, quia innocentiam vel sero cognouerat. Et in alio loco dicit, Me autem propter innocentiam suscepisti. Suscepit postmodum propter innocentiam illum deus, quę propter malitiam ante repulerat. Innocentes non confundi coram deo posse manifestum est, cum dicitur, Quanto tempore innocentes custodiunt iustitiam, nõ confundentur. Nihil enim deo dignius, nihil charius esse potest, quam vt innocentia tota obseruatione teneatur. Licet quis in alijs operibus deuotus appareat, si illam non habuerit, nisi frustra blanditur de sua deuotione. Si illam Iudæis etiam sub veteri lege diligentibus, quoniam adhuc illis inimicum licebat odire, obseruare præceptum est, quid te nunc agere conuenit Christiane, quia inimicum tuum iuberis amare? Quando enim innocens non eris, vel cui poteris esse malus, quam inimicis præcipe ris esse bonus? Sed tu forsitan & proximum odis, cui nec extraneum odisse concedi tur: & fratrem persequeris, cui præcipitur amare inimicũ, & Christianum te esse credis, quia nec noui nec veteris testi precepta custodis? Sed ne sine causa te Christianum æstimes, & de solo tibi nomine blandiaris, qualem te esse oporteat, Apostolum audi dicentem, Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Ois sermo malus de ore vestro non procedat, sed siquis bonus ad ędificationem fidei vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctũ dei, in quo signati estis in die redẽptionis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia auferatur a vobis cum omni malitia. Estote autem benigni inuicem, misericordes, donantes inuicem, sicut in Christo deus donauit vobis. Estote autem imitatores dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Chs dilexit nos, & tradidit semet ipsum pro nobis oblatione & hostiam deo in odorem suauitatis. Impudicitia aũt & omnis immũditia & auaritia nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rẽ non pertinet, sed magis gratiarũ actio etiam scitote, q̃ omnis impudicus aut immũdus, aut auarus quod est idolorũ seruitus, non hęres erit in regno Christi dei. Ille se merito Christianum iudicet, qui hęc precepta custodit, qui sanctus, humilis & pudicus & iustus est, qui in misericordiæ & iustitię operibus operibus conuersatur. Num tu illum Christianum putas, in quo nullus Christianitatis actus est, in quo nulla conuersatio iustitię est sed nequitię, impietatis & sceleris? An illum Christianum putas, qui opprimit miserum qui pauperem grauat, & res aliens concupiscit, qui se vt diuitem faciat plures efficit indigentes, lucris gaudet iniustis, qui de alienis laboribus † cibum capit, qui miserorum ditatur interitu, cuius os assidue violatur mendacio, cuius labia non nisi in digna & obscœna & scœlesta loquuntur & turpia, cui cum iubeatur distribuere sua, inuadit aliena? Et talis ad Ecclesiam audenter accedit, & temere & importune expandit in cœlũ impias manus, illicito raptu & innocentium cruore violatas, & ore illo luto atque sacrilego, quo fuerat pauloãte, aut falsa locutus aut turpia, preces ad deũ, quasi sibi nihil conscius mali, fundit. Quid agis impudẽs & miser: Quid te maiorum onere gratias? Quid Deo præter contemptum iniurias irrigas? Quid ad prouocandum celerius eius iram in testimonium pœnæ tuæ sceleratas ad Deum porrigis manus, ad quas ille non respicit qui non nisi sanctas & immaculatas sibi manus iussit offerri? Quid ore illo Deum rogas, quo pauloante locutus es male, cuius quamuis multiplicentur preces, abominatur, sicut scriptum est, Cum ex-

Pſal. 34.

Pſal. 36.

Pſal. 25.

Pſal. 40.

Deut. 23.

Mat. 3.

Ephe. 4.

Ephe. 5.

Quorum preces dẽ non exaudiat. Cap. 9.

† alias lacrymis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenderitis manus vestras, auertam faciem meam a vobis, & si multiplicaueritis preces, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi
194 estote, auferte nequitias ab animis vestris. Bene ergo ille sibi conscius esse debet
L & certus, & suæ inocentiæ fidus, qui ad deum manus extendit & porrigit inno-
xias, cum Apostolis dicit, Volo autem viros orare in omni loco, leuantes manus
1. Tim. 2. sanctas. Ille enim merito ad deum extollit manus: ille preces bonæ conscientiæ fundit, qui potest dicere, Tu nosti domine, q̃ sanctæ, q̃ innocentes, q̃ purę sunt ab omni fraude, & iniuria & rapina quas ad te expando manus, quàm immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi vt mihi miserearis, preces fundo. Talis enim cito meretur audiri & antequam penitus preces fundat, potest impetrare quod postulat. Scio enim esse quos ita nequitiæ & auaritiæ profunda caligo cęcauit, vt cum illis prospere cesserit q̃ aut pauperem per potentiam vinxerint, aut innocentum testimoniis falsis obruerint, aut furtum fecerint per rapinam, deo gratias agant, quo opitulante talia se perpetrasse credunt, & tam iniquum deum
De iniustis eleemosynis. iudicent, vt putent eum scelerum suorum fuisse participem. Stulti & miseri vsque adeo suis iniquitatibus obcæcati, vt non intelligant deo non posse placere quod
Cap. 12. prohibet, & quia vnum crimen satis non sit, nisi adhuc male sentiendo de deo adiciatur & aliud. Alij vero in hoc se iustificari æstimant, q̃ de substantia pauperum exiguam eleemosinam faciant, & de eo quod plurimis abstulerunt, vni quid-
194 dam minimum largiuntur. Cibatur vnus vnde plures esuriunt, & de multorum M
spoliis vix pauci teguntur. Non talẽ eleemosynam deus quærit, nec vult pietatem vni de alterius crudelitate præstari. Melius est enim te non facere eleemosynam, quàm vnde paucos tegis inde plurimos denudare: & vt vnum vestias, plurimos spoliare vestitos. Illam elemosynam deus comprobat quæ de iustis laboribus mi-
Prouer. 3. stratur, sicut scriptum est, Honora deum de tuis iustis laboribus, & de libamine tuę iustitię fructibus. Nam illam abominatur eleemosynam & reprobat, quæ de lacrymis præstatur alienis. Quid enim prodest si te benedicat vnus vnde plures maledicunt, vel quid confert tibi eleemosyna quę de substantia præstatur alterius? Reuera tenendum non est, q̃ deus non habeat vnde pauperes suos pascat, nisi tu aliena diripias. Alios autem noui quos ita insipientiæ & imprudentię tenebro-
Q̃ sine iustitię operibus fides nó ꝓfit. sa caligo & ignorantia fallit & decepit, vt fidem quam se habere simulant sine iustitiæ operibus apud deum sibi censeant profuturam, & hoc erroris genere decepti, sine metu crimina nefanda commitunt, dum credunt deum non criminum,
Ca. 23. sed perfidie tantum vltorem Et huiusmodi non solum seipsos periisse contenti sunt,
194 sed etiam alios, in quibus nullum diuinæ scientiæ lumẽ est, suis nituntur laqueis im-
A
Mat. 15. plicare. Et impletur in illis saluatoris nostri scientia dicenti, Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Nam si nullum crimen, sed sola perfidia condemnatur, ergo securi peccamus & liberi, & sine causa dedit deus mandata iustitiæ, si-
sola sine iustitiæ operibus fides prodest. Vnde hic tam impius, tam sceleſtus, tam perfidus ignorantiæ error obrepserit, scire non possumus, ni forte ex illis qui hoc
Hier. 23. exemplo in lege veteri populum seducebant, & secum simul æternæ morti & perpetuo tradebant interitui, de quibus scriptum est. Nolitæ audire sermones prophetarum qui prophetant vobis, quoniam vani sunt ipsi, & visiones á corde suo loquuntur, & non ab ore domini, Dicunt enim his qui repulerunt verba domini, Pax erit vobis & omnibus qui vadunt in volũtatibus suis. Omnis qui vadit in errore cordis sui dicunt, non venient super te mala. Multa quidem nobis imò totius legis testimonia aderant, quibus tam perniciosum destruere errorem ac sepelire poteramus,
Gene. 2. sed ne legentem diutius fatigemus, sufficiant pauca de pluribus, Respondeat ille
Gen. 3. mihi cuius talis est sensus, Adam a deo factus est homo primus statim in principio
Gen. 4. mundi, perfidiæ an peccati causa damnatus est? In quo nihil fuisse incredulitatis
194 inuenio ꝓter solam inobedientiam, cuius causa ille damnatus est, & omnes suo
B
damnantur exemplo. Cain quoque non perfidiæ causa, sed quia fratrem intereme-
rat condennatus est. Quid plura? vniuersus hic mundus vt diluuio interiret, non perfidiæ causa lego factum fuisse, sed criminum. Sodoma & Gomora, vt repentino cremarentur incendio, nullam causam incredulitatis inuenio nisi peccatorum &

rum & scelerum, quod scriptura euidenter demonstrat, & dicit, Homines Sodomi-
195 te mali & peccatores erant in conspectu dei valde. Populus ille Iudaicus vt tam fre-
C quenter inrerire videretur & corripi, nonne peccatorum causa præstabat? Sed dicet aliquis, Veteris legis testimonia tantum non accipio, nisi mihi & noui testamenti exempla protuleris. Accipe Saphiram & Ananiam, quos apostolica sententia nõ per Acto. 5.
fidiæ crimine, sed furti & mendacij causa damnauit? forsitan dicturus es mihi, Quid Rom 3.
enim Apostolus dicit, Arbitramur enim iustificari hoiem per fidem sine operibus legis? Ipsum qui. h. d. lego hominem absentem etiam cõdemnasse, quia vxorem patris 1. Cor. 5.
acceperit. Intelligenda est scriptura quæ scientibus conuenire videtur in omnibus, & non nisi solis, a quibus minime intelligitur discrepare. Iustificari hominẽ, inquit Apostolus per fidem, sine operibus legis dicit, sed non sine illis operibus, de quibus Rom. 3.
alterum Apostolum audio dicentem, Fides sine operibus mortua est. Paulus enim Iacob. 2.
Apostolus de operibus legis locutus est, hoc est de circũcisione carnali, & neomenia, & sabbato & huiusmodi cæteris, quæ lex fieri ante præceperat, & iam Christi tempore non erat necessaria. Iste vero Iacobus de operibus iustitię loquitur, quæ qui non fecerit vere mortuus est, quãuis se simulet esse fidelem. Sed dicet aliquis illud Apostoli dicentis, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Stulte Rom. 10.
195 hoc baptisma impletur in tempore, quo vt baptizetur quis, sola confessio desidera-
D tur, & fides. Nam quid tibi ipsius baptismi lauacrum prodest, si sola sine iustitia fides quæritur? Baptisino. n. peccata ablui fides omnium tenet, Si deinceps peccandũ est, quid abluisse prodest? Audi quid dicat dominus homini semel sanato, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne tibi quid deterius eueniat, Hoc & beatus Petrus Apostolus manifestissime docet, ei deterius aliquid qui post agnitam viam iustitiæ peccauerit euenire, cum dicit, Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini nostri saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt 2 Pe. 2.
eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim esset illis, viam non cognoscere iusti-
tiæ, quam post cognitam retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est a sancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad vomitum suũ, Heb. 6.
& sus lota in volutabro luti. Hoc & beatus Paulus Apostolus testatur & loquitur hominem post baptismi sanctificationẽ pristino errore peccantem non sine ingenti penitentia conseruari, dicens, Impossibile est enim eos qui postquam semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes sunt facti spiritussancti, gustauerunt nihilominus bonũ dei verbũ, virdẽtes q̃ seculi venturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad penitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei & ostenti habentes. Quendã etiã ad saluatorẽ accessisse, & quid faciendo vitam æternã perciperet interogasse Euangelista testatur, cui ita a domino responsum est, Si vis vitam Mat. 29.
195 habere, serua mandata, Non dixit, serua tantum fidem. Nam si sola fides quæritur, su-
E perflue iubentur mandata seruari. Sed absit vt ego deum meum aliquid dicam præcepisse superfluũ. Sed dicunt hoc illi qui peccando iam filii perditionis effecti sunt, & in hoc tantum solatium se debere credunt, si alios secum potuerint morti perpetuæ mãcipare. Nã si deus peccatorẽnon punit, vbi est illud propheticũ, Si iustus vix Prou. 11.
saluus erit, peccator & impius vbi parebunt? Et alibi, Quia peccatores peribunt. Et 1. Pet. 4.
iterum, Deficient peccatores a terra, & iniqui ita vt non sint. Et iterum, Sicut deficit Psal. 103.
fumus, ita deficiant, sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Psal. 67.
Nullum hic tantum incredulum & infidelẽ, sed peccatores audio condemnari. Et saluatorem nostrũ quodam loco dixisse lego, Non omnes qui dicunt mihi domine do- Mat. 7.
mine, intrabunt in regnũ celorum, sed qui faciunt voluntatem patris mei qui in cœlis est. Vtiq; isti Christum credebant, qui eũ etiã dñm nuncupant. Nec idcirco illis cœlestis regni ianua panditur, quia illum ore quẽ factis abnegant confitentur. Negari autem deũ factis non minus quã verbis Apostolus dixit, Deũ confitentur se nosse ad Tit. 1.
factis aũt negant. Et dñs in Euãgelio, Multi mihi dicent in illa die, Domine domine nonne in noie tuo eiecimus demonia, & in noie tuo virtutes multas fecimus? Et di- Mat. 7.
195 cam illis, Nunquam vos cognoui. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.
F Vsque adeo isti credisse dicuntur, vt in nomine domini virtutes etiam operentur, nec tamen eis proderit fides, quia iustitiæ operæ non fecerunt. Itaque si sola fides

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodest, cur illi cum angelis satanæ in perpetuum gehennæ ignibus mancipan-
tur, qui non perfidiæ causa, sed quia boni, nihil fecerunt, iudicantur, sicut
Mat. 25. scriptum est, Et dicet eis rex qui ad sinistram sunt, Discedite à me maligni in gehen-
nam æternam, quam parauit pater meus diabolo & angelis eius. Esurui, & non dedi-
stis mihi manducare, &c. Non dixit vtique, quia non credidistis mihi. Vnde intelligi
datur, datur, non eos incredulitatis causa, sed propter bonorum operum sterilitatem
Quis sit verus christianus. Cap. 14. esse damnandos. Nemo igitur alterum decipiat: nemo seducat, nisi qui iustus fuerit
vitam non habebit: nisi quis in omnibus Christi mandata seruauerit, partem non
potest habere cum Christo: nisi quis terrena despexerit, diuina non capiet: nisi huma-
na contempserit, non potest habere cœlestia. Nec quisquam se Christianum iudicet,
nisi qui Christi & doctrinam sequitur, & imitatur exemplum. Sed tu Christianum il-
lum putas, cuius nunquam pane vllus saturatur esuriens, cuius potu nullius sitis
extinguitur, cuius mensam nemo pauper cognoscit, sub cuius tecto nec aduena nec
peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur vestimentis, cuius pauper
nullus fouetur auxilio, cuius bonum nemo sentit, cuius misericordiam nemo cogno
scit, qui in nullo imitatur bonos, sed deridet potius subsannat, & pauperes persequi
non cessat. Absit vt huiusmodi Christianus dicatur, absit vt dei filius possit ap-
pellari qui talis est. Christianus ille est, qui viam Christi sequitur, qui Christum
1. Ioan. 2. in omnibus imitatur: sicut scriptum est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut
ille ambulauit & ipse ambulare. Christianus ille est, qui misericordiam facit, qui
omnino mouetur iniuria, qui opprimi pauperem se presente non patitur, qui miseris
subuenit, qui indigentibus succurrit, qui cum mœrentibus mœret, qui dolorem al-
terius sicut proprium sentit, qui ad fletum fletibus alienis prouocatur, cuius omni-
bus communis est domus, cuius ianua nemini clauditur, cuius mensam pauper nul-
lus ignorat, cuius donum panis cunctis offertur, cuius bonum omnes norunt, à quo
nemo sentit iniuriam, qui deo die noctuq; deseruit, qui eius præcepta indesinenter
meditatur & cogitat, qui pauper mundo efficitur, vt deo locuples fiat, qui inter ho-
mines habetur inglorius, vt coram deo & angelis eius gloriosus appareat, qui in cor
de suo nihil videtur habere simulatum, vel fictum, cuius simplex & immaculata est
anima, cuius conscientia fidelis & pura est, cuius tota mens in deo est, cuius omnis
spes in Christo est, qui cœlestia potius quàm terrena desiderat, qui humana sper-
nit vt possit habere diuina. Nam his qui hoc seculum diligunt, & qui in præsenti
Iaco. 4. Quales se viduę exhibere debeant: & de triplici genere viduarum. Cap. 15. 1. Tim. 5. tempore gloriantur & complacent: audi quid dicitur, Nescitis quia amicitia huius
mundi inimica est deo. Et quicunq; voluerit fieri amicus huius seculi, inimicus dei
constituetur. Hic tibi soror dilectissima quid Christianum agere conueniat, pro-
ut potui explicui. Si ergo omnes generaliter qui Christiani nuncupantur, esse ta-
les oportet, nunc tuę prudentiæ est æstimare, qualem tu te viduam debeas exhibere,
quam cunctis bene conuersantibus esse oportet exemplum. Tria autem esse viduа-
rum genera non ignorare te credo. Vnum quod perfectissimum est, cœlestiq; præ-
mio destinatum, quod ritu illius de Euangelio viduæ de orationibus & ieiuniis die
noctuq; deseruit. Aliud vero quod filiorum curam habere dicitur & domus, non
tamen tanto præmio dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem
genus est in epulis & delitijs, æternæ morti seruatur & pœnę, sicut scriptum est, Vi-
duas honora quæ veræ viduæ. Istæ sunt primæ, quæ dicuntur & veræ, & quę iu-
bentur à tanto sacerdote, hoc est à Timotheo honorari. Secundę sunt illæ, qui-
bus iam non iubetur exhiberi honor, nec tamen uita negatur, de quibus di-
citur, Quæ autem filios habent aut nepotes, discant primum domum suam pie
tractare, & parem reddere parentibus vicē. Illæ vero tertiæ sunt, de quibus scriptum
est, Vidua autem quæ in delitiis est, viuens mortua est. Vnde intelligi datur
non omnes viduas esse æquales, nec eas deo placere, quæ corpore tantum viduæ vi-
dentur esse, non opere. Qualis autem Christi vidua debet esse, Apostolus dicit,
Quę verè vidua est, sperat in domino, & instat orationibus die ac nocte. Nec illud
te preterire volo, q̃ quando veras viduas Apostolus nominat, esse demonstrat & fal-
sas, hoc est, actu, mente, conuersatione & corpore. Et alibi viduę verę & electę actum
conuersationemq; describit idem Apostolus dicens, Vidua eligatur quæ fuerit vnius

viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, Si filios educauerit: & subintelli-
gitur deo: si hospitem recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus
ministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Hanc esse veram viduam iudicauit,
195 L cuius talia sunt opera. Illa vero quomodo se Christi viduam dicit esse, quę nihil tale
aliquando operata est? Sed sunt aliquæ viduæ diuites, nobiles & potentes, quibus
forsitan videtur indignum, vt aut filios deo, & non seculo educent, aut hospitio re-
cipiant aduenam, aut sanctorum pedes laboriosos, lutulentos & horridos delicatis &
nitidis manibus tangant. Sed nec dignæ erunt tales in futuro tempore sanctorum
esse consortes, quos ita hic spreuerunt: nec partem habere poterunt cum Christo,
quem susc ipere noluerunt, & cuius plantas suis contrectare manibus horruerunt, Luc. 10.
quia Christum spernit quicunque eius famulos spernit, sicut ipse dicit, Qui vos sper- Luc. 7.
uit, me spernit. Mariæ lacrymæ, vnde Christi lauarentur pedes abundarunt: nostri
autem temporis fœminis aut viduis, peregrinorum vnde pedes lauentur ipsa aqua
deficit. Tu ergo sanctissima & prudentissima fœmina, ne velis imitari huiusmodi,
quæ cum audenter malefecerint, benefacere erubescunt: & confunduntur iuste vi-
uere, quæ non sunt peccare confusæ: & quæ se morti vltrò obtulerunt, nec inuitatæ
reuertuntur ad vitam: quæ hominū magis risus & subsannationes & fabulas quàm
dei iudicium pertimescunt & quibus charius est miseris hominibus placere quàm
deo. Sed esto talis, qualem te dominus esse præcepit, qualem Apostolus iubet exhi-
beri Christo viduam. Esto sancta, humilis & quieta, misericordiæ & iustitiæ opera
195 M indesinenter semper exerce. Et quisq; te in opprobrium habeat quisq; te subsannet
& irrideat, tu tantum deo placeas, & quæ Christi sunt geras. Ante omnia incessabili
ter domini meditare mandata, orationibus & psalmis instanter incumbe, vt si posi-
bile est, nemo te aliquando nisi aut legentem inueniat aut orantem. Et cum fueris
talis, nostri memento, qui te tantum diligimus, vt quod præsentes præstare non pos-
sumus, conferamus absentes.

Finis.

DE ASSVMPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS LIBER.

195 A

AD interrogata de virginis & matris domini resolutione tempora
li, & assumptione perenni, quid intelligam responsurus, te deus
omnipotens pater voto supplici exoro, vt qui mandas nubibus
& pluunt imbres, qui tangis montes & fumigant, qui aperis ter-
ram & geminat, quid dicam iubeas, quid proferam prębeas, ad
quid sermonem dirigem aperias. Venerabile est enim mihi do-
mine, & præcordijs meis reuerēdissimū, de matre filij tui loqui,
& de sanctissimo corpore eius linguam sermonibus occupare, quę sola meruit deum
& hominem paritura suscipere, facta thronus dei & aula regis æterni, secundū nos
195 B docuisti per sanctos tuos Patriarchas Prophetas & Apostolos, figuris & sermonibus
quibus credimus & certi sumus, quia nunquam fefelliſti, qui nec fallere nec falli no
uisti, ostendens filium tuum coæternum tibi & consubstantialem incarnandum, &
incarnatum per virginis vterum, de qua carnem assumpsit qui corporalia cuncta te-
cum creauit author, administrator & deus, ab homine factus est homo, ab eo naturā

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumẽs,non originem,sanctificante spiritusancto tuo in ea vterum humanũ & purificante atque mundante ad conceptionem filii tui, cuius dignitatis & gratię effectum nec cor concipere,nec lingua valet exprimere. Non enim talis conceptus, talisq; partus,nisi deum decuerat,qui venerat redimere quos voluit creare profecto 196 C
potestate,redimere humilitate:humilitatis naturam sumens sanctam de sanctificato corpore, & immaculatam de immaculato. Ineffabilem n. sanctificationis gratiam quam concipiendus præbuit,conceptus & natus non abstulit. Quę quãtum in corpore valuerit virginis, illi soli notissimum est, qui de eius natura naturam susceptit quam condidit: Per quem te quæso domine,quia per illum bona cuncta tribuis,quæ vt tribuas eligis,vt me inoffense de tanta sanctitate loqui tribuas. Et si non totum
Descriptu rarũ veritate,& differẽti modo exppnẽdi eas. Cap.1. Ioan.19. vt est,quod impossibile omni linguæ humanæ est,tamen ipsum ex parte quod est,dicatur vt est. Sonet ergo præciosissimum sui preciositate,sanctissimum certa sanctitate,inæstimabilisimum fidelissima veritate. Quæ quia humanam rationem excedunt,spiritus tuus assit,qui suo sacro spiramine inducat nos in omnem dicendorum veritatem. Et quia de eius corpore & anima loquendum est, quod ipse præter naturalem vsum sanctificauit & gratiam contulit, nõ aliena nos dicere patiatur,sed propria ad laudem & gloriam tuam deus omnipotens pater, & ad honorem filij tui g 196
Acto.1. virginem nati,& eiusdem spiritussancti dei & domini nostri, cum quo est tibi regnũ D
& imperium in omnia secula seculorum,Amen. Quia profundissimę & sua dignitate altissimę sum responsurus quæstioni,lectorem meum obsecro,vt pro me deprecetur,& si quæ a me pleniter dicta cognouerit,donis dei gratus exist at:sin autem minus,nostræ compatiatur humilitati,quia licet minus valeamus, vera tamen procul dubio volumus. De sanctissimo igitur corpore perpetuæ virginis Marię, eiusq; sanctæ animæ assumptione quantum dominus donauerit loqui suscipientes, hoc primum dicimus,quod in diuinis scripturis,postquam dominus in cruce matrem discipulo commendauit,vt castitas castis tueretur obsequijs, nihil de ea reperitur præter id quod Lucas commemorat in Actibus apostolorum,commemoratis eisdẽ apostolis nominatim dicens,Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cũ
Matt.1. mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Hoc dicimus,quia tanto quæ magna existunt cautius tractanda sunt,quanto specialibus authoritatum testimonijs non possunt ad liquidum roborari. Sed quia quædam scriptura sancta veris indagationum studijs quærenda reliquit,quæ non sunt superflua æstimanda dum vera indagatione fuerint patefacta. Fœcunda est enim veritatis authoritas:& dum diligen 196 E
ter discutitur,de se gignere quod ipsa est cognoscitur. Sæpe enim discussa verã conIob.10. uenientiam parit.quã manifestis sermonibus abscondit, & sæpe apertis sermonibus
Psal. 118. insinuat,in quibus nihil pręter id quod sonat quærendum inuitat: ut est illud,quòd
De veritate extra Biblia contẽtorũ.Ca.2. Abraham genuit Isaac,Isaac genuit Iacob,Iacob genuit Iudam & fratres eius,& cætera talia in quibus sola tenenda est litera: quædam autem sic commendat,vt pariter literam & mysticum intellectum insinuet,vt iã tranfitu maris rubri,manna cœlesti, & tabernaculo dei,atq; arca testamenti,vbi futurorum figura, baptismi.s. Christi & Ecclesiæ ostensa est prærogatiua. Quædam tantum mystice,vt cum deum dicit insufflasse in faciem Adæ spiraculum vitæ,qui tamen os ad spirandum non habet,nec manus ad operandum,licet dicat Propheta, Mauus tuæ dne fecerunt me & plasmauerunt: me. Sunt & quędam quæ quanuis commemorari ex toto omissa sint,vera tamen ratione credũtur,atque ipsa conuenientia rei quodammodo, quemadmodum lux & præuia creditur. Nihil enim de Melchisedech sacerdotis dei excelsi iustitia loquitur, cum ipsa præcesisse tantæ laudis merita cognoscatur. Nihil de Heliæ & Enoch postquam rapti sunt,vitę fœlicitate commendat, cunctis liquidè scientib' 196
eos beatè viuere,quos dominus hinc in futurum saluandos voluit rapere. Quid ergo de Mariæ morte,quid de eius assumptione dicendum est, vnde diuina scriptura F
nihil commemorat,nisi quærendum ratione quod cõueniat veritati? Fiatq; ipsa veritas authoritas,sine qua nec est,nec valet authoritas. Memores enim conditionis humanę mortem illam subiisse temporalem dicere non metuimus, quam idem certe
Qđ Adæ eius filius,qui & deus & homo est,lege sortis humanę sustinuit,& hoc,quia homo de eius susceptus & profusus est vtero. Sed si dicimus eam mortis teneri vinculis, &
resolutã

resolutam in communem putredinem,vermes ac cinerem: deliberandum est si hoc maledicto
conueniat tantę sanctitati,tantæ aulæ dei prærogatiuæ. Scimus enim dictum pri- Xps non
F mo parenti, Quia puluis es,& in puluerem ibis. Quod si de morte dicitur,generalis subiacue-
196 lis est sententia:si de resolutione in puluerem, hanc conditionem Christi caro euasit. rit. Cap.3.
sit,de carne Marię sumpta,quæ corruptionem non sustinuit. De hac enim scriptum Gen.3.
est per Prophetam dicentem, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, Psal.15.
nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. De quo autem sancto dictũ sit, ar- Luc.1.
changelus prodidit,qui ad Mariam ait,Et quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius dei. Et vere sanctum sanctorum,vnde & illa sancta sanctorum dicuntur quę illa seruabant,quibus ille figurabatur qui veraciter solus sanctussanctorũ dicitur. Hic enim est de quo idem archangelus Gabriel Danieli loquitur inter cętera quæ futura ostendit dicens,Et impleatur visio & prophetia,& vngatur sanctussanctorum. Hic
enim sanctus corruptionem non vidit qui tertia die cum triumpho de inferis rediẽs Danie. 9.
resurrexit. Caro eius quę de Maria sumpta est,& si mortua est ex infirmitate, reuixit
ex dei virtute. Sed hoc ille qui quando voluit mori, quando voluit resurgere potuit. 1. Cor.13.
Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sumpta natura. Quod si non Mariæ congruit, congruit tamen filio quem genuit Iesu. Vocabulum Iesu glorioſum,
omni ornatu cultuq; dignissimum, nomen quod est super omne nomen,non decuit Qđ Mariæ
196 ab hominibus appellari,neque ab eis efferri in mundum, sed ab excellentiori quadã fœminarũ
G melioriq; natura. Post hæc quæ Adæ dicta sunt,de quibus excipitur Mariæ filiæ, maledictio
contuenda sunt quæ etiam Euæ dicta sunt,si cunctis fœminis sint generalia,& si in nõ tetige-
aliquo excipiatur Maria. Scriptum quippe est, Mulieri quoque dixit deus, Multipli rit. Cap. 4.
cabo ærumnas tuas & cõceptus tuos,in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, Gen.3.
& ipse dominabitur tui. Aerumnam Maria sustinuit, cuius animam gladius passionis Christi pertransiuit. Sed conceptus non multiplicauit,nec sub viri,id est,mari- Luc.2.
ti potestate deguit,quæ integerrimis visceribus de spiritusancto Christum susceptit,
& virginitatis integritate manente virgo permansit. Quẽ quia sine peccati colluuione,& sine virilis admixtionis detrimento susceptit,sine dolore genuit, & sine integritatis violatione pudore virginitatis integra permansit. Hoc enim potuit efficere de matræ,quia sic deus elegit nasci de homine. Maria ergo & si communicat ærumnis Euę, non communicat parturiendo cum dolore. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius & singularis gratia,qua susceptione dei singulariter existimandã est dignа. Non immerito ergo excipitur a quibusdam generalibus vera ęstimatione, quã
tanta seruat gratia & attollit dignitatis progatiua. Quantũ enim Christi potestas
196 possit,mundi estendit vniuersitas: quantum gratia,Mariæ monstrat integritas: quæ
H sicut diuersa est a natura,ita diuersa est ab vsu. Quid ergo si in tanta diuersitate eã
dicimus humanę sortis mortem subiisse,nec tamen eius vinculis retineri, per quam
deus voluit nasci,& carnis substantiæ communicare,nunquid impium erit? Scimus
enim Iesum omnia posse,qui de seipso ait,Data est mihi omnis potestas in cœlo & in Mat.28.
terra. Si ergo voluit integrum Mariæ virginitatis seruare pudorem, cur non velit Matrem
incorruptam a putredinis seruare fœtore? Dicat ergo qui cognouit sensum domini, Christus
& qui consiliarius eius fuit: nunquid non pertinet ad benignitatem domini, matris honorauit
seruare honorem, qui legem non soluere venerat sed adimplere? Lex enim sicut ho- Cap.5.
norem matris pcipit,ita inhonorationem damnat. Qui enim in vita præ cæteris il- Matt.5.
lam gratia sui conceptus honorauit,pium est credere singulari saluatione eã in morte & speciali gratia honorasse. Potuit enim eam a putredine & puluere alienam facere,qui ex ea nascens potuit relinquere. Putredo nanque & vermis humanæ est opprobrium conditionis,a quo opprobrio cum Iesus sit alienus,natura Mariæ excipitur,quam Iesus de ea susceptisse probatur. Caro enim Iesu caro est Mariæ, & multo specialius quàm Ioseph Iudæ cæterorumq; fratrũ eius quibus dicebat, Frater enim
& caro nostra est. Caro enim Christi quãuis gloria resurrectionis fuerit magnifica Gene.37.
ta,& potenter super omnes cœlos ascensione glorificata,eadem tamen carnis mansit
188 & manet natura,quæ susceptа est de Maria. Ipse enim est qui conceptus,genitus,atq;
I a mortuis suscitatus est per gloriam patris, sicut profecto ipse testatur post resurrectionem,quando Apostolus dicit, Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse Luc.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum. Quid enim est, ego ipse sum? nisi quia alter non sum quã qui tunc eram quãdo
passus sum. Et hoc siquidem cognoscere potestis, qui in manibus & pedibus meis 187
clauorum signa clare videtis. Ipse ergo idemq; cœlos ascendit, & carnem quam de
matre susceptit super astra transuexit, honorans omnem humanam naturam, sed B
multo magis maternam. Si igitur natura matris est filius, conueniens est vt sit & fi-
lij mater, non quantum pertinet ad æquam administrationem, sed quantum perti-
net ad eandem recip rocam substantiam, vt homo de homine, caro de carne, mater a
Cap. 1. filio, filius a matre, non ad vnitatem personæ, sed ad vnitatem corporalis naturæ &
substantiæ. Si enim vnitatem potest facere gratia sine proprietate specialis naturæ,
quanto magis vbi gratiæ vnitas & corporis est specialis natiuitas. Vnitas nanque
Ioan. 17. gratiæ est, vt discipulorum in Christo, de quibus ipse dixit, Pater sancte, serua eos in
nomine tuo: quos dedisti mihi, volo vt sint vnum sicut & nos. Et iterum de omni-
bus iustis, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per ver-
bum eorum in me, ut omnes vnum sint sicut & tu pater in me: & ego in te: hoc est,
ut ipsi sint per gratiam quod nos sumus per diuinitatem. Hæc quippe gratiæ vni-
tas, quę cunctis in Christum credentibus seruatur, si Mariæ etiam minus sapienti
æstimatione non tollitur, quanto magis cum gratię vnitate ipsa specialitas naturæ
vnum efficit matrem & filium, & filium & matrem. Videndum est etiam quid de hu
quos secum per gratiam vnũ esse voluit consequenter adiunxit. Ait enim Pater, quos 187
dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem quam de- L
disti mihi. O magnam & inæstimabilem bonitatem dei, qui habere secum suos in
gloria vult, vt sua claritate fruantur, qui hic sua fide iuncti, vnum cum eo esse digni
Cap. 6. iudicantur. Si igitur eos secum habere vult, & hoc potest qui omnia potest, quid
estimandum est de matre vbi digna sit haberi, nisi in præsentia filij? Quantum igi
tur contueor, quantum intelligo, quantũ credo, Mariæ anima claritate fruitur Chri-
sti, & glorioſis conspectibus eum semper videre sitiens, & semper conspiciens, dum
inæstimabiliter pascitur, excellentiori quadam specialiq; prærogatiua a filio honora
tur, posidens in Christo corpus suum quod genuit, clarificatum, in dextera patris, &
si non suum per quod genuit, tamen suum quod genuit. Et quare non suum per
quod genuit? Si enim non obuiauerit, necdum perspecta authoritas, vere credo, &
per quod genuit, quia tanta sanctificatio dignior cœlo est quã terra, quoniam thro-
num dei, thalamum domini, domum atque tabernaculum Christi dignũ est ibi esse
vbi ipse est. Tam preciosum enim thesaurum dignius est cœlo seruari quàm terra. 187
Tantam integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis aliqua resolutio se- M
quitur. Istud ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & diui
nam naturam humanę vniuit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat,
vt verbum caro, hoc est, deus homo fieret, escam vermibus traditum, in cõmuni sor-
de putredinis & futurum de vermibus puluerem, quia sentire non valeo, dicere per-
timesco. De quo si nihil altius sentirem quàm de proprio, nihil dicerem nisi quem-
admodum de proprio. Quod absque vlla ambiguitate soluendum est in mortem,
post mortem est futurum putredo, post putredinem vermis, post vermem, vt dignũ
Cap. 7. est abiectissimus puluis. Quod de Maria credendum non videtur, nec æstimabile,
Ioan. 12. quia æstimationem procul pellit incomparabilis gratiæ munus. Quod me dicere
multarum consideratio rerum inuitat:, quarum & quædam illa est, quam suis alibi
ministris ipsa veritas ait, Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, ibi & mi-
nister meus erit. Si enim hæc est generalis sententia omnium per fidem & bonam
operationem Christo ministrantium, quanto magis quodammodo & specialius est
Mariæ: Mariam nanque operis exhibitione & fidei rigiditissima veritate ministrã Chri
sti fuisse omnis qui sane sapit intelligit. Absque dubio enim omni operi ministra-
trix extitit, quæ hunc in vtero gesit, partuq; profusum aluit & fouit, atque vt Euan-
Luc. 1. gelium ait, in præsepio reclinauit, & a facie Herodis in Aegyptum fugiens absco- 187
Matt. 2. dit, & omnem infantiam eius pro matris affectu ita prosecuta est, vt vsque ad crucé, A
in qua filium iam virum perfectum vidit pendentem, ab eius iudubitanter ministe-
rio non recesserit, consecuta eum non solum gressibus pedum tanquam pro reueren
tia dei, verumetiam imitationis affectu Maria ergo ministratrix Christi spiritalium

operum qualitatibus sicut deuotissima extitit, ita absq; dubio religionis fide, id est,
187 uere credulitatis charitate secutrix fuit. Non enim potuit nisi diuinitatis eius esse
B credula, quæ se nouerat hunc non virili semine secundum ordinem naturæ, sed diui-
no spiramine nunciante archangelo concepisse, uidens semper famulantium angelo-
rum ei adesse frequentiam vt concepto & nato, quando videlicet facta est cum ange-
lo multitudo cœlestis excercitus clamantium & dicentium, Cloria in altissimis deo,
& in terra pax hominibus bonæ voluntatis: & in Aegyptum fugituro, atq; inde ite-
rum redituro, quibus liquido cognoscere potuit, quia talia obsequia non nisi deum
decuerant. Vnde & stellę demonstratio, & Magorum de longinquis partibus inspi-
rata adductio, quàm maxime illi extitit indicium veritatis. Similiter Simeonis at-
que Annæ prophetali dignitate insolitus cæteris & huic specialis occursus. Quæ
omnia profecto Maria conseruans, his cunctis altius ad fidem roborata, pio corde cõ
ferebat in tantum, vt omnino non nutabunda, sed certa de filij potestate, tanquam
de dei vera virtute, deficiente in nuptijs vino dixerit, Vinum non habent, sciens pla-
nè hoc illum potuisse, quod eum mox contigit diuino miraculo compleuisse. Ecce igi
tur Maria fide & opere Christi administratrix, & deuota vsque ad eius mortem secu
trix, non plus gressu quàm imitationis affectu, vt credendum est, si ibi non fuerit ubi
Christus ministros suos uult esse, ubi ergo erit? Et si ibi erit, nunquid equali gratia?
187 Et si æquali gratia, vbi ęqua dei censura, quæ vnicuique reddit secundum sua meri-
C ta? Si ergo merito Mariæ viuenti, prę omnibus donata est gratia, mortuæ erit minuẽ
da? Absit. Quia si omnium sanctorum mors est preciosa, Marię sanè est preciosissi-
ma, quanta tanta comitata est gratia, vt mater dei dicatur, & sit. Consideratis igitur
his vniuersis, vera ratione consitendum censeo, mariam in Christo, & apud Chri- Cap. 8.
stum esse: In christo, quia in ipso viuimus, mouemur & sumus: apud christũ glorioſe Acto. 17.
ad æternitatis gaudia assumptam, benignitate christi honoratius susceptam cęteris,
quam hic gratia honorauit præ cæteris nec vsque ad communem humilitatem esse
adductam post mortem, putredinis videlicet & vermis, & pulueris, quæ suum & om-
nium genuit saluatorem, in cuius si potestate est, sanctorum de capite capill um non Luc. 21.
perire, est & illam anima & corpore integram posse seruare. De cuius potestate si
nullus dubitet ecclesiasticorum, quin possit matrem sinẽ corruptione in perpetuum
seruare, cur dubitandum est, voluisse quod attinet ad tantæ benignitatis gratiam? Si
elegit diuina voluntas sola gratia inter crepitantes vehementium ignium flammas,
non solum puerorum corpora seruare illæsa, verum & ipsa vestimenta seruare iniu- Danie. 2.
sta, cur abnuat in matre propria quod elegit in veste aliena? Ionam seruare in ventre Ionæ. 2.
187 ceti præter naturalem vsum voluit incorruptum sola misericordia, Mariam incor-
D ruptam præter naturam non seruabit gratia? Seruatus est Daniel ab intemperatisi Danie. 6.
ma fame leonum, non seruanda est Maria tantis dotata meritis dignitatum? Hæc
cuncta quę diximus, quia naturam non seruasse cognoscimus, in Mariæ integritate
plus potuisse gratiam quàm naturam non dubitamus. Diuinitatis enim sunt opera
quæ dicimus, & ideo possibilia, quia sunt ab omnipotentia. Christus autem dei vir- 1. Cor. 1.
tus est & dei sapiẽtia, cuius omnia quę patris sunt, sua sunt & velle: velle autem om-
nia quæ sunt iusta & digna. Sic per hoc digne videtur lætari Maria lætitia inenarra-
bili anima & corpore, In proprio filio, per proprium filium, nec vllam sequi debere
corruptionis ærumnam, quam nulla secuta est tantum filium pariendo integritatis
corruptio, vt sit semper incorrupta quam tanta perfudit gratia, sit integraliter viuęs,
quæ omnium integram perfectamq; genuit vitam, sit cum illo quem in suo gesit
vtero, sit apud illum illa quæ genuit, fouit & aluit illum Maria dei genitrix, dei nu-
trix, dei ministratrix, & dei secutrix. De qua vt iam dixi, quia aliter sentire non au-
deo, aliter dicere non præsumo. Suscipiat igitur hunc sensum fraterna charitas ve- Ca. 9.
stra, quem sanctus spiritus inspirauit. Ostensa sunt ex parte quæ taliter hortata
187 sunt me dicere. Siquis autem refragari his elegerit, quum dicete uon velit, hoc non
E posse Christum proferat quare non conueniat velle, ac per hoc non esse. Et quum
se veraciter consilium dei de his nosse manifestauerit, incipiam credere, de quibus
aliter nõ possũ sentire. Mirabor illũ altitudinẽ cõsilij diuini inuestigasse, quã me cũ
Apostolo digna reuerentia videor debere admirari dicente, O altitudo diuitia- Roma. 11

zum ſapientiæ & ſcientię dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſti-
1. Cor. 13. gabiles viæ eius. Et quia ſecundum eundem Apoſtolum, ex parte cognoſcimus, &
ex parte prophetamus, dixi de his: & ſi non quantum eſt, tamen quemadmodum me
dicere debuiſſe credidi. Si ergo vera ſunt quę ſcripſi, tibi gratias ago Chriſte, quia
de ſancta virgine matre tua, niſi quod pium eſt ac dignum viſum ſentire non potui. P
Si ergo dixi vt debui approba Chriſte tu & tui. Si autem non vt debui, ignoſce ob-
ſecro tu & tui: Qui cum deo patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas per omnia ſecula
ſeculorum, Amen.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Liber de diſciplina Chriſtiana, vel de domo diſciplinæ.

OCVTVS eſt ad nos ſermo dei, & depr̃optus eſt ad exhorta-
tionem noſtrã, dicente ſcriptura, Accipite diſciplinam in domo
diſciplinę. Diſciplina a diſcendo dicta eſt, diſciplinæ domus eſt
Eccleſia Chriſti. Quid ergo hic diſcitur, vel qu are diſcitur? Qui
diſcunt, vel a quo diſcunt? Diſcitur bene viuere. Propter hoc di-
ſcitur bene viuere, vt perueniatur ad ſemper viuere. Diſcunt
Chriſtiani, Docet Chriſtus. Primo ergo quid ſit bene viuere:
deinde quæ ſit merces bonæ vitæ: tertio qui ſint veri Chriſtiani: quarto quid ſit ve-
rus magiſter, pauca loquentibus nobis ſicut dominus donat audire dignemini. Om-
nes in domo diſciplinæ ſumus, ſed multi nolunt habere diſciplinam, & quod eſt per-
uerſius, nec in domo diſciplinæ volunt habere diſciplinam. Cum propterea debeãt
in domo diſciplinæ accipere diſciplinam, vt ſeruent illam in domibus ſuis: ipſi eoin
tra diſciplinationem non ſolum in domibus ſuis habere nolunt, ſed nec ferre illam
ſecum etiam ad domum diſciplinæ. Ideo apud quos non vacat verbum dei, qui cor
auro coniungunt, qui non ſunt via vbi ſemen cum acciderit ab auibus colligitur, q
non ſunt petroſa loca, ubi ſemen altam radicem habere non poteſt, & ad horã exit
Mat. 13. in æſtu areſcit: qui non ſunt ager ſpinoſus, vbi ſemen cum germinauerit & in auras
ſurgere cœperit, ſpinarum denſitate ſuffocatur, ſed qui ſunt terra bona parata ſemẽ
accipere, & fructum reddere, vel centenum vel ſexagenum vel tricenum, recordẽtur
non ſine cauſa itraſſe diſciplinę ſcholam, & has me ſimilitudines ex ex Euangelio cõ
memoraſſe. Qui igitur tales ſunt, accipiant quod per me dominus dicere dignatur.
Ego enim quoniam ille ſeminat, quid ſum? Vix cophinus ſeminantis. Ipſe in me di-
gnetur ponere quod vobis ſpargat. Nolite ergo attendere ad vilitatem cophini, ſed
ad charitatem ſeminis & poteſtatem ſeminatoris. Quid eſt ergo bene viuere? Quid
hic diſcitur? Præcepta multa ſunt in lege, quibus ipſa bona vita continetur, impera-
tur, & diſcitur. Multa omnino præcepta ſunt & innumerabilia. Præceptorum ipſo-
rum paginas vix quiſquam enumerat, quanto magis ipſa quæ voluit. Tamen deus
propter eos qui ſe poſſent excuſare, vel quia eis non vacat legere, vel quia non no-
runt legere, vel quia non poſſunt facile intelligere, vt excuſationem nemo habeat in
die iudicij, voluit, ſicut ſcriptum eſt, conſummare & breuiare verbum ſuper terram,
Iſai. 10. ſicut de illo Propheta prædixerat, Verbum enim conſummans & breuians faciet do-
minus ſuper terram. Hoc ipſum verbum conſummatum & breuiatum, nec obſcu-
rum deus eſſe voluit. Ideo breue, ne non vacaret legere: ideo apertum, ne dicat, non
mihi licuit intelligere: Theſaurus ergo eſt magnus diuinarum ſcripturarum, habẽs
in ſe

in ſe mirabilia prę cepta & multa, tanquam multas gemmas, & precioſa monilia, &
uaſa ingentia, & magni metalli. Sed quis poteſt ſcrutari theſaurum iſtum, & vti eo, &
peruenire ad omnia quę ibi ſunt? Quando hanc ſimilitudinẽ dominus dedit in Euã Mat. 13.
gelio ſuo, & dixit, Simile eſt regnum cœlorum theſauro inuento in agro: ne quis ſe
minus idoneum diceret ad perſcrutandum theſaurum: continuo dedit aliam ſimili-
tudinem, Simile eſt, inquiens, regnum cœlorum homini negociatori quærẽti bonas
margaritas, qui inuenit vnam precioſam margaritã, & vendidit omnia quæ habuit
& emit illam: vt ſi piger eras ad perſcrutandum theſaurum, non ſis piger vnam mar-
garitam ſub lingua ferre, & quò uis ſecurius ambulare. Quid eſt ergo verbum con-
ſummans & breuians? Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima Mat. 22.
tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanquam teipſum: In his duo-
bus prę ceptis tota lex pendet & prophetæ. Ecce quid diſcitur in domo diſciplinæ: Di
ligere proximum tanquam ſeipſum: Deum tanquam deum, proximũ ſicut teipſum.
Non.n. inuenis parem deo, ut poſsit tibi dici, Dilige deũ ſicut diligis illũ. De proximo
inuenta eſt tibi regula, quia inuentus es proximo tuo par tuipſe. Quæris quomodo
diligas proximũ attende teipſum: & quomodo te diligis, ſic dilige proximũ. Non eſt
vbi erres. Volo ergo iam & tibi committere proximũ tuũ, vt diligas eũ tanquã teip-
ſum. Volo, ſed adhuc timeo: Volo tibi dicere, Dilige proximum tuum ſicut teipſum,
& timeo: Adhuc.n. diſcutere volo quomodo diligas teipſum. Noli ergo ægre ferre.
Non es tuipſe facile dimittendus, cui eſt proximus committendus, Non tranſitorie
tecũ agendũ eſt. Tu vnus homo es, proximi tui multi ſunt. Non.n. primo ſic debes
intelligere proximum, vel fratrem, uel cognatum, vel affinem. Proximus eſto omni
homini omnis homo. Proximi ſibi dicuntur pater & filius, ſocer & gener. Nihil tam
proximum, quam homo & homo Sed ſi putamus non eſſe proximos, niſi qui de iiſdẽ
parentibus naſcuntur, Adam & Euam attendamus, & omnes fratres ſumus. Et quidẽ
fratres ſecundũ quod homines ſumus, quanto magis ſecundum quod Chriſtiani ſu-
mus? Ad id quod homo es, vnus pater fuit Adam, vna mater Eua. Ad id quod Chri-
ſtianus es, vnus pater eſt deus, vna mater Eccleſia. Videte ergo quantos proximos ha
beat vnus homo. Omnes homines, in quos incurrerit, quibus iungi potuerit, proxi-
mi eius ſunt. Quomodo diſcutiendus eſt, vtrum diligat ſe, cui committendi ſunt tot
proximi, vt ſic eos diligat tanquam ſe? Non ergo iraſcatur vnuſquiſque, ſi diſcutio
quomodo ſe diligat. Certe ergo diſcutio, ipſe ſe inueniat. Vt quid.n. diſcutio, quia
ego inuenturus ſum? Ideo diſcutio, vt ipſe ſe intetroget, ipſe ſibi appareat, ipſe ſe nõ
lateat, ipſe ſe ſibi non abſcondat, ipſe ſibi ſe ante oculos ſuos, non poſt dorſum po-
nat. Me loquente faciat hoc, me neſciente faciat hoc. Quomodo te diligis? Quiſquis
me audis, imò quiſquis deum per me audis in hac domo diſciplinæ, attende te quõ
te diligis. Profecto enim ſi te interrogem vtrum diligas te, reſpondebis quia diligis.
Quis.n. ſe odit? Hoc dicturus es: quis.n. ſe odit? Ergo non diligis iniquitatẽ, ſi te dili-
gis. Nam ſi diligis iniquitatẽ, non ego dico, pſalmũ audi, Qui diligit iniquitatẽ, odit Pſal. 10.
animam ſuam. Ergo ſi diligis iniquitatẽ, audi veritatẽ, veritatẽ non te palpantẽ, ſed
aperte tibi dicẽtẽ: Odis te. Quanto magis dicis, quia amas te, odis te. Qui enim diligit
iniquitatẽ, odit animã ſuam. Quid dicam de carne, quæ pars eſt vilior hominis? Si ani
mam odit, quomodo carnem diligit? Denique qui amant iniquitatem, & oduint ani-
mam ſuam omnem turpitudinem exercent de carne ſua. Iam ergo qui diligis iniqui-
tatẽ, quomodo tibi volebas committi proximum, ut diligeres eum tanquã te? Homo
quid perdis te? Si.n. tuipſe ſic te diligis, vt perdas te, ſic profecto perditurus es & eum
quẽ diligis ſicut te. Nolo ergo quẽquã diligas, vel ſolus peri. Aut corrige dilectionẽ,
aut reſpue ſocietatem. Dicturus es mihi, Diligo proximum tanquam meipſum. Au-
dio planẽ, audio inebriari vis cum illo quem diligis tanquam teipſum. Bene nobis
faciamus hodie, quantum poſſumus bibamus. Vide quia ſic te diligis, & illum ad te
trahis, & ad quod amas uocas. Neceſſe eſt ut quem diligis tanquam teipſum, illuc
illum trahas ad quod & tu te amas. Humanus homo, imò belluinus, amando talia
qualia beluę. Beluas enim deus proſtratas in faciem fecit paſtum quærentes de ter-
ra, te in duos pedes erexit de terra. Tuam faciem ſurſum attendere uoluit. Non
diſcordet cor tuum a facie tua, non habeas faciem ſurſum, & cor deorſum, imò ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum audi,& verum fac ſurſum cor, ne mentiaris in domo diſciplinæ. Quando enim audis,reſponde,ſed ſit verum quod reſpondes. Sic te dilige,& diliges proximum tuũ tanquam teipſum. Quid eſt n. ſurſum habere cor,niſi quod dictum eſt prius,Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex tota mente tua? Quia ergo duo præcepta ſunt,ſi vnum diceret,non ſufficeret. Sufficit & vnum ſi intelligatur. Nam aliquando ſic loquitur ſcriptura ſicut Paulus Apoſtolus, Non adulterabis,non homicidium facies,non concupiſces: & ſi quod aliud mandatum,in hoc ſermone recapitulatur,Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis eſt charitas. Quid eſt charitas? Dilectio. Nihil videtur dixiſſe de dilectione dei, ſed ſolam proximi dilectionem dixit ſufficere ad implendam legem. Quicquid eſt aliud mandatum, in hoc ſermone impletur, In quo? Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Ecce vnum eſt. Cerno duo præcepta ſunt, in quibus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Videte quomodo plus breuiatum eſt, & adhuc pigri ſumus, Ecce quæ duo erant, vnum factum eſt. Prorſus proximum dilige, & ſufficit. Sed dilige quomodo teipſum diligis, non quomodo teipſum odiſti. Dilige proximum tuum tanquam teipſum? ſed prius eſt vt diligas teipſum. Quærere habes quomodo diligas teipſum, & audire habes, Diligies dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Homo enim quomodo à ſe fieri non potuit,ſic nec beatus à ſe fieri poteſt. Alia res fecit enim hominem,quod non eſt ipſe homo, alia res eum facturа eſt beatum,quod non eſt ipſe homo. Denique errans videt ipſe quia per ſe non poteſt beatus eſſe, & amat aliud vnde ſit beatus. Vnde ſe fieri putat beatum,hoc amat. Quid putamus,amat,vnde putat ſe fieri beatum? Pecuniam ,aurum,argentum,poſſeſſiones? Breuiter dico pecuniam. Totm enim quicquid homines poſſident in terra,omnia quorum domini ſunt, pecunia vocatur. Seruus ſit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum eſt, pecunia dicitur. Et vnde eſt primum vocata pecunia? Ideo pecunia, quia antiqui totum quod habebant in pecoribus habebant. A pecore pecunia vocatur. Legimus antiquos patres fuiſſe diuites paſtores. Ergo pecuniam diligis, ò homo,vnde putas te fieri beatum. Pecunia eſt, & multum eam diligis. Volebas diligere proximum tanquam teipſum, diuide cum illo pecuniam tuam. Quid eſſes diſcutiebam. Inuentus es,apparuiſti tibi, vidiſti te, conſideraſti te, Non es paratus diuidere pecuniam tuam cum proximo tuo. Sed quid mihi reſpondet benigna auaritia? Quid mihi reſpondet? Si diuiſero cum illo, minus erit, & mihi illi minuetur quod amo,nec totum habebit ille, nec totum habebo ego. Sed quia dilego eum tanquam meipſum, opto illi vt tantum habeat, vt nec meum minuatur, & ipſe mihi coequetur. Optas vnde mihil perdas, atque vtinam hoc verum dicas vel potes: Timeo n. ne inuideas. Quomodo ſocialis erit fœlicitas tua, quam torquet fœlicitas aliena? Nonne cum cœperit diteſcere vicinus tuus, & incipere quaſi ſurgere & iſte poſt te, times ne ſequatur te times ne tranſeat te? Certe diligis proximum tuum tanquam teipſum. Sed non loquar de inuidis: Auertat enim deus hanc peſtem ab animis omnium hominum,nedum chriſtianorum,vitium diaboli, cum quo ſolus diabolus reus eſt, & inexpiabiliter reus. Non enim dicitur diabolo vt damnetur,adulterium commiſiſti,furtum feciſti,villam alienam rapuiſti,ſed homini ſtanti lapſus inuidiſti. Inuidentia diaboli conuicium eſt, ſed habet matrem ſuam. Superbia vocatur mater inuidiæ. Superbia inuidos facit. Suffoca matrem, & non erit filia. Ideo humilitatem docuit Chriſtus. Non ergò loquor inuidis, bene optantibus loquor. Illis loquor qui optant bene amicis, vt habeant tantum quantum habent & ipſi. Optant bene agentibus, vt habeant quantum & ipſi, ſed nolunt illis dare ex eo quod habent. Inde te iactas homo chriſtiane,quia optas bene. Melior te eſt medicus, qui plura tibi optat & nihil habet. Bene vis optare nihil à te accipienti. Da aliquid bene optanti. Si bonum eſt bene optare, redde mercedem. Optat tibi bene pauper, quid trepidas? Addo aliquid. In domo diſciplinæ es. Addo aliud quod dixi. Da bene optanti, Chriſtus eſt. Ipſe à te petit qui tibi dedit. Erubeſce, Ille diues pauper eſſe voluit, vt haberes pauperes quibus dares. Da aliquid fratri tuo, da aliquid proximo tuo, da aliquid comiti tuo. Tu diues es, ille pauper eſt. Vita iſta via eſt, ſimul ambulatis. Sed forte dicis, Ego diues, ille pauper, Simul ambulatis, an non? Quid eſt qd dicis, ego diues, ille pauper niſi ego oneratus, ille leuis? Ego diues, ille pauper. Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas. Et quod grauius eſt, conſtrinxiſti ad te ſarcinam tuam, ideo non potes porrigere manum. Onera te, liga te: quid te iactas? quid te laudas? Solue vincula tua, minue ſarcinam tuam. Da comiti, & illum adiuuas, & te releuas. Inter has voces tuas laudantes ſarcinam tuam, adhuc Chriſtus petit & non accipit, & obtendis nomen pietatis crudelibus vocibus & dicis: Et quid ſeruo filius meis? Chriſtum illi oppono, filios ſuos mihi reponit. Iſta vero iuſtitia magna, vt habeat vnde luxurietur filius tuus, egeat dominus tuus. Cũ n. vni ex minimis meis feciſti, mihi feciſti. Non legiſti, nõ aduerriſti: Cum vni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Non legiſti, non timuiſti. Ecce quis eget, & filios tuos numeras? Poſtremo numera filios tuos, adde vnum illum inter illos dominum deum tuum. Vnũ habes, ſit ille ſecundus: duos habes, ſit ille tertius; tres habes, ſit ille quartus: nihil horum vis: Ecce quomodo diligis proximum tuum, quem tibi facis ſocium ad iſtam perditionem. Quid tibi dicturus ſum: Diliges proximum tuum? Quid illi in aures inſuſurrabis homo auare, niſi fili aut frater aut pater bonum eſt nobis, vt cum hic viuimus, bene ſit nobis? Quantum habebis, tantus eris: Frange lunam, fac fortunam. Iſta ſuſurrabis proximo tuo, quæ non didiciſti in domo diſciplinæ, nec audiſti hic. Nolo ſic diligas proximum tuum. O ſi poſſem facere, vt nulli iungereris: Corrumpũt enim mores bonos colloquia mala. Sed non poſſum facere vt nemini iungaris, cui mala iſta quæ non vis dediſcere inſuſurres, & non ſolum nolis dedoceri, ſed affectes etiam docere: Nolo, imò volo, ſed non poſſum te diſiungere ab auribus aliorũ. Alios admoneam, ad quorum aures ambis, quorum aures penetrare moliris, ad quorum corda per aures intrare diſponis. O qui accipis verbum ſanum in domo diſciplinæ, ſepi aures tuas ſpinis. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Sepi aures tuas ſpinis. Sepi, & ſpinis ſepi, vt ille qui importune intrare auſus fuerit, non ſolum non repellatur, ſed etiam compungatur. Repelle illum à te: Dic Chriſtianus es, chriſtianus ſum, non hoc accepimus in domo diſcipline, non hoc didicimus in illa ſchola, quam gratis intrauimus, non hoc didicimus ſub illo magiſtro, cuius cathedra in cœlo eſt: Noli mihi iſta dicere, aut noli ad me accedere. Hoc eſt enim. Sepi aures tuas ſpinis. Conuertam me ad illum: Auarus es, pecuniam amas. Beatus eſſe vis, deũ tuum ama. Pecunia te non facit beatum: Tu eam facis ornatam, non illa te beatũ. Sed quia multum amas pecuniam, & video quia pergis, quò iuſſerit cupiditas, piger perge quò iubet charitas. Reſpice & vide q̃ multum interſit inter pecuniam tuam & deum tuum. Pulchrior eſt iſte ſol, q̃ pecunia tua, & tamen iſte ſol non eſt deus tuus. Porro ſi pulchrior eſt lux iſta quam pecunia tua, quantum eſt pulchrior qui fecit hanc lucem? An forte comparare vis pecuniam tuam luci? Ecce occidit ſol: oſtende mihi pecuniam tuam. Nitet & nocte, ſubtraho lucernam. Ecce diues es, Oſtende mihi diuitias tuas. Iam ſi lumine priueris, iam ſi non habeas vnde quod habes videas, vbi ſunt diuitiæ tuæ? Et ſic tamen horrenda profunditas auaritiæ non patet oculis, & ſcatet animis. Vidimus & cęcos auaros. Dicatur mihi vnde auari ſunt cæci qui non vident? Quod habet non habet, & tamen auarus eſt cæcus: Quare? Quia credit ſe habere, auarus eſt: Fides eum facit diuitem: Credendo diues eſt, non videndo. Quanto melius cum fidem conuertit ad deum. Non vides quod poſſides, & deum tibi ſic prædico; Nondum vides, ama & videbis. Amas pecuniam ò cæce, quam nunquam videbis. Cæcus poſſides, cæcus moriturus es, quod poſſides hic relicturus es. Non tenebas & q̃n videbas, quanto magis perdis, quia non videbas quod habebas. De deo q̃d tibi dicitur? Ecce hoc tibi dicit ipſa ſapientia, Ama illam tanquam pecuniam. In dignum eſt, iniuriоſum eſt, vt ſapientia pecuniæ comparetur, ſed amori comparatur. Video. n. hic vos ſic amare pecuniam, vt iubente amore pecuniæ labores ſuſcipiatis, ieiunia toleretis, mare tranſeatis, ventis & fluctibus vos committatis. Habeo vnde eligã q̃ ametis, ſed non habeo quod addam ad amorem quo amatis. Sic me amate, plus nolo me amari dicit dominus. Improbis loquor, auaris loquor. Pecuniam diligitis, tantum me diligite. Certe melior ſum incomparabiliter. Nolo à vobis ampliorem amorem. Quantum diligitis pecuniam, tantũ me amate. Erubeſcamus ſaltem, confiteamur &

Mat. 22.

Pecunia.

198 E

198 F

198 G

198 H

198 D

Mat. 25.

1. Cor. 15.

Eccle. 28.

Quæ sit merces bonæ uitæ. Cap. 1.

pectora tundamus, non vt semper peccata nostra pauimentum solidemus. Nā qui tundit pectus & non corrigitur, solidat peccata & non tollit. Tundamus pectus & cędamus nos, & corrigamur a nobis, ne ille postea nos cædat, qui magister est, dixi- 198
mus enim iam quid hic discatur, quare discatur. Quare iussi in scholam, & adducti, & a parentibus ductus, & fugitans quæsitus, & inuentus attractus es, & adductus extensus es? Quare vapulasti? quare tanta mala in pueritia pertulisti, vt discores? Quid discères? Literas. Quare? ut haberetur pecunia, aut ut compararetur honor, & teneretur sublimitas dignitatis. Vide quia perituras es propter perituram rem. Perituram rem cum tanto labore didicisti in tantis pœnis, & amabat te qui te ad pœnas trahebat. Ipse qui te amabat, ipse te ad pœnas trahebat vt vapulares, amādo faciebat vt discéres. Quid? Literas. Bonum sunt literæ? Bonæ. Noui dicturus es mihi; Quare & uos episcopi literas non legistis? Quare nō diuinas scripturas in ipsa literatura tractastis? Ita vero: sed non ad hoc discimus literas. Non enim parentes nostri, quando nos in scholam mittebant: hoc nobis dicebant, discite literas vt habeatis vnde legere posśitis codices dominicos. Nec ipsi Christiani filiis suis hoc dicunt. Sed quid? Discite literas. Quare? Vt sis homo. Quid enim? Modo pecus sum? Quod dico vt sis homo, hoc est, vt sis eminens inter homines. Vnde & illud prouerbium: Quantum habebis, tantus eris: ut habeas quantum cęteri, aut quantū pauci, aut pluśquam pauci, habeas inde honores, habeas inde dignitatem. Et ubi erūt ista omnia cum mors venerit? Quomodo stimulat, quomodo metus iste interpellat? 198
Quomodo nomen ipsum a me commemoratum omnium corda percussit? Quomodo timorem vestrum est gemitu declarastis? Audiui, audiui, gemuistis, mortem times tis. Si timetis, quare non cauetis? Mortem timetis. Quid timetis? Ventura est. Timeam an non timeam, venire habet: serò an cito, ventura est. Si timeas, non efficies vt non sit quid times. Illud potius time, quod si nolis, non erit. Quid? Peccare. Peccare time, quia si amaueris peccata, in aliam mortem irrues, quò posses non venire, si non amares peccata. Modo autem peruersus plus amas mortem quam vitam? Abśit, in quis. Quis est hominū qui plus amet mortem quam vitā? Forte conuinco te, quia plus amas mortem quam vitam. Ecce vnde te conuinco, Amas tunicam tuam, bonā eam uis. Amas filium tuum, bonum eum vis Amas amicum tuum, bonum eum uis Amas domum tuam, bonam eam vis. Quid est q etiam bonam vis habere mortem? Quotidie. n. rogas, vt quoniam mors ventura est, bonam mortem tibi det deus, & dicis: Deus auertat a me malam mortem. Plus ergo amas mortē tuam quam vitam tuā. Mori malè times, & malè viuere non times. Corrige malè viuere, time malè mori, sed noli timere. Non potest male mori qui bene uixerit. Prorsus confirmo, audeo dicere, Pſal. 115. Credidi propter quod locutus sum: non pōt male mori, qui bene vixerit. Iā tu dicis tibi: nū multi iusti naufragio perierunt? Certe non pōt male mori, qui bene vixerit. 201
Nū multos iustos gladi⁹ peremit hostilis? Certe nō pōt male mori, qui bene vixerit.
Num multos iustos latrones occiderunt? Num multos iustos bestiæ laniauerunt? Certe non pōt male mori, qui bene vixerit. Et ego respondeo. Hæc enim tibi videtur mala mors, naufragio perire, gladio percuti, a bestijs laniari, mors mala tibi esse uidetur. Nonne has mortes martyres subierunt, quorū natalitia celebramus? Quod genus mortis non subierunt? Et tamen si Christiani sumus, si in domo disciplinæ nos esse meminimus, vel cum hic sumus, vel cum hic audimus, si exeuntes hinc non obliuiscimur, si meminimus quod hic audimus, nōne martyres beatificamus? Quære mortes martyrum, oculos carnis interroga. Male mortui sunt, oculos fidei interroga: Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Quicquid ergo est quod exhorres in morte, omnino non exhorreas, si eos imitaris. Id age ut bonam uitam habeas, & quæcunque occasio fuerit, vt exeas de hoc corpore, exis ad requiem, exis Luc. 16. ad beatitudinem, quæ non habet timorem nec finem. Nam quasi bona mors diuitis in purpura & byśso, sed mala mors sitientis & inter tormenta guttam aquæ desiderā tis. Quasi mala mors iacentis pauperis ante ianuam diuitis, inter linguas canum, in fame & siti micas de mensa desiderantis. Mala mors, auersanda mors, finem respice: Christianus es, fidei oculum intende. Contigit mori inopem illum, & deferri ab angelis in sinum Abraæ. Quid proderat diuiti sepulchrum marmoreum sitienti

apud inferos? Quid oberant pauperi panni cum sanie vlcerum eius requiescenti in 199
sinu Abrahę? Longè vidit eum requiescentem, quem contempserat iacentem. Mo- M
do elige mortem. Dic mihi, Quis bene mortuus est, quis male? Puto quia melius ille pauper. quàm ille diues. An vis aromatibus sepeliri, & apud inferos litire? Respondes: Abśit a me. Puto quòd dices. Disce ergo, bene mori, si didiceris bene viuere: Merces enim bonæ vitæ æterna est. Qui discunt, Christiani sunt: qui audiunt & non discunt, quid ad seminantem? Seminantis manum non terret via, non terrent lapides, non spinæ, iactat ille quod suum est. Qui timuerit ne cadat in terram malam, non peruenit ad terram bonam. Et nos dicimus, spargimus semina iactamus. Sūt qui contemnunt, sunt qui reprehendunt, sunt qui irrident. Istos si nos timuerimus, nihil habemus seminare, & in messe habemus esurire. Ergo veniat semen ad terrā bonam. Scio quòd qui audit & bene audit, deficit & proficit deo. Quis est enim magister qui docet? Non qualiscunq; homo, sed Apostolus, planè Apostolus, & tamen non Apostolus: An vultis, inquit, experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Christus est qui docet, chatedram in cœlo habet, ut paulоante dixi: Schola ipsius in terra est, & schola ipsius corpus ipsius est. Caput docet membra sua, lingua 199
loquitur pedibus suis. Christus est qui docet. Audiamus, timeamus, faciamus. Et ne A.
contemnas ipsum Christum, quia propter te in carne natus est, pannis mortalitatis circundatus: propter te esuriuit & sitiuit: propter te lassatus ad puteum sedit: ppter te fatigatus in naui dormiuit: propter te contumelias indignas audiuit: propter te a facie sua sputa hominum non abegit: propter te alapas in faciem suam accepit: propter te in ligno pependit: propter te animam effudit: propter te in sepulcro politus est. Hæc omnia forte contemnis in Christo? Vis nosse quis sit? Recole Euangelium quod audisti. Ego & pater vnum sumus. Nos conuersi ad deum p̄cepta eius custodiamus, vt ęterna p̄mia ab ipso percipiamus, p̄stante eodē domino nostro Iesu Christo, Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Qui sint veri xp̄iani. Cap. 13. Mat. 13.

Quis sitve rus magister. Ca 4. 1. Cor. 13. Luc. 2. Mat. 4. Ioan. 4. Matt. 8.

Mat. 26. 27 Ioan. 10.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De decem chordis liber vnus.

DOMINVS & deus noster misericors & miserator, longanimis, & multum misericors, & verax, quam largiter p̄rogat misericordiam in p̄senti seculo, tam seuerè minatur iudicium in futuro seculo. Verba quæ dixi scripta sunt, & diuinis authoritatibus continentur, quia misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors & verax, multum delectat omnes peccatores & amatores huius seculi, quia misericors & miserator dominus, quia longanimis & multum misericors. Sed si amas tam multa mitia, time ibi & vltimum quod ait, & verax. Si enim nihil aliud diceret, nisi misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors, quasi iam conuerteres te ad securitatem & impunitatem, & ad licentiam peccatorum, & faceres quod velles, vtereris seculo, vel quantum tibi permitteretur, vel quantum tibi libido iussisset. Et si quis te bene monendo obiurgaret, atque terreret, vt cohiberes te ab immoderato fluxu eundo post concupiscentias tuas, & deserendo deum tuum, inter medias voces obiurgātis obsi-

De timēndo diuino iudicio. Cap. 1. Pſal. 102.

steres,impudenti quidem fronte,veluti audita diuina authoritate,& legeres de libro
dominico: Quid me terres de deo nostro? Ille misericors est,& miserator, & multum
misericors. Ne talia homines dicerent,vnum verbum addidit in fine,quod aut,& ve-
rax:& excussit lętitiam male prę sumentium,& induxit timorem dolentium. Gau-
deamus ad misericordiam domini,sed timeamus ad iudicium domini. Parcit dum
tacet. Tacet,sed non semper tacebit. Audi dum non tacet in verbo,ne non tibi va-
cet audire dum non tacebit in iudicio. Modo enim licet tibi causam tuam compo-
nere. Ante vltimum iudicium dei tui compone causam tuam. Non est vnde præsu-
mas cum ille venerit,nec falsos testes adduces quibus ille fallatur,nec patronos frau-
dulentis circũuentionibus & linguosis artibus adhibebis,nec ambies aliquo modo,
vt iudicem possis corrumpere. Quid ergo ages apud talem iudicem,quem nec falle-
re nec corrumpere poteris,& tamen est quod agas? Tunc enim ipse erit iudex causæ
tuæ,qui modo est testis vitæ tuæ, Clamauimus & laudauimus, cõponamus causam
nostram. Qui testis est operum nostrorum,ipse testis est vocum istarum. Non sint
inanes,conuertantur ad gemitum. Tempus est concordandi cum aduersario tuo ci-
to. Tam longanimis est deus videndo iniqua & non puniendo,vt tamen cito sit tu-
turum iudicium. More quippe humanæ vitæ prolixum est,quod deo breue est. Sed
& ipsi seculo & humano generi quod longe videtur,quid consolatur? Nunquid si to-
tius generis humani vltimus dies longe est, vniuscuiusque dies vltimus longe est?
Hoc dico,ex Adam multi anni euoluti sunt,multi anni fluxerunt, & deinceps fluẽt,
non quidem tam multi,sed tamen vsque in finem seculi transibunt anni, sicut & illi
transierunt. Longum videtur quod restat, quanquam non erit tantum quantum
transactum est, & tamen ex transacto prętcrito tempore sperandus est finis reliqui
temporis. Fuit tunc quidem dies qui diceretur hodiernus,ex illo vsque ad tunc ho-
diernum, nonne quicquid fuit futurum,prætcritum factum vt? tale habetur ac si
non fuerit. Sic erit quicquid restat extremum. Sed sit & hoc longum, sit prolixum,
quantum putaueris,quantum dixeris,quantum cogitaueris, quantum tibi non for-
mat scriptura,sed fingit cogitatio,quantumuis diem iudicij prolonga, nunquid vlti-
mum diem tuum,id est, vitæ tuæ quo exiturus es de hoc corpore productus es in
longum? Sit tibi senectus certa si potest. cui autem potest? Nonne ex quo homo in-
cipit viuere,iam potest & mori? Posibilitatem mortis initium vitæ facit. In hac
terra & in genere humano ille solus mori nondum potest,qui nõdum cœpit viuere.
Incertus ergo dies tanquam quotidianus sperandus est. Si autem tanquam quoti-
dianus est incertus dies, componatur cum aduersario dum est tecum in via. Via
enim vocatur hæc vita,per quam omnes transeunt, & non recedit iste aduersarius.
Quis autem est iste aduersarius? Aduersarius iste non est diabolus: nam nunquam
te hortaretur scriptura ut cum diabolo concordares: Est ergo alius aduersarius,quę
sibi homo facit aduersarium: nam ille si aduersarius esset,tecum in via non esset. At
hic est tecum in via,vt concordet tecum: Scit enim quia nisi in via secum concorda-
ueris,iam tradet te iudici,iudex autem ministro, minister in carcerem. Eloquia ista
euangelica sunt,recordantur nobiscum vel qui legerunt,vel qui audierunt,Ergo qs
est aduersarius? Sermo dei. Sermo dei aduersarius tuus est? Quia contraria iubet
quàm tu facis. Dicit tibi,Vnus est deus tuus,vnum deum cole: Tu vis dimisso vno
deo tuo tanquam legitimo viro animæ, fornicari per multa dæmonia; & quod est
grauius,non quasi aperte deserens & repudiãs sicut apostatæ faciunt, sed tanquam
manens in domo viri tui admittis adulteros,id est,tanquam christianus dimittis Ec
clesiam,consulis mathematicos,aut haruspices,aut augures, aut maleficos, quasi de
viri domo non recedens adultera anima,& manens in eius coniugio fornicaris. Dici
tur tibi,Ne accipias in vanum nomen dei tui. Ne existimes creaturam esse Chri-
stum,quia pro te susccpit creaturam, & tu contemnis eum qui æqualis est patri, &
vnus cum patre. Dicitur tibi vt spiritaliter obserues sabbatum. non quomodo Iu-
dei obseruant sabbatum,carnali ocio: Vacare enim volunt ad nugas atque luxurias
suas. Melius enim faceret Iudeus in agro suo aliquid vtile,quàm in theatro sedi-
sus existeret. Et malius fœminę eorum die sabbati lanam facerent, quàm tota die
in Neomenijs suis impudice saltarent. Tibi autem dicitur ut obserues spiritaliter

Esai. 42.
De compo nẽda cũ cũ aduersario in hac bre- ui vita.
Cap. 2.

Mat. 5.

Quare ser- mo dei sit aduersari⁹ noster.
Cap 3.

Exod. 20.

sabbatum,in spe futuræ quietis, quam tibi promittit dominus. Quisquis autem
propter illam quietem futuram agit quicquid potest,quanuis laboriosum uideatur
quod agit,tamen si ad fidem promissæ quietis id refert, nondum quidem sabbatum
habet in re,sed habet in spe. Tu autem ad hoc uis requiescere vt labores,cũ ad hoc
debeas laborare,vt requiescas. Dicitur tibi,Honora patrem tuum & matrem tuam:
contumeliam irrogas parentibus quam non uis pati a filijs tuis. Dicitur tibi, Non
occides: Tu autem occidere vis inimicum tuum. Et ideo forte non facis,quia times
iudicem hominem,non quia cogitas deum: Ignoras quia ille testis est cogitationũ:
illo uiuo quem vis mori,te homicidam tenet in corde. Dicitur tibi, Non mœchabe-
ris,id est,non ibis ad aliquam aliam præter uxorem tuam: Tu autem exigis hoc ab
vxore,& non uis reddere hoc vxori. Et cum debeas in virtute præcedere vxorem,
quoniam castitas virtus est,& tu sub vno impetu libidinis cadis,& uis uxorem tuam
victricem esse,tu victus iaces. Et cum tu caput sis vxoris tuæ, prędcedet te ad deum,
cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere: Caput enim mulieris est
vir. Vbi autem melius viuit mulier quàm vir,capite deorsum pendet domus. Si ca-
put est vir,melius debet uiuere uir, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem
suam,ut illa imitetur virum & sequatur caput suum. Quomodo caput Ecclesię Chri
stus est,& hoc iubetur Ecclesiæ vt sequatur caput suum, & ut per vestigia ambulet
capitis sui,sic vniuscuiusque domus habet caput virum, & tanquam carnem fœmi
nam. Quò caput dueit,illuc debet sequi corpus. Quare ergo vult caput ire, quò
non vult ut corpus sequatur? Quarẽ vult ire uir quo non vult vt sequatur vxor?
Hæc iubendo sermo dei aduersarius est. Nolunt enim homines facere quod vult ser
mo dei. Et quid dicam? Quia aduersarius est sermo dei,quoniam iubet. Timeo ne
egoipse aduersarius sim quibusdam,quia hęc loquor. Quid ad me pertinet? For-
tem me faciat qui terret ut loquar,ut non timeam quærelas hominum. Nam qui no
lunt castitatem seruare vxoribus suis & abundant, tales nolunt me ista dicere. Sed
velint nolint,dicturus sum. Si enim vos non exhortor ut cum aduersario concor-
detis,ego cum illo in lite remanebo. Qui uobis iubet ut faciatis, ipse nobis iubet vt
loquamur. Si non faciendo quod iubet vt faciatis, aduersarij eius estis: non dicen-
do quod iubet ut dicamus aduersarij eius remanebimus. Nunquid in cæteris quæ
supra dixi multis immoratus sum? Hoc enim prę sumimus de charitate vera, quia
vnum deum colitis,hoc præsumimus de fide catholica quæ in vobis est,quia filium
dei æqualem patri creditis,nec in vanum accipitis nomen domini dei vestri,ut pu-
tetis creaturam esse filium dei, Quoniam omnis creatura vanitati subiecta est. Sed
creditis eum æqualem patri esse,deum de deo,uerbum apud deum uerbum deũ per
quod facta sunt omnia,lumen de lumine,cœternum illi qui genuit,vnum cum illo
qui genuit: & hoc verbum creditis assumpsisse creaturam de virgine Maria, assum-
psisse mortalitatem,& passum fuisse pro nobis: ea legimus & credimus vt saluemur,
nec in eo imoratus sum,vt quicquid facitis,pro spe futura faciatis. Noui enim oium
Christianorũ mentes de futuro seculo cogitare. Qui.n. de futuro seculo nõ cogitat,
nec ppea Christianus est,vt id quod in fine deus promittit accipiat,nõdũ Christia-
nus est. Neq; in eo imoratus sum,ut dicit sermo dei: Honora patrẽ tuũ & matre tuã.
Multi.n. honorãt parẽtes,& raro inuenim⁹ parẽtes cõquerẽtes de iprobitate filiorũ,
quis nõ desinit: sed tñ q̃ raro fit,tã breuiter monẽdũ fuit. Neq; in eo ubi dictũ est: Nõ
occides, imorari uolui,nõ. n. credo hic turbã eẽ homicidarũ. Illud vero malũ late ser
pẽs plus occupauit,& in eo uehemẽtius irritat aduersarius,ille q iõ clamat,vt sit ali-
qñ amicus. Querele quotidianæ sunt,q̃q̃ ipse fœminę nec iã audẽt conqueri de viris
suis. Ita inuadens omnia consuetudo, pro lege obseruatur, ut iam & mulieribus
forte persuasum sit, licere hoc viris, non licere mulieribus. Solent enim audire
adductas esse mulieres ad forum quæ forte cum seruis inuentæ sunt: adductum
virum ad forum quia inuentus est cum ancilla sua, nunquam audierunt, cum sit
par peccatum. In peccato pari innocentiorem facit videri virum, non diuina ueri-
tas, sed humana peruersitas. Et si forte hodie acriorem quisquam passus fuerit vxo-
rem suam,& liberius murmurantem,cui iam uidebatur quia licebat viro, & audiuit
in Ecclesia quia non licet uiro. Si ergo passus fuerit vxorem suam liberius iam

32. q. 4. Nõ mœcha- beris.

Ephes. 5.

Quare ser- monis dei recitator aduersari⁹ iudicetur. Cap. 4. Rom. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

vtdixi murmurantem & dicentem sibi non licet quod facis simul audiuimus,xpiani
sumus,ꝙ à me exigis,redde mihi: Fidem tibi debeo,fidem mihi debes,fidem xpo am
bo debemus:& si me fallis, eum non fallis cuius sumus, non fallis eum qui nos emit. 199
Hęc atq; huiusmodi audiens ille quæ non solet,dum non vult in se fieri sanus,in me M
fit insanus,irascitur, maledicit, fortassis etiam quomodo factum est vt huc ille veni-
ret,aut vxor mea ipso die in Ecclesiam procederet? Et hoc credo ꝙ in cogitatione sua
dicat: nam libere erumpere in vocem non audet,nec ante solam vxorem suam. For-
tassis.n.si sic eruperit & hoc dixerit,potest illa respõdere & dicere: Quare maledicis,
cui pauloante acclamabas? Certe coniuges sumus,cum lingua tua discordas mecum,
concorditer quomodo viuere poteris? Nos fratres pericula vestra intuemur,non vo-
luntates vestras attendimus: nam & medicus si voluntatem ægri attendat,nunquam
illum curat. Quod non est faciendum,non fiat, quod prohibet deus, non fiat. Qui
deo credit,ab ipso audit quod dicimus. Certe melius erat quibusdam nolentibus cor
rigi, vt vel huc non veniremus, si iusta dicturi eramus, vel quia iam venimus non ea
diceremus. Nudiustertiano die memini me dixisse sanctitati vestræ quia si citharœdi
essemus, aut huiusmodi aliquid populariter exhibentes pro studiis nugacitatis ve-
strę, quæ iam quæsumus vt relinquatis, tenuisseris non vt daremus vobis diem, &
& quisquis pro modulo suo conferret mercedem. Quare ambularemus delectati va- 199
nis canticis, nulli rei profuturis, ad tempus dulcibus, in posterum amaris? Talibus
etenim turpitudinibus causationum animi humani illecti eneruantur & decidunt à A
virtute, defluentes in turpitudinem, & propter ipsas turpitudines postea sentiunt
dolores, & cum magna amaritudine digerunt qđ cũ dulcedine tpali biberũt. Melius
ergo nos amara vobis cantamus ad tps, quæ postea dulcescant in vobis: nec merce-
dem aliquam exigimus,nisi vt faciatis quę dicimus: imõ non faciatis,si dicimus nos.
Si autem oĩb.ille dicit qui neminem timet,& per quem fit noĩe ipsius,& in gloria mi-
sericordiæ ipsius, vt & nos neminem timeamus, oẽs audiuimus, oẽs faciamus, oẽs
cum nostro aduersario concordemus. Putate me citharœdũ esse, quid vobis possum
amplius canere? Ecce psalterium fero, decem chordas habet,hoc vos pauloante can-
De diuisio tastis antequam inciperem loqui, chorus meus uos fuistis. Nonne pauloante canta-
ne decalo- stis? Deus canticum nouum cantabo tibi,in psalterio decem chordarum psallã tibi?
gi: Et de Ipsas autem decem chordas modo percutio. Quare amara est vox psalterii dei? Psallã
præceptis tibi in psalterio decem chordarum? Non vobis hoc canto quod vos non faciatis. De-
ad deum calogus.n.legis decem præcepta sunt sic distributa, vt tria pertineant ad deum, septẽ
pertinenti pertineant ad hoĩes. Tria ad deum,quę iam dixi,Vnus est deus noster, ei nullam simi 200
bus. litudinem debemus facere,& non fornicari post deũ,qui vnus est,qui deus,& xps fi- B
Cap.5. lius dei vnũ est cum patre. Et ideo non debet à nobis accipi in vanũ, vt putemus eũ
Psal.32. factum,id est,creaturam aliquam,per quẽ facta sunt oĩa, quia ipse est vnus deus pa-
Ioan.1. ter & filius & spiritussanctus. In spiritusancto,hoc est,in dono dei,requies nobis sem
2.Cor.1. & 5. piterna promittitur: In dono pignus accipimus; Sic.n.dicit Apostolus,Qui dedit no
bis pignus spiritũ. Si pignus accipimus vt incipiamus in dño & in deo nr̃o esse tran-
quilli,vt simus in deo nr̃o mites,simus in deo patientes,erimus etiam in illo vnde pi-
gnus accipimus,in æternum quieti,qud erit sabbatum sabbatorum pp ipsam requem
pertinentem ad donũ spũs sancti. Tertium itaq; præceptum de sabbato, quod dixi-
mus,quod carnaliter Iudæi celebrant,nos spiritaliter agnoscamus. Nã quia spũs san
Gene.2. ctus septiformis dicitur,ppea septimũ diem sanctificauit qñ fecit oĩa opera sua,sicut
in Genesi scriptum legimus, non ibi habes noĩatam sanctificationẽ, nisi illo die vbi
dicitur,Requieuit deus ab oĩbus operibus suis. Non.n,fatigatus erat deus vt dicere-
tur,requieuit deus ab oĩbus operibus suis: sed in illo verbo tibi laboranti requiẽ p-
misit: vt quia fecit oĩa bona valde,& sic dicitur, requeuit deus, vt intelligas ét te post
bona opera requieturum,& sine fine requieturum,Nã oĩa superiora quæ dicta sunt, 200
id est, dies superiores habent vesperam, septimus iste diet non habet vesperam, vbi C
deus sanctificauit requiem. Dicitur ibi, Factum est mane: vt inciperet ipse dies, non
dictum est, factum est vesperа: vt finiretur dies: sed dictum est, Factum est mane: vt
fieret dies sine fine. Sic incipit ergo requies nostra quasi mane, sed non finitur,

quia in æternum viuemus. Ad hanc spẽ quicquid facimus, si facimus sabbatum ob-
seruamus. Ipsa tertia chorda huius ad deum pertinent præcepta. Si diceretur nobis, De septem
Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex tota mẽ- decalogi
te tua: & de proximo nostro nihil diceretur,nõ esset decachordum, sed trichordum. chordis ad
200 Quia vero addidit dominus, Et diliges proximum tuum tanquam teipsum: & con- proximũ
D texuit dicens, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Tota lex in duo- spectanti-
bus præceptis est,dilectione dei,& dilectione proximi. Ad duo itaq; præcepta.i.ad di- bus. Ca.6.
lectionem dei & proximi pertinet decalogus. Ad primum præceptum tres chordæ Mat.22.
pertinent,quia deus trinitas. Ad alterum vero præceptum,id est,ad dilectionem pro-
ximi, septem chordę, quomodo viuatur inter homines. Nam ipse numerus septena-
rius tanquam septem chordarum incipit ab honore parẽtum, Honora patrem tuum Exo.20.
& matrem tuam. Ad parentes.n. suos homo aperit oculos, & hæc vita ab eorum ami-
citia sumit exordium. Quisquis autem suis parentibus non defert honorem,quibus
parcere poterit? Et dicit Apostolus, Honora patrem tuum & matrem tuã,hoc est pri- Ephe.6.
mum mandatum. Quomodo primum,quando quartum mandatum est,nisi quia in
septenario numero est primum? Ad dilectionem proximi primum est in secunda ta-
bula: nam ideo duæ tabulę legis datæ sunt. Deus.n.famulo suo Moysi in monte duas Exo. 3.
tabulas dedit,in quibus duabus tabulis lapideis conscripta erant decem præcepta le-
gis,quod est psalterium decem chordarum. Tria in vna tabula ad deum pertinentia,
200 septem in altera tabula ad proximum. In altera ergo tabula primum est: Honora pa-
E trem tuum & matrem tuam. Secundum, Non mœchaberis. Tertium, Non occides.
Quartum,Non furaberis. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum,Non
concupisces vxorem proximi tui. Septimum,Non concupisces rem proximi tui. Hęc
iungamus illis tribus ad dilectionem dei pertinentibus,si in psalterio decem chorda
rum volumus cantare canticum nouum. Audiat.n.charitas vestra vt dicam vel qđ De cantan
deus suggesserit. Accepit legem populus Iudæorum: Ista in decalogo non obserua- tibus in de
uit: Et quicunq; obtemperabant,timore obtemperabant pœnæ, non amore iustitiæ: cachordo,
portabant psalterium,non cantabant. Cantanti.n.voluptas,timenti onus est. Ideo portantib9
vetus homo, aut non facit, aut timore facit, non amore sanctitatis, non delectatione eum & p-
castitatis,non temperantię,charitatis, sed timore. Vetus.n.homo est, & vetus homo ijciẽtibus.
vetus canticum cantare potest, non nouum. Vt autem cantet canticum nouum, sit Cap.7.
nouus homo. Quomodo autem possit esse nouus homo: audi non me sed Apostolũ
dicentem, Exuite vos veterem hominem, & induite nouum. Et ne quis putaret,cum Epheſ.4.
dixit,Exuite vos veterẽ hoĩem & induite nouũ: aliquid deponendũ esse,& aliquid ac
200 cipiendum,cum de mutando præciperet homine: subiecit & ait, Quapropter depo-
F nentes mendacium,loquimini veritatem. Hoc est quod ait, Exuite veterem hominẽ
& induite nouum: hoc dixit,mutare mores: seculum diligebatis, deum diligite. Nu-
gatoria iniquitatis, temporales voluptates diligebatis, proximũ diligite. Si dilectio-
ne facitis,nouum canticum cantatis. Si timore facitis,facitis tamen,portatis quidem
psalterium, sed nondum cantatis. Si autem nec faciatis, proiicitis ipsum psalterium.
Melius est tamen portare, q̃ proiicere. Sed rursus, melius est cum voluptate cantare,
quam cum onere portare. Nec peruenit ad canticum nouum,nisi iam cum voluptate
cantans. Nam qui portat cum timore,adhuc in vetustate est. Et quid est fratres quod
dico,attendite. Non concordauit cum aduersario suo,qui cum timore adhuc facit: Ti Matt. 5.
met.n.ne veniat deus & damnet illum. Nam nondum delectat castitas, nondum illũ
delectat iustitia, sed iudicium dei formidans à factis temperat; nondum concupi- De hoĩs
scentiam ipsam damnat, quæ sæuit in eo: nondum illum delectat quod bonum est: cum deo
nondum ibi habet suauitatem vt cantet canticum nouum, sed de vestutate pœnas ti- cõcordia,
200 met nondum concordauit cum aduersario. Tales enim homines plerunq; supplan- & de dupli
G tantur tali cogitatione, vt dicant sibi: si fieri posset,non nobis minaretur deus, non ci imagi-
talia per prophetas suos diceret quæ homines deterrent, sed antequam veniret, da- ne. Cap.8.
ret omnibus indulgentiam, ignosceret omnibus postea veniret, neminem mitteret
in gehennam. Iam quia iniquus est,iniquum vult esse deum. Vult te deus facere si-
milem sui,& tu conaris deum facere similem tui. Placeat tibi ergo deus qualis est,nõ
qualem illum esse vis. Peruersus.n.es,& talem vis esse deum qualis es,non qualis est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem placeat tibi qualis est,corrigeris,& diriges in eam regulam cor tuum, à qua
nunc alienus distortus es.Placeat tibi deus qualis est,ama qualis est:non te amat qua
lis es,sed odit te qualis es. Ideo tuimiseretur,quia odit te qualis es,vt faciat te qualis 200 H
nondum es. Faciat te dixi qualis nondum es:nam illud tibi non promittit, quia faci-
et te qualis est.Nam eris qualis est,sed ad quendam modum, id est,imitator dei velut
imago, sed non qualis imago est filius : nam etiam imagines in hominibus diuersæ
sunt: Filius hominis habet imaginem patris sui, & hoc est quod pater eius, quia ho-
mo est sicut pater eius.In speculo autem imago tua in filio,aliter in speculo. In filio
est imago tua secundum æqualitatem substantiæ, in speculo autem quàm longe est
à substantia,& tamen est quædam imago tua,quãuis non talis, qualis in filio tuo se-
cundum substantiam:sic in creatura, non hoc est imago dei quod est in filio,qui hoc
est quod pater,id est,verbum dei,per quod facta sunt omnia. Recipe ergo similitudi-
nem dei quam per mala facta amisisti. Sicut n imago in numo imperatoris aliter est,
& aliter in filio:nã imago & imago est, sed aliter impressa est in numo, aliter in filio,
aliter in solido aureo imago imperatoris. Sic & tu nummus dei es, ex hoc melior, qa
cum intellectu, & cum quadam vita nummus dei es, vt scias etiam cuius imaginem
geras,& ad cuius imaginem factus sis:nam nummus nescit se habere imaginem im-
peratoris.Ergo vt dicere cœperam,odit te deus qualis es, sed amat te talem qualem
te esse vult,& ideo ille te vt muteris hortatur. Concordia cum illo, & incipe primo be
ne velle, & odisse te qualis es: hoc sit tibi initium concordiæ cum sermone dei, vt in- 200
cipias primo tu odisse te qualis es. Cum cœperis & tu odisse te talem qualis es, sicut I
te talem odit deus,incipis iam ipsum diligere deum qualis est. Aegrum attendite.Ae-
ger ægrotantem se odit qualis est,inde incipit concordare cum medico,quia & medi-
cus odit eum qualis est. Nam ideo vult sanum esse, quia odit eum febrientem, & est
medicus febris persecutor,vt sit hominis liberator.Sic auaritia, sic libido,sic odium,
concupiscentia,luxuria,sic nugacitas spectaculorum,febres sunt animæ tuæ, debes
odisse cum medico tuo:ita concordas cum medico,niteris cum medico,& libenter au
dis quod iubet medicus,libenter facis quod iubet medicus,& proficiente iam sanita-
te incipiunt etiam iam delectare præcepta. Quàm onerosus est cibus ægris quando
reficiuntur,& peiorem horam reputant ægri refectionis suę quam suæ accessionis,&
cogunt se concordantes cum medico, & quanuis inuiti & oblectantes vincunt se vt
aliquid accipiant : quanta auiditate sani maiora percepturi sunr, vnde ægri minorã
vix accipiunt. Sed vnde hoc factum est? Quia oderant febrem suam,& cum medico
concordauerunt, & simul persequebantur febrem & ęgrotũ. Cum ergo & nos tã- 200
lia dicimus,nõ odimus nisi febres vestras,imò in nobisipsis fermo dei febres nostras L
odit,cum quo concordare debetis.Nam nos quid sumus nisi liberandi vobiscum, sa-
nandi vobiscum?Modo non me iutueamini,sed sermonem dei.Nolite irasci medica-
mento vestro,non inueni.n.aliud quà transirem.Veni ad quintam chordam homo:
qui tango psalterium decem chordarum,nunquid prætermissurus eram quintã? Imõ
assidue pcussurus, In illa.n.video iacere penè totum genus humanum, in illa video
plus laborare.Ipsam percutiendo quid dico? Nolite mœchari post vxores vestras, qa
non vultis vt mœchentur post vos vxores vestræ. Nolite ire vos quò eas sequi non
vultis.Sine causa vos excusari conamini,quando dicitis,Nũquid eo ad uxorem alie-
nam?ad ancillam meam eo. Vis vt dicat vxor tua tibi:nũquid eo ad virum alienum?
ad seruum meum eo. Dicis,non est vxor aliena ad quam vado. Nunquid vis dicatur
tibi non est vir alienus ad quem vado?Absit vt dicat hoc illa.Melius.n.dolet te q̃ imi
tetur te.Illa.n.casta & sancta fœmina & vere Christiana,quę dolet formicantem vi-
rum,& non dolet propter carnem,sed propter charitatẽ:non ideo uult ut non facias,
quia & ipsa non facit, sed quia tibi non expedit. Nam si propterea non facit ut tu nõ
facias,si feceris,faciet.Si autem deo illud debeat,si Christo illud debeat quod tu exi- 200
gis, & ideo reddit, quia iubet istis, & si fornicatur uir, castitatem fœmina illa deo L
exhibet. Christus enim loquitur in cordibus bonarum fœminarum, loquitur in-
tus ubi non audit uir, quia nec dignus est si talis est. Loquitur ergo ille interius
& dicit, & filiam suam consolatur huiusmodi uerbis: De iniuriis uiri tui torqueris:
quod tibi enim fecit, dole, sed ipsum noli imitari ut male facias, sed ipse te imitetur

De quinta chorda scilicet de nõ mœchando:& de uiris, adulteris. Cap. 9.

in bono. Nam in eo quòd male facit, noli eum putare caput tuum, sed time me
deum tuum. Nam & si in eo quòd male facit caput est, & secuturum est corpus
caput suum, erunt ambo per præceps. Vt autem non sequatur malum caput suum,
teneat se ad caput Ecclesiæ Christum, huic debens castitatem suam, huic deferens
honorem suum: absens sit vir presens sit vir, non peccet illa, quia nunquam est ab-
sens cui debet vt non peccet. Hæc ergo fratres mei facite, vt positis concordare
cum aduersario: nec amara sunt quæ dico, aut si amara sunt, curuat. Potio ista si
amara est, accipiatur : quia in periculo sunt viscera, amara est,bibatur. Melius est
modica amaritudo in faucibus, quàm æternum tormentum in visceribus. Mutate
ergo vos:Quicunque non facietabatis hoc bonum castitatis,iam facite. Nolite dicere,
non potest fieri. Fœdum est fratres mei,turpe est,vt vir dicat,non posse fieri quod fa-
cit fœmina. Scelus est vir dicat, non possum. Quod potest fœmina,vir non potest?
Quid enim illa,carnem non portat?Prior à serpente decepta est. Castæ vxores vestrę
oltendunt vobis,fieri posse quod non vultis facere,& dicitis fieri non posse. Sed forte
dices, ideo illam facilius facere posse, quia multa illa custodia est, legis præce-
ptum diligentia maritalis, terror etiam legum publicarum, est etiam verecundiæ &
pudoris illius magnum munimentum. Multæ custodiæ faciunt fœminam castam,
virum castum faciat ipsa utilitas. Nam ideo mulieri maior custodia, quia maior 201
infirmitas.Illa erubescit uiro,tu nõ erubescis Christo.Tu liberior quia fortior, quia A
facile vincis,ideo tibi commissus es.Euper illam & diligentia viri, & terror legum,&
consuetudo morum, & verecundia maior, & deus super te tantum deus. Inuenis
enim facile pares viros,quibus non timeas erubescere,quia faciunt id multi. Et tan
ta est peruersitas generis humani, vt aliquando metuendum sit ne castus erubescat
inter impudicos. Ideo non cesso tangere istam quintam chordã propter ipsam per-
uersam consuetudinem & labem totius,vt dixi,generis humani. Siquis inter vos fa
ciat homicidium,quod auertat deus,pellere eum vultis de patria, & continuo si fieri
potest excludere.Siquis faciat furtum,odistis illum, nec videre vultis. Si quis dicat
falsum testimonium,abominamini,nec vobis homo uidetur. Siquis cõcupiscat alie-
nas res,raptor,& iniustus deputatur,siquis volutatur cum ancillis suis,amatur,blã-
de accipitur,conuertuntur vulnera in ioca. Siquis autem existat qui dicat se castum,
non facere adulterium,notum,autem sit q̃ non faciat,erubescit accedere ad illos nõ
sui similes,ne insultent,ne irrideant,ne dicant non esse uirum.Ad hoc delapsa est hu
mana peruersitas,ut uir habeatur a libidine victus, & vir non habeatur victor libidi
nis. Triumphantes exultant,& non sunt viri,iaceant prostrati & viri sunt.Si specta
res,ille tibi videretur fortior,qui iam iaceret sub bestia, quàm si perimeret bestiam? 201
Sed qa dissimulatis a pugna interiore,& delectêt vos pugnæ exteriores,iõ nõ vultis B
pertinere ad canticũ nouum,vbi dicitur,Qui docet manus meas ad prelium, & digi- Psal. 17
tos meos ad bellum.Est enim bellum quod secum agit homo dimicans, contra con-
cupiscentias malas,frænans auaritiã,elidens superbiam,suffocans ambitionẽ,truci-
dans libidinem.Has pugnas facis in occulto,& non vinceris in apperto: Ad hoc docẽ
tur manus vestræ ad prælium,& digiti vestri ad bellum. Non est hoc in spectaculis
vestris. In illis spectaculis non idem est venator quod citharista:aliud agit venator
aliud citharista.In spectaculo dei vnũ est.Tange easdem decem chordas & feras oc-
cides,vtrunq; simul facis.Tangis primã chordam, qua colitur vnus deus,cecidit be-
stia superstitionis.Tangis secundam,qua non accipis nomen dei tui in vanũ, ceci-
dit bestia erroris nefandarum hæresum,quæ id putauerunt. Tangis tertiam chor-
dam,vbi pro spe futurę quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior cæteris be
stiis,amor seculi huius. Propter enim amorem seculi huius laborant homines in om
nibus negociis: Tu aũt in oibus operibus tuis labora, non propter amorẽ seculi hu
ius,sed propter requiem sempiternam, quã promittit deus. Vide qũo vtrunq; simul 201
facis,& chordas tãgis,& bestias occidis,id est, & citharista es & venator.Nõ nos dele C
ctant talia spectacula, vbi non promeremur oculos editoris, sed oculos redẽptoris.
Honora patrem tuum & matrem tuam, tangis quartam chordam, vt honorem pa-
rentibus deferas,cecidit bestia impietatis.Nõ mœchaberis, tangis quintã chordã,
cecidit bestia libidinis.Nõ occides,tãgis sextã chordã,cecidit bestia crudelitatis. Nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

furtum faciès,tangis ſeptimam chordam,cecidit beſtia rapacitatis.Non falſum teſtimonium dices,tangis octauam chordam,cecidit beſtia falſitatis. Non concupiſces
vxorem proximi tui,tangis nonam chordam,decidit beſtia adulterinæ cogitationis. 201
Aliud.n.eſt non facere aliquid tale præter vxorem:aliud non appetere alienam vxo H
rem. Ideo duo præcepta ſunt,non mœchaberis, & non concupiſces vxorem proximi D
tui. Non concupiſces rem proximi tui,tangis decimam chordā, cecidit beſtia cupidi
tatis. Ita cadentibus omnibus beſtiis, ſecurus & innocēs in dei dilectione & humana
ſocietate verſaris,tāgens chordas decem quot beſtias occidis. Nā multa capita ſunt
De peccato fornicationis. ſub iſtis capitibus. In ſingulis chordis non ſingulas beſtias, ſed greges interficis beſtiarum. Sic ergo canticum nouum cū amore,non cum timore cantabis. Noli dicere
tibi,quando ſorte aliquid luxuriantet vis agere,vxorē non habeo,facere poſſum q̄d
volo: non enim poſt vxorem meam pecco. Iam noſti præcium tuum, iam noſti quo
Cap. 10. accedis,quid manduces,quid bibas,imo quem manduces,quem bibas. Abſtine te a
fornicationibus. Ne forte mihi dicas,ad fornicem vado,ad meretricem pergo,ad pro
ſtitutam eo,nec illud præceptum violo quod dictum eſt. Non mœchaberis: quia vxo
rem nondum habeo,nec poſt illam aliquid facio: nec illud præceptum violo, vbi di-
Exo. 20. ctum eſt,Non concupiſces vxorem proximi tui. Qui ad publicā vado, in quod præ- 201
ceptum incurro? Non inuenimus chordam quā tangamus, non inuenimus chordā, I
quo neruo ligemus fugitiuū iſtum? Non fugiat,habet vnde ligetur,ſed amet te. Non
enim ligamentum,ſed ornamentum in ipſis decem chordis inuenimus. Decem enim
Tob. 4. præcepta ad duo illa referuntur,ſicuti audiuimus,vt diligamus deū & proximum, & 201
duo illa ad vnum illud: Vnum eſt autem. Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris; ibi E
continentur decem,ibi continentur duo. Sed dicis furtū ſi faciam,id facio quod pa-
ti nolo. Si occidam,id facio quod ab altero pati nolo. Si parentibus meis honorē non
deferam,quando volo vt deferatur mihi a filiis meis,id facio quod pati nolo. Si ſim
mœchus & aliquid tale moriar,id facio qnod pati nolo. Nam ſiquis interrogetur,di-
cit,Nolo vt vxor mea tale aliquid faciat. Si concupiſco vxorem proximi mei, nolo
quiſquam concupiſcat meā,id facio quod pati nolo. Si cōcupiſco rem proximi mei,
Tob. 4. nolo vt auferatur mea, id facio quod pati nolo. Cum vero ad meretricem eo, cui fa-
cio quod pati nolo? quod grauius eſt ipſi deo Intelligat ſanctitas veſtra. Etenim q̄d
fieri tibi non vis,alii ne feceris,ad duo præcepta pertinet: qūo pertinet ad duo præce
pta,ſi homini non feceris quod pati non vis ab homine? Ad proximi præceptum
pertinet,ad dilectionem proximi,ad ſeptem cordas. Si autem quod non vis pati ab
homine,ipſi deo vis facere,quid eſt hoc,non facis alteri quod pati non vis? Charior 201
factus eſt tibi homo quā deus? Ergo qūo facio,inquis, ipſi deo? Corrumpis teipſum. F
Et vnde iniuriam faciam deo,quia corrūpo meipſum? Vnde tibi facit iniuriā qui vo
luerit forte lapidare tuam tabulam pictā, in qua tabula imago tua eſt in domo tua
inaniter poſita ad vanum honorem tuum,nec ſentiens,nec loquens,nec videns? Si
quis illam lapidet,nonne in te eſſe contumeliam factam attendis? Cum vero imagi-
nem dei,quod tu es,corrumpis in te per fornicationes & per diffluentias libidinis,at
tendis quia ad nullius vxorem acceſsiſti,attendis quia poſt vxorem tuam nihil feci
ſti,quia vxorem non habes,& non attendis per libidines illicitas fornicationis,cuius
imaginem violaſti. Poſtremo deus qui ſcit quid tibi vtile ſit, qui vere ſic ſuos ſeruos
gubernat ad vtilitatem illorum,non ad ſuam: non.n.indiget ſeruis quaſi ad adiuto-
rium,ſed tu indiges dñi auxilio. Ipſe ergo dominus qui ſcit quid tibi ſit vtile, vxorē
1. Cor. 3. conceſsit,nihil amplius. Hoc iuſsit, hoc precepit, ne per illicitas voluptates corruat
templum eius,quod eſſe cœpiſti. Nunquid hoc ego dico? Apoſtolum audite,Neſcitis
quia templum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis? Siquis templum dei corru-
perit,corrumpet illum deus. Videtis qūo minatur. Non vis corrumpi domum tuam,
quare corrumpis domū dei? Certe non facis alicui quod pati non vis. Non eſt ergo
qua euadatur. Tenetur ille qui ſe teneri non putabat. Omnia enim peccata hominū
aut ad corruptelam pertinent flagitiorum,aut ad facinora nocendi. Quia deo noce- 201
re non potes in facinoribus,in flagitiis eum offendis, in corruptelis illum offendis, G
in te illi facis iniuriam. Facis.n.iniuriam gratiæ ipſius domui * ipſius. Seruum ſi ha
beres,velles vt ſeruiret tibi ſeruus tuus. Serui tu meliori dño deo. Seruum tuum nō
tu

tu feciſti,& te & ſeruum tuum ille fecit. Vis vt tibi ſeruiat cum quo factus es, & non
vis ſeruire ei a quo factus es. Ergo cum vis vt ſeruiat tibi ſeruus tuus homo,& tu nō
vis domino deo,facis deo quod tu pati non vis. Ergo illud vnum præ ceptum conti-
net duo,illa duo continent decem,illa decem continent oīa. Cantate ergo in pſalte-
rio decem chordarum canticum nouum. Vt aut cantetis canticum nouum, eſtote
homines noui. Diligite iuſtitiam,quia habet pulchritudinem ſuam. Ideo non vultis
illam videre,quia aliud amatis. Nam ſi aliud non amaretis, eam vtique videretis.
Quare illam videtis,quando illam exigitis? Illam exigis,quare laudas fidem,quando
illam exigis de ſeruo tuo? Quam pulchra res eſt fides,ſed tunc pulchra eſt, quādo de
ſeruo exigitur: tunc videtur quando ab altero expetitur: quando de te exigitur,non
videtur. Aurum vides,fidem non vides. Sicut lucet fides ad oculos cordis. Aperis ad
illam oculos cordis, quando vis vt exhibeat illam tibi ſeruus tuus. Si tibi illam ex-
hibuerit,laudas ſeruum tuum,& prædicas eum & dicis,Pręclarum ſeruū habeo, ma
gnum ſeruum habeo,fidelem ſeruum habeo. Quod laudas in ſeruo,nō exhibes do
mino,& eo ſceleratius,quia vis vt meliorem tu habeas ſeruum quā te deus. Iubet de
us ſeruo tuo,vt bonus ſit erga te: quomodo iubet vxori tuæ, vt & ſi tu mœchaberis,
non mœchetur: ſic iubet ſeruo tuo,vt & ſi tu non ſeruis deo, ſeruiat tibi. Sed hoc to-
tum vide,vt ad monitionem tuam valeat,non ad perniciem tuam. Etenim ſeruus il-
le q̄ tibi ſeruit indigno digne.i.q̄ indigno tibi bene ſeruit, & fideliter ſeruit, & pure
201 te diligit,deo debet non tibi. Iuſtum eſt ergo vt tu attendas, quia ſub domino es ad
I quem & ille attendit,vt ſeruiat tibi. Imple ergo quod dictum eſt. Quod tibi fieri non Tab. 4.
vis,alii ne feceris. Sed ipſum alii cum dicis,vtrunq; attende,& proximum & deū, Can
ta in pſalterio decem chordarum,canta canticū nouum, cōcorda cum ſermone dei,
cum eſt tecum in via. Concorda cum aduerſario tuo cito,ne cum diſcordia venias an
te iudicem. Si facis quod audis,concordaſti cum eo: ſi autem non facis,rixaris cū eo, Mat. 5.
& nondum compoſuiſti quouſq; facias. Vt autem concordetis, abſtinete vos a dete-
ſtabilibus corruptelis,& a deteſtabilibus inquiſitionibus,a mathematicis, ab haru-
ſpicis,a ſortilegis,ab auguribus,a ſacrilegis: abſtinete vos quantum poteſtis a nuga
toriis ſpectaculis. Si quę delectationes ſeculi ſubrepunt in anima,exercete vos in mi De non cō
ſericordia,exercete vos in elemoſynis,in ieiuniis,in orationibus. His enim purgan- temnēdis
tur quotidiana peccata,quę non poſſunt niſi ſurripere in animam, propter fragilita peccatis
tem humanam. Noli illa contēnere,quia minora ſunt,ſed time, quia plura ſunt. At- minimis
201 tendite fratres mei,minuta ſunt, non ſunt magna. Non eſt beſtia quaſi leo vt vno & de eorū
K morſu guttur frangat, ſed beſtiæ plerunq; minutæ multæ necant. Si proiiciatur triplici re-
quiſque in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non ſunt quidem medio.
maiores,ſed infirma eſt natura humana, quæ etiā minutiſsimis beſtiis interimi po- Cap. 11.
teſt. Sic & modica peccata attēdite,quia modica ſunt: & cauete,quia plura ſunt. Quā
minutiſsima ſunt grana arenæ,ſi arenę amplius in naui mittatur,mergit illam vt pe
reat. Quam minutæ ſunt pluuiæ,nonne flumina implent,& domos deiciunt? Ergo
iſta nolite contemnere. Sed dicturi eſtis,& quis poteſt ſine iſtis? Ne hoc diceres quæ
habere nemo poteſt,deus miſericors videns noſtram fragilitatē, poſuit contra reme
dia. Quæ ſunt remedia? Eleemoſynarum,ieiuniorum,& orationum,ipſa ſunt tria. Vt
autem verum dicas in oratione, perfectæ imperfectæ implendæ ſunt eleemoſinæ.
Quæ ſunt perfectæ eleemoſynæ? Vt ex quo tibi abundat,des ei qui non habet: & cū
te ledit aliquis,ignoſcas illi. Sed ne putetis fratres, quia facienda ſunt, quotidie adul
teria,& eleemoſynis quotidianis mundanda ſunt: ad illa ſcelera maiora non ſuffi- P cta quo-
201 ciunt quotidianæ eleemoſinæ,vt ea mundent. Aliud eſt vbi mutet vitam. Illa mu- tidiana
L tanda eſt: Si mœchus eras,noli eſſe mœchus. Si fornicator eras,noli fornicari. Si ho- quę ſunt.
micida,noli homicida eſſe. Si ibas ad mathematicum, & ad cęteras peſtes ſacrilegas,
iam deſine. Arbitraris hæc,niſi fieri deſinant,quotidianis eleemoſynis poſſe munda
ri? Illa dico quotidiana peccata quæ aut per linguam facile committuntur,vt eſt ver
bum durum,aut cum labitur aliquis in riſum immoderatum,aut in huiuſmodi nu
gas quotidianas. In ipſis conceſsis peccata ſunt: Cum ipſa vxore ſi exceditur concū-
bendi modus procreandis liberis debitus,iam peccatum eſt. Ad hoc enim ducitur
Vxor: nam id etiam tabulæ indicant, vbi ſcribitur liberorum tam procreandorū cau

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa, quando tu vti vxore tuo amplius quam necessitas procreandorum liberorum co
gi t, volueris, iam peccatum est: & ipsa talia peccata quotidianę eleemosynæ mundãt.
In ipsis alimentis, quæ vtiq; concessa sunt, si forte excedis modum, & amplius acci- 201
pis q̃ necesse est, peccas. Quotidiana sunt ista quæ dico, sed tamen peccata sunt, & no- B
leuia quam plura. Quia vero quotidiana & plurima, timenda est ruina multitudinis
etsi non magnitudinis. Talia peccata dicimus fratres quotidianis eleemosynis posse
mundari. Sed facite eleemosynas, & nolite cessare. Attendite vitam vestram quotidia
nam ipsis peccatis scaturientem, minutis ipsis dico. Et cum facis eleemosynam, non
superbe facias, nec sic ores quemadmodum ille pharisæus. Sed tamen quid ibi dixit?
Dei uno bis in sabbato, decimas do oium quęcunq; possideo, & nondũ fusus erat san
guis domini. Tantum pro nobis præciũ accepimus, & saltem nec tantum erogamus,
quantum pharisæus. Et habes alio loco aperte dicentẽ dominũ, Nisi abundauerit iu
stitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlo-
rum. Ergo illi dant decimas, tu si centesimam dederis, aliquid magnũ te fecisse glo-
riaris. Attendis.n. quid alius non faciat, non quid te iubeat facere deus. Metiris te de
comparatione peioris, non de iussione melioris. Non quia ille nihil facit, ideo tu ma-
gnum aliquid facis, sed quia gaudetis ad quædam minima opera vestra, quia tanta
est sterilitas vestra, vt ad modica gaudeat. Quasi securi vobis blandimini de mini- 202
mis eleemosynarum granis, & aceruos oblituscimini peccatorum. Protulisti forte ne A
scio quid paruum, quod alius non habuit, aut non protulit cum haberet. Noli atten
dere post te quis non faciat, sed quid te iubeat deus facere. Postremo, quare in istis
affectionibus secularibus nõ vobis sufficiunt quos præcessistis? Sed vultis esse diui-
tes, æquales ditioribus vobis. Non attenditis quantos pauperiores trãscenditis? Vin-
cere vultis ditiores, Sed in eleemosynis habetur modis. Hic dicitur, Iam quousq; &
illic non dicitur quantis diuitibus ditior sum? Non attenduntur egestates innume-
rabilium mendicorum, non respiciuntur posteriores multitudines pauperũ, sed pau
citas præcedentium diuitũ ante oculos ponitur. Cur in opere bono non attenditur
ille Zacheus, qui dimidium suarũ rerũ dedit pauperibus? Sed optare cogitamur, vt
attendan tur saltem ille Pharisęus, qui omnium quæ possidebat decimas dabat. Noli
parcere thesauris caducis, thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecu-
niã. Filiis, iniquis, meis seruo. Magna exultatio, filiis meis seruo. Videamus, seruiat ti
bi pater tuus, seruas tu filiis tuis, filii tui filiis suis, & sic per omnes, & nullus facturus
est præcepta dei. Quare non illi potius impendis omnia qui te fecit ex nihilo? Qui
te fecit, ipse te pascit, ex his quæ fecit ipse pascit & filios tuos. Neq;.n. melius cõmit-
tis filio tuo patrimonium tuũ q̃ creatori tuo. Et mẽtiuntur quid homines, mala est
inquiunt, auaritia. Palliare se volũt noie pietatis & dealbare, vt quasi propter filios 203
videantur seruare hoies, quod pp auaritiã seruant. Nã vt noueritis, quia sic plerum- B
que cõtingit, dicitur de quodã, Quare non facit eleemosynam? quia seruat filiis suis.
Contingit vt amittat vnũ. Si pp filios seruabat, mittat post illum partem suã. Quare
illã tener in sacculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi q̃ suum est, redde quod
illi seruabas. Mortuus est, inquit, sed præcessit ad deũ, pars ipsius debetur pauperi-
bus. Illi debetur ad quem perrexit, Christo debetur, ad ipsum. n. perrexit, Et ille di-
xit. Qui vni ex minimis fecit, mihi fecit, Et qui vni ex minimis istis non fecit, mihi
non fecit. Sed quid dicis? Seruo fratribus ipsius. Si viueret ille, non erat cum suis fra
tribus diuisurus? O fides mortua, mortuus est. n. filius tuus. Quicquid dicas, mortuo
debes quod viuo seruabas. Mortuus est filius meus, sed tamen partem filii mei seruo
fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est, si pro illlo Christus mortuus nõ est, mor
tuus est ipse? si autem in te fides est, viuit filius tuus. Viuit prorsus, non decesit, sed
præcesit. Qua fronte venturus es ad filium tuum qui preceserit, cui præcedenti non
mittis partem suam in cœlũ? An non põt mitti in cœlum? Põt rursus. Audi ipsum do 203
minum dicentem, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Si ergo ille thesaurus me- C
lius est custoditus in cœlo, nunqd tunc mittendus est filio quãdo si missus fuerit nõ
peribit: Tenebitur hic vbi põt perire, non mittitur illuc vbi xp̃s est custos. Certe ea
quę hic tenes, & nõ vis mittere post filiũ tuũ, quibus cõmendas actoribus tuis, com
mendas illius partem qui præcesit, & Christo non commendas ad quem præcesit?

De faciendis eleemosynis iactãtia, & quo diuitię proli seruãda sint.

Luc. 19.

Luc. 19.

Mat. 25.

Mat. 6.

An idoneus est tibi procurator tuus, & minus idoneus est xp̃s? Videtis fratres, quia
mendaciũ est fratres mei, mendacium est, auari sunt homines: vel sic certe cogantur
confiteri quod nolunt, cum erubescunt tacere quod sunt, vomant in confessione qd̃
portant. Pectus premitur crapula iniquitatis, euomat ea confessio, sed non canino
more redeatur ad vomitũ. Estote Christiani. Valde parum est vocari Christianus. Prou. 24.
Quanta donatis venatoribus, quanta turpibus personis, quanta donatis eis, qui vos
occidunt? Per istas enim exhibitiones voluptatum interficiunt animas vestras, & in- 202
sanitis quis plus donet? Si insaniretis quis plus seruet, non essetis ferendi. Quis plus D
seruet insanire, auaritiæ est: quis plus donet insanire, profusionis est. Nec auarum te
deus, nec profusum vult, collocare te vult quæ habes nõ proiicere. Certatis quis vin
cat in peius, non datis operam quis sit melior, atq; vtinam nõ daretis, quis sit peior.
Et dicitis, Christiani sumus, ad fauorem popul proicitis res vestras, contra iussa te- Mat. 25.
netis res vestras. Ecce non iubet Christus, rogat Christus, eget Christus. Esuriui, di-
cit Christus, & non dedisti mihi manducare, egere voluit propter te, vt haberes vbi
seminares, qui dedit vt meteres vitam ęternam. Nolite pigri esse & male securi, mo-
res emendate, peccata redimete, & cum hæc feceritis, deo gratias agite, a quo accepi-
stis bene viuere. Et sic ei gratias agite vt non insultetis his qui nondum bene viuũt
sed eosipsos moribus vestris hortemini. Hæc facicendo habetis perfectam, quantum
in hac vita potest, iustitiam. Conuersantes in bonis operibus, in orationibus, in ieiu
niis & eleemosynis propter minuta peccata, & abstinendo vos ab illis magnis pecca
tis concordatis cum aduersario, & securi dicitis in oratione, Dimitte nobis debita no Mat. 6.
stra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Habetis enim quod quotidie vobis
dimittatur, qui habetis quod quotidie dimittatis. Sic ambulando securi in via non ti
mebitis latrocinia diaboli, quia Christus viam stratam magnam seipsum fecit, per-
ducit ad patriam. Omnis ibi securitas, omnis quies, vbi & ipsa misericordiæ opera
cessabunt, quia nulla ibi erit indigentia miserorum. Erit ergo illud sabbatum sabba
torum, vt quod hic desideramus, ibi inueniamus. Amen.

Finis.

DE CANTICO NOVO.

Omnis qui baptismũ Christi desiderat, vitã nouã cõcupiscit. Tran Quales no
seat ergo a vetustate, vt pueniat ad nouitatẽ. Prius.n. fuit testa- bis xp̃s no
mentũ vetus, canticum vetus, homo vetus: nũc aũt testamẽtum uitates at-
nouũ, canticũ nouũ pp hominẽ nouũ. Demõstremus hoc quod tulerit, &
dicimus testimoniis sanctarũ scripturarũ. Ieremias Propheta, Ec quib⁹ ve-
ce, inquit, dies veniunt, dicit dns, cõsummabo sup domũ Iuda te tustatibus
stamentũ nouũ: Dauid quoq; Propheta, Deus canticũ nouũ can succesſerit.
tabo: & iterũ, Cantate dño canticũ nouũ: Apostolus aũt Paulus, Expoliantes, inquit, Cõcio est,
vos veterẽ hoiem, induite nouũ, & alibi, Vetera trãsierunt, ecce facta sunt oia noua. sed nothę.
Quæ vetera transierũt? Quæ facta sunt noua? Si adsit spiritalis auditor, nõ solũ in- Cap. 1.
telligit, verũ etiã videt quę facta suni noua. Si aũt carnalis adsit, qui totũ per oculos Iere. 31.
carnis nihil p aciẽ mentis intelligit, irridens respõdet: Rogo te, dic quæ facta sunt no Psal. 95.
ua? Nunquid aliud cœlũ respicio q̃ antea, aut sydera in nouum splendorẽ micantia? Colo. 3.
Nõne iisdẽ curſibus sol peragit diẽ, eisdẽq; curriculis luna peragit noctẽ? Nunqd ma 2. Cor. 5.
re terminos suos finesq; trãsgressum est, aut terræ facies immutata, alia insolita ger
mina procreauit? Nunquid sicut ex initio horis duodecim peragitur dies, eisdẽq; cre
mentis æstatis tempus, quibus detrimentis hyems peragitur. Progenies quoque ip-
sam orta mortalium aliis decedentibus, aliis succedentibus terminatos finiunt dies?
Cum ergo omnia sicut ex initio constituta sunt, ita concurrunt suos motus finesq;
seruantia, qd̃ est quod nobis p̃dicatur. Vetera transierunt, ecce facta sunt noua? Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponde o Paule talia de nobis requirenti, & quia minus valeo ad respondendum, tē 201
obsecro responde pro me. Ecce audi Apostolū, Quid quæris carnalis auditor per ocu G
los carnis respicere? erige mētis aciem, vt quod dicitur possis intelligere, Vetera tran
1. Cor. 15. sierunt, ecce facta sunt noua. Quæ vetera transierunt, quæ facta sunt noua? Primus
homo, inquit, de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Transit Adam ho
1. Cor. 15. mo vetus factus est limo, venit Christus deus homo missus e cœlo. Transit vetustas
mentium, accessit nouitas credentium, transiit vita carnalis, successit spiritalis. An
parua est hæc nouitas ita demonstrata per hominem deū, vt moriēdo susciperet ve
tustatem tuam, resurgendo ostenderet nouitatem tuam, ascendendo firmaret clari
tatem tuam? Vetera transierunt. Quę vetera trāsierūt? Quod eratis filii Adam, filii
carnales. Noua accesserunt. Quæ noua? Quod efficimini filii dei, filii spirituales. Vete
ra transierunt: terra eratis, Ecce facta sunt noua cœli iam pene effecti estis. Cœli n.
Psal. 18. enarrant gloriam dei. Non vobis impossibile videtur, quod cum sitis terrestres, effi
ciamini cœlestes. De terra non fecit cœlum, quia de nihilo fecit terram & cœlum. Ve
tera transierunt, lapides colebatis. Noua accesserunt, deum verum adoratis. Vetera
transierunt, transiit mortalitas: Noua accesserunt, promissa est immortalitas. Vete- 202
Qulb⁹ na ra transierunt, perierat omnis caro per mulierem simul cum viro peccante. Noua ac L
uiū in stru cesserunt, reparata est caro sine viro virgine pariente. Vetera transierunt, transiit re-
ctionibus gio vetustatis: Noua accesserunt, successit Hierusalem ciuitas cœlestis nouitatis. Ad 202
ad patriā hanc ciuitatem nouam peruenire cupitis, qui noīa vestra conscribenda dedistis. Eia M
tendere de fratres mei, ardenter desideremus propriam patriam: peregrinationem istam, quæ
beamus. nos ab ea adhuc detinet, toleremus, non amemus, festinemus tamen. Non est quare
Cap. 2. hic stare, nec inuenis in seculo quod tam possis amare, Ipse n. amor parentum, con
*alias sar iugis, filiorum, facultatum, aut magnum quibusdam incusserunt laborem, aut ma
cinam. gnum pariunt timorem non est, quare hic stare. Melius n. festinando apperimus sem
piterna, quam hic remanendo seculi nos apprehēdat ruina. Præparemus sistarcias *
apprehendamus & ascendamus nauē fidei simul & crucem, nec desit ancora spes no
stræ salutis, extendamus funes diuersas virtutes, vela charitatis colligamus, inuoce-
cemus ventum prosperum verbum dei, exhauriamus sentinam a peccatis, per elee-
mosynas mundetur conscientia. Non impediatur huius nostri cursus nauigii, ope-
remus manibus vt possumus. Manibus suis sentinam exauriebat, qui dicebat, Ma-
Psal. 76. nibus meis coram eo nocte, & non sum deceptus. Non negligamus nostra peccata, 201
minuta sunt, sed multa sunt. Fluctus vnus validus irruens obruit nauem, minaturq; I
naufragium. Humor autem per rimas influens & in sentinā veniens, nisi subinde sic
cetur hoc idem facit. Ergo exhauriatur sentina, ne negligatur misericordia, quia elee
Tob. 4. mosyna a morte liberat, & ipsa purgat peccata. Asit nostra tutela Christi gratia, ce-
leuma nostrum dulce cantemus halleluia, vt læti ac securi ingrediamur sempiternā
ac fœliciſsimam patriam. Non metuat anima mare hoc magnum, seculum, scuius
Mat. 14. fluctus ac turbines sentimus inimicas seculi potestates. In deo sperantes multi iam
sancti hos fluctus spreuerunt, multi calcauerunt, multi super eius aquas ambulan-
tes securi ad patriam peruenernnt. Sed exurgit ventus validus & magna tempestas,
1. Tim. 6. sua cuiusque cupiditas, titubat fides in mari: Clamet in te Petrus, Domine, pereo, da
*alias sar- bit manum mergenti, nec sinit perire ille qui propter nos dignatus est super aquas
cinam. ambulare. Vide Apostolum Paulum, hoc nauigiū non solum demonstrantem, verū
Gal. 6. etiam ascendentem, & quā plurimos inuitantem quando dicebat, Habentes victū &
tegumentum, his contenti simus. Quid aliud quam cōpetentem sistarciam * impo-
nendam esse monstrabat, quando dicebat, Mihi aūt ablit gloriari, nisi in cruce domi
Col. 3. ni nostri Iesū Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? Nauem
ascendebat quando dicebat, Induite vos sicut electi dei, benignitate, humilitate, lon
1. Cor. 13. ganimitate, mansuetudine. Quid aliud quā funes extendebat quando dicebat, Ma-
Col. 3. net fides, spes, charitas, maior horum charitas. Vela colligebat quando dicebat, Ver- 201
Gal. 6. bum dei habitet in vobis abundanter. Ventum prosperum inuocabat quando dice- E
1. Thes. 4. bat. Infatigabiles itaque dum tempus habemus operemur bonum ad oēs. Et, Ope-
Ephe. 2. rantes propriis manibus nostris. Quid aliud quam sentinā exhauriri præcipiebat,
quando dicebat, Gratia salui facti estis? Tutelam exorabat quando dicebat, In psal-
mis

mis & hymnis cantantes in cordibus vestris dño. Ceseuma sanctum docebat quando
dicebat, Spe salui facti sumus. Anchoram in cordibus credentium figebat, quando di Ephe. 5.
202 cebat, Hierusalem quæ sursum est libera est, quę est mater nostra. Ipsam patriam de- Rom. 8.
l monstrabat, quando dicebat, Vbi est mors contentio tua? Gratias deo, qui dedit no- Gal. 4.
bis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Non adhuc in mari periclita- 1. Cor. 15.
batur, sed iam in propria patria lætabatur. O optime gubernator, ò pulcherrime ma-
gister & doctor, docuisti & fecisti, & ideo celeriter peruenisti, quia quæ docuisti, prior
ipse fecisti. Siquis forte vt assolet refugit nauigium, & insolitos fluctus maris horre-
scit, desideratq; iter conficere quo etsi tardius ad patriam valeat peruenire, demōstra- De via pe-
bo viam, imò ipsa demonstrat via. Ecce in Euangelio clamat saluator, Ego sum via. destri ad
Habes viam, ambula solicitus: tamen doma iumentum tuum, carnem tuam, ipsi n. patriā na-
insidet anima tua. Quo si in hac via mortali iumento insideres, quod te gestiendo uigare vo
vellet præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fa- lentibus,
me domares, quod fræno non posses? Caro nostra iumētum nostrum est, iter agimus & iumēto
in Hierusalem. Plerunq; nos rapit caro, & de via conatur excludere. Tale ergo iumē- opportu-
tum cohibeamus ieiuniis. Vide illum gubernatorem eundemq; viatorem Apostolū, 202 no. Cap. 3.
Paulum, vide illum iumentum suum domantem, In fame, inquit, & siti, in ieiuniis sæ M Ioan. 4.
pius castigo corpus meum, & in seruitem redigo. Ita ergo & tu qui ambulare deside- 1 Cor. 11.
ras, doma carnem tuam, & ambula. Ambulas. n. si amas. Non enim ad deum passibus,
sed affectibus currimus. Via ergo ista nostra ambulantes quærit: tria sunt hominū De ambu-
genera quæ odit, remanentem, retro redeuntem, aberrātem. Ab his tribus generibus lantium,
malis domino adiuuante mundificetur & defendatur gressus noster. Iam vero cum sextupli-
ambulantes sumus, alius tardius ambulat, alius celerius, ambo tamen ambulant. Ex- ci genere.
citandi sunt ergo remanentes, retro redeuntes reuocandi, errantes in viam ducendi, Cap. 4.
tardi exhortandi, cœleres imitandi. Qui non proficit remansit in via: forte à meliore
proposito declinat ad id quod deterius reliquerat, reuersus est retro: qui fidem dese-
rit, à via errauit. Cum tardis sit nobis & cum celerioribus ratio, cum ambulantibus
tamen. Quis est qui non proficit? Qui se putauerit esse sapientem, qui dixerit, suffi- Phil. 3.
cit mihi quod sum. Qui non attenderit eum qui dicit, Quæ retro oblitus, in ea quæ
ante sunt extentus secundum intentionem sequor ad palmam vocationis dei in xpo
Iesu. Currentem se dixit. sequentem se dixit, non remansit, non retrospexit, absit vt
203 errauerit, qui viam ipsam docebat, qui & tenebat & ostendebat. Celeritatem autem
A eius: vt imitaremur ait, imitatores mei estote, sicut & ego xpi, Arbitramur ergo vos 1. Cor. 4.
dilectissimi in via nobiscū, ambulare, si tardi sumus præuenite nos, nō inuidemus,
quærimus quod sequamur. Si autem nos putatis celeriter ingredi, currite nobiscū,
vnum est ad quod omnes festinamus, & qui tardius, & qui celerius ambulamus. Qui
sunt & retro redeuntes? Qui ex continentia reuertuntur in immunditiam, qui ex san
cto & singulari bono proposito virginitatis diuertuntur in turpitudines voluptatis,
& corrupta mente corrumpunt simul & carnem. Hos increpat Apostolus Petrus di- 1. Pet. 2.
cens: Melius illis erat non cognoscere viam salutis, q̄ cognoscentes retro respicere. O Gene. 19.
malum, retro respicere. Vox. n Loth, quę liberata est à Sodomis contra præceptum
retro aspexit, & euaserat perdidit, nec immerito in statuam salis repēte conuersa est,
nisi vt fatuos suo etiam exemplo condiret. Qui sunt & aberrantes? Oēs hæretici, qui
relicta veritatis via errando per desertum latrocinantur, & animas captant in pecca-
tis, præpediūtq; nequis ad patriam valeat peruenire, effecti lupi semitarij induti oui- De iudicaę
na pelle, cum sint intus lupi rapaces prædicantes Christum viam, & qui eos sequun- tione falso
tur ducentes ad mortem. Hic si aliquis dicat, Quid ego faciam non inuenio. Ecce prędicati.
homo xpm viam prædicat. Christi se dicit esse discipulum, veritatem se dicit annun- nis à vera-
ciare, quare non sequar talia prædicantem? Respondeo, quia aliud eius lingua habet, Cap. 5.
203 aliud conscientia. Vnde noui, inquis? Nunquid ego conscias discutere possum? Chri-
B stum ab eo audio: quod audio hoc credo, hoc teneo. Non te seducat filius falsitatis, si
filius es veritatis Disce iam xpianę, qui xpm desideras & audire & videre. Siquis tibi
xpm prędicat, attende & considera, qualem prędicet, vbi prędicet. Christus. n. veritas Ioan. 14.
est, per scripturas sanctas prædicatur, non in angulis, nec occulte, sed palam, publi- Psal. 18.
ce. In sole posuit tabernaculum suum, hoc est, in manifesto collocauit Ecclesiam suā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam hic respice illum, qui tibi xpm prædicat, dicat qualem Christum prædicet. Ecce hæreticus Manichæus, qui per suam doctrinam promittit introducere te veritatem, ipsum Christum dicit esse fallacem, Non habuit, inquit, verum corpus, phantasma fuit, spiritus fuit. Et hoc in illo fuisse negat nequissimus Manichæus. O pessime hæretice Manichæe, si credere non vis veritatem dicentem discipulis suis, Palpate & videte, quia spūs ossa & carnem non habet, sicut me videtis habentem. Si credere non vis, vt dixi, veritati, Iudæo crede crucifigenti. Nam cum tu dicis, Christus deus fuit, non homo: Iudæus dicit, non fuit deus sed homo. Catholica vtroſq; conuincés; ego ait verum teneo q̄ Christus & deus est & homo. Tu autem Manichæe, vnde probas' xpm spiritum fuisse? Spiritus alapas accepit, spiritus spineam coronam portauit, spiritus sibi crucem baiulauit? Si spiritus fuit, cuius vestimenta milites diuiserūt? Si spiritus fuit, quo cum traheret spiritum, corpus eius propè dimidium diem exami me pependit in cruce? Si spiritus fuit, quomodo latus eius perforatum est lancea? Quomodo susceptus est à Ioseph sepeliendus, quomodo sepulchro est conditus? Oia ista spiritus pati non potest. Sicut de eo antea per Prophetas prædictum est, ita & factum est. Erras tu nimis falsitas, in omnibus te superat. Ergone hæretice vt doces, veritas mentita est, & tu verum prædicas? Et vbi hoc prædicas? In absconso, in occulto. Si veritati fulcitur prædicatio tua, publica sit doctrina tua. Demonstra mihi Ecclesiā tuam, Sed nouimus quid agatis & decepti & deceptores, Apostolus Paulus vos prodidit dicens, Quę n. occulte fiunt ab eis, turpe est etiam dicere. Nobis est turpe dicere, sed vos non quiescitis agere. Manifesta est ignominia vestra, nudata est turpitudo vestra: Ex confessione simul & scriptura vestra omnibus palam facta est turpis doctrina vestra: vtinam aliquando corrigantur corda vestra. Alij hæretici Arriani ipsam viam Christum, per quam itur ad patrem, secundum diuinitatem nolunt esse æqualem patri. Eā cum ipse dicat, Ego & pater vnum sumus: illi dicunt, Si missus est xps, minor est: maior est vtiq; qui mittit illo qui mittitur Hæc argumentatio est humana, non authoritas diuina. Alia est operatio trinitatis, quam tu hæretice non assequeris, quia carnaliter sapis. Mundum. n. cor non habes, nec ad deum. Christus enim inquantum hominem suscepit, missus dicitur: inquantum deus est, ęqualis est patri. Nam quò eum pater mitteret, vbi ipse cum filio non esset? Aut quò filius veniisset, vbi non simul cum patre esset ille qui dicit, Ego in patre, & pater in me? Et, Philippe qui videt me, videt & patrem. Et qui per Prophetam dicit, Cœlum & terram ego impleo. Et de quo Salomon dicit, Attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit oia suauiter? Attingit vbiq; propter suam mundiciam. Sed tu hæretice, ideo dicis maiorem esse qui mittit, minorem qui mittitur, quia temporum spatia cogitas. Sed multū erras, illi assignare tempora, per quem facta sunt tempora. Si patrem confiteris deū, deum filium, æternumq; credis & patrem & filium, noli minorem facere filium in eo quod fecit te, quia ideo minor factus est, vt redimeret te. Sed ipse, inquis, dixit, Pater maior me est: Intellige secundum susceptum hominem, & depones errorem. Secundū hoc ait, Pater maior me est: secundum quod de eo ait Propheta, Minorasti eum paulominus ab angelis. Tu autem dic, secundum quid eum minorem asseris? Si secundum opera, omnia per filium facta sunt. Si secundum tempus, hoc credis de deo tuo, quia sicut tu maior es filio tuo, ita ipse filio suo. Auertat hoc deus ab auribus fidelium. Indigna sunt ista credere de deo. Si enim filius secundum deitatem dei verbū est, sicut Euangelista Ioannes narrat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: fuit aliquod tempus quando pater fuit sine verbo, aut fuit aliquod principium ante ipsum principium? Quoniam ipse filius dixit se esse principium. Interrogantibus quippe Iudæis, Tu qui es? Respondit, Principium. Ergo & illud quod in Genesi scriptum est, In principio fecit deus cœlum & terram: intelligitur in filio, qui est principium. Si ergo semper deus pater, semper deus filius, quia nec ille aliquando non pater, nec iste aliquando non fuit filius. Non. n. vt pater generaret filium, minuit seipsum, sed ita genuit de se alterum qualem se, vt totus maneret in se. Spiritus autem sanctus non præcedit vnde procedit, sed integer de integro, nec minuit eum procedendo, nec auget hærendo. Et hæc tria vnus deus de quo Propheta dicit, Tu es deus solus magnus. Tu autem hæretice, compone gradus, separa

De errore Manichęorum, & eorum improbitate. Cap. 6.
Luc. 24.
Epne. 5.
De errore Arrianoꝝ, & eorum improbitate. Cap. 7.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Iere. 23.
Sapi. 8.
Ioan. 14.
Psal. 8.
Ioan. 5.
Ioan. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 8.
Gen. 1.
Psal. 85.

trinitatem, fac patrem maiorem, filium minorem, spiritum sanctum sequentem. Sed & iam de filio q̄ æqualis sit patri aliqua diximus, & quod occurrit, diximus, audi & de spiritu sancto, quem minorem vis esse patre & filio. Nempe spiritus sanctus ipse spiritus est dei. Audi & ipse quod simul si cum patre & filio, & vbique sit totus, Deus, inquit, Ioannes Apostolus, spiritus est. Et ipse filius per Prophetam ait, Spiritus domini super me: non ait post me, vt sequentem eum faceret, vel minorem, sed ait, super me. Vnde & angelus Gabriel ad Mariam, Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te. Dauid quoq; Propheta, Quò ibo à spiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in abyssum, tu ades. Ergo si spiritus dei & in cœlo & in terra & in inferno adest cum illo qui dicit, Cœlum & terram ego impleo: ergo trinitas vnus est deus. Sed audi adhuc hæretice vnde conuincaris, quod trinitas vnus sit deus. In ipso principio libri Geneseos, quod diximus scriptum est, In principio fecit deus cœlum & terram. Ecce deus pater, & principium filius secundum qd se dixit esse principiū. Si aūt & spiritū sanctū quæris, Spiritus, inquit, dei superferebatur sup aquas. Cū ergo in sequētibus legitur, Dixit deus, fiat lux: &, finxit deus de terra: &, fecit deus: hoc demonstrat q̄ inseparabilia sunt opera trinitatis. Euidētius hoc in consequētibus demōstratur. Nam cum ventū esset ad id vt hō formaretur, ait scriptura, Et dixit deus, Faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā: non dixit, facią ad imaginē & similitudinē meam, vt solus pr̄ intelligeretur: nec dixit, fiat, vt filio veluti ruberet facere p quē facta sunt oia: nec dictū est, fecerunt, vt singuli singula in eo cōferrent opa sua: sed cū diceretur faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā, vt trinitas vnus deus intelligeretur, statim subiunctū est, Et fecit deus hominē, ad imaginē suā fecit illū. Ecce p̄ scripturas sanctas, trinitas vn⁹ deus p̄dicatur, vt Arrianus cōuictus, aliqn cōfundatur. Sed audi adhuc hæreticæ Apostolū Paulū cōuincentē te, & docentē me, audi qd de filio dicat. Cū, inqt, in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse æqualis deo. Ille eū prædicat equalē, tu eū asseris minorē. Cui credendū est, Apostolo an tibi? Tibi quē totus orbis abiecit, an illi, quē totus mūdus suscepit? Cedat igitur vel serò cōuicta puersitas tua, qa iā totū mundū possedit Euāgelica & Apostolica doctrina. Alia quoq; spelunca latronū non bonorū, hæreticorū Pelagianorū & demonstranda est & cauēda: hæc est n. eorū puersa doctrina. Cū scriptura dicat, Maledictus hō qui spē suā ponit in hoie, & qui gloriatur, in dño gloriet̄: isti contrà hoc maledictū hoiem non incurrere promittunt, si de se præsumpserit, vel in seipso gloriatus fuerit. Sed quid contra hos multa dicamus? Hoc promisit & pater illorum diabolus illi primo homini, Non morte, inquit, morieris, eritis sicut dij. Deum contempsit, serpenti credidit, & quod acceperat, perdidit. Si tunc ille hō non fuit cautus, nunc homo caueat vel expertus. Odit deus pręsumptores de viribus suis. Quid n. valeat liberum arbitrium non adiutum, in ipso Adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonum non, nisi adiuuetur à deo. Primus. n. ille homo accepit liberum arbitrium rectum, & posuit deus ante eum, sicut scriptura dicit, ignē & aquam, ad quod volueris, inquit, porrige manum tuam. Elegit ignem, reliqt aquā, videte iustum iudicem. Quod elegit homo, liber accepit: malum voluit, hoc illū secutum est. Videte rursum illum iustum iudicem misericordiam facientē. Cū. n. videret q̄ hō totā stirpē suā, male vsus libero voluntatis arbitrio, in se tanq̄ in radice dānasset, ipse non rogatus de cœlo humilitate sanauit, errātes p duxit ad viā, peregrinos perduxit ad patriā. Non ergo glorietur humana natura de se, sed in eo glorietur qui fecit se. Iā vero cæterę sectæ hæreticorū xp̄i viā prædicantiū, sed longe à via errantiū, vna voce ipsius veręviæ conuincuntur atq; confunduntur dicentis, Multi mihi dicent in illo die, dñe dñe, nonne in tuo noie prophetauimus, & in tuo noie dęmonia eiecimus, & in tuo noie virtutes multas fecimus? Et tunc dicā eis: Non noui uos, Recedite à me oēs qui operati estis iniquitatem. Ideo operati estis iniquitatē, quia Ecclesiæ meæ perturbastis vnitatem. Vos aūt fidelia germina sanctæ matris Ecclesiæ catholicę per vniuersum mundum diffusæ, fugite oēs hereses. Siquis aliud euangelizauerit vobis anathema sit. Rectos cursus facite pedibus vestris, non declinetis nec ad dexteram præsumendo, nec ad sinistram desperando. Currite velociter re-

De errore Pelagiano rum, & eorum impębitate. Cap. 8.
Iere. 17. & 9.
Gen. 3.
Eccle. 15.
Cap. 9.
Matt. 7.
Cap. 10.
Gala. 1.

ctam uiam, ipsa enim vos perducit ad patriam: ad patriam illam cuius ciues angeli
sunt, cuius templum deus, cuius splendor filius, cuius charitas spiritussanctus, ciui- 203
tas sancta, ciuitas beata, ciuitas vbi nullus perit amicus, quò nullus admittitur in- L
micus, ubi nullus moritur, quia nullus oritur, nullus infirmatur, quia incorrupta sa-
lute lętatur. Cum illuc venerimus, non ibi esuriemus aut sitiemus, Visio ipsa tante-
tas nostra erat, Non ibi dormiemus, quia non ibi laborabimus. Nulla cuiuslibet rei
necessaria erit refectio, ubi nulla erit defectio Viuemus, regnabimus, lętabimur. Si tā
tum delectat cum de ea loquimur, quid erit & videre? Videre deum, viuere cum deo,
viuere de deo. Vita enim erat nostra laudare deum, & sine defectu amare. Beati enim
ait Propheta, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Psal. 83.
Fratres dilectissimi, si cum nauigantibus laboramus, & viatoribus ducatum præ-
buimus, si deuias fauces latronum, hoc est, hæreticorum solicite demonstrauimus,
si ipsam patriam cœlestem declaratam atque demonstratam iam cernitis oculis cor-
dis vestri, reddite nobis fructum laboris nostri, reddite fratres reddite, exigimus a
vobis. Talis est n. merces nostra, quam a vobis exigimus, vt nec nos pudeat petere,
nec vos pigeat erogare. Hoc quod exigimus, eroganpo cumnlabitis magis quam de-
trimentum patiamini. Si non erogaueritis, quę est ergo nostra merces? Non quęrimꝰ
aurum vestrum, non argentum vestrum, non numum vestrum, nec quicquā de re- 203
bus uestris, sed merces nostra est, ut in illo sancto fonte adiuuetis nos orationibus M
vestris.

INIS.

DE CONTEMPTV MVNDI

LIBER VNVS.

De duplici mandatorum genere. Caa. 1.

AVDITE fratres charissimi salutiferam patris nostri doctrinā, qui non terrenam, sed æternam concupiscitis hereditatem, qui non vultis sortem accipere in terra morientium, sed cum Psalmi sta decantare, Portio mea in terra viuentium: qui Aegyptum reli quistis, & ad promissionis terram festinatis. Audite itaque haben tes aures audiendi pium patrem, ad hæreditatem cœlorum nos vocantem & dicentem, Venite filij audite me timorem domini docebo uos, Quis est n. hō qui vult vitā? Quis est qui ad vitam vis ingredi: seruа 203
mandata dei. Quorū mandatorū alia sunt specialia, alia vero cōia. Specialia sunt pro A
prie canonicorū siue clericorū & monachorū: cōia aūt omniū catholicorum. Spālia
igitur sunt hæc, Si vis perfectus esse, uade & vende oia quæ habes, & da pauperibus,
& sequere me. Et iterū, Omnis qui reliquerit domū, aut agrū, aut patrē, aut matrem,
aut fratres, aut sorores, aut filios, aut agros pp me, cētuplū accipiet, & vitā æternam
possidebit. Et ad discipulos, Vos qui secuti estis me, in regeneratione cū sederit filius
hois in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim tribus Israel. Hæc
itaq; fratres quāto singularia tanto p̄cipua, quanto acriora, tanto deo gratiora. Dicit
iterū saluator noster inter cætera, Qui nō renunciauerit oibus quæ possidet, nō pōt
meus eē discipulus. Qui dixit, oibus, nihil propriū, a suis discipulis possideri voluit.
Qui quicquā possidet in terra, remotus est a Christi disciplina: Qui aūt noſi est di-
scipulus Christi, quo p̄ sumit sibi ligandi atq; soluendi ptātē? Intendite fratres uerba
Euangelij dicentis, intrauit Iesus ianuis clausis ad discipulos, & insufflans dixit eis,
Accipite spiritumsanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū reti-
nueritis, retenta sunt. Nunquid illi habebant propriū quibus magister indixerat, Ni
hil tuleritis in via? De quibus Lucas Euangelista refert, Erant eis oia cōia. Videre qd 203
Petrus dixerit ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Qui oia re- B
liquerāt, nihil sibi penit⁹ retinuerāt. Vñ ergo sibi arrogāt ligādi atq; soluēdi ptātē, q
in terra p̄ sumūt possidere facultatē? Quo nō erubescūt dicere, Dns pars hereditatis
meæ? Vbi est illud apostolicū, Quę cōuetio xp̄i ad Belial? Qui terrenas possessiones
relinquere

Ibidem.

Mat. 19.

De nō possidēdo p̄priū clericis. Cap. 2.

Luc. 14.

Ioan. 20.

Luc. 9.

Acto. 4.

Mat. 19.

Psal. 15.

relinquere nolunt, cur peccata populi comedūt? Si decimas cum filiis Leui accipiūt,
quomode inter cæteras tribus partem accipient? Si nominis sui etymologiam atten
204 dunt, cur clerici a sorte dicti sunt? nisi quia dominus eorū sors vel hæreditas sit. Cur
C saltem clericatus sui signa, quibus a laicis discernuntur, non perpendunt? Non enim Cap. 3.
sine causa capita eorum raduntur & tondentur, sed perspicacissima & euidentissima Clerici
ratione. Nam his signis secernuntur a laicorum conuersatione. Quod vt multis deo quare ra-
propitiante proficiat, admonitioni vtilissimæ duximus inserere. Dicimus multorū dantur.
patrum authoritate cerebrum esse sedem sapientiæ: Christum vero, Paulo attestāte,
dei virtutem & sapientiam esse. Cum itaque cerebrum sit in capite, sapientia vero 1 Cor. 1.
iuxta patrum authoritatem in cerebro habet sedem, & sic per sapientiam sibi infu-
sam cuncta membra regantur a capite, quod per cerebrum est, quod est sedes sapien
tiæ: sic inter nos & veram sapientiam, quæ vt diximus Christus est, qui etiam iuxta
Apostolum caput nostrum est. Dicit enim. Caput mulieris est uir, caput vero viri 1. Cor. 11.
est Christus. Christi autem caput est deus. Vt ostendamus, nullum obstaculum in-
teresse, in ea parte pilos capitis incidimus, in qua nouam sapientiam, id est, Christū
inesse cognoscimus, per hoc signantes malam terrenarum rerum solicitudinem no-
strę mentis oculos ad deum contemplandum impedire. Scimus enim quod quisque
204 quanto magis terrenis occupationibus implicatur, tanto magis a sui conditoris vi-
D sione impeditur. Vnde Apostolus, nemo militans deo implicat se negociis secularib⁹. 2. Tim. 2.
Item, qui sine vxore est, cogitat quæ dei sunt. Hinc Moyses ait, Leuitę radant pilos 1. Cor. 7.
carnis suæ. Leuita interpretatur assumptus. Quisque nanque in officiis diuinis as- Numer. 8.
sumptus est, pilos carnis, id est, superfluas cogitationes cordis radere debet. Caput igi
tur radere signat cogitationes terrenas & superfluas a mente resecare. Nec incongrue
per pilos & capillos significantur cogitationes superfluæ. Sicut n. pili non sunt pars
corporis, sed quædam superfluitas procedens a corporis humore, sic bona tēporalia
non sunt nobis naturalia, sed aliena & superflua. Hinc itaq; fideles, Christi, qui ad
æternam vitam medullitus suspirant, qui mundū cū suis oblectationibus sub pedi-
bus conculcant, qui in terra nihil possidere volunt, sed cū Apostolo dicunt, Nostra Philip. 3.
conuersatio in cœlis est, capillorum minimam partem in capitibus retinent, vt per
eorū abrasionē se minimā terrenorū solicitudinē habere designet. Quapropter etiā
illā minimā particulā capillorū retinent, quia dū in hoc mundo sunt, a terrenis cogi
tationibus omno vacui esse non possunt. Quisquis igitur clericus ad sortē domini vo
catus, qui comā nutrit, & capillos radere vel tondere erubescit, profecto se nō de dei,
sed de mundi sorte esse testatur. Quanto. n quisq; carnis crines diligit, fouet & nu-
trit, tanto cor suū non in cœlis, sed in terra fixū esse ostendit quāto aūt radit & edo-
mat, tanto se non terrena sed æterna diligere cōprobat. Si vero vt p̄diximus, crines
204 idcirco radimus, vt inter nos & deū nihil interesse approbemus, profecto patet, q̄ cū
E in oratione persistimus, aliena velamina capitibus nostris apponere non debemus,
p̄sertim cū Apostolus dicat, Vir non debet orare velato capite, imago. n. dei est. Ces- 1. Cor. 11.
sent itaq; clerici psalmodiæ hymnisq; spiritalibus insistentes, capillos, mitras, cæte-
raq; velamina in capitibus portare, ne dū cū deo loquimur, famulatus sui signa oc-
cultantes, eius indigni iudicemur propitiatione, cuius salubri doctrinæ p̄ sumimus
non obedire, Qui. n. non obedit Apostolo, contra dicit Euangelio. Et iuxta eiusdem
Apostoli vocē dicentis, An quæritis experimentū eius qui in me loquitur Christus?
Itē, Si angelus venerit de cœlo, & aliud Euangeliū nunciauerit uobis, anathema sit. 2. Cor. 13.
Extirpetur ergo penitus de clero talis p̄ sumptio: ne, quod absit, a deo expellatur eius Galat. 1.
oratio. His igitur signis clericalibus p̄ibatis, quib⁹ a laicis discerni debemus ad ꝓpo De bonis
sitā admonitionē redeamus Apostelū Ioannē dicentē, Nolite diligere mundū, neq; mundanis
ea quæ in mundo sunt. Audiamus & p̄ salmistā mundi amatores increpantē, Filij ho- pro eorum
minū vt quid diligitis vanitatē, & qnęritis mendaciū? Salomon quoq; subsequitur vanitate &
dicens, Vanitas vanitatū & oia vanitas. Libet intueri q̄ bene consonant organa spiri xp̄i exēplo
tussancti, Monet Apostolus vt non diligamus mundū: inuehit psalmographus in ei⁹ cōtēnēdis.
204 amatores: clamat Salomon, cuncta subiacere vanitati. Quare non diligamus mun- Cap. 5.
F dum, nec sequamur mendacium, Ecclesiastes declarat, ac si diceret, ideo non sunt Psal. 4.
amanda ima, quia trasitoria mendacia, quia quæ promittunt non conferunt, bona Eccl. 1.

igitur non sunt. Cum enim bonorum omnium author sit deus,& a fidelibus suis
Matt.8. quæri & diligi quæque bona præcipiat,si mundana vera bona essent, nec ipse quidē 204
contineret,nec suis sequacibus cōtemni p̄ciperet. Quid igitur veritas de se testetur, G
audiamus,Vulpes foueas habent,filius autem hominis non habet vbi caput suum
reclinet. Item si mundi gloria vana non esset non se absconditisset, cum turbæ eum
regem facere voluissent. Item si mundi gloria vanā non esset,si diuitiæ terrenæ vera
bona essent,non earum possessoribus improperaret dominus dicens,Væ vobis diui-
Matt.19. tibus,&c. Et alibi, Facilius est camelum per foramen acus transire, qua diuitem in-
troire in regnum cœlorum. Audiamus etiam quid suis dicat imitatoribus,Si vis per-
Luc.14. fectus esse,vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Item, Nisi quis renun-
Mat.6. ciauerit omnibus quæ possidet,non pōt meus esse discipulus. Item, Nemo pōt duo-
bus dominis seruire,id est,deo & mammonæ. Vidit peritus magister suos discipulos
luctaturos cū mundo,qui si haberent vnde tenerentur,leuius deiterentur. Tulit igi
tur arma suis & nostris hostibus,dum nos priuauit terrenis possessionibus. Nudus
nanq; latrones non solet timere: qui vero se mundanis implicat, tela parat,quibus
Quid mū- confodiatur. Qui ergo non vult confodi,nudus procedat per viam huius exilii. For-
danis con- tasis quæret aliquis: Cum deus sequaces suos mundana iubeat postponere, quæ
tēptus sit sunt quæ iubet appetere? Audi ipsum dicentem. Quærite regnum dei. Item, Thesau- 204
requirēdū rizate vobis thesauros in cœlis. Quæret iterum aliquis, Si deus vult homines terre-
Cap.6. na odire,quæ debent diligere? Ista sunt quæ præcepit diligere,cū per Moysen respon H
Mat.6. dit,Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo,& proximum tuū tanq̄ teipsum. Pro-
Deute.6. ximus in terra tān tū diligi p̄cipitur,quia cœlestis regni hæreditatem nobiscum sor-
titur. In quo charitate diuina perfusi,scriptura testante,quæ ait, vt cies nostros si-
cut nos ipsos diligamus, propitiante deo ibi facturi sumus per quē & redēpti sine fi
ne viuemus,qui et cū pp opera nostra mala inimici eius essemus,prior dilexit nos,&
cū essemus serui inutiles,in filios suos nos adoptauit & hæredes: filiū suū vnigeni-
tū tradens pro nobis,vt nos eriperet a perpetuæ mortis laqueo. Quisnam puer tam
Leui.19. benignū patrē digne pōt diligere? Quis eius tātis beneficiis aliquid dignū pōt retri-
Psal.15. buere? Hæc tanta beneficia admirans Psalmista ait, Quid retribuā dño pro oīb⁹ quæ
retribuit mihi? Cui ipse inquisitioni,deinde subiungit, Calicē salutaris accipiam,&c.
Quantulacūq; sit hæc retributio,calicē. s. dñi accipere,nulla tñ alia ita digne uidetur
passioni dñicæ congruere. Hac itaq; ratione, ut quēadmodū sanguinem suū dedit p
nostra redēptione,sic & nos nostrū fundamus pro sui nois confessione. Sed qūo pro
Christo suū dabit sanguinē,qui pro eo nonvult abiicere mundi vanitatem,cum nos 204
minus q̄ nostra diligamus? Qūo pro Christo uitā tradet,qui contra eius p̄cepta hæc
Ioan.14. vana & falsa possidet? Ipse n. dicit,si diligitis me,mandata mea seruate. Loquitur & I
1.Ioan.2. Ioannes Apostolus,Qui dicit se diligere deum, & mandata eius nō custodit,mendax
De pauper est Cōuincitur itaq; se,& nō deū diligere,qui mandata eius nō vult custodire. Cū
tatis Volū Christus pro nobis pauper factus sit & egenus,nos pro ipso cur pauperes esse erube-
tariæ fœli scimus? Nunquid eius pauperes non facit diuites, veritate attestāte, Regnū cœlorū
citate. non diuitum,sed pauperum est? Dicit nanq; pauperibus,Beati pauperes spiritu, qm
Cap.7. ipsorum est regnum cœlorum. Si est regnum cœlorū pauperū, restat vt infernus sit
Mat.5. diuitū. Hoc quoq; declarat nobis Euangelium dicens: Homo quidam erat dines. Et
Luc.16. post pauca subiungit, Erat autem & quidam mendicus,Lazarus nomine,qui iacebat
ad ianuam eius,vlceribus plenus,& cętera. Factum est autem ut moreretur mendi-
cus,& portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dines,& sepul-
tus est in inferno. Non reputet quisquam hæc uerba esse Augustini, non sunt homi
nis, sed ueritatis, quę nec fallere potest, nec falli. Quisquis ergo vis regnare cum
Christo,elige pauperiem cum ipso, ut requiescas cum Lazaro mendico. Nemo enim
Acto.14. potest gaudere cum seculo, & regnare cum Christo. Audi Apostolum dicentem, 204
Mat.20. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et iuxta verita-
tis uocem, primo nos oportet bibere calicem domini,vt sic pertingamus ad regni cō
fessionem. Qui autem vult epulari cum diuite,præparet se epulas uermibus gehen-
næ, in qua pro gaudio momentaneo ardebit perpetuē cum capite suo diabolo. In-
fœlix commercium, pro tam breui gaudio cœlesti priuari regno. Fœlix pauper-

tas,per quam cœlestis acquiritur hæreditas. Fœlix commercium,pro peritufis ęterna recipere,& quod ineffabile bonum est, cum Christo sine fine regnare. Econtrario
ineffabilis miseria,perpetua cum diabolo pati supplicia. Quapropter fratres cha- Cap.8.
202 risimi,nos illud euangelicum ruminantes,Quid prodest homini si vniuersum mū- Mat.16.
L dum lucretur,animæ vero suæ detrimentum patiatur,vel quam commutationē dabit homo pro anima sua: voluntarie nunc pro Christo ponamus quandoque dimittenda,ne quod absit,pro transitoriis amittamus æterna. Hauriamus antidotum momentaneæ amaritudinis,vt quandoque percipiamus immensę gaudia salutis. Sic modo curramus,ut in futuro comprehendamus, vbi inueniemur, ibi iudicabimur. Non perdamus tempus acceptabile. Non enim erit apud inferos locus pœnitentię. Dum igitur uacat,dum sumus in via,aduersario nostro legi dei consentiamus. Lex quippe diuina noster ideo dicitur aduersarius,quia nostris carnalibus omnino contradicit voluptatibus. Aduersario itaque nostro,id est,Euangelio,dum rex expectat, dum nos adhuc ad pacem inuitat,nuncios mittamus, cum eo pacis fœdus ineamus, vt cum venerit ille magnus paterfamilias, non vt seruos inutiles puniendos, sed ut filios hæreditādos inueniat,secumq; introducat ad nuptias,vt de suis beneficijs sibi perennes reddamus gratias Iesu Christo domino nostro,qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

FINIS.

202 M

DE VANITATE SECVLI LIBER VNVS.

IN hac vita positi fratres,ita agite,vt cum hinc migraueritis, & ca ro vestra a vermibus cœperit deuorari in sepulcro, anima ornata bonis operibus cum sanctis omnibus lętetur in cœlis. Retrahat vos a malis operibus vel peccatis interitus eorum quos præmisistis. Attendite calamitates, cōsiderate diuitum sepulchra,vel eorum qui ante pauca tempora vobiscum erant,quid sunt,vel quid fuerunt,vel quid eis diuitiæ & cupiditas seculi profuerint, ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt, qui si modo loqui possent,hæc vobis dicerent,Vt quid infœlices tantum pro seculi vanitate discurritis? Vt quid vos criminib⁹ & vitijs repletis? considerate ossa nostra, & vel sic vobis horreat cupiditas & miseria uestra. Quod uos estis nos fuimus: & quod nos sumus,uos eritis. Itaq; oīa fratres charissimi,solicita consideratione pensate, & hæc considerantes expauescite, diem mortis ante oculos semper ponite, ad emendationem quantum potestis festinate. Nolite negligere quod uos pius deus peccantes sustineat, quia quanto diutius expectat ut emendetis, tanto grauius iudicabit si neglexeritis. Si forte putetis quia finis mundi tardius veniat,vel suum vnusquisq; consideret finem. Ecce dum libenter ac iucundissime moratur homo in mundo, multaq; in longa tempora disponit agenda,repente rapitur a morte,& ex improuiso aufertur a corpore. Sed ille est beatus qui semper illam habuerit ante oculos, & festinauerit in illa hora mortis paratus inueniri. Quòd si vultis scire,charissimi,quam magno metu magnisq; dolori bus anima separatur a corpore,diligenter aduertite. Veniunt enim angeli assumere eam ante deum,ut perducant illam ante tribunal iudicis metuendi, & tunc illa memorans opera sua mala & peruersa quæ die noctuq; gessit, contremiscit,& quærit ea fugere inducias q; petere dicens, Date mihi vel vnius horę spatium. Tunc quasi loquentia simul opera eius dicent, Tu nos egisti,opera tua sumus, non te deseremus, sed tecum semper erimus,tecumq; pergemus ad iudicium. Hęc quidem cum peccatoris anima aguntur,quæ cum horrēdo timore separatur a corpore, & pergit plena peccatis & ingenti confusione: iusti vero anima cum separatur a corpore non timet,nec expauescit,sed magis cum magno gaudio egreditur, & cū exultatione pergit ad deū,

De miseria hui⁹ vitę, ex timore mortis, & laqueis diaboli, & pœnarum inferni recordatione. Cap. 1.

202 A

deducentibus se sanctis angelis. Illam horam fratres modo timete, vt non tunc timeatis: illam nunc præcauete, vt tunc secure esse possitis. Memẽtote iugiter qđ in medio laqueorum diaboli ambulatis,& ideo semper parati estote, vt quando domini præceptum fuerit missum, libere ab omni labe peccati ad requiem transire possitis. Non arbitremini vos in hoc mundo diu mansuros, quia nimirũ prouenit,vt post dominicum missum præceptum, nec vnius horę momentum concedatur in hac vita consistere. Cãuete igitur ne in exitu vestro tristitiam faciat is angelis, & gaudiũ inimicis. Scitote vero,qꝓ cum anima a corpore euellitur,statim aut in paradiſo pro meritis bonis collocatur,aut certe pro peccatis in inferni tartara ꝓcipitatur. Eligite modo quod vultis,& hoc iam in vita vestra disponite,aut perpetualiter gaudere cũ sanctis,aut sine fine cruciari cum impiis. Itaq; fratres,saltem pœnæ vos terreant,si præmia non inuitant, & ꝓsens seculum si despicere non valetis, saltem cum iustitia possidete. Qui in adolescentia errauit,saltem iam in senectute resipiscat,& mala quę peccando commisit,pœnitendo iam expurget,Ecce paulatim deficit mundus, & cuncta quæ videntur,velociter tanquam nebula,aut tanquam vespertina vmbra transcurrunt. Ecce quod olim prænunciabatur, præsenti iam tempore perspicue cernitur. Subtrahuntur,vt ipsi videtis,omnia bona,& crescunt quotidie mala. Nolite ergo fratres iam mundum diligere,quem tanta cernitis cum velocitate transire. Nolite eius in amore ancoram cordis iam figere, quem sic ad finem conspicitis declinare præsertim cum Apostolus Iacobus clamet, quod amicitia huius mundi inimica sit deo. Si enim ipse mundus nos diligeret, diligendus vtiq; non esset: quãto magis nũc dum ipse nos obedire probatur,quos tantis malis insequitur, a nobis oĩno spernendus atque fugiendus est. Vitam ergo ęternam ex omnibus precordiis vestris amate, quam nunquam in secula finiatis. Illuc festinate vbi semper viuatis, & vbi iam mori nunquam teneatis. Si.n sic amatis istam vitam miseram fluidamꝙ, vbi cũ tanto labore viuitis,& vbi vix currendo,satagendo,sudando, suspirando necessariis corporis satisfacitis,quanto magis amare debetis æternam vitam, vbi nullum laborẽ sustinebitis,vbi semp summa securitas,summa fœlicitas,summa libertas, fœlix beatitudo,vbi etiam implebitur illud quod dominus in Euangelio dicit,Erunt homines similes angelis. Et illud,Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Qualis putatis tunc erit splendor animarum,quando solis claritatem habebit lux corporum? Ibi iã non erit vlla tristia,nullius ibi labor,nullus dolor,nullus timor,nulla mors, sed perpetua semper sanitas perseuerat,nulla ibi cõsurgit malitia.nulla carnis miseria,nulla ægritudo,nulla omnino necessitas. Non erit ibi fames, non sitis, non frigus, non æstus,non lassitudo ieiunii,nec vlla tentatio inimici,non peccandi voluntas,nec de linquendi possibilitas, sed totum lætitia, totum exultatio possidebit, hominesq; E sociati angelis,sine vlla carnis infirmitate vernabunt. Erit ibi iucũditas infinita, beatitudo sempiterna,quam qui semel adipiscitur,semper tenet. Nihil hoc loco magnificentius,nihil glorioſius,nihil clarius,nihil pulchrius, nihil verius,nihil illa bonitas syncerius,nihil illa abundantia copioſius. Ibi iam non formidabitur fortissimus hostis,qui cupit iugiter animas iugulare,nec facies omnino turbulenta tortoris. Non incutiet timorem barborum immanitas,nec vlla vlterius timebitur aduersitas. Nemo in illo loco glorioſo indigebit vestimento,non est illic frigus,non æstus, nec vlla aeris inęqualitas. Nullus ibi esurit,nullus tristatur,nullus est ibi peregrinus,sed omnes qui illuc venire meruerunt securi in propria patria viuent. Non vltra aduersabitur caro spiritui,sed cum angelis inerrabilia sempiterna a Christo premia tribuentur,& quod oculus non vidit, sicut dicit Apostolus,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Ecce qualem beatitudinẽ perditurus est,qui modo se dum licet,emendare noluerit. Idcirco nos,fratres, domino auxiliante dedignemur vltra seruire peccato,quibus tantã beatitudo præparatur in cœlo. Dum ergo tẽpus est,festinemus propitiũ nobis habere dominũ, despicimus q̃ terrena sunt,vt adipiscamur cœlestia,cogitemus peregrinos nos esse in hoc seculo, vt liberius festinemus ad cœlos. Velociter.n.transeunt,& cito tanquã vmbra pereũt cuncta quę hic videntur. Perpendamus, charissimi fratres,quales erimus in die iudici,dei & angelorum eius conspectui præsentandi,quando opera nostra erunt nobis

Iaco.4.

De fælicitate patrie Cap.2.

Mat.22.

1.Cor.2.

De terrore extremi iudicii. Ca.3.

ante oculos nostros ponenda. Qualis erit tunc ista confusio, cui contigerit propeccatis suis in conspectu dei omniumꝙ hominum & angelorum erubescere, qui hic nevnum quidem hoĩem in se peccantem vult nunc inspicere? Quis pauor erit, deum iratum videre, quẽ placatum valet vniuersitas comprehendere? Illum ergo diẽ semper timeamus,quẽ modo præuidere nullatenus possumus. Illum diem iugiter pauescamus,& vel sic actus nostros reuocemus. Consideremus quis terror in die illo erit, cum dominus de cœlis ad iudicãdum seculum venerit: qui metus erit, deum videre, ad cuius aduentum vniuersa elementa quatientur, & cœlum cum terra cõtremiscet, virtutesq; cœlorum commouebuntur? Tunc nimirum præcinentibus angelorũ tubis,oẽs gentes quæcunq; sub cœlo fuerint,& oĩs homo tam viri q̃ fœminæ, in eo sexu vnusquisq; quo natus fuerat in mundo,boni & mali,sancti & peccatores,vel quicunq; ab initio nati & mortui fuerint,siue à bestiis deuorati,siue ab igne cõsumpti, siue etiam ab aquis absorpti,oẽs simul in momento tpis,in ictu oculi resurgent,in ipsis sine dubio corporibus, atq; in ipsa carne quã hic habuerunt. Sin virum perfectũ, 1.Cor.15. in mensuram ætatis plenitudinis xp̃i, in qua & ipse dñs resurrexit n mortuis. Et oẽs ante iudicium xp̃i venient,pariterq; eum electi & reprobi oculis suis videbunt,sicut Ephe.4. & ipse dñs in Euangelio dicit, Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus Mat.26. cœli cum virtute magna & maiestate,constipatũ agminibus angelorum,& congregabuntur ante eum oẽs in tribus terræ,& separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis,& statuet quidem iustos à dextris,impios aũt à sinistris. Tunc dicet ad eos qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi,Esuriui.n.& dedistis mihi manducare,sitiui, & dedistis mihi potum, & cætera quæ auditis in Euangelio. Tunc oĩbus aspicientibus ostẽdet liuores fixurasq; clauorum, in ipso sine dubio corpore quod pro nostris peccatis uulneratum est,& ita peccatores compellans dicet,Ego te homo de. Imo terræ manibus meis formaui,& in paradisum meum quem non merebaris, collocaui, sed tu meq; iussa contemnens,deceptorem sequi maluisti,vnde & iusta pęna damnatus,inferni suppliciis deputatus eras: postea misertus tui, carnem assumpsi in terris, inter peccatores habitaui,contumelias & verbera pro te sustinui: vt te eriperem colaphos & sputa suscepi,& sustuli patienter: vt tibi dulcedinem paradisi redderem,acetum cũ felle bibi. Propter te veprib. coronatus, cruci affixus, lancea vulneratus sum, pp te mortuus in sepulchro positus sum,ad inferna descendi,vt te ad paradisum reducerẽ tartara adij, vt in cęlo regnares. Agnosce ergo impietas humana quæ pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te suscepi. Ecce clauorum foramina, quibus affixus in cruce pependi. Suscepi dolores tuos,vt te sanarem,suscepi contumeliam vt tibi gloriam darem,suscepi mortem vt tu haberes vitam immortalem, conditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in cęlo. Hæc omnia pro vobis sustinui. Ampliora horum quid vobis debui facere & non feci? Dicite mihi nunc,vel ostendite quid passi estis pp me dominatorem vestrũ,vel quid boni egistis pro vobis? Ego cum essem inuisibilis & impassibilis,pp vos dignatus sum ſpõte pati,pp vos incarnatus sum: cũ essem diues,pp vos egenus factꝰ sũ. Sed vos humilitatẽ meã & p̃cepta mea sp renuẽtes,seductoré magis q̃ me secuti estis. Ecce mõ nõ põt iustitia mea aliud iudicare,nisi qđ merẽtur opera uestra. Ergo qđ ipsi elegistis,tenete. Contempsistis lucem, possidete tenebras. Amastis mortem,ite in perditionem. Secuti estis diabolum,ite cum illo in ignẽ æternum. Quis putas tunc erit mœror,quis luctus,quæ tristitia, q̃ angustia,cũ hæc fuerit aduersus impios prolata sententia? Tunc erit malis dura separatio a dulcedine consortii sanctorum. Et tunc impij traditi in potestatem dæmonum, ibunt in ipsis corporibus suis cum diabolo in supplicium æternum, & permanebunt semper sine fine in luctu & gemitu. Procul quippe exulati a beata paradisi patria cruciabuntur in gehenna Perpetua,nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi, sed milia milium annorum in inferno cruciandi. nec inde in secula liberandi, ubi nec q torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando morietur. Sic enim ibi ignis consumit,ut semper reseruet sic tormẽta aguntur, ut semper renouẽtur. Iuxta qualitatẽ uero culpæ pœnam vnusquisq; sustinebit gehẽnæ: & similis culpæ rei, suis similibus iungentur cruciandi. Non vbi audietur aliud nisi fletus, & planctus & stri

205 F

205 G

205 H

205 I

2.Cor.8.

Universidad de Deusto Biblioteca

dores dentium. Non ibi erit aliud consolamentum, nisi flammę & terrores pœnarũ, ardebuntq; miseri in igne æterno semper in secula seculorum. Iusti autem ibunt in
vitam æternam, in ipsa sine dubio carne quam hic habuerunt, & sociabuntur angelis 205
sanctis in gloria sempiterna, nunquam iam vlterius morituri, nũquam corruptioné K
Mat. 13. visuri sed semper lęti ac alacres, ac dulcedine xpi iugiter satiari, fulgebunt sicut sol
in gloria & claritate, quam præparauit deus diligentibus se. Et erit tunc, quanto quis
amplius alio hic obediens deo fuit, tanto ampliorem illic mercedem accipiet: quãtoq;
hic amplius quis deum amauit, tanto propius eum videbit. Benedicamus igitur do-
minum deum nostrum, fratres, qui ad lætitiam spiritalem congregauit nos, simus in
humilitate cordis semper, & gaudium nostrum penes ipsum sit. Non igitur de prosperi-
tate aliqua huius seculi infremur, sed nouerimus fœlicitatem nostram non esse nisi
cum ista transierint. Modo gaudium nostrum, fratres, in spe futura sit, totum desi-
derium vita æterna sit, omnia suspiria nostra Christo anhelent. Ille vnus pulcherrimus,
Psal. 35. qui fœdos dilexit vt pulchros faceret, desideretur, ad illum vnum curratur, illi inge-
miscatur, & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacé serui eius: Amen.

FINIS.

DE OBEDIENTIA ET HVMILITATE SERMO.

De laude & prerogatiuis obedientiæ. Cap. 1. Gene. 9. Danie. 13.

NIhil sic deo placet quemadmodum obedientia. Cham maledictus fuit: & post multa secula manet quod dicitur, Semen Chanaã, & non Iuda, quia patri nõ est obsequutus. Cæterum Sem, qui obsequutus est patri, benedictionem habuit in omnia secula. Hoc itaque dico, nõ est filiorum iudicare de patribus. Nemo vadit ad magistrum & docet magistrum suum. Venisti ad me vt docerem te literas: si tibi scripsero & dixero tibi, scribe quomodo ego scribo, 207
vtiq; imitari debes quem magistrum elegisti. Ab aliquo doctus es, & vadis ad peritio M
rem magistrum. Hoc totum quare dico? Vt obedientiam exhibeamus patrib. nostris.

Lucę. 10. Qui patribus non obsequitur, deo non obsequitur. Dicit enim dominus, Qui vos contemnit, me contemnit. Qui ergo contemnit Apostolos, contemnit Christum. Qui contemnit patres, contemnit Christum qui in patribus est. Hoc dico quia hæc in nobis summa & sola est virtus obedientiæ. Si ieiunaueris diebus ac noctibus, orationemq; feceris, si in sacco fueris vel cinere, si nihil aliud feceris, nisi quodcũque præceptũ est in lege, & tibi visus fueris quasi sapiens, & obediens patri nõ fueris, oẽs virtutes perdidisti. Vna obediẽtia, nisi te diligẽter attẽderis, superbiã tibi facit, superbia aũt inimica est deo. Nihil sic odio habet deus, sicut superbiã. Quicunq; non obedit, non facit de sanctitate, sed de supbia. Ideo n. non obedit, quia se meliorẽ putat illo, cui non obedit. Simpliciter dico vobis, oĩa peccata odio habet deus, mendacium, periurium, furtum, & cætera, in quibus siquis deprehensus fuerit, non põt oculos leuare, sed sic eũ habemus quasi execrabile. Siqs superbus est, multo peius facit quã adulteriũ, & tñ loquimur cũ eo. Qui fornicator est, põt aliquid dicere: Vicit me caro mea, superauit me adolescentia mea. Nõ dico q̃ sibi hoc facere liceat, aut q̃ se excusa- 208
re debeat, siquidem & hoc odio habet deus, sed in comparatione mali dico. Qui- A
cunque aliud peccatum fecerit, verbi gratia, si furtum fecerit, se excusare potest.

De malo superbiæ. Cap. 2.

Quid enim dicit? Propterea furtũm feci quia algebam, quia fame moriebar, quia ægrotabam. Superbus quid dicere potest? Ideo superbia maius malum est, quia excusationem non habet. Cætera vitia eis nocent, qui ea committunt: cæterum superbia plus omnibus nocet. Hoc ergo dico, ne cogitetis peccatum non esse superbiam. Quid 1. Tim. 3.
enim dicit Apostolus? Ne quis incidat in iudicium diaboli. Videtis ergo quo quicunque inflatur, in iudicium diaboli incidit. Hoc ergo dic secundum quod scriptum est, Iacobi. 4.
Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, vt omnia, inquit, peccata fugiamus, maxime superbiam. Dico vobis quid agat qui per superbiam sibi sapiens videtur. Siquis vni de fratribus dederit consilium & dixerit ei: Frater, nõ debes sic agere, 206
non eum dignatur audire, quia se magis sapientem putat quam illum qui dat consi- B
lium. Et quid dicit in corde suo qui sibi videtur esse sapientior? Ego igitur non habeo consilium? Non tu es sapientior me? Licet non dicat, tamen ex eo q̃ contemnit consilium fratris, in corde hoc loquitur. Ergo hoc dico, Qui superbiam habet, sine causa habet alias virtutes. Habet virtutes, imo eas nõ hẽt, sed videtur habere. [Qui enim hoc habet quod deo contrarium est, quõ potest habere] aliquid quod deo amicum sit? Superbia in monasterio fit. Si ieiunamus, erigimur, si orationem facimus, p peccatis, in superbiam erigimur. Aliquis ieiunat pro peccatis suis, & pro peccatis suis pœnitentiam agens in superbiam extollitur. Ideo ieiunas, Ideo oras, ideo præcepta De monafacis, vt contra deum facias? Monachus si superbus est, multum ei melius fuerat si sticorũ & vxorem duxisset. Ego simpliciter dico, & libera fronte hoc dico: quia quicũq; superbus est, melius esset ei, & hoc ad comparationem mali dico, vt omnia alia vitia haberet, & ex malis suis inclinaretur ad pœnitentiam, & non omnes despiceret, Si autem post peccata ageret pœnitentiam, vtiq; dei misericordiam mereretur. Qui autem superbus est, omnium malorum habet principium, & non agit pœnitentiam, quasi iustus sit. Propterea superbia contraria est deo, quia deo non subiicitur. Sic. n. se habet quasi iustus Superbus non agit pœnitentiam pro malis, & gloriatur quasi pro bonis.
206 Hæc quare dixerim, & vos ipsi intelligitis, & aliorum ruinę nostra debent esse exem-
C pla. Propterea venimus in monasterium, libertatem seculi perdidimus, vt seruitutẽ Christi accipiamus. Deinde ista de fratribus loquor, qui solent longius sedere à monasterio, non eis debet nasci superbia de exemplo. In cœnobio vixisti, placuit tibi vt maneres in decimo miliario, non propterea debes synaxim sanctorum fratrum contemnere: nec te ideo viliorem putes, si ad fratres veneris in ciuitates. Si necessitatem haberes, ires & videres mulieres: & si necesse habuisses, ires in plateas, rectęq; nõ ires, ad synaxim sanctorum fratrum non vadis. O tu qui manes in secreto, aut melior es fratribus qui sunt in cœnobiis, aut peior es. Si melior es, veni vt eis exemplum vitæ tuæ tribuas: si autem deterior es, veni vt discas quæ non scis. Superbia nascitur, qñ aliquis dicit se in secreto sedere, & fratres non dignatur videre, & visitare, & in superbiam erigitur. Hoc propterea loquor presente sancto fratre qui facit opere, vt hoc q̃d ego loquor, hunc sciatis opus facere. Deniq; multi sancti patres, qui vere patres sunt, qui regũt animas sanctorum, quando aliquos viderint iuuenes ire ad secreta†, & ad †deserta.
cœnobium non venire, & in superbia esse, vadunt & vim eis faciunt, & adducunt eos, non vt eis noceant, sed vt tollatur eis superbia. Nec hoc ppea dico, vt illi qui manent
206 in secretis, & ueniunt ad cœnobiũ, & frẽs visitant, ab his qui sunt in cœnobijs arguã-
D tur quasi sint impatientes, nec quasi humiles. Nemo dicat de uobis: Ecce ille qui in eremo sedet, quia non patitur, venit: propterea venit vt superbiam deponat: ppea venit vt te ædificet, & non destruat: Videte qualis vitæ. Sic viuit in deserto, & tñ gloriã non habet eorum qui in deserto sunt. Deus itaq; omnipotens omnia quæ loquuti sumus, orationibus sanctorum nos quoq; implere faciat. Nihil. n. grande est dicere, sed facere: & si quid facere non possum & loquor, ideo loquor, vt qui potest facere, faciat. Qui habet aures audiendi, audiat in Christo Iesu domino nostro, cui est honor, vir- Apoc. 2.
tus & potestas in secula seculorum, Amen.

Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE BONO DISCIPLINAE.

De laude disciplinæ. Cap. 1.

MVLTI sunt qui sanæ doctrinæ aduersantur, iustitiam culpant, & disciplinam imperium esse iudicant, ac rationabilem castigationem superbiæ assignant, cum non sit imperium, nisi vbi aliquid iubetur iniustum: nec sit superbia nisi vbi negligitur disciplina. Disciplina igitur magistra est religionis, magistraverę pietatis, q nec ideo increpat vt lædat, ned ideo castigat vt noceat. Denique mores hominum irata corrigit, inflammata custodit, ita Salomone dicente, Fili, ne deficias a disciplina domini, neque fatigeris cum ab eo increparis: Quem enim diligit dominus, increpat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Nihil profecto est quod non disciplina aut emendet, aut saluum faciat. Quã

Prouer. 3.

Qđ sit disciplina irrõnabilis. Cap. 1.

siquis sapiens apprehenderit, nec gratiam amicitiarum perdit, nec periculum damnationis incurrit. Nemo disciplinam irrationabilem putet, sub qua videt vniuersis quæ in cœlo, & sub cœlo sunt, verbo coo perante compositis omnipotentis dei stare consilium. In principio enim operis sui, deus nihil prius quam disciplinam fecit. Nam cum assistente sapientia, cœlum suspenderet, terram pararet maria concluderet, & suis locis, suisq; temporibus cursum solis, lunæq; globum disponeret, omnia sub disciplina constituit. Quid autem non esset tenebrosum, quid nõ incompositũ, quod non haberetnr absurdum, nisi constitutis legibus cũcta starent elementa? Nisi quid sine disciplina agitur solis cursus? qui quãuis diurni itineris necessitatem insatigatus impleuerit ad officium tamen suum matutinus occurrit, & se in parte cœli quotidie terrarum spatia lustraturus ostendit. Tanta est disciplinæ ratio, vt intra te porum metas lege conscriptas ita indefessi itineris alternis vicibus syderum cursus agitetur, vt nec luna defectionis suæ damna effugiat, nec solem diurni luminis flamma destituat. Nunquid sine disciplina est, quòd tanti maris fluctus humili terrarũ littore continentur, & in suo sinu frequenter incitata ventis altior aggere vnda concluditur? Omnia profecto insipiens natura confunderet, nisi mundum disciplinę ratio gubernaret. Hæc ideo proposuimus dicere, vt discseretis obedire euangelicis præceptis, & cœlestibus obtemperare mandatis. Quid autem rationalem animam, & ad dei imaginem factam expediat, facile potest homo intelligere cum videt sacratis per voluntatem de constitutionibus disciplinæ etiam elementa seruire. Audite Proplietam dicentem: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta, Bene in omnibus causis timor obtemperat disciplinæ, qui pro hoc ipso, quòd imminentes periculorum casus aut iras iudicum cauere nouit, potestatem conseruandæ salutis obtinuit. Quid igitur adultero castum? quid furi esset tutum? quid latroni non peruiũ? Quis non expauescret concaua littorum, secreta syluarum? Quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compescret? Ac nisi constitutus esset ordo viuendi, nunquam profecto finem poneret natura peccandi. Nihil est quod non gula suadeat, si gulæ disciplina consentiat. Nihil est quod nõ perdat luxuria, si amore uitiorum a te disciplina discedat. Nihil est quod non habendi cupiditate animus occupet, nisi auaritiæ vitium disciplina condemnet. Omnia sub metu disciplinę vitia iacent. Iam non est in quo fides vnquam erubescat, si homo futurum dei iudicium respiciat, & causam reddendę rationis intendat: nec est in quo vindex scelerum flamma desæuiat, si intuitu disciplinę, aut quę sunt honesta cogites, aut quæ sunt pudenda castiges. Multi ibi nomen crudelitatis imponunt, ubi pro amore disciplinæ crimen admissi sceleris supplicio uindicatur latronis, cum sententia

Qđ timor obtẽperet disciplinę. Cap. 3.

Pſal. 2.

tia vindicantis iustis legibus seruiat, & non solum præsentibus, sed etiã futuris manum porrigat. Quis igitur non licite crederet se debere peccare, si impudicis & impiis actibus iudex non præscribet disciplinã? Videamus quid lex loquatur, Non occides, nan adulterabis, non falsum testimonium dices. Hæ sunt disciplinę legis, quibus etiam districtio sententię secularis obsequitur, impugnando turpia, resecando criminosa. Nam adiicit scriptura, iudex non est vindex positus boni operi, sed malis: ita vt etiam vicarium pœnæ genus exigat cum dicit, Oculum pro oculo, dentẽ pro dente. Sed istam antiquam sententiæ seueritatẽ facile vitare possumus, si flãmas futuri iudicii cogitemus. Absolute autẽ docet Paulus Apostolus posse contemni secularis arma iudicii, qui dicit, Si vis potestatem non timere, quod bonũ est fac. Sed hæc nõ occiose tractanda sunt: nã cũ de his terrenis potestatibus Apostoli doctrina commemorat, sensibus nostris cælestis iudicii partes insinuat. Nam cum docet seruiendum seculi legibus, admonet necessario hominem futuris cauere temporibus. Si vis, inquit, non timere potestatem, quod bonũ est fac: Hoc est dicere, si vis futurũ nõ timere iudicium, Declina à malo, & fac bonum. Ergo hanc primam constitutionis formam, quæ seculi legibus caret, cauere debemus, & vincere, vt possimus a nobis illud præiudicium perpetuæ mortis excludere. Quia quos ista talis non affligit pœna, hos illa in æternum insatiabili tormentorum persequitur dolore. Nemo autem illũ homicidii crimen enasisse æstimet, quem excusatum secularis iudicii corrupti sententia absolueris. Nec ille adulteri facinus prætermissum putet, quia indulgentiæ lege deprehensus euasit. Nemo cum sanam dexterã videt falsitatis reo debita iure supplicia iudicet fuisse concessa. Defunctis corporibus salua sunt crimina, nisi fuerint prius apud deum lachrymarum intercessione purgata. Expectat enim reum suum gehenna debitis armata supplicris. Ad confusionem magis præsentis vitæ, nõ ad absolutionem criminis pertinet authoritas sententiæ secularis. Illa ergo nobis sunt ante omnia cogitanda supplicia, vbi homo viuet durante pœna, vbi nec tormẽta corpori, nec desunt membra tortori. Quæ tamen facile vitare possumus, si habenas disciplinæ teneamus, dicente Apostolo, Si vis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex ea. Quis sapiens non ad hæc disciplinæ bona animũ lætus apponat vbi potest homo non solum criminis pœnam vitare, sed & gratiã laudationis acquirere? Audite Prophetam dicẽtem: Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur dominus, & pereatis de via iusta, In hoc loco ad illos puro ptinet ista sententia, ad quos nondum disciplina peruenit, qui adhuc in deuiis morantur, capti antiquo superstitionis errore. Probantur enim sub lege nunquam vixisse, qui admonentur vt apprehendant studium disciplinæ. Sequitur in hoc psalmo, Ne quando irascatur dominus & pereatis de via iusta. Igitur si illos Propheta statuit reos, ad quos disciplina nunq; peruenit, quid de illis iudicandum putamus, quos disciplina destituitur? Inter vtrumq; actus authoritas prophetiæ lectionis incusat minorẽ plane culpam, nõ peruenisse ad disciplinam, qua legẽ disciplinę respuisse. Ecce dicit Propheta, Qui spernit disciplinam, odit animã suam. Et vere vt dixit ita est: nam hostis est & inimicus animæ suæ qui spretis disciplinæ montis, diabolicis occupatur officiis. Dicunt aliquanti disciplinam satis duris legibus constitutam. Loquatur ista satis miseri, quos ad omne facinus ille diabolus author mortis inuitat, quorũ mentes insatiabiles gula possidet, super quos regat ebrietas quos turpis luxuria captiuos tenet, & a quibus nunquã superbia ingrata descendit. Illis autem quibus est studium honeste fidẽ seruare continentię, humilitati pietatiq: seruire, dulce disciplinæ onus est, & leue iugũ domini, quod non grauat, nisi aut perditos, aut parituros. Erubesco dicere in confusionem humanæ negligentiæ, quare apud aliquantos parum conficiat disciplina, cũ videamus pastorale magisterium etiam apud muta animalia non perire. Doceãt nos ecce seruare ordiuẽ disciplinæ tam dociles equorum animi cum in gyrum ducti fluxuosis gressibus membra componunt, & sub vnius habenæ retinaculo ita laxari se consentiunt, vt & currendi & standi modus sub quadam legum dispositione seruetur. Ita quos natura numero diuidit, studio disciplinæ coniungit. Videte quã fortia boum corpora plaustro subiaceant, quæ intantum imperio animum perant, vt tumentia naturaliter leui iugo colla supponant. Ita disciplinæ constitutionibus ser-

De disciplina legis diuina & humanæ. Ca. 4. Rom. 13. Leui. 24. Roma. 13.

Pſal. 36.

De ſvtilitate disciplinæ, & quibus vel leuis exiſtat vel dura. Cap. 5. Rom. 13. Pſal. 2. Sapien. 3.

De disciplina in brutis, qua homines nõ nulli carẽt Cap. 6.

uiunt,etiam quę in feritate naſcuntur. Vnde miror aliquoties hominem,cui ineſt ſapientia & intellectus prudentiæ,paſsim præcepta diſciplinæ negligere,cũ videamus mutum animal vitia cauere,iuſsis obtemperare,imperio deſeruire,atq; ita ad omnẽ obedientiam animum aptare,vt cum opus fuerit,armatis legionibus occurrat,& hoſtilibus ſe telis iuſſum obiiciat. Audite in hoc loco Prophetam dicentem: Cognouit 207
bos poſſeſſorẽ ſuum,& aſinus præſepe domini ſui,Iſrael autẽ me non cognouit. Ve- A
reor dicere,ne noſtram negligentiam pulſet iſta ſententia. Non autem cognoſcit dominum,qui conditionis ſuæ non cognoſcit officium. Oſtendam ſanẽ quomodo dominus poſsit aut inueniri,aut cognoſci,ſi tamen eſt animus videntis. Si vis videre dominum require mendicum,reſpice ad pauperem,ſuſcipe peregrinum viſita infirmum,curre ad carcerem. Si vis videre deum,vincula captiuitatis abſolue,nodos iniquitatis incide. Audi de hoc dominum dicentem,Eſurtiui,& dediſtis mihi manducare:ſitiui,& dediſtis mihi bibere,hoſpes fui,& ſuſcepiſtis me,nudus fui,& cooperuiſtis me;infirmus fui,& viſitaſtis me,in carcere erã,& veniſtis ad me. Moneo itaq; ne deſpicias nudum,ne cæco manum ſubtrahas,ne inuolutum pannis contemnas. In hac enim veſte primum dominus cum a Magis quæreretur iuuentus eſt. Et quia de diſciplina fecimus mentionem,ſub qua fides Chriſtiana viget,neceſſe eſt vt omnia in aures veſtras vitæ ornamenta deferantur,vt intelligat vuuſquiſque parũ ſibi proꝓ deſſe conuerſationis famam,niſi in contemptu mundi amauerit diſciplinã. Ergo cui ſtudium eſt Chriſtum colere,prius cordis & corporis ſuſcipiat indumenta. Omnis 207
igitur vita religionis profeſſæ,integritatis debet famam ſentire,ne quẽ expectat co- B
rona virtutis pudoris damno feriat. Corporis integritas vitam muniat,integritatẽ fides incontaminata cuſtodiat,vt manente vtriuſq; partis beneficio,immaculatum hoiem faciat regnare cum Chriſto. Sed in hoc ſolum conſtat conuerſationis noſtræ ratio,vt boni ſimus. Laborandum igitur illi ante omnia eſt,vt qui bonitatem ſequitur,bonus eſſe iudicetur. Nã quãuis homo purum corpus immaculatũq; cuſtodiat, laceratã vitam ad deum portat,cuius actus vultum infamat,licet ſciamus conſcientiam ſolam bonis actibus poſſe ſufficere. Sed quanto melius eſt vt ſemper de te bene ſentiat qui circa ianuam tuã vanis ſuſpitionibus frequenter egrotat? Inſitum eſt.n. naturaliter vulgo,vt de bonis ſemper male iudicet. Sed tu qui curã bonæ famæ cõlis,ſtudio tuo gratiam integræ opinionis acquire. Vita ergo noſtra ita ſit lucida,vt ſit omnibus nota. Integritas religioni,pudor ſeruiat humilitati. Quem amor teneꝛ ſeruandæ integritatis,ante oĩa falſi ad ſe famã non admittat erroris. Magnũ eſt quidem & glorioſum,& vſq; ad cælum omniũ ore proferendum,nunquã malis actibus 207
locum dediſſe,ſed multo fortius eſt,nunquãm falſis ſuſpitionibus laboraſſe. Quid C
enim tibi prodeſt ſobrietas,ſi vitia ebrietatis exerceas? Quis te non ebriũ iudicet,ſi inter effluentes vino calices ſaltantium gyros imiteris? Quis te caſtum putabit,ſi te viderit meretricũ fabulis mixtum ſcenico ſermone cõpoſitis,aut loquentem turpia, aut inhoneſta reſonantẽ? Laudo quide.n conſcientiam caſtitatis in te,ſed odi collocquium meretricis. In quo loco fortaſſe dicat tibi aliquis: Sufficit mihi pura conſcientia. Quantum ad innocentiam pertinet tibi ſoli ſufficit. Sed prouidendum eſt,ne fa- D
cilitate tua alter peccet,& alienum peccatum in te redundet,iuxta illud qđ dicit ſcriptura,Væ illi per quem ſcandalum venit. Quãuis aũt precioſo ſerico corpus veſtias & niueo vellere mẽbra componas,non ſiue macula diem tranſigis,ſi camini ardentis ora contigeris. In omni igitur actu tuo vitam tuam diſciplina comitetur. Si vis placere Crriſto,elabora vt profeſsionem ruã fides adiuuet,fama commendet. Præcedat vos patientia humilitatis ſocia,aſsiſtat pudicitia integritatis magiſtra,fugiat cupiditas,erubeſcat ebrietas,luxuria actus ſuos lugeat,ſuperbia cõfuſa diſcedat. Quicunq; igitur eſt qui feſtinat deum agnoſcere,ſub hoc diſciplinæ ordine Chriſtũ poterit inuenire. Multa quidem erant adhuc dilectiſsimi,quæ diſciplinæ ratio ſuadebat aperire,quæ interim putauimus differenda,ne ocioſis auribus faſtidium pareret longa narratio. Sane ne quid in hoc opere ſubtraxiſſe videamur,elaborabimus vt ea quę religioſis actibus competunt ſequenti tempore deſideramus.

Finis.

Eſa.1.

Quo dñs vel inuenire poſsit vel agnoſci.
Cap.7.

Mat.25.

Mat.2.

De vita religioſa & bona fama Ca. 8.

Quo bona ſufficiat cõſcientia.
Cap.9.
Mat.18.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De viſitatione infirmorum,

Liber primus.

207 E

VIſitationis gratia nepoti meo chariſsimo morienti extremum vale dicturus heſterna die proceſsi,ſed tactus dolore cordis intrinſecus,non ſine quantulacunq; oculorum humectatione,vix in verbũ aliquod aliquod tãdem ora ſingultuoſa reſolui,vnde nec digna me,nec digna ſe ſatis proferre potui. Si enim quod omniũ eſt auſus animus dolorem non minimo affectus,verba attemperaret,ipſa verborum attentatio lacrymarum eſſet augmentatio. Parcebam itaque verbis,vt parcerem lacrymis. Non conſolatorias ſiquidem effunderem lacrymas,effœminatorum eſt: porro nullas,cum gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus iubeamur,& inobedientia & inhumanitas eſt: Nam & lacrymatus eſt Ieſus. Plorabo igitur mi nepos dilectiſsime,ne ſi innobediens & inhumanus ſum,nõ ſim imitator ſaluatoris mei Ieſu,temperabo quoq; me a lacrymis,ne niniis videar effœminatus. Tu quoque quia viam vniuerſæ carnis nepos amantiſsime ingredi feſtinas,quo viſurus es parentes tuos,Patriarchas ſanctos,omnium etiam ſummã beatitudinem. Ad tanti igitur itineris ne deficiat in via ſubſidium,grande viaticum tibi eſt neceſſarium. In muro ciuitatis ſupernæ apponendus es lapis viuus,in cuius ædificatione non auditur ſtrepitus aut malleus. Hic pferendus eſt ſtrepitus,hic adiicien- 207
dus eſt lapidi malleus,hic conterendum eſt totum lapidis quadrandi ſuperuacãneũ, F
ſtrepitus ſit peccatorum tuorum recordatio,ſuper quibus perſtrepet in aure ſacerdotis humilima tua confeſsio,iuxta illud Apoſtoli Iacobi,Confitemini alterutrum peccata veſtra. Malleus ſi penitentia cordis plus quam pectoris percuſsio,quæ vtraque dum adhuc aliquantulum in hac vita prẽuales,ita modificentur,vt in ædificii dei appoſitione neceſſaria habeantur. Nam quo vadis? Ad vitam. Per quam viam? Audi deum dicentem,Ego ſum via,veritas & vita. Non potes errare,Chriſtus via eſt. Non potes falli,Chriſtus veritas eſt. Nõ potes non viuere,Chriſtus vita eſt. Per xp̃m viam vadis ad Chriſtum veram vitam: Chriſtus via eſt,tu viator: Chriſtum viaticũ porta,conducet te ad ſeipſum via,veritas & vita Sed quomodo inuenies viam iſtã, quomodo inuenies viaticum? Chriſtus deus eſt,deus autem vbique eſt. Si deus vbique eſt,& in te eſt,poſt te eſt,ante eſt,& in circuitu tuo eſt,dei omnia plena ſunt: ne longe deum arbitreris,vbicunque quæſieris,ipſum inuenies. Si aſcenderis in cælũ, illic eſt,ſi deſcenderis in infernum adeſt,Si aſſumpſeris pennas tuas diluculo,vt habites in extremis matris,etenim illic manus ſua deducet te,& tenebit te dextera ſua. Deus igitur vbiq; eſt. Hoſpitem deum habes,hoſpitium acceptũ fac hoſpiti tanto,& tunc ſecurus dices hoſpiti tuo,vt in eundo deducat te,& in deducendo cõducat 207
te,in conducendo perducat te,& in perducendo hoſpitetur te. Dico tibi,ſi ſibi gra- G
tum exhibueris hoſpitium,gratum & gratius exhibebit tibi hoſpitium ſuum. O quam beatus eris ſi hoſpes dei fueris,ſi in ciuitate ſua cæleſti,ſcilicet Hieruſalem, manſionẽ acceperis. Si deus in die aliqua tibi gratias agẽs dixerit: Hoſpes fui,& collegiſti me,& quãdiu feciſti vni ex minimis meis,mihi feciſti? Veni bñdictę patris mei, 207
pcipe regnum. Errauerat equidem,quoniam pro hoſpitio tuo hoſpitium dei pro- D
miſerã,ciuem iam conſcriptum,imo iam conregnantem hoſpitem vocaueram. Non

De lacrymarũ temperantia.
Cap.1.

Cap.2.

Iacobi.5.

Ioan.14.

Pſal.138.

De operũ miſericordiæ meritis.
Cap.3.
Mat.25.
Roma.8.

Universidad de Deusto Biblioteca

promittit tibi deus hospitium, promittit regnum, regnabis cum Christo, eris hæres
dei cohæres autem Christi. Sed an tantam fœlicitatem adipiscendam præparatio mul
1.Pet.3. tifaria tibi charissime est necessaria. De confessione & penitentia superius breuiter
notatum est, Confiteri & pœnitere, a malo est declinare. A malo declinare, quodam-
2. Cor.9. modo bonum est. Sed audisti. Declina a malo, & fac bonum. Bona est a malo declina
tio. Sed necessaria est ad bonum faciendum festina & efficax exhilaratio. Hilarem. n.
datorem diligit deus. Et quid est bonum facere? In publico est boni faciendi regula.
Matt.25. Enarrat sibi bona impensa doctor doctorum ita dicens: Hospes fui, nudus, & in car-
cere sitiens & esuriens, & ministrasti mihi. Et id mihi feci sti quam diu ex minimis
1. Cor.13. feci sti. Grande bonum quod cum sit in pauperes, redundat in deum. Sed in pauperes
largitio non est totius boni exhibitio, Dicit Apostolus, Si distribuero in cibos paupe
rum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Er-
go totius boni summa est charitas. Distributio facultatum tuarū in pauperes, nisi
1. Ioan.4. ex radice charitatis procedat, in deum non redundat. Deus charitas est, quod ex deo
procedit, in deum redundat, quod in deum non redundat, ex charitate nō procedit
Ex deo igitur processio, & in deum redundatio, dei dona sunt. Distribue igitur tua,
sic in pauperes, vt in deum distributio redūdet. Sed quid distribues? Forsitan deest
Thob.4. quid distribuas. Audi Tobiam, Fili, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autē
exiguū, etiam illud exiguum impertiri stude. Si dederis alicui calicem aquæ saltem
frigidæ, non perdes mercedem tnam. Sed forsitā & aqua deest: sed habes quod distri-
buas, habes teipsum, da teipsum deo, & habebis ipsum deū. Quomodo dabis te deo?
Esa.38. Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Forsitan domum non habes, di-
spone tibi, si disponis domui. Qualis erit illa dispositio? Dilige deū, & diliget te deus.
Assume pennas cum quibus ad deum euoles. Pennæ quibus euoles sunt dilectio dei
De dei dilectione, & proximi. Dei & proximi dilectio, apta tuipsius est dispositio. Diliges proximum
corruptionis vtilitate. tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. De dilectione dei quid
dicam? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex to-
tis virib. tuis. Diligat deum oculus tuus, os tuum, manus tua, pes tuus, omnis sensus
Cap.3. tuus. Quicquid dilectionis in te est, tu totus diliges deum. Hæ sunt duæ alæ, quibus
Leui.19. euoles ad cœlos, trāsueharis ad sctōs, insereris inter angelos. Si ociosa sit manus ab
Rom.13. opere, pes a deambulatione, sed nunquam sancta anima vel mens timens deum, va-
Deut.6. care poterit a dilectione. Sed dicis, Diligo deum. Bene, vtinam sit in re quod promis-
sti sermone. Dilectionis dei probatio, mandatorum ipsius est completio. Operū suo-
rum voluntaria completio, amare quod amat deus, ardenti desiderio amplecti quod
facit deus. Si igitur deum diligis, quod facit deus diligis. Et si quod facit deus diligis,
disciplinam dei flagellantem te diligis, flagellum dei sustines, tusi laboras, pulmone
deficis, cibum stomachus respuit, phtisi decoqueris, vinum fastidis, dysenteria fau-
ciaris, multimodo morborum genere afficeris. Sed & hæc, si oculum habes, si cordi-
tus es, dei tota sunt Disciplinam patris ne abiicias fili, Nemo filius quem non corri
pit pater, sed noli deficere a disciplina domini, & ne fatigeris dum ab eo argueris.
Prouer.13 Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Vis scire,
Hebr.12. quia infirmitas corporis salutem animæ parturit, audi dominum Apostolo respon-
Cor.2.12. dentem: Virtus in infirmitate perficitur: ac si dicat, Complectere quam pateris infir
mitatem, quoniā ita proficies de virtute in virtutem, si in infirmitate virtus augmen
tatur. Virtus autem est salus animæ, infirmitas corporis: quandoquidem per virtutē
anime parit salutem. Donum dei est: Non enim est aliunde nisi ex deo salus animæ,
Flagellum ergo dei ne contēnas, sed flagellatus dic deo gratias. Dilige corripientem,
dilige corrigentem, dilige arguentem. Non in furore, non in ira, sed in misericordia
aperi pulsanti, deuotus est vocanti, gratias age miseranti, redi ad te, cogita parūper,
cogita de deo, pensa si potes, quoniam super omnia opera sua ipsius miserationes, Ip
se deus est, ipse iudex est, nec te vult damnari, nec vult te male iudicari, vult tui mise
De misericordiæ dei excellētia. Cap.5. reri, flagellat in te misericorditer qui in eum deliquisti pertinaciter. Deus meus, deus
meus audebo dicere, pace tua dicam, quoniam magno repletus gaudio: In quodam
ecstasis tripudio de te presumendo dicam, nisi quia deus es, iniustus esses, quia pec-
catuimus grauiter, inhæremus peccato pertinaciter, gaudemus de peccato, post pec-
catum

cato, post peccatum ambulamus, extenso collo peccatum nostrum prædicamus, nec
abscondimus, & tu placatus es: nos te prouocamus ad iram, tu autem conducis nos
207 ad misericordiam. Nos iritamus te ad furorem, tu autem differs vindictam. Iusto ex-
M terminio punire poteras peccantes, subuertere negligentes, & patientia tua expectat
vt corrigamur pœnitentes. Deus meus misericordia mea. Nunquid non hæc est iniu
stitia? Sed nunquid iniustitia apud deum? Absit. Quod n. sustinet deus, iudex iustus Rom.9.
patiēter, q̄ iusta seueritas flectitur misericorditer, totum deus est. Neq; n. aliter deus
esses nisi flectereris, nisi patereris, nisi misereris, nisi deus esses. Quodcunq; igitur
facis, tuum est. Fac igitur deus quod facis, quia quod facis tuum est: quod tuum est,
bonum est: quod igitur facis bonum est, deus meus misericordia mea. Tu igitur cha Consola-
re mi, ad modicum migraturus de mundo, tantam & tam ineffabilem benignitatem tio moritu
domini dei tui ne spernas, flagellū ipsius gaudenter suscipe: Flagellat in te quod ne- ri ex mor-
scis, nec iniuste: Iusta. n. sunt ipsius iudicia, morbus hic corporis, medicina est spiri- talis vitæ
talis. Porrò recogita q̄ morbus tuus, vt aiunt medici, est incurabilis, & tecum reuol- miseria, &
ue, quoniam si contra deum præsumpseris murmurare, & morbum velis nolis, susti- mortis
nebis: nec murmurando sanaberis, imò anima debilitaberis, dum contra deum tuū, multimo-
208 patrem tuum, medicum tuum, magistrum tuum mansuetissimum & trāquillissimū, da vtilita-
A in ipso flagello pacatissimum, qui nunquam iratus est, cum iratus est misericordiæ te. Cap.6.
recordabitur, murmuraueris. Meis igitur acquiesce consilijs, & quandoquidem mur
murādo duo mala sustineres, pacificus esto, & grauamen corporale fac tibi antidotū
spiritale: Non n. si in flagello vis deū recognoscere, corpore & aīa flagellaberis, nō. n.
flagellat deus bis in idip sum. O q̄ iucundo pectore, q̄ læto corde, visitationem diui-
nā debes præoptare. Certe si corpore totus prævaleres, infirmitatē medicinalē à deo
debueras votis oibus expetere, ne sanitas corporis infirmitas esset aīę metuere. Nihil
aliud scio, sed quia infirmaris, vtiliter debes gaudere, quia iuxta est vocatio diuina:
Debes ei totis nisibus lætus adhærere. Eia si episcopatum aut honorem alium, aut sa
nitatem infirmis optabilem tibi concesisset deus, nonne oī gaudio illud donum dei
susciperes? Certe maiori exultatione & affectuosiori voluntate, cum gratiarum etiā
actione hanc dei animaduersionē debes tibi vnicā habere, quia & hoc vtilissimum
donum dei est. Porrò si de vitæ istius naufragio, deq; compendiosæ mortis comparā-
do commercio cogitares, q̄ inenarrabiliter viuere fastidires, q̄ festinanter mori in do
mino concupisceres, Beati. n. mortui qui in dño moriuntur. Nam vt collationē quā- Apo.14.
dam breuiter faciamus, conferamus si placet de vita præsenti, quæ initium dolorum
est, & quasi per amicū litigiū quid potius appetēdum sit, male viuere, an bene mori,
discutiamus: nam bene viuere præsentialiter nemo potest. Oīs. n. homo mendax. Et Psal.115.
208 Apostolus hō prę cæteris hoībus videns aliam legem in mēbris suis legi mentis suæ
B repugnantē, cupit dissolui & esse cum xp̄o. Et scimus quia oīs creatura ingemiscit & Rom.7.
parturit, vsquequo liberetur à seruitute corruptionis per eū qui subiecit eam in spe. Philip.1.
Deniq; quis numerare pōt prę sentis vitę molestias? Esurire, sitire, algere, calere, lassa- Rom.8.
ri, & innumerabilia ex ipsa consuetudine nobis domestica sunt: tn initium dolorum
hæc. Sed vt altius reuoluamus q̄ intra nos sunt, cupere, amare, odire, fornicari, adulte
rari, occidere vel occidi, rapere, furari, nonne inimicæ passiones nobis sunt, tn quis
immunis, quis liber est ab his oībus? Et quis tot & tantarum obnoxius passionū,
immunis à peccato? Et quis viuens sub peccato, bene viuit? Ergo male viuit oīs hō,
& peccatum malum est. Deniq; audenter pronuncior, quia principium vitę hois ini-
tium dolorum est. Fuere philosophi hoc non ignorantes, qui in ortu puerorum luge
bant, in morte autem gaudebant: hoc significantes, quia hō ad laborem nascitur, ad
requiem autem moritur. Sanctus etiam Dauid & de ortu de vita filij, quem de Bersa- 2.Re.12.
bee susceperat, intantum est contristatus, vt dum puer adhuc viueret, lugens & incœ
208 natus maneret, mortuo autem puerulo & gauderet & cœnaret. O mors desiderabilis,
C ō mors omnium malorum præsentium finis, ō mors laboris clausula, quietis princi-
pium, quis excogitare queat tuarum vtilitates beatitudinū? Nam male mori, Chri-
stianorum non est: bene autem mori, cum Christo viuere est. Et quis ipsius benefi-
cia sufficienter expediat, quæ hominem Christo conglutinat, quæ vt dictum est, finis
malorum est, nutrix inuiniq; securæ fœlicitatis est. Valeas mors mi dilectissima, cō-

fiteor si possem, libenter te complecterer, libenter te gustarem, vltro subirẽ: & testor, quia ois mea cogitatio, & Epistolæ præsentis frequentata lectio instigat me ad tui dilectionem, tantum ne intempestiua venias. Tu autem caro mea & os meum, quẽ Epistola mea visitat, quam & extremam moriturus accipis, de hac eadem Epistola, & de alijs quæ in te sunt exemplaribus, consolationem accipe, ne in extremo positus, tanquam desolatus ad curiam dei tui venias. His oibus expletis oratio tibi erit necessaria, ergo deũ alloquere, & nihil secus egeris, de ipso securus ita affare: Deus meus, deus meus, misericordia mea, refugiũ meum, te desidero, ad te venire festino, ne despicias me sub tremendo discrimine positum, adesto mihi propitius in his meis magnis necessitatibus: non possum me redimere meis operationibus, sed tu redime me & miserere mei. Diffido de meis meritis, sed confido de miserationibus tuis, & plus confido de tuis miserationibus, q̃ diffidam de malis actibus meis. Tu es spes mea deus meus, tibi soli peccaui, mea culpa: Qui fui tibi charus ad redimendum, non sim vilis ad perdendum, & nunc ad te venio qui nulli dees: cupio dissolui & esse recum. In manus tuas commendo spiritum meum domine: Respice in me domine deus veritatis, & præsta mihi deus meus, vt in pace dormiam & requiescam: Qui in trinitate perfecta viuis & regnas deus, per omnia secula seculorum: Amen.

Q d infirmo oratio sit necessaria.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De visitatione infirmorum,

Liber secundus.

Cap. 1.

Vperioris tractatus cursum me clausisse putaueram, cum quidam de fratribus illum accipientes, ipsi attentius inhærentes, accurate collaudauerunt, & sicuti testabantur pro alia vtilitate sui grate tanter relegerunt, & eum communi decedentium à seculo consolationi necessarium iudicauerunt: ego autem fraternum gaudiũ meum existimans, ita illud complexatus sum, vt in ipsorum lætitia mihi meum complaceret opusculum, & quod ipse impræmeditatus dictaueram, solitario peragerem scrutinio. Erant autem quæ scripta fuerãt, simpliciter, sed vt reor catholice dicta. Vnde & dictorum simplicitati propter fratrum beneuolentiã, qui iam ita laudauerunt, peperci. Ipsi autẽ licet volumẽ esset paruulũ, visitationem illud infirmorum appellauerunt: ego autem superiora vti erant, manere passus sum. Sed quoniam Epistolari studuerã breuitati, quædã prætermiserã quæ ad eandem infirmi visitationem necessaria fuissent. Ea ergo quæ compendij gratiã pretermiseram, nec non & ea quæ super idem negocium à me postea requisita sunt, stylo subsequenti commendaui. Erant quoq; ordine præcedentia, sed ipsa præposteratio ad alia tendendi non inutilis velocitas. Mi charissime recessurus à nobis, te etenim compellit dies vltima, fidelis esto, sine fide enim non potes placere deo: neq; nam infidelis deo est acceptabilis. Sunt ergo de deo multa credenda, ad salutem aiæ necessaria. Sacramentis igitur diuinis fides plusquam verborum argumentatio adhibenda est: Neq; etenim singillatim de deo credenda per rationis argumenta possumus comprehendere, possumus aũt & debemus credere: nam neq; de deo loquimur, quia

De credibilibũ saluifica fide hada ab infirmo, & despe reponenda in ũ Crhisti Cap. 2.

â nobis metipsis aliquantuum mente excedamus. Vbi igitur est mentis excessio, idonea est fidei successio. Mirabile ergo illud de trinitatis vnitate, de vnitatis deifica trinitate, sacramentum magis est credendum q̃ exponendũ: Enimuero credatur sacræ scripturæ testimonijs. Sunt & alia de deo filio, quasi nobis propinqua & contigua, & ex ipsa sui propinquitate & contiguitate nobis familiaria, & ex ipsa familiaritate delectabilia. Delectabile quippe est homini & salutare morienti, loqui & satiari de humanitate Christi. Quod.n. verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, hoìs est: q̃ hõ deus factus est, hoìs est: vtrunq; igitur hoc ineffabile sacramentũ hoìs est. Quoniam ergo infirmus hoìs intellectus ex suipsius humanitate ponderosa hebetatus, videns nunc per speculũ in ænigmate, dei non põt diuinitatẽ vt dignũ est comprehendere, ad illam quæ sua est, xp̃i humanitatem, oculũ suum intellectualẽ reflectat. In illa delectetur, ex illa quoq; satietur, ad ipsam faciem suã conuertat, sicut de Ezechia dictũ est, Conuertit Ezechias faciẽ suam cũ lachrymis ad parietem. Paries Christi, humanitas est. Vnde ita Salomon, En ipse stat post parietem nostrũ. Diuinitas ipsius videlicet ad nullum deflexa vel deflectenda peccatũ, sub carne nostra latitabat: Nam & in terris visus est, & cũ hominibus conuersatus est. Ad hunc reuera parietem Ezechias sub mortis articulo, quem ei Propheta per spũm prædixerat, faciem conuertit & ita conualuit. Hac valetudinis expectatione tandem securus Iacob ita tripudiat: Vidi dñm facie diuinitatis, in qua erat deus, ad faciem humanitatis, quam erat assumpturus, & sic salua facta est anima mea. Huius incarnationis desiderio flagrabant oẽs sancti. Quippe quibus erat manifestũ non aliter posse saluari genus humanũ, nisi per filiũ dei incarnatũ. Non.n. est in aliquo alio salus, nec est nomen aliud sub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat hominem saluum fieri. Ad hunc igitur parietem nostrum, mediatorem nostrum conuerte faciem tuam familiarius, quod tuum est, aggredere securius, scit compati tuis infirmitatibus, qui factus est tuæ infirmitatis participando consocius, prærogatiuam nostræ carnis in cœlos euexit superius, quia exaltatus est super cœlos homo deus, participatus est nostræ humanitatis, vt nos participaremur suæ diuinitatis. Aude igitur fili mi de homine tuo deo facere q̃dam participium, quia prior fecit deus de homine tuo puro sibi participium: ex diuinitate processit saluatio, & ex humanitate redemptio, vtrunq; tamen ex vtroq;. Sed quod meum est, & quod ex me mihi quadam agnatione & cognatione, & quadam secreta affectione conglutino, quodam proprio iure consanguinitatis mihi vendico. Tutius & iucundius loquor ad meum Iesum, q̃ ad aliquem sanctorũ spirituum dei: plus debet mihi xp̃s quã alicui cœlestiũ spirituũ. Quod tu es, fieri dignatus est deus, non factus est quod est angelus: & si sit magni consilij angelus, te exaltauit super angelos, tu etenim iudicabis angelos. Nollẽ habere locum angeli, si possem habere locũ debitũ homini, Ad curiam dei sui, dei tui, præcesit deus tuus, hõ tuus, tunica tua, tunica polymita, quam sibi decentissime coaptauit, indutus illa, assiduus interpellat pro nobis non iam ab angelis minoratus, imò gloria & honore coronatus, & super opera manuũ dei constitutus. Quem igitur habes intercessorem habes mediatorem, constitue tibi propicium adiutorem, Et si deus pro te, quis contra te? Firmiter igitur & fideliter credenda est dei incarnatio, passio & resurrectio, & super cœlos ascensio, nec non & tuiipsius futura reformatio. Hæc fili mi fides tua habeat, perscrutetur & teneat cor tuum, nihil dulcius sapiat, os tuũ audacter confiteatur & concinat. Corde etenim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et licet hæc sufficere valeant ad salutẽ, tñ sunt quædã exteriora signa pigritantis et fideialiq̃ excitatoria, & quasi quandã cõpunctionẽ penetralibus suis figẽtia, q̃ & xp̃ianitatis religio vult obseruari, & amicorũ ad infirmos conuenientiũ deuotio gaudet adimpleri. Hæc & tu fili mi non negligas, erunt siquidem & tibiipsi salubria, & mihi charisq; tuis consolatoria. Hñt siquidẽ xp̃ianorũ arcana illius dñicę crucis quasi quoddã venerabile monimentũ, quod de crucis ipsius imaginatione crucẽ cognominant, q̃d & nos oĩ veneratione dignissimũ fatemur, & ad recordationẽ crucifixi nr̃i veneramur. Aduici tur etenim super crucem quędam hominis inibi patientis imago, per quod salutifera Iesu Christi nobis renouatur passio: hanc complectere humiliter, venerare supplicitẽ, tñ hæc ad memoriam tibi reduces:

Ioan. 1. 1. Cor. 13. 4. Re. 20. Cant. 1. Baruch. 3. Gene. 32. Acto. 4. Esa. 9. Psal. 8. Rom. 8. Rom. 10. De confugio ĩfirmi ad passionis xp̃i memorialia. Cap. 3.

Nec deus est,nec homo,præsens quam cerno figura:
Sed deus est & homo,quem signat sacra figura,
Verus homo verusq; deus tamen vnus vterque:
Probra crucis patitur,mortem subit & sepelitur:
Viuit idem,crucis hæc per signa triumphat ab hoste:
Id notum vobis crucis huius littera reddit:
Scilicet ipsius nota sunt crux & crucifixus:
Hãc & ego veneror,Iesum quoque semper adoro.

Tu autem bone Iesu, qui pro me pendens ita passus es, misereri mihi digneris & præsta vt qui mihi mortuus es,& ad hoc mortuus es, ut mundo moriens, tibi uiuã bone Iesu. Nec prætermittẽdum est illud Apostoli Iacobi præceptum. Infirmatur quis in vobis,inducat præsbyteros ecclesię, vt orent super eum, vnguentes eũ oleo sancto in nomine Iesu,& oratio fidei saluabit infirmum. Ergo sic roges de te & pro te fieri,sicut dixit Apostolus Iacobus,imò per Apostolum suum, dominus: Ipsa videlicet olei sacrati delibutio,intelligitur spiritussancti typicalis vnctio. Illud etiam viuificum dominici corporis supplementum suscipere fili mi non renuas, quin potius illud auidissime quæras,fideliter comedas. Cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis,viaticum tibi erit saluberrimum,redẽptionis tuæ prætium redemptoris monimentum, & redempti munimentum. De confessione superiori tractatu te breuiter commonere feci,quod vrgebat me ad alia tendendi curiosa necessitas. Nunc quoq; de eodem confessionis capitulo, recapitulationem compendiosam facere dispono. Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutem autumnãt, si soli deo,cui nihil occultum est,quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubescunt,siue dedignantur ostendere se sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram discernere per legislatorem constituit dominus. Sed nolo vt ipsa decipiaris opinione,quatenus confundaris confiteri coram domini vicario,tabescens præ rubore, uel cerucosus præ indignatione: nam ipsius humiliter subeundum est iudiciũ,quẽ dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem,& facipsum conscientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio quę in visitando confirmat,quia saluat sacerdote inconsulto ad deũ peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus quin sit ad deum frequenter referenda confessio peccatorum. Beatus etenim qui tenebit & allidet paruulos uel maximos suos ad petram. Petra autem Christus est. Sed testamur,& testatur illud sana doctrina,ne tibi applaudentium faueas auribus quoniam prius eges sacerdotis qui mediator sit ad deum tuum salubri iudicio alioquin & sub lege & sub gratia: Ite & ostendite uos sacerdotibus,responsum diuinum,quomodo consummaretur. Confitemini alterutrum peccata uestra,quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter dei uice,dominus adhibeatur præsbyter,& reuela ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Neque quidem,sicuti quidam faciunt,cũ quadam calliditate alloquaris præsbyterum,quoniam talis allocutio tuiipsius foret deceptio. Accedunt siquidem deceptiosi ad sacerdotes,ita eis præsentibus confitentes: Ego peccator,domine sacerdos,peccaui periurando,adulterando,fornicando,hominem occidendo,mentiendo,sacrilegium committendo, furando ,rapiendo, Hæc omnia commisi, mea culpa,uel opere,vel uoluntate. Ita isti deum irridentes, cum tamen non irridentur,confitentur quæ non fecerũt interpolantes,reuelata velantes , ut sit idem in eodem peccatum denudasse,& denudatum obumbrasse,de quo sacerdos tunc incertior recedit,cum certa incerte audierit. O quàm bene & iuste huiuscemodi uersutijs sacerdos ille consuleret,si his omnibus quæ audiuit, iudiciũ suum apponeret,& qualireum de omnibus competenti correctione mulctaret , qui se de omnibus nihil excipiens,nihil ex nomine detegens,semet infamando aggressus est, bona quoque inordinate dispensauit,& tunc non erat his locus,& temperatior locus esset quo generalem morbum medico detegere debuisset,si prius vulnera,liuores plagas tumentes sibi singillatim,prout grauius visceribus instabant,euiscerasset. Tu vero fili mi, non ita facies,quoniam saniori consilio crediturus es. Astantem coram te sacerdotem angelum dei existima. Labia quidem sacerdotis,ait Malachias, custodiunt scientiam, &

De sacramẽtis infimo suscipiendis. Cap. 4.

Pſal. 136.
1. Cor. 10

Iacob. 5.

Qualis debeat esse fructuosa cõfessio. Gap. 5.

Malac. 2.

legẽ requirũt ex ore eius: Angelus n. domini exercituum est. Et cum qua & deum
209 C & angelum eius decet reuerentia,dei ministrũ affari. Aperi ei penetraliũ tuorũ abditissima latibula,conscientiarum verecundarum penitiora reuela repagula. Non te pudeat coram vno dicere,quod te non puduit forsitan coram multis & cum multis facere: nam humanum est peccare, Christianum est a peccato desistere, diabolicum est perseuerare. Ergo quę mentem grauius exacerbant facinora, dei angelo manifesta,nihil obscurum dicens culpam nullis ambagibus inuoluens , nullis circumitionibus quod uerum est operiens. Designanda etiã sunt in quibus peccasti loca, si recordaris & tempora,cum quibus peccasti personis,non nomina ipsarum,etiam vt a peccato desistant secretò corrigenda familiaritas , in qua peccasti labilis ætas,quo gradu iã Ecclesiæ inseruiebas,vtrum semel an ex consuetudine, utrum necessitate, an ex voluptate cecidisti. His. n. omnibus sua instant iudicia: si. n. in iudicijs secularibus a locis loca discernuntur,alia censura vindicatur homicidiũ in regis curia, alia in via publica,alia in agresti villa: aliqñ pro tẽpore temporibus ignoscitur infantiæ, defertur aliqñ senectuti,quæ media deseruet ætas,seuera coluebetur habena. In solẽnibus,pcipue * natalitijs perpetrata,feroci plectuntur exterminio facinora, sic & cętera quãto districtioribus eliminanda sunt aiaduersionibus, in locis deo sacratis, in
209 D temporibus festis deo dicatis,in ætate discretiori , in personis proprie deo delegatis, in gradibus cõmissa sublimioribus: nonne cui plus cõmittitur , plus ab eo exigitur? Nonne minus est hominẽ occidisse q̃ hoies? Nonne leuius est semel deliquisse q̃ centies? Nonne celeriorem consequitur vemiã ex necessitate cecidisse, quã ex voluntate? Et quãuis vbicũq; peccetur,peccatũ semper sit peccatũ,& nullũ tps,nulla ætas,nulla persona,nullus locus muniat peccãtẽ a peccato, tñ hæc oĩa mõ suo discutiẽda sunt, qm̃ hęc oĩa corripiẽda & corrigenda sunt. Hæc aũt oĩa si taceantur , uel dicta callide pallientur,aiam iugulant. Si denudentur,cũ pnia euanescunt,in nihilũ redigẽda ordine cõpetenti prosequere,sine circũlocutione edisserere peccata pro uiribus,imò viriliter extirpare contende. Heu cur erubescis confiteri quod facere nequaquã erubuisti: Melius est corã vno aliquãtulũ ruboris tolerare,q̃ in die iudicij coiã tot milibus hominũ graui repulsa denotatũ tabescere. Cõfessionẽ tuã pnia comitetur,qm̃ ita tibi remittetur iniquitas tua. Et, Beati quorũ remissæ sunt iniquitates , & quorũ tecta sunt peccata. Peccati quoq; cõfessio,pcõris est dãnatio, pnia uero confessionẽ, parit vtilẽ. Odiũ quoq; peccatis adhibẽdũ est , qm̃ pcõrũ amicus, aiæ suæ est inimicus. Et perfecto odio odienda sunt peccata , qm̃ facta sunt nobis inimica. Momentaneas aũt ipsorũ illecebras,quæ ad momẽtaneã cordis percussionẽ pũt annullari,pro quorũ annullatione æternã possidebis requiẽ,per thesaurizationẽ in cruciatum ibis infernalẽ: nolle destruere cũ possis,extremæ est dementię. Cõfitere igitur,chare mi,
209 E noĩetenus,quæ te remordent flagitia , detege spãliter quæ scis spãlia,quotidiana de quibus non fuisti mundus,saltẽ cogitatione in collecta generali appone, sicq; ex indulgẽtia cõfide. Iã uero sacerdote cõsulio ad deũ referẽda sunt tua delicta,ipsi iã tũc erũt psentanda. Nõ. n. talis psentatio ultra erit infructuosa. Et quod forsitã oblitus pterniseras,debitoribus tuis ex corde dimitte debita sua & oĩs hoies in deũ pp deũ dilige. Paginulę nostrę quasi documenta vilia , videntur & despicabilia, quia non sunt rhetorico flatu & fastu cothurnata: uidentur & superflua,qm̃ eruditioribus hęc oĩa erãt peruia. Sed est aliqñ vt multa nouerint eruditi, de quibus nõ dubitauerunt, & cogitant ut in eodẽ discendi genere eadẽ didicerint oĩs. Sed nos de minus capaciũ numero sumus,& qũo lassius bos calcet,perspicue nouimus. Accesserũt etiã ad nos aiabus suis consuli cõcupiscẽtiũ copiosa frequentia,& qdam ex simplicitate , quidã ita loquebãtur ex industria. Illis aũt prout nobis collibuit cõsuluimus, tibi uero cui cor nostrũ arctius inuigilat,& quẽ Epistolę respect' uisitat, qm̃ dolor impatiẽtissim' tollit colloquẽdi gratiã, ex his q̃ ex ipsis hausim' peritiores, hũc tractatũ direximus.
209 F Tuum est igitur,tuum est,tibi quoque pnecessarium est,qui sub mortis articulo positus es Iamq; si uideri posset,mortem uideres , quatenus ex nostra eruditione uigilantior , uel exitus ipsius necessitate circumspectior tibi inuigiles , tibi prouideas, tibi consulas . Si autem in nostris tractatibus quę nesciebas indicaui , uel quæ sciebas iterum inculcaui , tibi tamen in vtroque ex summa erga te diligentia no-

* ad principium.

Q d grauius sit peccare voluptate, q̃ necessitate.

Pſal. 31.

Cap. 6.

strum desudauit exercitium. Et si tibi non proderit, quoniam hęc omnia scie-
bas, harum dictionum cōmonitoria connexio, quibusdam saltem minus sciolis pro- 209
desse habebit, mihi quoq; cui te commonuisse voluptuosum est, quoniam mihi sa- G
Quib⁹ sit tis feci, valebit. Sed ne quædam quorūdam superstitio presbyterorum a nobis in-
sacerdotibus facien tacta quasi ignota transigatur, nunc aliquantulum nostri sermonis consummatio,
da confes- quoniam coram illis confitendum est, respiciat præsbyteros. Esset autem id scribere
sio. Cap. 7. superuacaneum, nisi errori cuidam iam in multos serpenti prętenderetur obuium.
Melius est quoque ignorantiæ præsbyterorum consulere, quàm ignorantes in igno-
rantia sua incastigatos remanere. Posset autem & tibi, quoniam nocuit multis, no-
cere, prout superius intimatum est, coram sacerdote confiteri habes, ipsius; iudicū
subire debes. Sed sicut stella differt a stella inclaritate, sic sacerdos differt a sacerdote
in sua conuersatione. Multorum siquidem est vocari sacerdotes, sed non est omniū
esse sacerdotes. Siquidem multis presbyteratus committitur dispensatio, sed nō oēs
pariter commissæ dispensationis inseruiunt ministerio. Alius equidem commodis
Philip. 2. presentibus, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi exquirens, inexplebiliter inhiat:
alius prępeditur ex incuria: alius suffocatur ex ignorantia, & tamen ignorans igno-
2. Cor. 14. rabitur: alius vero concredite custodię competenter locum & tempus explorat, re-
sponderęq; probati vita ministri necessitatibus iniuncti ministerij. Ex his vocandi 209
sunt si noueris peritiores & curiosiores. Si enim morbis corporum medici probatio- H
res exquiruntur, quanto magis spiritalibus animarum putredinibus adhibēdi sunt
2. Tim. 2. medici subtiliores, & si dici liceat spiritaliores. Non dico tamen vt damnes vel repre-
hendas domini sacerdotes, Nouit enim domin⁹ qui sunt eius. Sed dico, si recipis pro-
Mat. 19. phetam in nomine Prophetæ, vel iustum in nomine iusti, mercedem vel Prophetæ
Cap. 8. vel iusti recipies. Ergo tales vocandi sunt. Iam vide quid de ignorantia ignorantiū
proueniat. Audiuit quidam ex minus eruditis saceadotibus confessionem tuā, vi-
det infirmitatem tuam, nescit tamen res huiuscemodi æqua lance pensare: ignorat
quia velox medicina subitaneis infirmitatibus uel in extremis positis sit per necessa
ria, respondet ęgroto, Frater, si superuixeris ita ieiunia, ita fac eleemosynam, ita ora:
hæc cum omnia bene dixit, sed errorem impium animaduerte. Si autem ex hac infir-
mitate morieris, ne anima tua deo videatur impœnitens, per obedientiam iniungo
tibi, quatenus anima tua vel totam septimanam, vel annum integrum, vel tantum
temporis patiendo pœnam quam meruisti, in pœnitentia post mortem tuam sit. O
exterminanda cordis cæcatio, ad consolandū venerat infirmum, & cui maior & pro-
pera incumbit absoluendi necessitas, absolutione interdicta ligationis adjicit parti
culam. O perditionis animarum occasio Vtrum autem hæc sacerdotis allocutio con- 209
fitenti noceat? Certum est autem quòd non iuuat, dei iudicio reseruetur. Sed quid I
huic consolatori, vel potius desolatori respondendum sit, si forte requiras, Absolute
dico, q̄ docendus est iste, non sequendus: nec ibi erit inobedientia, ubi est eruditio-
nis humilis officiositas. Si aūt huiuscemodi putredinibus quod apponēdum sit ca-
taplasma scire desideras, vt saltem sub occasione tui doceantur præsbyteri, & hoc ēt
proficiet saluti, quod in extremo positis & tamen confitentibus responderem subte-
xo, Nemini imponendum est quod aut impossibilitas ei abdicat, aut tēpus euanescēs
adimplere prohibeat. Si aūt aliquid quod pauperibus prodesse habeat, manus eius
inuenerit, aut amici sui de suo dare voluerint, legale est vt peccata sua eleemosynis
redimantur, oīones ēt amicorū ei p̄futuras credimus. Si aūt quātulacunq; pecuniæ
summa deerit, aut q orēt pro eo amicorū religiositas defuerit, & ex toto nihil nisi cō
fiteri & pœnitere valebit, enormitas quoq; culparū eū aggrauabit, qd isti faciā? Dedu
cā eū, aut ego ēt de deo in desperationē deducar? Sed quis, o bone Iesu, de misericor-
dia tua desperet? Audēter pronūcio, qm̄ cumulatius delictū est, a te desperatio, q̄ q̄li-
scūq; humanæ fragilitatis offensio Apostolorū primicerio lacrymæ profuerunt nisi
p̄sint & mihi? Latronis illius in Euāgelio memoria quare nobis tā venerabiliter re-
censita est? Quib⁹ eleemosynis q̄busve operibus, uel oīonibus rīdisti, mi Iesu beni- 209
gnissime, dulcissime, misericordissime, quasi sub iureiurando, Amen dico tibi, ho- K
Luc. 23. die mecum eris in paradiso: nisi fidei suæ orationiq; breuissimæ, Memento mei do-
mine dum veneris in regnum tuum? Dico itaque omnibus, dico tandem confiten-

tibus, dico confessis consulentibus ne confessi desperarent, ne sacerdotes post mor- 314
tem aliquos ligent, imò cum suo Iesu dicant, Soluite eum & sinite abire. Melius est Ioan. 18.
enim vt talis prosit, vel non noceat absolutio, quàm obsit indiscreta ligatio. Nec prę
tendant sacerdotes de fallaci securitate occasionem, quoniam melius est vt mortem
in manus misericordissimi dei commendent, quàm de sperantem cum quibusdam
induciarum fabulis a regno dei eliminent. Nam quomodo dicet sacerdos pro defun-
cto quem ipse ligauit, Absolue domine animam famuli tui, uel cæteras solutionum
eulogias? Absoluendi sunt itaque omnes absolutionem dūtaxat rogantes, nec suspē
dendi sunt a fidelium communione, quibus mors timetur sine dilatione, & quos pec
catorum amara recordatio vel ciet in lacrymas, vel metus mortis ducit ad veniam,
sicut scriptura testatur, Et territi purgabuntur. Si tamen tales conualuerint, cano-
num diuturnam non negligant subire censuram. Subitaneum ergo dum diutius li-
cuerit, hoc in extremo positis adhibeatur consilium: hoc etiam charissime do tibi
209 amice, ascende oraturus in templum domini corde, si non potes corpore. Dic iustifi-
L candus cū illo iam iustificato peccatore, Deus propitius esto mihi peccatori, vt ascen Luc. 18.
das iustus ad deum, iustificatus ab ipso, qui viuit & regnat per omnia secula seculo-
rum, Amen.

FINIS.

DE CONSOLATIONE MORTVORVM

Sermo Primus.

PRAEBETE silentium, fratres, ne vos prętereat sermo vtilis,
& in tempore necessarius, Nam tunc vel maxime opus est medi-
209 cina, quando grauis nascitur ęgritudo. Et tunc solicite collyriū
M adhibendum est, cum fuerit oculus dolore turbatus. Quicūque
ergo non habent hunc dolorē, non extrepent, sed potius audiāt,
quia non impedit sanam scire medicinam quæ prosit. Qui vero
per hunc casum turbatum habent oculum mentis, & doloribus
cruciantur, magis intenti sint vt aperiant oculum ad susciendum salutaris verbi
collyrium, quo non solum consolationem, sed etiam remedium consequantur. Cer-
tum est, quia is qui dolet oculū, si non medico infundenti collyrium aperire volue-
rit, collyrium quidē foras extra pupillā fundetur, oculus vero remanet in dolore. Sic
& mens dolentis, si pp nimiā tristitiā oculos clauserit, & non recipiat saluberrimam
admonitionē, incipiet plus dolere, & forsitan pati illud quod in scriptura continetur,
Quia tristitia huius mundi mortem operatur. Beatus ille Paulus doctor gentium
& medicus salutaris, duas esse dixit tristitias, vnam bonam & alteram malā: vnam 2. Cor. 7.
vtilem, & alteram inutilem: vnam quæ saluat, & alteram quæ perdit. Et ne du-
bium alicui uideatur id quod dicitur, ipsa eius uerba recitabo. Ait enim, Quæ
secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: hæc est bo-
209 na tristitia. Sequitur deinde, Nam huius mundi tristitia mortem operatur: hęc est il
A la non bona. Videamus ergo fratres, ista tristitia, quæ nunc habetur in manibus, De causis
quę nunc agitur in pectore, & auditur in voce, an vtilis sit, an inutilis, prodesse videa luct⁹ mor-
tur aut nocere. Iacet etgo corpus exanime: iacet in tabula homo sine homine, mem- tuorum.
bra vtique sine spiritu: clamatur, nec respondet: vocatur, & non exaudit, iacet facies Cap. 2.
pallida, forma mutata, per quę mors ipsa cernitur & horretur: cogitatur prætera
perpetuum silentium eius, cogitatur aut delectatio quæ fuit, aut futura quę erat vti-
litas, cogitantur necessitates, veniunt in mentem veba dulcissima, longa consuetu-
do requiritur. Hæc sunt sine dubio quę mouent lachrymas, incitant vlulatum, & to-
tum animum in tristitiam mergunt profundam. Contra hęc tam valida, tam fortia

Universidad de Deusto
Biblioteca

doloris arma, ſpiritalibus debemus armari preſidiis. Illud ergo primùm omnium op
ponendum eſt, quia omne quod naſcitur in hoc mundo, neceſſe erit mori. Hęc eſt lex 210
Gene. 3. dei & ſententia immutabilis, quam poſt delictũ princeps generis humani accepit, die B
cente domino, Terra es, & in terram ibis. Quid ergo nouũ cotingit, ſi homo ad hoc
natus, diuinæ legi ac ſententiæ ſatisfecit? Quid nouũ accidit, ſi ex mortalibus natus
naturæ propriæ, quia nec poterat excuſare, reſpondit? Non eſt inuſitatum quod anti-
quum eſt: non eſt inauditum quod continuum eſt, non eſt propriũ quod cõe eſt. Si
quos & proauos nouimus per hanc viã mortis profectos, & ipſos deniq; Patriarchas
& Prophetas, ab Adam protoplaſto, non ſine hoc caſu audiuimus migraſſe de ſeculo,
eleuemus animum de profundo triſtitiæ, quia quod debebat hic reddit. Et vtique
debitum cum redditur, quam põt habere triſtitiam? Hoc eſt vere debitum, quod nec
ſapientia, nec virtus excuſat, nec poteſtas, nec ipſi deniq; reges potuerunt declinare.
Plane hortarer & ego, vt augeres triſtitiam, ſi fuiſſet talis res, quæ cũ poſſet tua ſub-
ſtantia redimi, vel differri, aut negligentia tua, aut parcitate prouenifſet. At cum dei
decretum firmum ſit & immutabile, fruſtra dolemus, & de nobis quærimus quare
Pſal. 67. ſit mortuus, cum ſcriptum ſit, Domini domini exitus mortis. Iſta ergo communis vi
tæ conditio ſi recipiatur in animo, incipiet grauatus cordis oculus, quaſi prima infu
Cõſolatio ſione releuari. Sed dicis. Scio communem eſſe hunc caſum: ſcio quia is qui mortuus 210
ſuper mor eſt, debitum ſoluit, ſed delectationẽ cogito, neceſsitates reputo, cõſuetudinem requi E
tuis. ro. Si propter hæc triſtitia afficeris, errore duceris, nõ ratione gubernaris. Scire enim C
Cap. 3. debes, quia dominus qui hanc dederat dilectionem dare poteſt & aliam potiorẽ: &
qui ribi hanc intulit neceſsitatem, ſufficiens eſt per alium occaſionem ſupplere. Vti-
litatẽ vero ſicut tuam videre debes, & eius qui defunctus eſt cogitare, quia ſic ei for-
Sapien. 4. ſitã expediebat, ſicut ſcriptum eſt, Raptus eſt ne malitia mutaret eius intellectum.
Placita enim erat deo anima eius, ideoq; properauit de media corruptione educere
eum. De cõſuetudine aũt quid fuiſſe videtur? Quod ergo tempus præſtat & dies, mul
2. Cor. 7. to magis debet & ratio, & bona præſtare cogitatio. Et illud maxime cogitandum eſt,
quod diuina ſententia per apoſtolum definit, Quia triſtitia huius mundi mortẽ opera-
Ibidem. tur. Quòd ſi tam oblectatio qua vtilitas præſens, ſiue cõſuetudo, res mundi ſunt
& gaudia ſeculi tranſitoria, propter hæc animum deiicere, & ſpiritum contriſtari, vi-
de quam ſit mortifera valetudo. Repetens autem iterum atq; iterum dicam, Triſti-
Quare in tia mundi mortem operatur. Quare aũt mortem operatur? Quia ſolet nimia triſti- 210
Veteri te- tia aut ad dubitationem, aut periculoſam perducere ad blaſphemiam. Sed dicet ali- D
ſtamento quis: Prohibes lugere mortuos, cum & patriarchæ plorati ſunt? Moyſes ille famulus
mortuos dei, & multi inde Prophetæ, præſertim cum Iob quoque iuſtiſsimus ſuam plagam ſu
flere licue per filiorum conſciderit necem. Non ego prohibebo lugere mortuos, ſed gentium il
rit. luminator Paulus, qui ſic ait, Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non tri-
Cap. 4. ſtes ſitis, ſicut & cæteri qui ſpem non habet. Non poteſt euangelii claritas obſcurari,
1. The. 4. ſiue quia hi qui ante legem, aut ſub legis vmbra poſiti fuerant, ſuos mortuos flebãt.
Merito flebant, quia nondum de cœlis venerat Chriſtus, qui fontem illum lachryma
rum ſua reſurrectione ſiccaret. Merito flebant, quia adhuc ſententia pmanebat. Meri
to lamentabantur, quia nondum reſurrectio prædicabatur. Sperabant quidem ſan-
cti aduentum domini, ſed mortuos flebant, quia nondum viderant, quẽ ſperabant.
Denique Simeon vnus de veteribus ſanctis, qui prius fuerat de ſua morte ſolici-
tus, poſtquam Ieſum dominum adhuc puerum in manibus attrectare prome-
Lucæ. 2. ruit, de ſuo exitu gratulatur & dicit, Nunc dimittis ſeruum tuum in pace. Quia vi
derunt oculi mei ſalutare tuum. O beatus ille Simeon, qui quod ſperauerat vidit, iã
Marci. 5. mortem ſuam pacem & requiem meam computabat. Sed dices, In Euangelio ecce
Ioan. 11. legitur, archiſynagogi deploratam filiam, & ſorores Lazari Lazarum fleuiſſe. Sed &
illi adhuc ſecundum veterem legem ſapiebant, quia necdum a mortuis Chriſtum re
ſurrexiſſe conſpexerant. Fleuit plane & ipſe dominus Lazarum iam ſepultum, non 210
vtiq; vt flendi mortuos formam daret, ſed vt ſe per lachrymas verum corpus aſſum- E
pſiſſe monſtraret. Vel certe fleuit amore humano Iudæos, qui nec dei ſigno monſtra
to, erant in eum credituri. Neq; enim mors Lazari cauſa eſſe poterat lachrymarum,
quem ipſe Ieſus & dormiſſe dixerat, & reſurrecturum ſe promiſerat, ſicut & fecit. Ha

buerunt ergo veteres ſuũ morem, ſuamq; fragilitatem, Chriſti aduentum præcedentes. Iam ex quo verbum factum eſt, & habitauit in nobis: ex quo primi Adæ datam
ſententiam, Adam nouiſsimus ſoluit, ex quo noſtrã mortem ſua morte deſtruxit, & Quãobrẽ
210 ab inferis die tertia dominus reſurrexit, iam non eſt terribilis mors fidelibus, non ti- cauſam lu
F metur occaſus, quia oriens venit ex alto. Clamat ipſe dominus qui mentiri neſcit, ctus non
Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit viuet: & omnis habeãt ho
viuens & credens in me, mortem non videbit in æternũ. Manifeſta autẽ fratres cha- mines no-
riſsimi, vox diuina: Quia qui credit in Chriſto, & eius mandata cuſtodit, etiã ſi mor ui teſtamẽ
tuus fuerit, viuet. Hanc vocem beatus Apoſtolus accipiens, & totis fidei viribus reti- ti.
nens, inſtruebat dicens, Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non triſtes ſi- Cap. 5.
tis. O mira pronunciatio Apoſtoli, vno ſermone vt vtranq; doctrinã proferat, reſur Ioan. 2.
rectionem commendat. Dormientes nãq; appellat illos qui moriuntur, vt dormien- 1. The. 4.
tes eos dicens, reſurrecturos ſine dubio conſignet. Vt non inquit, de dormientibus, ſi
cut & cæteri qui ſpem non habent, contriſtentur: nos autem qui ſpei filii ſumus, col
lætemur. Quæ autem omnibus ſpes ſit, ipſe commemorat, Si inquit, credimus, quia
Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet Philip. 2.
cum eo. Ieſus nobis & hic viuentibus ſalus eſt, & hinc recedentibus vita eſt. Mihi in-
quit, viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. Lucrum plane, quia anguſtias & cogitationes
quas habet longior vita, mors accelerans lucrifacit. Iam vero ordinem & habitũ ſpei
noſtrę deſcribit Apoſtolus. Hoc, inquit, dicimus vobis in verbo domini, quia nos, q
210 viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu eius non præueniemus eos qui dormierunt, 1. Theſ. 4.
G ſed ipſe dñs in iuſſu & in voce archangeli, & in tuba dei deſcendet de cœlo, & mortui
qui in Chro ſunt, reſurgent primi, deinde & nos qui viuimus, ſimul rapiemur cũ il-
lis in nubibus obuiam xpo in aera, & ſic ſemper cum dño erimus. Quod dixit Apo-
ſtolus eſt, quia cũ venerit dominus, inueniet multos in corpore Chriſtianos, qui nõ
dum experti ſunt mortem, & tamen non ante rapientur ad cœlum, q̃ mortui ſancti
de monumentis reſurrexerint in tuba dei & voce angeli ſuſcitati. Cum autem fue-
rint ſuſcitati ſancti, pariter cum viuentibus rapientur in nubibus obuiam Chriſto
in aera, & ſic ſemper cũ xpo regnabunt. Nec ſane poteſt dubitari q̃ poſsint corpo-
ra grauia in aera alleuari, cũ iubente dño Perrus ipſum corpus habens ſuper vndas
ambulauerit maris, & Elias per huius ſpei confirmationem, p hũc aerem curru flam
meo ſit raptus p aera ad cœlos. Sed queris forte, quales erunt qui a mortuis ſurrexe- Mat. 14.
rint? Audi ipſum dominũ dicentẽ. Tũc iuſti fulgebũt in regno patris eorũ ſicut ſol. 4. Reg. 2.
Quid ſpẽm decorẽq; cõmemorẽ ſolis, cũ eos figurari neceſſe eſt ad ipſius claritatẽ dñi
210 vt teſtatur Paulus, Noſtra, inquit, cõuerſatio in cœlis eſt? Vnde & ſaluatorẽ expecta- Quales fu
H mus dñm Ieſum, qui transfigurabit corpus humilitatis nr̃æ ad cõformitatẽ corpo- turi ſunt
ris gloriæ ſuæ, & transfigurabitur ſine dubio caro iſta mortalis, ad conformationem qui a mor
xpi claritatis induet mortale immortalitatẽ. Quia qd̃ ſeminatũ fuerat in infirmita- tuis reſur-
te, protinus ſurget in virtute. Non timebit caro amplius corruptione, nõ patietur fa- rexerunt.
me, non ſitim, non ægritudines, non caſus aduerſos. Pax erit tota, & firma ſecuritas. Ca. 6.
Vita vtiq; cœleſtis gloria ibi & gaudiũ ſine defectione præſtabitur. Hæc in ſenſu & Mat. 13.
oculis gerens beatus Paulus dicebat Optabã diſſolui, & cũ xpo eſſe. Multo n. melius Phil. 3.
& adhuc aperte docens, Dum ſumus, ait, in corpore, peregrinamur a dño, Per fidẽ. n. 1. Cor. 15.
ambulamus, & nõ per ſpẽm. Habemus aũt magis bonã volũtatem peregrinari a cor
pore, & præſentes eſſe ad dñm. Quid agimus nos paruæ fidei hoſtes, qui anxiamur & Phil. 1.
deficimus, ſi aliquis de charis noſtris migret ad dñm? Quid agimus, quos peregri- 2. Cor. 5.
natio ad xpi cõſpectũ ſeparat? Verè vere peregrinatio eſt omne quod viuimus. Nam
ſicut peregrini in ſeculo ſedes habemus incertas laboramus, deſudamus, vias ambu-
lantes difficiles, periculis plenes, vndiq; inſidię, à ſpiritalibus, a corporalibus inimi-
cis, vbiq; errorum calliculi ſunt præparati. Et cũ tantis periculis vrgeamur, nõ ſolũ
210 ipſi cupimus liberari, ſed etiã liberatos tanq̃ peuntes lugemus & plãgimus. Quid no
I bis præſtitit deus p ſuum vnigenitum, ſi adhuc mortis timemus occaſum? Quid nos
renatos ex aqua & ſpiritu gloriamur, quos profectio de hoc mundo, quę optabilis
debet eſſe, contriſtat? Ipſe dñs clamat, Siquis mihi miniſtrat, ſequatur me, & vbi ego Ioan. 2.
ſum, & miniſter meus erit. Putas ſi rex terreſtris ad ſuum palatium vel conuiuum

aliquem vocet,nonne libens & congratulans properabit? quanto magis ad cœlestē
currendum est regem,qui quos receperit,non solum conuiuas, sed etiam conregna-
2. Tim. 2. tores efficiet,sicut scriptum est,Si commortui sumus,& cōuenimus: si sustinebimus
& conregnabimus.Nec ego dico,vt quis manus sibi inferat, aut se interficiat contra
voluntatem dei creatoris,aut animam de corporis sui expellat hospitio,sed hoc dico
vt lætus sit & gaudens, cum aut ipse vocatur aut proximi sui vadunt, vt euntibus
gratuletur.Hæc est enim Christianæ fidei summa,vitam veram expectare post mor-
tem,reditum sperare post exitum.Accepta igitur voce Apostolus,cum fiducia iam di-
camus gratias deo,qui nobis contra mortem victoriam dedit,per Christum dominū
nostrum.Cui est gloria & potestas nunc & in secula seculorum. Amen.

Finis.

DE CONSOLATIONE MORTVORVM.

Sermo Secundus.

Quid sit mori. Ca.1.

VPeriori quidem libello perstrinximus breuiter de consolatione mortuorum,de spe resurrectionis, nunc planinis ac validius de eisdem aliquid proferamus. Si quidem hæc quæ locutus sum, fidelibus quidem certa sunt,infidelibus autem & dubiis videntur esse fabulosa,ad quos pauca strictius proferamus. Certe quicunque estis increduli, omnem dubitationē de substantia corporis sustinetis.Discreditur.n.a quibusdam,carnem conuersam in pulueren,iterum posse resurgere,iterum reuiuiscere. Cæterum de anima nullū hoiem posse dubitare.Stquidem de aīæ immortalitate nec philosophi ipsi, cum sint Pagani dissentiūt.Nā quid est mors,nisi separatio corporis animæq;.Recedēte.n.anima quæ semper viuit,quæ mori nescit,quia de flatu dei est inspirata, solū corpus emoritur, quia aliud in nohis mortale,aliud immortale est.Sed recedēs anima quæ carnalibus oculis videri non potest,ab angelis suscipitur & collocatur aut in sinu Abrahæ,si fidelis est:aut in carceris inferni custodia,si peccatrix est,donec veniat status dies,quo suum recipiat corpus,& apud tribunal xp̄i iudicis veri reddat suorū operum rōnem. Ergo quia de carne,tota contradictio est,huius est & infirmitas defendenda,& resurrectio consignanda.Quod siquis requirat a me dubius,& incredulus, qūo mortui resurgent,quo aut corpore venient,respondebo ei ore ac verbis Apostoli, Insipiens,tu quod seminas non viuificatur,nisi prius moriatur,& quod seminas granum tritici, aut alterius cuisq; seminis,mortuum & aridum sine humore, cū putrefactū fuerit, fœcundum,surgit,fitq; vestitum fœlliculis,aristis armatū. Qui ergo granum tritici resuscitat,& lunam quasi de interitu reparat,& tēpora recedentia reuocat,ad vtilitatem,s.nostram nosipsos,propter quos omnia reparat,nō requiret, & cineres patietur extingui,quos suo flatu accendit,quos suo spiritu animauit,vt non perpetue iam viuat homo,qui illum pie & agnouit & coluit? Si iterum dubitas quomodo posis reparari post mortē,restitui post cineres & ossa consumpa. O homo, si dicere velimus,quid fuisti antequam in vtero matris concipereris,nihil vtique. Deus ergo eui te creauit ex nihilo,nōne facilius potest facere quod ante iam fuit, qui potuit creare quod non fuit? Qui te ex gutta informis liquoris in tuæ matris vtero,in neruos, venas & ossa iussit excrescere,poterit,mihi crede,de vtero terræ iterū generare. Sed times ne forte ossa tua arrida pristina carne vestiri nō possint. Noli scīm tuā fragilitatē dei existimare maiestatē,Deus ille oīum creator q vestit arbores foliis, & arua floribꝰ,poterit & tua ossa illo certo veris tempore in resurrectione vestire. Dubitauerat de hoc

ipso Propheta Ezechiel,& interrogatus a domino vtrum viuerēt ossa arida quæ videbat aspersa per campum,respondebat,Tu scis domine. Sed postquam deo iubente,& ipso prophetante vidit ossa sua loca & ad iuncturas currentia,postquā vidit ossa arida neruis ligari,venis intexi,carne cōtegi,cute vestiri, postea prophetauit de spiritu,& veniens spiritus vniuscuiusq;& introiuit in corpora illa iacentia, & surrexerunt,& mox steterunt.Sic confirmatus de resurrectione Propheta,scripsit visionē vt ad posteros tātæ rei cognitio perueniret.Merito ergo clamat Esaias, Exurgēt mortui,& resurgent qui in monumentis sunt,& lætabuntur qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est,sanitas est illis. Vere enim sicut rore madefacta semina germinant & exurgunt,sic rore sancti spiritus ossa fidelium visitata,cū suo corpore in æternā gloriam germinabunt. Sed dubitas,quomodo de paruis osibus totus posit homo restitui.Reuera tu ex modica scintilla ignis ingentem suscitas flammam.Deus nō poterit ex modico cineris fermento totum corpusculi tui reintegrare conspectum? Sed & iam dicis,Nusquam comparent carni ipsius reliquiæ. Forsitan enim aut igne combustæ sunt,aut a bestiis deuoratę. Hoc primum scito, quia quicquid consumitur in terræ visceribus continetur,vnde rursus poterit deo præcipiente produci.Nam & tu cum non appareat semen ignis,adhibes lapillum & modicū ferri, & excutis de visceribus lapilli quantum opus est ignis. Qui ergo per tuam industriam & sapientiam quam ipse deus concesit,tu facis vt producas quod non appares, maiestas illa diuina facere sua virtute non poterit,vt quæ interim non videntur,excutiat? Mihi crede,potest omnia deus.Hoc enim require,vtrum promiserit se facere resurrectionem, & cum promissam tantis didiceris testimoniis,immo cum ipsius domini Iesu Christi certissimam teneas cautionem,confirmatus fide,mortē desine iam timere.Qui enim timet,adhuc non credit,peccatum contrahit insanabile, quia sua incredulitate dominum aut impotentem,aut certe asseuerat mendacem. Sed non ita beati Apostoli, non ita sancti martyres probant.Apostoli propter hanc prædicationem resurrectionis,dum Christum resurrexisse prædicant,& ipsos mortuos suscitaturos annunciāt, nec mortem nec tormenta recusauere,nec cruces. Si ergo in ore duorum vel trium testium stat omne verbum,resurrectio mortuorum, cui tot & eam idonei testes existunt,cui cum effusione sanguinis testimonium dicunt,quomodo potest in dubium reuocari? Quid autem sancti martyres putas habuerunt, certam ipsius resurrectionis spem,an dubiam? Si non habuissent certam,non vtiq; per tantos cruciatus & pœnas mortem pro lucro maximo suscepissent:non cogitabant supplicia præsentia, sed præmia secutura.Sciebant dictum,Quæ videntur, ad tempus sunt. Audite fratres virtutis exemplum,Mater septem filios hortabatur,& non lugebat, sed potius lætabatur;videbat filios vngulis tradi,ferro concidi,satagine assari, & non lacrymas fundebat,non vlulatus tollebat,sed solicite ad tolerantiam hortabatur filios. Non erat crudelis illa,sed fidelis:amabat filios,non delicate, sed fortiter. Hortabatur filios ad passionem, quam gaudens ipsa quoque suscepit. Erat.n.de sua & suorum filiorū resurrectio secura. Quid loquar viros, qd fœminas,quid pueros,quid puellas? Quomodo se de ista morte luxetunt,qūo de summa celeritate ad cœlestem militiam transtulerunt? Poterant vtique ad præsens viuere si voluissent,quia in ipsis erat positum,an Christum negando,viuerent,aut confitendo morerentur: sed magis elegerunt vitā proicere temporalem,& vitam sumere sempiternam, excludi de terra, incolere cœlum.In hoc fratres quis dubitationis est locus,vbi potest adhuc residere mortis formido? Si martyrum sumus filii,si eorum socii inueniri volumus, nec contristemur morte,non lugeamus charos,qui nos præcedunt ad dominum. Si plangere voluerimus,ipsis nobis insultant beati martyres,& dicunt,O fideles,o regnum dei cupientes,vos qui charos vestros delicate morientes in lectulis vtique & pulmis,tanto more plangitis & lugetis,si eos a gentibus propter nomen domini cruciati & interfici videretis,quid facturi effetis? Aut non vos præcesit exemplum? Abraham patriarcha filium vnicū offerens sacrificium gladio obedientiæ iugulauit, nec ei quē tanto amore dilexit,pepercit,ne domino inobediens videretur.Quod si dicatis,illum propter dei hoc fecisse præceptum,& vos habetis præceptum, vt non tristes sitis de dormientibus.Qui ergo minora nō seruat,maiora quomodo seruabit? An nescitis quia animus

2.Cor.4. 2.Mac.7.

Ezec.37.

Esa.26.

Qūo de puis osibus totus posit hō resti tui.

De morte nō timenda exēplo martyrum & maxime matris in lib.Macha beorū. 7.siliis.

Gene.22.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

.Thes. 4. animus qui in terribilibus frangitur,ad fortiora reprobus inuenitur? Timens quis riuum,mare, quando ingreditur? Sic qui plangunt impatienter amissum,quãdo perierunt ad martirij peruenire certamen? Nã qui in his constans & magnanimus existit,iam sibi gratiam ad potiora substernit. Sufficiunt hæc fratres ad mortis contemptum,& ad spei futuræ confirmationem: supereſt vt vnum de veteribus exemplum proferam,quod omnem consolationem faciat, quod etiam patentibus cordis auribus volo omnes audire,Dauid ille rex magnus filium dilectum,quem sicut animam propriam diligebat,infirmitate percussum impatientissime flebat: & cum humana auxilia iam nihil prodessent,semetipsum conuertit ad dominum: depositis regali gloria,sedit in terra,iacuit in cilicio, non manducauit neque bibit, septem diebus continuis orans deum, si forte sibi filius donaretur. Accesserunt seniores domus eius,consolantes rogauerunt eum ut panem sumeret, veriti ne dum filium vellit viuere, ipse ante deficeret. Non potuerunt torquere,non cogere,amor enim impatiens solet pericula ipsa contemnere. Iacet rex in squalore cilicij ægrotante filio, nec uerba faciunt consolationem,nec ipsa escarum necessitas auocauit,Mens tristitiam patitur,pectus dolore reficitur,oculi lacrymis perpetibus fluunt. Inter hæc factum est quod decreuerat deus. Moritur puer,uxor in luctu tanto, domus in planctu, famuli pauidi, quid facerent æstuantes: nemo enim audebat domino filium mortuum nunciare,timentes utique, ne ille qui sic adhuc impatienter vinum iugebat,si audisset mortuum,vitæ faceret finem,dum strepunt famuli inter se,dum eum tristes,& alter ad alterum occulta susurratione loquuntur,intellexit Dauid, præuenit nuncios an vitam eius exhalescerit, interrogat negare non possunt factum fletibus indicant. Fit concursus insolitus,expectatio grandis & metus, ne quid sibi periculi pius pater inferat. Surgit mox Dauid rex de terra, exuit se cilitio, surgit hilaris, quasi filium suum audisset incolumen, uadit ad balneas, lauat corpusculum uadit ad templum, adorat deum, epulatur cum amicis, compressit suspiria, gemitu omni depositio, uultu iam læto, Mirantur domestici, stupent amici, nouam & subitam conuersionem: audent denique interrogare, qui sibi vellit hoc, vt cum viuente filio sic doluerit,mortuo non doleret. Respondit virile magnanimitate præcipuus,Necesse fuit cum adhuc viueret filius,& humiliari, & ieiunare,& lugere in conspectu domini, Erat.n.spes impetrandi commeatus vitæ. At vero postq̃ voluntas dei facta est, stultum esse & nimium inutile, lamentatione animum inundare, sic dicens, Ego ibo ad illum,non ille reuertetur ad me. Ecce exemplum magnauimitatis atq; virtutis. Quòd si ille Dauid, qui adhuc sub lege positus erat, sub illa non dico licentia,sed necessitate lamentationis sic animum a luctu irrationabili superauit, sic tristitiam suam suorumq; compescuit: nos qui sub gratia sumus, sub certa spe resurrectionis, quibus oĩs tristitia interdicta est, qua fronte mortuos nostros gentilium more plangimus, vlulatus insanos tollimus, veluti alio genere bacchantes, cum scissis tunicis pectora nudamus, verba inania & nænias circa corpus & tumultum defuncti cantamus? Postremo etiam qua ratione vestes nigras timemus, nisi quos vere infideles & miseros non tantum fletib. sed etiam vestib. approbemus? Aliena sunt ista frens,extranea sunt,non licent: etsi licerent,non decent. Sed aliquãtos de fratrib.& sororib.licet fides propria & præceptum domini fortes faciat, parentum tamen & vicinorum opinio debilitat & frangit,ne lapidei & crudeles iudicentur, si pepercerint vestimento, si non fuerint insanis luctib. debacchati. Et hoc quàm vanum est,& quàm ineptum, opiniones hominum errantium cogitare,& non timere ne quid minus de fide faciat quam suscepit. Quare non magis tolerat iam a mendicis ille qui diues est, quare non fidem ille qui dubius est? Quamuis etiam si dolor eius tantus sit, tacite tamen debet luctum sensu dirigere, & non leuitatem sui animi publicare.

DE

FINIS.

DE QVARTA FERIA SIVE CVLTVRA agri dominici.

De cultura agri dominici opera quinq; iugerum Cap. 1.

Oelesti gratiæ & spiritali pluuiæ præparãdus est ager Ecclesię,quia imber diuinus in proximo est. Opemur dilectissimi in isto agro quod nobis creditum est, nobis enim datum est plantare, rigare, arare,nouellare,sed dei est incrementum dare. Apostolus Paulus doctor gentium in fide & veritate, per semetipsum & operando & monendo,hanc nos docuit dominicam exercere culturam dicens, Ego plantaui,Apollo rigauit,sed deus incrementum dedit. Et paulo post,Dei.n. sumus cooperarti,dei agricultura,dei ędificatio estis. Et alibi, Cooperatores mei estote fratres,& intendit e eos qui sic ambulant sicut habetis formam nostram. In ista itaq; fratres dominica agricultura, in qua nos dominus operari præcepit,sic operemur,vt mercedem promissam dono gratiæ accipere mereamur. Tempus est,operemur,laboremus,quinq; illa iuga boum,quæ ille inuitatus in Euangelio dũ ad cœnam venire nollet,probare se velle dixit,& propterea a cœna se excusauit, qm̃ sibi ea,non agriculturæ dominicæ cõparauit: nos ea ipsa quinq; iuga in agro dominico iungamus,terram durissimam sulcis spiritalib. exaremus, semen verbi dei proiicientes,quascunq; spinas malarum cupiditatum inuenerimus,euellamus,eradicemus,diuino igne succendamus,vt in tali opere laborantes,dño deo nostro fiduciali-ter dicamus,Domine paterfamilias,qm̃ te adiuuante fecimus opus quod iussisti, red de mercedem quam promisisti. Quę sunt illa iuga boum? Quinque sensus corporis sunt,visus in oculis,auditus in aurib. Et ista iuga sunt. Duo sunt oculi,duo aures,geminæ nares,duæ manus,& in ipso gustu geminũ quiddam inuenitur,quando sapor ipse faucib. atq; palato iudicante discernitur. Ista ergo quinque iuga terrã versant, quãdo suis officis deseruientes,aium carnemq; parant, aut vberes fructus si ros cœlestis infuderit,aut aridas spinas si sicca terta remanserit,& eorum opus in posterum subsequetur. Sed quoniã nos dñs atq; paterfamilias noster passim & sine vlla discretione cuiuslibet glebæ semen verbi sui iacere precepit. Inducit.n. in Euãgelio huius ministri similitudinem & dicit, Ecce exiit seminans seminare,& dum seminat, aliud cecidlt inter spinas,aliud in via,aliud in petrosa,aliud in terram bonam, & cũ demõstraret quæ esset spinosa terra,homines videlicet qui verbũ dei spinis cupiditatum prefocant,tm̃ semen,& non reddũt fructus iustitiæ: similiter de alia terra petrosa,at que conculata via suæ similitudinis propositæ reddens rõnem, ad terram bonã peruenit,& ait,Quod autem cecidit in terram bonã, hi sunt qui cũ acceperint verbum dei,custodiunt illud & faciunt, Quia nõ auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis institicabuntur. Non ergo nos dilectissimi,aut timor spinarum, aut saxa petrarum,aut durissima via perterreat,dum tamen seminantes,verbum dei, ad terram bonam tandem aliquando peruenire possimus. Accipe verbum dei omnis ager, oĩs homo,siue sterilis,siue fœcundus. Ego spargam,tu vide quomodo accipias: ego erogẽ,tu vide quales fructus reddas. Melius est enim vt de accepto tu pro te rõnem reddas,quam nobis non erogantib. iuste dicatur,Serue nequã & piger, tu erogares, ego veniens cum vsuris exigerẽ. Si vero te terram infœcundam aut spinosam vel siccam sentis,recurre ad creatorẽ tuum. Hoc. n. nunc agitur,vt innoueris, vt fœcunderis,vt irrigeris, ab illo qui posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum,& habitare fecit illic esurientes, & constituerunt in ciuitatem habitationis,& seminauerunt agros,& plantauerunt vineas,& fecerunt fructũ frumenti. Ex qua terra? Ex illa sterili spinosa,& inaquosa. Et tu vnaquęquæ anima quæ accedis ad Christum,terra es spinosa & arrida Vnde probamus,quia talis es? Recole illam sentẽtiam, quam in primis parentib. accepisti,& inuenies quid inde traxisti, Spi

De variase minũ spar sione,& vsura requisitione. Ca. 2. Mat. 13. Rom. 2. Mat. 25. Psal. 166.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nas,inquit,& tribulos pariet tibi. An respondebis, non te esse terram spinosam? Si spinas non haberes,capiti creatoris tui coronam spineam non imponeres. Quia ergo & tu talis es,spinarum multitudine ideſt peccatorum pregrauata es. Ideo tibi ratis cultura impenditur,propterea crucis ligno exararis,propterea cælesti pluuiæ prepararis,vt cum fœcunda effecta fueris,non gratuleris de tuis? quæ nulla sunt meritis,sed reddens bonos fructus Christi prædices gratiam. Vis nosse qualis tibi adhibeatur cultura,qualis te desuper perfundat gratia? Ecce agnosce. Christi cruce exararis,quando eius signo in fronte signaris: eius sanguine rigaris, quando in morte ipsius baptizaris. Quotquot enim ait Apostolus,in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus. Multum est quod dictum est, eius sanguine rigaris,vt deamus quomodo per aliquam similitudinē hoc quod diximus probare possimus. Non enim nostris sermonibus,sed documentis diuinis,fides acommodanda est. Ecce dilectissimi intendite,Iudas ille malus & falsus discipulus venalis & venditor, fur,& traditor,emptus a Iudæis,vt cum eis mancipiū esset diaboli, preciū accipiens de illo qui non habet preciū,venditor sanguinis Christi, ex ipso precio,vt scriptura narrat, emit sibi agrum figuli, vt is qui hæreditatem integram Christū non habebat in cælo,partem aliquam habere vellet in seculo,quā nec ipsam possedit, quia scelaris tanti facti sibimet conscius collum sibi alligauit,& prostratus in faciem diruptus est medius. Ager tamen ille qui ab eo comparatus est,vocatus est ager sanguinis,quia ex precio comparatus est tanti sanguinis. Vendidit discipulus sanguinē magistri,& emit exinde agrū figuli. Quid est hoc? Putamus dilectissimi vacare hanc actionē in illa venditione vel emptione,vel in ipsa Christi mystica passione? Comparauit,ait scriptura,Iudas agrum figuli,& vocatus est ager ille,ager sanguinis. Clamat hic terra quali vel quo precio fuerit comparata,imo precium ipsum clamat,sanguis ipse clamat,Abel ille iustus ab impio fratre occisus clamat. Nanq; dilectissimi cum hęc sunt litudo passionis Christi & nequitia Iudæ ac Iudæorum in illis duobus primis monstraretur fratrib⁹. Cain & Abel,posteaq̄ a maiore fratre minor occisus est,ab Inuido innocens peremptus est,a scelerato pius interfectus est,interrogat deus Cain, quasi nescius,quasi ignarus & dicit ei,Vbi est Abel fratrer tuus? Quæ vox nō est ignorantis,sed peccatum ante oculos scelerati ponētis,vt inexcusabilis sit omnis homo, qui & admonitus pœnitere non vult in malo. Vbi est Abel frater tuus: hoc fuit dicere ei, Agnosce Cain,nō me potuisse latere id qđ me putasti posse latere. Agnosce quid feceris,de proximo age penitentiam,vt possis accipere indulgentiā. Verū ille sensu deterior,in scelere pertinacior,moribus peruersis in aia percussus, Respondit deo dicenti. Vbi est est frater tuus,& dicit,Nescio,Nunquid ego custos sum fratris mei? Quid dicis Cain? cui dicis,nescio? Cum illo loqueris,qui omnia videt oculis suis. Quid est quod dicis,Nunquid ego custos fratris mei sum? Talia perpetrando repulisti a te in omnibus timorē dei. Et dominus illi, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Si enim esses fratris tui custos,eius non esses interfector. Si cognosceres fraternitatem,tantam non cōmitteres immanitatē. Si timeres meū iudiciū, in fratrē non committeres parricidium. Vox sanguinis fratris tui clamet ad me de terra. Et nunc ait dominus,Maledictus tu a terra. Non maledicta terra, sed maledictus tu a terra,quæ accepit sanguinem fratris tui de manu tua. Agnosce iam terra,quoniā sanguine rigata es innocentis,cōuince vocē negātis,suscipe sanguinē confitentis,Interrogentur & nūc Iudas & Iudæi, imo in Iuda oēs Iudei. Interroget dns Iudā, & dicat Iuda,vbi est xp̄s frater tuus? An forte dicturus es,o male frater q̄ xp̄s tuus non fuit frater? conuincat te prius ipse dns q̄ tuus fuerit frater. Dic nobis dñe Iesu xp̄e, vtrū Iudas fuerit frater tuus. Respondet,& si fuit,fuit: nō. n. est qđ fuit: & si fuit, fuit: ego enim generaliter de omnibus patri dixi. Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Ecce Iuda conuictus es q̄ Christus fuerit frater tuus. Vbi est frater tuus? respondic,sequere,dic quod dixit & ille, Nescio. Nunquid ego sum custos fratris mei? Non enim & tu fuisti custos qui & proditor factus es & venditor. Dic, Nunquid sum custos fratris mei? vt respondeatur & tibi, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quid enim dicit, omnis homo terra? Primus enim homo de terra terrenus? & qualis terrenus tales & terreni. Quid dicit? Omnis homo ter-

Gen.3. Anima fidelis xp̄i sanguine irrigatur, & de Iudæ traditione & Cain fratricidio ostenditur. Cap.3.

Gene.4.

Psal.21.

ra,quando accipit sanguinem Christi? amen dicit. Quid est amen? uerum est. Quid est uerum? Quia fusus est sanguis Christi. Quo faciente? discipulo Iuda tradente, amen dicendo, uerum clamando dicit hoc, omnis homo terra. Ecce Iuda, uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: probauimus, quia eius sanguine rigaris. Vide terra quomodo accipias hunc sanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit benedictionem: qui vero eum male accipit, iudicium sibi,bibendo acquirit. Hoc figuratū est & in illo agro Iudæ,de quo dictum est quòd esset ager sanguinis,secutum est enim vt diceretur,Fiat villa eius deserta. Si enim ad Iudam pertines, si facta eius imitaris,si sanguinem Christi non cum tremore accipis, eris villa deserta,maledicta,reproba & spinosa. Si autem sanguinem Christi cum reuerentia perciens,cognoscis per illum tua tibi dimitti peccata,quoniam ager ille quem comparauit Iudas,figuli dictus est, Habet potestatem figulus luti, ex eadem conspersione aliud quidem vas facere in honorem,aliud in contumeliam. O terra tanto rigata sanguine responde de tanto sanguine,non sicut Cain & Iudas uerba excusationis, sed sicut sancti martyres uerba confessionis. Responde sicut respondit beatus Stephanus, qui in isto agro dominico vt bonus colonus plurimum laborando genu fixit, atque de terra petrosa vulneratus,ex ea lapides in suo corpore tanquam in sinu suo collegit, & sudando in opere, terram sancto sanguine rigando centenum fructum ex martyrio domino præsentauit. Responde sicut respondit Cyprianus,Laurentius, cęteriq̄ sancti pueri & puellæ. Aetas omnis & vterque sexus, qui percipientes sanguinem Christi,testimonium dicebant, & non negantes nomen Christi, pro sanguine quem biberunt,sanguinem suum fundere non dubitauerunt, simulq̄ cum perpetua fœlicitate in æternum regnare meruerunt, Hoc in Apocalypsi reuelante angelo Ioannes vidit turbam multam,quam dinumerare nemo poterat. Hanc requirens quænam esset,responsum tale accepit. Hi sunt dictum est,qui lauerunt stolas suas,& candidas eas fecerunt in sanguine agni. Iam agnoscis anima Christiana, quemadmodum & tu ex illo sanguine efficiaris candida,vt omnis & corpore & corde pulcra ascendas. Quid enim manauit ex illo latere crucifixi? Sāguis & aqua,ex sanguine rubor,ex aqua splendor. In istis duobus sacramentis decorantur singulæ animę, ex quibus vna vna pulcra efficitur sponsa Ecclesia, cui dicitur in cantico canticorum, quam speciosa es soror mea,dilecta mea, quam speciosæ sunt genę tuę. Et cum ipse eam talem fecerit,ipsamque pulcritudinem ei ipse donauerit,videns eam talem quasi miratus exclamat atque circunstantes interrogans dicit, Quænam est hæc quæ ascendit dealbata? Et illi, Aequitas dilexit te, Ipsa est regina quæ astitit a dextris tuis in vestitu deurato,circumamicta varietate linguarum diuersarum gentium,varietate decorata. Audiens hæc sponsi sui uoces dicentis, Quę nam est hæc quæ ascendit dealbata: verecunde etiam ipsa respondere cogitur, & dicit suo sponso, De me interrogas quæ nam sim quæ ascendi dealbata? Ego sum quam fœdam inuenisti, pulcraq̄ fecisti. Ego sum cuius preces audisti, quando me in Psalmo cantare fecisti, Lauabis me & super niuem dealbabor. Quid ergo miraris pulcritudinem meam, cum scias hanc esse opera tua? Quid interrogas, quid ipse fecisti? Vides me dealbatam, tu lotam super niuem fecisti candidam, ut videas me ascendentem te cognoui de cœlo descendentem, te amaui in cruce pendentē. Humilitas tua facta est exaltatio mea, fœditas tua est pulchritudo mea. Nisi enim tu de cruce vulneratus descenderes, ego dealbata de fonte non ascenderem. Vere dictum est, Quia valida est sicut mors dilectio. Quousque se sponsus hic inclinauit, qui quantum amando fœdam ut faceret pulchram, usque ad mortis exitum uenit? Et domini domini, inquit, mortis exitus. Videmus enim eum, ait propheta, & non habebat speciem, neque decorem. Quid miraris? amando talis factus est. Hanc tamen amissionem decoris huius timuit Petrus, quando prænuncianti domino passionem suam,dixit. Absit a te domine propitius tibi esto,ne fiat istud. Sed ille talia sapientem increpauit, & Apostolum diabolum uocauit dicens, Redi retro satanas, non enim sapis quę dei sunt, sed quæ sunt hominū. Aestimauit. n. Petrus totā illā diuini tatis pulchritudinem absorberi potuisse in corporis humani specie, & nesciebat agi illud magnum sacramentum q̄ propterea se illam pulchritudinem quodāmodo ex-

De male dictione hominū xp̄i sanguine non mundatorum. Cap.4. Mat.27. Rom.9.

Apoc.7.

Cap.5.

Psal.44.

Psal.50.

Can.8.

Esai.53.

Mat.16.

poliaret,vt quam sibi coniungere dignabatur sponsam Ecclesiam,eandē ipsam pul-
chritudinem ipse vestiret. Non enim dando perdebat illud quod erogando crescebat.
Ille dedit,hæc accepit,& ista quod non habuit inuenit, & ille dando quod dedit non
amisit, quia cum ipsa pulcritudine a mortuis resurrexit. Quid expauescis. Petere
quasi perdiderit Christus illam pulchram vestem, quando eum nudum intendebas
in ligno pendentem? Noli expauescere,noli timere, noli negare: tunicam illam diui-
nitatis atque immortalitatis Christus non perdidit in cruce,quia sponsę suæ eā con-
signauit in dote. Vidisti eum ò Petre non habentem speciem neque decorem,& cō
tinuo negasti illum,quem omnibus relictis tuis amasti, & non solum semel,sed ſtās
in atrio sacerdotis ab vna ancilla tertio interrogaris,& negas. At vbi te gallo canen-
te conuicit præsumptorem, qui prædixerat antea negatore, respexit te intus in cor-
de,& ut amare fleres, intus quodammodo tecum tacite loquebatur illa ipsa eius di-
Mat.26. uinitas,& dicebat tibi,Vbi es Petre? Si posides amicum, in tentatione posside eum,
ubi ee in tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hæreditate illius
cohæres sis,Vbi est,Petre,Animam meā pro te ponam,&, tecum sum usque ad mor-
tem? Quam celeriter negasti quasi hominem mortuum, quem antea confessus fue-
ras uiui dei filium, Hæc dum ille tecum in corde sermocinaretur,respexit diuinitas,
& fleuit humanitas. Agnita est dulcedo,& perijt amaritudo, suscepta est charitas, &
deleta est iniquitas,redijt amor, & fugatus est timor. Ecce subito quem negauerat,
quia non habebat speciem neque decorem,agnoscit resurgentem speciosum forma
prę filijs hominum,coniunctamq; illi videt sponsam,tunicam illam immortalitatis,
quam antea Petrus timuerat perituram: indutā uidet,cognoscit, q; tali sit circūami-
cta ueste,& alloquitur illam ipsam sponsam Petrus, vt seruaret huius tunicæ digni-
1. Pet. 2. tatem,& dicit animæ humanæ, Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exē-
plum, ut sequamur vestigia eius. Sequere sponsa, sequere uestigia sponsi tui, nul-
lus te metus reuocet a consortio dilecti tui. Ama amantem, quia prius ille amauit
non amantem: require requirentem, quia prius ille quæsiuit non quęrentem. Re-
quire & dic sponso tuo,ubi pascis,ubi cubas in meridie? Ne forte fiā sicut operta sup
greges sodalium tuorum,quam sic dilexisti,pro qua sanguinem fudisti, cuius taber
Psal.18. naculum,in sole posuisti. Non fiam sicut operta super greges sodaliū tuorum. Ecce
Cap.6. dum te quæro ubi pascas,ubi cubes in meridie,meridies Africa est, quæ in solis oc-
casu est, & tamen quia ab ortu solis usque ad occasum laudatur nomen tuum, &
sunt qui te prædicant non caste,quærentes quæ sua sunt, non quæ tua sunt,dum te
quæro in meridie, id est,in Africa, ecce greges sodalium tuorum, scholæ pessimæ
hæreticorum, fraus Manichæorum, nequitiæ Pelagianorum,superba congregatio
Arrianorum,insultant velut opertæ,id est, velut incognitæ, & dicunt mihi, Quem
Mat.24. quæris? Christum quęris? Ecce hic est,ecce illic est. Tu autem quia me admonuisti
dicens,Si autem dixerint,ecce hic est,ecce illic est, ne abieris post eos, cum te nouc-
rim ubique totum esse,non partes defendere,sed vnitatem diligere, facta sum illis in
cognita & uelut operta,& derident me,quia nesciunt te. Et quid magnum,quia ego
ab eis sustineo tale opprobrium,cum tu eorum tunc usque ad contumeliosum su-
stineas uerbum,qui te cum patre nolunt esse vnum, sed diuidendo inter patrem &
filium,inter sponsum & sponsam,magnum incurrunt sacrilegium,magnū suæ ani-
mæ inferunt morbum,quia nec te unius vnicum sponsum, nec fidelem atque inte-
grum habere desiderant medicum? Tu autem anima Christiana quę ascensura es ex
sacratissimo fonte,rubore atque decore perfusa,nimis speciosa & candida, serua de-
corem tuum,agnosce quid fueris & quid eris, vide ne deseras mensam sponsi tui. Vt
pulchra permaneas, carnem eius quotidie manducabis: ut uitam æternam habeas,
sanguinem eius potabis: uide ne deseras hanc mensam. Plurimos apparatus hæ-
ticorum fuge,& si plurima illic prauis disputationibus apponuntur,aut fœda sunt,
aut semiesa sunt. Non est enim illic quicquam integrum, ubi & pater & filius & spi
rituſſanctus non est vnum. Mensa sponsi tui panem habet integrum,& calicē san-
ctum,quem panem,& si fractum comminutumq; vidimus in passione, integer tamē
Ioan.6. manſit in illa sua cum patre indiuidua vnitate. De isto pane & de isto calice dicebat
ipse dominus,Panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita,Et calix quē san-

ctificauero,sanguis meus est,qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorū. Su-
perius.n.dixerat. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem
eius,non habebitis vitam in vobis. Quod verbum audientes,nec intelligentes disci-
puli dixerunt, Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Et multi ex hoc verbo
scandalizati discesserunt. Cum videret aūt Iesus,ait reliquis, Nunquid & vos vultis
ire? Tunc Petrus qui sanctæ figuram portabat Ecclesiæ, respondit pro oībus, Et ad
quē ituri sumus? Verbū vitæ habes,& dimittemus te? Videtis dilectissimi,quid sit exi
re,quid permanere. Qui exierunt,qa verbū xpi non intellexerūt, non iam discipuli,
sed hæretici remanserunt: qui perstiterunt,verbū vitæ tenuerunt. Agnoscite hæreti-
ci exitū vestrū,quia minorē prædicatis xp̄m nostrum. Et vos cum eo stare noluistis,
quia xp̄m vnum esse cum patre non intellexistis. Ideo foras existis, quia verbū vitæ
reliquistis. Non in vobis manet, qui cum patre equalis manet. Audi ipsum,quia si- Ioan. 14.
mul cū patre manet. Si quis, inquit,me diligit, diligetur à patre meo, & ego diligam
eum,& veniemus ad eum ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Dic mihi
obsecro,hæretice Arriane,vnā aiam tuam simul habitat hæc trinitas, pater & filius &
spiritusſanctus? Quoniam & spiritusſanctus habitat in vobis,Nescitis,inquit Apostо- 1.Cor.3.
lus,quia templum dei estis, & spiritusſanctus habitat in vobis? An diuersas mansio-
nes in corde tuo præparas trinitati, vt maiorē partem teneat p̄ maior, minorē filius
minor,inferiorē spiritusſanctus inferior? Iā ergo non habes vnū cor, sed duplū,aut
triplum. Non ergo illic habitat trinitas. Quare? Quia dictū est,Væ duplici corde. In- Eccle.2.
sensate,inepte,fatue: ignis, splendor & calor simul atq; inseparabiliter, nec distincte,
sed equaliter habitant vnā lucernā,& vna trinitas deus simul non pōt inhabitare ani
mā humanā. Si apud te æqualitas vnitatis indiuiduę trinitatis non fuerit digna mā-
sio inuenta,respondebitur tibi,Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta,Non.n. Mat.23.
de lapidibus viuis construis templū deo,quos rebaptizando præfocas,exhonoras,re
probas,vastas,dānas,exterminas. Nec fundamenta Apostolorū sequeris, cū sint ipsi
columnæ dei viui,super quas fabricauit sapia domū suā,vt construeretur verū illud
templum,in quo erat pietatis magnū sacramentū. De quo tēplo dicebat Iudæis,Sol- Ioan. 2.
uite tēplū hoc,& in triduo resuscitabo illud. In patribus tuis non habes lapidē angu-
larē, quē scdm diuinitatē p̄ri æqualē non credis, nec tecū ex duabus pēnis charitatis
dilectionē dei & ꝓximi te habere demonstras,qa nec deū diligis,sicut diligendus est,
nec proximū sicut teipsum. Diliges.n.dn̄m deū tuū,dictū est,ex toto corde tuo, & ex Deut.6.
tota aīa tua,& ex tota virtute tua. Da cor tuū p̄ri,aīam filio, virtutē spiritui sancto. Mat.22.
Ecce tria trinitati,ex quibus vnū hoiem vni trinitati sacrificiū obtulisti,hæresim Ar
rianā vicisti,qm̄ deus dn̄s tuus non tres dij,sed dn̄s vnus est. Hæc est fabrica sancta,
hęc est aula vera,in qua sunt oues xp̄i,non lupi diaboli. Cauete dilectissimi fraudes Admoni-
hæreticorū, oues xp̄i timete insidias luporū, videte quia nihil subtractū est vtilitati tio neo-
vestrę inquantū ipse dn̄s donauit de annunciatione verbi dei. Quid xp̄s sit, & quid phytorum
Ecclesia audistis,approbastis,clamastis & quare tanta mala patiamur,vel qbus meri- ad amorē
tis peccatorū in manus triblantiū nos tradi ti fuerimus, dū ante pauciſsimos dies lo catholicæ
queremur simul & agnouimus, simul fleuimus, nunc ēt qd accepturi estis, vel quid ecclesiæ,&
eritis, adhuc in auribus vr̄is insonat strepitus nr̄ę vocis, admonemus vos vt fratres, ad orandū
hortamur vt filios: Nolite perdere tm̄ bonū,amor xp̄i in cordibus vestris non refri- pro ea.
gescat,amor in bonū,amor xp̄i in cordis vestris non refrigescat,amor mr̄is huius cir Cap.7.
ca vos non torpescat,quæ vos parturit,quæ curam magnā ꝓ salute vestræ aīę gerit,
quæ spē vestrā dirigit, q̄ quotidie redeuntes materno sinu excipit, q̄ vobis spiritales
cibos p̄parat, q̄ ad æternam saturitatē producere desiderat. Immaculatos filios deo p̄ri
vult assignare,quos tāta cura ac solicitudine dignatur nutrire. Hāc toto corde ama-
te, hāc amando cōseruos vestros, fratres vestros, dei ministros puro amore diligite,
atq; ꝓ nostra mercede in illo sacratissimo fonte ꝓ nobis orate. Orate ꝓ pace,orate ꝓ
liberatione huius terræ, orate vt misereatur qui iuste indignatur. Nouelli filij, dū in
vestra sancta natiuitate p̄ exultat, vestris oronibus & fletibus mitigate irascentem,
quem sensimus fortiter uindicantem. In summa autem rei, Apostolorum sanctorū
verbis utentes cōmendamus uos deo in uerbo gratiæ eius qui potens est custodire
in nobis,quod ipse donauit, Ipsi gloria cum spiritusſancto in secula seculorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE CATACLYSMO
SERMO.

Indicto nouiter baptizato quã sit arduum. Cap. 1.

QVoniam in proximo est dies redemptionis vestræ, percipite dilectissimi ea quę vos erudiant, atq; corda vestra enutriant, erigant, corroborent ad timorẽ dei: & feruor iste tanti amoris non pigrescat in cordibus vestris, nec putet quis tantum esse xp̃ianũ, q̃ his imbuitur mysterijs, q̃ renascitur ex aqua & spiritu, & postmodũ dimittat se voluptatibus varijs: securusq; effectus q̃ sacramento baptismatis munierit aiam suã, non eã custodiat contra versutas inimici, immo & ipse quantum potest custodiat & custodiendã petat, ne tẽpestatibus huius mundi procellisq; depereat. Baptizatus est quis, nauis est instaurata, subuncta, velificata, missa in mare, indiget gubernaculo, quousq; ad portum desideratũ perueniat. Mare hoc seculum. Non solum tempestatibus scopulisq; periculosum est, verũ ẽt bestijs cupiditatũ insidiantibus abundans. Oĩ solicitudine, oĩ cura, oĩ industria excitati iã vigilent nautæ, frequenter ẽt xp̃s innocetur gubernator, vt nauẽ tantis periculis ereptam ad portum securitatis ipse perducat. Baptizatus es, signatus es regio charactere, cœpisti consequi annonã de mensa regis tui: noli esse desertor, nec vt miles delicatus diffluas p voluptates, & te hostis diabolus inermen diffluentemq; inueniat, sed vt fortis miles quicquid potes age in hoc bello, vt virtus tua xp̃s non solum te tueatur, verumetiam alij proficiant ad salutem. Postula à rege tuo arma spiritalia, bellum tibi, inquit, indicitur, in quo enitescas pugnando, vt ad plenã pacem triumphando peruenias. Non contra vnum dimicabis, multi-n contra te exient aduersarij: pugnabis n. cum vitijs, & vt beatus martyr Cyprianus ait, si depresseris auaritiam, exurget libido, q̃ & si libidinem superabis, succedet ambitio, & si ambitio à te fuerit deuicta, ira, zelus emulatio, inuidentia, superbia, ebriositas cum cæteris suis pestiferis sociis in vnum contra te dimicantia constituent castra. Sed non metuas, habes quod agas, inuoca dñm virtutum, induat te ex alto virtute, vt illam proferas vocem, Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meũ: & si exurgat in me prælium, in hoc ego sperabo. In illo, in quo nisi in dño virtutũ, qui militẽ suum ita expectat dimicantem, vt adiuuet laborantem? Baptizatus es, mundatus es, vnctus es oleo, restauratum est corpus tuum ad priorem statum primi illius hominis ante peccatum, nolit postmodum male securus esse. Ad agonem produceris, contra diabolum uitiorum principem dimicabis in arena huius mundi, utræq; partes, xp̃i scilicet & diaboli, infinita populi multitudo te expectat luctantem, & quisnã uincat unde oẽm turbã animi intentione pendentem. Non de te triũphet pars diaboli: Si uis uincere, noli de te præsumere, sed illi assigna uictorię gloriam, qui tibi donat ut uictoriæ feras palmam. Vis uincere, caput prius contere inimici, excludendo de corde tuo suggestiones diaboli. Vis uincere, manus tuæ fortes inueniãtur in bono ope. Vis uincere, fige pedes, nõ nisi tent uestigia tua frequentando spectacula & deferendo Ecclesiã. Sed ut hanc ẽt in tã magno agone & tam grandi luctamine possis implere uictoriam, mittat tibi dominus auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Ecce dilectissimi, uenturi estis ad fontem aquæ, non dicatis in cordibus uestris, hoc est totum quod pro magno desideramus: Fons iste uisibilis, similitudo est æterni fontis. Renascemini ex aqua & spiritu. Aqua illa non solum corporis sordes mundat, sed animam à peccatis liberat. Debetis autem nosse cur uirtus illius aquæ & animę prosit & corpori. Non enim omnis aqua mundat: sanctificatur hæc per consecrationem uerbi. Tolle enim uerbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentũ, uirtus uerbi per aquam mundauit nos, quia per aquas ambulauit. Vt autem à tempestate huius seculi liberaret vos, uidete potentiam uerbi dei, quemadmodum dominetur cunctę creaturæ suæ. Quod dicturus sum nostis. In Euangelio legitur, cum quarta noctis uigilia ueniret dominus Iesus ad discipulos suos ambulans

Psal. 26. De adiutorijs xp̃iani militis. Cap. 2.

De mysteriis baptismi quid in baptizato efficiant: exemplo Moysi, in virga & aquarum diuisione populũ redimentis. Cap. 3. Mat. 14.

super aquas maris, & inueniret eos piscantes, quos iam fecerat hominum pisca
213 H tores, pterriti discipuli putauerunt se phantasma videre. Accessit Iesus, & ait illis. Nolite timere, ego sum. Tunc vnus illorũ Petrus ille p̃sumptor, & postea negator, post vero confessor & amator: Si tu es, inquit, domine, iube me venire ad te super aquas. Et dominus, Veni, inquit, Descendit Petrus & cœpit ambulare super mare plenus fiducia. Dum ambulat, trepidauit infirmitas, sed statim subuenit diuinitas. Cœpit mergi, clamat, dñe pereo, Porrexit manũ dominus, erexit mergentem, confirmauit diffidentem, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Videtis dilectissimi, quantũ adiuuet fides, & quantum deprimat infidelitas. Siquis enim veniens ad aquas batismi, fide plenus est, subleuatur: siquis infidelis est, mergitur. Sed porrigat manum dominus etiam infidelibus mergentibus & plenam fidem operetur in cordibus. Audite adhuc, aquæ sacramentum quid in vobis operabitur? Proponam figuram vt ex ea vobis veritas elucescat. Cũ Aegyptii duris operibus populum premerẽt Hebreũ Exod. 1
clamor factus est populi in auribus dei, & deprecati sunt vt eos liberaret a dominatu gentis pessimę. Missus est Moyses qui eos ex Aegypti educeret seruitute. Apud Exod. 3.
Pharaonem principẽ Aegyptiorũ fidelissimus dei famulus allegat imperatoris sui iussionem, & quid rex omniũ gentiũ præceperit, auribus durissimi regis insinuat.
213 I Obdurat Pharao cor suum, nec scire se dicit deum, atq; eius ministros repudiãs, gra uioribus pœnis affligit populum. Ex maiori angustia populi maior clamor exurgit. Suscipit certamen famulus dei Moyses congreditur cum Pharaone, nullo telo, nullo gladio nulla visibilia indutus arma, sed munitus potestate diuina: inferuntur decem plagæ in Aegypto, & vindex ira in populum contumacem surgit, vt ex minutissimis animãtibus, vermiculis, ranis & locustis ceruix caderet superborũ, in quibus plagis, vltima mors primogenitorum AegAptorum oĩum facta est, vt suos iuste perderent qui alienos iniuste detinebant. Dimittit populum Pharao, non volũtate, sed nimia necessitate constrictus. Pergit populus erutus ad mare rubrũ festinans, vt p aquas saluarentur, qui a pessimo hoste liberabantur. Sequuntur Aegypti, imminet populo fugienti: vident super se Israelitæ hostes & inimicos suos, expectant gladiũ. Mors in oculis, timor & tremor in manib. singulorum, ne in fauces caderent perse- * alias Iominum
quentium. Exurgit Moyses famulus dei portans virgam, quam a domino acceperat & per quam iam multa signa fecerat, percussit mare, & diuisum est. Vbi est illa potentia, non numinum + sed dæmoniorũ? Vbi est vana superstitio Paganorum? Nunquid vt mare diuideretur ille Neptunus est inuocatus, quem regem maris esse volunt qui regem verum deũ suũ agnoscere nolunt? Virga extensa manu aquas percutit Moyses, & statim cogitur fluctus in cumulũ, & vnda in semetipsa repressa cura-
213 K uatur, soliditatem recipit liquor, & solum maris aresçit in puluere. Ingressi sunt alii saluandi, alii damnandi. Vnum elementum aquarum authore totius creaturæ iubente iudicauit vtroq;, separauit. n. pius ab impijs: Illos abluit, istos obruit, illos mundauit, istos occidit Moyses figuram habuit domini Christi, qm̃ dux fuit populi. In virga agnoscite crucẽ, in mari rubro agnoscite baptismũ Christi sanguine purpuratũ. Rege Aegyptiorum populoq; eius, authorem peccatorum diabolum cum omnibus ministris eius. Sæuit diabolus qñ nos videt per aquam baptismi a sua oppressione liberari. Exclamate ad Moysen vestrum dominum Christum, & virga crucis percutiat mare baptismi, reuertatur aqua & operiat Aegyptios, vt quemadmodũ nullus remansit Aegyptiorũ, nihil remaneat etiam vestrorũ peccatorũ. Totũ mundet, qui totũ fecit, reparet perdita, qui creauit oĩa integra, extinguat Pharaonẽ diabolum mortis authorem, & suum populum liberet per aquam salutarem. Audistis dilectissimi, figuræ illæ qũo transierunt ad speciẽ veritatis: illud superest, vt noueritis quemadmodum celebrauerit pascha. Liberatus populus ex Aegypto, baptizatus, vt ait Apostolus, in nube & in mari rubro acceperunt præceptum domini per
213 L Moysen, vt in occisione agni celebrarent pascha, ex cuius sanguine postes domus suæ vnusquisq; liniret, nec timerent angelũ vastatorem, qui signũ sanguinis agni occisi in suæ frote domus haberẽt, Os, inqt, dictũ est, non comminuetis ex eo, nec reliquetis quicq̃ in mane, cũ picridiis & azymis comederis agnũ, Fecerũt quod præceptum est filii Israel. Demonstra & tu Israel spiritalis fili Abrahæ, secundũ fidẽ,

De mysteris paschalibus in baptismo cõplendis. 1. Cor. 10. Exod. 12. 1. Cor. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non secundum carnem,demõstra & tu qũo celebras pascha, habes agnum occisum
Ioan.1. demonstra,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Lini sanguine eius postes
Galat.6. domus tuæ,demonstra & dic. Dic cũ Paulo,Mihi absit gloriari,nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Os non comminuetis ex eo,dictum est, Impletũ est hoc in ipsa do-
Exod. 12. mini passione,i pius sancti agni immolatione, quãdo crucifixus cum duob.latroni
Nume 9. bus in medio pendebat ipsa summa iustitia,liberans unum confitentem, alium pu-
Luc.23. niens blasphemantem. Ita factæ sunt tres cruces,tres causæ. Vnus latronũ xpo in-
sultabat,aliter sua merita confessus Christi se misericordiæ cõmendabat: crux xpi
Matt 27. in medio non fuit supplicium,sed tribunal. Mox vt peregit oia quæ de se erant scri-
Ioan. 19. pta,accepto felle & aceto,propter illud quod prædictũ erat, Dederunt in escam meã
Psal.68. fel,& in siti mea potauerunt me aceto,inclinato capite tradidit spiritum. Venerunt milites,fregerunt crura latronibus in cruce pendentibus:ad Iesum autem cum ve-
nissent,non fregerũt eius crura,vt impleretur,ait Euangelista, quod scriptũ est, Os
non comminuetis ex eo,sed vnus ex militibus latus eius aperuit,& continuo exiuit
sanguis & aqua,quę sunt matris Ecclesiæ gemini sacramenta. Percussit latus lancea
persecutor,& fudit prẽcium redemptor. Hic sanguis inebriat mentem, vt amorem
obliuiscatur mundi. Hæc aqua mundat aiam,vt corpus sordibus careat diaboli. Nec
relinquetis ex eo quicquam vsque in mane. Hoc nunc agitur: Comeditur.n.agnus
per noctẽ huius seculi,vt cum mane illud venerit quod vesperum non habebit, no
iam offeratur sacrificiũ imaginis agni, sed ipsum agnum quem quotidie immola-
mus,comedimus,& cuius sanguine bibimus. Inueniamus illic eũ sacerdotem per-
fectum quem constat hic pro nostra salute occisum. Quæ sunt hæ picridiæ olera
amaritudinis,quæ comedit Israel spiritalis nisi vox illa amara ad tempus sanctorũ
martyrum emissa per sanctũ Dauid ac dicentiũ, Cibabis nos pane lachrymarũ &
Psal.79. potum dabis nobis in lachrymis,in mensura. Et per Apostolum Paulum, In oibus
2.Cor.4. tribulationem patimur,sed non angustiamur. Demonstra & azyma sanctę Paule,
ex Israelita carnali,spiritalis effectus. Celebrasti enim pascha cũ populo vetere, &
quemadmodum nouus populus figuras in veritate conuerteret, tu docuisti, tu de-
monstrasti. Ostende ergo azyma consperſionem nouam,Nõ in fermento,inquit, ve-
teri,neq; in fermento malitię & nequitiæ,sed in azymis synceritatis & veritatis. O
1.Cor.5. agne occise,o Christe sancte pro nobis crucifixe,qui vt lapsa reparares in cruce pe-
pendisti. Ipsa est illa uirga regni tui,crux ipsa,inquam,qua virtus in infirmitate per-
De hæreti citur, ipsa illa uirga crux ipsa, illa uirga quæ floruit ex radice Iesse, ipsa illa uirga
corũ deuo quam portabat Moyses,quæ conuersa in serpentẽ, glutit magorũ serpentes doctri-
ratione p na xpi diffusa per omnes gentes hęreticos superans dementes. In illo.n.populo fra-
eceleſiæ tres in quo multa signa faciebat Moyses per virgam,exurrexerũt magni Pharaonis
xpi sanam facientes & ipsi prodigia contra famulũ dei Moysen. Sed ad hoc quædã mira facere
doctrinã, permisi sunt vt mirabilibus vincerentur. Magi Pharaonis quid aliud significabãt
exẽplo vir nisi oẽs hæreticos ministros diaboli,qui sub noie Christi deuorare cupiunt populũ
gæ Aaron Christi. Scatent nunc hæreses in hanc terram tanquã serpentes magorum,quos de-
Magorum uorauit & deuorat ille serpens exaltatus in ligno. Sed quoniam non est temporis ite
virgas glu per multos singulorum capita conterantur,qũo exurgũt,sic deuorentur. Fuit huc,
tionis. vt uostis dilectissimi,vi prea doctrina Donatistarũ,contrita est consumpta est. Mox
Cap.5. Maxiministearum serpentina fraus pullulauit,cõtrita est,consumpta est. Manichęo-
rum venenum aspidis surrepserat,contritum est,consumptum est. Pelagianorum
nouum dogma a ministris diaboli tanquam a Magis Pharaonis excitatũ, illi nostro
serpenti certamen indixit,cõteritur,consumitur. Cum tot serpentũ capita catholi-
ca doctrina cõtriuerit,dissipauerit,cõsumpserit, ecce nobis vnus anguis Arrianus
olim mortuus insultat,caput erit veluti viuũ se demonstrare conatur quæ iam olim
constat occisum. Redi Moyses noster,redi virga,redi serpens xpe sanctæ, æqualem
potestatem cũ patre habens redi contere capita draconũ sup aquas,confringe caput
draconis magni, viuum se profitentis,sed verã vitam non habentis. Dic tu quid es,
quoniam ille aliud docet q̃ es. Dic,dic,audiamus vnde hæreticos cõuincamus. Au-
dite quid dicat,Ego sum via veritas & vita, Nemo venit ad patrem nisi per me.
Ioan. 14. Secundum humanitatem via,secundum diuinitatẽ veritas & vita. Tu aũt hæretice Ar-
riane

214 C riane,qui minorẽm vis esse in diuinitate vitam & veritatem, sequitur vt non per eũ venias ad patrem. Sed adhuc domine Iesu contere caput draconis, dic quid sis cũ patre,te audiamus docentem,non hæreticũ blasphemãtem. Dic quid sis cũ patre,Ego, inquit,& pater vnum sumus. Dic adhuc,Ego in patre & pater in me est. Adhuc dic, Ioan.10.
Qui me videt,videt & patrem. Credis iam hæreticæ tantæ authoritati? An ipsius te- Ioan.14.
stimonium de seipso non admittis,sed alios de eo testes requiris? Ecce introducunt
aduersus te,dicant conuinceris,refutaris,& legis laqueis irretiris. Dic testis dei Pau-
le,qui vsque ad sanguinem pro isto testimonio accessisti, & ne falsæ doctrinæ suc-
cumberes animam posuisti. Dic,audiat qui conuinci formidat: Cõuincatur qui nec
conuictus mutatur. Singuli quiq;,ait,Hoc sentite in vobis quod & in Christo Ie- Philip.2.
su,qui cum in forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Audis
æqualem,audis formam dei,& tu audes dicere,minorem filium dei? Veniat & alius
testis,vt in duobus vel tribus confirmetur æquitas veritatis. Dic & tu sanctę Petre,
quid tibi reuelauerit,non caro & sanguis,sed pater cœlestis: Tu es,inquit,xps filius 2.Pet.1.
dei viui. Et in epistola sua ad gentes secunda:Notam facimus vobis, inquit, domini Ioan.1.
nostri Iesu Christi virtutem & prescientiam,& magnitudinem. Audis virtutẽ,audis
magnitudinem,audis præscientiam. In quo hæretice Christum dicis esse minorem?
214 D Sed audi adhuc quid aduersum te hic testis & de filio & de spiritusancto dicat: Non
voluntate humana allata est,inquit,Prophetia,sed spiritusancto acti, locuti sunt ho
mines dei. Fuerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magi-
stri mendaces,qui sub inducent sectas perditionis, & qui emittẽt eos dominatorem
abnegantes. Vides te validis testimoniis & demonstrari & conuinci: Negãtes,inquit,
dominatorẽ esse,qui emit eos. Quẽ negas dñatorẽ,nisi filiũ,quẽ dicis esse minorem?
Et quis est qui vos emit,nisi qui vos suo sanguine redemit? Sed ingrediatur & ter-
tius testis,vt tres vnũ verum testimoniũ dicat vni trinitati & terræ diuinitati. Dic &
sanctæ Ioannes,qui sup pectus saluatoris discũbebas,& videbas sup cœlestia mira-
bilia verbum dñi. Dic & tu qui noueris filiũ dei,In principio,inquit, erat verbum, & 1. Ioan. 5.
verbũ erat apud deũ,& deus erat verbũ. Et in epistola sua, Scimus, inquit, qm̃ filius Psal. 109.
dei venit & dedit,nobis intellectũ,vt sciamus qd verũ sit, & simus in vero filio eius:
Hinc est.n.verus deus & vita æterna. Tu aũt minorẽ dicẽdo filiũ, qui est deus verus,
non habes vitam æternã. Sed ad confutandam contumaciã peruersam hæresis,ad de-
glutiendum te serpens magice factus,nõ a veritate susceptus, ipse pater testimoniũ
dicat de filio,vt nihil amplius quæras,nihil amplius credas. Per prophetã,inquit,Te Exon.3.
cum principiũ in die virtutis tuæ. Principiũ pater,principiũ filius, ego pater & filius
ergo pater & filius principiũ sine vllo principio. Tecũ principiũ in die virtutis tuæ.
214 E in splendoribus sanctorum ex vtero genraui te: tanq̃ diceret,vt scti illuminarentur
processisti ex me. Nec fuit dilectissimi alia causa cur vel ipsa noia patris & filii & spi
ritussancti seiuncta viderentur,nisi vt scti hoies instruerẽtur. Cæterũ qd̃ dictũ est
Moysi ab ipsa substantia trinitatis,Ego sum qui sum. Et sic dices, Qui est misit me.
Ergo ex vtero in splẽdoribus sctorum generatus est filius. Sed ne hãc generationẽ
carnaliter vel temporaliter acciperes factam,audi qũo cũ genuerit, Eructauit,inqt, Psal. 44.
cor meum verbũ,Ioannes testis dicit,In principio erat verbũ,Deus pater dicit,Eru- Ioan.1.
ctauit cor meum verbũ. Propheta Abacuch dicit,Ambulauit verbũ. Audis dñm ver-
bum,& hoc esse in principio apud deũ,& deũ esse verbum. Testimonium vox, & ip-
sius trinitatis vnitas per totum mundũ contra te clamat, & tu velut canis rabidus
contra totum mundum latras. Sed audi adhuc vnde plenius conuincaris, q; trinitas
vnus deus sit. Patris vox est per Propheram ad filiũ, in splendore sanctorum ex vte- Ioan.14.
ro genui te. Patris vox est per Esaiã Prophetã de spiritusancto. Spiritus inquit,a me
exiet. Et filii vox est in Euangelio ostendens in se patrẽ esse & se in ipso vbi ait,Pater
in me manẽs ipse facit opera. Filii vox est de spũsctõ ostendens,quia qũo procedit ex Ioan.10.
214 F patre,ita ex seipso,vbi ait discipulis suis post resurrectionẽ. Accipite spiritũsctũm.
Et insufflauit in eis,ait Euangelista,spiritũsanctum dãs eis ac dicens, Si cui remiseri
ritis pecata,remituntur illi. Vnde est & illud Apostoli Pauli: Si quis spiritum Christi Roma.8.
non habet hic non est eius. Si ergo filius in patre & ex patre, & spiritussanctus simul
est in & in filio& patre,non est seiuncta trinitas,vbi est perfecta vnitas. Discedat At-

rianus confusus reus, quia trinitas vnus est deus. Sed quando tibi peruersa hæresis verba mea proficiunt, cum sis aspis surda obturans aures, ne audias voces incantantium? Noueris te tamen a virga serpente esse comedendum, dum oues quas tenes captiuas, ad suum ouile ille pastor adduxerit, vt sit vnus grex, & vnus pastor. Ille pastor noster, dilectissimi, qui virga ferrea pascit & regit, confringit & restituit, ipse pastor est ipse rector, ipse fabricator, ipse architectus noster. Magnum te pastorem uideo domine Iesu oues pascentem, errantes requirentem, inuentas cum gladio aggregem tuis humeris reportantem, magnum te architectum video virgam portantem, in virga pendentem, & de ista uirga multa miracula facientem. Multum expauesco expositionem virgæ huius dilectissimi, dum loca diuinarum scripturarum condero. Virga Maria sancta, virga ipse Christus, virga crux. Et de ista virga quam magna & mira fecit hic architectus, & arborem fecit crucis, vbi angularis pependit lapis, & scalas cœli per quas hominem lapsum ad patrem leuauit. Quale miraculum fratres huius architecti, vt de virga sua faceret scalas, & tales, quarum caput in cœlum poneret, & per eas ipse & ascenderet, & descenderet, & propter confirmationem ipse super eas incumberet. Ascende securus, qui desideras cœlum: non te terreat earum nec angustia, nec longitudo, nec altitudo. nihil timeas, non nutant gradus eius quos ille architectus sic confirmauit, vt in eius ligno manus suas clauis affigi voluerit. Vide has scalas huius architecti, discipulum Apostolum Paulum, & demonstrantem, & gradus quasi numerantem, & ascendentem, & quam plurimos inuitantem, Electo, inquit, genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, vt det vobis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit altitudo & latitudo, longitudo & profundum. Quatuor gradus posuit crucis. Non ergo laborioſæ sunt hæ scalæ. Quatuor gradus habent, & perducunt ad cœlum. In altitudine crucis caput positum est crucifixi. Sursum cor habeat Christianus ad dominum, quod interrogatus quotidie respondet, & ascendit vnum gradum. In latitudine crucis manus affixę sunt crucifixi. Perseuerent manus Christiani in operibus bonis, & secundum gradum ascendit. In longitudine crucis corpus pependit crucifixi. Castiget quis corpus suum obseruationibus, ieiuni is illud suspendat, vt seruituti animæ subijciat, & tertium gradum ascendit. In profundo crucis occultum est quod non vides, sed inde exurgit hoc totum quod vides. Ad sit fides Christiana, quod non potest comprehendere, credat corde, altiora a se non querat, spes eum nutriat, & tunc quartum gradu ascendit. Per hos gradus ascenderunt sancti omnes, continentes, coniugati fideles, euaserunt ruinas mundi, migrauerunt ad loca tutissima, vbi iam nec Barbaros timent, nec fragiles casus humanos exhorrent, nec corruptiones metuunt, nec ægritudines patiuntur, nec tribulationibus affliguntur, nec ipsam iam mortem timent, sed cum deo de deo uiuunt. Hanc vitam dilectissimi amemus, ac petamus, desideremus, ad quam omnis qui currit non graditur via pedum, sed via morum. Boni ergo mores requirantur, ipsi in omnibus inueniantur. Vterq; sexus & omnis ætas habet in hoc sanctorum hominum imitationis exemplum. Imitentur senes mores Thobię, qui cum cæcus esset corpore, uiam vitæ filio demonstrabat in corde. Ille cum manu ducebat in terra, & pater monendo eum perducebat ad cœlum. Imitentur adolescentes Ioseph sanctum, pulchrum corpore, pulchriorem mente, quem castitas sic possederat, vt irruentes minæ domineę mulieris impudicæ non possent eum violare nec mente nec corpore, cuius iam deus possederat mentem. Imitentur virgines sanctę sanctam domini sui matrem Mariam. Imitentur uiduæ religiosam uiduam Annam. Imitentur & coniugatæ castam Susannam. Virgo mater quod uouit, impleuit. Anna uidua in orationibus atque ieiunijs usque in finem perseuerantiam tenuit. Susanna casta pro pudicitia coniugali usque ad periculum mortis accessit. Intendite coniugatæ, qualis uobis huius a scriptura sancta imitatio proponatur. Non enim prædicat eam, quod fuerit auro, monilibus uel uestę preciosa forinsecus compta, cum fuerit intrinsecus pudore castitatis ornata. Omnibus uitā donauit qui bonos mores instituit. Propterea nanq; ipse uitę de fœmina est nasci dignatus, quia ab ipso uterq; sexus est liberatus. Multa diximus intentissime audistis, epulas dominicas libentissime comedistis, rependite uicem ministratori uestro, ut si non uerbo, saltem uestris orationibus pascar. Finis.

De pastore xpi oues suas crucis mysteriis & scripturarum exemplis ad satietatē pascente. Cap. 5.

Ioan. 10.

Ephe. 3.

Gen. 39.

DE TEMPORE BARBARICO.

215 A

Admonet dominus deus noster, non nos debere nēgligere nostra peccata, quando talem demonstrat iram suam: ipse quippe iuste punit nocentem, quia nullum inuenit pœnitentem. Quotiens dilectissimi intonuerunt atq; intonant tubæ diuinæ, Agite pœnitentiam, appropinquauit enim ad vos regnū cœlorum: & clausis auribus cordis, magis operamur mala & petimus vt veniant bona: Sed talium iudicium iustū dicit Apostolus, In eo. n. ipso q̄ talia sapiunt, qui tales sunt, ex malis operibus posse se bona suscipere obdurati sunt penitentiæ locū nō requirūt: Merito iuste iudicati, qui a semetipsis inueniuntur esse dānati, licet non oēs hic noster tangat sermo, oēs tamen astringit sermo diuinus dicens, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Quomodo omnes & quō non omnes? Quia sunt multi qui gemunt & dolent ob iniquitates quæ fiunt in medio eorum, volentes resistere, sed timore secularium rerum non audientes, quas adhuc vel adipisci desiderat humana fragilitas vel admittere formidat infirmitas. Secundū id quod dolent, nō omnes secundum q̄ rem non timendā timent, oēs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, quia plus existimatur timor hominis, quā timor dei, & præferunt homines res quas acceperunt a deo ipsi deo, ne eas tollat malus homo, contemnitur deus per quem sactus est homo. Vellem vos quidem qui adhuc tales estis, & amore rerū secularium obligati peccantibus, aut parcitis aut fauetis, vellē vos quidem aliquibus exhortationibus admonere, quid cui rei preponere debeatis, nisi nos fluuius lachrymarum compelleret plangere eos qui peccant, & nolunt agere pœnitentiam. Si esset in nobis humanus affectus, si esset compassionis sensus, vnius hominis mortem flere, dolere ac plangere deberemus. Quibus lachrymis, quo gemitu, quibus plāctibus exagitamur, quando aūt maximam partem, aut pene totam plangimus ciuitatē. Aeger est charus, & vena eius malum renūciat, omnes qui eum diligunt ægrotant simul amico', Si eum in ipsa victima mortis ridere viderint, quemadmodū ab eo oēm spē salutis ablatā sentiūt eumq; adhuc viuū tanquā mortuū merito plāgunt. Inter tantas angustias, & in ipso fine rerum posita est vniuersa prouincia, & quotidie frequentantur spectacula, sanguis hominum quotidie funditur in mundo, & insanientium voces increpant in circo. O planctus omni tristitia acceptior, o planctus omni mœstitia affligens cor, libet fleret Plangimus. n. dilectissimi, & illos & nos, quia & nos digni sumus, qui cū talibus merito flagellemur. Nos enim cum alios accusamus oēs declinauimus simul inutiles facti sumus, prorsus omnes, nullus est excusatus, quia talis est iudex, vt oīs homo ab illo inueniatur reus. Cū n. rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundū se esse a peccato? Aduenit tēpus illud quod prædixit dominus, Putas cum venerit filius hominis, fidem inueniet in terra? Quis habet fidem? Quis credit verbis diuinis? Audebit aliquis vestrū sibi asignare fidem, quando audit dām dicentem discipulis. Si haberetis fidem sicut granum synapis, diceretis arbori huic, eradicare & plantare in mari & obaudisset vobis? Quis sibi audebit asignare, q̄ faciat omnia quæ præcepit deus? Nemo, prorsus nemo. Prædicamus, & non facimus auditis, & facere non curatis. Merito omnes sumus sub flagello, & doctor & factor & auditor & contemptor. Studemus inuicem reprehendere, & non studemus opera nostra discutere. Detrahit proximus proximo, detrahit clericus clerico, detrahit laicus laico. Videò quidem seinuicem accusantes, sed neminem videò iuste se excusantem: vnusquisque .n. dilectissimi, propriū onus portat, Nolite detrahere alterutrū fratres, ait Apostolus Iacobus: Qui n. detrahit fratri suo, aut iudicat fratrem, detrahit legi, aut iudicat legem. Si aūt iudicas legē non es factor legis, sed iudex. Vnus est. n. legis lator & iu-

Quod iuste deꝰ punit nocentes, quia nullos inuenit pœnitentes. Cap. 1.

Psal. 13.

Prou. 20.

Lucæ. 18. Lucę. 17.

Iacobi. 4.

215 B

215 C

Universidad de Deusto
Biblioteca

De agẽtia pñia antequã succidatur arbor. Cap. 2.

dex, qui poteſt perderẽ & liberare. Tu autem quis es qui iudices proximum? nec tñ voces detrahentium, ſilentium poſſunt imponere verbo dei. Clamat ille per bonos & per malos: Agite pœnitentiam, appropinquauit ad vos regnum dei. Nolite eſſe auditores legis tantum, ſed factores: Facite dignos fructus pœnitentiæ. Ecce n ait Euãgeliſta: Securis ad radices arborum poſita eſt: Omnis.n.arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Video, inquit, omnes homines diuerſas arbores, fructus ẽt diuerſos habentes, ſed bonus fructus quæritur qui paſcat, non qui pũgat. Sunt n & arbores ſpinoſæ igni deputatæ merito incendendæ, quia in eis nullus fructus eſt animæ. Putatiſne, dilectiſsimi, nos omnes tales ſumus, qui in iſtis malis peccatis noſtris dimiſsi ſumus? Exacuit agricola ferrum, amputat inutile lignum, abſciſſum ſeruat incendio concremandum, hoc nunc agitur à vero agricola. Videntur ſibi quidem mali adhuc ſtare, adhuc florere. Quiſquis talis es, quiſquis malus es, qſquis corrigi non uis, non te conſoletur altitudo tua, quia maior te expectat ruina, amplioriq; ſuſtinet flamma, quia ſecuris hæc ad te nõdum venit. Ideo putas te poſſe ſemper ſtare, cum videas vel audias alias arbores te ampliores cecidiſſe. Quod te hic agricola differt, eius eſt patientiæ, ne forte intercedat apud eum locus pœnitentiæ. Colonus enim ille in Euangelio, qui intercedebat pro arbore, quam dñs eradicare volebat q; fructum per triennium non haberet, videte quid ait, Dñe, dimitte illã, & hoc anno faciam ei foſſam, adhibeam cophinum ſtercoris. Si fecerit fructum, bene: ſin autem, veniens abſcindes eam. Arbor hęc ſterilis, genus hoium eſt non habens fructũ pœnitentiæ, Dñs eius, conditor eius eſt. Interceſſor huius arboris Apoſtolus Paulus eſt. Vnde probamus? Audi in quadam Epiſtola ſua quemadmodum intercedebat pro talibus, Flecto, inquit, genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt det vobis virtutem. Hoc ergo eis petebat, vt acciperent quod non habebant. Faciam, inquit, ei foſſam, adhibeam cophinũ ſtercoris. Foſſa, locus eſt humilitatis: cophinus ſtercoris, lachrymę ſunt pœnitentis, quem locum ſiquis contempſerit, amplius ſuſtinebit tormentum, qñ illius agricolæ acutiſsimum ſenſerit ferramentum. Agite mali pœnitentiam, corrigimini mali, quia vobiſcum flagellantur & boni. Dicet aliquis: Si mali merito flagellantur, boni quare talia à malis & cum malis patiuntur? Quare? quia ſecũdum quendam modum dicuntur boni, ſecundum aũt rectum verumq; bonum, nemo bonus niſi ſolus deus. Ergo & ipſi boni quicunq; ſunt boni, non tales ſunt quales eſſe debent boni: Non n.ſunt perfectum bonum, proficiunt enim de die in diem. Si proficiunt, vtiq; exercitationibus proficiunt. Nemo ſe iuſtificet, tãquam iam ſit perfectus. Recedat de medio male iuſtificator Pelagianus, confundatur hæreticus Arrianus: Nemo.n bonus, niſi ſolus deus: Quid ergo? Chriſtus non eſt deus? Planè deus. De ipſo quippe dicit ſcriptura diuina: Hic eſt verus deus, & vita æterna. Quid ſpiritusſanctus, non eſt deus? Planè deus. Vnde probamus, quoniam & ipſe deus? Audi in Actibus Apoſtolorum Petrum Ananię fraudatori improperantem. Anania, inquit, cur impleuit ſatanas cor tuum, mentiri te apud ſpiritum ſanctum? Non es mentitus hominibus, ſed deo, Ecce & ſpiritusſanctus deus. Ergo trinitas vnus eſt deus; & verũ eſt, quia nemo bonus niſi vnus deus. Patientes eſtote boni, vt ſitis vere boni: Patiẽtes eſtote vſq; ad aduentum domini. Tolerate mala, quæ patimini à malis cum malis, quia iſta tentatio, veſtra eſt examinatio. Si aurum es, quid times paleam, quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace, ſed ignis paleas in cineres vertit, tibi ſordes tollit. Si frumentum es, quid times tribulam? Non apparebis qualis antea eras in ſpica, niſi tribula conterendo à te ſeparauerit paleas. Si oleum es, quid times preſſuram præli? Non declarabitur ſpecies tua, niſi etiam pondus lapidis à te ſeparauerit amurcam. Veruntamen interroget ſe vnaquæq; aia, & videat ſi iniſte patitur, proferatur ſtatera iuſtitiæ, apprehendatur amor mundi cum amore deh vide quemadmodum præponderet amor mundi, proferatur ſpeculum ſcripturæ diuinę? Speculum hoc neminem palpat, qualis es, talẽ te tibi demonſtrat. Intende, & vide, & ſi eſt aliquid quod offendat, abi confuſus & redi correctus: an non confunderis, & in malis tuis gloriaberis? Eris n perfectum malum, non qualecunq; bonũ. Talis non vis flagellari cum mundo, aut flagellatus murmuras ſub flagello? Serue modo, feciſti quod dñs iuſsit, qui ne vapulares iſta flagella antè tibi prædixit. Quis iuſsit?

Luc. 15.

Ephe. 3.

Quare, boni cũ mali puniantur, & de inordinato amore quo deo præferuntur filii. Cap. 3, Lucæ. 18.

Acto. 5.

Dominus iuſsit, creator tuus iuſsit. Quid iuſsit? Qui amat, inquit, patrẽ aut matrẽ pluſquã me, non eſt me dignus. Ecce quid iuſsit? Ait: qui amat filiũ aut filiã pluſquã me, nõ eſt me dignus. Ecce quid iuſsit? Et qui eſt, inquit, qui odiat patrẽ aut matrem aut filios? nec illos ille odire pcipit, ſed vel quãtũ illos, tm ſe diligi iuſsit. Plus quidẽ debueras diligere creatorẽ q̃ creaturã. Sed ſi nõ vales p̃ ferre ſalte uel æquare dignare. Vere filios tuos diligeres, ſi Chriſtũ filijs p̃ ferres, ipſosq; filios ipſi cõmitteres. Vere filios tuos diligeres, ſi in ipſo illos diligeres, qui eos tibi dedit vt diligas. An iõ eos videris diligere, quia eorũ voluptatibus faues? Audis blaſphemãtes, & patiẽter fers Chriſtiane quod rex Nabuchodonoſor alienigena nõ potuit ſuſtinere, dicẽs Siquis dixerit blaſphemiã in deũ Sidrach, Miſac, & Abdenago, in interitũ erit. Vides frequẽtare ſpectacula, & nõ reuocas: uides luxuriãtes, & nõ verberas. Nec potes te talẽ exhibere patrẽ, qui paratus ſis indiſciplinatos filios uel exheredare vel abiicere, cũ parat eſſe debueras ſicut Abrahã ẽt imolare Oĩs.n.q filiorũ trucidat voluptates, ſacrificiũ tale quale Abrahã offert deo. Sed dũ iſta nõ fiũt, & his moribus deprauatis male nutrĩtur, qui iſto mũdo vtuntur, labefecit mũdus, nec imerito ait Propheta, Defluxit terra & oẽs inhabitãtes in ea. Nõ quieſcũt uſq; nũc murmurare hoies, laudare tẽpora pterita, accuſare tpa Chriſtiana. Magna erãt tpa patrũ noſtrorũ, dicũt: O q̃ bona tpa habuerunt patres noſtri. Sed uidete quid fecerint patres noſtri. Phinees ſacrificantẽ uirũ idolis manu ꝓpria peremit, ut placaret irã dei. Moyſes populũ oberrãtem, uitulũq; ſuſilẽ adorãtẽ, ita certa emendatione coercuit, vt vnã tribũ ex duodecim ad ſe deuocãs, quę ſequi uoluit deũ, p̃ceptũ eis daret, ut acceptis gladiis in manibus ſuis filii percuterẽt parẽtes, & parentes occiderent filios: nullus eos reuocauit affectus, humanitati reſeruatus eſt locus, quia timor & amor dei præ oĩ deſidertorũ carnaliũ amore ferebatur. Iepte ut hoſtes dñs ac dæmonibus imolãtes ſuperaret, vnicã filiam in ſacrificio dedit. Samſon cũ gentes dęmonicolas virtute, quã a deo in capite accepe rat, diutius bellis contereret atq; fatigaret, ſeductusq; poſtea per mulierem oculos liniſſe ad tẽplũ idolorũ ſuorũ, eosq; magnificare deos ſuos, q̃ eis tradiderãt acerrimũ inimicũ ſuũ, cũ creſcẽte coma capitis eius ei creuiſſet, & uirtus, a puero q ſibi ducatũ præbebat, ut ſibi manũ porrigeret petiit, ſeq; ad illud tẽplũ deduci poposcit: ad quod cũ veniſſet, colũnas duas, ſuper quas totũ illud ædificiũ ferebatur, ſingulis manibus ſingulas columnas apprehendens, ruina ſe ſimul & illos uoluit opprimi, ne laudes dęmonum in contumeliam dei ſui a quoquam libenter pateretur audiri. Daniel nec a rege hoie petitionẽ aliquã poſceret, ſed a deo uiuo, qui præſtat oĩa bona ſuis, leonibus ieiunantib⁹ in eſcã datus eſt ut periret, ſed dñs fidelẽ ſeruũ ſuũ nõ deſerẽs, & ipſum intactum reſeruauit, & per Abacuch Propheram ſimul & ipſum & leones pauit. Quid dicam de tribus pueris, qui cum nollent imaginem regiam adorare, ignes riſerunt? In quibus pueris micans gratia, ita enituit, vt ligati in fornacem mitterentur, deambulantesq; uiderentur, os aperientes, dñmq; laudantes, flammas ad ſe non admitterent, ſed fugarent, vt ſecum filium dei habere meruiſſent, antequam mundo in homine apparuiſſet, vt eſſet eorum vindex flamma. Chaldęorumq; miniſtros fornax deuorans conſumeret: producti quoq; de fornace incolumes, populos in ſe mirabiles redderent, regemq; mutarent, eumq; facerent dei ſui adoratorem, quem ſenſerant antẽ perſecutorem. Sed hæc oĩa faciebat fides, timor & amor dei. Oderant iſti non ſolum oĩa quæ habebant pp deum, verumetiam aĩas ſuas. Et deus eos hic claros fecit, & æternę vitæ remuneratione ditauit. Quid tale dilectiſsimi fecimus, imò econtrario quæ mala non fecimus? Illi nec nimis, nec tormentis conuenti, dæmonijs ſacrificauerunt. An non ſacrificauit qui imagines idolorum per noctem ludentes, quod nocturnum vocant, libentiſsime ſpectauit? Sacrificauit, prorſus ſacrificauit, & quod eſt peius, non tauri vel cuiuſlibet pecoris aliquam victimã, ſed ipſam aĩam hois præcioſam. In hoc tam nefando ſacrificio non vnus vel pauci accuſantur, tota hoc ciuitas fecit, quæ tota conſenſit: nec ab hoſtib. nec a barbaris, ſed à ſeipſo oĩs hõ in aĩa ſe intus occidit videndo, conſentiendo, non prohibendo, oẽs remanſimus rei. Et dum noluimus pacem ciuitatis turbari, peruerſam pacem quã deſideramus, nõ accipimus rectam. Contemnimus pacem ſeruare bonorum morum, & periit pax temporum no

Mat. 10.

Danie. 3.

Gen. 22.

Eſai. 24.

De laude quorundã patrũ in qbus erat fides timor & amor dei. Cap. 4. Iudic. 11. Iudic. 16.

Dani. 14.

Dani. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtrorum. Diſcite nunc dilectiſsimi quid cui rei præponere debeatis. Noſite diligere vi
tia in filiis, in amicis, in oĩbus notis præponatur ſingularis poteſtas oĩ poteſtati, ho-
Mat.22. norem exhibeamus cæſari tanquam cæſari, timorem aũt deo. Præferatur creator crea
turæ, diligamus deum, quia diligit nos: & in hoc quod nos flagellat, diligit. Quis eſt
Heb.12. enim filius cui non det diſciplinã pater eius? Qui ſanã conſideratione habet, q̃ cre-
dit dei verbis, metuit plus ignẽ æternũ q̃ cuiuſlibet truculenti barbari ferrum, plus
meruit mortẽ perpetuã morte qualibet hic peſsima. Irrideant hæc infideles: irrideãt
ſtulti, nolunt credere nec rebus expertis. Ecce conteruntur, ecce oĩa pereunt, ecce cũ
ipſis non põt ſtare mundus quẽ amauerũt, ecce ad deũ attrahuntur, cuius p̃cepta cõ
tẽpſerunt, non n. bona voluntate pgit, q̃ blaſphemando moritur. Ecce itur. Cũ illuc
ventũ fuerit, qd agitur? Quõ itur? Per quẽ abitur? Quis iterũ huc redire cogitur? Fini
Eſa.46. tũ eſt & qd' male iecerat, & emendare finitũ eſt. Redite filii redite, redite p̃uaricatores
ad cor, facite gaudiũ ex conuerſatione veſtra, corrigantur corda veſtra, diſpliceãt vo
bis opa veſtra, eſtote fortes, tribulatio mundi nõ vos frangat, dñs in ꝓximo eſt, nihil
Philip.4. ſoliciti ſitis, habetis virorũ fortiũ magna exempla. Vicerunt martyres mundũ. In-
De fortitu ter quos martyres mares, et fœminæ repertæ ſunt fortiores. Ante paucos dies natali-
dine ani cia celebrauimus martyrũ Perpetuæ & Felicitatis, & comitũ. Et cũ tot ibi ſint virt,
mi ſancta quare iſtæ duæ præ oĩbus nominantur, niſi quia infirmior ſexus, aut æquauit, aut ſu-
rũ Perpe perauit virorũ fortitudinẽ? Vna earũ erat prægnans, alia lactans. Felicitas parturie-
tuæ & Fœ bat, Perpetua lactabat. Sed tandiu hæc Perpetua lactauit q̃diu accipet ab illo paſtore
licitatis. ſimul & p̃e buccellã lactis, qua accepta dulcedo fœlicitatis ppetuæ eã fecit conténe-
Cap.5. re filiũ, ſpernere patrẽ, non inhærere mundo, perdere aĩam pro xp̃o. Felicitas vero, q̃
ſociã habebat Perpetuã, & parturiebat & dolebat, obiecta beſtius gaudebat potius q̃
timebat. Quæ virtus in fœminis, qualis eſt gr̃a, q̃ cum ſe infundit nullũ indignũ iu-
dicat ſexũ. Gr̃as gratię dei, reparauit. n. ſexũ muliebrẽ: in opprobriũ magnũ mulier
remanſerat, quia ab initio per muliere peccatũ, & pp hanc oẽs morimur. Diabolus
vnã Euã deiecit xp̃s natus ex virgine, multas fœminas exaltauit. Perpetua & Felici-
tas caput calcauerunt ſerpentis, quod Eua ad cor ſuũ intus admiſit. Iſtã ſeduxit falſa
promittendo, illas non valuit ſuperare fœuiendo: illã decepit in paradiſi fœlicitate,
†aliàs, pri has non potuit adire nec ſubſtantiarũ depoſita † poteſtate. Illius inter paradiſi delí-
uatas. tias ruinam, harũ inter pœnas fortitudinis conſtantiã ipſe quodammodo diabolus
Gala.3. expauit. Merito ſic ſunt exaltatæ, merito viris vel coæquatæ vel prelatæ. Quãuis. n.
Eph.4. in xp̃o Ieſu non ſit ſeruus neq; liber, non ſit maſculus neq; fœmina, ſed oẽs ſint vnũ
occurrentes in virũ perfectũ, de ſcendit tñ hoc donũ ex magna gratia. Perpetua. n. &
Felicitas nomina iſtarum ſanctarum fœminarũ, merces eſt ſanctorum omnium mar
De patien tyrum. Vicit mundum etiam Iob ille omnibus notiſsimus toties tentatus, ſed mini
tia Iob. me ſuperatus, impleuit dominicũ præceptum, contempſit filios, ne blaſphemaret qui
Cap.4. dederat filios, repulit à ſe vxorem, quæ ei blaſphemiã perſuadebat, quam diabolus
Iob.1.&2. propterea ſolã dimiſerat, quia ſibi eã neceſſariam eſſe nouerat. Non. n. dimiſerat ma-
rito conſolatricem, ſed ſuæ tentationis adiutricẽ fecerat eam nouam Euã, ſed ille nõ
erat vetus Adam. Exiſtimauit etiã iſtum ſicut illũ per mulierẽ poſſe decipi, ſed iſte
ſpernendo vxorẽ peſsima ſuggerentẽ, diuinitatis adiutus, et ipſum diabolũ in illa va
luit ſuperare. Fortior fuit Iob in doloribus q̃ ille Adã in nemoribus: iſte nõ ceſsit tor
mentis, ille ſuperatus eſt in delitijs. Videtis dilectiſsimi quid agat tentatio, ſi vtiles
ſint huius mundi preſſuræ, & quemadmodum corrumpant terrenæ delitiæ. Contẽ-
pſit Iob vxorem, filios, oĩa ſua, poſtea & carnem ſuam: plus amauit eum qui dederat
q̃ id quod dederat, vſus eſt quod acceperat tanquã bonus viator, poſſedit, non poſſe-
ſus eſt. At vbi ea placuit auferre q dederat, benedixit, non blaſphemauit: Dominus,
Heb.12. inquit, dedit, & dñs abſtulit, ſicut dño placuit, ita factũ eſt, ſit nomẽ domini bene di-
De filio ꝓ ctum. Imitamini talem virum, imitamini tales filii eſſe etiam flagellari, vt mereami-
digo para ni recipi: Flagellat enim omnem filium quem recipit, diſciplinam eius ſuſtinete,
bolæ expõ ſicut filios, ita vos aggreditur deus. Quod probat ille filius iunior in Euange-
de latro- lio poſitus, qui diſciplinam paternam contempſit, ſubſtantiam ſuam in meretri-
cibus erogauit, porcos pauit, fame contritus eſt, ſiliquis porcorum ventrem ſuum
implere non potuit, tandem aliquando reuerſus eſt ad ſe, & inuenit ſe qui perdi-

derat ſe, & in mẽtem ei venit quòd multi mercenarij patris ſui abundarẽt panibus, ne quoque
ipſe uero fame periret. Statim ſurrexit, ad patrem recurrit, non ſe filium, ſed tanquã & Petro.
219 vnum ex ſeruis computari rogauit. Inclinatur humilitas, excitatur miſericordia, vo Cap.6.
D ces filij pœnitentis concutiunt paterna viſcera. Dicit ſe filius indignum, vt ille eum Luc.15.
iudicet dignum, rogat vt in numero ſeruorum iubeatur ſuſcipi: & pater ei illam pri-
mam ſtolam iubet afferri, mactat vitulum ſaginatum, chorum congregat, aduocat
amicos, facit epulum magnum. Quare? Quia hic filius meus, inquit, mortuus fuerat
& reuixit, perierat, & inuentus eſt. Hanc ſimilitudinem dominus in Euangelio pro-
poſuit, quã ipſe expoſuit dicens, tale gaudium fieri in cœlo ſuper peccatore pœniten
tiam agente. Nunc vero quoniam tempus eſt exhortari omnes ad pœnitentiam, ut
filij errantes reuertantur, eisq̃ cõuiuium a patre ſaginati vituli p̃paretur, etiam nos
dilectiſsimi parati ſimus huic conuiuio tanquam amici domeſtici intereſſe, maxi-
me quia cum iſto patrefamilias ad menſam eius quotidie accedentes non nos iã di-
gnatur uocare ſeruos, ſed amicos. Percurramus, ſi placet, ipſam parabolam a dño in
Euangelio propoſitam, in qua nobis & affectum patris demonſtrauit pium, & filij p-
diti indicauit reditum, filijq̃ maioris, qui de paterna domo non diſceſſerat, commo-
tũ retulit aĩum. Hoc quippe habet textus ipſius lectionis: Veniens, ait, filius eius pri-
mogenitus de agro cum audiret ſymphoniã, interrogauit ſeruos quid nam illud eſ-
ſet? Eiq̃ dixerunt, Frater tuus reuerſus eſt, & occidit illi pater tuus vitulum ſagina-
tum, eo q̃ ſaluum illum ſuſceperit. Et indignatus noluit introire. Egreſſus eſt aũtẽ
216 ad illum pater ſuus ut eum introduceret. Improperauitq̃ ille patri ſuo, q̃ laboraſſet
E ſemper cum illo, & nunquam illi talia exhibuiſſet: at ubi veniſſet filius ille qui oẽm
ſubſtantiam paternam male conſumpſerat, occidiſſet illi vitulum ſaginatum. Et red-
dit pater rationem facti ſui, conſolaturq̃ filium ſuum ſecum permanentem, de domo
non diſcedentem, & dicit illi, Fili, tu meus es, & mecum es ſemper, & omnia mea tua
ſunt: verũ tamen oportuit nos iſta facere, quoniam frater tuus mortuus fuerat & re-
uixit, perierat & inuentus eſt. Non vacat hæc talis a dño propoſitio. Donet itaq̃ no-
bis qui iſta propoſuit, vt demonſtremus ab ipſo fuiſſe impletũ hoc quod per quãdã
ſimilitudinẽ nos quodãmodo excitauit ad aliquid inquirendũ. Affectum paternum
exhibuiſſe ſuis dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, nullus ambigit Chriſtianus. Illud ma-
gis requiramus, qui ſit filius iunior, qui prodigẽ viuens ſubſtãtiã paternã diſſipa-
uit, & qui ſit filius primogenitus, qui indignatus q̃ filio perdito redeunti vitulus ſa-
ginatus occiſus ſit, intrare noluerit. Quis eſt iſte filius perditus, qui oẽm ſubſtãtiam
paternã in meretricibus erogauit, niſi ille latro qui ſubſtantiã aĩę a deo ſibi datã per
216 ſcelera diffluendo etiã in cruce pependit? Porcos pauit, qñ dęmonum voluptates ſuis
F factis impleuit. Fortaſſe illos porcos pauit, quos petierat diabolus a dño dicens, Iu- Matt. 8.
be nos introire in gregem porcorũ. Fame cõtritus eſt, quia panẽ verbi dei non inue-
niebat. Siliquis cupiebat ſaturare ventrem ſuũ, qñ tortuoſis cogitationibus replebat
animã ſuã. Sed reuertatur ad ſe, videat ſe latro in cruce pendentẽ, cõcurrat ad patrẽ, Luc. 23.
dicat pendens in cruce, Dñe memento mei dũ veneris in regnũ tuum. Dñe meméto
mei, non ſum dignus uocari filius tuus, ſuſcipe me ſicut vnũ ex ſeruis. Dñe memen-
to mei. Latro. n. ſua attendens merita de ſeipſo diffidebat, ſed dñs tanq̃ pius pater la-
troni filio, quod deſperauerat offerat. Proferebat huic pater ſtolam illam primam, in
duat filium immortalitate, quẽ ſecũ videt in cruce pendentẽ, introducat eum in do-
mũ, dicat Chriſtus latroni. Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Mactet vitu
lũ ſaginatum, hominem illum ſuſceptum etiam pro latronibus crucifixum, aduocet Ioan.15.
amicos ſuos diſcipulos, quibus dicebat, Si feceritis quæ mando uobis, iam uos nõ di
cam ſeruos, amicos. Præparetur illud conuiuium cœleſte, aſtet ille chorus angelo-
rum ſuauiter declamans, Gloria in eccelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ vo- Luc.2.
luntatis. Veniat & primogenitus filius ille & nolit intrare. Quis eſt iſte filius primo- Matt.26.
genitus qui noluit intrare, niſi ille primus Apoſtolorum Petrus, qui ad interrogatio-
216 nem vnius ancillæ, in atrio ſacerdotis ter dominum auſus eſt negare? Dixiſti qui- Ioan.13.
C dem, ò Petre tanquam patri Chriſto, ego tecum laboraui, quando dicebas ſal-
uatori, Tecum ſum uſque ad mortem, animam meam pro te ponam. Vbi eſt
quod promiſiſti? Interrogaris ſemel, & negas: ſecundò interrogaris, & negas:

tertio,& negas. Non vis ad conuiuiū intrare,ideo ausus es ter dominum negare. Vbi
est, Animam meam pro te ponam? Ter negantem non terruit vngula, sed vna op-
pressit muliercula. Certe tecum sum vsque ad mortem. Vide,vide igitur Petre,quan 211
tum de te antea præsumpseris: Ecce nunc ter negando, gallo teste conuinceris. Sed H
egrediatur pater ad primogenitum filium nolētem intrare, dicat Christus Petro,in-
tra in gaudium domini tui: respiciat negantem, & faciat confessorem: compungat
flentem,faciat amatorem. exortetur eum paterna voce, Fili,inquit, tu meus es, tu es
Mat.16. Petrus,& si me negasti meus es. Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo,Ec-
clesiam meam,Tu meus es, & omnia mea tua sunt. Tibi dabo claues regni cœlorum.
Apud te Petre sunt claues,dignare iam ad conuiuium intrare, oportebat hæc fieri,
quoniam frater tuus latro mortuus erat,& reuixit, perierat & inuentus est. Si Petrus
antequam Christus pro omnibus crucifigeretur,regni cœlorum claues accepit,quā
illuc introiuit latro ille iam nō reus,nisi per latus quod aperuit Iudęus? Et nunc ve-
niant omnes quicunque amant paradisum locum quietis, locum securitatis,locum
perpetuę fœlicitatis,locum in quo non pertimescas barbarum,in quo nullum patia-
ris aduersarium,nullum habebis inimicū. Venite omnes,intrate omnes,est qua pos-
sitis intrare,patet latus. Ostendit enim ille latro, quò debeant omnes intrare,nemi-
nem suo exemplo docuit desperare. Contendite,ait dominus,intrare per angustā 211
De angu- portam. Quid angustius illo foramine, quod vnus è militibus percutiēdo latus cru- I
sta porta & cifixi aperuit,& tamen per has angustias penè iam totus mundus intrauit? Venite
cauēda hę- & vos Iudęi,vocat vos quem crucifixistis,filius dei, contendite intrare per angustā
reticorum portam,per hanc enim introierunt patres vestri: illi qui vt crucifigeretur clamaue-
malitia. runt, qui in ligno suspensum viderunt, qui irriserunt,qui caput agitauerunt, per
Cap.8. istas tamen angustias introierunt. Non enim inaniter clamabat ille pendens in cru-
Luc.13. ce,Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt. Per has ergo, vt dixi angustias,per
Luc.23. angustam portam lateris Christi ingressus est latro mutatus,pœnitens Iudæus,con-
uersus omnis Paganus, & ab eo exijt foras malus hæreticus Arrianus. Exijt quo-
1.Ioan.2. niam non erat de numero permanentium. De illis enim erat,de quibus Ioannes di
cit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim ex nobis essent, mansissent
vtique nobiscum. O hęretici Arriani,agnoscit latro in cruce pendentem,ipsi inimi-
ci Iudęi expauescunt resurgentem,& vos male tractatis in cœlo regnātem. Cauete,
dilectissimi,Arrianam pestem non vos separent a Christo terrena promittēdo, pro-
pter tunicam non vos expolient fide,membra Christi seruate vnitatem atque inte-
gritatem vnius tunicæ, quam nec persecutores Christi ausi sunt scindere. Nolite 211
iniurias irrogare capiti vestro,pro vobis ille mortuus est, ne uos moreremini. Quē K
Christus per baptismum uiuificauit,quare eū Arrius rebaptizando occidit? Erube-
sce,erubesce hęretice. Negauit Petrus,& reuersus est, & flendo deleuit quod timore
negauit Christum in suis persecutus est Paulus, sed ad eius vocē cecidit & surrexit.
Aliter cecidit,aliter surrexit. Cecidit persecutor,erectus est prędicator. In Christia-
nis Christum persecuti sunt reges,sed multum eis præstiterunt,quando membra ad
caput suum velociter transierunt. Nemo talia damna,qualia tu ingeris Christo,ani
mas enim multorum cupis interficere, pro quibus Christus in carne venit occidi.
Erubesce,erubesce hæretice. Quid iteras quod simul datur in membris suis? Iam in-
tus est Christus,noli in istis ipsum velle rebaptizare. Semel enim pro omnibus cum
Ioanne in aquam dignatus est ipse descendere. Redemit Christus animas,custodi-
Mat.3. te quod ille redemit. Integro Christo animas, custodite quod ille redemit. Integro
Christo integrum assignate prædium. Nemo inuadat, nemo inuasori consentiat,
characterem dominicum nullus abstergat,titulos Christi nemo deponat. Reddētu-
ri estis rationem domino rei,boni serui,data est vobis occasio bene operandi. Abun-
dant peregrini,captiui,expoliati. Facite vobis amicos ex mammona iniquitatis, vt 211
&,ipsi recipiant vos in habitacula æterna. L

DE

FINIS.

DE SOBRIETATE ET VIRGINITATE

QVVM mortalium mutabilis mens,vel bonis aliquando vel malis intentionibus delectetur, plerique seu pœnitudine malorum ad actus bonos,siue concordia mentis ex bonis ad malos precipites transferantur, disputandi materias morum ponderatoribus gignunt,quibus agnitis correcti lætentur, inconuertibiles autem in suis iniquis moribus confundantur. Difficilius nanq; bonorū appetitores inuenies,q̄ malorum desertores: quia quamplurimis & penè cunctis mortalibus dulcia sunt magis ea quæ carnem fouent, quàm quæ a vitijs frenant. Et qm̄ studij commoda a nobis suggerenda sunt honestatis,admone- 216
mus in tali proposito militare volentem,segnem,somnolentum atque temulentum M
esse non debere, quoniam ab his vitijs tribus, nisi quis fuerit declinatus, securus nunquam esse potest vel tutus,imò & periculis omnibus, & ipsi etiam morti erit is semper obnoxius. Fortitudo enim inimicum opprimit: vigilantia tendentibus insidias obstat,sobrietas vero præparatum cor hominis facit. Propterea enim dominus deus noster paterno affectu per Prophetas & Apostolos suos nobis præcipit, ab omnibus vitijs,& maxime ab ebrietate,quæ omnium vitiorum gurges est,penitus abstinere. De cuius vitij malo volumus lectori aliquanta proferre,quem tantum monitis hortamur,animum intentum apponere,& sermoni nostro, etsi minus lucenti quam auditus exigit eloquentium,veniam dare. Suademus enim auditores rationem dicti debere aduertere,non fucum spumantis sermonis, aut artificiosam eloquentiam expectare. Vnde primitus propter libelli titulum uel decorem, fructus & bona sobrietatis inquantum possumus proferamus,& postea ebrietatis indecoras molestias publicemus. Sobrietas nanque castitas est sensus & mentis, membrorum omniū corporisq; tutela,castitatis pudicitiæq; munimen,pudori proxima,amicitiæ pacisq; ser- 216
ua,honestati semper coniuncta, criminum uitiorumq; omnium profuga, recti iudi- A
cij tenax,memoriæ recordationisq; inseparabilis sapientia,secretorum custos,arcani velamen,lectionum & doctrinæ capax,studiorum & artium bonarum discipula pariter & magistra,ingeniorum capiendorum pedisequa,bonæ famæ semper auida, in cogitationibus salubria atq; vtilia creans,uirtutis singulare auxilium,cuncta cum ratione disponens,in congregatione honestorum seipsam semper ingerens. Sobrietas temeritatem fugit,pericula cuncta declinat,mutuis officiis obtemperat,superbiā detestatur,domum familiamq; cum moderatione gubernat,fidem sibi committentibus seruat: & ut sunimatim breuiterq; dicam, sobrietatis perseuerantia inæstimabilis est animi fortitudo: omnes eam virtutes,& omnes laudum semper tituli concupiscunt,quia sine ipsa ornari aut placere non possunt. Econtra ebrietas ab animę iniuria incipit,& flagitiorum omnium mater est, culparum materia, radix criminum, origo omnium uitiorum,turbatio capitis,subuersio sensus,tempestas linguæ,procella corporis,naufragium castitatis. Ebrietas temporis amisio est,insania voluntaria, ignominiosus languor,mentis sanæ debilitatio,turpitudo morum,dedecus vitæ,honestatis infamia, animæ corruptela. Ebrietas,ut cernimus, quotidie amplarum familiarum plurimos labefacit,& cura gubernationis destitutos, parentum auorūq; suo- 216
rum bene diuq; congregata,atque ingenti precio comparata vili nūmo distrahere fe B
cit. Ebrietas in vtroque sexu cuncta mala semper appetit, & nefanda committit. Ebrietas timorem dei aufert, futurum dei iudicium de corde se habentium tollit. Ebrietas,vt ait Apostolus,regna cœlestia appetentibus denegat. Ebrietas temulentis tempora furatur,dies surripit, depositi sui non reminiscitur, & ante illum posita

De laudè sobrietatis & multiplici ebritatis cōtumelia, & precipue in sacerdotibus. Cap.1.

Sobrietatis conditiones.

Ebrietatis cōditiones

nec mente nec oculis contuetur. Famulo uero non ſolum fidem auſert, ſed etiam fraudum & ſeruitutis officio inutilem facit, & alia mala quę comprehendi non poſſunt. Et quoniam ab aliquantis uini non temperatur uſus, ſed potius appetitur excеſſus, habitus corporis & uitæ periculum & opinionis ac famæ grauiſsimum acquiritur damnum: nam formentis corporalibus prouiſum eſt uini munus: abutentibus penitus interducitur, & ſobrietatis diſciplina cuſtodienda ſancitur. Eſt quidem in multis uitę mortalium uinum neceſſarium, debilem ſtomachum reficit, uiret deficientes reparat, algentē frigore calefacit, uulneribus infuſum medetur, antidotis etiam diuerſisq; medicaminibus adiunctum ſalutem operatur, triſtitiam remouet, languores omnes animi deler, lętitiam infundit, conuiuas honeſta miſcere colloquia facit: paulo amplius uero ſumptum potanti quodammodo conuertitur in uenenū.

Vini vtilitas.

Quare ſacerdotib. vſus vini inhibitus fuerit.

Propterea enim uini abſtinentiam ſacerdotibus primo & Leuitis à domitio legimus imperatam, quia oportebat vt illi primitus ſobrietatis modum obſeruandum ſuſciperent, qui cæteris mortalibus non dictis ſed factis præcepta diuina obſeruanda traderent, & caſtitatis & ſanctitatis moribus adimplerent, Leuitico libro dicente, Et dixit ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui quando intratis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationibus veſtris. Ezechiel quoque propheta ſimiliter dicit, Et vinum non bibet omnis ſacerdos cum introire cœperit in atrium interius. Authorum vero ſecularium quàm plurimi ſobrietatis præcepta libris primis ediderunt, quorum aſſertiones contra ebrietatis vitia non proferimus, quia humana decet diuinis, non diuina humanis teſtimonijs confirmari. Quare debet congrua obſeruatione ſobrietas cum ſacerdotali affectu certare, quia qui non ſobrius acceſſerit ad diuinæ maieſtatis altarium, ſentiet immaturæ mortis interitum. Quicunque erit honore ſacerdotali prædituſ, & proximus fuerit ebrietati, vicinus eſt vltioni. Et in eos qui deo proximant ſi fuerint temulenti, procul non ſunt vindictæ ſæuienti. Ergo quiſquis diuino munere ſacerdos conſtitutus, vinolentus acceſſerit ad ſacramenti celebrationem, mortis conſequendæ non habet dilationem. Contrarius nanque eſt vnicuique rei ſemper exceſſus, & in quocunque ſexu nimietas adhibita fuerit, vitium facit. Quare quicquid immoderatum indiſciplinatumque eſt, proximum ruinæ conſequitur caſum: quia vbi modus non eſt, periculum totum eſt: & quæcunque res non habet temperamentum, præcipitat in exitium. Sic itaque dum quiſquis immoderatus conuiuioque medius amiſsis modeſtiæ frænis, inſana fuerit ebrietate proſtratus, auerſos reſpicit nutantes, quos integros videre nequiuit, aut ſermone longo ſuperflua uerba emittit, & vana dicta componit, male clamans & bene ſibi ſonans, vultu deiecto ſupinus accumbit, vomens & ſui omnino neſcius, ſpectaculum conuiuio præbet: & dum nihil conſequitur ſanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis ſui arcana patefacit, & amicorum ſibi comiſſa ſecreta in medium prodit. Ad vniuerſa autem vel crudelitatis vel turpitudinis facinora perpetranda facilis inuenitur, cui nulla ſobrię mentis ratio, ſed ebrietas dominatur. Aſſumit inter pocula iuſta certamina, & nullis ſtantibus cauſis aſperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum ſana dicta non patitur, & in contumeliam erigitur conuiuarum & crimina proximorum. Iſta lector vt libenter accipias, admonendum te credidi. Quare lege caute Petri apoſtoli epiſtolam ad gentes, Pauli ad Romanos, ad Corinthios primam, ad Epheſios, ad Theſſalonicenſes, ad Titum. Præterea ad ebrietatem cauendam dominum noſtrum Ieſum Chriſtum audi in Euangelio dicentem, Attendite vobis, ait, ne forte grauentur cordaveſtra in crapula & ebrietate. Et dominus ſeruo iraſcitur, cui multas plagas in aduentu ſuo imponere comminatur. Quare abſtinete uos talia agentes uel facientes, abſtinete veſtram inſaniam, & homines uos humanos cognoſcite, & tantam turpitudinem a uobis abiicite, & ebrietatis crimina totis uiribus declinare. Ruſticanum quidem, ſed ſanum dictum aduertite, Vinum medicamentum, plus iuſto ſumptum venenum eſſe cognoſcitur. Tantam ergo turpitudinem a uobis abiicite, & ebrie-

Quare ſacerdotib. vſus vini inhibitus fuerit. Leuit. 10.

Ezec. 44.

Luc. 21.

tatis crimina totis uiribus declinatè. Iucunditati, non ebrietati crēata eſt uini natura, per cuius moderationem ſitis extinguatur, non tamen ut vſque ad ebrietatem bibatur. Fugite crapulam, eaq; loquentes aut facientes quibus ſobrij non erubeſcant. Fugite crapulam, quæ ſolis lugentibus a conſolantibus amicis uel proximis in exequijs ingeritur. Dolor enim amiſsi funeris ſine vini quauis nimietate tēperari non poteſt. Tu uero, ò homo incolumis, quotidie vino cogente deſideras uomere, & tanto repleris, quanto poſſent plurimi cum iucunditate lætari & ſobriè ſaturari. Non conſideras turpe eſſe plus ſibi velle inferre hominem quam capit, nec ſtomachi ſui noſſe menſuram? Non conſideras ebrietati deuinctum, ſuæ poteſtatis eſſe non poſſe? Vt quid potando facis exceſſus, niſi vt per prouocationem vini inſoleſcas in peius? Naſcitur ex hac potandi infœlicitate inter prouocatos & prouocantes ignominioſa certatio, & vincenti eſt turpitudo deterior. Ex hoc enim multorum membra cibos recuſant, & vino dedita, præcoqua debilitate & cruda ſenectute marceſcunt, & adhuc ætate virides tremula uibratione quaſſantur. Inde pulmones vſtione uini quotidiana putreſcunt, & per ora veluti mortuorum ſpiritus tetros mittunt. In his ergo talibus non ratio vlla, non vllum gerendæ vitæ conſilium, non geſtorum aut lectionum memoria, nec vlla artium aut induſtriæ prouidentia, vtpote quem prādio accumbentem ſolis occidentis videt occaſus, & cœna pernoctantem inſperatus occupat dies, & dum iugi amentia die nocteq; diſcumbendo dormitat aur bibit, in hac vita adhuc poſitus quotidie ſepelitur. Sed quid iam dicam, uel quid taceam? Huius igitur ebrietatis ſi quippiam in fœminis ceciderit, quæ virilem ſexum ſuperius tactis criminum molibus onerauit, nihil tacendū eſt imò laborandum eſt, ut & quæ tales ſunt fœminæ, hæc diuina admonitio corrigat, & ſobrietas metu correptionis ab ebrietate compeſcat. Sed quoniam in admonendis uiris a ſacerdotibus & leuitis vel miniſtris huius libelli opuſculum inchoauimus, merito conuenienterq; in fœminile ſexum admonendum a dominicis ſacrisq; virginibus ſumamus exordium, quo generaliter omnis dignitas, vel ſexus ab hac admonitione inexcuſabilis habeatur. Dñica virgo debet agnoſcere quibus præceptis conuenīat inſiſtere, uel a quantis vitiis debeat abſtinere, ſi vult & in ſeculo poſita cum deo, & cum eodem poſt huius uitæ reſolutionē in claritate cœleſti regnare. Dominica virgo primitus publicos debet uitare conſpectus, & platearum frequentiam declinare, atque in domo poſita lanificio inſiſtere vel lectioni diuinæ. Dominica uirgo in fœminarū laicarū conuentu conſidēs uel conſiſtens, ne verbis ſcurrilibus neque lubricis earū aut canticis pūtię tuę copiā facias, ſed magis fugias, oculos tuos auresq; cōcludas, ne dei timore priuata, diabolicas cogitationes ſenſibus tuis īmittas, quibus in breui forte diſpereas. Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comę, nec oculis erectis aut lætis, ſed pronis ad terram cū vultu procedat, ne in ſeruiles indurata amores: & ipſa non pereat, alijs cauſa perditionis exiſtat. Oculorū.n. cupiditas quos aīæ interitus faciat, euangelica uox nobis pronunciat. Dominica virgo ab omni inuerecundo ſermone vel riſu ſe debet penitus abſtinere, & cum ſilentio & diſciplina omnem vitam ſuam ornare. Dominica uirgo quę vultum ſuum ob ſplendorē genarū aliquo fuco infecerit, in Eſaia propheta de filiabus Sion promiſſam ſententiam pertimebit. Dominica uirgo, ut de viduis Apoſtolus docet, aut ſermone garrula, aut loquacitate verboſa, vel curioſitate ſuperflua, caſta non pōt iudicari, imò proſtituta ad luxuriam alios magis accēdit. Dominica virgo nulli te virorum cuiuſlibet ætatis ſine grauiſsimarum mulierū prę ſentia ſingulari, habitaculo vel colloquio credas: & cum ſola in tabernaculo cōſiſtis, clauſis ſuper te ianuis ſedeas, nulliq; virorum pulſanti facile ianuam tuam pandas, ne forte in ſuſpicionem turpiſsimam, aut in pudoris tui naufragium cadas. Dominica virgo in locis in quibus viri cubant non debet accedere, ne ipſa ſe velut ſcortum credatur ſuis corruptoribus præbuiſſe. Dominica virgo male docentis miſerabilisq; uitæ fœminæ, aut aliquando ſiniſtra opinione uexatæ, conſortium colloquiūq; declina, quoniam corrumpi mores bonos colloquijs malis, Paulus Apoſtolus docet. Dominica uirgo, ob extinguendas libidinis vel omnis laſciuiæ flāmas, ieiunijs & abſtinentiæ debet operam dare orationibus die noctuq; inſiſtere, ſi cupit & laqueos & inſidias diaboli inſidiantis euadere, & ad promiſſa uirginitatis præmia per-

Proue. 31.

Mat. 5.

Eſa. 3.

1. Tim. 5.

Devirginū dñicarū regulis ad morū laudabilē inſtitutionē apprime neceſſarijs Cap. 2.

1.Cor. 15. uenire. Dominica uirgo omnem fratrem, quem vitandum mala fama commendat, ni
mis fuge, & quantum potes ab eo, vel ab eius conuiuijs tuos acceſſus declina. Domi- 217
nica virgo non neſciat, ex cõuiuali colloquio inoleſcere libidinis vitia, & exinde ad L
fornicationis venire peccata. Dominica virgo, vt cito concludam, ab omnibus il-
lecebris gulæ abſtinens eſſe debet, & parco victu vel potu debet eſſe contenta, & ho-
neſta taciturnitate ſemper ornata. Dominicam virginem, dei beneficium eſt, iraſci
neſcire, neſſe magis iracundiam cohibere, cunctis benignam exiſtere, oculis non an-
nuere, dolo & malitia linguam non fabricare, alienæ domus ſecreta nec auſcultare,
nec prodere, auaritiã cupiditatemq; fugere, ſibi depoſita non negare, in vſuris pecu-
niam non habere, ſorori culpam ex corde dimittere, ſcandalum nulli apponere, tribu
latis conſolationem præbere infirmantibus miniſtrare, detrahenti alteri non cõſen-
1. Cor. 14. tire, & a detractione ſe penitus abſtinere. Dominicam uirginem in Eccleſia cum ſilẽ
1. Tim. 2. tio ſtare debere, & nihil legis docere, Apoſtolum audi loquentem, Mulieres in Eccle-
ſia taceant, turpe eſt mulieribus loqui in Eccleſijs. Item ait. Mulieres in ſilentio di-
ſcant. Item mulieribus docere non permitto. Si ergo mulieribus turpe eſt docere, aut
in Eccleſia loqui, quanto magis uirginibus, quas caſtitatis deo promiſſis cura profeſ
ſioq; conſtringit, vt eas magis aliæ in bonis operibus imitentur. Dominica uirgo ne
quid prauum aut ſcurrile aut ſimulate loquatur, & omne mendacium ex ore ſuo pe-
Sapien. 1. nitus eradicet. Loquentes enim mendacium dominus perdet, ut in quinto Pſalmo 217
Dauid, & eius filius in libro ſapientiæ docet. Dominica uirgo quantam fidem debet M
in omnibus exhibere, tantum caueat iurare. De his quæ egerit, propter veritatem
confirmandam iuramenta perſoluere, ne in totum, aut omnino iuret, dominũ agno-
ſcat in Euangelio prẽmonentem. Dominica virgo furta fraudesq; facere, aut falſa te-
ſtimonia dicere, aut ea facientibus conſentire caueat, quia ea committentes beatus
3. Cor. 6. Paulus obiurgat. Dominica virgo matronalibus conuiuijs, quibus viri miſcentur,
intereſſe declinet ne concupiſcentię peccatum ſecum inter pocula loquentibus viris
importet. Dominica uirgo contra omnes ſonos muſica arte prolatos, contra cuncta
cantica ſecularia, contra omnia quæ dulciter delectentur audire aures, & cor tuum
conclude ne diabolicum melos Chriſti de corde eius abſcindat amore. Dominica vir
go motibus, flexibusq; ſaltantium, cymbaliſtriarum vel tympaniſtriarum, omniũq;
virilium ludicrorum, quantum potes, vultum tuum auerte, ne cuiuſlibet eorum re-
pentino amoris telo percuſſa, grauiter incipias interire. Dominica virgo non tantũ
ne ſuperbia litiget caueat, ſed etiam a ſuperbientibus & litigantibus quantum poteſt
Proue. 3. procul aſcedat. Superbis nanq; deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Salomõ
Iacobi. 4. in prouerbijs clamat. Dominica uirgo nec ſermonis iactantia, nec generis nobilitate
ſe debet extollere, ſed in humilitate & paupertate ſpiritus Chriſto accepta debet 217
quandiu vixerit permanere: In iudicio enim dei non natales, ſed actus proprij penſa B
buntur, ex quibus ſinguli mercedem ſi cut geſſerunt non ſicut nati ſunt reportabũt.
Dominica virgo uigilias funebres vel cæteras, quæ in priuatis domibus eueniunt, de
bet effugere, vbi præcipue ſine diſcretione ſexus commiſti conueniunt. Dominica
virgo quæ ſecundum proprias uires nulli manum porrigit non poteſt ancilla dei vel
dici vel credi. Sed vt breuiter dicam, dominica virgo quæ pudoris ſui domino pro-
miſſi cuſtodiã gerere nititur, nec inceſſu notabili, nec nutu aut dicto molli, nec ocio-
De uinolẽ ſitate uerbi, nec corpore, nec mente debet omnino peccare. Et quoniam quæ in ad
tiæ crimi- monendis virginibus ſacris dicta ſunt, credamus poſſe ſufficere, ex quibus præce-
nib' cũcta ptis etiam dei ſeruis uel laicis cunctis conueniat obſeruare: iam debemus ad vinolen
uitia ſupe- tiæ crimina enumerãda uenire, & docere ebrietatem cuncta vitia ſuperare. Ipſis pri-
rãtib', ma- mo uirginibus ebrietas caſtitatis promiſſa implere non permittit, quia ſanctæ polli-
xime i vir- citationi in vtroque ſexu ininica ſemper extitit, & ideo ebrietas pudori comes eſſe
ginib' uel non poteſt, quia nec caſtitas fuit aliquando comes temulentiæ. Sobrietas in fœmi-
fœminis. nis ad terram deponit aſpectum ebrietas autem amiſſo pudore inuerecundos erigit
Cap. 3. vultus. Sobrietas enim cum ſumma trepidatione irreprehenſibile, & cum ſilentio 217
propinquum emittit verbum: ebrietas impudoratum facit fœminæ & ſermonem B
& vultum. Elicit nanque atque extorquet ebrietas infandam inuerecundiã de om-
nibus ſe habentibus uocem, & cui ſurrepſerit per auiditatem nimietas vini, nullum
poteſt

poteſt habere tacendi pudorem: ex qua temulentia membrorum conſequitur infir-
218 mitatem: & ita fit, vt ſicuti nauis quæ validiſſimi maris fluctibus ſcopulo illiſa com-
C minuitur, ita fœminæ corpus ac mens grandis vini procella illiſa, membris omnibus
diſſoluatur. Nam quæ naturaliter firma figere non poteſt gradiendo veſtigia, quo-
modo incedere valebit, cum vini fuerit ingenti procella percuſſa, laſſabunda greſſu
ac innuens ſemper contortis oculis reſupina, aut inclinata ceruice famula regente
218 pediſſequa de temulentiæ ſuæ culpa? Ibi ſanitas & cura domus nulla, vel familiæ gu
E bernatio, lingua balbutiens ſermonis officio priuatur, aut in vocem prorumpere vo
lens, non tantum non intelligitur, ſed etiam ab audientibus deridetur. Eſt autem
mente alienata, & ſui omnino neſcia, cui cultus capitis vergit in partem, & ſeminudã
monſtrat videntibus ceruicem, & omi ex parte dimiſſa a conſpicientibus erubeſci-
tur, & quid domi geratur, ignorat. Periclitatur in tali ſine dubio pudor, & omne ſecre
tum quod ſobrietas in fœminis cuſtodit, temulentia publicat. Quæ cum humi fue-
rit vertigine rapta lectoq; proſtrata, circumcurſare ſibi cunctos conſpicit parietes,
culminaq; domus in imo, & ima in altum putat eſſe porrecta, & velut ſepulta ſomno
recipitur. Lectiſternia vero quæ ab infantibus contumelijs deformantur, a cunctis
218 fœminis vel ancillis non iam occultis ſed videntibus cachinnis talis dominæ temu-
D lentia deridetur. Sic itaque tranſeunte tempore & ebrietatis vitio permanente de
eius corde omnis euolat timor, nec correptionem, nec terrorem ſæpe obiurgantis vi-
ri cogitat, aut vigorem. Inde quotidie neglecta domus per illapſum tempus ornatu
quotidiano in tantum deſtruitur, vt ſemper ſibi maritus morte exoptet, cuius labor
gubernatioq; ſub tali domina quotidie minuitur, & in lapſum venit. Non eſt cũ qua
quippiam de cura domus conferatur, vt in melius aliquid diſponatur, quia f vxoris
nomen tantum, non mores oſtendit. Nihil ea diſponente, maritalis quotidiana cura
non ſine triſtitia fatigatur, quia velut iuncti in vehiculo boues, ſi vnus conari ſub
onere ceſſet, alterum conatu dirumpet. Vinolentia igitur dominæ ſubtractis loco-
rum clauibus, omnia tentantur, cellariorum plenitudo furtis quotidie ſeruilibus ma
nitur, indiſciplinataq; familiæ clamoribus domus omnis pſtrepit. Lanificij vero aut
negligens, aut nulla, aut abominabilis efficitur cura. Tali enim dominæ ancilla cha-
rior atq; amabilior erit, quæ capaciorem poculum porrexit, quam quę penſum inte
grum ante veſperum aſsignauerit. Catinis. n. aut varijs perſinisq; coloribus in vino,
non in tunicis delectatur, & non veſtium faciendarum, ſed vini quærit allatam men
ſuram. Non tuendæ caſtitatis cauſa telas ad texendum erigit, quæ vſum telę olim de
domo per ebrietatem amiſit, & telas quas ancillis ociatibus ſubtraxit, texendas ara-
218 neis dedit. Hæc cum cibos capit, vix comedendo ſemiunciam panis attingit, & pocu-
E la deinceps abſorbet, & propterea pulmẽtorum ſibi cataplaſmata quęrit. Hęc quãdiu
vigilauerit, bibit: aut ſi obdormierit, ſitis ei ſomnum abrumpit. Sed adhuc quid im-
moror? Si ebrietatis voluero cuncta vitia enarrare, ante me tempus deficiet, cum po
tiora in Eccleſiaſtico Salomonis ſpiritusſanctus clamet, dicens, Mulier ebria, ira eſt Eccle. 26.
magna, & contumelia & turpitudo eius non tegetur. Et de vtroq; ſexu, Multos, ait, Eccle. 31.
exterminat vinum: & iterum, Prudentiam abſorbet ebrietas: & iterum, Vinum mul-
tum potatum, iritationes & iras & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum
multum potatum. Quare vt finem libri faciam, ſummatim cuncta perſtringam. Per
vinum enim caſtitas ſubmerſa eſt, & plurima corruptoribus turbæ deceptæ ſunt.
Multæ virginum etiam pellente vino thori genitalis oblitę, pudicitiam ſuam adulte-
ris tradiderunt, & cum mœchis de morte pactæ ſunt maritorum. Quamplures im-
plente vino præcipites indecentibus ſe conuentibus polluerunt, & de genitoribus
aut genitricibus, de filiis aut filiabus, de fratribus aut ſororibus, de generis aut nuri-
bus per nefandos, vt dictum eſt, concubitus ſibi filios genuerunt. Per vinolentiam n.
218 plurimi plurimæq; a ſancto propoſito exciderunt, & ſui obliti amiſsis honori-
F bus ignobiles remanſerunt, & ſedibus patrijs profugi, vitam non vbi ſumpſerunt fi-
nierunt. Per hoc quippe vinum ſortes ab infirmis eliſi ſunt, & in mortem quãplures
ictu mulnebri proſtrati: & inuicti exercitus vino dominante extincti ſunt, & ſeruitu-
tis iugo ſubacti. Innumerabiles iugum domationis diu recuſantes, vinolentia in alie
num redegit arbitrium. Conſuetudine vini quamplures in inſaniam ſunt conuerſi,

ac mentis durante insania ab humana conuersatione seiuncti, ferino sunt plerunq; dente consumpti. Quamplures vini immoderatus excessus ex diuitibus pauperes reddidit & egenos. Infiniti numero vino impellente iniusta impiaq; homicidia commiserunt. Quamplurimæ vrbes diu obsessæ nec captæ, custodib. somno vinoq; sepultis, ab hostibus patefactæ sunt & incendijs concrematæ. Sunt quoq; alia multa nephanda & innumera, quibus per ebrietatis vitia mundus iste dudum frequenter est vexatus, & nunc vexatur: quarum rerum si de dñicis vel secularibus libris vellem ad singula exempla personasq;, per quas res gestæ sunt, proferre, enormitas libri legentibus fastidium afferret. Nos tamen in hoc opere propterea sacerdotibus & leuitis viru
218 perationem simul & admonitionis initium fecimus, nẽ ab hac inuectione, qua cu-
G ctos huic vitio deditos de correptione confundimus, immunes forte clericos, aut dei ministros facere videremur, quibus magis conuenit, vt qui populum à diuersis culpis abstinere docent, ne in aliquod vitium aut culpam cadant, cauta obseruatione procurent, & eos iusta increpatione Apostolus obiurget dicens, Aestimans aũt, ô hõ qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, qm̃ tu effugies iudicium dei? Item, Qui alium doces, teipsum non doces: Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Et cætera quibus arguit eos qui à vitijs, quibus prohibent, ipsi se non abstinent: & in quo alios iudicant, seipsos condemnant. Quare omnibus clericis, & laicis in diuersis huius mundi dignitatibus constitutis, hunc libellum frequentius lectitandum suademus, vt cũ moribus bonis & sobrietate deo gratus quis profecerit, de correptione nostra, in dño deo lætus semper exultet, agens deo gratias per dominum nostrum Iesum Christũ, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

FINIS.

218 H

TRACTATVS QVI SPECVLVM PECCATORIS INTITVLATVR.

De eo qđ ã deo nobis per Moysen dicitur: Vtiuã saperent &c. Cap. 1. Deut. 32.

Voniam charissimi in via huius vitæ fugacis sumus, dies nostri sicut vmbra prætereunt. Necesse est igitur corde solicito sæpius
218 memorari, quod nostra fragilitas, nostra mortalis infirmi-
I tas toties cogit obliuisci. Quid est istud quod ipse omnipotens deus noster in sua gratia volens profectum, per beatũ Moysen nobis consuluit dicens, Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent? Eia frater mi, ecce fœliciter possumus euadere mortis periculum, si diligenter studeamus sequi diuinum consilium, quod nobis intimat dñs dicens, Vtinam saperent: & cętera. O fœlix & vtile consilium, mortis remedium, salutis antidotum, peccatoris speculum, vtinam saperent: & cætera. O salutifera nostri redemptoris sententia, ex qua nobis instructio sapiæ, admonitio cõtinentię, speculum prouidentiæ, exultatio pœnitẽtię, acquisitio diuinę gratiæ datur. Ait ergo, Vtinam saperent: & cętera. O admiranda bonitas nostri creatoris, ô ineffabilis charitas nostri redemptoris, ô prædicanda humanitas nostri saluatoris, nos serui nequam sumus, serui negligentes, serui inutiles, qui nostris exigentibus meritis mortem meruimus potius q̃ vitam. Ecce pius author, ipse dator venię, ipse largitor gratię, nos inuitat ad salutem dicens, Vtinam saperẽt: & cætera. Quis nisi periturus

218 homo hæc audiens, ista considerans, non vehementissime gratuletur, & vltra q̃ fari
K possit, exultat in gaudio spiritus in vtero eius, q; ipsi omnipotenti deo, ipsi regi cœlorum, ipsi domino angelorum, ipsi creatori omnium creaturarum cura est de nobis infirmis ac miseris mortalibus? Cura ergo maxima nobis inesse debet, quatenus prę omnibus & supra omnia sacris eius præceptis diligenter obediamus, & ea deuote diligamus, & studiose eadem impleamus. Væ nobis in perpetuum, qm̃ teste Apostolo, 2. Cor. 15.
Miserabiliores omnibus hominibus erimus ac deteriores, si hæc non fecerimus. Vere ad obsequenda domini mandata ociosi & inanes exististimus, nisi in primis oĩa odio habeamus, quæ ipsi domino displicere cognoscimus: & illa fideli corde diligamus, qnæ tremendæ eius maiestati placere credimus. Proinde die noctuq; exorandus est ipse clemens & misericors deus & dominus, vt nobis largiatur auxilium, qui suum tam salutare præstare dignatur consilium dicens, Vtinam saperent. Valde mira & vtilis est sententia illa non semel tantum, sed sæpius repetenda, Vtinam saperent, &c.

Frater mi charissime, intellige quæso quæ legis. Consideratio enim huius sententiæ, destructio est superbiæ, extinctio inuidiæ, medela malitiæ, effugatio luxuriæ, euacuatio vanitatis & iactantiæ, constructio disciplinæ, perfectio sanctimoniæ, præparatio salutis ęternæ. Ait ergo, Vtinam saperent, & cætera. Heu heu quã pauco-
218 rum est ista virtus. Pauci sunt qui salutarem hanc saluatoris nostri sapiant sententiam. Pauci sunt, quibus est ante oculos propriæ fragilitatis cognitio, corruptibilis carnis corruptio, peccatorum recordatio, instantis mortis meditatio, feruentis gehennę putei consideratio. Ecce quàm vtile speculum peccatorum. Re uera chare frater, si te sæpius in huiusmodi speculo prospexeris, eris absq; dubio Samsone fortior, Dauid cautior, Salomone sapientior. Illi autem in hoc speculo se sæpius considerare neglexerunt, ideo in carnis suę desiderijs cæcati corruerunt. Igitur si tanti viri tam horribiliter lapsi sunt in culpam, quibus tanta affuit fortitudo & sapientia, quãta cautela, quantoq; studio nobis est vigilandum, quibus inest tanta debilitas, tantaq; imperitia? Porro isti tres viri ualidi ideo leguntur in sancta ecclesia, vt fidelibus non ad exemplum sint ruinæ, sed ad speculum cautelæ, quatenus nemo nostrum in sua confidat fortitudine, nemo præsumat de sua sapientia, imo semper reatus nostri conscij, semper de nostra salute simus soliciti, nunquam nostræ corruptionis & nostræ mortalitatis obliti. Qui vero huiusmodi verba negligenter attendunt, non sapiunt, nec intelligunt, nec nouissima prouident, & sic in mortem & damnationem uadunt. Vt igitur mens nostra circa prudentiæ studium
218 euigilet, dominica nos hortatur sententia dicens, Vtinam saperent: & cætera.
M Hanc admonitionem omnino salutiferam, oculo rationis considera charissime, non in transitu, sed cum studio & deliberatione sępissime reuoluendo, quia sicut thus non redolet nisi ponatur in igne, ita nulla sacrę scripturæ sententia, nisi cocta sit in corde. Vtinam saperent; & cætera. Ecce hic frater mi, tria in hoc versu proponuntur. s. scientia, intelligentia & prouidentia. Vult ergo deus vt scias & intelligas, insuper & prouideas. Vult vt scias vitam præsentem fugitiuam, periculosam, breuem, miseriis tabescentem, vniuersæ vanitati subiectam, peccatorum sordibus pollutam, cupiditate corruptam, in breui perituram, vt quanto infœlicior mundus iste esse cõspicitur, tanto facilius pro amore cœlestis patrię contemnatur. Vult itaque deus vt fragilem tuam conditionem intelligas, sic meditando videlicet, quia nudus egressus es ex vtero matris tuæ, & nudus reuerteris illuc: qnia terra es, & in terram ibis: in huius vitæ miseriam nudus intrasti, lugens dies tuos in dolore & ærumna pertransisti, cum luctu & labore hinc exiturus es. Intelligas ergo quantum sit exitus & ingressus tuus flebilis, progressus tuus debilis, & egressus horribilis. Intelligas ergo quantum sis in hac valle miseriæ exul & egenus, virtutibus pauper
219 & mendicus, labilis & infirmus, ac in proximo moriturus. Frater, fœlix eris,
A si huiusmodi admonitionem intelligas, & in corde tuo quasi in libro scribas, & hanc vnam quam tibi trado regulam, seruare studeas. Viue deo gratus, toti mundo tumulatus, crimine mundatus, semper transire paratus. O q̃ btus vir, cuius anima circa hmõi studiũ euigilat, q̃ prudẽter sapit & intelligit, ac nouissima prouidet. Charissime & tu fac similiter. Legisti iã in hoc speculo peccatoris, qd sane sapias, qd

De speculo multiplicis considerationis: de exẽplo Sãsonis, Dauid & Salomonis. Cap. 2.

Versus. Psal. 38.

iutelligas, restat vt nouissima prouideas. Ora ergo, & dic cum Proplieta, Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum qui est, vt sciam quid desit mihi. O vtilis oratio, o fœlix contemplatio, o necessaria postulatio. Nō plane tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate præscire deposcas, sed ꝙ sis aduena & peregrinus in huius peregrinationis ærumnosę exilio, homo infirmus & exigui temporis super terram, intelligas & cognoscas. Ergo, Vtinam saperent scilicet pecata præterita quam sint amara, Vnde Ieremias, Vide quam amarum est malum, dereliquisse te deum tuum, malum est in culpa, & amarum est in pœna. Et intelligeret scilicet præsentia quam sint vana. Ecclesiastices, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et nouissima prouiderent: Prouiderent cōtra sterilitatem futuram sicut Ioseph. Vnde Salomon, In omnibus operibus tuis memorari nouissima tua, & in æternū nō peccabis. Reuera charissime frater, si præsentis vitæ tuę breuitatem attendas, & quid tibi deest in agenda deo condigna pœnitentia, in disciplina præceptorum eius obseruanda, in sanctitate coram ipso proficienda, saperes & intelligeres, & mortem ante oculos prospiceres, procul dubio mox sine mora, spretis pompis, postpositis mundi curis, despectis carnis illecebris, proiectis voluptatibus, contemptis delitiis, in tui custodia vigilares, ac nouissima prudenter prouideres. Sapientis enim est, non tam cuiuslibet rei principium prospicere, quam finem exitumq; prouidere. Deniq; fœlix esse comprobatur, qui sic cogitat de supplicio ante supplicum, vt postea supplicii effugiat periculum. Dicis ergo mihi, Paratus sum præ omnibus acquiescere diuino consilio, vt sapiam & intelligam, ac nouissima prouideam, sed quæ sunt mea nouissima? Illa vtique de quibus spiritussanctus tibi per Salomonem loquitur dicens, Fili in operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Non melius poterit caro luxuriosa domari, quam qualis erit post mortē prēmeditari, & si huiusmodi assiduam habueris meditationem, fœlicem te dicent omnes generationes. Meditatio enim nihil est quam mentis ditatio. Peroptime ergo mens tua ditatur, quādo contra cuncta aduersantia prouidentiæ scientia illustratur. Legitur in poeta, quòd, Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, quod ex omni parte ita potest intelligi quod mentis suę circunspectionem & prudentiam possidebat. Igitur si tantæ studio cautelæ pollebat poeta paganus, multo fortius puriorem prouidentiæ oculū debet habere clericus Christianus. Esto ergo alter Argus, imo illo cautior, illo studiosior, illo prouidentior, vt sapias & intelligas, ac nouissima prudenter prouideas. Sed quę sunt nouissima tua, quę prouidere solicite debes? Summa totius prouidentię est vtique illa terribilis hora, in qua misera anima tua ex hoc corpusculo corruptibili timens est egressura. Frater crede mihi, ad huius rei tremendā considerationē maluisse debueras prouidentiā possidere, quam totius mundi damnationem. Vtinā ergo saperes & intelligeres quę mūdi sunt, & prouideres quæ inferni sunt, profecto deum timeres, superna appeteres, mundum contemnēres, & infernum horreres. In illa nimis metuenda extrema hora tua, qui amicorum, quis parentum tuorum veniet cum gladiis & armis auxilium ferre? Non enim erit tunc qui consoletur te ex omnibus charis tuis. Respicientibus etiam ad auxilium & adiutorium hominum, sed refugium tuum tantummodo est apud deum. Cogita igtur tecum, charissime: quo timore timendus, quo amore diligendus, quo honore reuerendus sit ipse dñs Iesus Christus deus noster, qui salutis præsidium solus præstare poterit post mortem. Reuocer go, fili mi, sedulis in memoriam illum extremū exitus tui diem, & antequam misera anima tua de carcere carnis exeat, prouideas quo vadat. Istiusmodi recordatio contritionem concipit, contritio compunctionem parit, compunctio contemplationem scilicet pium & humilem affectum in pium deū, videlicet ex fiducia & adiutorio diuinę bonitatis & clementiæ humilem considerationem propriæ fragilitati & miserię. Hic lector attende, quid enim est in omni scientia, quod hominem prouocet facilius ad sui custodiam & omnem iniustitiam expellendam, ad sanctitatem in timore dei perficiendam, quam suæ corruptionis consideratio, suæ mortalitatis certa cognitio, postremo tremendę mortis suæ recordatio? Quando enim homo fit non homo, hoc est, quando ægro. escit, ęgrotando ægritudo crescit, peccator expauescit, cor contremiscit, caput obstupescit, sensus euanescit, uirtus exarescit, vultus pallescit, facies nigrescit, oculus tenebrescit, auris surdescit, nasus putrescit, lingua fatescit, os obmutescit, corpus tabescit, caro marcescit: tunc carnis pulchritudo fœtor efficitur, & putredo tunc soluitur in cinerē & vertitur in vermē. Post hoiem vermis, post vermen fœtor & horror: sic in non hoiem vertitur ois homo. Ecce frater mi charissime, ecce satis horribile spectaculū, qm nulla artis medicina, nulla ꝙ doctrina sic superat superbiam, nec sic vincit malitiā, nec sic extinguit libidinē, nec sic mundi calcat vanitatē, sicut hmōi horrendę mortis recordatio. Vtinā ergo saperent. Et qd huic mundo tm vilescit, sicut hō cuius corpus cū sit exaie, non permittitur esse intra domū triduo præ fœtore, sed vt vile stercus foras proijcitur, & in profundo terræ absconditur. Erubescat ergo, quia vermibus datur, cadauer efficitur. Erubescat ergo superbus & insœlix peccator, & timeat, elatione cæcatus, ira inflāmatus, impatientiæ vitio fœdatus, scientia inflatus, cui plus placet ars Aristotelis, ꝙ scia de Apostolis, plus codex Platonis ꝙ liber diuinus, quē nulla lectio lætificat, nulla scia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grāmaticè conceptus, dialecticè imaginatus, rhetoricè purpuratus. Stultus es, qui hæc ignoras, & erras, qm qui talia agunt, & in talibus dies suos consumunt, peccatū sibi generant, & mortē parant, quia ex simili studio similē concipiunt sciam, hoc est, folia colligunt, non fructus. S. verba, & nō virtutes: verba. n. in ventū pferunt, & aerē verbis verberant, verbositatē sonant, iactantiā ostentant: de quibus p Psalmistā dr, Turbati sunt & moti sicut ebrius, & ois sapia eorū deuorata est. Sicut. n. hō ebrius nescit qd agat, aut quò vadat, eo ꝙ seipsum ignorat: ita insipientes clerici seculares in hñdo hmōi sciam se cōturbant, libros deuorāt, sñias multiplicant, sed quid agāt penitus ignorāt, quia ad quē finē miserū tradāt, miseri non attendunt Si. n. fugientis vitæ suæ breuitatē ppendissent, si dāna dierū suorū ante oculos conuertissent, si quē tremendo iudicio, non tm de mortuis eorū operibus, imò de oi verbo otioso ꝙ districte rnsuri sunt, prę quidissent, mox terrore pterriti, mox diuino amore percusi vana huius vitæ studia reliquissent, & de studio vanitatis venissent ad studiū veritatis, & de studio stultitiæ ad studiū sapiæ, hoc est, de studio curiositatis ad studiū sanctę humilitatis, sed schola luxuriæ & prauitatis ad scholā munditiæ & sanctitatis, hoc est de vita fornicationis ad vitā beatæ religionis. i. de domo conuersationis mundanæ ad domū sanctæ disciplinę. Vnde ipse Spūssanctus p prophetā peccatoribus precipit, dicens, Apprehendite disciplinā, ne qn iratscatur dñs. O ꝙ terribilis est snia & nimis metuenda his qui disciplinā nō apprehendunt: ex hac Spūssancti snia patet ꝙ peribunt. Hinc est quod dñs p Moysen ait, Ois aīa, quæ non fuerit afflicta die, hac peribit de populo meo. Notanda sunt attentius verba ista diuina, Aīa, inquit, quæ non fuerit afflicta, subaudi, per disciplinam, per morū correctionē, per pniæ satisfactionem, per cordis contritionem, per consciæ purificationem. Et dicebat, die hac, in præsenti tpe grāe, sed die huius vitæ: qm qui non suscipit mō tps pniæ, post mortem non inuenit locum indulgentiæ. Quapp time tu peccator, tu caro superba, tu vile cadauer, quē adhuc viuentē vermes quotidie corrodunt, qui de tuo corruptibili corpusculo generantur: contremisce superbiā, proijce vanitatē, fuge luxuriam, apprehende disciplinā ne pereas. Vide in hoc speculo qui es, & quid eris, cuius conceptio tabes menstrua, origo lutum, putredo finis, Vtinam ergo saperes, & cætera. Ecce miser, causas mille dolorum habes, & adhuc superbis. Iterum te frater cō moneo, vt quicquid agant alij, sis memor ipse tui, vilescat tibi mundus plus q̄ tu mūdo. Huius igitur tantę calamitatis miseriā considera attentius, & cum Propheta ingemiscens dicito, Iniquitatem meam annūciabo, & cogitabo pro peccato meo, Qm̄ ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Iterum dic cū Apostolo, qui fragilem humanæ conditionis statum deplorabat dicens, Infœlix ego hō, quis me liberabit de corpe mortis huius? Hęc salutifera Apostoli snia exigit prudentem lectorē. Adhuc corpore Apostolus vixit, qn tamen corpus mortuū noīauerat, qa qui sapiens est, iā mortē ante oculos considerat, iā se mortuū reputat, cum se moritum pro certo sciat. Attende ergo in illa terribili hora, de qua loquimur, misera peccatoris aīa, quando de mundo exitura & itura es, aderunt mox ministri maligni illi. s. maledicti diaboli: illa vera tartarea monstra, illi spūs terribiles & pessimi, velut leones rugientes vt rapiant prædam, sed tuam peccatricem & miseram animam, tunc

Ierē. 2.
Eccle. 1.
Geue. 41.
Eccle. 7.
De nouissimorū rememoratione. Cap. 4.
Eccl. 7.
De hore mortis terrore. Cap. 5.
Threno. 1
219 B
219 C
219 D
219 E
218 H
219 I
Psal. 106.
Psal. 2.
Leuit. 23.
Psal. 37.
Rom. 7.
De horrore dānandę aīę tam ex dæmonum aspectibus q̄

De studiorū vanorū vanis insectatoribꝰ. Cap. 6.

iudicis ira proueniẽte. Cap. 7.

horribilia patebunt loca, pœnarum chaos, & caligo tenebrarum, horrorum miseriæ, & tribulationis tremor, timor angustiæ & confusionis, dolor horrendæ visionis, tremor tremendæ mansionis, locus flentium, vbi stridor dentium, vbi morsus vermium 210 E vbi clamor dolentium, vbi luctus gementium, vbi est vox clamantium peccatorum, & dicentium, Væ væ nobis filiis Euæ. Cũq; hæc & his similia, imo milliesies plus q̃ dici possunt peiora, de corpore egressura misera anima, imò misserrima audierit, viderit, & senserit, qualis quantusq; & q̃ magnus terror & timor ac tremor erit in ea, quæ lingua potest dicere, quis liber exponere? Quid tunc proderit scientiæ iactantia, seculi pompa, mundi vanitas, terrenę dignitatis cupiditas? Nunquid proderunt luxuriæ, appetitus cibi exquisitus, potus delicatus, vestis curiositas, calciamenti speciositas, carnis mollities, ventris ingluuies, ciborum superfluitas, crapula & ebrietas, domorum constructio, præbendarum acquisitio, diuitiarum aggregatio: nunquid omnia ista poterunt aĩa miseri hoĩs eripere de ore horrẽdi & horribilis leonis, ac de faucibus maledicti draconis. Hanc vilem lectionem legat aliquis, sapiat sanè, & intelligat, & in corde suo retineat, qui est implicatus peccatis, amore mundi & carnis inebriatus & cæcatus, cui plus placet luxurioſi cadaueris venenosa voluptas, q̃ aiæ suæ sanitas, qui plus studet circa arcam q̃ circa Marthã, cui plus est de mundo q̃ de xp̃o, cui plus est de lege bouina, q̃ de lege diuina. Legat igitur lectionẽ insipiens ille qui eiusmodi est, & speculetur 219 in hoc speculo peccatoris spẽm suam, & consideret diligenter, vnde veniat, quid sit, L & quò vadat, perpendat ex premissis, per quã semitã vehementer metuendam, per qd iter tenebrosum, per quorum horrendas manus misera eius aĩa transitura est. O stulte peccator, qui ista considerare nescis, siue præmeditari non vis, & quia ista præuidere negligis, ideo sæpe te inuadit superbia, exagitat ira, excruciat malitia, vulnerat inuidia, inflammat luxuria, fatigat pigritia, ligat auaritia. Et quoniam horrenda imminentia tibi tormenta prudenter non prospicis, id circo contumax, iniurioſus, obstinatus sæpe efficeris piger, acidioſus ad opus diuinum accedis, illud negligẽter & desidioſe agis. Quare hoc? Quia non vis prouidere quò vadis, quia si ille serpens venenoſus diabolus & satanas ausus fuit cum furore impetum facere in sanctissimã beati Martini animam, qui erat, vt dicitur, gemma sacerdotum, quam fœlicem animã præsentibus angelis euntem in cœlum curabat impedire: quo timendum est tibi peccatori, & trementer præmeditandũ, q̃ horribiliter occurret miserę animæ tuæ ille doli artifex, ille filius iniquitatis, ille animarum hostis amariſsimus: quo poteris stare ad horrendum aspectum tremendi vultus eius, ad intolerabilem fœtorem oris eius, ad 219 flammas sulphureas oculorum eus? Certus esto, q̃ timor huius horrendæ bestiæ oẽ M genus tormentorum superat, plus q̃ in hoc mundo cogitari queat. Quod Propheta

Psal. 63.

pauidus expauescens ad orationem confugit dicens, Exaudi deus deprecationẽ meã cum deprecor, & à timore inimici eripe animam meã, Non dicit, à potestate, sed a timore. Quare? Ad insinuandum q̃ maxima iam sit pœna, q̃ horribilis, q̃ intolerabilis sit terror ipsius inimici. Heu heu frater mi, si talis & tantus tremor est aiæ peccatrici ex solo satanæ visu, quanta confusio, quantusq; horror, quanta afflictio, quanta lamentatio erit eius consortium? O stulti filii hominum, vani filii hominum mentientium. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Et, Odibiles sunt deo

De insipiẽtia & puersitate speculum nõ inspicientium. Cap. 8. Psal. 138. Eccl 12.

impius & impietas eius. Vnde Psalmus, Nonne qui oderunt te domine, oderam, & cætera. Perfecto odio oderam illos. Item, Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Quare tam horrendam tamq; horribilem non circunspicitis miseriam? quare non proijcitis superbiam? quare non extinguitis auaritiam? quare non contemnitis luxuriam? quare mores vestros non corrigitis? quare mandatũ dei saluti ferumq; eius consilium negligenter auditis? quare non sapitis & intelligitis, ac nouissima prouidetis? Hinc est q̃ nos peccatores terribiliter deus alloquitur, dicens, 220 Ego, inquit, in interitu vestros ridebo & subsannabo vos, cum in vobis quod timebatis aduenerit, O q̃ metuẽda est illa dñica snia. Vtinã lector sapet, & in palato cordis

Prou. 1.

ruminaret, quantũ contineat amaritudinis, q̃tumve formidinis, quia reuera si sciret, omni hora vitam suam cautius custodiret. Si dicis forsan q̃ derisio & subsannatio non cadunt in ipsum deum, nec eius reuerenda sanctissimaq; simplex natura huiusmodi passiones siue ironias admittit, cur ergo ab oipotenti deo peccatoribus dicitur,

Ego in interitu vestro ridebo? Attende qui interrogas, quomodo dicta tibi debeat exponi sententia. Ego in interitu vestro ridebo: hoc est, cum finis vester venerit, vos derisione dignos clamabo & cũ irruerit super vos repentina calamitas, subsannabo, 220 ideſt cum amara mors non momorderit, æterna subsannatione dignos dãnabo. Audi tu peccator terribilem sniam, quam si intelligeres, sine dubio expaueſceres. Sed quare non intelligis? Quia scripturas sacras negligenter legis, actus tuæ vitæ malæ quos facis, peccataq; cõmittis, facta & dicta opera tua mala non sapienter respicis: velox ad mensam, tardus ad Ecclesiã, potens ad potandum, sed æger ad psallendũ, pervigil ad fabulas, somnolentus ad vigilias: procax ad loquẽdum, sed tardus & mutus ad canendum; promptus ad iram & detractionem, piger vero ad orationem, inuidiæ amator, pauperum Christi persecutor: festucam in alieno oculo respiciens, sed trabẽ in oculo tuo non considerans, cæteros reprehendens, teipsum non considerans: alios vituperans, te collaudans, malitiæ inuentor, disciplinæ destructor, amicus vitiorũ, hostis virtutum. Hęc sunt quæ hoiem excæcant, & a deo ipsum separãt, hæc sunt quę monachum conuersum efficiunt peruersum, clericum hæreticum, Christanum anti christum. Qui. n. xp̃ianus non est, antichristus est. Non est Christianus, qui vita & moribus xp̃o est contratrius. Heu heu vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit. Et ideo dicit Propheta, Simul insipiens & stultus peribunt. Sed quæ distantia est inter insipientem & stultum? Omnis stultus est insipiens. Insipiens enim dicitur quasi non sapiens. Multi enim manent qui sapientes non sunt, tamen stulti non sunt. Multi iusti sunt, & multi iusti non sunt, & tamen iniqui non sunt. Vis noscere quis sit insipiens, & quis stultus? Respondeo, Insipiens est, qui se a paradisi gaudiis peregrinum esse non considerat, & se exulem in hoc exilio non attendit: stultus est, qui licet ista cognouerit, liberari tamen a mundi miseria per vitæ meritum non intendit. Item insipiens est qui non credit futura supplicia reproborum esse perpetua, & gaudia iustorum æterna: stultus autem est, qui licet credat, tamen vt mortem perpetuam euadat, & gloriam æternam caste viuendo, pieq; conuersando acquirat, non intendit. Iusto igitur dei iudicio simul insipiens & stultus peribunt. Quod tamen nõ fierent si saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Ecce frater mi, iam vidisti, in hoc speculo peccatoris, qd̃ sapias, quid intelligas, quomodõ nouissima prouidere debas, superest igitur vt diligenter discas & in corde firmes, vt sane sapias, & recte intelligas, quomodo nouissima tua prudẽter prouideas, vt per hęc ęternã damnationem euadas, & cum domino nostro Iesu Christo vitam æternam possideas. Amen.

Insipiẽs & stulti quo differant.

Finis.

220 C

DE POENITENTIAE MEDICINA LIBER VNVS.

220 D

QVamt si vtilis & necessaria pœnitentiæ medicina, facilime homines intelligunt, qui se homines esse meminerunt. Scriptum est enim Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et dñs in Euãgelio dicit, Qui se exaltat, humiliabitur. Magisq; iustificat' descendit de templo ille publicanus pctorum cõfessione solicitus q̃ pharisæus meritorũ enumeratiõe securus, q̃uis ẽt grãs egit deo dicẽs, Deus gratias ago tibi, qa nõ sum sicut cæteri hoium rapto res, iniusti, adulteri, quo & publicanus iste, Ieiuno bis in sabbato, decimas do oium

Qd ad pœnitentiam via existat humilitas & lacrymę Cap. 1. Iac. 4. Luc. 14. Psal. 137.

quæ posſideo,& tamen ei prælatus eſt ille qui a longe ſtabat, neq; oculos cœlũ ſeuare audebat,ſed percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori Non enim tam ille phariſæus ſanitate,quam morborum alienorũ comparatione gaudebat: Vtilius autem illi erat,quoniã ad medicũ venerat, ea de quibus ægrotabat,confitendo monſtrare,q̃ diſſimulare vulnera,vt de cicatricibus auderet gloriari. Non ergo mirũ ſi publicanus magis curatus abſceſsit, quem non puduit oſten 220 E
Lucæ.18. dere quid doleat. In rebus quippe viſibilibus, vt excelſa quiſq; contingat in excelPſal.33. ſum erigitur. Deus aũt cui oĩum ſit excellentiſsimus, non elatione, ſed humilitate contingitur. Vnde per Prophetam dicitur,Prope eſt dominus omnibus qui obtriue runt cor. Et iterũ,Excelſus eſt dominus,& humilia reſpicit,& alta a lõge cognoſcit. Excelſa ipſe poſuit pro ſuperbis. Illa ergo reſpicit vt attollat, iſta cognoſcit vt deprimat & deiicia t. Cum enim ait,q̃ a longe excelſa cognoſcit, ſatis eum oſtendit humilia de proximo attendere,ipſum tamen deum excelſum eſſe prædixit. Solus.n.deus arrogans non eſt,quãtacunq; ſe prædicatione laudauerit. Non igitur arbitretur ſe ab oculis dei abſcondi quantacunq; ſuperbia. Deus enim excelſa cognoſcit, Nec ſe rurſus deo coniunctam putet,excelſa.n.a longe cognoſcit. Quiſquis itaq; penitentiæ humilitatem recuſat,deo propinquare non cogitat. Aliud eſt.n.leuare ſe ad deũ, aliud eleuare ſe contra deũ. Qui ante illum ſe proiicit,ab illo erigitur, qui aduerſus illum ſe erigit ab illo proiicitur. Alia eſt ſoliditas magnitudinis, alia eſt inanitas inflationis. Qui foris tumeſcit,intus tabeſcit. Qui eligit abnici in domo domini, magis 220
q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ,eligit eum deus vt inhabitet in atriis eius. Vn F
de in Pſalmis, Beatus vir cuius eſt ſuſceptio eius abs te domine. Ne putes eum qui ſe
Pſal.83. humiliat ſemper iacere,cum dictum ſit,exaltabitur,Et ne opineris, eius exaltationẽ in oculis hominum per ſublimitates fieri corporales. Cum n.dixiſſet, Beatus vir cu ius eſt ſuſceptio eius abs te domine,conſequenter annexuit, & oſtẽdit eiuſdẽ ſuſceptionis celſitudinem ſpiritalẽ, Aſcenſus inquit, in corde ſuo diſpoſuit in conualle
Luc.14. plorationis,in locum quem diſpoſuit. Vbi ergo diſpoſuit aſcenſus in corde? In conualle plorationis,hoc eſt, Qui ſe humiliat,exaltabit. Sicut enim aſcenſus exaltationẽ indicat valles humilitatẽ,& conualles plorationes. Sicut enim comes eſſe pœnitentiæ dolor creditur,ita lacrymæ ſunt teſtes doloris. Optime aũt ſequitur & dicit, Etenim henedictionem dabit qui & legem dedit. Ad hoc.n.lex data eſt, vt ſuperbo infirmitatem ſuam notam faceret, infirmo pœnitentiam ſuaderet. Ad hoc etiã lex data eſt,vt vulnera oſtenderet peccatorũ,quæ gratię benedictione ſanaret. Ad hoc etiã .ex data eſt,vt diceremus in conualle plorationis, Video aliam legem in membris
Rom.7. meis,repugnantẽ legi mentis meæ,& captiuantẽ me in lege peccati,quæ eſt in mẽ 220
Pſal 45. bris meis. Et cum ipſo ploratu clamaremus,Infœlix ego homo quis me liberabit de G
corpore mortis huius? Et ſuccurret nobis exaudiente deo qui erigit eliſos, & ſoluit compeditos,illuminat cæcos,gratia dei,per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrũ. Tres aũt ſunt actiones pœnitentiæ,quas mecum veſtra eruditio recognoſcit. Sunt.n.vſitatæ in Eccleſia,& diligenter attendentibus notę. Vna eſt, quæ nouũ hominem per baptiſmum parturit,donec ſalutaris omnium præteritorum peccatorũ fiat ablutio vt tãquam nato puero dolores tranſeant,quibus viſcera vrgebantur ad partum, &
De triplici & triſtitiam lætitia conſequatur. Omnis enim qui iam voluntatis ſuæ factus eſt ar
actione pe biter cum accedit ad ſacramenta fidelium,niſi eũ pœniteat vitæ veteris, nouã non
nitentie,ſ. poteſt inchoare. Ad hac pœnitentia cum baptizantur, ſoli pueri immunes ſunt, Nõ
pro pctis o dum n.vti poſſunt libero arbitrio. Quibus tamen ad conſecrationem remiſsionem
riginali, & quę originalis peccati prodeſt eorum fides,a quibus offeruntur,vt quaſcunq; macu
mortali a- las delictorum per alios ex quibus nati ſunt contraxerunt,aliorum etiam inter ro
ctuali. gatione ac reſponſione purgantur. Veriſsime quidem in Pſalmis plangitur, Ecce.n. 220
Cap.2. in iniquitatibus conceptus ſum,& in peccatis concepit me mater mea. Item ſcriptũ H
De pœni. eſt,Non eſſe mundum nec infantem in conſpectu dei,cuius eſt vnius diei vita ſuper
di.1 c. terram. Et Apoſtolus Petrus clamat Iudæis. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſ
Tres ſunt. quiſq; veſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Et dns. Pœnitentiam agite,ap
4. ſen. diſ. propinquabit.n.regnum cœlorum, De hac etiam Ioannes baptiſta plenus ſpiritu-
16.c. Præ- ſancto,præcurſor & præparator vię domini ita dicit, Generatio viperarũ, quis oſten

dit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Altera vero pœnitentis eſt,cuius actio per totam iſtam vitã,qua in carne mortali degimus, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt. Primo,quia vitam æternam,incorru dictis. De
ptibilem immortalemq;,nullus deſiderat,niſi eum vitę huius temporalis,corrupti- cõſe.diſ.4.
221 bilis mortalisq̃ pœniteat. Non n.ſic quiſque in vitã nouã per ſanctificationem ba- c. Ois qui.
l ptiſmi naſcitur,vt quemadmodum deponit ibi omnia peccata præterita,ita etiã ſta- Pſal.50.
tim mortalitatem ipſam carnis corruptionẽq; deponat. Quod ſi ita non eſt,reſtat vt Iob.25.
illud quod ſcriptum eſt,quod etiã quiſq; in ſe ſentit adhuc du m in hac vita eſt. Cor Acto.2.
pus quod corrumpitur aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio ſenſum Mat.3.
muſta cogitantem. Quod tũc in illa beatitudine quia nõ erit, cũ abſorbebitur mors Ibid.
in victoria,quis dubitet,in quacunq; temporali fœlicitate verſemur,pœnitere tamẽ Secunda a
huius vitę nos debere,vt ad illam incorruptionem tota auiditate curramus? Inde ctio pœni-
eſt illud quod Apoſtolus ait. Quãdiu ſumus in corpore,peregrinamur a domino, p tentiæ.
fidem quippe ambulamus & non per ſpeciem. Quis ergo feſtinat atq; optat ad pa- De pœni.
triam remeare,& illam per ſpeciem quæ eſt facie ad faciem contemplari, niſi quem di. 1.c.
peregrinationis ſuæ pœnituerit? Ex quo dolore pœnitentis etiam vox illa miſerabi- Tres ſunt.
lis erumpit & ſonat,Heu mihi quoniam peregrinatio mea longin qua facta eſt. Et ne
putes nondum fidelem iſta loqui,vide quid ſequatur, Inhabi taui cum habitãtibus Sapien.9.
cedar, Cum eis qui oderunt pacem, eram pacificus,cum loquebar eis, impugnabãt
me valde. Non ſolum hominis fidelis, ſed etiam euangeliſtæ firmiſsimi, & martyris
221 fortiſsimi hæc verba ſunt,Scimus autem quia etſi terrena domus noſtra huius habi 2.Cor.5.
k tationis diſſoluatur,ędificationem habemus ex deo,domum non manu factam, ſed
aternã in cœlis, Quapropter ſanctus Iob non ait eſſe tentationem in hac vita, ſed Pſal.119.
hanc ipſam vitam tentationem dixit eſſe,ita loquens. Nunquid non tentatio eſt vita hqmana ſuper terram? Quo in loco etiam myſteriũ lapſi hominis mirabiliter te- 2.Cor.5.
tigit dicens, Tauquam ſeruus fugiens dominum ſuum, & conſecutus eſt vmbram.
Non enim hæc vita dicenda eſt potius quã vmbra vitę. Nec immerito fugitiuus Adã Iob.7.
poſt offenſionem peccati abſcondit ſe a facie domini,tectus foliis arborum, quibus
opacantur vmbracula,tanquẽ fugiens dominum ſuum, & cõſecutus vmbrã, ſicut
dictum eſt. Quæ vniuerſa ad hoc dicta ſunt: nequis per baptiſmũ, quãuis iuſtificatus ſit a prioribus peccatis,tamen ſuperbire audeat,etiamſi nihil committat, Vnde
ab altaris participatione priuetur,quaſi iam de plena ſecuritate ſe iactans, ſed potius ſeruet humilitatem,quæ pene ima diſciplina xp̃iano eſt, Nec ſuperbiat terra &
& cinis,donec iſta nox tota tranſeat,in qua pertranſeunt omnes beſtiæ ſyluæ,catu- Ecc.10.
li leonum rugientes,quærentes a deo eſcam ſibi. In hac eſca Iob ipſe petitus eſt, qui Pſal.103.
dixit,Tentatio eſt vita hominis ſuper terram, Quæ quãuis ſingula non letali vulne Iob.7.
221 re ferire ſentiantur,ſicuti homicidium vel adulteriũ vel cætera huiuſmodi,tamẽ ſi-
L mul omnia congregata,velut ſcabies,quo plura ſunt necant, aut noſtrum decus
ita exterminant,vt ab illius ſponſi ſpecioſa forma præ filiis hominũ,caſtiſsimis ſeparent,amplexibus,niſi medicamento pœnitentię quotidiane deſiccentur. Quod ſi Mat.6.
falſum eſt,vnde quotidie tũdimur pectora? Quod nos quoq; antiſtites ad altare aſſiſtentes,cum omnibus facimus. Vnde etiam orãtes dicimus, quod in tota vita iſta
oportet vt dicamus,Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Non ea dimitti precamur,quæ iam in baptiſmo dimiſſa credimus, niſi
de ipſa fide dubitamus,ſed vtique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus
etiam ſacrificia eleemoſynarũ,ieiuniorum & ipſarum ſupplicationum ac orationũ
quiſq; pro ſuis viribus offerre non ceſſat. Quiſquis itaque ſe diligenter attendens,
nulla ſeipſum adulatione ſeducit,ſatis intelligit cum quanto periculo morti ſempi
ternæ,& cum quanta penuria perfectæ iuſtitiæ peregrinetur a domino, quãuis iam
in xp̃o,hoc eſt,in via conſtitutus,redire conetur. Nã ſi non habemus peccata & tun
dentes pectora,dicimus,Dimitte nobis debita noſtra: ex hoc ipſo certe & grauiter
nullo dubitante peccamus,cũ inter ſacramenta mentimur. Quamobrem inquantũ
221 deo noſtro fide & charitate conuectimur,& eum inquantũ poſſumus imitamur, nõ
M peccamus,ſed filii dei ſumus,inquantũ aũt ex occaſione carnalis infirmitatis, quia
nondũ morte reſoluta,nõdũ reſurrectione morte reſoluta,nondũ reſurrectione mu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tata est,motus reprehensibiles improbiq; subrepunt,peccamus. Quod fateri nos con
uenit,ne dura ceruice non languorum nostrorū sanitatem,sed damnationem super-
1. Ioan. 3. biæ mereamur. Vnde scriptū est,Et qui natus est ex deo,non peccat. Et quod in eadē 221
1. Ioan. 1. Epistola Ioan. legimus,Si dixerimus,quia peccatū nō habemus,nosipsos seducimus A
& veritas in nobis non est. Sed neq; facilius ab inimico deiicimur,q̄ cū eū superbien
do imitamur: nec vehementius eū prosternimus,q̄ cū humiliate deū sequimur,nec
Tertia ac- acriores ei dolores infigimus,q̄ cū plagas peccatorū nostrorū confitendo & pœniten
tio pœni- do sanamus. Tertia actio pniæ est,quæ pro illis peccatis subeunda est, quā legis de-
tentiæ. calogus cōtinet,& de quibus Apostolus dicit,Q̄m qui talia agunt,regnū dei nō pos-
Galat. 5. sidebunt. In hac vitę pœnitentia maiorem in se quisq; seueritatē debet exercere, vt
a seipso iudicatus,non iudicetur a dño,sicut ipse Apostolus ait, Si enim nosmeipsos
1. Cor. 11. iudicaremus,non vtique iudicaremur. Ascēdit itaq; homo aduersus se tribunal men
2. Cor. 5. tis suæ,si timet illud q̄d oportet nos exhiberi ante tribunal xpi,vt illic recipiat vnus
quisque quæ per corpus gessit,siue bonū seu malū. Constituat se ante faciem suam,
Psal. 49. ne hoc ei postea fiat: nam minatur deus hoc peccatori dicens,Arguā te & statuā con-
tra faciem tuam. Atque ita constituto in corde iudicio,si sit accusatrix cogitatio, te-
stis conscientia,carnifex timor,inde quidem sanguis animi confitētis per lachrymas
profluat: postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur,vt se indignū homo iu-
dicet participatione corporis & sanguinis dñi,vt qui separari a regno cœlorū timet
per vltimam sententiam summi iudicis, per Ecclesiasticā disciplinam a sacramento 221
cœlestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicii,ut alii ac B
cedant ad altare dei,quo ipse non accedit: cogitet q̄ sit contremiscenda illa pena, qua
percipientibus aliis uitā æternam,alii in mortē præcipitantur æternam. Ad hoc. n. al
tare quod nunc in Ecclesia est,in terra positum,terrenis oculis expositum,ad myste-
riorum diuinorum signacula celebrāda, multi etiam scelerati possunt accedere,cum
deus commendat in hoc tempore patientiam suam, vt in futuro exerat seueritatem
Rom. 2. suam. Accedunt. n ignorantes,quoniam patiētia dei ad præsentiam eos adducit: Illi
autem secundum duritiam cordis sui & cor impœnitens,thesaurizant,sibi irā in die
iræ & reuelationis iusti iudicii dei,qui reddet unicuique secundum opera sua. Ad il-
lud autem altare quō præcursor pro nobis introiit Iesus,quō caput Ecclesiæ præce-
sit,membris secuturis cæteris,nullus eorum accedere poterit. De quibus ut iam com
memoraui,dixit Apostolus,Quoniam qui talia agunt, regnum dei nō possidebunt.
Galat. 5. Quomodo ergo interiora uelit, & in illa inuisibilia sancta sanctorum intrare aude-
bit aut poterit,qui medicinam disciplinæ contemnens,noluit paulisper a uisibilibus 221
separari? Qui enim noluit humiliari ut exaltaretur, cū exaltari voluerit,deiicietur, C
& in æternum seiungetur ab æternis sanctis. Quisquis hoc tempore per merita obe-
dientiæ,& per satisfactionem præsentiæ non sibi prouident locum in corde sacerdo
Psal. 50. tis,qua fronte impudentiæ tunc uolet auerti faciem dei a peccatis suis,qui nunc to-
to corde non dicit, Quoniam facinus meum ego agnosco, & peccatum meum cōtra
me est semper? Quo pacto quæso deus dignatur ignoscere,quod in seipso homo de-
dignatur agnoscere? Aut illud quale est,in quo sibi blandiuntur,qui sua uanitate se
seducunt,perseuerantes in malitiis atque luxuriis suis,cum audiunt Apostolum di-
Marci. 1. centem: Quoniam qui talia agunt,regnum dei non possidebunt: audent sibi præter
Malac. 3. regnum dei,salutem quam desiderant polliceri,atque ita inter se loquuntur dum re
cusant agere præsentiam pro peccatis suis,& perditos mores suos in melius commu-
tare? Angeli ergo nuncii sunt. Nuncios aūt rectissime accepimus oēs, qui salutem cœ
lestem hoibus nunciant: vnde etiā Euangelistæ boni nuncii interpretantur. Et de
beato Ioanni bap. dictum est,Ecce mitto angelum meū ante faciē tuā. His ergo vt di
Matt. 25. cere cœperā exceptis,cætera oium multitudo,sicut in ipsius dñi verbis manifestum
est in duas ptes diuidetur. Positui us est. n. oues ad dexterā,hędos aūt ad sinistrā,& di
cetur ouibus,Venite bndicti patris mei,possidete regnū præparatū vobis a cōstitu-
tione mūdi. De hoc regno dicit Apostolus,Q̄m q talia agūt,regnū dei nō cōsequun 221
tur. Item ad impios,Ite,inqt in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. D
Ephe. 5. Quapp qui gaudet de nomine Christiano,& non cū oi obedientia & timore, audiat
Apostolū dicēte,Hoc. n. scitote intelligēres,q̄ ois fornicator,aut auarus, aut immun

dus,quod est idolorū seruitus,non habet hæreditatē in regno xpi & dei. Nemo vos
seducat inanibus verbis: Propterea. n. venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite errare
221 neq; fornicatores,neq; idolis seruientes,neque molles,neque masculorū concubito- 1. Cor. 6.
A res,neque fures,neque auari,neque ebriosi,neque maledici,neque rapaces regnū dei
possidebunt. Sed videte quemadmodū timorem & desperationē salutis abstulerit eis
qui hæc in vita veteri commiserunt. Et hæc quidem,inquit, fuistis, sed abluti estis,
sed sanctificati estis in noie domini nostri Iesu Christi,& spū dei nostri. Quisquis er
go post baptismum aliquorum pristinorum malorum opere obligatus tenetur, vsq;
nunc sibi inimicus est,vt adhuc dubitet vitā mutare cum tps est, cū ita peccat & vi-
uit. Nam vtiq; q̄ ita perseueranter peccat,thesaurizat sibi iram in die irę & reuelatio
nis iusti iudicii dei. Quod autem adhuc viuit, patientia dei ad pniam eum addu- Roma. 2.
cit. Implicatus igitur tam mortiferorum vinculis peccatorum, detrectat, aut differt,
aut dubitat ad ipsas claues Ecclesię confugēre,quibus soluatur in terra, vt sit solu-
tus in cœlo,& audet post hanc vitam,quia tm̄ Christianus dicitur, salutem aliquam
polliceri: nec veridico illo dñico tonitruo contremiscit. Non ois qui dicit mihi dñe Mat. 7.
domine,intrabit in regnum cœlorum,sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœ
lis est,ipse intrabit in regnum cœlorum. Et Apostolus scribens ad Galatas inter cæ-
tera dixit,Manifesta autem sunt opera carnis,quæ sunt fornicationes, immunditia, Galat. 5.
luxuria,idolorum seruitus, veneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes, iræ,ri-
221 xe,dissensiones,hæreses,inuidiæ,ebrietates,comessationes,& his similia,quæ prædi-
F co vobis sicut prædixi,q̄m qui talia agunt,regnum dei non cōsequentur. Iudicet er De fugien
go seipsum homo in istis voluntate dum potest,& mores conuertat in melius,ne cū dis pecca-
iam nō poterit,etiam præter voluntatem a dño iudicetur. Et cum ipse protulerit se- tis mortali-
ueriss̄imæ medicinę,sed tamen medicinæ sniam,veniat ad antistites,per quos in Ec- bꝰ adhor
clesia claues ministrantur,& tanquā bonus incipiens iam esse filius,maternorū mem tatio: & q
brorum ordine custodito,a prępositis sacramētorum accipiat satisfactionis suæ mo- sint meri-
dum,vt in offerendo sacrificio cordis contribulati deuotus & supplex,id tamen agat to a cōio-
quod non solum illi prosit ad recipiendam salutem,sed etiam cæteris ad exemplum. ne suspen
Vt si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in scandalo est aliorū, dēdi: & de
atque hoc expedire vtilitati Ecclesiæ videtur antistiti in notitia multorū, vel etiam secretorū
totius plebis agere pœnitentiam non recusет, non resistat, non lætali & mortiferæ reuelatiōe
plagæ per pudorem addat tumorem: meminerit tamen semper quòd superbis deus Cap. 3.
resistit, humilibus autem dat gratiam. Quid est enim infœlicius,quid peruersius, Iac. 4.
quam de ipso vulnere,quod latere non potest,non rubescere,& de ligatura eius eru-
221 bescere? Nemo arbitretur fratres propterea se consilium salutiferæ huius debere
G pœnitentię contemnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacramenta altaris 2. q. 1. ca.
accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur, vt Petrus, Mnlti.
multi tolerantur vt Iudas,multi nesciuntur,donec veniat dominus qui & illumina- 2. Cor. 4.
bit abscondita tenebrarum,& manifestabit cōsilia cordium,nam plerique propterea
nolunt alios accusare,dum per illos cupiunt excusare. Plerique autem boni Chri- 2. q. 7. ca.
stiani propterea tacent & sufferunt aliorum peccata, quæ nouerunt, quia documen Plerūque.
tis sępe deseruntur,& ea quæ ipsi sciunt, iudicibus Ecclesiasticis probare non pos-
sunt. Quamuis enim vera sint quędam, non tamen iudici facile credenda sunt,ni-
si certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione prohibere quemquam nō
possumus,quamuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut 2. q. 1. ca.
sponte confessum,aut in aliquo siue seculari, siue Ecclesiastico iudicio nominatum Multi.
atque conuictum. Quis enim sibi vtrunque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit
acusator & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus Apostolus in eadem ad Co-
rinth. Epistola breuiter insinuasse intelligitur, cum quibusdam commemoratis 1. Cor. 5.
criminibus, Ecclesiastici iudici formam ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait
221 enim, Scripsi vobis in Epistola,non commiscери fornicariis, non vtique fornicariis
G eius mundi,aut auaris,aut raptoribus,aut idolis seruientibus, alioquin debuera-
tis de hoc mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc mundo viuentes, nisi Mat. 9.
cum talibus viuere: nec eos possunt lucrifacere xp̄o,si eorū colloquiū couinctumq̄
vitauerint. Vnde & dñs cum publicanis & peccatoribus comedēs. Non est opus,inqt,

sanis medicus,sed male habentibus,Non enim veni vocare iustos,sed peccatores. Et
1. Cor. 5. ideo sequitur Apostolus & adiungit,Nunc scripsi uobis non commisceri. Si quis fra- 221
ter nominatur in uobis,aut fornicator,aut idolis seruiens,aut auarus,aut maledicus, I
aut ebriosus,aut rapax,cum huiusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid.n.
mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? De
his autem qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum a vobisipsis. Quibus uer-
bis satis ostendit, non temere aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse
malos ab Ecclesiæ communione, ut si per iudicium auferri non possunt, tolerentur
potius,ne peruerse malos quisque euitando, ab Ecclesia ipse discedens,eos quos su-
Mat. 3. gere videtur vinciat ad gehennam. Quia ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exe
Mat. 13. pla proposita,uelut in messe vt palea sufferatur vsque ad vltimum uentilabrum,uel
intra illa retia vbi pisces boni cum malis vsque ad segregationem quæ futura est in
Rom. 14. littore,id est,in fine seculi,æquo animo tolerentur. Non enim contrarium est huic
loco id quod alio loco dicit Apostolus,Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo
domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspi-
cionis,vel etiam extra ordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege dei secundum
ordinem Ecclesię, siue vltro confessum, siue accusatum atque conuictum. Alioquin
1. Cor. 5. illud cur dixit: Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruiens & cæte- 225
ra, nisi quia eam nominationem intelligi voluit quæ fit in quęquā,cum sententia or-
Qđ nō sit dine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit,multi dā
in malis nandi sunt innocentes,quia sępe falso in quoquam crimina nominatur. Non ergo
multitudo illi,quos monemus agere pœnitentiam,quærant sibi comites ad supplicium,nec gau
sequenda. deant quia plures inuenerint: non enim propterea minus ardebunt quia cum mul-
Cap. 4. tis ardebunt: non est enim hoc sanitatis certum consilium, sed maleuolentiæ malum
solatium. An forte attendunt multos etiam id ipsis honoribus Ecclesiasticis præpo
sitorum & ministrorum,non congruenter viuere, sermonibus & sacramentis, quę p
1. q. 1. cap. eos populis ministrantur? O miseros homines,qui hos intuendo Christum obliui-
significa- scuntur,qui tanto ante prædixit,vt legi dei potius obtemperaretur, quàm imitandi
stis. uideātur illi qui ea quæ dicunt non faciunt, & traditorem suum tolerans vsq; in fi-
Mat. 23. & nem,etiam ad euangelizandum cum cæteris misit. Tam sunt autem isti absurdi &
10. præposteri & miseri,qui præpositorum suorum malos mores imitari eligunt,quàm
per eos prędicta domini præcepta seruare, quàm si quisquam uiator remeandū sibi
esse existimet in itinere, cum viderint miliaria lapidea literis plena, uiam docere &
non ambulare. Cur enim non potius si peruenire desiderat tales comites intueatur
& consequatur, qui & viam bene demonstrant,& in ea perseuerant, atque alacriter 224
non ambulant? Quòd si isti desint,vel potius minus appareant: nam deesse non pos- L
sunt: non enim sic quærunt homines charitate studiosa quod prædicēt ad imitatio-
nem,quomodo quærunt iniquitate suspiciosa quod murmurent ad deceptionē,par
tim non inueniendo bonos,dum ipsi mali sint, partim timendo inuenire, dum mali
esse semper volunt. Sed tantum concedamus non apparere nunc homines dignos
imitatione. Quisquis hoc putas,deum mente intuere,qui homo factus est ut te homi
Ephe. 3. uem viuere doceret,Si habitet Christus in interiore homine per fidem in corde tuo,
1. Ioan. 2. recordarisq; illud quod Ioannes ait,Qui dicit se in Christo manere, debet quemad-
modum ille ambulauit & ipse ambulare: & ita non tibi deerit quem sequaris. Et cū
te alius viderit,de bonorum inopia conqueri desinet. Si enim nosti quod sit recte vi-
uere,diuina præcepta cognosce. Fortasis enim multi recte uiuunt, sed propterea
tibi nullus videtur, quoniam quid sit recte viuere ignoras. Si autem nosti,age qđ
nosti,vt & tu quod quæris habeas,& aliis quod imitentur ostendas. Christum ani-
mo attende,attende Apostolos,quorum nouissimus est ille qui dicit, imitatores mei
1. Cor. 4. estote,sicut & ego Christi. Attende animo tot martyrum milia. Cur enim te nata-
litia eorum coniuuiis turpibus celebrare delectat, & eorum vitam sequi honestis 225
moribus non delectat? Ibi videbis non solum viros,sed etiam fœminas, postremo M
De refu- pueros & puellas,nec impudentia decipi,nec iniquitate peruerti, nec periculi timore
gio recidi frangi,nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid excuses, non solum
uantiū ad præceptorum ineuitabilis rectitudo sed etiam exemplorum innumerabilis multitu-
do

do circundabit. Sed de vtilitate ac salubritate pœnitentiæ, vt quod instituimus ali- dei mīæ p
222 quando peragamus,si iam de sanitate desperans,addis peccata peccatis, sicut scriptū uerā cor-
A est,Peccator cum venerit in profundum malorum,contemnet. Noli cōtemnere,noli dis contri
desperare,clama etiam de profundo ad dominum,& dic ei, De profundis clamaui ad tionē & re
te domine,domine exaudi vocem meam: Fiant aures tuæ intendentes in vocem ob- missionis
secrationis meæ: Si iniquitates obseruaueris domine, domine qui sustinebit? Quo- cōfidētiā,
niam apud te propitiatio est,De tali profundo Niniuitæ clamaueruut,& hanc propi- Cap. 5.
tiationem inuenerunt. Faciliusq; est euacuata comminatio Prophetę quam humi- Psal. 129.
liatio pœnitentiæ. Hic fortasse dicis: Sed ego iam baptizatus sum in Christo,a quo Ionæ. 3.
omnia mihi peccata præterita dimissa sunt,vilis factus sum,nimis iterans uias meas,
& canis horribilis oculis dei,conuersus ad vomitum suum,Quò abibo a spiritu eius, Proue. 26.
& a facie eius quò fugiam? Quo frater,nisi ad eius misericordiam pœnitendo,cuius Psal. 128.
potestatem peccando contempseris? Nemo enim recte fugit ab illo nisi ad illum, ab
eius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem, ubi eius
præsentiam te non inueniat? Si ascenderis in cœlum,ibi est: si descenderis ad infernū,
adest Recipe ergo pennas tuas in directum,& habita in spe in extremo huius seculi.
Etenim illuc manus tua deducet me,& perducet me dextera tua. Quicquid enim fe- Rom. 2.
ceris,quæcunque peccaueris,adhuc in hac vita es, vnde te deus si sanare nollet, au-
222 ferret. Cur ergo ignoras,quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Qui enim cla
B mando tibi persuasit vt non recederes,pacem do clamat vt redeas. Intuere Dauid re
gem,iam vtique & ipse illius temporis sacramenta perceperat, iàm circunciſus erat
vtique,quod patres nostri pro baptismo habebant: nam ad hoc dicit Apostolus,san- Rom. 4.
ctum Abraham signaculum iustitiæ fidei recepisse. Iam etiam vnctus erat vnctione
venerabili,qua regale sacerdotium præfigurabatur Ecclesiæ. Repente autem factus 1. Reg. 11.
est & adulterij & homicidij reus. Non frustra tamen de tam immani & abrupto pro-
fundo sceleris pœnitens clamauit ad dominum dicens, Auerte faciem tuam a pecca Psal. 50.
tis meis,& omnes iniquitates meas dele. Quo tandem merito,nisi quia itē dicit, Ini-
quitatem meam ego agnosco,& peccatum meum ante me est semper? Quid autem
obtulit domino vnde illum propitiaret sibi? Quoniam si voluisses sacrificium,dedis-
sem vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus,cor
contritum & humiliatum deus non spernit. Non solum ergo deuote obtulis,sed etiā
ista dicendo quid offerri oportebat,ostendis. Non enim sufficit mores in melius com De pœni
mutare,& a factis malis recedere,nisi etiam de his quæ facta sunt,satisfiat deo p pœ- dist. 1. ca.
222 nitentiæ dolorem,per humilitatis gemitum,per contriti cordis sacrificiū cooperan- Non suffi-
C tibus eleemosynis. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. cit.
Non enim dictum est vt tantum abstineatis a peccatis,sed & de præteritis,inquit,de- Matt. 5.
precare dominum vt tibi dimittantur. Et Petrus iam erat fidelis, iam in Christo & Eccle. 21.
alios baptizauerat. Intuere ergo Petrum præsumentem accusatum, timentem vul-
neratum,flentem sanatum. Iam etiam post aduentum de cœlo spiritus sancti,qui-
dam Simon pecunia uoluit eundem spiritum emere,sceleratissimum & impiū mer-
cimonium cogitans,iam baptizatus in Christo, & tamen pœnitentię consilium ab
ipso Petro correptus accepit. Dicit etiam Apostolus Paulus,qui utiq; fidelibus mi- 2. Cor. 12.
tebat Epistolas,Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me deus vt lugeam multos
ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunita & luxu-
ria,& fornicatione quam gesserunt. Circunstant ergo nos & præcepta recte facien-
tium,sed etiam ad recipiendam salutem pœnitentium, quæ fuerat amissa peccando.
Sed fac incertum esse vtrum ignoscat deus perdit cum supplicat deo, qui salutē per-
dere non dubitauerit cum offenderet deum? Quis enim certus est q etiam Impera-
tor ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta
222 subeuntur,& penè ut mors vitetur,mors ipsa suscipitur: supplicatur deinde per ho-
D mines homini,sine dubitatione fiunt ista,cū sit dubiū quo fine proueniāt, & tamen
certiores sunt claues Ecclesiæ quam corda regia. Quibus clauibus quodcunq; in ter Matt. 16.
ra soluitur,etiam in cœlo solutum eē promittitur. Et multo est honestior humilitas,
qua se quisque humiliat Ecclesiæ dei,& labor minor imponitur, & nullo temporalis
mortis periculo mors æterna vitatur.

FINIS.

DE VTILITATE POENITENTIAE TRACTATVS.

De pœnitētia ad baptismū venire uolētiū, & de eiusdē figuris. Cap. 1.

VOX pœnitentis in his verbis agnoscitur, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Vnde cum sermonem ad vestram charitatē non præparemus, hinc nobis esse tractandum domino cooperāte cognoscimus: Volebamus enim hodierna die vos in ruminatione permittere, scientes quām abundantes epulas cœperitis. Sed quia salubriter quod apponitur accipitis, quotidie multum esuritis. Præstet ergo dominus ipse deus noster, & nobis virium sufficientiam, & vobis vtilem audientiam. Neque enim ignoramus, esse seruiendum bonæ vestræ & utili voluntati. Adiuuemur ergo a vobis & voto & studio: voto ad deum, studio ad verbum, vt ea dicamus quę uobis esse vtilia ipse iudicat, qui vos pascit per nos. Vox igitur in his uerbis pœnitentis agnoscitur: Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnia facinora mea dele. Proinde aliquid de pœnitentia dicere diuinitus iubemur. Neque enim nos istum Psalmum cantandum lectori imperauimus, sed quod ille censuit vobis esse vtile ad audiendum, hoc cordi etiam puerili imperauit. Dicamus aliquid de vtilitate pœnitentiæ præsertim, quia & dies iam sanctus anniuersarius imminet, quo propinquante humiliari animas & domari corpora studiosius decet. Triplex autem consideratio agendæ pœnitentiæ in sacra scriptura inuenitur. Nam neque ad baptismum Christi, in quo omnia peccata delentur, quisquam bene accedit, nisi agendo pœnitentiam de vita pristina. Nemo.n. eligit uitam nouam, nisi quem veteris pœnitet. Hoc autem etiam authoritate diuinorum librorum probare debemus, vtrum baptizandi egerint pœnitentiam quando spiritus sanctus missus est antè promissus, & impleuit dominus fidem pollicitationis suæ. Acto. 2. Accepto spiritu sancto discipuli, vt nostis, cœperunt loqui omnibus linguis, vt in illis qui aderant linguam suam quisque cognosceret. Hoc autem miraculo territi, De conse. dis. 2. c. consilium vitę ab Apostolis petiuerunt. Tunc eis Petrus annunciauit eum, colendū Tunc eis. quem crucifixerunt, vt eius iam sanguinem nossent bibere credentes, quem fundebant sæuientes. Annunciato autem illis domino nostro Iesu Christo, & agnoscentib⁹ reatum suum, vt impleretur in eis quod Propheta antè prædixerat. Conuersus sum Psal. 31. in ærumna mea dum configitur spina, Conuersi enim sunt in ærumnam doloris, cū figeretur spina peccati recordationis. Nihil enim se mali feciſſe putauerunt, nondum in fixa erat spina. Loquente autem Petro, vt agnoscas infixam spinam, scriptura dicit, Petro loquentē cōpuncti sunt corde. Proinde in eodem Psalmo, cum dictum est: Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina: sequitur, Peccatum cognoui, & facinus meum nō operui. Dixi, proloquar aduersum me delictum meum domino, & tu dimisisti, impietatem cordis mei. Cum ergo spina illa recordationis cōpuncti diceret Apostolus: Quid ergo faciemus? Ait illis Petrus agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi, & remittuntur uobis peccata, Ergo interim nunc si qui fortè adsunt ex eo numero, qui baptizari disponunt, credimus enim eos adesse tanto ad verbum studiosius, quanto ad indulgētiā vicinius: hos primum paucis alloquimur, ut erigant mentes in spem, ament fieri qđ non sunt, oderint quod fuerunt. Nouum hominem nascituri iam uoto concipiant, quicquid de uita præterita remordebat, quicquid angebat conscientiam, quicquid omnino vel magnum vel paruum, uel dicendum vel non dicendum, non dubitēt poss se dimitti: ne fortè quod vult dei miseratio dimittere, contra se teneat humana dubitatio. Exemplum etiam in primo illo populo exhibitum, vnusquisq; fideliter recordetur. Ait enim Apostolus, Omnia hęc figuræ nostræ fuerunt: cum de rebus talibus 1. Cor. 10. loqueretur. Quid enim dixerat? Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri

omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & oēs eundem cibum spiritalem manducauerunt, & omnes potum eundem spiritalem biberunt. Bibebant enim de spiritali sequenti petra: Petra autem erat Christus. Has figuras nostras fuisse ille dixit, cui nemo fidelis vnquam contradixit. Et cum multa enumeraret, vnam rem solam soluit, quia dixit: Petra autem erat Christus. Soluendo vnum aliquid, cætera proposuit inquirenda. Sed ne recedens a Christo inquisitor erraret, ut firmus quęrat, in Petra fundatus est. Petra, inquit, erat Christus. Dixit illas figuras nostras fuisse, & obscura erant omnia. Quis reuolueret inuolucra ista figurarum, quis aperiret, quis discutere auderet? In quibusdam quasi dumetis densissimis & crassa vmbra lumen accendit. Petra, inquit, erat Christus. Iam ergo lumine illato quæramus quid cætera significent, quid sibi velint, mare, nubes, manna: Hæc.n. non exposuit, sed petra quid esset ostendit. Per mare transitus, baptismu est. Sed qa baptismus, id est, salutis aqua non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur, & ut hoc significaret ille baptismus, mare rubrum fuit. Manna de cœlo aperte ab ipso domino exponitur, Patres vestri manducauerunt, inquit, manna in eremo, & mortui sunt. Quando enim viue- Ioan. 6. rent: figura prænunciare vitam posset, vita ęsse non posset. Manducauerunt, inquit, manna, & mortui sunt, id est, manna, quod manducauerunt, non illos potuit de morte liberare: non quia ipsum manna mors eis fuit, sed quia a morte non liberauit. Ille enim liberaturus erat a morte, qui per manna figurabatur. De cœlo certe manna veniebat, attende quem figurabat, Ego sum, inquit, panis uiuus qui de cœlo descendi. Sicut studiosi autem & bene vigilantes, verba dominica attendite, vt proficiatis & legere & audire noueritis. Eundem, inquit, cibum spiritalē manducauerunt. Quid est eundem, nisi quia eum quem etiam nos? Video aliquantum esse ad promendum explicandumq; difficile quod dicere instituimus, sed adiuuabor beneuolentia vestra, hæc mihi a domino impetrat facultatem. Eundem, inquit, cibum spiritalem manducauerunt. Suffecerat vt diceret, cibum spiritalem manducauerunt. Eundem. inquit. Eundem non inuenio qūo intelligam, nisi eum quem manducamus & nos. Quid ergo, ait aliquis? Hoc erat manna illud qđ ego nunc accipio? Ergo nihil modo venit si ān jam fuit? Ergo euacuadū est scādalū crucis? Qūo ergo eundē, nisi quia addidit spiritalē? Nā qui manna illud sic acceperunt, vt tātūmodo indigētię suæ corporali satisfieri putarent, & ventrē suū pasci, non mētē, nihil magnū manducauerunt: factū satis est eorū indigentiæ. Alios deus pauit, alijs aliquid nūciauit. Hi tales & cibū corporalē manducauerunt, non cibū spiritalē. Quos ergo dicit patres nostros cibū spiritalē eundē mauducauisse? Quos putamus fratres, nisi qui vere patres nostri fuerūt, imò patres nostri non fuerunt, sed sunt? Oēs.n. illi uiuunt. Sicut.n. quibusdā illis infidelibus dicit dns, Patres vestri manducauerunt manna in eremo, & mortui sunt. Quid est n. pa Ioan. 6. tres vestri, nisi quos infidelitate imitamini, quorū vias non credendo, & deo resistendo sectamini? Scdm quē intellectū quibusdā dicit, Vos a patre diabolo estis. Neq;.n. Ioan. 8. diabolus aliquē hoiem uel potentia creauit, vel generando procreauit, & tn dicitur pater impiorū, nō pp generationē, sed pp imitationē. Sicut econtra de bonis dicitur, Ergo semen Abrahæ estis? cū loquatur. Gentibus, q̄ stirpē carnis ex Abrahæ genere non ducebant: Filj.n. erant non nascendo, sed imitādo. Abrogatur aūt & alijs natura perfidis pater Abrahā, qn̄ eis dns dicit: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Ibidem. Et, vt malæ arbores de Abrahę paternitate gloriantes eradicarentur, filij Abrahæ de Mat. 3. lapidibus promittuntur. Sicut ergo hoc loco dicit, Patres uestri manducauerūt man Ioan. 10. na in eremo, & mortui sunt: non.n. intellexerunt qđ manducauerunt, itaque non intelligentes, cibum non nisi corporalem acceperunt: sicut & Apostolus dicit, patres nostros, non patres infidelium, non patres impiorum, manducantes & morientes, sed patrēs nostros, patres fidelium, spiritalem cibum manducasse, & ideo eundem: Patres nostri, inquit, eundem cibum spiritalem manducauerunt, 1. Cor. 10. & eundem potum spiritalem biberunt: Erant enim ibi quod manducabant, intelligebant. Erant ibi quibus plus Christus in corde quàm manna in ore sapiebat. Quid de alijs loquamur? Inde erat primitus ipse Moyses famulus dei fidelis in Hebræ. 1. tota domo eius, sciens quid dispensaret. Et quia illo tempore ita dispensari de-

buerunt, causa præsentium aperta, futurorum breuiter ego dixerim: Quicunque in manna Christum intellexerunt, eundem quem nos cibum spiritalem manducauerunt: quicunque autem de manna solam saturitatem quæsierunt, patres infidelium, manducauerunt, & mortui sunt. Sic etiam eundem potum: Petra enim Christus. Eũdem ergo potum quem nos, sed spiritalem, id est, qui fide capiebatur, non qui corpore hauriebatur. Audisti eundem potum, petra erat Christus. Non enim alter Christ⁹, altera quidem illa petra, alter lapis quem sibi posuit ad caput Iacob, alter agnus occisus vt manducaretur Pascha, alter aries hærens in vepribus immolandus, quando filio suo pepercit Abraham iussus, quem iussus obtulerat, altera ouis & altera ouis, alter lapis & alter lapis, idem tamen Christus: ideo eundem cibum, ideo eundem potum. Deniq; percussa est ipsa petra ligno, ut aqua deflueret. Virga enim percussa est. Quare ligno, non ferro, nisi quia crux ad Christum accessit, vt nobis gratiam propinaret? Eundem ergo cibum, eundem potum, sed intelligentibus & credentibus. Nó intelligentibus autem illud, solum manna, illa sola aqua, ille cibus esurienti, potius iste sitienti, nec ille, nec iste credenti: credenti autem idem qui nũc. Tunc enim Christus venturus, modo Christus venit. Venturus & venit, diuersa uerba sunt, sed idẽ Christus. Aliquid etiam, quoniam res venit in mediũ, de dubitatione famuli dei Moysi volo dicere. Figura enim erat veterum etiam ista sanctorum. Dubitauit ad aquam Moyses, quando petram virga percussit, vt aqua flueret dubitauit. Dubitationem autem eius legens quisq; forte transiret, nec intelligeret, quia nec quærere auderet. Domino autem deo dubitatio illa displicuit, & eam notauit, non solum arguẽdo, sed etiam uindicando: nam propter hanc dubitationem dicitur Moysi, non introduces tu populum in terram promissionis, Ascende in montem & morere. Deus hic vtique apparet iratus. Quid ergo de Moyse, fratres charissimi: Omnis ille labor eius, ois pro populo æstus eius, & illa charitas dicens, Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo: hac subita & repentina dubitatione damnata est. Et qd est quo dconclusit lector cum Apostolum legeret: Charitas nunquam cadit? Cũ quẽdam soluenda proponeret studium vestrum, me fecit & aliud proponere, quod forte non quæreretis. Videamus ergo, & adhuc quantum possumus conemur penetrare mysterium. Iascitur deus, dicit eum non introducturum populum in terram promissionis: iubet vt ascendat in montem & moriatur, & tamẽ multa iniungit agenda eidem Moysi: iubet quid agat, quomodo populum disponat, quomodo nõ relinquat passim & negligenter. Nunquã istam damnationẽ iniungere dignaretur. Aliud accipe mirabilius, quoniam dictum est Moysi, hoc enim placuit deo certi mysterij dispẽsationis & gratia, q ipse in terram promissionis non introduceret populum: eligitur alius Iesus Naue, & iste homo non hoc nomine vocabatur, vocabatur Osee: & cum ei introducendum populum Moyses commendaret, vocauit enm, & mutauit ei nomẽ, & appellauit eum Iesum, vt non per Moysen, sed per Iesum, id est, non per legem, sed per gratiam populus dei in terram promissionis intraret. Sicut autem Iesus ille non verus sed figuratus, ita etiam terra promissionis illa non uera sed figurata. Illa enim populo primo temporalis fuit nobis quæ promissa est, æterna erit. Sed figuris temporalibus promittebantur & prænunciabantur æterna. Sicut ergo ille non verus Iesus, nec illa terra promissionis, vera sed figurata: ita manna non cibus vere cœlestis sed figuratus, ita petra illa non vere Christus, sed figuratis, & sic omnia. Quam ergo sibi exigit considerationem dubitatio Moysi? Ne forte & ibi aliqua figura expressa sit & innuerit intelligẽti, & ad inquirendum commouerit & prouocauerit animum. Video enim & post illam dubitationem, & post iram dei, & post minas mortis, & post remotionem ab introductione populi in terram promissionis, multa deum sic dicere ad Moysen, tanquam ad amicum quo & antea loquebatur, usque adeo, ut ipsi Iesu Naue obedientiæ exemplum de Moyse proponatur, & hoc eum moneat deus, vt sic ei seruiat quomodo seruiuit Moyses, & sic se pollicetur cum eo futurum quomodo cum Moyse. Euidenter charissimi constringit nos ipse deus, non passim reprehendere, sed intelligere dubitationem Moysi. Figura petra iacens, figura virga percutiens, figura aqua fluens, figura & Moyses dubitans: & ibi dubitauit ubi percussit. Hinc facta est dubitatio Moysi, quando lignum accessit ad petram. Iam ueloces præualent, imò tardos

Gene. 28. Exo. 12. Gene. 22. Exo. 15. Num. 20. Exo. 32. 1. Cor. 13.

223 A

223 B

223 C

223 D

dos patientẽr expectent. Dubitauit Moyses qñ lignum accessit ad petram: dubitauerunt discipuli quando viderunt dominum crucifixum. Horum figuram gerebat Moyses. Figura erat Petri illius ter negantis. Quare Petrus dubitauit? Quia lignũ petræ propinquauit. Cum mortis suæ genus, id est, crucem ipsam prænunciaret deus, ipse Petrus expauit: Absit à te domine, non erit hoc. Dubitas, quia petræ imminere virgã vides. Adeo spem suam, quam gerebant de domino discipuli tunc perdiderunt, quodammodo intercepta est quando crucifixum viderunt, quando planxerunt occisum Inuenit eos post resurrectionem, loquentes inter se de hac re, tristi colloquio, & tenẽs oculos eorum ne ab eis agnosceretur: non se auferens credentibus, sed differens dubitantes, se tanquam tertium collocutorem sermoni commiscuit, quæsuit ab eis vnde loquerentur. Mirantur illi quia solus ignorat quod in eo factum fuerat qui quęrebat: Tu solus, inquiunt, peregrinaris in Ierusalem: & commemorant quę gesta sint de Iesu. Et continuo iam desperationis suæ medullas aperiunt, & vulnus medico licet nescientes ostendunt: Nos aũt, inquiunt, sperabamns q in illo redemptio esset Israel. Ecce facta est dubitatio, quia lignum accessit ad petram, impleta est figura Moysi. Videamus & hanc: Ascende in montem & morere. Per mortem corporalem Moysi, figurata est mors ipsius dubitationis, sed in monte. O mira mysteria. Hoc certe expositũ & intellectum, quanto dulcius q̃ magna ad petram nata est dubitatio. In monte mortua est, quando fuit humilis xps in passione, quasi petra iacebat ante oculos: merito in illo dubitabatur, humilitas illa nihil magnum prætendebat: merito ipsa humilitate factus est lapis offensionis, resurrectione autem clarificatus magnus apparuit, iam mons est. Iam ergo illa dubitatio quæ nata erat ad petram, in monte moriatur. Agnoscant discipuli salutem suam, reuocent spẽ suam. Attende quemadmodum oriatur illa dubitatio, attende quemadmodum moriatur Moyses in monte, non intret in terram promissionis: nolumus ibi dubitationem moriatur. Ostendat nobis eam xps mori trepidauit Petrus & negauit ter. Petra.n.erat xps, Resurrexit, mons factus est, firmauit & Petrum, sed moritur dubitatio. Quomodo moritur? Petre amas me? Cordis inspector, cordis cognitor, interrogat, & vult audire q ametur, & non parum est. Semel interrogat, hoc audit propè cum tædio ipsius Petri: miratur.n. interrogari à prescio sed etiam toties interrogari, cum semel sufficeret respondere etiam nescienti. Sed tanquam tibi diceret dominus? Expecto, numerus legitimus impleatur tertio: cõfiteatur ter per amorem, quia ter negauerat per timorem: Quod ergo dominus toties interrogabat, dubitationem illam in monte occidebat. Quid ergo charissimi, si patent hæc? Non ad fraudem, sed ad iucunditatem clausa erant. Neque.n.tam dulciter caperentur, si prompta vilescerent. Respiciat ergo negocium suum competiturus baptismum, quem alloqui cœperam. Mare rubrum baptismus erat, populus transiens baptizabatur, transitus ipse baptismus erat, sed in nube. Adhuc.n nubilabatur quod prænunciabatur: adhuc occultabatur quod promittebatur. Iam modo præcessit nubes, manifestæ veritatis serenitas facta est, quia recessit & velum per quod loquebatur Moyses. Hoc velum & in templo pendebat, ne secreta templi viderentur, sed in cruce domini velum conscissum est vt paterent. Veni ergo ad baptismum, ingredere intrepidus viam per mare rubrum: noli esse de peccato prẽterito tanquam de Aegypto sequente solicitus: premebant te peccata tua duro onere seruitutis, sed in Aegypto, in amore huius seculi, in peregrinatione longinqua: cogebant te sectari opera terrena, tanquam latereș facere, opera lutea operabaris, premunt te peccata, veni securus ad baptismum, vsq; ad aquam hostis sequi potuerit, ibi morietur. Time aliquid de vita præterita, crede aliquid remansurum tuorum peccatorum, si aliquis remansit Aegyptiorum. Audio uocem pigrorum: Ego, inquit, de prẽteritis peccatis non timeo, oĩa mihi in aqua sancta per Ecclesiæ etiam charitatem dimitti non dubito, sed timeo futura peccata. Placet ergo in Aegypto remanere: Interim hostem præsentem euade qui iam te præmit, & iam subiugauit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iã fecisti, & si nolueris erit: quod futurum te putas, si volueris non erit. Sed periculosa est via: Neq; n.cum rubrum mare transiero, iam ero in terra promissionis. Ductus est ille populus per longa deserta. Interim ab Aegypto liberare. Quid ergo putas de futurum tibi auxiliatore in via, qui te eruit de vetusta captiuitate? Nouos tuos imi-

Mat. 26. Mat. 16. Luc. 24. Deut. 32. Mat. 26. 1. Cor. 10. Ioan. 21. Mat. 27.

223 E 223 F 223 G 223 H

micos non compescit, qui te a vetustis hostibus liberauit? Tantum intrepidus transi, intrepidus ambula, obediens esto, non amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat, in hac obedientia fateor non desunt hostes. Sicut.n. non deerant qui sequerentur fugientes, ita nō deerāt qui impedirent ambulātes. Prorsus, charissimi, figurę nīæ fuerūt: Interim in te non sit qđ contristet Moysen: noli esse aqua amara, quam post mare rubrum non potuit ille populus bibere: Erat.n. & ibi tentatio. Et tamen ista qñ eueniunt, quādo amaricat populus, ostendimus eis xp̄m, quæ pro eis tulerit, qūo pro eis sanguinem fuderit: & mitescunt, tanquam nobis lignū in aquā mittentibus. Phanē hostem aduersantem itineri tuo habebis Amalech. Tūc orabat Moyses, tunc extēdebat manus: & vbi deponebat manus, conualescebat Amalec; vbi extendebat manus, deficiebat Amalec. Et tuæ manus extentæ sint, deficiat Amalec tentator, & huius itineris impeditor: esto vigil & sobrius in orationibus, in operibus bonis, non tamen præter xp̄m, quia extensio illa manuum xp̄i crux fuit. In illa extenditur Apostolus cum dicit, Mundus mihi crucifixus est, & ego mūdo. Ergo deficiat Amalec, vincatur, & non impediat trāsitum populi dei. Sed si dēmittis manus à bono opere, à cruce xp̄i, prævalebit Amalec. Tamen noli omnimodo aut continuo te fortem futurum putare, aut penitus desperando deficere. Alternatio.n. illa defectus & fortitudinis in manibus serui dei Moysi, forte alternatio tua fuit. Aliquando.n. in tentationibus deficis, sed non succumbis. Deponebat ille paululum manus, non omnino ruebat. Si dicebam, motus est pes meus, ecce misericordia tua domine adiuuabat me. Noli ergo timere, adest in itinere auxiliator, qui in Aegypto non defuit liberator. Noli timere, aggredere viam, prēsume securus: aliquando ille deponebat manus, aliquando erigebat, tamen victus est Amalec; debellare potuit, superare non potuit. Itaque admonemur iam de altera loqui pœnitentia. Triplicem quippe eius considerationem in sancta scriptura esse proposui. Illa prima competentium est, & ad baptismum venire sicientium. Hanc de scripturis sanctis ostendi. Est alia propè quotidiana: & vbi illam ostendimus pœnitentiam quotidianam? Non habeo vbi melius ostendam, q̄ in oratione dominica, vbi dominus orare nos docuit, & quid ad patrē dicamus ostendit, & in his verbis posuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ debita fratres? Quandoquidē debita hîc intelligi non possunt nisi peccata, quę debita dimisit & in baptismo, iterum vt dimittat oramus. Certe mortuus est omnis Aegyptius qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuū factum est, quid oramus vt dimittatur, nisi propter manus deficientes contra Amalec? Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Constituit medicinam, firmauit pactum. Hic preces constituit, ibi precanti respondit: nouit quo iure res agatur in cœlo, quomodo impetrari possint desiderata. Dimitti vis, dimitte, ait. Quid.n. habes quod deo præstes, à quo vis vt præstetur tibi? Nunquid iam Christus saluator in terra ambulat? Nunquid suscipit illum modo in domum gaudens Zachæus? Nunquid ei hospitium & epulas prēparat Maria? Nihil horum indiget, ad dexteram patris sedet. Sed quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Hæc est extensio manuū, sub qua defecit Amaled. Et erogas quidem pauperi, quando aliquid das esurienti: forte id qđ dederis, minus habebis, sed in domo, non in cœlo. Sed hic quoq; in terra, quo iubēte prēstitisti, ipse supplet quod dedisti. De hac re cum loqueretur Apostolus, ait, Qui administrat semē seminanti, & panē in escā subministrabit. Operarius.n. dei es, quādo das egenti, seminas hyeme qđ metas æstate. Quid ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias non pascat operariū suū? Erit & ibi qđ sufficiat tibi. Habit deus totū necessitati, non cupiditati. Operare ergo intrepidus, extēde manus, deficiat Amalec. Sed hinc, vt dixi, aliquid in domo tua cum dederis vel minus vides: vides quod ibi videbas, non ibi vides cum dederis, donec iterum det deus. Dic mihi cum ignoscis de corde, quid perdis? Cum ignoscis ei qui peccat in te, quid minus habebis in corde tuo? Inde enim dimittis, sed nihil amittis: imò vero vnda quędam charitatis ibat in corde tuo, & tanquam de vena interiore manabat. Tenes odium contra fratrem, obturasti fontem. Non solum ergo nihil perdis cum ignoscis, sed abundantius irrigaberis. Charitas non angustatur. Ponis ibi lapidem offensionis, & tu tibi facis angustias. Vindicabo me, vlciscar me, ego illi ostendam, ego fa-

Exo. 17.

Cala. 6.

Pſal. 93.

Mat. 6.

Luc. 19.
Luc. 10.
Mat. 25.

2. Cor. 9.

ciam, æstus, laboras. Cuilibet ignoscendo esse securum, securum uiuere, securum orare. Nam ecce quid acturus es, oraturus es: Quid dicam? Quādo hodie oraturus es, an non es oraturus ita & odio impletus? Vindictam minaris, non dimittis ex corde. Ecce oras, ecce venit orandi hora, incipis verba illa vel audire vel dicere. Dictis & auditis superioribus, venturus es ad hunc versum: At si non venturus, quo iturus? Ne ignoscas inimico, deuiabis a Christo. Planè si oratione deuiabis, vt noueris dicere, Dimitte nobis debita nostra: quare non potes dicere, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Ne tibi cito respondeatur: Sic dimitto quomodo & tu dimittis. Ergo quia hoc non potes dicere, & non vis dimittere, deuiabis ab hoc versu, & prætermittes, & dices quod sequitur, Ne nos patiaris induci in tentationem, Ibi te capiet creditor tuus, cuius quasi faciem deuiabas. Quomodo quisq; in vico cum occurrerit ei cui aliquid debet, si ad manum est diuerticulum, dimittit quò ibat, & it per aliā partem, ne faciem videat creditoris. Hoc tu in isto versu te fecisse arbitratus es, deuiasti dicere, Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, id est, non dimitteret, quia non dimittis, & noluisti dicere deuitans faciem creditoris. Quem deuitas? quid deuitas? quò ibis, ubi tu esse possis, & ille non esse? Dicturus es, Quò abibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Quantū potest a Christo debitor fugere, quàm vt eat in infernum? Adest & iste creditor. Et ibi quid facturus es nisi quod sequitur, Si assumpsero pennas meas in directum, & volauero in extrema maris. i. spe mea finem seculi meditabor in præceptis tuis viuam, duabus alis charitatis attollar. Imple ergo duas alas charitatis, Dilige proximum sicut teipsum, & non teneas odium vnde fugias creditorem. Restat pœnitentię tertium genus, vnde aliquid breuiter dicam, ut adiuuante domino propositа & promissa perioluamus. Est pœnitentia grauior atque luctuosior, in qua proprie vocantur in Ecclesia pœnitentes, remoti etiam a sacramentis altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium sibi manducent & bibant. Illa vero pœnitētia luctuosa est, graue vulnus est: adulterium forte commissum est, forte homicidium, forte aliqd sacrilegium. Grauis res, graue vulnus, letale, mortiferum: sed omnipotens medicus, iam post suggestionem facti, & delectationem, & confessionē, & præparationē quasi quatriduanus mortuus putet, sed nec ipsum dominus deseruit, sed clamauit, Lazare prodi foras. Cessit voci misericordiæ moles sepulturæ, cessit mors vitæ, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus, processit de tumulo, & ligatus erat, sicut sunt homines in confessione peccati agentes pœnitentiam. Iam processerunt a morte, nam non confiterentur nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto & a tenebroso procedere est. Sed quid ait dominus deus Ecclesiæ suę? Quę solueritis in terra, soluta erūt & in cœlo: Proinde Lazaro procedente, quia impleuit dominus misericordiæ suæ bonum, perducere ad confessionem mortuum latentem, putentem, iam cætera implet Ecclesiæ ministeria: Soluite illum & sinite abire. Sed charissimi, hoc genus pœnitentię nemo sibi proponat, ad hoc genus pœnitentiæ nemo se præparet: tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditorem non tam scelus quod commisit, quam indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Nō erat dignus misericordia, iō ei non fulsit lumē in corde, vt ad eius indulgentiā cōcurreret quē tradiderat, sicut illi qui eū crucifixerāt, sed desperādo se occidit, & laqueo suspēdit se, suffocauit se: Qđ fecit in corpore suo, hoc factū est in aīa ipsius. Spūs.n. dicitur ēt iste ventus aeris huius. Quo ergo qui sibi collū ligāt inde se occidūt, quia nō ad eos intrat spūs aeris huius: sic illi qui desperāt de indulgentia dei, ipsa desperatione intus se suffocāt, ut eos spiritus sanctus visitare nō possit. Solent inde xp̄ianis Pagani insultare de pnia quæ instituta est in Ecclesia, & cōtra nonnullas hæreses tenuit Ecclesia catholica istā veritatē de pnia agenda. Fuerunt.n. qui dicerent, quibusdā peccatis nō esse dādā pniam, & excluſi sunt de Ecclesia, & hæretici facti sunt. In quibuscū q; pcis nō pdit viscera pia mater Ecclesia. Ergo solent inde ēt pagani quasi insultare nobis, nescientes quid loquantur, quia ad uerbū dei, quod linguas infantiū facit disertas, nōdū peruenerunt; Vos, inquiūt, facitis vt peccēt homines, cū illis pmittitis veniā si egerint pniam. Dissolutio est ista, nō, admonitio. In hāc pniam exagerāt uerba quāta q̄sq; pōt, lingua, uel sonanti uel titubanti, non tacent: non tamen qñ eis loquimur, & si uincātur, nobis cō-

Pſal. 138.

De pœnitē tia luctuosa ꝓ mortalibus. Cap. 3.

Ioan. 11.

Mat. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentiunt. Tamen quomodo vincantur, breuiter accipiat charitas vestra, quia domini misericordia totum optime constituit in Ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiam, quia portum pœnitentiæ pollicemur. Si clauderetur aditus pœnitētiæ, nōne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis sibi desperaret ignosci? Diceret enim sibi: Ecce peccaui, ecce scelus admisi, iam mihi veniæ nullus est locus, pœnitentia infructuosa est, damnatus sum. Quare iam non viuo vt volo? Quia ibi non inuenio charitatem, hic saltem pascam cupiditatem. Quare enim me abstineam? Ibi enim mihi locus omnis clausus est, hic quicquid non fecero perdo? quia alia vita quæ post hanc futura est, non mihi dabitur. Quare ergo non seruio libidinibus meis, vt eas impleam & saturem, & faciam quicquid non licet, sed libet? Diceretur ei fortasis, sed miser capieris, accusaberis, torqueberis, punieris. Sciūt ista homines mali ab hominibus dici, & inter homines seruare: attendunt multos male & scelerate viuentes impunita habere peccata, occultare possunt, redimere quę occultauere non possunt. Redimere vsque in senectutem vitam lasciua, blasphemia, sacrilegio, perditam. Enumerant sibi, cur ille qui tanta fecit, non senex mortuus est? Nunquid attendis ideo illum peccatorem & sceleratum senem mortuum, vt ostenderet in illo deus patientiam, expectans pœnitentiā? Vnde Apostolus dicit, Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Ille autem secundum duritiam cordis sui & cor impœnitens, thesaurizauit sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei qui reddet vnicuique secundum opera sua. Opus est ergo vt hic timor mentes possideat, opus est ut ille qui peccare non vult, præsentem deum sibi cogitet, non in publico solum, sed etiam in domo: non in domo solum, sed in cubiculo, in nocte, in lecto suo, in corde suo. Ergo si tuleris portum pœnitentiæ, desperatione augebuntur peccata. Ecce nihil dicunt illi qui putant ideo augeri peccata, quia portus pœnitentiæ in Christiana fide proponitur. Quid ergo? deus ne per illam spē indulgentiæ rursus augerentur peccata, non de hinc prouidere debuit? Quomodo enim prouidit ne sperando augeantur, sic prouidere debuit ne desperando augeātur. Quomodo enim reuera auget peccata qui desperauerit, sic potest augere peccata & qui veniam sperauerit, ut dicat sibi, faciam quod volo: deus bonus est: quando me conuertero, ignoscet mihi. Ita planè dic tibi: quando me cōuertero, ignoscet mihi, si crastinus dies certus est tibi. Nonne ad hoc te admonet scriptura dicens, Ne tardes conuerti ad dñm, neque differas de die in diem, subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te? Ecce ad vtrunque vigilauit pro nobis prouidentia dei: ne desperando augeamus peccata propositus est pœnitentiæ portus: rursus ne desperando augeamus, datus est dies mortis incertus.

Rom. 2.

Eccl. 5.

FINIS.

DE CONFLICTV VITIORVM ET VIRTVTVM LIB. VNVS.

Vetera exemplaria præfuerunt titulum Leonis Papæ.

De conflictu multiplici. Cap. 1.

1. Tim. 3.

APOSTOLICA vox clamat per orbem, atq; in procinctu fidei positis, ne securitate torpeant, dicit, Omnes qui pie volūt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Et ecce quia iam Christianitas in principibus iā religiosa, iamq; fidelis est, desunt pie viuentibus in Christo Iesu vincula, verbera, flagra, eculei, carceres, cruces, & si qua sunt diuersa genera tormētorū. Quō ergo verū erit quod per apostolū sonuit, vt oēs pie viuentes persecutione patiātur? An forte pacis tpe nemo vult pie viuere in Xpo Iesu, & ideo desunt ista? Quis modo hoc vel desipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia, non specialis

cialis quorundam, sed & generalis omnium persecutio debet intelligi. Et quid sunt multi intra sinum matris ecclesiæ constituti, qui pie viuentes in Christo, contumelijs afficiuntur, opprobrijs, iniurijs, derisionibusq; lacessuntur: ista nec est illa generalis persecutio quam Apostolus omnes pie viuentes in Christo pati descripsit, cum sint quidam religiosi, quibus nemo prauorum audeat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est, quæ immanior & magis noxia est, quam non mortalis * intorquet seueritas, sed vitiorum gignit aduersitas. Dum enim contra humilitatem [superbia,] contra domini timorem inanis gloria, contra veram religionē simulatio, cōtra subiectionem pugnat cōtemptus, contra fraternam congratulationē inuidia, contra dilectionem odium, contra libertatem iuctę correptionis detractio, contra patientiam ira contra mansuetudinem proteruia, contra satisfactionem tumor, contra spiritale gaudium seularis vita, contra virtutis exercitium torpor uel ignauia, contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio, contra spei fiduciam desperatio, contra mundi contēptum cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocētiam fraus & furtū, contra veritatem fallacia atque mendacium, contra ciborum parsimoniam uentris ingluuies, contra moderatum mœrorem inepta lætitia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis integritatem immunditia atq; luxuria, cōtra cordis munditiam spiritalis fornicatio] contra amorem patriæ cœlestis, appetitus huius seculi opponens semet immergit quid aliud quàm pie viuentium crudelis persecutio aduersus conglobatas virtutum acies desęuit? O quàm durus ò quam amarus est superbiæ congressus, qui angelos de cœlo proiecit, homines de paradiso minauit, cuius exercitus atque armorum conflictus vitia sunt, quę breuiter comprehensa tetigimus. Sed videamus quemadmodum castra cœli & inferni dimicent, arma Christi & diaboli collisa * decertent. [Superbia nanque di.] Multis, imò penè omnibus melior es, verbo, scientia, diuitijs, honoribus, cunctisq; quæ carnalibus uel spiritalibus suppetunt charismatibus. Cunctos ergo despice cunctis temetipsum superiorem attende. [Humilitas vera ℟.] Memento quia puluis es, quia putredo & vermis es quiq; & si aliquid es, nisi tantum te humilies quātum magnus es, perdes omnino quod es. Nunquid tu altior es quàm primus angelus? Nunquid tu spendidior in terra quam Lucifer in cœlo? Quod si ille de tanta sublimitate cecidit per superbiam, quomodo tu ad tantam sublimitatem superbiens de imis conscendes, qui illa quandiu hic viuis conditione teneris? De qua per quendam sapientem dicitur, Corpus quod corrūpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quam densissimis putamus in terrena tenebris superbię lutum inuolui, si potuit in cœlo stella quę manę oriebatur lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. In quo autem esset sequenda, alibi præmonuit dicens. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenitis requiem animabus uestris. Audi tumor superbiæ, audi dicentem ad hæc humilitatis magistrum, Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et iterum, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? Audi etiam de illo quid Apostolus dicat, qui te adhuc ad sectandam humilitatem inuitat, ait enim. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, serui formam accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu vt homo inuētus, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Si igitur tanta humilitate se deprimit diuina maiestas, superbire debet humana fragilitas? [Inanis gloria dicit,] Age bonum quod vales, ostende cunctis bonum quod agis, vt bonus a cūctis dicaris, vt sanctus & venerabilis ab hominibus p̄diceris, vt dei electus voceris, vt nemo te contēnat, nemo despiciat, sed vniuersi tibi debitū honorem persoluant. [Domini timor ℟.] Si boni aliquid agis, non pro transitorijs, sed pro ęternis honoribus id age. Occulta quod agis inquantū vales: q; si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas, nec criminis erit a liquando manifestare, quod semper vis celatum habere. Sic has duas denique redēptoris sententias, sibiq; quasi contrarias videberis adimplesse, quibus dicitur, Te faciente eleemosynā, nesciat sinistra quid faciat dextera tua, sed

* aliàs materialis.

* consilia de humili sentire de seipso contra suggestiones superbiæ.

Cap. 2. Gene. 3. Iob. 25. Eccle. 3. Sapien. 9. Ioan. 8. Mat. 11. Luc. 14. Esai. 66.

Philip. 2.

De inani gloria contenenda.

Cap. 3.

Mat. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi,
Vt videant opera bona vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Caue
prorsus ne tibi illa sententia conueniat, quę de hypocritis dicitur: Omnia opera sua 225
facIunt vt beatificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suã M
ab hominibus, laudes quas amauerunt. Attende in cunctis quæ agis, ne elatione pul
Luc. 10. satus cum his quidem qui de miraculorum signis gloriabantur, audias, Videbam fa-
Ecc. 1. tanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Timor domini gloria & gloriatio, & lętitia, &
corona exultationis, Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in
longitudine dierum. Timenti deum in extremis bene erit, & in die defunctionis suæ
benedicetur. Timor domini scientiæ religiositas custodiet & iustificabit cor iucun
ditatem atque gaudium dabit. Plenitudo scientiæ timere deum, & plenitudo a fru-
ctibus illius. Corona sapientiæ timor domini. Radix sapientiæ est timere deum: ra-
De vera iu mi enim illius lõgæui. [Simulatio veræ religionis di.] Quia nihil boni in absco-
iusticia cõ dito facis, ne a cunctis cognitus detesteris, finge te foris esse quod intus non appetis.
tra pharisaicã religionem. [Religio vera ꝛ.] Imò magis sat age esse quod non es: nam ostendere te hominibus
quod non es, quid aliud quam damnatio est? Memor esto igitur quod dicitur, Væ vo
Cap. 4. bis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, 225
Mat. 23. intus autem pleni estis rapina & immunditijs. Pharisæe cæce, munda prius quod in- A
tus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod foris est mundum. Itemq; illud quod in-
culcando repetitur, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritę, qui similes estis sepulcris
dealbatis, [quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus
mortuorum & omni spurcitia: sic & vos] foris apparetis hominibus iusti, intus autẽ
Matt. 7. pleni estis hypocrisi & iniquitate. nec non & illud quod de talibus legitur scriptum,
De humili Veniunt ad vos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. [Inobe
& sponta- dientia di.] Quis tu es vt peioribus obtẽperes, deterioribus famulatum exhibeas: te
nea subie- magis q̃ illos decuerat imperare; qui tibi non possunt ingenio vel industria coæqua-
ctione cui cũq; ri? Obtempera igitur magis domini imperio, & non sit tibi cura de aliquo. [Beata
superiori con subiectio ꝛ.] Si domini obtemperandum est imperio humano subdi necesse est ma-
tra elatio- gisterio. Ipse enim dixit, Qui uos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Ita,
nẽ. Cap. 5. inquis, oportet. Sed si talis qui imperat esset qualis debet esse, non talis est per quem
Luc. 10. imperat deus. Sed Apostolus contra ait, Non est ptãs nisi a deo: Quæ aũt a deo sunt,
Rom. 13. ordinata sunt. Itaq; qui resistit ptãi, dei ordinationi resistit. Quales. n. eẽ debeant hi
Mat. 20. qui imperant, non est a subditis discutiendũ. Et quidẽ prius ecclesię pastoribus dns
Luc. 22. dicit, Scitis quia reges gentiũ dñantur eorum, & qui ptãtẽ exercent, inter eos benefi- 225
ci vocantur, Vos aũt non sic, sed qui vult in vobis maior esse, erit oium seruus, Sicut B
filius hois non venit ministrari, sed ministrare, & aiam suã dare pro multis in redem
ptionẽ. Sed tñ quia non oẽs tales futuros p̃uidit esse subiectorũ oium, & in discipu-
Mat. 23, lis assumens p̃monuit dicens, Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi, q̃
dicunt vobis, facite: quæ aũt faciunt, facere nolite. Imponunt. n. humeris hominum
onera grauia & importabilia, digito aũt suo nolunt mouere ea. [Inuidia di.] in quo
De excellẽ illo vel illo minor es? Cur ergo eis vel æqualis vel superior non es? Quãta vales ipse
tia inter quæ ipsi non valent? Non ergo tibi aut superiores aut æquales esse dicũt. [Congratu
alios non latio fraterni profectus rñ.] Si cæteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo q̃
ambienda in summo temetipsum conseruas, Semper. n. de alto peior fit ruina. Qd si tibi, vt asse
contra inuidiã. ris, quidã superiores vel æquales sunt, quid te lædit, quid te nocet? Caue prorsus ne
Cap. 6. dum alij locum celsitudinis inuides, illum imiteris, de quo scriptũ retines, Inuidia
Sapi. 2. diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ, Imitãtur aũt illũ, q̃ sunt ex parte illi⁹. [Odiũ
De dile- di.] Absit vt illũ ames, quem in omnibus contrariũ hẽs, qui tibi derogat, qui tibi in
ctione ini- sultat, qui te iniurijs exasperat, qui tibi peccata tua improperat, q te dictis, operib⁹,
micorũ cõ honoribus semper p̃ire festinat, nisi. n. tibi inuideret, nequaquam se tibi ita p̃ferret.
tra odium [Vera charitas rñ.] Nunquid quia hæc quæ narras odio habenda sunt in hoie, ppea 225
Cap. 7. non est amanda dei imago in hoie? Sicut xp̃s qui in cruce positus, inimicos suos dile- C
Mat. 5. xit, & ante crucis tormenta admonuit dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite
Rom. 12. his qui uos oderunt, & orate pro persequentibus & calũniantibus vos, vt sitis filij pa
tris vestri, qui in cœlis est. Et sicut p Apostolũ & Salomonẽ dicitur. Si esurierit inimi-

cus tuus, ciba illum: si sitit, pota illum, hoc. n. faciens, carbones ignis congeres super Proue. 25.
caput eius. Cui sniæ idem Apostolus ex proprio subiunxit dicens, Noli vinci a malo,
225 sed vince in bono malũ. Quo contra de his qui fratres odisse noscuntur, per Ioannẽ
C dicitur, Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quia oĩs homicida non habet
vitã in semetipso ęternã manẽtẽ. Et rursum, Qui odit fratrem suum, in tenebris am- 1. Ioan. 3.
bulat, & in tenebris est vsq; adhuc, & nescit quo eat, qm̃ tenebræ obęcauerunt ocu- 1. Ioan. 2.
los suos. At inquis, Sufficit mihi quod amantes me diligo. Sed dns contra, Si. n. dili-
gitis eos qui vos diligunt, q̃ mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Mat. 5.
Quid tu quoq; ad hoc objicere vales? Certe qui odit fratrem suũ, manet in morte: &
qui diligit, in deo manet, & deꝰ in eo. Oẽm ergo amaritudinem fellis euome, & quã-
quo pacto valueris, charitatis dulcedinem sume. Nihil. n. suauius, nihil illa beatius.
Ioannes Euangelista hoc affirmans ait, Deus charitas est. Et egregius p̃dicator Pau- 1. Ioan. 4.
lus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p Spm̃ sctm̃, qui datus est nobis. Vnde Rom. 5.
nec imerito delictorũ facinora tegere dicitur, sicut scriptũ est, Vniuersa delicta opit Proue. 10.
charitas. [Detractio dt.] Quis pót sustinere, quis silentio tegere, quanta ille praua & 1. Pe. 4.
cõmittit, nisi forte qui consentit? [Libertas iustę correptionis rñ.] Nec tacenda sunt De correc-
mala proximi, nec cõsentienda, sed charitate fraterna in faciem ꝓximus est redarguẽ tione fra
dus, non aũt occulte detrahendus. Qd si objicitur, idcirco fratrem corã oculis increpare nolle, ne exasperatus increpatione nõ ꝓficiat, sed magis ex correptione scãdalũ terna sine
225 sumat occurrat scriptura diuina, & versa vice magis scãdalũ esse denũciet, dicens, Se detractiõe.
D dens aduersus fratrem tuũ loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas detra-
ctionem. Maius. n. scandalũ sumit, qui se detrahentem intelligit, q̃ qui corripientem
sustinet. Et quia nõnũquã errata delinquentiũ ad tps silentio tegẽda sunt, vt aptiori
tpe corrigãtur, ppea subiũgitur, Hæc fecisti, & tacui. Ne ãt ex hoc discreto silentio de
tractores sibi applauderent, qui dũ sp occulte derogare malũt, nunq̃ in aptã increpa-
tionem ꝓsiliũt, adhuc subiungitur, Existimasti inique, ꝙ ero tui similis: acsi diceretur,
Iniquũ est cogitare vt inde detractoris similis apparẽa, vnde ad tps reticens nec dero
gans, locũ aperte correptionis expecto. Vnde & protinus subditur, Arguã te, & statuã
te contra faciem tuã: veluti diceretur, Nõ occulte, vt est tua cõsuetudo, sed in aperto,
vt est mea solicitudo, aptũ corrigendi tps expctãs, pcõrẽ arguã, ut eius delicta contra
faciem eius statuã, At inquis, Nũ odio, sed amo, quem ita in absconditis dijudicans
reprehendo: imõ magis hunc odis & nõ diligis, vnde detrahis & non corripis. Quãm
sit ãt detestanda detractio ꝓximi, plerisq; in locis diuina eloquentia testãtur, vt est il
lud, Detrahentem aduersum proximũ suũ occulte, hunc persequebar. Et iterũ, Qui Psal. 10.
detrahit fratri, detrahit legi. Et illud qui detrahit fratri, eradicabitur. Nec nõ & illud Iacobi. 4.
225 Apostoli, Videte ne dũ inuicem mordetis, ab inuicẽ cõsumamini. [Ira di.] Quæ erga Galat. 5.
E te aguntur, hæc æquaminiter ferri non p̃nt, imõ tolerare pcm̃ est: quia si nõ eis cum De æqua-
magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur. [Patiẽ mini ĩdul-
tia rñ.) Si passio redẽptoris ad mentem reducitur, nihil tã durũ quod non æquo aĩo gentia in
toleretur. xp̃s. n. ait Petrus, passus est pro nobis, nobis relinquens exemplũ, ut sequa- fratrẽ mo-
mur vestigia eius. Ipse. n. dicit, Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto ma lestãtẽ con
gis domesticos eius. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Sed quanta sunt in cõ tra exaspe
parationepassionũ eius, quæ patimur? Ille n opprobria, irrisiones, contumelias, ala- rationem.
pas, sputa, flagella, spineã coronã, crucemq; sustinuit, & nos miseri ad nostrã confusio Cap 9.
nem vno sermone fatigamur, vno verbo deijcimur. Et quid agimus de eo quod dici- 1. Pet. 2.
tur, Si non cõpatimur, nõ cõregnabimus? Quapp retundendi sunt iræ stimuli & ei Mat. 10.
metuenda dãnatio. Vnde scriptũ legimus, Qui irascitur fratri suo, reus est iudicio: Ioan. 15.
Qui aũt dixerit fratri suo racha reus erit concilio: Qui aũt dixerit fatue, reus erit ge- 2. Tim. 2.
hennæ ignis. Vbi tñ remedium inuenitur, cũ subinfertur, Si offers munus tuũ ante Mat. 5.
altare & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, remitte ibi
munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueni offer mu-
225 nus tuum: ac si aperte diceretur, ne in corde tacitam præcem effundas, nisi prius of-
F fensum proximum satisfaciendo ad lenitatis mansuetudinem perducas, Munus. n.
nostrũ est oratio nostra, altare vero cor nostrũ est. Ille. n qui hoc facere, quoties in-
ter duos ira sine causa fuerit excitata, studuerit, p̃missam damnationẽ neq̃q̃ incurrit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Mat.6. Mat.18. Sed sunt multi qui petenti sibi veniam delicta non remittant, contra quos illa sententia domini venit qua dicitur, Si non remiseritis hominibus peccata eorũ de cordibus vestris, nec pater vester cœlestis remittet vobis peccata. Plura sunt, inquis, quę commisit, & me sæpius offendit. Ad hoc non ego sed dominus respondet, Nam cum Petrus ad dominum diceret, Quoties peccabit in me frater meus, vsq; septies dimittam illi? Et ille ad eum, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagiessepties. Quã multi autem sunt, qui suas iniurias tarde relaxant, dei vero citius indulget, fitq; non nunq, vt occasione domini iniurias vindicandi suas vindicent irati. Quid quoq; de illis dicendum est, qui furore ęcitatis vsque ad verba prorumpunt maledictionis, ni si hoc quod Apostolus ait, Neque maledici regnum dei possunt possidere? Quod Iacobus exaggerando detestans ait, Linguam nullus hoium domare pot, inquietũ malum, plena veneno mortifero: in ipsa benedicimus deum & patrem, in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem dei facti sunt, ex qua procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri, nunquid fons de eodem foramine manat & dulcem & amaram aquam? Hac de causa etiã alibi dicitur, Mors & vita in manib. linguæ. (Proterua di) Nunquid stultis, nunquid brutis animalib. ac insensatis lenia verba non asperrima magis, vt tales decet, dum derelinquerunt obiicięda sunt? [Mansuetudo &.] Non tua in his persuasio, sed Apostoli sequenda est præceptio, qui de hac sententia dilectum discipulũ admonuit dicens, Seniorem ne culpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores, in omni castitate. Et rursum, Seruum inquit, domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes doctorem patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt. Rursumq; Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Quod videlicet proteruiæ malum deterius adhuc subditis, quã prælatis nocet: sepius enim contingit, vt leuiter ac cum charitatis dulcedine prolatam correptionem spernant & contra humilitatis verba discepationis * emittunt iacuia: vnde scriptum est, Qui arguit derisorẽ ipse sibi iniuriam facit. Quocontra de illo qui per increpationem proficit, dicitur, Argue sapientem, & amabit te. [Tumor di] Testem habes in deum in cœlis, non sit tibi curæ, quid de te suspicentur homines in terris. [Humilis satisfactio &.] Non est danda detrahendi occasio, non susurrandi suspicio, sed si adsunt, quæ corrigantur manifestandę, aut certe si desunt, humili protestatione neganda, quia Apostolus admonet nullam occasionem dare diabolo maledicti gratia. Quod etiam in illis detestatus est qui Christianæ fidei consentientes, in idolio ad comedendum recumbebant. Et quã ipsi idolium pro nihilo ducentes, immolata quasi innoxios cibos sumerent, infirmas tamen fratrum conscientias per hoc factum, ad nefandum idolorum ritũ trahebant. [Tristitia di.] Quid habes vnde gaudeas, cum tanta mala de proximis spargas? Perpende cum quo mœrore omnes intuendi sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur. [Spiritale gaudium &.] Geminam esse tristitiam noui, imo duas esse tristitias noui, vnam, scilicet, quæ salutem, alteram vero, quæ perniciem operatur: vnam quæ ad pœnitentiam trahit, alteram, quæ ad desperationem perducit. Tu quidem vna ex illis esse cognosceris, sed omnino quæ mortem operaris. Non est igitur in his contristandum, quæ suades, sed econtra magis gaudendum in his quæ nondũ intelliguntur, quia & dator gaudii perennis dixit, Cum persecuti vos fuerint homines, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter nomen meum, gaudente in illa die & exultate, Ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Memento quã religionis nostræ Apostoli ibãt gaudentes a conspectu concilii: qm̃ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nullus ergo locus mœroris esse debet: vbi tanta lętitia succedit. [Torpor vel ignauia di.] Si lectioni & continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris: si indesinenter lachrymas fundis, ipsos etiam oculos amittis, si protelatis vigiliis psalmorum censum persoluis, insanię capitis acquiris: si quotidiano labore te conficis, ad opus spiritale quando consurgis? [Virtutis exercitium &.] Quid tibi ad hoc proferendum tam longa temporum spatia proponis. Nunquid scis si crastinum viuas? imo etiam si vnam horam in hac vita facias, ignoras. An forte mente excedit quod saluator in Euangelio dicit, Vigilate itaque nescitis diem neque horam? Quapropter discute corporis inertiam, semperq; memento, q̃

Prou.18. De mãsuetudine in correctionibus seruanda cõtra proteruiam.

Cap.10. 1.Tim.5. 2.Tim.2. 2.Tim.4. * alias, despectionis Prouer.9.

De fama non negligenda cõtra tumorem

Cap.11.

De spiritali gaudio in aduersis contra animi deiectionem.

Cap.12.

De vigilãtia in bonis exercitiis contra torporẽ.

Cap.13.

225 G

224 I

225 H

225 M

225 B

regnum cœlorum non tepidi, neq; molles, neque desides, sed violenti atque feruentes * diripiunt illud.] Dissoluta vagatio di.] Si deum vbiq; esse credis, cur vnum locum singulariter quo tanta mala perpetrantur custodis, & non potius ad alia transis? Stabilitas firma. &.] Si ita est, vt asseris, quia vbiq; deum esse fateris, ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis, quia & in ipso deus est. At, inquis, meliorem inquiro, meliorem inuenio. Sed respondeo, Nunquid meliorem, aut etiam talem inuenies, qualem diabolum & angelos eius, & hominẽ perdidisse cognoscis? Memor esto itaque, quia primus angelus de cœlo ruit, & primus homo de paradiso expulsus, ad ærũnam huius seculi peruenit, atende quia Loth exercitio malorum probãtus, inter Sodomitas sanctus fuit: in montis vero securitate torpens, inebrians cũ filiabus suis peccauit. Quod videlicet vagationis tædium adhuc alteram speciem reddit, dum quosdam in vno loco perseuerantes, a spiritualibus retrahens, vel terrenis negotiis implicare, vel rebus vilissimis satagit occupare, contra dicta Apostoli perpetrãs, qui ait, Nemo militans deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Et rursum, Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite [Desperatio di.] Quę & quanta commisisti, q̃ grauia crimina, quã numerosa delicta, & tamen in melius vitam nondum mutasti, necdum conuersationem viriliter correxisti: ecce n. vt cernis, mala semper consuetudine obligatus teneris. Conaris exurgere, sed peccatorum oneribus prægrauatus relaberis. Quid ergo agendum est, quando de præteritis certa dãnatio imminet, & de præsentibus emendatio nulla succurrit, nisi vt non amittantur rerum tẽporalium voluptates, dum consequi nequeunt futuri seculi delectationes? [Spei fiducia rñ.] Si de criminibus & de delictis agitur, ecce Dauid adulterii simul & homicidii reus, de inferni faucibus domini misericordia describitur liberatus. Ecce Manasses omnium peccatorum nefandissimus, impurissimus ac sordidissimus, illecebrosissimus quoque & sceleratissimus, per pœnitẽtiam ad vitam de morte rediit. Ecce Maria Magdalene innumeris peccatorum sordibus inquinata, ad fontem pietatis anxia currens, domini vestigia lacrymis rigans, capillis detergens, deosculans quoque & lambes, vnguẽtoq; vngens, ablui promeruit. Ecce Petrus negationis suæ vinculis astrictus, amarissimis lacrymis infidelitatis nodos resoluit. Ecce seditione simul & effusione fraterni sanguinis latro obnoxius, vnius horæ momento, vnaq; confessionis voce, de cruce ad paradisum transiit. Ecce Saulus ecclesiam dei persequens, multos pro Christi nomine perimens, &, ita vt dicam, martyrum cruore totum se inficiens, Apostolus factus, in vas electionis est commutatus. Vbi ergo tot, tantaq; procedunt ex empla, dent locum desperationis mala colloquia, cum & scriptum sit, In quacunque die peccator conuersus ingemuerit, saluus erit. Et rursum, Nolo mortẽ peccatoris, dicit dominus. De conuersione vero in melius nequaquam mutata, quid aliud respondeam? Nisi vt quod heri quisq; non egit, agat hodie, dum adhuc viuere licet, nec differat de die in diẽ, dum nescit si vel vnam diem correctionis habeat, sempq; pro viribus desuper acceptis, prauæ consuetudini resistens, dicat vespere & mane, Nunc cœpi, hæc est mutatio dexteræ excelsi. [Cupiditas di.] Valde sine culpa es, quædam habenda concupiscis, quia non multiplicare appetis, sed egere pertimescis, & quod male alius retinet, ipse melius expendis. [Mundi contemptus &.] Ista nec apud homines seculares sine periculo vel offensione procurantur, quia quãto quisque amplius habere cœpit, tanto amplius habere concupiscit, fitq; vt modũ in concupiscendo non habeat, dum innumeris huius seculi curis deseruire festinat, vt. n. ait scriptura, Auarus pecuniis non implebitur. Quæ nimirũ quam sit destanda, Paulus indicat dicens, Et auaritia, quæ est idolorum seruitus. Quam sit noxia, idem exponens ait, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergunt homines, in interitum & perditionem. [Quam sit detestãda, quidam sapiens denũciat cum dicit, Auaro nihil est scelestius.] Quã sit noxia, Iacobus aperit dicens, Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient vobis, Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra a tinea commesta sunt: aurũ & argentũ vestrũ eruginauit, & erugo eorũ in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Sed nec redemptor noster præterire voluit, cupiditatis malũ q̃ noxiũ sit. Ait. n. Difficile qũi pecuniam habent in regnum

225 L

225 A

225 M

225 B

* alias vim facientes. De mãtis stabilitate contra uagatiõis leuitatem. Ca.14.

1.Theff.5. De spe consequenda misericordię, & petis contra desperationẽ Ca.15.

1.Para.33.

Mat.26.

Acto.8. & 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlorum intrabunt. Et rursum, Facilius est camelum per foramẽ acus transire, ꝙ di- 226
uitem regnum cœlorum intrare. Si igitur secularibus viris ita est pernicioſa cupi- C
ditatis industria, quanto magis illis periculoſior, qui habitu & conuersatione iam se
culares esse desierunt, qui totũ quod viuunt, domino deo deuouerunt: ad quos spe
cialiter redemptoris transeunt verba, quibus destrui possit auaritiæ morbus. Nolite,
Mat. 26. inquit, soliciti esse quid manducetis aut quid bibatis, aut quid induamini, Hæc enim
omnia gentes inquirunt. Quærite autem primum regnum dei & iustitiã eius, & hæc
omnia adijcientur vobis. O quã beata, o quã secura, o quã amplectẽda sententia, nul
lus in hac vita securus est, ita vt ille qui nihil prẽter xp̃m appetit possidere, cuncta
quæ necessaria sunt sub hac spõsione probatur habere, sicut Paulus ditissimus pau
per dicebat, Tanq̃ nihil habentes & omnia possidentes, oĩa itaque non superflua, sed
necessaria tantum, ipso confirmante & dicente, Habentes victũ & vestitum, his con-
Gen. 19. tenti simus. Dicis forte, Ideo a sanctis religiosis viris plura habenda sunt, vt melius
ab ipsis quam a popularibus erogentur pauperibus xpi. Et ego consentio, sed præla
tis, non autem subiectis. Quod maxime illud mulieris Loth exemplũ docuit, quæ
dum post tergũ a Sodomis exiens, respexit, in statuam salis conuersa spiritũ efflauit.
Vnde & Christus tale quid præcauendũ denũciat dicens, Nemo mittens manũ suam 226
ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno cœlorum. Hinc Petrus ait, Melius erat D
illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post cognitionem retro conuerti ab eo qd̃
Prouc. 26. traditum est illis sancto mandato. Contingit. n. eis illud veri prouerbii, Canis reuer-
sus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Qui nimirum auaritiæ morbus
nunquam melius compescitur, nisi cũ dies mortis sine fine meditatur, cũ qualis post
modicum in sepulcro futurus sit homo, considerat. Hoc certe fixum manebat in il-
lius corde, qui dicebat, Homo putredo, & filius hominis vermis. Hæc ab illius ore nõ
recesserunt, qui dicebat. In oĩbus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æter-
num non peccabis. Quid tunc rogo, quid tunc diuitiæ conseruatæ prodiderunt? Au
Iob. 1. di quid dicit beatus Iob, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar
1. Tim. 6. illuc. Et Apostolus, Nihil intulimus in hunc mũdum, sed nec auferre quid possimus.
[Obduratio di.] Si ea quæ possides indigentib. tribuis, vnde subiectos absque penu-
ria nutris? [Misericordia &.] Si Apostoli modum in hac parte tenueris, vtraque pfi-
cere valebis. Hic enim idem ipse ad Corinthi. ait, Si voluntas prompta est ex eo
quod habet, accepta est non secundum id quod non habet, non enim vt alijs sit 226
sit remissio, vobis aũt tribulatio, sed ex æqualitate in præsenti tpe vestra abundan- E
Exod. 6. tia illorũ inopiam suppleat, vt & illorũ abundantia vestræ inopiæ sit supplementũ,
vt sit æqualitas, sicut scriptum est, Qui multũ habuit, non abundauit, & qui modicũ
Tobiæ. 4. nõ minorauit. Hinc quidã iustus prolẽ dilectã admonet dicens, Si multũ tibi fuerit
abundanter tribue: si autem exiguũ, & hoc ipsum libenter impartire. Hinc quoque in-
Luc. 11. carnata veritas dicit, Verũ tamen qd̃ superest, date eleemosynam, & ecce oĩa munda
Iaco. 2. sunt vobis. Audite obdurata p̃cordia, Iudiciũ sine misericordia ei qui nõ fecerit mi-
sericordiã. Quos contra per Prophetã dñs admonet dicens, Frãge esurienti panẽ tuũ
Esaiæ. 58. & egenos vagosq̃ induc in domũ tuã, & carnẽ tuã ne despexeris, cũ videris nudum
operi eũ: memẽto quid purpurato diuiti contigerit, qui non ideo dãnatus est, ꝙ alie-
Luc. 16. na abstulerit, sed ꝙ egẽti pauperi sua nõ tribuerit, & in inferno positus ad petenda
minima puenerit, quia hic parua negauit, quid etiam ad sinistram positis iudex cœli
dicturus sit, Ite maledicti in ignẽ æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius.
De fraudi- Esuriui, & nõ dedistis mihi manducare: & cætera, quæ ibi terribiliter enumerantur.
bus decli- Furtum & fraus quanq̃ gradus habeãt locutionis, vnũ tñ est dicunt. [Furtum n. di.]
nandus & Si aliena non tollis, exproprio vel d ues vel sufficiens esse non potes. [Fraus di. Si cun
seruãda in cta quæ tibi plantus seruanda comisit, illibata consignas, & nec modicũ quid reser-
nocentia. uandum exiltimas, vnde vel propriis vtilitatibus consulis, vel amicis & cõmilitoni- 226
Cap. 18. bus places? [Innocentia ad vtraque &.] Melius est pauperẽ & insufficientem esse, nul F
liq̃ ex dato placere, q̃ aliquem lædere furto vel fraude, qui. n. aliena qũolibet iniuste
1. Cor. 6. præripit, ipse sibi regni cœlestis aditum claudit. Vnde & prædicator egregius quosdã
redarguit dicens, Oĩno delictũ est in vobis, ꝙ iudicia habetis inter, quare nõ magis
iniuriã accipitis? quare nõ magis fraudẽ patimini? sed iniuriã facitis & fraudatis, &

hoc fratribus, an nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? [atq; inter cæte-
226 ra subiunxit: neq; fures, neque rapaces regnum dei possidebunt. [Fallacia atque mẽ
E dacium & ipsa vnum dicunt: fallacia autem fit ingenio, mendaciũ vero simplici ver-
bo. [Fallacia igitur dicit:] Vt ex multis vnum proferamus, fallacia est, cũ in non dãdo
aliquem illudere quærit. Quid in petendo moras innectis? Non habeo quod tibi tri-
buere possim, celans vtique in corde quæ hẽt, vel qd̃ sibi conseruet quod alijs volũta
te tribuat. Mendaciũ di.] Oĩno qd̃ postulas non habeo. [non artificioso ingenio sicut
fallacia, sed simplici negationis verbo frustratur poscentẽ. [Sed veritas ad vtraq; &.]
Nec artificioso ingenio, nec simplici verbo oportet decipe quẽq̃, qa quolibet artis mõ Sapien. 8.
mentiatur, os qd mẽtitur occidit aĩam. Et oĩb. mẽdacib. pars illoꝝ erit in stagno ignis
ardẽtis, & sulphure. [Vẽtris ingluuies di. [Ad esũ deus oĩa munda condidit, & q̃ satu-
rari cibo respuit, qd aliud q̃ muneri cõcesso cõtradicit? [Ciborũ parsimonia &.] Vnũ
horũ qd̃ dicis verũ est, Ne. n. hõ fame moreretur, oĩa ad esum deus creauit: sed ne mẽ
surã comedendi excederet, & abstinentiã imperauit. Nã inter cætera sua mala, saturi-
tate panis maxime Sodoma periit, dño attestãte, q̃ ad Ierusalẽ Prophetã loquitur di- Ezec. 16.
cens, Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis. Quapp sicut æger ad me
dicinã, si ad sumẽdas dapes debet quisq̃ accedere, nequaq̃ videlicet in illis voluptatẽ
appetens, sed necessitati succurrẽs. Hinc veritas per Euangeliũ dicit, Attẽdite ne gra- Luc. 21.
226 uentur corda vestra in crapula & ebrietate. Quo cõtra de insatiabili Iudæorũ voraci Philip. 3.
F tate Apostolus dicit, Multi ambulant, quos sæpe dicebã vobis: nũc aũt & flens dico,
inimicos crucis xpi, quorũ finis interitus, quorũ deus venter est, & gloria in puden-
dis eorũ, qui terrena sapiunt. Et rursum, Esca ventri, & venter escis, deus aũt hunc & 1. Cor. 6.
has destruet. Ille aũt plene hoc vitiũ superat, qui in sumendis dapibus non solũ parsi
moniam, vt. [refectionẽ semper esuriens imperet, verũetiã accuratiores & suauio-
res epulas, excepta corporis infirmitate, & hospitũ susceptione contemnit. Inepta læ-
titia di. Vt qd ai gaudiũ intus absc̃dis? Egredere in publicũ lętus, dic aliqd foris vñ
vel tu vel ꝓximi rideãt, fac eos lætos tua lætitia. Moderatus mœror &.] Vñ tibi inesk
tãta lætitia? Nunqd iã diabolũ viciſti? Nũqd iã inferni pœnas euasisti? Nũqd iã de exi
lio ad patriã venisti? Nũqd iã de tua electione securitatẽ accepisti? An forte in obli-
uionẽ venit qd dñs dixit, Mũdus gaudebit vos aũt cõtristabimini, sed tristitia vestra Ioan. 16.
vertetur in gaudiũ. An forte memoriã excesit quod idẽ alibi dicit, Vę vobis qui nũc
ridetis, quia plorabitis & flebitis. Quod quidẽ per Salomonẽ dr̃, Risus dolore misce-
bitur, & extrema gaudii luctus occupat. Et ecõtra per Euãgeliũ, Beati qui lugẽt, qñ
226 ipsi cõsolabũtur. Rursum p Salomonẽ, Nescit hõ vtrũ amore, an odio dignus sit, sed
G oĩa in futurũ reseruãtur incerta. Cõprime ergo inanẽ lętitiã, qui necdũ euasisti pœ-
nalẽ ærũnã. Nonne apud oẽs insanus iudicatur is, qui tenebris reclusus carceris gau-
dere conatur? Multiloquiũ di.] Non ille reus tenebitur, qui plura quidẽ, sed bona lo
qui, sed ille qui saltem rara, sed mala dicere probatur. [Discreta taciturnitas &.] Ve-
rum est quod dicis, sed dum multa bona proferri videntur, sæpe contigit vt à bo-
nis locutio inchoata, ad aliquod prauum deriuetur. Hoc ipsum sancta scriptura de-
nunciat, quare, In multiloquio, inquit, peccatum non deerit. An forte inter innu-
merа verba declinantur criminosa? Sed nunquid declinari poterunt inurilia atque Mat. 12.
ociosa, de quibus vtique ratio in futurum erit reddenda? Tenendus est ergo modus Psal. 38.
in loquendo, & ab ipsis nonnunquam vtilibus uerbis parcendum, sicut Psalmistã le-
gitur fecisse: Dicit enim Humiliatus sum & silui a bonis. (Immunditia di) Non est
grande facinus sine concubitu maris & fœminę, vel proprijs, uel alterius inquinari
manibus. (Integritas carnis &.) Non sic ait Apostolus, Quid ergo ait? Neque imũdi,
inqt, regnum dei possidebũt, (Luxuria di) Cur te in voluptate tua nõ dilatas modo,
cũ quid te sequatur ignoras? Acceptum ergo tempus in desiderijs perdere nõ debes,
226 quia q̃ cito pertranseat, nescis. Si enim misceri deus hominẽ in voluptate coitus nol
I let, in ipso humani generi exordio masculum & fœminam non fecisset. (Castitas illi-
bata. &.) Nolo vt ignorare te fingas, quid post hanc vitam recipias. Si. n. pie & ca- 1. Cor. 6.
ste vixeris, sine fine gaudebis: si uero impie & luxuriose, æternis incendijs subiace-
bis. Inde aũt castius magis debes viuere, vnde q̃ citius tẽpus acceptum pertranseat
ignorare te dicis. Quod quia in exordio generis humani ad hoc masculũ & fœminã

deum creasse profiteris, vt mutuis se amplexibus miscere deberent, omnino verissi-
me dicis. Sed quia nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc est, quia nubendi licē- 216 L
tia quibusdam tribuitur, hoc est, qui vi. ginalem, vel vidualem castimoniam nequa-
quam professi sunt: quibusdam autem non tribuitur, id est, qui virgines vel conti-
nentes esse decreuerunt: fornicatio vero nulli impune conceditur. Non attendis, aut
1. Cor. 6. contemnendum putas, quod Apostolus iubens dicit, Fugite fornicationem: omne
enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus suum peccat. Quod si hoc
paruipendendum existimas, audi quid postea in sempiternum gemas & deplores,
Neq; adulteri, inquit, neq; fornicarii, neque masculorum concubitores regnum dei
possidebunt. O q̄ parua est concubitus hora, qua perditur vita æterna. Quod ergo
emolumentum affert corpori, quotidie tribuit lucru, quod tam cito ducit aiam ad tar
tarum? [Spiritalis fornicatio di.] Nunquid damnandum aliquid agit is, qui in cor-
de libidini consentit, & ad opus concupitæ libidinis non pertransit? [Munditia cor
dis 8.] Omnino delinquit, qui castimoniam animæ non custodiit. Vnde & author
munditiæ in Euangelio dicit, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam
mœchatus est eam in corde suo. Quo contra per beatum Iob dicitur, Pepigi fœdus
cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam n. partem in me haberet 226 M
deus desuper, & hæreditatem omnipotens deus in excelsis? Nisi. n authori nostro co-
Esai. 1. gitatio praui consensus displiceret, nequaquam per Esaiam diceret, Auferte malum
Matt. 9. cogitationum vestrarum, & cætera. Et in Euangelio, Quid cogitatis mala in cordibus
Rom. 2. vestris? Sed nec Paulus Apostolus diceret, Cogitationum inter se inuicem accusan-
tium aut etiam defendentium, in die quo iudicabit deus occulta cordium hominum
secundum Euangelium meum per Iesum Christum. [Amor seculi di.] Quid pulcri⁹,
quid honestius, quidue potest esse delectabilius q̄ quod in p̄senti vita quotidie cer
nimus? O q̄ mirabilis cœli camera in aere iucundo, in lumine solis, in augmento lu-
næ atque defectu, in varietate stellarum & cursu, q̄ oblectabilis terra in nemorum
floribus, infructuum suauitatibus, in pratorum tiuulorumq; amœnitatibus, in sege-
tum culmis luxuriantibus, in vinearum vitibus & botronibus plenis palmitibus, in
syluarum vmbris & planis exitibus, in equorum & canum cursibus, in ceruorum &
caprarum saltibus, in accipitrum volatibus, in pauonum, columbarum, turturumq;
pennis & collis, in domo pictis muris & laquearibus, in organorum omniumq; musi-
corum tinnulis cantibus, in mulierum venustis aspectibus, earumq; superciliis, &
crinibus, & oculis, & genus, gutture & labiis, naso & manibus, atque extrinsecus adhi
bitis & auro & gemmis, distinctis monilibus, & si qua sunt alia quæ modo non reco-
lit sensus. [Amor patriæ cœlestis 8.] Si te ista delectant, quæ sub cœlo sunt: Si car- 227
cer ita pulcher est, patria, ciuitas & domus qualis est? Si talia sunt quæ colunt pere- A
grini, qualia sunt quæ possident filij? Si mortales & miseri in hac vita taliter sunt re-
munerati, immortales & beati qualiter sunt in illa vita ditati? Quapropter recedat
amor præsentis seculi, in quo sic nullus nascitur, vt non moriatur, & succedat amor
futuri seculi, in quo sic omnes viuificantur, vt non deinceps moriantur. Vbi nulla
aduersitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis læ
titia regnat. Si quæris quid ibi sit, vbi talis & tanta beatitudo persistit: Aliter dici nō
potest, nisi quicquid boni est, ibi est: & quicquid mali est, ibi nunquam est, Quod in-
quis, illud bonum est? Quid me interrogas? A Propheta & Apostolo definitum est,
Esai. 64. Quod oculus, inquit, non vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ
2. Cor. 2. præparauit deus diuitiis constipatus Dauid anhelabat cum diceret, Quid. n. mihi est
Psal. 72. in cœlo, & à te quid volui super terram? Dulcis regalibus dapibus abundans dicebat,
Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Et rursum, Sitiuit aia mea ad deum fontē
Psal. 16. viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei. Rursumq;, Heu me quia incola-
Psal. 41. tus meus prolongatus est. Hinc & Paulus ait, Cupio dissolui & esse cum Christo: mul 227
Psal. 119. to. n. melius. His itaq; decursis, q̄q̄ multa prætermiseram, tamen vt mihi videtur, ho- B
Philip. 1. stis nostri fortia castra monstraui, quibus modis pie viuentes in Christo Iesu nō de-
sinit impugnare. Sed necdum his contentus diabolus ad alia conuertitur argumen-
ta, dum quibusdam in somnis sæpius vera pronunciat, vt eos quandoq; ad falsitatē
pertrahat, dum dormientes ante horam vel ipse excusitat, vt eos vigiliarum tēpore,

grauissimo somno deprimat, cum psallētes atque orantes sibi, vel stridoribus atque
latratibus diuersis & incognitis vocib. iactis etiam lapidibus vel stercoribus pertur-
227 bat, vt eos quo pacto à spiritali opere retrahens, inanes efficiat. Tu autem homo dei,
B vigilanti studio attende quæ dico, & mihi magis adhuc stupenda narranti fidem præ
beto. Cuiusdam relatione, nuper cognoui quod dico. Vir quidā religiosus atque in
monachicho habitu cōstitutus, nostro nunc tempore antiqui hostis est inaudita ten
tatione pulsatus: ita vt idem malignus spiritus vestimentorum eius particulas extra
illum etiam incompositas immunda colluuione crebrius fœdaret. Quæ intantum
erat horrenda, fœtida, & noxia, vt pars vestium, quam tetigisset, nulli deinceps esset
vsui apta, quamquam fuisset abluta. De quo cum interrogatus fuissem, cur omnipo-
tens deus talem versuto serpenti potestatem in eum dederit, respondi, ut cordis eius
immunditiam foris ostenderet, quod nunquā in exteriori habitu fecisset, nisi interio
rem omnino corrupisset, s. aut infidelitate & blasphemia, aut certe inani & uana glo-
ria. Sanies quippe intus in corde, foras per uestimenta manauit. Quem, quia longe
positus erat, ego quidem non uidi, sed tamen, ut arbitror, hęc in illo uere præuidit. Q d
si non est ita, aunquid tamen factum putatur sine causa? Est propterea gestum, ut in
eo munditiam cordis fœditas illa seruaret, ne hanc calidus hostis inanis gloriæ ma-
cula fœdaret, sicuti Paulus ne de magnitudine reuelationū tumeret stimulum carnis
227 accepit. Sit itaque horum quodlibet. Aut certe si non fuerit, nunquid tamen quod
C quod extremum positurus sum verū non erit? Verum est oino, verū est quod dico,
non esse colluuionē illam extrinsecus aiæ noxiam, si ipsa seruare studuerit intus cor
dis mūditiam. Interea, sicut tu ipse iudicare curasti, audio quosdam apud vos dicere,
non posse aliquem in patria suæ natiuitatis perfectum esse: illud in argumentum as-
sumētes quod dns dixit, Nemo Propheta acceptus est in patria sua. Quos prima opor
tet ratione veritatis refelli, & sic demum qualiter intelligenda sit prolata sententia
demonstrari. Audiant igitur patiēter qui hæc dicunt, quia dum sensum sacræ scri
pturæ prudenter non considerant, pene oēs sctōs cōtemnūt. Si. n. ita est vt asserunt:
ergo quotquot ex Romanis conuersi: apud Romanos degunt, quotquot ex Græcis,
apud Græcos, quotquot ex Italis, apud Italos: quotquot ex Iberis, apud Iberos: quot
quot ex Germanicis, apud Germanicos, quotquot ex Aquitanicis, apud Aquinati-
cos, quotquot ex Britanicis, apud Britanicos: quotquot ex Anglis, apud Anglos re-
ligiose viuunt, imperfecti erūt. Ecce Paulus & Antonius ex Thæbeis, apud Thæbeos
perfecti sunt: ecce Hilarion ex Palæsthinis, apud Palæsthinos perfectus est: ecce Ma-
carius ex Aegyptiis, apud Aegyptios perfectus est: ecce Oxirincus ciuitas, ex ppriis
ciuibus tota perfecta est: ecce ad vicinos nostros veniamus, Protasius & Geruasius
227 in proprie hac Mediolanensi ciuitate, propriaq; domo manentes, ac per decem annos
D monachorum vitam exercentes, ita perfecti sunt, vt martyres fierent. An forte sola
vestra prouincia extra hanc regulam erit excepta, vt non de propriis, sed tm̄ de extre
mis habeat monachos? Satagendum igitur magis est, vt vbi quis fuerit iuxta perfe-
ctorum regulam viuat, non parentum, non propinquorum, non affinium illecebris,
a via perfectionis declinet. Sic certe iuxta saluatoris sententiam, patri matriq;, fratri-
bus, sororibus vxoribus, filiis, domibus, agris, & cunctis qnæ possidet renunciare va
lebit. Hoc autem dico non quo successores, qui de regno ad regnū, de publicò ad ere-
mum transeunt, summa laude non ducam, sed quo illos etiam qui magis affectibus
patrjam fugiunt quam gressibus fœlices atque perfectos ostendam, Obsecro itaque
illos, qui hæc apud vos fieri posse denegant, vt vigilanti studio considerent, cur non
dixerit dominus, nemo Propheta perfectus est in patria sua. Sed vbi quid aliud intel
ligendum est, nisi quia non aceptum dixit nequaquā receptum? quodq; de antiquis
Prophetis, & seipso dictum intelligi voluit, qui apud incredulos Iudæos non fuerūt
magis spreti, Stephano ad eos dicente, Quem Prophetarum non sunt patres vestri,
qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nūc homicidæ & proditores fuistis?
227 Quis autem non videat quantæ temeritatis, quantæq; sit præsumptionis, aliquem si
E bi Prophetę nomē assumere: Tu igitur cum charitatis affectione tales redargue, & iu
xta regulam patrum uiuere semper stude, maxime autem sancti & confessoris Bene-
dicti. Non declines ab ea quoquā, nec illi addas quippiam nec minuas. Totum. n. qd

Capita duo sequē tia descri-pta sunt ex veteri-bus exem-plaribus. Cap. 28.

Acto. 7.

sufficit habet,& nunsqnam minus habet: cuius verba atque imperia, sectatores suos perducunt ad cœli palatia. Ecce frater charissime, inter cæteras meas occupationes, 227 F
hunc tibi sermonem nocturnis horis, licet inculta venustate dictaui atque conscripsi, quem quia epistolarem modum transire cognoui, libellum potius de conflictu vitiorum atque virtutum nuncupare malui, in quo si ædificationis aliquid reperis, hunc legendum & aliis tradere debes.

FINIS.

DE QVATVOR VIRTVTIBVS CHARITATIS TRACTATVS.

DEsiderium charitatis vestræ a nobis exigit debitum sermonis officium, sed tanta sunt quæ terrent & reuocant animum nostrum, vt si velimus parere desidrrio vestro, non sit sine periculo nostro. Primum, qꝺ iuuenis loqui cogor presentibus senibus, deinde temerarium esse arbitror, loqui velle imperitiam inter eos, quos roborauit antiqua doctrina. Optabam ergo silentio præterire, & illum locum tutissimum eligere, audire potius quam aliquid dicere. Sed quid facio? Instat uester amor, reuocat noster pudor, cogit sanctorum patrũ
Eccl. 32. iussio, a quibus si velim obsecrans veniam petere dicens, Ignoscite patres, ignoscite
parcite nostrę verecundiæ, parcitæ nostri ætati, maxime cum recolam vobis fuisse 227
præceptum, Loquimini seniores, decet enim vos. Ipsi sancta charitate qua prꝙualent G
2. Tim. 3. respondebunt mihi, Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibus si repetam, Sancti
patres quid loquar? Rursum mihi respondebunt, Quod a nobis sæpe audisti, Memento fili, quia ab infantia sacras literas didicisti. Sed nec sic vobis excusatus esse potero,
quorum corda ita me sua voce pulsabunt, Quid metuis proferre verbũ? Si ætas re-
1. Tim. 4. uocat? Paulus Timotheo iuueni præcipiebat dicens. Nemo adolescẽtiam tuã cõtem
Mat. 10. nat, prædica verbum. Si sermo deest, pete & accipies. Non enim vos estis qui loquimini, sed quid donatur vobis, hoc ministratis nobis. His coarctatus angustis, quo me cõferam, nisi ad sancta vestigia charitatis, eamꝙ depræcer vt donẽt mihi aliquid dignũ de se dicere, quo & meum suppleam ministerium, & vestro satisfaciã desiderio. Inter cæteras virtutes eius quas commemorat Apostolus Paulus, qꝺ charitas nõ æmulatur non agit perperam, non irritatur, non inflatur, non cogitat malum, & cętera, in vlti-
Virtutes mo quatuor eius virtutes breuiter comprehendit dicens, Omnia tolerat, omnia cre-
charitatis. dit, omnia superat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. Ex his igitur quatuor virtutibus sanctę charitatis loqui conuenit sanctitati vestræ, delectatꝙ primitus intueri, quemadmodum velut quatuor cardines orbis continens, totũ possederit mundum. Requiramus igitur, si placet, aliquorum exempla sanctorum, eorum, ſ. qui his virtutib. sanctæ charitatis posses si sunt, & eis singulis ita singula tribuamus, vt omnes in oibus esse noscamus. Quoniam omnis qui pie tolerat, recte credit, & omnis q recte credit, aliquid sperat, & qui sperat sustinet, ne ab spe cadat. Sed iam qui nã isti isti sint videamus, quorum fidem inquãtum desuper adiuuamur, assequi valeamus.
Prima vir- Virtus charitatis quæ omnia tolerat, eminuit in sancto Noe, quæ omnia credit in san 227
tus charitatis. cto Abrahã, qnæ omnia sperat in patribus nostris, id est, in populo Israel, vnde ipse I
noster exortus est dominus, quæ omnia sustinet in ipso capite nostro domino nostro
Cen. 6. & 7 Iesu Christo, qui est vera charitas, quæ nunquã cadit. Nec cæteros sanctos ab his virtutibus vestra charitas deputet alienos, quos pro breuitate tẽporis, & pro sermone susceptꝙ, ita prætermissos esse cognoscite, vt tamẽ certissime noueritis oes in xpo, & in oibus xpm. Sed iã videamus quemadmodũ sanctus Noe possederit vel possessus sit virtute charitatis quæ oia tolerat. Prædixit ei deus: qꝺ iniquitate hoium crescente diluuio pderet mundũ. Statim ille admonitus confugit ad lignũ & post cãporũ amœ

342

norum faciem, angustiis se reclusit arcæ, tolerat cœli fremitum, sonitum aquarum,
226 fragorẽ nimborũ. Et post ista oia, qui solet gaudere consortio hominum, socius quo-
K dammodo efficitur serpentium ac ferarum. Nec expauescit vir iste, qꝺ cum eo sint ferę in arca: imo ibi agnoscit ordinem suum feritas, quia se cognouit humanitas, & iubenti hoi obedirũt, qa hoiem superiori dño obedisse cognoscũt. Ostensum est in Noe, quid Adam prꝙceptum contẽnendo perdiderit, & demonstratum est, posse homines bestiis etiam dominari si subdantur obedientia creatori. Expectat & tolerat sanctus iste finem diluui, nec antequam finiatur, causa ferarum arca reliquitut. Tolerat bonus mala, & donec in fine etiam corpore separentur, intus manens, corde non corpore separatur. Si qua es aĩa, quæ cupis possidere virtutẽ charitatis quæ oia tolerat, relinque mundum, confuge ad crucis lignum, non metuas procellas & turbines huius diluuij, non mergeris, si ligno portaberis, nouit gubernare, qui dignatus est creare, tantum adsit virtus charitatis, quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ soliditate euellat. Permane bonus, & tolera malos: melius enim est ut intus positus ꝓpter bonos toleres malos, quam foras exiens & periens, & bonos relinquas & malos.
Si ergo sunt tecum ferę, id est, si sunt tecum in Ecclesia praua docentes, falsa sentiẽ-
226 tes hæretici vel schismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more ferarum animas deuo-
L rare quærentium, tolerentur vsque ad finem seculi, ꝙtanquam finem diluuij, rugiant licet, fremant dentibus, atque ipsam arcam confringeee conentur, non expaueſcas: si nito diluuio, illas rapiet inanis ac spinosa sylua, tẽ fertilis suscipiet terra. Post finem seculi, impii rapientur ad tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium, pios suscipiet terra viuentiũ. Nã & ipse sanctus Noe post finẽ diluuij obtulit sacrificium Mat. 25.
deo, sed de aĩalibus mũdis, nõ de imundis. Simul n. & mũda & imunda aĩalia in arca Genc. 8.
nata re potuerunt, sed mala ad sacrificium dei non peruenerunt. Sed iam hinc aliqñ
transeamus, vt cætera perscrutari valeamus. Procedat in medio sanctus ille Abrahã, Secunda
& suo nos doceat exemplo possidere virtutem charitatis, quæ omnia credit, qui non charitatis
est cunctatus ed vna uocationem relinquere patriam, sedem, domum, familiam: oĩa virtus.
relinquuntur, vt domino præcipienti pareatur. Exi, inqt ei deius, de cognatione tua,
& de domo tua, & ueni in terram quãcúq; tibi ostendero. Nec apud se iste sanctus cogitauit aut dixit, Quo eam, cui me committã, in quã terrã vadam? sed statim atque audit, surgit, currit, festinat, accelerat. Terram promisam non videt, sed credendo eã firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec aberrantibus uestigijs alibi q̃ debuit declinauit: quia qui eum ad ignotam terram mittebat, nõ dimittebat, nec eum ipse fellit. Redditur merces credenti, ad terram peruenit, dilatatur multiplicatur, ex pau- Gene. 13.
227 pertate efficitur diues, ex ignobili potens, ditatur oĩbus bonis. Et in illo impletur. qd
M dñs in Euangelio suis discipulis promisit dicens, Siquis dimiserit domũ, aut agrum, aut parentes causa nominis mei in hac uita, centuplum accipiet, & in futuro seculo uitam consequetur æternam. Cumulatur adhuc huius fideli merces, & seni promittitur filius. Adest virtus charitatis, quę omnia credit, audit, exultat, amplius diligit, suscipit filium ex coniuge sterili, quam spe pariendi distitutam sterilitas ætasꝙ iam fecerat, atq; in illo benedictionem omnium gentium promissam firmissime tenet. Sed adhuc eum charitas probat, probatumꝙ commendat, & quemadmodum nihil deo prtferat, posteris mõstrat. Vocat eum dominus de cœlo dicens, Abrahã, Abrahã. Et ille tanq̃ seruus obediens, Ecce adsum ait. Et dominus, Accipe filium tuum illũ, quem diligis Isac, & vade in terram excelsam, & offeres eum holocaustũ in vnũ montium, quem tibi dixero. Nec hac quidem iussione turbatur aut frangitur seruus fidelis, adest ei virtus charitatis quæ oĩa credit. Surgit, domum pergit, asinã sternit, li- Gene. 22.
gua concidit, gladiũ & ignẽ sumit, puerũ simul adducit & pergit ad locũ. Tunc intentus factus Isaac, patrem interrogat dicẽs, Pater ait. Et ille. Quid est fili? Et filius. Ecce
227 ait, ignis & ligna, vbi est ouis quã immolaturus es ad holocaustũ? Et pater rñdit, Deus
A ꝓuidebit sibi ouẽ ad sacrificiũ fili mi. Magnũ hic & grande video sacramentũ. Aliud Abraã corde gestabat, aliud filio ꝓmittebat. Sed neq; q̃ ꝓmittebat, filiũ fallebãt, neq; aliqua infirmitas cor eius a ꝓposito immutauerat. Quid plurib⁹? Pergit viã, videt; lo cum de longe, & statuẽs pueros suos ibi, eis talia verba profert dicens, Sedete hic cum asina, ego autem & puer ibimus vsque illuc, & cum adorauerimus, reuertemur ad

uos. O sanctæ Abraham, quid est quod dicis, cum aliud tibi de puero agendum sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Non, inquit, sed quod Prophetice vel dico uel gero, uirtus charitas in me manens, quæ omnia credit, & facit, & dicit. Audio enim eam sine strepitu uocis intus ad cor loquentem & dicentem mihi, Tu quidem licet resurre
228 B
cturum credens, pleno & perfecto uoto puerum ducas immolandum, filius tuus in
Iaco. 2. isto sacrificio non crematur quia resurrectio filio dei seruatur. Merito huius uiri fidem commemorans Iacobus Apostolus ait, Credit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Amicos, ut nouimus, coniunctio animorum facit. Vnde quidam sapiens huius mundi ait, Idem uelle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Ergo amicos, ut nouimus, cõiunctio animorum facit. Quémadmodum iste sanctus animum coniunxerit deo, ut eius amicus appellaretur, uultis
Roma. 8. nosse? Sicut enim deus pater unico suo filio non pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illum: ita & iste unico filio non pepercit, sed iubente ut immolaretur ei qui dederat eum, deuoto corde obtulit eum. Sed quæ sequuntur uideamus. Delectat. n. nos, adiuuante domino deo nostro, huius historiæ plenam uobis reddere notionem. Post quam relictis pueris, ad locum sacrificii pater cum filio uenit, aram construit, ligna componit, manus filio ligat, imponit eum in aram supra ligna, deponit humana paternæ pietatis iudicia, induit sacerdotis diram constantiam, educit gladium ut perimat filium. Quid uidetis fratres charissimi? Nihil hic sentimus humanum, quia totum cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui pauloante ouem requirebat, sub ingenti silentio talia fieri in se sentiebat, & ita patiens inuenitur, tanquam iam ille esset qui sicut ouis ad immolandum ductus est, & tanqnam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. O tu sanctæ Isaac, indica nobis silẽtii huius tam gran
Esaiæ. 53. de secretum. Pauloante nihil in te fieri sentiebas, & a patre arietẽ requirebas, nunc
228 C
autem manibus ligaris, in aram imponeris, ligno quodammodo suspenderis, & modo taces. Taceo, inquit. Dic quare obsecro, vt nouerimus. Vultis nosse ait, quare mo-
Ioan. 10. do taceo? Quia figurã illius gesto, qui uoluntate ponit animam suam non necessitate, In hoc tam grandi mystico fidei sacramento, & Abraham sanctus apparuit probatus, & filius in præsenti est liberatus, in quo est xp̃s prænunciatus. Si qua es anima, quę cupis sequi uestigia fidei patris nostri Abraham, exi de terra tua, & de cognatione tua, relinque populum tuum, & domum patris tui, id est, fideliter renuncia diabolo, pompis & angelis eius & sequere uiam rectam, quæ te perducat ad terram, in qua diteſcas & emineas, & efficiaris socia Abraham. Sed cum ista feceris, si virtus charitatis, quæ omnia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatũ coronabit te, & expetit a te sacrificium dilecti tui. Quid à te expetit? Quod Abraham illi dictum est, Da mihi unicum dilectum filium tuum, tibi dicit sapientia, Da mihi fili cor tuum. Ipse est dilectus unicus. Quid metuis offerre cor tuum? Offer sacrificiũ contritionem cordis domino tuo, & dic cum Propheta, Holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Nihil metuas
Psal. 50. tali sacrificio oblato, & tibi acceptum erit, & quod obtuleris integrum permanebit.
Tertia uirtus charitatis. Aliam uirtutem charitatis, quę omnia sperat, placet inspicere, hanc superius plebi Israel & patribus nostris assignare cognoscimus. Eius namq; uirtutis uox est in uersu illo Prophetico, In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Et ipsi ex Aegypto fugere iubentur, terra eis lac & mel fluens promittitur. Per mare rubrum transeunt, ad eremum ueniunt ducebat eos spes charitatis, ut discerent deum amare gratis. Redditur & in his merces fidei. Non enim potest nõ reddere qui se donando dignatur facere debitorem. Post eremum mella de petra suxerunt, panem cœli manducauerunt, non sunt priuati a desiderio suo. Quod sperauerunt, terra etiam
Psal. 21. promissionis acceperunt. Exurgit anima quæ huius charitatis uirtute comprehen-
Exod. 3. sa est: effugiat ex Aegypto id est ex huius seculi desiderio: pergat ad mare rubrum, s.
228 D
Exod. 14. Christi baptismum, ideo rubrum quia xp̃i sanguine purpuratum, persequantur hostes, peccata cum suo authore diabolo, tanquam Aegypti cum suo rege Pharaone, sequantur, sequantur fugientes. Quid metuis? Vsque ad aquam seuiant. Ingredieris tu, ingredientur & illi post te, sed aqua conuersa, illis erit in perniciem, tibi proficiet ad salutem, illos obruet, te abluet, illos dãnabit, te liberabit. Post hęc suscipies mel de petra,

tra, quo sitim tuam saties. Petra. n. erat Christus, ex cuius præceptis tanquam ex fontib. dulcedinis satieris. Gustabis & panem illum. s. qui dixit, Ego sum panis viuus qui
1. Cor. 10. de cœlo descendi. Gustabis & videbis, qm̃ suauis est dñs. Et si in te eminet virtus cha-
228 Ioan 6. ritatis, quæ oĩa sperat p eremũ te necesse est transire. i. vtaris hoc mundo tanquam nõ
F Psal. 33. vtens; & in hac vita peregrinum te noueris esse, si terran. promissionis cupis intrare.
2. Cor. 7. Hæc terra est, de qua Propheta cantat & dicit, Credo videre bona dñi, in terra viuentium, Vltima virtus charitatis restat, quę oĩa sustinet & nunquam cadit. Hanc ipsi ca-
Psal. 26. piti nostro dño Iesu xp̃o conuenire nouimus. Ideo in vltimo, qm̃ finis legis xp̃s est.
4. virtus charitatis. Quanta aũt ipse pro nobis sustinuerit, puto charitatem vestram ignorare non posse: tñ exinde aliquid dicam, si tamen de tanto aliquid digne dicam. Prius illud, q̃ deus
1. Cor. 13. homo, q̃ verbum caro factũ est, q̃ multa bona fecit, & mala perpessus est, q̃ mortuos
Rom. 10. suscitauit, & mortuus est, q̃ singularis illa patientia pertulit diabolum tentatorem, di-
Ioan. 1. scipulum traditorem, q̃ ipsum Iudam prius q̃ ostenderet traditorem, pertulit furem, & ante experimentum vinculorum crucis ac mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. In ipsa autem morte quanta sustinuit? Pertulit odiorum flammas, ministras pessimi chordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige, crucifige, vt rei re-
Luc. 22. manerent Iudæi, innocens ab eis crucifixus est filius dei. Ad crucẽ ducitur, expalma-
Ioan. 19. tur, qui est vera palma victoriæ. Spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere. Ligatur, qui soluit compeditos. Ligno suspenditur, qui erigit elisos. Aceto
228 Psal. 135. potatur fons vitæ, disciplina cæditur, salus vulneratur, vita moritur: occidit ad tẽpus
E vitam mors, vt in perpetuũ a vita occideretur mors. Quid hic Iudęi in hac morte xp̃i exultauerunt quasi victores, & cum terrenum & caducum regnum timuerunt perde re, regem cœli & terræ non dubitauerunt occidere. Sed nec sicut putauerunt victores extiterunt. Si. n. vicerunt, regnum quomodo perdiderunt? Quo nunc vsq; serui remãserunt? Ista nanq; causa est qua ab eis xp̃s occisus est. Dixerunt apud se principes Iudæorum, vt Euangelista narrat, Videtis, inquiunt, quia totus mũdus post eum abiit,
Ioan 11. si dimiserimus eum viuere, venient Romani & tollent nobis locum & gentem. Et xp̃m occiderunt, locum & regnum gentem q̃ perdiderunt. Quid vobis profuit, o insani Iudæi, q̃ tantum scelus commisistis? Nunquid quia xp̃o domino, vt decuit, seruire noluistis, ideo eius dominio caruistis? Dum illi seruiunt reges, quibus vos seruitis, facti estis mali serui bonorũ seruorũ xp̃i. Per ipsos conterit contumaciã uestrã, p ipsos dissipat consilia vestra, per ipsos retribuet scelera in capite vestra. Ipse autem dominus quem uos interemistis, non uos seruos, sed liberos esse cupiebat, quãdo dicebat, Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Vos aũt deũ dominũ & reg̃, & ipsam ueram libertatem non solum repudiastis, uerũetiam necare cupientes clamastis, Nõ
228 habemus regem nisi solum Cęsarem. Sed ne in hoc quidem gloriemini q̃ Christum
G occidistis, actum est de uobis potius & nescitis: audite ipsum dominum dicentem per Prophetam, Ego dormiui, & somnum cepi: somnum appellans mortem a uobis illatam. Cæterum qualis mors potuit esse triduana, maxime illius qui per eundem Prophetam alio loco dicit, Nunquid qui dormit, nõ adiiciet ut resurgat? Ego, inquit, dormiui, Ego qui potestatem habeo ponendi animam meam. Ego dormiui, non quia fæuistis, non quia insanistis, ego impleui quod uolui: uos autem in scelere remansistis. Quis exigit tanta de deo nostro, fratres, pro nostra salute ac redemptione, nisi charitas quę nunquam cadit? O charitas, q̃ magnas uires habes. De cœlo deum depo suisti. O chara sanitas, ò sancta ac uera charitas, quæ tanta es in terris, quanta eris sanctitas in cœlis? Quæ tm̃ potes in hac pugna mortalitatis adhuc solicita, quantum poteris in illa perfecta pace secura? Euigila itaq; omnis anima Christiana, & si in te eminet uirtus charitatis, quę omnia sustinet, domini tui imitare uestigia. Christus n. ait Apostolus Petrus, pro nobis passus est, relinquens uobis exemplum ut sequamini uestigia eius. Et si ille propter te de cœlesti sede ad terrena descendit: tu propter te fuge terrena, appete cœlestia. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus. Si amarus est mũ-
228 dus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator: surge ambula,
H pigrescere noli, habes quò. Sed forte quæris, quò? Vides enim uiam, & quæris quò ducat hæc ipsa uia? Ad ueritatem & ad uitam duciti si am as ueritatem, si amas uitam, & cupis ad ueritatem & ad uitam uenire, a uia noli errare. Videó, inquis, uiam, & cupio

ambulare, sed ambulare, sed amara est, aspera est. Arcta. n. & angusta via est, quę ducit ad vitā. Christus transiuit, & adhuc aspera est? Caput transiuit, & membra dubitant? Sed xps, inquis, deus & hō, ego autem homo. Tot milia martyrū trāsierunt, & adhuc tibi aspera est? Transierunt senes, transierunt iuuenes, transierunt pueri, puellę transierunt, viam quam timebas tritam tibi fecerunt. Ambula ergo viam, securus ambula. Quid n. metuis in hac via? Mortē? Et mortē times, qui ad vitā curris? Si bonus es, bene in hac via curris, mors tibi ianua erit, quæ te repræsentet, non quæ auferat vitę. Ambula ergo viam, imò ipse qui pp te factus est vita, ipse te ducet per seipsum ad seipsum. Ipse. n. est via, veritas & vita, Dic ergo domino deo tuo, O aia fidelis & pia, dic, secura dic, & cū Propheta veraciter exclama, Deduc domine me in via tua & ambulabo in veritate tua. Tunc ad te securus perueniā, si in finē vsq; tua gratia non deserta. Hæc, fratres dilectissimi, quæ dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati & charitati vestræ, ita hęreant cordibus & sensibus vestris, vt eadem ipsa charitas fructum ib vobis inueniat operis non solis laudis, Amen.

238 A

Ioan. 14. Psal. 138.

FINIS.

DE LAVDIBVS CHARITATIS TRACTATVS.

238 K

Rom. 13. 1. Tim. 1.

Diuinarū scripturarū multiplicē abundantiā, latissimāq; doctrinā frēs, chariss. sine vllo errore cōprehendit, & sine vllo labore custodit, cuius cor plenū est charitate, dicente Apostolo, Plenitudo aūt legis est charitas. Et alio loco, Finis aūt præcepti est charitas de corde puro, & conscia bona, & fide non ficta, Si ergo non vacat oēs paginas scripturarū reuoluere, tene charitatē, & in ea iuenies oēm sciam. Quid est aūt præcepti finis, nisi adimpletio? Quid est præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Qd ergo ibi dicit, Plenitudo legis est charitas: hoc ēt hic dixit, Finis præcepti est charitas. Nec dubitari vllo mō pōt, q̄ rēplū dei sit hō, i quo habitat charitas. Respice ad munera Ecclesiæ, & vniuersis excellēti charitatis munus cognosces, q̄, vt oleū, non pōt premi in imo, sed sp supernebullit. Dilige, & fac quod vis. Charitas causa est & mater oium virtutū, quæ si desit, frustra habentur cæteræ: si aūt adsit, habentur oia. Oia fiunt facilia charitate. Mandatū dei non hēt graue. Quō. n. est graue, cū sit dilectionis mandatū? Aut. n. quis non diligit, & iā grauiter ē aut diligit & graue esse nō p̄t. Dicit. n. & Ioā Deus charitas est. Hæc aūt dicentes Apostoli, & nobis præcellentiā charitatis cōmēdantes, non vtiq; aliud nisi qd̄ comederāt, ructare potuerūt. Ipse qdē dns pascēs eos verbo salutis, verbo charitatis, qd̄ est ipse panis viuus q de cœlo descendit, Mādatū, inquit, nouū do vobis, vt uos inuicē diligatis sicut dilexi vos. Et iterū: In hoc scient oēs qa discipuli mei estis, si vos inuicē dilexeritis. Ille ergo qui venit p crucis irrisionē, carnis perimere corruptionē, & vetustatē vinculi mortis nr̄æ, sūę mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hoiem nouū. Res. n. vetus erat, vt hō moreretur: quod ne sp valeret in hoie, res noua facta est, ut deus moreretur. Sed qa in carne mortuus est, nō in diuinitate p sempiternā uitā diuinitatis, nō pmisit esse sempiternū interitū carnis. Itaq; sicut dicit Apostolus, xps mortuus est pp delicta nostra, & resurrexit pp iustificationē nostrā. Qui ergo cōtra mortis uetustatem attulit uitæ nouitatem, ipse contra uetus peccatum opposuit nouum mandatum. Quapropter quisquis uetus peccatum uis extinguere, mandato nouo extingue cupiditatem, & amplectere charitatem. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita & radix oium bonorum est charitas. Totam magnitudinem diuinorum eloquiorum & latitudinem secura possidet charitas, qua deum proxi-

238 L

238 M

Rom. 4.

1. Tim. 6.

mumq; diligimus. Docet enim nos cœlestis vnus magister, & dicit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum, In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Si ergo non vacat omnes pagines sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, ibi pendēt omnia, ita tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nondum didicisti. Si enim nosti charitatem, aliquid nosti vnde & illud pendet quod forte non nosti. Et in eo qd̄ in scripturis intelligis, charitas patet, in eo quod non intelligis, charitas latet. Ille itaque tenet & quod patet & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Charitas, est vt mihi videtur, recta voluntas, ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa, iuncta deo inseparabiliter, & vnita igne quodam spiritussancti, a quo est, & in quem refertur incensa, inquinamenti extranea, corruptionis nescia, nulli commutabilitati obnoxia, super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinæ contēplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonorū, salus morū, finis cœlestiū præceptorū, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, arma sanctarū mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum, sine qua nullus deo complacuit, fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa iu martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicqd̄ est boni operis viuit. Quapropter, fratres, sectamini charitatem, dulce ac salubre vinculum mentium, siue qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima. In Habel per sacrificium grata, in Noe per diluuium secura, in Abrahæ peregrinatione fidelissima, in Moyse inter iniurias lenissima, in Dauid tribulationibus mansuetissima, in tribus pueris blandos ignes innocenter spectat, in Machabæis seuos ignes fortiter tolerat, casta in Susanna erga virum, in Hanna post virum, in Maria præter virū, libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitēdum, diuina in xp̄o ad ignoscendum. Sed ego de charitate quid maius aut vberius possum dicere, quā p os Apostoli laudes eius intonat dominus, supereminentem uiā demonstrantis atque dicentis, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferā, charitatem aūt non habeam, nihil mihi prodest. Charitas magnanima est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, nō inflatur, nō dehonestatur, non quærit quæ sua sunt, non iritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Quanta est ista vita animarum, prophetæ virtus, sacramentorum solum, scientiæ solidamentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium. Quid tam magnanimum, quā pro impiis mori? Quid tam benignum quā inimicos diligere? Sola est quam fœlicitas aliena non premit, qa non æmulatur, sola est quam fœlicitas sua non extollit, quia non inflatur, sola est q̄ conscientia mala non puugit, quia non agit perperam. Inter opprobria secura est, inter odia benefica est, inter iras placida est, inter insidias innocēs, inter iniquitates gemens, in ueritate respirans. Quid illa fortius, non ad re tribuendas, sed ad non curandas iniurias? Quid illa fidelius, non uanitati, sed æternitati? Non ideo tolerat omnia in præsenti uita, qui credit omnia de futura uita, & suffert omnia quæ hic irrogātur, quia sperat omnia quæ tibi promittuntur. Merito nunquam cadit. Ergo sectemini charitatem, & eam sanctæ cogitantes afferte fructum iustitiæ. Et quicquid vberius quā ego dicere potui, uos inueneritis in eius laudibus, appareat in uestris moribus. Oportet enim vt senilis sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis.

329 A

Charitatis descriptio.

229 B

229 C

1. Cor. 2.

229 D

FINIS.

Tomus nonus. Xx 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE HONESTATE MVLIERVM.

LIBER VNVS.

De nostri tpis multiplicib⁹ martyribus deque fugiẽda libidine, Ca. 1.

NFmo dicat, fratres, ꝙ temporibus nostris martyrum certamina esse non possint: Habet enim pax martyres suos: nã sicut diximus, frequenter iracũdiam mitigare, libidinem fugere, tustitiam custodire, cupiditatem contemnere, pars magna est martyrii. Contemnenda nãq; est cupiditas, quæ quidẽ velut ignis quanto amplius accipit, tanto amplios requirit. Iracundia vero est mitiganda, quę prius nocituris nocet quam nocendis. Quod autem libidinem fugiendam esse diximus, Apostolo doctore, euidenter didicimus, quia cum omnibus, quia cum omnibus, vitiis resistendum esse prædixerat, contra libidinem non dixit, resistite: sed ait, Fugite fornicationẽ, ac si diceret, reliquis vitiis deo adiuuante debemus in præsenti resistere, libidinem vero fugendo superare. Sic & in scripturis alibi legimus. Noli attendere in faciem virginis, ne scandalizet te vultus eius. Nam & beatus Ioseph vt impudicam dominã posset euadere, pallium quo apprehensus erat, reliquit & fugit. Contra libidinis impetum apprehẽde fugam si vis obtinere victoriã. Nec sit tibi verecundium fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Videte, fratres, quomodo ab omnibus Christianis, præcipue tamen a monachis seu clericis, indigna & inhonesta familiaritas fugienda sit, quia sine vlla dubitatione qui familiaritatem mulierũ non vult fugere, cito dabitur in ruinam. Sed forte negligens quisq; & minus de animæ suæ salute solicitus respondet & dicit; Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum extranearum, & tamen arma castitatis custodio. Infœlix est & nimium periculosa præsumptio. Multi enim se putant vincere cum victi sint. Sed adhuc addet aliquis & dicet, Ego inter extraneas mulieres habito, & continentiam seruo, & volo habere quod uincam, Quid est, volo habere quod vincã, nisi hoc volo habere quod peream? Sed ego, inquit, libidinis impetum tanquam aduersariũ meũ retinere volo Vide ergo ne contra te incipiat captiuitas ipsa prævalere, & vnde putabas obtinere triumphum, inde æternũ incurras opprobrium. Inter omnia enim Christianorum certamina, sola dura sint prælia castitatis, vbi quotidiana pugna & rara victoria, Grauem namq; castitas sortita est inimicum, cui quptidie resistitur, & semper timetur, & ideo, sicut dictũ est est, nemo se falsa securitate decipiat, ut de suis uiribus periculose præsumat: sed audiat Apostolum clamantẽ, Fugite fornicationem. Dauid enim ille sanctissimus in mille passionibus pressus uidit mulierem nudam, & adamauit eam, & statim homicidium simul fecit & adulterium. Et qui cum mulieribus habitantes putant se castitatis obtinere trlumphum, ignorant se apud deum dupliciter reos existere, dum seipsos in periculum mittunt, & aliis exemplum peruersæ familiaritatis ostendunt. Quanti enim per illarum inhonestam familiaritatem, castitatis decorem perdiderunt? Illorum animæ qui pereunt, ab illis in die iudici requirnedæ sunt, qui illis exemplũ perditionis ostendunt. Et ideo fratres, contra mortifera blandimenta, & contra adiutores diaboli, qui familiaritatem fusdectam habere non metuuut, nec erubescunt, ne nos sno exemplo decipiant, dei adiutorium imploremus, vt de laqueo uenantium nos liberare dignetur, scientes ꝙ in his omnibus quæ supra diximus bonis & castis quotidiana non desunt martyria. Omnibus Christianis martyria deesse non possunt. Sicut castitas, veritas & iustitia Christus est, sic & ille qui qui eis insidiatur, persecutor Christi est. Ille uero qui castitatem, ueritatem, & iustitiam in fratribus suis defensare, in aliis & in seipso custodire voluerit martyr erit. Et ideo qui hæc tota uirtute animi diligit, & ut alij diligant, uerbis simul & exemplis ostendit, & ubicunque veritas uel iustitia uel castitas laborat, quantum

De pericto tetationib⁹ se exponentiũ. Cap. 2.

De Christianorum cõib⁹ martyriis. Ca. 3.

229 E

229 F

229 G

229 H

quantum prævalet se etiam ultro ingerit, & secundum uires suas defensare contendit non unam sed plures coronas domino remunerante percipiet. Et vt hæc obtinere mereamur, cum dei adiutorio, non solum extranearum mulierum, sed ancillarũ nostrarum & quorumcunq; uicinorum aut filiæ aut ancillę unusquisq; nostrum collocutionem uitare procuret: Quia quanto uilior est illarum conditio, tanto ruina facilior. De tali re admonet Salomon omnes dicens, Nunquid alligabit aliquis ignem in sinu suo, & vestimẽta eius non ardeant? Aut quis ambulabit super prunas, & plantæ eius non comburentur? Et illud, Pretium mererricis vix est dimidii panis. O quanta iniquitas, o quanta peruersitas, vt animam, quam Christus suo sacro sanguine redemit, luxuriosus quisque propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo pessimo inimico suo vendit ac tradit. Vere nimium miseranda & plangenda conditio est, vbi cito præterit quod delectat & permanet sine fine quod cruciat. Sub momẽto enim libidinis impetus transit, & permanet sine termino aut infœlicis opprobriũ. Sed dicit aliquis, iuuenis homo sum, faciam quod delectat modo, & postea pœnitentiam agam. Quomodo si dicat, percutio me crudeli gladio, & postea vadam ad medicum. Heu miser homo, nescis ꝙ unius horę puncto uulnus accipitur, sed uix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur? Qui enim fornicans dicit pœnitentiam

229 I

se acturum, quare nõ timet ne eum subitanea febricula, vel aliquo casu subita mors superueniens rapiat, & pereat dilatio, & succedat æterna damnatio? Et quia de infœlici libidine, vnde locuti sumus, credendum est quod dicit Propheta, Confractus est malleus vniuersæ terræ. Quamuis post aduentũ domini nostri Iesu Christi per vniuersa monasteria monachorum, & per clericos vel etiam laicos castitatem seruantes, quasi confractus malleus ille videatur, tamen quod multo peius est, ahuc multo plures sunt qui ab illo malleo quotidie confringuntur, quam illi qui de ruina collisionis illius liberantur. Vnde iterum atque iterum rogo, vt diligentius consideremus, & quantum possumus timeas illud quod dominus in Euangelio dicit, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Pro quare, sicut iã dictum est, non solum ab extraneis mulieribus, sed etiam a vicinis & domesticis, & ancillis nostris reſenãda est, & secreta familiaritas & oculorũ incauta fragilitas, ne illud eueniat nobis, quod dominus per Prophetam terribiliter clamat dicens, Mors intrauit ad animas nostras per fenestras nostras. Per quas? per visum oculorum, & auditum aurium. Si per linguam tuam amico tuo aut famulo tuo iusseris ut ad temetretrix adducatur, aut tuipse cum meretrice locutus fueris per os tuum, ad animam

229 K

tuam gladius æternę mortis ingreditur. Si autem malum vel sordidum consilium libenter audieris, si detrahentem, aut luxuriose loquentem, aut cantica turpia prosequia dominus dixit, Qui uiderit mulierem, & cætera, voluntas prona faciendi, repu-

tatur pro opere facti, ac si dum aliquis mulierem libidinose oculo considerat, per se nestras corporis sui in secretum mentis venenum mortis instillat. Talis enim cogitatio, & si aliquando impeditur casu vt non impleat voluntatem suam, nihilominus tamen actionis crimine condemnatur a dño, ac si illa casta est, cum qua libidinis malũ voluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde. Ideo audiamus scripturã dicentem illud, Omni custodia serua cor tuum. Et illud, Auerte oculos meos ne videãt vanitatem, & cætera. Quomodo si aliquis carbones apprehenderit, si cito eos proiecerit, nihil ei nocebnut, si vero diutius tenere uoluerit, sine vulnere abire non poterit: Ita ille qui ad concupiscendum oculorum defixerit intuitum, & libidinis malum in corde suscipiens, morari in corde suo libere permiserit, excutere a se sine animæ plaga non poterit. Ideo iugiter clamamus cum Propheta, Oculi mei semper ad dominũ quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos: prestante domino nostro Iesu Christo mediatore dei & hominum, cuius misericordia plena est terra, Amen.

226 L

De peccatorum periculosissimo statu. Ca. 4. Hier. 50.

Iere 9.

De sensuũ mortiferis interfectionib⁹. Cap. 5.

Proue. 4. Psal. 118.

Psal. 24.

FINIS.

Tomus nonus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE PASTORIBVS.

De pastoribus non oues, sed semetisos pascentibꝰ & de ꝓpositorum periculoso statu. Cap. 1. Ezec. 34.

230 M

SPes tota nostra quia in Christo est, & quia omnis vera & salubris gloria nostra ipse est, non nunc dicit primum charitas vestra: Estis enim in eius grege qui intendit & pascit Israel Sed quoniã sunt pastores qui pastorum nomine gaudere volunt, pastoris autem officium implere nolunt, quid ad eos per prophetam dicat, sicut lectum audiuimus, recenseamus. Audite vos cum intentione audiamus nos cum tremore. Et factum est ad me verbum domini dicens, Fili hominis prophetiza super pastores Israel. Hanc lectionem, cũ legeretur, audiuimus. Hinc cum vestræ sanctitati aliquid loqui decreuimus, adiuuabit ipse, vt vera dicamus, si non nostra dicamus. Si nos nostra dicamus, pastores erimus pascentes nos, nõ oues, si autem illius sunt quæ dicimus, per quælibet ipse nos pascet. Hæc dicit dominus Deus, Væ pastoribus Israel, qui pascunt se solos. Nunquid oues pascũt pastores? id est, non se pascunt pastores, sed oues? Hæc prima causa est, quare arguantur pastores isti, quia seipsos pascunt, nõ oues. Qui sunt qui seipsos pascunt? De quibus dicit Apostolus, Omnes. n. quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, Nos. n. quos in loco isto, de quo periculosa ratio redditur, dominus secundum dignationem suam, non secundum meritum nostrum constituit, habemus duo quædam: vnũ, ꝙ Christiani sumus; alterum, quod præpositi sumus. Illud ꝙ Christiani sumus, ꝓpter nos est: ꝙ autem præpositi sumus, propter vos est. In eo ꝙ Christiani sumus, attenditur vtilitas nostra: in eo ꝙ præpositi, non nisi vestra. Sunt autem multi Christiani & non præpositi qui perueniunt ad deũ faciliore fortasse itinere, & tanto forte expeditius ambulantes, quanto minorem sarcinam portant. Nos aũt excepto ꝙ Christiani sumus, vnde rõnẽ reddemus deo de vita nostra, sumus etiam præpositi, vnde rationem reddemus deo dispensatione nostra. Ad hoc istam difficultatem proponimus vt compatientes nobis, oretis pro nobis. Veniet enim dies quo cuncta adducentur in iudicium. Et ille dies in seculo longe est, vnicuiq; homini vitæ suæ vltimus prope est. Tamen vtrunq; latere deus voluit, & quãdo veniat finis seculi, & quando sit in vnoquoq; homine huius vitæ finis. Ais non timere diem occultum, quãdo venerit inueniat te paratũ. Cũ ergo præpositi ad hoc sint, vt his qui subiecti sunt consulant, non in eo ꝙ præsunt, omnino vtilitatem suã attendant, sed eorũ quibus ministrãt. 230 B Quisque ita præpositus est vt in eo ꝙ propositus sit gaudeat, & honorẽ suum quærat, & commoda sua sola respiciat, se pascit, non oues. Ad vos sermo dirigitur. Audite oues dei, & videte quẽadmodũ vos securos fecerit deus, qualescunq; sunt qui vobis

Quid sit pastores lac sumere, & quando liceat. Cap. 2.

præsunt, id est, qualescũq; nos sudemus, vobis deus securitatẽ dedit qui pascit Israel. Nam deus non deserit oues suas, & mali pastores pœnas debitas luent, & oues promissa percipient Videamus ergo quid loquatur pastoribus seipsos pascentibus, non oues, sermo diuinus neminem palpans. Ecce lac consummitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatum est nõ confortastis, & quod ægrotat, non corroborastis: & quod contribulatum est, non colligastis, & quod errabat: non reuocastis, quod perijt, non inquisistis: & quod forte fuit confecistis, & dispersæ sunt oues meę, eo ꝙ non sit pastor. Dicitur in pastores pascentes semetipsos, non oues, quid diligant. Quid negligant. Quid ergo diligũt? Lac consumitis & lanis vos tegitis. Propter quid dicit Apostolus, Quis plantat vineam, & de fructu eius non sumit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Inuenimus ergo esse lac gregis quicquid a plebe distribuitur prepositis ad eorum sustẽtandum victũ tpalem. Inde. n. loquebatur Apostolus, cum hæc diceret, quæ commemorauit. Et quidẽ Apostolus q̃q̃ elegerit manibus suis laborarẽ, nec ipsum lac quærere ab ouibus, tñ lactis potestatẽ percipiendi habere se dixit, & sic dñm dispositisse, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Et dicit alios coapostolos suos vlos fuisse hac potestate, non vsurpata, sed data. Plus ille fecit, vt nec qd̃ debebatur acci-

230 C

peret: Ipse ergo donauit & debitum, sed alius non exegit indebitum: ille plus fecit. Fortasis. n. illum significabat, qui ægrum cum adduceret ad stabulariũ dixit, Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. De his ergo qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt, vel potius ipsius misericordię officium largius impendunt. Possunt. n. & quod possunt faciunt. Laudentur hi, neq; damnentur illi. Nam & ipse Apostolus datum non quærebat, fructuosas tñ oues esse cupiebat, non steriles sine lactis vbertate. Itaq; cum esset quodam tpe in magna indigẽtia victus, in confessione veritatis, missum est illi à fratribus vnde necessitati & indigentiæ eius ministraretur. Respondit autem illis gratias agens & dixit, Bene fecistis communicare necessitatibus meis. Ego didici in quibus sum sufficiens esse: Scio & abundare, & penuriã pati, Oĩa possum in eo qui me confortat. Verũtamen vos bene fecistis vsibus meis mittere. Sed vt ostenderet in eo ꝙ illi bene fecerunt quod non ipse quęreret, ne inter illos esset qui seipsos pascunt, non oues, nõ tã suę gaudet subuentum esse necessitati, quam illorũ gratulabatur fœcunditati. Quid ergo ibi quęrebat? Non requiro, inquit, datum, ed requiro, fructum. Non ergo, inquit, vtexpleat, sed ne uos inanes remaneatis. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, vt manibus suis se tranfigant, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatẽ, sed non negligant ouium infirmitatem: non hoc sibi quęrant tanq̃ commodum suum, vt ex necessitate suæ penuriæ videantur annunciare Euangelium, sed hominibus illuminãdis præbeant lucem verbi veritatis. Sunt. n. tanquã lucernæ, sicut dictum est, Sint lũbi vestri pręcincti, & lucernæ ardentes: &, Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat oĩbus qui in domo sunt: Sic luceat lumen vestrũ coram hoĩbus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adiiceres oleum ne extingueretur? Porrò si lucerna accepto oleo non luceret, non erat planè digna quę in candelabro poneretur, sed quæ continuo frangeretur. Vnde ergo viuitur, necessitatis est accipere, charitatis est, præbere, non tanquam venale sit Euãgelium, vt istud precium eius, quod sumunt qui annunciant vnde viuant. Si. n. sic vendunt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à dño. Non. n. est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt: non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem. Quid ergo isti increpantur, vnde arguuntur? quia cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oues negligebant. Sua ergo tantum quærebant, non quę Iesu Christi. Sed qm̃ diximus quid sit lac sumere, quęramus quid sit lanis se tagere. Qui prębet lac victũ prębet: qui præbet lanam, honorem præbet. Ista sunt duo quæ à populis quærunt, qui semetipsos pascunt, non oues: commodum supplendę necessitatis, & fauorem honoris & laudis. Etenim vestimentum ppea bene intelligitur in honore, quia nuditatem tegit. Etenim vnusquisq; homo infirmus: & quid est quisquis uobis pręest, nisi quod uos estis? Carnem portat, mortalis est, manducat, dormit, surgit, natus est, morituEum uelut angelum, contegis quod infirmum est. Hmõi indumentum acceperat à bona dei plebe idem Paulus cum diceret, Sicut angelum dei suscepistis me, testimoniũ uobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos uestros eruissetis, & dedissetis mihi. Sed cũ tantus honor exhibitus esset, nunquid pp ipsum honorẽ sibi exhibitum, ne forte cũ argueret negaretur, & minus ipse Apostolus laudaretur, pepercit errantibus? Nã si hæc fecisset, esset inter illos qui seipsos pascunt, nõ oues: diceret apud seipsum, Quid ad me pertinet: Quisq; quod uelit agat, uictus meus saluus erit, & lac & lana, satis est mihi, eat quisque quõ potest. Ergo integra sunt omnia, sic eat quisque quò potest. Nolo te præpositum facere, unum te constituto de ipsa plebe, Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Proinde ipse Apostolus cum eos commemoraret quales fuerint erga illum, ne quasi oblitus eorum honorificentiæ uideretur, & testimonium perhibet, ꝙ sicut angelum dei susceperint eum; & ꝙ si fieri posset, oculos suos uellent eruere, & illi dare, & tamen accedit ad ouem laguidam, ad ouem putridam, secare uulnus, non parcere putredini. Ergo, inquit, inimicus factus sum uobis uerum prædicans? Ecce & accepit de lacte ouium, sicut paulo

Luc. 12. Mat. 5.

Philip. 2. Quid sit lanis se tegere. Cap. 3.

Galat. 4.

1. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante memorauimus, & indumentum ex lanis ouium, sed tamen oues non neglexit?

Philip. 2. Non.n.sua quærebat,sed quæ Iesu Christi. Absit ergo vt dicamus vobis: Viuite vt vultis,securi estote, deus neminem perdit, tantummodo fidem Christianam tenete: 230
non perdet ille quod redemit, non perdet pro quibus sanguinem suum fudit: & si H
spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite: quid mali est? Et festa ista
quę celebrantur per vniuersas ciuitates in lætitia conuiuantium & publicis mensis seipsos vt putant iucundantium, reuera magis perdentium, ite, celebrate:

Sapi. 2. Magna est dei misericordia quæ totum ignoscat. Coronate vos rosis antequā marcescant, In domo dei vestri quando volueritis cōuiuamini, impleamini cibo & vino, cum vestris: ad hoc.n data est ista creatura, vt ea perfruamini: non.n.impijs & paganis eam dedit deus, sed vobis eam dedit. Hęc si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores: & si sint quidam qui nos sentiant hoc dicentes non recte sapere, paucos offendimus, [sed multitudinem conciliamus] Quod si fecerimus, non verba xpi

De mactātibus oues pingues. Cap. 4. dicentes, sed nostra, erimus pastores nosmetipsos pascentes, non oues. Cum autem dixisset quæ diligant isti pastores, dixit, & quæ negligant. Vitia.n.ouium late patent, sanę atq; crassæ oues perpaucæ sunt, id est, solidæ in cibo veritatis vtentes pascuis bene de munere dei. Sed mali illi pastores non parcunt talibus, parum est q illas languentes & infirmas & errantes & perditas non curant, sed istas fortes & pingues necant, quantum in ipsis est. Illæ viuent de misericordia dei, tamen quantum ad pasto- 230
res malos attinet occidunt male viuendo, malum exemplum præbendo. An frustra I

Timo. 2. dictum est seruo dei eminenti in membris summi pastoris, Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplum, & forma esto fidelibus? Attendit.n.ouis etiam fortis plerunq; præpositum suum male viuentem, si declinet oculos à regulis domini, & intendens in hominem, incipit dicere in corde suo; Si præpositus meus sic viuit, ego quid sum qui non faciam quod ille facit? Si fortem ergo occidit ouem, iam de ęteris quid faciet, qui illud quod non ipse fortificauerat, sed forte aut robustum inuenerat, male viuendo interfecit? Dico charitati vestræ, iterum dico, & si viuunt oues, & si fortes sunt oues in verbo domini, & tenent istud quod audierunt à domino suo:

Mat. 23. Quæ dicunt facite, quę autem faciunt facere nolite; tamen qui in conspectu domini
†alias, populi. †male viuit, quantum in illo est, eū à quo attenditur occidit. Non sibi ergo blandiatur, quia ille non est mortuus: & ille viuit, & iste homicida est. Quomodo cum lasciMat. 5. uus homo intendit in mulierem ad concupiscendū eam, ecce illa casta est, & mœchus est iste. Domini.n. vera & aperta est sententia, Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Non peruenit ad illius cubicu- 230
lum, & in interiore iam suo cubili volutatur. Sic omnis qui male viuit in conspectu K
eorum quibus prępositus est, quantum in ipso est, occidit & fortes oues. Qui ergo
imitatur prępositum malum, moritur: qui non imitatur, viuit: tamen quantum ad il

Ezec. 34. Cap. 5. los pertinet, ambos occidit. Et quod crassum est, inquit, interficitis, & oues meas non pascitis. Iam audistis quid diligant, audite quid negligant: Quod infirmum est, non confortastis: & quod tabuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, id est, confractum, non colligastis: & quod errabat, non reuocastis & quod periit, non inquistis: & quod forte fuit, confecistis, id est, interfecistis & occidistis. Infirmum quippe animum gerit ouis, quando tentationes sibi profuturas non credit. Pastor negligés, quando sic credit talis infirmus, non illi dicit, Fili accede ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Qui.n.hoc loquitur, confortat infirmum, & ex infirmo facit firmum, vt non ille cum crediderit, prospera huius seculi speret. Si autem doctus fuit sperare prospera seculi, ipsa prosperitate corrumpitur. Superuenientibus autem diuersitatibus sauciatur, aut fortasis extinguitur. Non ergo eum ædificat super petram qui sic ędificat, sed super arenam. Petra autem Christus est. Christi autem passiones imitandę sunt, non à Christiano
deliciæ conquirendæ. Confortatur infirmus cum ei dicitur, Spera quidem tentatio- 230
nes huius seculi, sed ab omnibus eruet te dominus, si ab illo non recedet retro cor L
tuum. Nam ad confortandum cor tuum, venit ille mori, venit ille pati, venit ille spinis liniri, venit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremo ligno configi: omnia hæc ille pro te, tu nihil pro illo sed pro te. Quales autem sunt qui ti-

ment eos lædere quibus loquuntur, non solū non præparant ad imminentes tenta
230 tiones, sed etiam promittunt fœlicitatē huius seculi, quā deus ipsi seculo non promi
M sit. Ille predicit labores vsque in finem, venturos ipsi seculo, & tu vis ab istis laboribus exceptum esse Christianum, quia Christianus est, aliquid plus passurus est in seculo. Etenim ait Apostolus, Omnes qui pie volunt in Christo viuere, persecutionē patiētur: [Iam si tibi placet pastor tua quærens non quæ Iesu Christi, ille dicit, Oēs qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur? [tu dic, Si in xpo pie vixeris, abundabunt tibi omnia bona, & si filios non habes, suscipies, & nutries oēs, & nemo tibi moritur. Hæccine est ædificatio tua. Attende quid facias, vbi ponas, super arenam est quod constituis, venturus est imber, influxurus est fluuius, flaturus est ventus, & impingent in domum istam, & cadet, & fiet ruina eius magna. Leua de arena & pone super petram, in Christo fit quem vis esse Christianum. Attendat ad passiones Christi indignas, attendat ad illū sine vllo peccato, quæ non rapuit, exoluentem attendat scripturam dicentem. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Et para te flagellari, aut certe non quæras recipi. Flagellat autem oēm, inquit, filiū quē recipit. Et tu dicis, forte exceptus eris? Si exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorum, itane, inquies, flagellat omnem filium? Prorsus flagellat oēm filiū
231 & vnicum. Et vnicus ille de patris substantia natus æqualis patri in forma dei, ver-
A bum, per quod facta sunt omnia, non habebat vnde flagellaretur, ad hoc carne indutus est vt sine flagello non esset. Qui ergo flagellat vnicum sine peccato, nunquid reliquit adoptiuum non flagellatum cum peccato? In adoptionem vocatos nos esse Apostolus dicit, Adoptionem filiorum accepimus, vt essemus vni cohędes, esse mus etiam hæreditas eius. Postula, inquit, a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuā. Exemplū nobis proposuit in propositionibus suis. Sed ne futuris tentationibus deficiat infirmus, nec falsa spe decipiendus est, nec error frangendus: dic ei, Prępara animam tuam ad tentationem. Sed forte incipit labi, contremiscere, nolle accedere: habes aliud, Fidelis deus qui non uos sinit tentari supra quàm ferre potestis. Illud autem promittere & prædicare futuras passiones, infirmum cōfirmare est. Timē ti autem nimium & ex hoc deterrito cum polliceris misericordiam dei, non quia tentationes deerunt, sed quia non permittit tentari supra quām potestis ferre, fractum colligare est. Sunt enim qui cum audierint uenturas tribulationes, armant se magis,
231 & quasi potum suum sitiūt: paruam enim sibi putant fidelium medicinam, sed quę-
B runt & martyrum gloriam. Sunt alij qui auditis futuris & necessario venientibus tētationibus quas proprie oportet venire Christiano, quas nemo sentit nisi qui voluerit esse uere Christianus: imminentibus ergo sibi aliquibus, franguntur & claudi cant. Affer consolationis alligamentum, alliga quod fractum est, dic, ne timeas, non deerit in tentationibus ille in quem credidisti, fidelis deus, qui non sinit te tentari supra quàm potes ferre. Non hoc a me audis, Apostolus dicit, qui etiam dicit, an vultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Hoc ergo cum audis ab ipso Christo, audis & ab illo pastore qui pascit Israel. Illi enim dictū est. Potabis eos in lacrymis, in mensura. Quod enim ait Apostolus: Nō finit tentari uos supra quàm potestis ferre hoc ait Propheta, in mensura. Tantum tu noli dimittere corripientem & hortantem, terrentem & consolantem, percutientem & sanantem. Quod infirmum est, inquit, non cōfortastis: pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quærentibus, non quæ Iesu Christi, ex cōmodo lactis & lanæ gaudentibus, oues oīno nō curātibus, & qđ male habuit, nō corroborātibus. Infirmū, id est, nō firmū. Nam dicuntur infirmi etiam ægrotantes: sed inter infirmum & ægrotum, id est, male habentem, hoc mihi videtur intereſſe. Etenim ista fratres quæ distinguere vtcūq; conamur, forte & nos possumus maiore diligentia melius distinguere, & alius peritior
231 vel lumine cordis plenior: interim ne fraudemini, quantum ad verba attinet scri-
C pturæ, quod sentio loquor. Infirmo ne accidat tentatio & eum frangat, timendum est: languens autem iam cupiditate aliqua ęgrotat, cupiditate aliqua impeditur ab intrandi via dei, à subeundo iugo Christi. Attendite illos homines volentes bene viuere, iam statuentes bene viuere, & minus idoneos mala pati sicut parati sunt bona facere. Pertinet autem ad Christianam firmitatem, nō solum operari quæ bona sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed & tolerare quæ mala sunt. Qui ergo videntur feruere in operib. bonis, sed imminentes pasiones tolerare nolle, aut non posse infirmi sunt. Qui vero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus reuocantur languidi & ægroti iacent, quippe in ipso languore tanquam sine vllis viribus nihil boni possunt operari.

Marci. 2. Talis in anima paralyticus ille fuit, quem cum ad dominum inferre non possent qui eum portabant, tectum aperunt & deposuerunt, id est: tanquam si in anima hoc velis facere, vt tectum aperias, & deponas ad dominum animam paralyticam dissolutā omnibus membris, & vacantem ab omni npere bono, grauatam vtiq; peccatis suis, & languentem morbo cupiditatis suę. Si ergo dissoluta sunt membra omnia, & est paralysis interior vt peruenias ad medicum. Forte enim latet medicus & intus est, ideo est, verus intellectus in scripturis occultus est, exponendo quod occultum est, aperi 231
tectum & depone paralyticum. Quod qui non faciunt, & qui facere negligunt, audi- D
Ezec. 34. stis quæ audiant, Quod male habuit, non corroborastis, & quod contribulatum est, non colligastis. Iam hinc diximus Fractus enim erat terrore tentationis. Accidit aliquid vnde quod fractum est, colligetur consolatione illa, Fidelis deus qui nō vos sinit tentari supra quam potestis ferre, se faciet cum tentatione ètiam exitum vt possitis sustinere. Et quod errabat, non reuocastis: Ecce vnde inter hæreticos perichitamur. Et quod errabat, non reuocastis, & quod periit, non inquisijstis. Hic inter manus latronum, & dentes luporum furentium vtcunq; versamur. Et pro his periculis nostris vt oretis oramus. Et contumaces sunt oues quia quęruntur errantes, & alienas sese a nobis dicunt, Quid vos vultis? Quid nos quæritis? quasi non ipsa causa sit vt quærere eas velimus. Et quare quęrimus? Quia errant & pereunt. Si in errore, inquit sum, si in interitu, quid me vis? quid me quæris? Quia in errore es, reuocare volo, quia peristi, inuenire volo. Sic volo errare, sic uolo perire. Sic vis errare, sic vis

Qđ sit importuneerans ouis reuocāda a pastore bono ne ītereat, Cap. 7. perire, quanto melius ego nolo. Prorsus audeo dicere, Importunus sum. Audio enim dicentem Apostolum, Prædica verbum, insta opportune importune. Quibus opportune: quibus importune? Opportuue vtique volentibus, importune nolentibus. Prorsus importunus audeo dicere, tu vis errare, tu vis perire, ego nolo. Non vult postremo ille qui me terret. Si voluero, vide quid dicat, vide quid increpet: 231
Quod errabat, non reuocastis, & quod periit, nō inquisistis. Te magis timebo quam E
ipsum? Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Non te timeo, non enim potes euertere tribunal xp̄i, & constituere tribunal Donati, reuocabo errantē, requiram perditum, velis nolis id agam. Et si me lanient inquirentem vepres syluarū, per omnia angusta me coarctabo, oēs sepes excutiam, quautum mihi virium dns terrę donat, omnia peragrabo, reuocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati nouis, noli errare, noli perire. Parum est quōd doleo te errantem atque pereuntem, timeo ne negligens te, etiam quod forte est occidam. Vide enim quod sequitur,
Et quod forte fuit, confeciſtis. Si neglexero errantem atque pereuntem, & eum qui fortis est delectabit errare atquè perire, cupio lucra exteriora, sed timeo plus damna interiora. Si indifferentem habuero errorem tuum, attendit qui fortis est, putat nihil esse, ire in hæresim, quando aliquod commodum de seculo reluxerit unde mutetur. Statim mihi dicit fortis ille periturus, cum te perditum non requiro: & hàc & hac deus est. Quid interest, homines inter se litigantes hoc fecerunt, ubicunque colendus est deus. Si forte illi dixerit aliquis Donatista, Non tibi do filiam meam nisi fueris de parte mea: Ille opus est ut attendat & dicat, Si nihil 231
mali esset esse de parte eorum, non contra illos dicerent tanta pastores nostri, non F
pro illorum errore satagerent. Si ergo cessemus & taceamus, contraria locuturus est, utique si malum esset esse in parte Donati, loquerentur contra, redarguerent eos, satagerent lucrari illos: si errant, reuocarent illos: [si pereunt, quærerent illos.] Non frustra ergo cum iam dixisset superius, Quod crassum est, interfeciſtis: [hic iterum in nouissimo posuit, & quod forte fuit confregistis:] Ipsa est enim repetita sententia, nisi quia ex his quæ supra dixit nata est. Quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non requisistis: & hoc faciendo, quod forte est interfeciſtis.
Proinde audi quid sequitur de ista negligentia malorū, imò falsorum pastorū: Et dispersæ sunt oues meæ, eo ꝙ non sit pastor, & factæ sunt in comesturam oibus bestiis

agri. Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cum oues non hærent pastori. Nam præsens est pastor, sed male agentibus non est pastor: & inhærent pastori-
213 bus, seipsos, non oues pascentibus, & letalis error consequitur. Eunt in bestias depręG dantes se, & de illarum morte se satiari cupientes. Tales enim sunt omnes, qui gaudent de eorroribus alienis, bestiæ sunt pastę morsibus dispersarum. Et dispersę sunt, & errauerunt oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum. Bestiæ a mōtibus & collibus, tumor terrenus, & superbia seculi. Extulit se superbia Donati, fecit sibi partem subsequens Parmenianus illius confirmauit errorem. Ille mons est, ille collis est. Sic omnis cuiuslibet author erroris terrena elatione intumescens, promittit ouibus requiem, bona pascua, & aliquando inueniunt ibi oues pascua de pluuia dei, non de duritia montis: Habent enim & ipsi scripturas, habent sacramenta: Non sunt ista montium, sed cum inueniuntur in montibus, male remanetur in mōtibus. Errando enim in montibus, & in collibus deserendo gregem, deserunt vnitatem, deserit vnitas cohortes aduersus leones & lupos. Inde ergo reuocet deus ipse: reuocet, modo audietis ipsum reuocantem, Errauerunt, inquit, oues meæ in omnem montē, & in omnem collem altum: hoc est, in omnem tumorem terrenæ superbiæ Sunt. n. & montes boni, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et vide qa Psal. 120.
213 non tibi in montibus spes est: Auxilium, inquit meum a domino, qui fecit cœlum &H terram. Noli putare iniuriam facere te montibus sanctis, quando dixeris, Auxilium meum non a montibus, sed a domino qui fecit cœlum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat: Audio in uobis schismata fieri, ut vnusquisque uestrum dicat, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego autem Christi. Leua oculos in istum montem, audi quid dicat, & ne in ipso remaneas. Audi etiam quid sequatur: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ergo posteaq̄ leuaueris oculos tuos in mōtes, vnde veniet auxilium tibi, id est, in authores scripturarum diuinarum, attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantem, Domine quis similis tibi? vt securus sine vlla iniuria montium dicas: Auxilium meum a domino qui fecit Psal. 82.
cœlum & terram. Non solum tunc tibi non succensebunt montes, sed tunc amabūr, Psal. 120.
tunc magis fauebunt: si in ipsis spem tuam posueris, contristabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini, ab homine adorabatur, tanquam leuante oculos in montem, ait ille sed reuocans ad dominum, Noli, inquit, facere, illum adora: nā Apoc. 22.
& in omnem faciem terræ dispersæ sunt, & in omnem faciem terrę lucent. Quid est, in omnem faciem terræ dispersæ sunt? Omnia terrena sectantes, ea quæ in faciē terræ lucent, ipsa amant, ipsa diligūt. Nolunt mori, vt abscondatur vita ipsorum in xp̄o
231 super omnem faciem terræ & dilectionem terrenorum. Et quia errantes oues sunt su Colo. 3.
I per omnem faciem terræ non omnes hæretici per totam faciem terrę, sed tamen hæretici per totam faciem terræ, alij hic, alij ibi, nunsquam tamen desunt, ipsi se nō notamia. Verbi gratia: Diuersis locis sunt diuersæ, sed vna mater superbia oēs genuit, sicut vna mater nostra catholica oēs xp̄ianos fideles toto orbe diffusos. Non ergo mirum si superbia parit dissensionem, charitas vnionem: tamen ipsa catholica mater & ipse pastor in ea vbique quærit errantes, confortat infirmos, curat languidos, alligat confractos, alios ab istis alios ab illis non se inuicem scientibus. Sed tamē illa omnes nouit, quia cum omnibus fusa est. Verbi gratia: Est in Africa pars Donati, Eunomiani non sunt in Africa, sed cum parte Donati est hic catholica. Sunt in Orieute Eunomiani, ibi autem non est pars Donati, sed cum Eunomianis ibi est catholica. Illa sic est tanquam uitis crescendo ubique diffusa, illi sunt tanquam sarmenta inutilia agricolę falce præcisa, merito sterilitatis suæ, ut uitis putaretur, non vt amputaretur. Sarmenta ergo illa ubi præcisa sunt ibi remanserunt. Vitis autem crescens per omnia, & sarmenta sua nouit quæ iu illa manserunt, & iuxta sunt, quę de
231 illa præcisa sunt. Inde tamen reuocat errantes, quia & de ramis fractis dicit Apo-K stolus, Potens est enim deus iterum inserere illos, siue dicas oues errantes a gre- Rom. 11.
ge, siue dicas ligna præcisa de vite. Nec ad reuocandas oues, nec rursus ad inserenda ligna minus idoneus est deus, quia ille summus pastor, ille verus agri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cola. Et in omnem faciem terræ diſperſæ ſunt, & non fuit qui reuocaret, ſed in malis illis paſtoribus non fuit homo qui requireret. Propterea paſtores audite verbum domini, Viuo ego dicit dominus dominus deus. Videte vnde cœpit. Tanquam iura tio eſt dei teſtificatio vitę: Viuo ego dicit dominus, mortui ſunt paſtores, ſed ſecuræ oues: Viuit dominus. Viuo dicit dominus deus. Qui autem paſtores mortui ſunt? Sua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti. Erunt ergo & inuenientur paſtores, non quæ ſua ſunt quærentes, ſed quæ Ieſu Chriſti? Erunt planè, & inuenientur planè, nec deſunt nec deerunt. Videamus ergo quid dicat dominus, qui ſe dicit viuere, vtrum dicat ablaturum ſe oues a paſtoribus malis, paſcentibus ſeipſos, non oues, & daturum ſe eas paſtoribus bonis, paſcentibus oues, non ſe Viuo ego dicit dominus deus, quia pro eo q̃ factæ ſunt oues meæ in comeſturam omnibus beſtijs campi, eo q̃ non eſſet paſtor. Rurſus paſtorem dicit, & pauloante, & nunc non ait ex eo q̃ non ſint paſtores. Quibus enim talibus male errantibus male pereuntibus nõ eſt paſtor, & ſi præſens eſt paſtor: quia & cum præſens eſt lux, non eſt cęcis lux. Et non quæſierunt paſtores oues meas, & pauerunt paſtores ſeipſos, oues autem meas non pauerunt. Propter iſtud paſtores audite uerbum domini. Sed qui paſtores audite: dicit dominus deus: Ecce ego ſuper paſtores, & requiram oues meas de manibus eorũ. Audite & diſcite oues dei: a malis paſtoribus inquirit deus oues ſuas, & de manibus eorum inquiret mortem earum. Dicit enim alio in loco per eundem Prophetam, Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies ex ore meo ſermonem, & prœmonſtrabis eis ex me. In eo cum dixero peccatori, Morte morieris, & non fueris locutus, vt impius caueat a uia ſua, ille facinoroſus in ſuo facinore morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Tu autem ſi prænunciaueris facinoroſo viã eius vt auertatur ab ea, & non fuerit auerſus a via ſua, ille in facinore ſuo morietur, & tu animam tuam liberabis. Quid eſt fratres? Videtis q̃ ſit tacere periculoſum: moritur ille, & recte moritur, in impietate ſua & in peccato ſuo moritur: Negligentia enim eius occidit eum. Nam paſtorem inueniet viuentem qui ait, Viuo ego dicit dominus deus: ſed cum fuerit: negligens, non admonente illo qui ad hoc eſt præpoſitus & ſpeculator vt admoneat, & ille iuſtè morietur, & ille iuſtè damnabitur. Si autem dixeris, inquit, impio, morte morieris: cui ego fuero gladium comminatus, & ille neglexerit vitare imminẽtem gladium, & uenerit gladius & interfecerit eum, ille in peccato ſuo morietur, tu autem animam tuam liberaſti: propter hoc ad nos quidem pertinet non tacere: ad uos autem & ſi taceamus, de ſcripturis ſanctis uerba paſtoris audire. Videamus ergo, quia ſic propoſueram, utrum auferat oues a paſtoribus malis, & det eas paſtoribus bonis. Video eum auferentem oues a paſtoribus malis. Hòc enim dicit dominus, Ecce ego ipſe ſuper paſtores, & inquirã oues meas de manibus eorum, & auertam ab eis ut non paſcant oues meas, ne paſcant amplius paſtores ſemetipſos, Cum enim dico, paſcant oues meas, illi ſe paſcunt non oues meas. Auertam ut non paſcant oues meas. Quomodo auertit ut non paſcant oues ipſius? Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite; tanquam diceret, mea dicunt, ſua faciunt. Si diceret, Facite ſecuri quod faciunt, ipſos damnabo male viuentes, uobis autem parcam qui ſecuti eſtis præpoſitos ueſtros. Si hoc diceret, dederat malis paſtoribus paſcendas oues, paſcentibus non oues ſed ſe. Sed qm̃ terret non ſolum cæcum ducentẽ, ſed & cæcum ſequentem: Neque enim ait, Cadit in foueã ducens, & non cadit ſequẽs: ſed, Cæcus cæcum ducens, ambo in foueam cadunt. Admonuit oues, & ait, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Cum.n. non facitis quæ faciunt mali paſtores, non vos ipſi paſcunt: cum facitis autem quæ dicunt, ego uos paſco: Mea.n. dicunt, & non faciunt, Securi inquiunt, ſequimur epiſcopos noſtros. Dicunt hoc ſæpe hæretici, quando ueritate manifeſtiſsima conuincuntur: Nonne oues ſumus? illi de nobis reddent rationem. Reddent planè malam de morte veſtra. De morte ouis malignæ reddet malus paſtor malam rationem. Nunquid ideo viuit ouis, quia deſignatur pellis ipſius? Increpatur paſtor, quia neglexit ouem errantem, & propterea in fauces lupi irruit ut deuoraretur. Quid illi prodeſt, quia affert pellem ſignatam? Paterfamilias uitam ouis inquirit. Sed ecce malus paſtor attulit pellem, reddat de pelle rationem. Forte mentiturus eſt. Videat deſuper qui poſtea iudicat: Cui verba ille fi-

De pœna negligentiũ paſtorum. Cap. 9. Ezec. 34. Filip. 2.

Ezec. 5.

De rõne reddenda p ouibus'. Cap. 10.

Mat. 23.

Mat. 15.

ęta numerat, cogitationes inſpicit. Reddat paſtor malus rationem de pelle ouis mortuę. Clamaui ei uerba tua, & ſequi noluit, dedi operam ut a grege non aberraret, & non obtemperauit. Planè ſi hoc dicat, & uerum dicit: nouit autem ille utrum verum dicat, reddit bonam rationem de oue mala. Si autem inſpicit deus quia neglexerit errantem, quia non quæſiuit pereuntem, quid prodeſt q̃ inuenit pellem quam referret? Ipſam reuocaret ne pellẽ mortuæ demũaret. Si ergo non bonã rũnem reddit, quia non quæſiuit errantẽ qualẽ reddet q̃ fecit errantẽ? Hoc eſt qd dico, Si in catholica conſtitutus eps non bonam rationẽ reddit de oue, ſi non quæſierit errantẽ de grege dei: qualem rationem redditurus eſt hæreticus, qui non ſolum reuocauit ãb errore, ſed etiam impulit in errorem? Sed uideamus, ut dixi, quomodo reuocet deus oues a paſtoribus malis: Iam commemorau, Quę dicunt, facite quæ autem faciunt, facere nolite. Et non uos ipſi paſcunt, ſed deus, quia velint nolint paſtores ut perueniant ad lac & lanam: verba dei dicturi ſunt, Qui prædicas non furandum, furaris: Dicit Apoſtolus ad eos qui bona dicunt, & mala faciunt. Tu audi prædicantem: ne fueris, noli imitari furantem. Si furantem imitari volueris, ipſe te paſcet facto ſuo, tibi venenũ ſubminiſtrat, non cibum. Si vero hoc ab illo audis quod non dicit de ſuo, ſed deo, nõ poteſt quidem vna de ſpinis legi: Nam & ipſius domini ſententia eſt, Nemo colligit de ſpinis vuam, & de tribulis ficus. Nec ideo tamẽ quaſi calumnieris domino tuo & dicas, Domine noluiſti me, quia fieri non poteſt, de ſpinis legere vuam. Et rurſus dixiſti mihi de quibuſdam: Quæ dicunt, facite: quę autem faciunt, facere nolite. Nẽpe mala facientes vtique ſpinę ſunt. Quomodo uis de ſpinis me colligere vuam verbi? Reſpondebit, Non eſt illa vua ſpinarum, ſed aliquando increſcens ſarmentũ implicat ſe in ſepem, & pendet vua inter denſa ſpinarum, ſed non ſurgit de radice ſpinarum. Tu ſi eſurieris, & aliud non habes vnde ſumas, caute manum mitte ne lacereris a ſpinis, id eſt, ne facta imiteris malorum, & lege vuam inter ſpinas pendentẽ, ſed de uite naſcentem. Ad te peruenier botri alimentum, ſpinis ſeruatur ignis tormentum. Extraham, inquit, oues meas de ore eorum & de manibus eorum, & non erũt eis adhuc in cibum. Hoc & in pſalmo dicitur, Nonne cognoſcent omnes qui operãtur iniquitatem, qui deuorant populum meum vt cibũ panis? Et non erũt eis adhuc in cibum: quoniam hæc dicit dominus deus, Ecce ego ipſe abſtuli a malis paſtoribꝰ oues monendo, vt dixi, ne quod faciunt, faciant: id eſt, ne quod faciũt mali paſtores, faciant incaute negligentes oues. Et quid ait? Cui dat quod illis abſtulit? Forte bonis paſtoribus. Non hoc ſequitur. Et quid dicemus fratres, nonne ſunt paſtores boni? Nonne alio loco ſcripturarum dicitur, Et conſtituam eis paſtores ſecundũ cor earũ, & paſcent eas ſciẽtia & diſciplina? Quomodo ergo oues quas malis paſtoribus tollit, non dat bonis, ſed tanquam omnino nuſquam remanſerint boni: dicit, Ego paſcam? Petro dixerat, Paſce oues meas. Quid ergo facimus. Cum Petro commendantur oues nen ibi dixit dominus, Ego paſcam oues meas, nõ tu: ſed Petre, amas me, paſce oues meas. An forte quia modo non inuenitur Petrus? Iam enim aſſumptus eſt in requiẽ apoſtolorum & martyrum, Non eſt cui dica t ſecurus dominus ouium, Paſce oues meas: & quodammodo quaſi neceſsitate deſcendit ad officium paſcendi oues ſuas, non habens quibus commendet, nec tamen deſerens. Hoc enim videtur ſequi. Hæc dicit dominus deus, Ecce ego ipſe. Videamus, Qui paſcis Iſrael, intende, qui deducis tanquam oues Ioſeph populum in Aegypto conſtitutum. Iam diffuſus in gentibus Iſrael, ipſe eſt Ioſeph. Noſtis enim quia migrauit Ioſeph in Aegyptum: uendentibꝰ fratribus factum eſt. Vendiderunt Chriſtum Iudæi ſine cauſa, & inter Apoſtolos ipſe Iudas uenditor fuit. Cœpit eſſe Chriſtus in gentibus, ibi honoratus eſt, ibi creuit populus eius, non eum deſeruit paſtor eius. Excita, inquit, potentiam tuam & ueni, ut ſaluos facias nos. Planè facit & faciet. Ait enim. Ecce ego ipſe, & inquirã oues meas, & viſitabo eas ſicut viſitat paſtor gregem ſuum. Non curauerunt mali paſtores: non enim ſuo ſanguine redemerunt. Sicut uiſitat, inquit, paſtor gregem ſuum in die. In qua enim die? Cum fuerit nimbus & nubes, id eſt, in pluuia & nebula. Pluuia & nebula error ſeculi huius, caligo magna ſurgens de cupiditatibus hominum, & nebula ualida contegens terram: & difficile eſt, vt non errent oues in iſta nebula, ſed paſtor non deſerit eas, inquirit eas, penetrat nebulam oculis acutiſsimis, non impeditur ca-

232 C

232 D

232 E

232 F

Mat. 23.

Rom. 2.

Mat. 7.

De ſeduli-tate paſtoris ueri Chriſti in ouiũ ſuarum cuſtodia as paſcẽtis ĩ irrigũis montibus. Cap. 11. Iere. 3. Foan. 21.

Pſal. 76.

Gene. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligine nubium, videt vndique, errantem reuocat, tantum vt fiat quod dicit in Euan-
Ioan.10. gelio, Quæ sunt oues meæ, audiunt vocem meam, & sequuntur me. In medio ouium
dispersarum, sic inquiram oues meas, & educam eas ab omni loco quo dispersæ sunt.
Illic in die nubis & nimbi, quando difficile est eas inueniri, tunc ego inueniam. Crassa 233
nebula est, pinguis nimbus est, oculos enim eius nihil latet. Et educam eas de gentibus G
& colligam eas de regionibus, & inducam eas in terram earum, & pascã eas super mon
tes Israel. Constituit montes Israel, authores scripturarum diuinarum: ibi pascit, vt se
cure pascatis: quicquid inde audiretis, hoc vobis bene sapiat: quicquid extra est, re-
spuite, ne erretis in nebula. Audite vocem pastoris: Colligite vos ad mõtes scripturę
sanctę, ibi sunt deliciæ cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum, vberrima pa
scua sunt, vos tantum sane venite sane pascimini, In montibus Israel & in riuis & in
Psal.18. omni habitatione terræ. A montibus enim quos ostendimus manauerunt riui prædi
cationis euangelicæ, cum in omnem terram exiuit sonus eorũ. Et facta est omnis ha-
bitatio terræ ad pascendas oues læta atque fœcunda. In pascuis bonis pascam eas, &
in montibus altis Israel, & erunt stabula earum illic, hoc est, vbi requiescant, vbi di-
cant: Bene est, verum est, manifestum est, non fallimur. In gloria dei requiescent tan
quam in stabulis illis & dormient, hoc est, requiescent in delitijs bonis, & in pascuis
pinguibus pascentur super montes Israel. iam dixi, montes Israel, montes bonos, quo
leuemus oculos, ut inde nobis veniat auxilium nostrum a domino qui fecit cœlum
& terram. Ideo ne vel in mõtibus bonis esset spes nostra, cũ dixisset, Pascam oues meas
Psal.129. super montes Israel, rursus ne tu spem poneres in montibus, subiecit statim. Ego pa- 233
scam oues meas. Leua tu oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi: sed atten- H
de dicentem: Ego pascam. Auxilium enim tuum a domino qui fecit cœlum & terram.
Et ego requiescere faciam eas, dicit dominus deus. Sed vt requiescere faciat, quid pri-
mo curauit? Quod enim primo curauit, posterius dicit. Hæc dicit dominus deus: Qd
perijt, requiram quod errauit, reuocabo: & quod comminutum est, colligabo: & quod
exanime est, confortabo: & quod pingue est & forte custodiam. Quod non faciebant
mali pastores, seipsos pascentes, non oues, Non ait dominus, constituam alios bonos
pastores qui faciant hæc, sed, ego, inquit, pascam oues meas nulli committam. Securi
vos fratres, securæ vos oues, nobis videtur timendum, quasi desit pastor bonus. Et ad
dit sic, Et pascam eas cum iudicio. Vide, quia sic solus pascit cũ iudicio pascens. Quis
enim homo iudicat de homine? Temerarijs iudicijs plena sunt omnia. De quo desspera
uimus, subito conuertitur & fit optimus: de quo multum præsumpsimus, subito defi
cit & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit ho
die quisque homo, vix nouit ipse homo, tamen vtcunque ipse quid hodie, quid autem
cras, nec ipse, Pascit ergo ille cum iudicio, dispertiens propria propriis: hæc istis, illa
illis, debita eis quibus debetur hoc aut illud. Nouit enim quid agat, cum iudicio pa- 233
Iere.17. scit, quos iudicatus redemit. Pascit ergo ipse cum iudicio. In propheta. n. Ieremia cla- I
mauit quidam, Perdix congregauit quę non peperit, faciens diuitias suas non cum iu
dicio, Contra istum perdicem facientem diuitias suas non cum iudicio, pascit iste pa-
stor cum iudicio. Quare ille sine iudicio? Quia congregauit, quæ non peperit. Quare
iste cum iudicio? Quia fouet quod peperit: De pastore tamẽ bono loquitur. Pastores
boni aut non sunt, aut latent. Si non non sunt, quid agimus? Si latent, quare de eis
tacetur? Perdix quidem ille a quibusdam maioribus, & ante nos scripturas tractato-
bus diabolus intellectus est, congregans quæ non peperit. Non enim ille creator, sed
deceptor est, faciens diuitias suas nõ cum iudicio. Nõ enim ad eum pertinet, quis isto
aut illo modo erret: omnes errantes vult quibus libet erroribus. Quam diuersæ sunt
hæreses, quãm diuersi errores, ille in omnibus vult errare homines. Non dicit diabo-
lus, Donatistæ sint, & non Arriani: siue illi sint, siue isti, ad eum pertinent congregan-
tem sine iudicio, Idola, inquit, adoret, meus est: in Iudæorum superstitione remaneat, 232
† alias, de- meus est: deserta vnitate in illam vel in illam hæresim pergat, meus est. Congregat K
relinquẽt ergo sine iudicio faciens diuitias suas. Sed quid sequitur? In dimidio dierum eius de-
eum & sic relinquet eas, † & in nouissimis suis erit insipiens? Venit ille congregans vndiq; oues
deinceps. suas in dimidio dierum eius, priusquam sperabat, antequã putabat, derelinquet eas,
† astutia. ‡ & erit insipiens in nouissimis eius. Quare in primis suis sapiens erat? vt in nouissi-

mis suis sit insipiens. Audite fratres, Dicitur aliquando in scripturis sapientia pro
stultitia abusione verbi, non proprietate. Vnde etiam dicitur, Vbi sapiens,
232 vbi scriba, ubi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam hu-
L ius mundi? Et iste perdix, idem draco, idem serpens tanquam sapiens erat, quando Esai.33.
Adam per Heuam decepit: verum dicere putatus est, bonum consilium dare existi- 1.Cor.1.
matus est, contra deum creditus est. Quod vero dicitur sapientia abusione verbi &
in malo, consuetudine quidem scripturarum nostrarum: nam quemadmodũ loquan
tur authores mundi, quid ad nos? Habes in eodem libro, Erat ibi serpens sapientior Gen.3.
omnibus bestijs. Iste sapientior omnibus bestijs, astutus & acutus ad decipiendum
agnoscitur, postea non ei creditur. Et dicitur ei. Renunciamus tibi, sufficiat quod in-
cautos primo decepisti. Ergo ita erit innouissimis suis insipiens: apertæ erũt fraudes
eius, & ideo iam fraudes non erunt, In nouissimis erit insipiens, qui cõgregauit quæ
non peperit, & fecit diuitias suas non cum iudicio. Pascit contra illum redemptor no
ster cum iudicio. Existat & aliquis hæreticus, & si non frater diaboli, certe adiutor &
filius, & ipsum dixerim perdicem contentiosum animal. Hoc enim animal, ut aucu-
pes norunt, etiam contendendi studio capitur. Contendunt isti contra veritatem, &
contenderunt ex quo se diuiserunt. Modo dicunt, contendere nolumus, quia iam ca-
pti sunt. Non habet quod dicat, Nolo contendere. O capte, aliquando tu eras qui pri-
mis temporibus seditionis tuæ traditores arguebas, innocentes damnabas, iudicium
232 imperatoris quærebas, iudicio episcoporum non consentiebas, victus toties appella-
M bas, apud ipsum imperatorem studiosissime litigabas, congregabas quę non peperi-
sti: ubi est nunc ceruix tua, vbi lingua tua, vbi sibilus tuus? Certe in nouissimis tuis
factus es insipiens, pauisti sine iudicio. Non enim verum vis, vel de errore tuo, vel de
veritate iudicare, pascit contra te Christus cum iudicio, discernit oues suas ab ouib⁹
non suis. Quæ sunt oues meę, inquit, audiunt vocem meam & sequuntur me. Hic Ioan.10.
inuenio omnes pastores bonos in vno pastore, Non enim vere pastores boni desunt, Qd veri pa
sed in vno sunt. Multi sunt, qui diuisi sunt. Hic vnus prędicatur, quia vnitas commẽ stores sint
datur. Neque enim vere modo ideo tacentur pastores, & dicitur pastor, quia non in- qui in uno
uenit dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideo commendauit, quia Pe- xpo pasto-
trum inuenit, imo vero & in ipso Petro vnitatem commendauit multi erant Apostoli, res exist̃ut
& vni dicitur, Pasce oues meas. Absit vt desint modo boni pastores, absit a nobis ut & nõ pter
desint, absit a misericordia ipsius ut non eos gignat atque constituat. Vtiq; si sunt bo xp̃m pa-
næ oues, sunt & boni pastores: nam de bonis ouibus fiunt boni pastores, Sed omnes scũt.
boni pastores in vno sunt, vnum sunt. Illi pascunt, Christus pascit. Non enim uocem Cap.13.
232 suam dicunt amici sponsi, sed gaudio gaudent propter vocem sponsi. Idem ergo ipse Ioan.21.
A pascit cum ipsi pascunt: & dicit, Ego pasco: quia in illis uox ipsius, in illis charitas ip-
sius. Nã & ipsum Petrũ cui cõmendauit oues suas, quasi alter alteri vnũ secũ facere
uolebat, vt sic ei oues cõmendaret, vt esset ille caput, ille figurã corporis portaret. i.
ecclesiæ, & tanq̃ spõsus & spõsa essent duo in carne vna. Proinde, ut oues cõmẽdaret,
quid illi prius dicit, ne illi tanq̃ alteri cõmendaret? Petre amas me? Et rñdit, Amo. Et
iterũ, Amas me? Et rñdit, Amo. Et tertio, Amas me? Et rñdit, Amo. Et
tẽ, vt cõsolidet vnitatẽ. Ipse ergo pascit vnus in his, & hi in vno, & tacetur de pastori-
bus: sed non tacetur, Gloriantur pastores, sed qui gloriatur, in dño glorietur. Hoc est Ier.9.
Christum pascere, hoc est, Christo pascere, in Christo pascere, p̃ter Christum sibi nõ
pascere. Neq; n. vere inopia pastorũ tanq̃ ista futura mala tpa Propheta p̃diceret, di-
xit, Ego pascã oues meas, non habeo cui cõmendẽ. Etiã cum ipse Petrus erat, & cum
adhuc ipsi apostoli erãr in hac carne & in hac uita, tũc ait ille vnus, in quo vno oẽs
vnũ, Habeo alias oues q̃ nõ sunt de hoc ouili, oportet me & eas adducere, ut sit vnus Ioan. 10.
grex & unus pastor. Sint ergo omnes in pastore vno, & dicant vocem pastoris vnam,
quam audiant oues & sequantur pastorem suum, & non illum, aut illum, sed vnum:
232 & omnes in illo vnam vocem dicant, diuersas voces non habeant. Obsecro uos fra-
B tres, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Hanc vocem eliquatã 1. Cor.1.
ab omni schismate, purgatam ab oi hęresi audiant oues, & sequantur pastorem suũ
dicentem, Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiũt, & sequũtur me. Nam uis nos-
se hæretice quãm non habeas uocem pastoris, & periculose te sequantur oues te-

ctum indumẽto ouium, & intus lupum rapacem? audiant vocem tuam. Videamus an Christi sit, Ecclesiam quærit infirma ouis a grege aberrans, nescіens ubi sit grex, quærit quò se aggreget, quó intret ædem. Vocem audiamus an Christi sit: audiamus vtrum agni sit, an perdicis. Ouis dei gregem suum quærit. Puta ouem de Oriente venisse in Aphricam, quærit gregem suum, incurrit in te, incurrit in basilicam tuam, intrare vult, commoueris ignota facie, vel tu, vel minister tuus, stans vel sedés ad ostiũ interrogat ouem quærentem gregem suum, imo gregem dei cum grege suo intrare vult, vbi eum esse putat, quæris Paganus sit, an Christianus? Respondet, Christian⁹. Ouis est enim dei. Quęrisne forte cathecumenus sit & irruat sacramentis? Respondet, Fidelis. Quęris cuius communionis sit. Respondet, Catholicus. Christianum fidelem catholicum reprobas: qui sunt intus quos tenẽs? Itavero proijce, reproba. A te reprobatus, a Christo probatus. Vtinam & illi qui sunt apud te cognoscaat te, & in dimidio dierum tuorum derelinquant te. Quidam fratres nostri hesterno die ierũt ad basilicam eorum, & si ad malos fratres, tamen ad fratres. Attendite fratres mei, qd interſit inter fiduciam veritatis & timorem falsitatis. Quando aliquos eorum in hoc populo agnoscitis, quomodo gaudetis, qa in uobis ille est qui quęrit quod perierat? Suggeretur aliquãdo vobis, Audiet & discedet. Et uos audiat & discedat. Audiet & irridebit, audeat & irrideat. Aliqñ sapiet, aliqñ agnoscet, aliqñ relinqtur a populo suo, remanet cum corde suo, renunciat errori suo, gratias agit deo suo. Illi autem quid? Quid estis? Christiani sumus. Non, sed exploratores. Et illi, Catholici sumus. Conati sunt iniuriare meliori consilio. Pœnitet eos, atque vtinam sic pœniteat & ibi remane re, quomodo pœnituit eos qui ingressi sunt iniuriare. Tamen quos proiecerũt xpiani nos, fideles, catholicos, quos tenuerunt, nolo dicere, quos proiecerunt video quos tenuerunt ipsi dicant. Dicant ergo uocem suam, Videamus an Christi sit uox, an pastoris sit uox, quam sequantur oues: siue per bonum sit uox ista, siue per malum hominem, utrum pastoris sit uox, attendamus. Quęrit infirmus Ecclesiam, quęrit errans Ecclesiam, tu quid dicis? Partis Donati est ecclesia. Ego vocem pastoris inquiro. Lege hoc mihi de Propheta, lege mihi de Psalmo, recita de lege, recita de Euangelio, recita de Apostolo. Inde ergo recito Ecclesiam toto orbe diffusam & dominũ dicentem, Quę sunt ouẽs meę, uocem meam audiunt, & sequuntur me. Quę est vox pastoris? Et prędicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem. Ecce vox pastoris, agnosce eam, & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderunt, & illi thus idolis posuerunt, ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerunt, non sunt pastores: tu vocem pastorem ediscito, quia nec de illis uocem pastoris annuncias. Tu accusas non euangelium, tu accusas non prophe ta, non Apostolus, de quo mihi uox ista loquitur, de illo credo, alijs non credo. Sed Acta proferes, acta profero. Credamus tuis, crede & tu meis. Non credo tuis, noli credere meis. Auferantur chartę humanę, sonent uoces diuinæ. Ede mihi vnam scripturę vocem pro parte Donati, audi innumerabiles pro orbe terrarum. Quis eas numerat? Quis eas terminat? Tamen, vt pauca commemoremus, legem attende, primũ dei testm̃, In semine tuo benedicentur oẽs gẽtes. Et in Psalmo, Postulaa me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Cõmemorabũtur & conuertentur ad dñm oẽs fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Cantate domino canticum nouum, cantate domino oĩs terra. Et adorabunt eum omues reges terræ, omnes gentes seruient illi. Quis enumerare sufficiat? Propè omnis pagina nihil aliud sonat, q̃ Christum & ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi vna vox pro parte Donati. Quid magnum est quod quæro? Ecclesiam toto orbe diffusam perituram esse esse dicunc. Peritura prædicta est tot testimoniis mansura? Nec vna vox ista per legem, per prophetas, per cantica pastoris est. Neq; n. illi verum dicere sine verbo dei potuerunt, quod est Christus audi vocem verbi, & ex ore verbi: miratus fidẽ Cẽturionis, Amen, inquit, dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abrahã, & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Ab oriente multi & occidente venient: ecce ecclesia xpi, ecce grex xpi: tu vide si ouis es. Non. n. te latet grex qui vbiq; est, Non habebis [q uid

Gene. 22. Psal. 2. Gene. 22. Psal. 2. Psal. 21. Psal. 95. Psal. 71. Mat 8. Psal. 18.

Qd non in meridiona li tãtum Aphrica ec clesia, vt

233 C

233 D

233 E

233 F

respondeas iudici tuo,] quem non uis esse pastorem tuum: non habebis, inquam, qd respondeas iudici tuo, Nesciui, non uidi, non audiui. Quid est quod non scisti? Nec est qui se abscondat à calore eius. Quid est quod non uidisti? Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Quid est quod non audiuisti? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed recte a uobis quæritur uox Christi, uox pastoris, quam oues audiãt & sequantur. Non inuenitis quid dicatis, uocem pastoris non habetis. Audite & sequimini. Dimittite uocem lupi, sequimini uocem pastoris, aut date uocem pastoris. Damus, inquiunt, Audiamus, Damus, & nos uocem Pastoris. Audiamus. In canticis, inquiunt, canticorum loquitur sponsa ad sponsum, ecclesia ad Christum. Nouimus cantica canticorum, sancta cantica, amatoria cantica: sancti amoris, sanctæ charitatis, sanctæ dulcedinis. Planè uolo inde audire uocem pastoris, uocem dulcissimi sponsi Ecclesiæ. Quid habes? Audiamus. Sponsa, inquiũt, dicit ad sponsum, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas? Et ille, inquiunt, respondet, In meridie, Manifesta tibi testimonia proferebam, non erat quemadmodum aliter interpretareris: Postula a me; & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę: Commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ. Quid est quod mihi de canticis canticorum profers, quod forte non intelligis: Etenim illa cantica canticorum ænigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulsantibus aperiuntur. Tene, & deuote accipe aperta, ut merito tibi pandantur obscura. Quomodo eris penetrator obscurorum, contemptor manifestorum? Ecce tamen, ut possumus, fratres, hæc uerba discutiamus ad erit dominus, ut uideatis ibi sanum intellectum. Primo, quod ab omnibus & imperitis facilime iudicatur, uerba ipsa male distinguunt. Nunc audietis, nunc probabitis. Etenim sic se habet textus ipse lectionis. Sponsa loquitur ad sponsum, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas? Quod sponsa sponso dicat q̃ Ecclesia Christo dicat, nec nos dubitamus nec illi. Sed omnia uerba sponsæ audi. Quare uerbum quod adhuc sponsæ est, uis tribuere iam sponso? Omnia quæ dicit sponsa, dicat, tunc respondebit sponsus. Audi euidentius hac distinctione quam dicturus sum, non inuenies aliquid plus. Annunciat mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ipsa adhuc dicit, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Et uide quia ipsa adhuc dicit. Sequitur enim. Nè forte fiam sicut operta super greges sodaliũ tuorum. Puto omnes peritos imperitosq̃ discernere genus masculinum & fœminini? Operta, quæro cuius generis sit, ab omni homine quæro, masculini est, an fœminini? Annuncia, inquit, mihi quem dilexit anima mea: quẽ cum dicit, masculum alloquitur, sponsum alloquitur. Quia uero fœmina uirum alloquitur, consequentia uerba indicant, Annuncia mihi, ubi pascis, ubi cubas in meridie? ne forte fiam sicut operta, audi tu ut fiant tibi hęc aperta. Annuncia mihi quẽ dilexit aĩa mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Hucusq; uerba sponsæ. Iam incipiunt uerba sponsi de manifesto. Nisi cognoueris temetipsam. Agnosce euidenter fœminam. Temetipsam o pulcra inter mulieres. Nisi cognoueris temetipsam. O pulcra inter mulieres, exi tu in uestigiis gregum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum, non in tabernaculo pastoris. Vide quomodo comminetur sponsus uide quemadmodum in periculo, quamuis ille dulcis abstulit de medio blã dimenta. Quam blande illa: annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Veniet enim dies medius, quando ad umbracula concurrant pastores, & forte latebit me ubi tu pascis, & ubi cubas in meridie, & uolo mihi annuncies ne forte fiam sicut operta ideſt sicut occulta & nõ cognita. Ego enim manifesta sum, sed ne sicut occulta & sicut celata incidam super greges sodalium tuorum. Omnes enim hęretici a Christo exierunt, omnes qui facti sunt pastores mali habentes greges suos snb nomine Christi, illius sodales fuerunt, illius conuiuium acceperunt. Sodales enim dicuntur tanquam unius conuiuii. Latina enim lingua sic dicti sunt sodales, quasi simul edales, eo q, simul edant. Audi illum in Psalmo arguentem sodales malos ideſt unius conuiuii: Si inimicus, inquit, meus maledixisset mihi, sustinuisſ sem utiq; & si super me magna locutus fuisset, abscondissem me utiq; ab eo: tu uero unanimis & notus meus, dux meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Ergo

Donatistæ sinistræ scripturas eu ponendo fingũt: sed in toto mũdo fulgeat apte quidẽ catholicis, operte autem hæreticis, Cap. XV. Canti. 1. Psalm. 2. Psalm. 21.

Sodales.

Psal. 54.

multi ſodales ingrati menſæ dominicæ exterunt foras, mali ſodales fecerunt ſibi mẽ-
ſas ſuas, & erexerunt ſibi altaria contra altare, in eos iſta timet errare. Et ſi putas quia
meridies Aphrica eſt, quanquam poſſem obtinere magis mundi meridiem eſſe partes
Aegypti, & illas exuſtas ſole regiones vbi pluuia non apparet, quia ipſe eſt meridies
vbi feruet medius dies, ibi autem eremus plena milibus ſeruorum dei. Vnde ſi ad me-
ridiem locorum velimus aduertere, quare non ibi paſcat magis ille & ibi requieſcat,
quando ante prædictum eſt, Vbera erunt deſerta eremi? Sed ecce conſentio, Aphri-
ca ſit meridies. Hic ſunt ſodales mali. Eccleſia tranſmarina in aliquo ſuorum na-
uigante, in Aphrica ſolicita ne erret, inuocat ſponſum ſuum, & dicit ei, Abundare
audio hæreticos in Aphrica, abundare audio rebaptizatores in Aphrica: eſſe autem
ibi tuos non minus audio & illud, & hoc audio, ſed qui ſint tui, a te volo audire, An-
nuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi paſcis, vbi cubas in meridie? Audio duas
partes eſſe, vnam Donati alteram vniuerſo tuo cohærentem. Tu mihi dic quo eam,
ne forte velut operta. i. ignota fiam ſuper greges ſodalium tuorum, & incurram in
greges hæreticorum, conantes ponere lapidem ſuper lapidem qui deſtruatur, ne ir-
ruam in rebaptizatores, annuncia mihi. Et ille qui commendat vnitatem paſtoris, 233
qui in hac lectione dixit, ego paſcam. Paſtores autem reprobat, qui multi eſſe volue- L
runt, vnitatem amiſerunt. Seueriſsime non blande reſpondens, ſed pro magnitudi-
ne periculi: Niſi cognoueris, inquit, temetipſam o pulchra inter mulieres. Pulchra
es inter mulieres, ſed agnoſce te. Vbi te agnoſces? In toto orbe terrarum. Si enim
pulchra, vnitas eſt in te: vbi diuiſio, fœditas eſt, non pulchritudo. Niſi cognoueris
temetipſam, in me credidiſti, agnoſce te in me. Quomodo credidiſti? Quomodo &
illi mali ſodales conſentiunt, verbum carnem factum, natum ex virgine, crucifixum,
reſurrexiſſe, aſcendiſſe in cœlos. Si talem me credidiſti, talem & illi ſonant. Cogno-
ſce & tu me in cœlo, & in toto orbe terrarum. Vnumquemlibet ex Eccleſia tanquã
eccleſiam Chriſtus alloquitur. Nam quomodo eccleſia quærit Eccleſiam? Secun-
dum ipſos loquor. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi paſcis, vbi cubas?
Quid quærit? Eccleſiam. Et ille tanquam oſtendens Eccleſiam dicit, In meridie, ſi-
cut illi volunt. Reſpondeant mihi, quomodo Eccleſia quærat Eccleſiam: annuncia
mihi quem dilexit aĩa mea. Quę loquitur? Eccleſia. Quid ſibi vult annunciari? Vbi 233
paſcis, vbi cubas. i. vbi ſit eccleſia Eccleſia loqtur & iterrogat: & rñdet ille, vt putãt, in M
meridie. Si in ſolo meridie, eſt vt dicunt, in Aphrica, qũo ipſa interrogat vbi ipſa ſit?
An vero portio Eccleſię traſmarinæ bene interrogat de meridie ne hic erret? Allo-
quitur vnumquodq; membrorum eccleſię ſuæ, Chriſtus, tanquam ſuam Eccleſiam,
& dicit, Niſi cognoueris temetipſam ó pulchra inter mulieres, exi. Exire hæretico-
rum eſt. Aut cognoſce te, aut exi: quia ſi te non cognoueris, exitura es. Exitura es,
quo? Inueſtigiis gregum, ſequendo malos greges. Ne forte putes quia oues ſeque-
ris ſi exis, audi quid ſequitur, Exitu in ueſtigijs gregum, & paſce hædos tuos, iam nõ
oues. Noſtis fratres, vbi erunt hædi? Ad ſiniſtram erunt omnes qui exierunt ab Ec-
Ioan. 21. cleſia. Manenti Petro dicitur, Paſce oues meas: exeunti hæretico, paſce hædos tuos.
Eſt, inquiunt, & aliud teſtimonium nihilominus contra te. Dic, audiamus. Erit ſic
contra te, quomodo hoc quod putabas pro te. Si meridiem, inquiunt, interpretaris
Aegyptum: multis quidem modis interpretamur meridiem, & Aegyptum poſſumus
ad locum mundi, & ipſam Aphricam ſic intelligere. Audi quid intelligam per meri-
diem, intelligo feruorem ſpiritalium, flagrantem igne charitatis, ſplendentem lumi- 234
Pſal. 89. ne veritatis. Nam dicitur in quodam Pſalmo, Dexteram tuam notam fac mihi, & A
eruditos corde in ſapientia. Dexteram, non hædos: & eruditos corde in ſapientia, ipſi
Eſai. 58. ſunt meridies. Vnde dicitur, a propheta, Et tenebræ tuæ ſicut meridies erunt. Multis
ergo modis poſſumus intelligere meridiem, ſed prorſus Aphricam intelligo. Accipio
a te aliquid forte melius quam ſaperẽ, niſi a te commemorarer, Aphrica ſit meridies.
Timet eccleſia tranſmarina incidere in rebaptizatores, timet incidere tãquam igno-
ta in greges ſodalium, querit ab ſponſo ſuo vt annunciet illi vbi paſcat, vbi cubet in
meridie, quia in ipſo meridie in alijs paſcit, in aliis non paſcit: in alijs cubat, in alijs
non cubat. Audiat conſilium, veniat ad catholicam eccleſiam, non incurrat in greges
ſodalium, non paſcat hædos ſuos. Sed dic aliud quod te dicebas eſſe dicturum. Pro-

pheta, inquit, ait, Deus ab Aphrico veniet. Et iam vbi Aphricus, vtiq; Aphrica. O
teſtimonium, Deus ab Aphrico veniet, & ab Aphrica veniet deus. Alterum Chriſtum Abacuc. 3.
234 in Aphrica naſci, & ire per mundũ hęretici annunciant. Rogo quid eſt, Deus ab Aphri
B co veniet. Si diceretis, Deus in Aphrica remanſit, vtiq; turpiter diceretis: nunc autem
etiã ab Aphrica veniet dicitis Chriſtus. Nouimus vbi ſit natus Chriſtus, ubi ſit paſ-
ſus, ubi in cœlum aſcenderit, unde diſcipulos miſerit, ubi eos ſpiritu ſancto repleue-
rit, ubi per totum mundum euangelizare iuſſerit, & obtemperauerunt ei, & adimple-
tur orbis terrarum Euangelio, & tu dicis, Deus ab Aphrica ueniet. Ergo tu mihi, in-
quit, expone quid eſt, Deus ab Aphrico ueniet? Dic totum, & fortaſsis intelliges.
Deus ab Aphrico ueniet, & ſanctus de monte umbroſo. Tu mihi expone, ſi iam ab
Aphrica, quomodo de monte umbroſo? De Numidia nata eſt pars Donati, ipſi miſsi
ſunt primi in diſſenſionem & tumultum, & ſcandalum, quærentes ingens uulnus.
Numidæ miſerunt, Secundus Tigiſitanus miſit, Vbi ſit Tigiſi, notum eſt. Qui
miſsi ſunt clerici, extra congregauerunt ab eccleſia, ad clericos Carthaginis accede-
re noluerunt, uiſitatorem poſuerunt, a Lucilla ſuſcepti ſunt. Author totius huius
mali Numidia, hæreticus fuit in Numidia, unde uentum eſt huc: cum tanto modo
uiſcarium uix inuenitur, cum incurſionibus habitant, quomodo mons umbro-
ſus Numidia? Dic mihi ergo, noli mihi hucuſque recitare, Deus ab Aphrico,
exigo & ſequentia, Et ſanctus de monte umbroſo. Sed oſtende mihi partem
234 Donati a Numidia, de monte umbroſo uenire. Inuenis nuda omnia, pingues
C quidem campos, ſed frumentarios, non oliuetis fertiles, non cæteris nemoribus
amœnos. Vnde ergo mons umbroſus in Numidiæ partibus? Vnde hoc ſcan-
dalum uenit. Tu mihi, inquit, ergo expone quid eſt, Deus ab Aphrico ueniet,
& ſanctus de monte umbroſo? Vide quam facile exponam. Primo illud audi
quod ait dominus, Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere tertio die, & prædicari
in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes, incipien
tibus ab Hieruſalem, Ecce unde uenit, incipientibus cum dicit: inde utique ſe in
ſanctis ſuis ad alias gentes uenturum eſſe prædixit. Lege diuiſionem terre filiorum
Iſrael in omnibus tribubus in libro Ieſu Naue, vbi aperte dictũ eſt, Iebus ab Aphri-
co, quæ eſt Hieruſalem. Lege, quære, & inuenies. Vtinam cum inueneris, credas:
vtinam animoſitatem deponas. Iebus ab Aphrico quæ eſt Hieruſalem. Et dominus,
incipientibus ab Hieruſalem, hoc eſt deus ab Aphrico ueniet. Quomodo ergo a
monte umbroſo? Euangelium iam lege. De monte oliueti Chriſtus aſcendit in cœ
lum. Sequere. Et quid lucidius? Audis, ab Aphrico: audiſti, de monte umbroſo.
Legem recitamus, Euangelium recitamus. Audiſti, Incipientibus ab Hieruſalem,
audi, per omnes gentes, in eodem propheta: Sequere verba illa, quæ contempſiſti,
234 Verba illa quæ prætermiſiſti, Deus ab Adhrico veniet, & ſanctus de monte umbroſo.
D Cooperiet montem umbra eius, & gloria eius plena eſt terra. Per omnes ergo gen-
tes incipientibus ab Ieruſalem? Quomodo incipientibus ab Hieruſalem? Deus ab
Aphrico veniet, & ſanctus de monte umbroſo & condenſo: id eſt, a monte oliueti, un-
de aſcendit in cœlum, unde miſit diſcipulos ſuos, vbi etiam aſcenſurus ait, Nõ enim Acto. 1.
veſtrum eſt ſcire tempora quę pater poſuit in ſua potſtate, ſed accipietis virtutem
ex alto, & eritis mihi teſtis, Videte quomodo incipit Euangelium, Et eritis mihi te-
ſtes in Hieruſalem & in Iudæa & Samaria, & in totam terram. Ergo deo veniente
Chriſto, & nomen eius, & prædicatio Euangelii eius ab Hieruſalem, id eſt, ab Aphri-
co & a monte umbroſo, id eſt, a monte oliueti, per omnes gentes diffamatum eſt Euã-
gelium. Operuit montes umbra eius, id eſt, refrigerium eius, protectio eius, & laudis
eius plena eſt terra. Cantate ergo cum tota terra canticum nouum, non canticum
uetus cum angulo terræ. Dicunt & aliud, Cyrenæus, inquiunt, quidam Simon anga-
riatus eſt vt tolleret crucem domini. Legimus, ſed quid te adiuuet uolo ſcire. Cyre-
næus, inquit, Apher eſt, Quare ipſe angariatus eſt qui crucem tolleret? Vbi ſit Cy-
rene, forte neſcis, Libyę Pentapolis eſt, contigua eſt Aphricę ad Orientem magis
234 pertinet, uel in diſtributione prouinciarum imperatorem cognoſce Imperator orien
E talis mittit iudicem ad Cyrenem. Breuiter reſpondeo, Vbi eſt pars Donati, non

inuenitur Cyrene: vbi est Cyrene, non inuenitur pars Donati. Manifesta veritas conuincit errorem. Det mihi Cyrenem vbi est pars Donati, det mihi partem Donati vbi est Cyrene. Manifestum est enim fratres, in Pentapoli Ecclesiam esse catholicã, partem Donati ibi non esse. Sed securi irrideamus flendos, & fleamus irridẽdos. Quid dicis? Meritum Cyrenensis huius magnum commemoras, quia tulit crucem domini, & Aphrum dicis, Orientalis est Libya enim duobus modis dicitur, vel ista quæ proprie Aphrica est, vel illa Orientis pars, quæ contigua est Aphricæ, & omnino collimitanea. Sed Apher fuerit Cyrenensis, beatum putas & angariatus crucem tulerit? Quanto melius forte diceret quis in Arimathia remãsisse Ecclesiam Christi, quia Ioseph ille dives ab Arimathia, habens ante oculos regnum dei, non angariatus, non coactus venit ad crucem domini, cum cæteri formidarent, petijt a Pilato sepelien-
Ioan. 19. dum corpus domini, de ligno deposuit, obsecutus est funeri, in sepulchro condidit, laudatus est in Euangelio. Quia vero de Arimathia fuit iste pius, tantum exhibens obsequium corpori domini, in Arimathia remansit Ecclesia? At si magis vos delectat angariatus, id est, qui cogitur tollere crucem: recte ergo faciunt imperatores catholici, qui vos cogunt ad vnitatem.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI.

De ouibus Liber siue Homilia.

Quis sit pastor, & quæ oues, Cap. 1. Psal. 94.

Erba quæ cantauimus continẽt professionem nostram, quia oues dei sumus nec importune poscimus cum lachrymis eius misericordiam cuius oues sumus. Diximus enim. Ploremus ante dominum, qui fecit nos, quoniam ipse est dominus deus noster. Ne quisquam plorans se exaudiri posse desperet, commemorata est necessitudo quædam exaudiendi nos deo, qm ipse est dñs deus nr̃q fecit nos ille deus nr̃, nos popul⁹ pascuæ eius, & oues manuũ eius. Pastores hoís, vel etiã patres familiâs domini pecorum: oues quas habent, non ipsi fecerunt: oues quas pascunt, non ipsi creauerunt: noster autem dominus deus, quia deus & creator est, fecit sibi oues quas habeat & quas pascat, nec alter instituit quas ipse pascit, nec quas ipse instituit, alter pascit. Ploremus ergo ante illum. Neque
Psal. 114. enim in bono sumus, dum in hoc seculo sumus. Cum. n. placebimus domino in regione viuorum tunc detergentur lachrymæ nostræ, & dicemus ei laudes qui nos exemit de vinculis mortis, pedes nostros a lapsu, oculos nostros a lachrymis, vt placeamus domino in regione viuorũ: quia difficile est, vt ei placeatur in regione mortuorum. Est autẽ & hic vnde illi placeamus, eius misericordiã in his deprecando, a peccatis nos quantũ possumus abstinendo, inquantũ aũt non possumus confitẽdo atq; plangendo. Ita in hac vita sumus sperantes aliam vitam, plorantes in spe, imò plorantes in re, gaudentes in spe. Professi ergo in hoc cantico, quia sumus oues eius, populus pascuæ eius, oues manuum eius: audiamus quid ad nos loquatur, tanquam ad oues suas. Pridem pastoribus loquebatur superiore lectione, præsenti autem & hodierna ouibus loquitur. In illis ergo eius verbis, nos cum tremore audiebamus, vos cum securitate. Quid ergo in istis verbis hodiernis? Nunquid vicissim nos

353

cum securitate, vos cum tremore? Non vtiq;. Primo, quia etsi pastores sumus, pastor non solum quod dicitur ad pastores, cum tremore audit, sed etiam quod dicitur ad oues: si. n. securus audit quod ad oues dicitur, non est illi cura de ouibus. Deinde iam & tunc diximus charitati vestræ, duo quædam in nobis esse consideranda: vnum ꝙ Christiani sumus, alterum ꝙ præpositi sumus. Quod ergo præpositi sumus inter pastores deputamur, si boni sumus. Quod autem Christiani sumus: & nos vobiscum oues sumus. Siue ergo dominus pastoribus loquatur, siue ouibus, nos omnia cum tremore oportet audire, nec recedat solicitudo de cordibus nostris, vt ploremus ante dominum qui fecit nos. Audiamus itaq;, fratres, vnde dominus oues suas improbas corripiat, & quid promittat ouibus suis. Et vos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus deus. Primo, quanta fœlicitas est esse gregem dei, si quis etiam cogitet, fratres, etiam in istis lacrhymis, & in istis tribulationibus magnum gaudium concipit.

Neque enim in eius grege est quem lupi possunt flagellare, aut cuius somnium possunt captare prædones. Illi. n dictum est, Qui pascit Israel: de quo dictum est, Non dormiet neq; dormitabit, qui custodit Israel. Vigilat ergo super nos ille vigilantibus nobis, vigilat & dormientibus nobis. Si ergo de pastore hoíe securum est pecus hoís, quanta dẽt esse nr̃a securitas pascente deo, non tm quia pascit nos, sedẽt qa fecit? Vna est nostra solicitudo quæ nobis imponitur, audire vocem pastoris, & est nunc tps audiẽdi qa ille nondũ assũpsit tps iudicandi. Qui loqtur mõ, tacet. Loquitur. n. mõ in præcepto, tacet in iudicio. Ideo dicit quodã in loco, Tacui, nunquid sp tacebo? Quomodo tacuit, cum hoc ipsum loquendo dixerit? Qui dicit, tacui, non tacet, quia & hoc ipsum dicere, tacui, non tacere est. Audio ergo e loquentẽ in tot præceptis, in tot sacramentis, in tot paginis, in tot libris. Audio deniq; in hoc ipso quod dicis. Tacui, nũquid semper tacebo? Quomodo ergo tacuisti? Quia nondum dico, Venite benedicti patris mei, percipite regnum & nondum dico alijs, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius, & nondum hæc ipsa ita dico vt iam prædicaui. Vltimam sententiam quam dicturus est iudex, in tabella describturus manu sua, vltra quam sententiam nihil iam iudicaturus est, partes non audiunt. Illis foras exeuntibus scribitur, attonitæ sunt ambæ partes atque suspensæ, contra quam vel pro qua sententia illius procedat. Magnum secretum iudicis, vnde secretarium nominatur. Magnus timor eorum qui in causa sunt, quid ille cogitet, & quid scribat ignoratur, & homo est, & illi de quibus ille iudicat, vtiq; homines sunt. Ille autem deus noster est, & nos populus pascuæ eius, & oues manuum eius. Et cum sit ille creator, nos creatura, ille immortalis, nos mortales: ille inuisibilis, nos visibiles, noluit nos latere in hac vita, quam vltimam sententiam fine dicturus sit. Nemo ante dicit, damno, qui vult damnare: nemo ante dicit, ferio, qui vult ferire. Magna ergo benitas, magna misericordia, magna mansuetudo, sed non abutamur patientia eius ad nostram nequitiam, & illo peccata nostra portante, nos quasi faciendo ei onus augeamus peccata peccatis, quasi vt ille plus portet qui non laborat cum portat peccata nostra, quibus adhuc pa. cit, quia adhuc sustinet, & illius ostendunt patientiam, nostrã cumulant sarcinam. Ignoras, inquit, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Patientia dei illa est, quam taciturnitatem vocat, de qua dicit, Tacui nunquid semper tacebo? Ergo cum argueret quosdam & diceret, Qui prædicas non furãdum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulteras, &c. ait, an diuitias bonitatis eius & longanimitatis cõtẽnis? Quia ille bonus est, qa lõganimis, qa videt & tacet, qa videt & sustinet, putas illum iniquum? Ignoras quia patientia dei ad pniam te adducit? Et vide si semper tacebit, qui modo tacet. Tu autem, inquit, secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Ergo tacet, nunquid semper tacebit? Item dicit post quædam enumerata peccata, hæc fecisti & tacui, id est, hæc fecisti & non vindicaui, suspicatus es iniquitatem ꝙ ero tui similis. Et reuera hoc cogitãt mali, cum multa fecerint mala, & mali sibi accidere nihil viderint, non tantum placent eis facta sua mala, sed etiam deo placere putant: intantum procedit impietas, vt & deum similem sibi existimet impius contemptor. Et cum deus adducat eum monendo, docendo, hortando, corripiendo ad similitudinem suam, non solum non sequitur similitudinem

dei, sed deum vult ducere ad similitudinem suam. Hæc est iniquitas maior, dum ipsa peccata, à quibus se non corrigit, deo placere putat. Suspicatus es iniquitatem & ero tibi similis. Et quid sequitur? Arguam te. Quare hoc? Tacui, nunquid semper tacebo? Itaq; frēs, quoniam sermo iste, qui de ore procedit & me terret & vos: omnes enim vnam spem habemus bonam in illo, & omnes pariter timere debemus, ne illo offenso non inueniamus quod speramus, sed experiamur quod contempsimus, audiamus omnes tanquam oues dei, dum loquitur qui tacet, dum mouet nos, & nondum iudicat nos qui fecit nos, dum vacat audire, dum licet & legere. Et vos, inquit, oues meæ, hęc dicit dominus deus, Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Quid hic faciunt hirci in grege dei? In iisdem pascuis, in iisdem fontibus, & hirci tamen sinistræ destinati, dextris miscentur, & prius tolerantur quàm separabuntur, & hic exercetur ouium patientia ad similitudinem patientiæ dei. Separatio enim ab illo erit, aliorum ad sinistram, aliorum ad dexteram. Nunc autem ipse tacet, tu uis loqui. Sed vnde dico, tu uis loqui? Vnde ipse tacet? A vindicta iudicii, non à verbo correptionis. Ipse nondum separat, tu vis separare? Ipse mista tolerat qui seminauit. Si ante ventilationem frumentum vis esse purgatum, tuo vento pessime ventilaberis. Licuerit dicere seruis, Vis, imus & colligimus ea? Stomachati sunt enim videndo zizania, & doluerunt segeti bonæ permista zizania, & dixerunt, Nonne bonum semen seminasti, vnde ergo apparuerunt zizania? Ille rationem reddidit vnde apparuerunt, non tamen permisit, vt ante tempus euellerentur: quanuis & ipsi serui stomachati aduersus zizania, consilium tamen & præceptum a domino expetierunt. Displicebant illa inter segetem, sed videbant serui, quia si vel in ipsis zizaniis euellendis aliquid sua sponte facerent, ipsi zizaniis annumerarentur. A domino expectauerunt præceptum, iussionem regis sui quæsierunt: vis, imus, & colligimus? Et ille, Non. Et reddidit inde causam, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Sedabat eos ab indignatione nec reliquit in dolore, Graue enim videbatur seruis esse zizania inter frumentum, & vere graue erat. Sed alia est agri conditio, alia quies horrei. Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia forte toleratus es. Si semper bonus fuisti, habeto misericordiam: si aliquando malus fuisti, noli perdere memoriam. Et quis est semper bonus? Facilius si te deus diligenter discutiat, inueniet te etiam nunc malum, quàm tu te semper bonum. Ergo toleranda sunt zizania hæc inter frumentum, hirci inter arietes, hædi inter oues. Quid autem ille de frumento? In tempore, inquit, messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate fasciculos ad comburendum ea, triticum autem meo recondite in horreo. Transiet ergo agri concretio, veniet messis discretio. Exigit nunc dominus de nobis patientiam, quam proponit in se dicens tibi, Ego certe si voluero modo iudicare, nunquid inique iudicabo? Ego certe si voluero iudicare, nunquid falli potero? Si ergo qui semper recte iudico, & qui falli non possum, differo iudicium meum, tu ignorans quemadmodum iudicandus sis, audes tam præpropere iudicare? Videte fratres quemadmodum illis seruis volentibus ante tempus eradicare zizania, hoc opus nec in messe concesserit. Ait enim in tempore messis dicam messoribus: non ait, dicam vobis. Sed quid si ipsi serui messores erunt? Non. Nam exponens omnia singulatim, messores ait angeli sunt. Homo ergo carne septus carnem portans, aut forte caro totus, id est caro corpore, carnalis animo, audes vsurpare officium alienum, quod nec in messe erit tuum? Hoc de separandis zizaniis. De hircis autem quid? Cum venerit filius hominis & omnes angeli cum eo, sedebit in sede gloriæ suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas sicut pastor separat oues ab hædis. Et veniet & separabit, veniet messis, & separabuntur. Modo ergo tempus separationis non est, sed tolerationis. Nec ideo ista dicimus fratres, vt corripiendi dormiat diligentia, imo vero ne in illud iudicium incauti veniamus & cæci, negligentes cæcitatem nostram subito nos ad sinistram veniamus. Disciplina exerceatur, iudicium non præcipitetur. Quid ergo dominus? Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Ecce ego iudico. Magna securitas, ipse iudicat, securi sint boni. Iudicem ipsorum nullus aduersarius,

De non euellendis zizanijs ante messem, & nō sepandis ouibus ante iudiciū. Cap. 5. Eze. 34. Mat. 13.

Mat. 13.

corrumpit, nullus aduocatus circumuenit, nullus tēstis illudit. Sed quantum securi sunt boni, tantum timeant mali. Non talis iudicat, cui aliquid absconditur, Nun quid enim deus iudicans quęsiturus est testes, per quos discat quis sis? Vnde potest falli qui sis, qui nouerat quid esses futurus? Te interrogat, non aliū de te. Dominus, inquit, interrogat iustum & impium. Interrogat autem te, non ut discat à te, sed ut confundat te. Habentes uero talem iudicem, quem nemo contra nos fallit, nemo pro nobis: sic agamus ut eius iudicium uenturum non timeamus, sed expectemus & desideremus. Nunquid enim frumenta timent ne mittantur in horreum? Imo optant uehementer & desiderant. Nunquid oues timent ne ponantur ad dexteram? Imo nihil eis tam tardum est quam donec fiat. Hi uero ex animo & tota synceritate, dicunt cum orant, Aduēniat regnum tuum. Mali uero hominis in his uerbis & cor trepidat, & lingua titubat. Quomodo enim dicit, Aduenias regnum tuum? Ecce uenit. Qualem te inueniet? Sic ergo age ut securus ores. Et si quid forte inest in conscientia errati atq; peccati, habes in ipsa oratione medicinam, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Voluit enim deus sic te esse debitorem, ut habeas debitorem. Peccando quippe inimicum te facis deo, sed attende ne forte tu habeas inimicum. Dimitte, & dimittetur tibi. Quod facis qui potes in peccato inueniri, hoc in te faciet, qui de nullo peccato poterit iudicari. Si autem ut homo in peccato positus, peccatori tuo non parcis, nec tuam in illo conditionem respicis, nec de cætero lapsum tuæ fragilitatis horrescis, quid tibi facturus est qui tam securus iudicat, quomodo qui nunquam peccat? Danda ergo opera est puræ conscientiæ, & si forte aliquis inest scrupulus, præueniamus faciem eius in confessione. In psalmo autem cum nunc cantaretur, audiuimus: Præueniamus faciem eius in confessione. Præueniamus eum, ne ipse nos præueniat. Post confessionem non affert ultionem, si & tu post confessionem non repetas iniquitatem. Præueni antequam præueniaris. Quia enim uenturus est, certum est: perdes, si non desideras quod futurum est. Nam & te nolente uenturus est. Nunquid eum dilaturus es recusando, ne ueniat? Sicut nouerat horam, quam iudicari debuit, sic nouit & horam quam debeat iudicare. Veniet ille, tu uide qualis futurus sis. Hodie inest scrupulus, hodie sit confessio, hodie renuncietur scrupulo, hodie dimittatur, hodie laxetur. Non est ut dicas, differt deus ueniam: tu noli differre medicinam tuam. Habēs enim aliquid in animo quod te angat: & si angit, & solicitat. Vtiq; si in domo tua esset lapis offendēs oculos tuos, iuberes eum auferri de medio, maxime si aliquem paulo maiorem hospitem in domo tua esses recepturus. Cum ergo deum inuocas, in te uocas: quomodo ueniet ad te, cui locum quo recipias non mundasti? Sed minus idoneus es auferre de corde tuo, quod tibi ipse fecisti, ipsum inuoca, ut mundet: ipsum inuita, ut intret: dum tamen quod facturus es, modo facias, cum loquitur monendo, & tacet iudicando. Dixit hic hircos, dixit & arietes, & iudicat inter eos. Et quid eis dicit? Nunquid non sufficit vobis, quia bona pascua pascēbatis, & reliquias pascuæ vestrę conculcabatis pedibus vestris, & potabatis aquā, quę subsidebat. i. quæ pura & tranquilla erat, & reliquā pedibus vestris turbabatis, & oues meę conculcationes pedum vestrorū depascebāt, & conturbatā pedibus vestris aquā potabāt? Quid est hoc? Pascua dei bona sunt, & fontes dei puri sunt. Habenius hoc in scripturis sanctis. Qui sunt ergo qui qđ tranquillū est inde bibūt, & qđ mundū est inde pascūtur, & cōculcāt reliquias & turbāt aquā, vt oues alię conculcatas herbas accipiāt, & aquā conturbatā bibant? Et hoc vtiq; videtis displicere pastori, qui dicit dū fiunt ista, Ego iudico inter ouem & ouem: ad hoc vtiq; ne fiant. Sunt multi qui tranquille discunt, perturbate docent, & cum habeant doctorem patientem, sæuiunt in discentem. Quam nos enim tranquille doceat ipsa scriptura, quis nescit? Veniet ergo aliquis & legit præcepta dei, legit & capit, capit tranquillus de tranquillo bibens, de viridi & mundo pascens. Vellit aliquis audire ab illo aliquid, indignatur, perturbatur: tarditatem aliquando serius intelligentis accusando turbatam facit minus intelligere quod potuit audire tranquillus. Nec hoc ideo dixerim, fratres, quia non est aliquando corripienda duritia, quam ipsa tanta veritatis tranquillitas corripit dicens, O insensati & tardi corde ad credendum: si ista fiunt ea dilectione, qua uolumus curam incutere hominibus

235 I

235 F

235 G

235 H

De doctrinis non amaro corde cōmunicandis, Ca. VIII.

Contra p̄dicatores nimium seueros. seueros.

ad incutiendam diligentiam intentionis, & ad serenandam forte nubem mentis suæ quam de curis seculi contraxerunt, & forte cogitando alia intulia, quod vtile est audire non possunt. Deinde etiamsi in se aliquis videat tarditatem, non sine causa ille accusatur, vt deum roget, & soluat tarditatem, donet veritatem. Aut n. si negligentia nostra minus intelligamus quod audituimus, vtique negligentia corripienda est. Aut si tarditas est, cum fuerit accusata, erit vnde rogetur deus. Nec doctores ergo tales reprehendendi sunt: sed qui hoc faciunt animo amaro, animo inuido, ipsi conculcant pascua & conturbant fontes, quicquid forte nouerint, ita volunt nosse vt alii non nouerint. Maligne mentis homines tartareo zelo pleni, liuidi non in corpore, sed in corde, legerunt & intellexerunt, cum interrogati fuerint, multum est ad te, Ego tibi ista credam, & tu dignus es ista legere vel audire? Quid turbas aquã? Ambobus fons manat. Quid conculas herbas cões? Non tu pluisti vt nascerentur. Est aliud in his verbis, quod non absurde potest intelligi. Sunt homines qui putant sibi in bene viuendo sufficere conscią, & non valde curant quid de illis alter existimet, ignorantes, quia cum homo viderit hominem bonæ conscię negligentius viuentem, pasim se cuilibet & vbilibet coniugetem, habentem sciam q̃ nihil sit idolum, & tamen in idolio recumbentem, conscia illius, cum sit infirma, ædificatur non ad ea, quæ perscrutatur, sed ad ea, quæ suspicatur. Neque enim homo pater tuus, frater tuus, intrare pōt in conscientiam tuam, quam nouit deus. Conscientia tua coram deo est, cōuersatio tua coram fratre tuo. Si de te ille aliquid mali suspicans, perturbatus ædificatur ad aliqd faciendum, quod te putat facere dū sic viuis, quid prodest, quia venter conscientiæ tuæ hausit aquam puram, & ille de tua negligentia conuersationem bibit turbatam. Et audis tales, cum corripiuntur, ne ista faciant, respondere nobis & dicere, Apostolus dixit, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem, Et hic aquam turbas, pascua conculcas. Attende melius, ne & tibi aquam turbet quod ait Apostolus, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem. Optime accipio apostolicam sententiam, libenter agnosco. Sed Aliud in Apostolo non legasti? Placete oibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiant. Rursus eundem Apostolum non audisti: Sine offensione estote Iudæis & Græcis & Ecclesiæ Dei? Tertio eundem Apostolum non audisti. Proinde videmus enim bona, non solum, coram deo, sed etiam coram hominibus? Ait ergo ille, Expone itaq; mihi, quomodo intelligam diuersa atq; contraria hæc dicente Apostolum, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem: ac dicentem, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, ac dicentem, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, ac dicentem; Prouidemus bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Si tranquillus audias, si tibipsi aquam tuæ mentis non perturbes, quantum potuero fortasis exponam. Sunt homines temerarii iudices, detractores, surrones, murmuratores, quærentes suspicari quod non vident, quærentes etiam iactare quod nec suspicantur, contra tales quid remanet, ni si testimonium conscię nostræ? Neq; n. fratres, etiã in illis quibus placere volumus, gloriam nostram quærimus, aut gloriam nostra quærere debemus, sed illorum salutem: vt si bene amaulamus, nos sequendo non errent: imitatores nostri sint, sicut & nos Christi: si autem nos non Christi imitatores sint Christi. Ipse n. pascit gregem suum, & cum omnibus bene pascentibus, ipse solus est, quia oẽs in illo sunt. Non ergo vtilitatem nostram quærimus, quando hominibus placere volumus, sed gaudemus eis placere quod bonum est, propter ipsorum vtilitatem, non propter nostram dignitatem. Contra quos autem dixerit Apostolus, Si homiuibus placere vellem, xpi seruus non essem, manifestum est, & propter quos dixerit, Placete oibus per omnia, manifestum est, vtrunq; tranquillum, vtrunq; purum, vtrunq; nō perturbatū: tu tantum pasce & bibe, noli conculcare, noli perturbare. Nam & ipsum dominum Iesum Christum magistrum vtiqu; audisti, Luceant opera vestra bona coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem uestrũ qui in cœlis est, ideſt qui vos fecit tales. Nos enim populus pascuæ eius, & oues manum eius. Ille ergo laudetur, qui te fecit bonum, si bonus es, non tu, qui per teipsum, non poteris esse nisi malus. Quid autem vis in contrarium ducere veritatem, vt quando boni aliquid fa

Qđ non sufficiat bene uiuere, nisi etiam quisq; corã hoibus bene studeat conuersari. Cap. 9. 1. Cor. 8.

Gal. 1.

1. Cor. 10.

2. Cor. 1.

Mat. 5.

Psal. 94.

tis, te velis laudari: quando mali aliquid facis, dominum velis vituperari? Vtique enim, qui dixit, Luceant opera vestra bona coram hominibus, ipse dixit in eode sermone, Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus. Sed fiunt in Apostolo ista tibi contraria videbantur, sic & in Euangelio, Si autem nō perturbes aquam cordis tui, & hic agnosces pacẽ scripturarũ, & habebis pacem cum eis & tu. Si aũt tu cũ eis habere nolueris pacem, tu in te committis litem tuam, illæ non amittent pacem suã. Propter illos enim qui se hominibus iactando commendant, & ita ventilant opera sua bona, vt finem bonorum operum suorum in laude hominum ponant, eandemq; laudem hominum quasi pro mercede computent bonorum operum suorum, de his dicitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Contra eos dicitur, Cauete iustitiam vestram facere coram hominibus. Proinde sequitur, Vt videamini ab eis. Vltra non porrexit intentionem, hic fecit finem, Nolite sic facere coram hominibus, quicquid boni facitis, ut uideamini ab eis, vt sit ipse finis operis uestri, videri ab eis. Nolite ergo sic, vt uideamini ab eis. Hic autem, non ibi ponit finem, vt videamur ab hominibus, coram quibus vult esse bona facta nostra, sed ait, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. Non quieuit, neq; hic remansit, sed duxit te hinc rursum, & tulit te a te. Caderes enim si esses in te, & vbi tutus esses, posuit te. Videant, inquit bona opera vestra, & glorificent patrẽm vestrum qui in cœlis est. Noli irasci, quia ille glorificatur. Apud illum esto, & in illo glorificaberis, vt nō glorietur, ait Apostolus, omnis caro coram illo. Ergo sine gloria remanebimus? Non Ait n. ipse, Qui gloriatur in domino glorietur. Nam & testimonium conscientiæ nostræ in nobis gloria est, quia in illo est. Nã si ita est gloria nostra, vt nobis placeamus & efficiamur placentes nobis, valde stulto homini placeat qui sibi placet. Curremus ergo fratres, non tantum viuere, sed etiam coram hominibus bene conuersari, nec tantum amemus habere bonam conscientiam, sed quantum potest nostra infirmitas, quantum vigilantia fragilitatis humanæ, curemus, nihil etiam facere quod ueniat in malam suspicionem infirmo fratri, ne forte puras herbas mandendo, & puras aquas bibendo conculcemus pascua dei, & oues infirmæ conculcatum manduceut, & turbatũ bibant, & vel propter istum qui dicit, & Ego iudico inter ouem & ouẽ. Pro istis hęc dicit dominus deus ad eos, Ecce ego iudico inter ouem & inter ouẽ imbecillem. Aliud aliquid dicat. Iam audiuimus de his qui conculcant herbas, & qui conturbant equas, audiamus aliud genus mali, & magnum genus mali. Postea de hircis nullam facit mentionem, semel illos nominauit, vt sciremus eos esse. Ipse enim illos bene nouit. Postea sic loquitur, tanquã omnes sint oues. Primo quomodo ipse videt, postea vero quomodo nos videmus, locutus est. Hirci enim quia insunt & quia in fine seruabuntur, notum sit ouibus, modo tãquam inter ouem & ouem discerno. Nam scit prędestinatione & præscientia oues & hircos ille solus prędestinare potuit qui prędscire. Modo quia omnes sub iugo xpi sunt, & omnes ad gratiam dei accedũt, ouem te putas, hircum te forte deus nouit, sed tanquã ouis audi quod audis, Ecce ego iudico inter ouem fortem & inter ouem imbecillẽ, qm̃ latetibus & humeris vestris impellebatis, & cornibus vestris perculiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadusq; dispergetis eas foras. Quis hoc non intelligat? Quis non exhorrescat? Si mille oues foris sunt, non est factũ. Si autem multas oues foris errare plangimus, ųę quorum humeris & lateribus & cornibus factum est. Non enim hæc facerent nisi fortes oues. Ųę sunt fortes? De suis uiribus præsumẽtes. Ųę sunt fortes? De sua iustitia gloriantes. Non diuiserunt oues, non foras miserũt, nisi qui se iustos esse dixerunt, humeris audaces ad impellendum, quia non portant sarcinam dei, late ram mala, conspirantes amici, societas pertinaciæ, cornua erecta, elata superbia, impelle lateribus & humeris, ventilia cornibus, mitte foras quod non emisisti, certe ipsa tota causa est, quia tu iustus & alii iniusti, & indignum erat ut iustus esset cũ iniustis, indignũ uidelicet, ut fruumenta essent inter zizania, indignum ut oues inter hircos pascerentur, donec pastor ueniret qui in separando non erat. Itane tu angelus eradicans zizania? Non te aunoscerem angelum eradicantem zizania, nec si iã messis uenisset. Ante messem non tu, sed quisquis fuerit non est uerus. Qui designauit messmrem, designauit & tempus. Possent & homines se dicere angelos. Inuenimus

236 A

235 I

235 L

235 M

236 B

235 K

236 C

236 D

1. Cor.

Ezec. 34.

De eradicantibus zizania ante tempus extra ecclesiæ agrum vt sunt hęretici. Cap. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fortaſſe in ſcripturis & homines dictos angelos, ſed tamen ego tempus meſis attendo. Angeli tibi nomen potes imponere, tempus meſis non potes breuiare. Itaq; ſalſum dicis, qui ſis, quia nondum venit quando ſis. Proinde cum uenerit, & ueri meſſores misſi fuerint, neſcio ubi te inueniant, vtrum purgandum qui in horreo reconda ris, an alligandum qui in ignē proiiciaris. Ideo en im dico, forte, quia non audeo iudicare. Modo te foris doleo, utrum ſis futurus intus, ignoro. Interim audi ex alio ſcriptura: Filius do tempus non eſt, ſed tu ipſe intro redi cū tempus eſt. Dicit alia dei ſcriptura, Filius
2. Cor. 12. malus ipſe ſe iuſtum dicit, Hi ſunt humeri & latera & cornua tua. Male fortis, quantū melius eſſet infirmus. Male fortis, quātum melius eſſes infirmus. Male fortis phreneticus cędit & medicum. Dicis te perfectum, vt facias defectum. Quanto potius, quanto vtilius eſſes infirmus, vt ille te perficeret qui nouit imperfectum tuum. Et apoſtolus Paulus vas electionis, ne extollerētur in reuelationibus, quod dicere non auderemus, niſi ipſi dicentes crederemus, In magnitudine, inquit, reuelationum ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colafizet. Ne cornua erigeret, colaphifizari ſe dicebat. Propter quod, Inquit, dominum terroga ui, ut auferret eum à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Eſt ergo utilior infirmitas quæ perficitur, quam illa firmitas quæ pellit oues, quæ uentilat ut excludat. Filius ergo malus ipſe eſt, tu te iuſtum dicis
1. Ioan. 1. Filius malus ipſe ſe iuſtum dicit exitum autem ſuum non abluit. Attendite fratres mei ſententiam quandam breuem numero uerborum, ſed ingentem pondere ueritatis. Iuſtum ſe dicit, ut exeat & excludat. Iuſtum ſe dicit, ſed malus eſt, ideo exitū ſuum non abluit. Quid eſt non abluit? Non purgat, non defendit, non excuſat. Quare.n.te ſeparaſti, quare exiſti? Quare tibi tremit cor quando audis ex libris diuinis. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: ſi tamen illa mala fortitudo, qua oues dei impellis, & impingis & uentilas, permittit tremorem ad cor tuum? Nam utique cum audis: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis, illæ loquebatur qui in Eccleſia erat. Eccleſia toto orbe diffuſa eſt, tu quid facis foris? Neque.n.ego annuncio Eccleſiam toto orbe diffuſam: prophetę annunciauerunt, Apoſtoli annunciauerunt, ipſe dominus annunciauit Eccleſiam toto orbe dtffuſam Modo cum Pſalmus legeretur audiuimus, Non repellit dominus plebē ſuam: tanquam quęreretur
Pſal. 94. quoniam in manu eius, inquit, omnes fines terræ. Ipſe nō repellit, & tu impellis. Impellis, uentillas, excludis, iactas, traditor es, non comprobas. Cornea ſunt iſta uentilantis, non manſuetudo paſcentis. Ecce plebs dei in finibus terræ, ecce plebs
Pſal. 60. dei gemens & plorans ante deum qui eam fecit, dicit in Pſalmo ipſi domino ante quem plorat, A finibus terræ ad te clamaui, dum angeretur cor meum. Vidi quem admodum ſe humiliat in angore cordis & quid ſibi præſtitum dicit: In petra exaltaſti me. In petra Chriſto exaltaſti, non de monte Donati p̄cipitaſti. Inunc & iacta cor nua extende latera, infla humeros tuos, & imale oues & dic. Iuſtus ſum. Rñdebit tibi ſcriptura: Malus, non iuſtus, filius malus ipſe ſe iuſtum dicit. Si iuſtus es, quare exis foras? Quid eiicis foras? Quid cum his quos eiicis facis foras? Tāquam ouis inter hircos fuiſti, melius ab iſtis a paſtore ad dexterā ſepararis, q̄ cum ipſis ad ſiniſtram confutaris. Hirci erant, tu ouis, paſceris cum hircis. Quid te paſcua, quid te fontes offendērāt, qui ad tempus gregem utrunq; permiſcuit, qui etiam ſibi quando libet hoc bene facienti, tamen ſeparationem in finē ſeruauit? Neq; ille etiam ſi modo ſepararet erraret. Ille in finem differt, tu ante tempus ſeparans. Non expectas finem neſciens quando tibi ſit finis. Vnde hoc, niſi quia & ipſos quos tanquam hircos accuſaſti, falſo accuſaſti? Nam ſi uere accuſaſſes, non te ſeparaſſes. Tua ſeparatio illorum eſt purgatio. Si zizania erant, quid ea uoluiſti ante tempus ſeparare, cum ipſis permiſtum triticum eſſes, & eodem agro radicareris, eadem pluuia rigareris? Quare ergo exiſti? Nuuquid iuuenis cauſam? Quos accuſas non conuincis, exeundo autē ante tempus & te ſeparādo, ip ſe conuinceris. Vide quia filius malus es, ipſe te iuſtū dicis, exitū aūt tuū non abluis. Ego non dico tibi, tu es potius traditor. Quod ſi etiā dicam, facile probo: ſed ideo nolo dicere, quia tui fecerunt, non tu feciſti. Non tibi imputo facta aliena, etiam tuorum: tuum factum attendo, q̄ foris es arguo. Exitum

356

tuum arguo: prorſus certe omnia remoueo quæ in uos dici poſſunt. Omitto ebriositates veſtras, fœnus & vſuras, ſuperuſuras, omitto greges & furias Circuncellionū,
236 E omitto hęc omnia & quæcunque alia quæ enumerare non poſſum. Non omnes forte apud vos iſta faciunt. Ille qui ibi iſta non facit, ille cui diſplicent iſta quæ ibi fiunt, ipſe ergo accedat, ipſe loquatur: non ei obiicio crimen alienum, abluat exitum ſuū. Vides quia recte illi dicitur, Filius malus ipſe ſe iuſtum dicit. Dominus enim dicit, qui verum dicit, Filius malus ipſe ſe iuſtum dicit: Non ego, ſed ipſe. Si vult vt ego dicam iuſtum, veniat, bonos fructus in catholica pace afferat, in catholica pace cuſtodiat, quia & fructus non eſt, ubi non eſt tolerantia: Et fructum, inquit, afferent cum tolerantia. Vis videre quemadmodum grandinatus es? Audi ex alio loco, Ve his Eccle. 2.
qui perdiderunt tolerantiam. Modo aliquem putate cogitare, quia & ſæpe contingit, vbi ſit Chriſtianus. Motus eſt ut ſit Chriſtianus, attendit in nomen Chriſti concurrere genus humanum, nulla temporali propoſita cōmoditate vult eſſe Chriſtianus, non vt maiorem amicum conciliet, non vt ad concupitam vxorem perueniat, nō vt aliquam preſſuram huius ſeculi euadat, quanquam multi etiam ſic intrantes corriguntur ingreſſi. Sed faciamus aliquem cogitantem de anima ſua & volentem eſſe Chriſtianum, attendit vbi duas partes videt, quærit cauſas quare ſe illi ab illis ſepara
236 K uerunt. Reſpondent illi: Separauimus nos tanquam iuſti a peccatoribus Quaſi vero cæco loquantur audienti quid dicant, non videnti quid agant. Si itaque inſpiciens morem ipſorum & ea quæ pauloante commemoraui dicat illis: Rogo vos, iuſtos vos eſſe dicitis, & ideo vos recte ſeparaſſe contenditis, quare apud vos ſunt tales & tales? Et illi fortaſſe, quia negare non audent, quia ea dicuntur quæ oculis obiiciuntur, ſunt quidem apud nos tales, ſed nunquid omnes ſumus tales? Optime. Video te foris cum peccatoribus. Quare non intus? Merces enim ſeparationis tuę eſſe debuit, cū peccatore non viuere. Si foris ſic eſſes, vt quales te fingis fugiſſe nō haberes, quoquo modo ferrem ſeparationem tuam. Attendat ergo iſte cupiens eſſe Chriſtianus, ubi ſit Chriſtianus, Videt illos ſeparatos quaſi a peccatoribus, plenos peccatoribus. Rurſus attendat eccleſiam Chriſti ſecūdum probabilem vitam morum generis humani ſecundum quos mores poteſt ipſe etiam veniens de ſeculo vtcunque iudicare. Videat & hic aliquos ſobrios, aliquos ebrios, aliquos patientes pauperes, aliquos rapinā rerum alienarum appetentes: & cętera talia, uidet hic, videt & ibi, attendat iam deum, quid dicat de eccleſia ſua: inuenit deum dicentem per omnes gentes eccleſiam ſuā, inuenit deum etiam in iſta ſimilitudine zizaniorum dicentem: Ager eſt hic mundus. Non ager eſt Aphrica, ſed hic mundus. Per totum mundum frumentum, per totum
236 L mundum zizania, tamen ager eſt mundus. Seminator filius hominis, meſſores angeli, non principes Circūcellionum. Sinite creſcere vtrūque uſque ad meſſem, nō creſcere zizania, & decreſcere frumenta, ſed vtrunque creſcere vſque ad meſſem. Quā meſſem? Ipſum audi: meſsis eſt finis ſeculi. Audit hæc planē, & recte iudicans qui dicit? Non ero in illa conciſione, hac ero, & bonus ero in nomine eius cuius ero & bonus ero, non meipſum bonum faciens, ſed ab illo fieri expectans, non meipſum bonum & iuſtum dicens, ſed ab illo dici deſiderans. Intrat, ſit catholicus, ecce ipſe abluit ingreſſum ſuum, ablue & tu exitum tuum. Non potes. Filius enim malus ipſe ſe iuſtum dicit, exitum autem ſuum non abluit. Lateribus & humeris veſtris impellebatis, & cornibus veſtris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadu ſque diſpergeretis eas foras. Et ſaluabo oues meas. Sicut deteſtanda illorum iniquitas & crudelitas, ita laudanda paſtoris noſtri ueri dei noſtri miſericordia, ſaluauit oues ſuas. Forte fratres mei quanuis per minimos ſeruos ſuos, forte per indignos, hoc facit cum hoc dicimus, Saluat oues ſuas, audiant vocem paſtoris ſui & ſequantur eum: non quęrant eccleſiam ex ore hominum, ex ore dei quærant, ex ore Chriſti quærant. Ille quem dicit impium, impius eſt: quem dicit iuſtum, iuſtus eſt: quem dicit ouem, ouis eſt: quem dicit hircum, hircus eſt,
236 M Ipſe eſt veritas, ipſe loquatur, ab illo eccleſia quæratur. Dic nobis domine, vbi eſt eccleſia tua? Et ille omnibus: Vbi ego ſum, ſcitis, Reſpondeant omnes: In cœlo ad dexteram patris. Integra fides. Hanc docui, hanc ſeminaui, ſed per mundū ſeminaui. Cum me, inquit, confitemini in cœlo, uenit nobis certe in mentem ille pſal-

De mīa dei p paſtorē xpm oues ſuas ab hę reticorum uaſtationi bus liberā lis. Ca. 11. Ezec. 34. Ioan. 14. Matt. 13.

Psal. 107. mus,Exaltare super cœlos Deus. Ecclesiam quæritis, legite quod sequitur. Et super omnem terram gloria tua. Vbi fratres, vbi dictum est, Exaltare super cœlos deus; de Christo resurgente & ascendente: ibi statim sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Sponsus in cœlo est, sponsa in terra est: ille super omnes cœlos, illa super oẽm terram. O hæretice, credis quod in cœlo non vides, negas quod in terra vides. Dicat ergo hæc, dicat & audiatur, saluat oues suas. Et saluabo, inquit, oues meas, & iam nõ erunt in vastatione, & iudicabo inter ouem & ouem, & excitabo super eas pastorem vnum. Nonne ipse in superiori lectione dixerat: Ego pascam? Modo excitat pastorẽ vnum ille qui pascit. An forte intra tam paruum interuallum lectionis tædio affectus est pascendo, & excitauit pastorem cui cõmendaret curam ouium vt ipse esset securus? Audiamus quem pastorem dicit, & ibi intelligimus quare & ipse pastor etiã excitato isto pastore ipse pascat, & solus pascat. Excitabo super eas pastorem vnum, & pascet eas. Seruus meus Dauid ipse pascet eas. Prophetiam esse de Christo veniente ad homines ex semine Dauid intelligitis, fratres, si tempora cognoscatis. Ipse Propheta. Ezechiel tempore captiuitatis fuit, quæ facta est ex transmigratione populi in Babyloniam. A tempore Dauid vsque ad tempus huius transmigrationis, generationes sunt quatuordecim. Ecce quanto post dicit: Et Dauid pascet eas. Si hoc diceretur tempore Noe, aut tempore Abraham, aut tempore Moysi, aut tempore saltem ipsius Saulis, cui successit in regno Dauid, recte intelligeremus de ipso Dauid filio Iesse dictum esse hoc, ꝙ ipse futurus esset pastor gregis dei, cui regnanti populus ille commissus est: nũc uero iam regnauerat Dauid, iam de vita ista exierat, iam patribus appositus erat, iam pro merito suo quiescebat. Quid est quod dicit, Excitabo Dauid, & faciam eũ pastorem vnum: nisi quia Dauid ille est, qui venit ex semine Dauid? Quomodo ergo erigit nobis pastorem deus? Quem pastorem vnum? Et pascet eas seruus meus Dauid. Iandudum ipse pascebat nos, deus pascebat nos, modo pascit nos seruus eius Dauid. Quare tanquàm alter? Nam vtique cum ille pascebat, deus pascebat: & cum deus pascebat, pater & filius & spirituſſanctus pascebat. Modo excitatur & fit tanquàm alter pastor, sed non alter. Non alter secundum formam dei, quia in forma dei ipse & pater vnus deus: in forma autem serui tanquàm alter excitatur ut pascat, qua maior est pater. Audi vnum pascentem, & Christum pascentem, Ego & pater vnũ sumus. Audi excitari xp̃m pascentem, Pater maior me est. Vnus ergo pascit, quia cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Excitatur autẽ vt pascat quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Hoc & hic ipsa verba tenentur: Pascet eas seruus meus Dauid. Seruus in forma serui: seruus, quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortẽ, mortem autem crucis. Excitetur ergo ut pascat. Propter quod, inquit, deus exaltauit eũ a mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen. Iam excitato seruo suo Dauid, iam excitata forma serui, quam posuit ad dexteram suam, donauit ei nomen quod est super omne nomen. Vide quemadmodum pascat, quàm late pascat, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ad quam angustam partem latum possessorem vanitas hæretica impingis? An tantum fidis superbis humeris & cornibus tuis, vt non congreges ad pastorem, sed & ipsum pastorẽ a grege coneris excludere? Pascet eas seruus meus Dauid. Audite oues pascentem vos Dauid. Audite uocem pastoris vestri Dauid non uocem latronum, non ululatus lupo rum. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas. O commendanda res, Ipse pascet eas. Nemo se dicat pascere prꝛter ipsum, ipse pascet eas. Qui vult pascere, in illo pascat, quia ipse pascit eas. Deus pauloante dicebat. Ego pascam: modo dicit, Ipse pascet eas. Respondeat filius & dicat vobis, Vtrunque vere dictum est, Ego & pater vnũ sumus. Qui dicit, ego pascam: non mentitur dicendo, ipse pascet: & cum dicit, ipse pascet: non mentitur dicendo, ego pascam. Non credis, inquit, quia ego in patre, & pater in me est? Philippe, qui videt me, uidet & patrem, Recte dicitur, Ego pascam: recte dicitur, Ipse pascet. Distinctio est, non separatio, ipse pascet eas. Nolite oues expauescere, non relinquet vos qui dicit, ipse pascet eas. Deus pascit pater & filius & spiritus sanctus: ipse deus pascit. Sed distinguenda erat forma serui, non separanda & alienanda,

Ioan. 10. Ioan. 14. Philip. 2. Philip. 2. Ioan. 10. Ioan. 14.

237 A B C D

da, & in alia m persõnam constituenda. Acepit in se creator creaturam, non mutatus est creator in creaturam, assumpsit quod non erat, non amisit quid erat. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas, & erit eis in pastorem, & ego dominus ero illis in deum. Attendite fratres, Videte vnitatem deitatis, & personarum tamen distributionem, ne dicamus eum esse filium qui pater est, aut eum esse patrem qui filius est. Ecce dixit, Ipse pascet eas: qui pauloante dixerat, Ego pascam eas. Et erit eis, inquit, in pastorem, & ego dominus ero illis in deum. Expone nobis domine. Nemo aquam turbet, quod purum manat de puro fonte potemus. Quid enim quasi singillatim qd dixisti, erit ipse in pastorem, ego ero in deum, tanquam ipse sit pastor noster, tu sis deus noster? Quare domine tu non es pastor noster, & ille non est deus nostr? Tranquille audi, esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. Forte enim modo audit me aliqua auris diuersa sentiens & hæretico veneno tabefacta, & irridet me dicentem patrem & filium vnum deum, cum non irrideat tot milia fratrum habentiũ animam vnam, & dicit mihi, ecce aperte deus dicit, Erit eis in pastorem seruus meus Dauid, quem tu ipse Christum intellexisti, nec aliter potest intelligi. Rationem enim reddidisti, hæc esse dicta, cum iam dormisset Dauid. Christus ergo erit eis in pastorẽ, & ego, dominus ait, ero illis in deum. Ille in pastorem, ille in deum. Tu ergo mihi expone, quid est, Ego pascam? Quis dicebat, ego pascam? Certe deus loquens dicebat, ego pascam. Quomodo non separauit Christum a pascendo, cum diceret, ego pascã: sic nõ separauit Christum a deitate, cum diceret, ego deus. Ecce pastor est Christus, pastor est & pater. Sic deus est pater, deus est & Christus. Sicut a pastore Christo non separas patrem, sic a deo patre non separes Christum. Habet cum filio pater pascẽdi miserationem, habet cum patre filius diuinitatis æqualitatem. Sed nisi ita diceret, putares eum esse patrem qui est filius. Ergo ad vnitatem deitatis te admonuit, & ad personarum distributionem, vt quod dicit, ipse pascet, & ego ero illis in deum, non se separans a filio pascente, nec filium separans a se dominante, & in patre intelligas deũ filium, & in filio intelligas pastorem patrem. Ego, inquit dominus, ero illis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Quare in medio eorum? quia verbum caro factum est & habitauit in nobis Princeps in medio eorum, inde & mediator dei & hominum, quia deus cum patre, homo cum hominibus. Non mediator homo præter deitatem, non mediator deus præter humanitatem. Ecce mediator. Diuinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine diuinitate non est mediatrix, sed inter diuinitatem solam & humanitatem solam mediatrix est humana diuinitas & diuina humanitas Christi. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Nõ nescio quis hæreticus. Ego dominus locutus sum, Et disponam ad eos testamentum pacis, per ipsum utique qui ait, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Hoc est testamentum patris nostri, testamentũ pacis. Quælibet hæreditas diuidatur inter consortes, pacis hæreditas diuidi non potest. Pax nostra Christus est, pax facit utraque vnum, non duo de vno. Ipse enim pax nostra dixit, qui fecit vtraque vnum. Testamentum dei est, hæreditas pax est. A concordibus consortibus possideatur, non a litigantibus diuidatur. Et disponam ad eos testamentum pacis. Vigilate hæretici, audite a pastore testamentum pacis, venite ad pacem: irascimini Christianis Imperatoribus, quia testamenta vestra valere noluerunt in domibus vestris, uidete quàm digna sit pœna. Et quid est ꝙ testamentum uestrum non ualet in domo vestra? Quid est? Quantum est? Dolor iste admonitio est, nondum damnatio: Voluit enim deus compari testamento pacis suæ. Condoles testamento tuo, si non stet testamentum tuum in domo tua. Certe moriturus es, & quid agatur in illa domo, postea nesciturus. In illa enim die peribunt, inquit, oẽs cogitationes eius, & non cognoscet amplius locum suum. Non ergo sciturus quid postea agatur in domo tua, cum mortuus fueris, doles tamen testamentum tuum nõ stare in domo tua Christus mortuus resurrexit, de cœlo respexit, ut stet testamentũ eius. Euigila ex dolore tuo, corrigere ex cruciatu tuo. Ligno male curuo nosti calorẽ solere adhiberi; corrigat te dolor iste, nondum est flamma ignis ꝛterni, tanquam calor foci est admotus curuo cordi tuo, ut hinc admoneatur & corrigatur. Dole prorsus. Recte doles, non stare testamentum tuum in domo tua. Domus dei cor tuum est.

237 E F G

Ioan. 1. Psal. 145. Psal. 102.

De deitatis vnitate & personarũ distributione. Cap. 12. De testõ pacis in ecclesia quo carent hꝛetici. Cap. 13. Ioan. 14. Ephe. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si vis valere testamentum tuum in domo tua, quare nō vis valere testamentum dei in domo sua? Dimittis filiis tuis parietes, & si aliter filios tuos diuisuros noueris quā tu dispoſueris doles. De vna domo vilissima, de tecto ruituro quantam curam habes quantam ſolicitudinem concipis: quemadmodum ardentibus febrib. prementi mor 237
bo, ipſi morti vrgenti quantum potes reſiſtis, anhelans verba extrema vt impleas te H
ſtamentum, Quot iuri peritos conſulis, quantas fraudes, vt ſtet teſtamentum tuum contra ipſam legem imperatoris, inquiris? De proximo tibi reſpōdet deus, Noli frau des quærere, noli calumnioſas formulas aucupari. Vis ſtare teſtamentum tuum, ſtet in te meum. Doles, quia acquiſitionē tuam tollit alius quem nolebas, quid de hæreditate mea tam lata, tam pia? In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Dixi ego ſeruo meo, dicit tibi deus, & credit cum hæc non videret, tu vides & negas. Ecce ille
Gene. 22. factum teſtamentum ſeruauit, tu apertum diſcindis. Tunc enim teſtamentum ſerua tum eſt, quando auditum eſt: tunc apertum eſt, quādo impletum eſt. Vſq; ad manus tuas ſeruatum eſt teſtamentum. Certe hæres vis eſſe. Nunquid ſic tecum cōtendit cohæres tuus, vt dicat tibi, tolle iſtam partem, ego illam, aut tolle tu minorem, & ego maiorem? Non dicit, ſimul diuidamus, ſed ſimul habeamus: hoc enim voluit, qui te ſtatus eſt. Aperi & lege, & clamas, ne intenderetur † ego feci, ne intenderetur ego ſer
† alias incendeeetur, & ſic deinceps. uaui, ne intenderetur tu ſeruaſti. Aperi & vide, quia vnde intēderetis, *ſeruaſti, quā
† alias incendereris uis te ſeruaſſe abſit, vt credam, quem video non ſeruare quod iubet. Et ponam ad eos
De cōſciētia eremo in qua requieſcam? teſtamentum pacis, & exterminabo beſtias malas a terra. Beſtias, hoſtes teſtamenti 237
pacis. De illis beſtiis dicitur in Pſalmo, Increpa feras calami. Quid eſt feras calami? I
Beſtias aduerſarias ſacrę ſcripturæ, quia calamo ſcriptæ ſunt. Exterminabo beſtias
in ſpe, & de eius de litus. malas a terra, & habitabo in eremo in ſpe. Quid eſt in eremo? In ſolitudine. Quid eſt in ſolitudine? Intus in conſcientia. Magna ſolitudo, quia non ſolum nullus homi num tranſit, ſed nec videt. Ibi habitamus in ſpe, quia nondum in re. Etenim totum
Ca. 14. quod foris eſt noſtrum, fluctuat tempeſtatib. & tentationib. ſeculi. Eſt interior ere
Mat. 6. mus, ibi interrogemus, fidem noſtram, interrogemus, ſi eſt charitas intus, videamus ſi non labia ſonant, ſed & pectus cum dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, ſi verum ſonat, ſi verum dicimus, vbi nemo ho minum videt: ibi eſt eremus, vbi requieſcimus in ſpe, quia tranſit hæc omnis tribu. latio: & quæ ſpes erat, fiet res, & erit totum noſtrum in requie, quia iam conſpicui no bis erimus, & non erit ouis tāquam abſcondita cogitatio, & non erit eremus cōſcien tia, quia omnes ſibi noti erunt, & cogitationes ſuas ignotas non habebunt, cum vene rit dominus, & illuminauerit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique a deo. Nunc vero vides duos homines in tribula tione, cor ipſorum videre non potes. Forte alius conſcientia mordetur, alius in con
237 ſcientia tanquā in eremo requieſcit, & habitabunt in eremo in ſpe, & ſomnum habe K
bunt, id eſt, requiem, tanquam alienatis ſenſibus ab omni ſtrepitu ſeculi intus ibi re quieſcent in riuis. In ipſa intus eremo ſunt riui quidam memoriæ manantes, liquo res diuinos ſcaturientes, ex mente ſcripturam tenentis & recolentis. Etenim quod legiſti, quod audiſti, ſi purū & liquidū ſanctū memoriæ mandaueris, cū cœperis in illa interiore eremo, id eſt, in bona conſcientia requieſcere, eliquatur de interioribus mentis tuæ, & manat quodāmodo recordatio verbi dei, & cum cæteris requieſcis in ſpe & dicis, Verum eſt, bene mihi eſt, ipſa eſt ſpes mea, hoc mihi promiſit deus, non mentitur, ſecurus ſum. Et iſta ſecuritas ſomnus eſt in riuis. Et ſomnū habebunt in ri uis, & dabo eius in circuitu collis mei benedictionem. Mons licet ſit, collis licet ſit in circuitu eius, bene ſit nobis. Collis ipſe xps eſt Sic n. ipſe in medio noſtrum, nos ſu
1 Cor. 4. mus in circumitu eius. Iam n. dudum dixerat, Dauid princeps in medio eorum. Et qa princeps, ideo collis, lenis non arduus & difficile aſcendent, ſed ſi non de alto pedes ponat. Et dabo eis in circuitu collis mei benedictionē, & deferam imbrē in tpe ſuo, pluuiā verbi dei. Eſt. n. imber malus, qui deiicit domū ſuper arenam cōſtitutam, cui magnum eſt vt reſiſtat domus ſuper petram fundata: tentationis. n. imber eſt, ruinā 237
quærens, non terram rigans. Non erit talis imber iſte quē ſe dicit deferre dns: Quid L
enim ait? Imbres benedictionis erunt. Suſpectum te fecerat nominatus imber. Im bres erunt benedictionis, non tentationis. Imbres erunt benedictionis. Et vide quid

profecit ille imber. Et ligna quę in campo ſunt dabunt fructum ſuum. In campo, in 358
planitie quadam, non arduis, in facilitate quadam vitæ. Facilitatem quandam vitæ
238 huius nihil in ſe habentem ardui laborioſi, difficilis, campum dixit, qualis eſt vita fi-
M delium multorum in Eccleſia dei, habentium coniuges, filios, domos ſuas, velut in campo ſunt ligna, arduum nihil aſcendere valuerunt, ſed accipiant imbrem, dabūt & hæc ligna fructum ſuum. Horum lignorum fructus eſt: Frange eſurienti panem Eſai. 58.
tuum: & egenum ſine tecto induc in domum tuam. Talibus lignis dicebat Apo- Philip. 4.
ſtolus, Non quia quæro datum, ſed requiro fructum. Et ligna quę in campo ſunt da bunt fructum ſuum: & ſi non habent maiorem, habent tamen quendam ſuum. Et terra dabit generationem ſuam, tota terra, & inhabitabunt in terra ſua. Iam campi colles, montes dabunt generationes ſuas. Quid poteſt campus? Quid poteſt collis? Quid poteſt mons? Solus agricola agnoſcatur, & habitabunt in terra ſua in ſpe. Vide De ſeruitu
tis quia ea promittit quę hoc tempore donat nobis. Quandiu dicit in ſpe, adhuc in te ſimpli-
hoc tempore intelligo: cum enim peruenerimus ad promiſſa, iam non erit ſpes, ſed ciū ſedu-
res ipſa erit. Et ſcient quoniam ego ſum dominus in eo cum confregero furcas iu- ctorū ab
gi eorum. Furcas quibus premitur collum eorum. Domine frange furcas eorum, hęreticis
quibus hæretici premunt colla infirmorum. Quid enim tam anguſtum & furca quos libe-
compreſſum, quàm noli audire Chriſtum, audi me? Remoue furcam, reſpirare per- rat dns &
mitte. Neſcio quid dicas. Audio vocem paſtoris mei per omnes gentes, incipientibus
238 ab Ieruſalem, ſine me ſequi paſtorem. Quid premis? Tolle furcam de collo meo, tol in vnitatē
A lam iugum leue domini mei, Hæc audit & præmit. Domine nō vult hæreticus furcā reducit ec
ſuſpendere, tu furcam frange. Crux domini ſurſum leuat, furca hæretici deorſum cleſiæ.
premit. Sed confringentur in eo cum confregero furcas iugi eorum. Dominatio- Cap. 15.
nem enim ſuam volunt hominibus imponere, volentes eos ſub ſe eſſe, non ſub deo. Luc. 14.
In eo cum confregero furcas iugi eorum, & eximam eos de manu eorum, qui eos in ſeruitutem redigebant. Quid eſt in ſeruitutem redigebant? Ad peccatnm eos coge bant. Omnis enim qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Videte quid eis perſuaſe- Ioan. 8.
rint, fratres, vt dicant, Illi de nobis reddent rationem, nos oues ſumus, quò duxerint ſequimur. Ouis es, paſtorem audi, non lupum. Et non erunt in vaſtationem genti bus. In omnibus enim gentibus non deſunt alii hic, alii ibi, non illi ibi qui hic, ſed tamen non deſunt furcis prementes colla fidelium, nec hic nec ibi. Diſſentiunt in ter ſe, contra vnitatem omnes conſentiunt. Vnitas autem non diſſentit a ſe, ſed con tra omnes diſſentientes a ſe vbique pugnat, vbique laborat. Sed eſt requies in ere mo. Et non erunt adhuc in vaſtationem gentibus, & beſtię terræ iam non comedēt
238 eos. Audientes vocem paſtoris ſeruentur a dentibus luporum, beſtię illæ calami nō
B comedent eos, uolentes ad ſēnſum ſuum conuertere ſcripturas, ab apertis ſcripturis auertentes aures, volentes ſe audiri, & ſcripturas non audire. Et beſtiæ terræ non co medent eos, & inhabitabunt in ſpe. Videte quoties oſtendat, quia quod nunc pro mittit, hic promittit, de rebus loquitur, quas adhuc hic exhibet. Et non erit qui eos terreat. Quomodo non erit qui eos terreat? Non erit prorſus. In domino confido, Pſal. 15.
iam cum cœperit dicere homo, In domino laudabo ſermonem, in deo laudabo ver- bum: in deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo: non in me. Illi laudabant verbum in ſe dicentes, Quod vobis dicimus, credite. Nos laudamus uerbum in do mino dicentes, quod nobis dicitur a domino, credamus. Non erit qui eos ter reat. Et excitabo eis plantarium pacis, teſtamentum pacis. Plantarium pacis ger minet, quod plantat deus, & exterminetur quod ſeminauit hæreticus. Quod plan tauit deus de ſe, de Eccleſia ſua: de ſe in cœlo, de Eccleſia in terra: de ſe ſuper om nes cœlos, de Eccleſia per omnes terras, hoc plantauit deus. Veni autem huc, eſto in parte Donati, in ſola Aphrica Eccleſia eſt. Non plantauit deus, non agno ſco plantam dei: eradicandum eſt quod loqueris, non rigandum. Et excitabo eis plantarium pacis, & iam non erunt qui exterminentur fame in terra. Vere fra
238 tres, quia fames eſt, quærite & videte quantam famem patiantur, & quod pe-
C rius eſt, circum os habent eſcam, ſed non manducant: prorſus quomodo ægri mo riuntur ſæpe faſtidio, non quia deeſt quod comedant, ſed quia comedere no- Pſal. 21.
lunt & auerſantur. Nam ytique & ſcripturæ iſta loquuntur, & hic utique, & ibi

sonat Psalmus. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ,& adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Ecce esca posita est in
231 uasculo. Si sanus esses & manducares,nunquid ibi remaneres? Et iam non erunt qui
D exterminentur fame in terra,& iam non portabunt maledictum gentium. Vere,fratres,in tantum culmen in nomine Christi erecta est Ecclesia, ut iam confundantur oēs maledici, nec audeāt maledicere. Hoc solū illis remansit, q̄d contra nos dicant, quare inter vos non consentitis? Gentiles Pagani qui remanserunt non habentes quod dicant contra Christi nomen, dissensionem Christianorum Christianis obiiciunt. Ergo quicunque ab hæreticis transierunt ad catholicam,'non habebunt hoc opprobrium gentium,nec portabunt maledictum dissensionis, quia permanent in radice vnitatis,in plantatione charitatis, non reportabunt maledictum. Et scient
Qui sint oues vere pastoris. Cap. 16. Esaiæ. 5. quia ego sum dominus deus eorum,& ipsi populus meus domus Israel, dicit dominus deus. Ecce sunt oues,ecce est & vinea. Quomodo cum de vinea loqueretur Esaias,arguens quandam vineam malam,ne diceret vitis, non intellexi, exposuit in fine dicens,Vinea autem domini sabaoth,domus Israel est: ne dicerent non nobis dictum est,sed vineæ nescio cui. Sic & hic,quum loquutus esset de ouibus,ad extremū ne quis dicat,forte sunt aliquæ oues dei nescio, ubi quas curat deus, & ego illas non noui,quanquam absurdus est nimis humano sensui,'qui ista cogitauerit:tamen pastor ille compatiens infirmis vsque ad tales cogitationes descēdit,& quæ essent oues
232 eius apertissime exposuit. Et vos oues meæ,& oues gregis mei homines estis. Sed qui
E Psal. 39. Psal. 72. homines? Omnes homines? Non. Beatus enim cuius est dominus deus spes eius: Et quam bonus deus Israel rectis corde. Beatus uir cuius dominus deus est ipsius. Super omnes deus est: tamen nescio quomodo non facile quisquam audet dicere: Deus meus,nisi qui in eum credit,& qui eum diligit,ipse dicit, deus meus: tuum fecisti tibi,cuius es. Hoc amat ipse,prorsus dulcedine affectus tui, & secura, & præfidenti dilectione dic,deus meus. Securus dicis,verum dicis,quia tuus est, & non fecisti vt nō sit alterius. Non enim sic dicis,deus meus,quomodo,equus meus. Equus enim tuus est, non alterius equus. Deus & tuus est, & eius qui sic dixerit, deus meus, quomodo tu dicis. Singuli dicunt,deus meus & deus meus,ille omnium est, communiter omnibus se ad fruendum præbens,in omnibus integer, in singulis integer:nō enim qui dicunt,Deus meus,singuli diuidunt inter se. Si sermo iste quem iacto lingua & sono constante literis & syllabis,totus ad singulos peruenit, nec diuidunt illum inter se qui audiunt, si sermo ad aures corporis corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo languidius,ab omnibus tamen audientibus totus excipitur,non inter se syllabatim eum diuidentibus,sed omnibus totum accipientibus: quanto magis ile deus vbique prēsens,implens omnia,non propinqua clarius,& longinqua languidius, sed pertendens a fine usque ad finem fortiter,& disponēs omnia suauiter,æqua
Sapi. 8. 233 liter possidetur ab omnibus. Lux ista,fratres mei, certe corporea de cœlo fulget, oritur,occidit circumit,de loco in locum mutatur, tamen procedunt in ea & dirigūtur oculi omnium,& omnium oculi pariter eam possident, non eam diuidunt nullus in ea dies limitē fixit,nec'prior prēoccupando vt videret oculos pauperis aut excluſit aut angustauit. Dicat pauper, Deus meus:dicat dies,deus meus: minus ille habet, plus. hic habet,sed argentum non deum: vt peruenirent ad deum Zachæus dies,de-
Luc. 19. Mat. 4. Luc. 21. Mat. 10. dit dimidium patrimonij sui:vt peruenirent Petrus retia & nauem dimisit: vt peruenirent vidua,duo minuta dedit: vt peruenirent pauperior, calicem aquæ frigidæ porrexit: ut peruenirent penitus pauper & egenus, solam bonam voluntatem tribuit. Diuersa dederunt,sed ad vnum peruenerunt: quia non diuersa amauerunt. Sic & uos homines oues,dei,oues gregis dei,nolite perturbari temporalibus diuersitatibus vestris: quod alij in honore, alij sine honore,alij cum pecunia, alii præter pecuniam, alii pulcri corpore,alii minus pulcri,alii ætate fessi, alij iuuenes,alij pueri, alij uiri, alii fœminæ deus omnibus æqualiter adest. Ille apud eum plus habet loci, qui plus
233 acquisierit, non argenti,sed fidei. Et uos,inquit, oues meæ & uos greges mei homines
G estis,& ego deus vester,dicit dominus deus. O beatos nos tali possessione,& tali possessore. Nam & possidet nos, vt possideamus illum, Possidet nos,ut colat nos, possidemus illum vt colamus illum. Sed nos tanquam deum colimus, ille colit tanquam agrū.

agrum. Ille colit nos vt fructum afferamus,nos eum colimus vt fructum demus. Totum ad nos recurrit,ille nostri non eget. Dabo,inquit, tibi hæreditatem tuam,& pos-
238 G sessionem tuam fines terræ. Ecce possessio eius sumus. Dominus,inquit, pars hæreditatis meæ & calicis mei. Ecce possessio nostra est, sed tamen qua distinctione: vos homines estis, ego dominus deus vester,dicit dominus deus noster, Quiuit & regnat deus in secula seculorum,Amen. Psal. 2. Psal. 15.

FINIS.

DIVI AVREII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De symbolo vel regula fidei ad catechumenos, Liber primus.

238 H ACCIPITE filij regulam fidei,quod symbolum dicitur, & cū acceperitis,in corde scribite,& quotidie dicite apud vos,antequā dormiatis, antequam procedatis, vestro symbolo vos munite. Symbolum nemo scribit, vt legi possit, sed ad recensendum, ne forte deleat obliuio quod tradidit diligentia, sit vobis codex vestra memoria. Quod audituri estis,hoc credituri,& quod credidi-
De oīpotē tia pris & filii, & creatione rerū visibilium. Cap. 1. Rom. 10. tur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutem. Hoc est enim symbolum,quod reteturi estis & reddituri. Ista verba quæ audistis per diuinas scripturas sparsa sunt, sed inde collecta & ad vnum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret,vt omnis homo possit dicere,possit tenere quod credit. Nunquid modo audistis,quia deus oīpotens est? Sed incipitis eum habere spiritum,quando nati fueritis per Ecclesiam matrem. Inde ergo iam accepistis,meditati estis, & meditati tenuistis vt dicatis: Credo in deum patrem omnipotentem. Deus oīpotens est:& cū sit oīpotens,mori nō pōt,falli non pōt,mentiri non pōt, & quod ait Apostolus, negare seipsum non pōt. Quā multa non pōt,& oīpotens est. Et ideo oīpotens est, quia ista non pōt: nā si mori posset,non esset oīpotens: si mentiri,si falli,si fallere,si inique agere,non esset oīpotens: quia si hoc in eo esset,non fuisset dignus qui esset oīpotens. Prorsus oīpotēs pa-
238 I ter noster peccare non pōt. Facit quicquid vult,ipsa est oīpotētia, facit quicquid bene,quicquid iuste vult: quicquid aūt male fit,nō vult. Nemo resistit oīpotēti, vt nō quod vult faciat. Ipse fecit cœlum & terrā, mare & oīa quæ in eis sunt, inuisibilia & visibilia. Inuisibilia,sicut sunt in cœlis sedes,dnationes,principatus,prātes,archāgeli,angeli,si bene vixerimus,ciues nostri. Fecit in cœlo uisibilia solē,lunā, stellas. Suis aialibus terrestribus ornauit terrā,impleuit aerē uolatilibus, terrā ambulantibus & serpentibus,mare natantibus,oīa impleuit suis creaturis propriis. Fecit & hominem ad imaginē & similitudinē suā in mente: ibi n. est imago dei,ideo mens ipsa non pōt cōprehendi nec a seipsa,vbi est imago dei. Ad hoc facti sumus vt creaturis cæteris dnemur,sed per peccatū in primo hoie lapsi sumus, & in mortis hæreditatē oēs deuenimus. Facti sumus humiles mortales,impleti sumus tumoribus,erroribus,hoc merito Peccati,cū quo merito & reatu nascitur oīs hō. Ideo sicut vidistis hodie,si-
Gene. 1. cut nostis & paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica,quæ decepit hominem,vt possideret homines. Non ergo creatura dei in infantibus exorcizatur aut exufflatur: sed ille sub quo sunt oēs qui cū ppeccato nascuntur est. n. princeps peccatorū. Ac per hoc,ppter vnū qui lapsus est,& oēs missi in mortem,missus est vnus sine peccato,qui omnes in se credentes perducat ad uitam,libe-
238 K rans eos a peccato. Ideo credimus & in filium eius,id est, in dei patris oīpotentis vnicum dominum nostrum. Quando audis vnicum dei filium, agnosce deum. Non enim filius dei vnicus posset esse non deus. Quod est,hoc genuit, etsi non est quem
De vnico'filio dei Christo Iesu cō

Universidad de Deusto
Biblioteca

substãtiali pri et eiusdẽ uoluntatis & operationis cum eo. Cap. 2.

genuit. Si verus est autem filius, hoc est quod pater: si hoc non est quod pater, non est verus filius. Mortales & terrenas creaturas attendite: quod est res quęque, hoc genera- 238
rat, non generat homo bouem, non generat ouis canem, nec canis ouem. Quicquid L
est quod generat, id quod est generat. Tenete ergo fortiter, firmiter, fideliter, quia hoc genuit deus pater, quod est ipse omnipotens. Creaturæ istæ mortales per corruptionem generant. Nunquid sic deus generat? Mortalis natus id quod est generat, immortalis quod est generat, corruptibilis corruptibilem generat, incorruptibilis incorruptibilem, corruptibilis corruptibiliter, incorruptibilis incorruptibiliter, vsqueadeo hoc quod est, vt vnus vnum, ideo vnicum. Scitis quoniam cum vobis prænunciarem symbolum sic dixi, & sic credere debetis, quia credimus in deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum. Iamq; vnicum crede omnipotentem: non enim deus pater facit quod vult, & deus filius non facit quod vult, vna voluntas est patris & filii, quia vna natura: nec enim voluntas filii potest a patris voluntate aliquantulum segregari. Deus & deus, ambo vnus deus: Omnipotens & ops, ambo vnus omnipotens. Non introducimus duos deos, quomodo quidam introducunt, & dicunt: Deus pater & deus filius: sed maior deus pater, minor deus filius. Ambo quid? Duo dii? Erubescis dicere, erubesce credere. Dominus deus pater di-

Mat. 6. cis, & dominus deus filius: & dicit ipse filius, Nemo potest duobus dominis seruire: in 238
familia ipsius sic erimus, ut quomodo in domo magna, vbi est paterfamilias, & habet M
filium: dicamus & nos, dominus maior, dominus minor. Auersamini talem cogitationem: si vobis talia feceritis in corde, idola ponitis in anima, vana prorsus repellite. Prius credite, postea intelligite. Cui autem donat deus, vt cum crediderit cito intelligat, dei donum est, non humana fragilitas. Tamen si nondum intelligitis, credite: Deus vnus pater, deus Christus, filius dei, amboq; vnus deus. Et quomodo ambo

Acto. 4. vnus deus dicitur? Quomodo miraris in actibus Apostolorum, Et erat, inquit, credẽtium anima vna & cor vnum? Multæ animę erant, amauerunt se, & multæ sunt vnamauerunt deum in igne charitatis, & ex multitudine ad pulcritudinis vnitatem venerunt. Si tam multas animas fecit animam vnam charitas, qualis charitas est apud

†vbi nulla diuersitas, sed integra. &c. deum, vbi summa bonitas & integra * æqualitas? Si in terris & in hominibus potuit esse tanta charitas, vt de tot aiabus faceret vnã animã, vbi semp inseparabilis fuit pater a filio, filius a patre, potuerũt ambo esse nisi deus vnus. Sed illæ aiæ, & multę aiæ dici potuerunt & anima vna, deus autem vbi est ineffabilis & summa coniunctio, vnus deus dici potest, non dii duo. Facit quod vult pater, facit quod vult filius. Noli-

I te putare omnipotentem patrem & non omnipotentem filium, error est, delete hoc in vobis, non hæreat in memoria vestra, non bibatur in fide vestra, & si forte aliqs 238
vestrum biberit, vomat. Omnipotens est pater, oĩpotens filius. Si oĩpotens nõ genuit A
oĩpotentẽ, nõ verũ filiũ genuit. Quid. n. dicimus fratres? Si pater maior, minorem filium genuit: quid. n. dixi genuit? Hõ. n. maior generat filium minorem, verum est, sed quia senescit ille, crescit iste, & ad formam patris sui, vel crescendo peruenit. Filius dei non crescit, quia nec potest deus senescere, perfectus natus est. Perfectus quidem natus, si non crescit, & minor non remansit, æqualis est. Nam vt sciatis oĩpotente natũ, ipsum audite qui veritas est: de se quid dicat veritas, hoc est verũ, qd

Ioan. 14. ait veritas. Quid ait filius, qui est veritas? Quęcunque pater facit, hæc & filius simi-
Ioan. 5. liter facit. Oĩpotens est filius, oĩa faciendo quæ voluerit: nã si facit aliqua pater, quæ non facit filius, falsum dixit filius: Quęcunque pater facit, hęc & filius facit similiter. Sed quia uerũ dixit filius: credite quæcunq; pater, hæc & filius facit similiter, & credidistis in filium omnipotentem. Quod verbum & si in symbolo non dixistis, tamen hoc est quod expressistis, quando in vnicum ipsum deum credidistis. Habet aliquid pater quod non habet filius? Hoc Arriani hæretici blasphemi dicunt, non ego. Sed

Ioan. 16. ego quid dico? Si habat aliquid pater quod non habet filius, mentitur filius qui dicit, 238
Omnia quę habet pater, mea sunt. Multa & innumerabilia sunt testimonia, quibus probatur, quia filius, verus dei patris est filius, & pater deus uerum genuit filiũ deũ, B

De filio dei quid, ppter nos fecerit, & pater & filius vnus est deus. Sed iste filius vnicus dei patris omnipotentis videamus quid fecit propter nos, quid passus est propter nos, natus est de spiritu sancto & virgine Maria virgine. Ille deus tantus ęqualis patri natus de spiritu sancto & virgine Ma-

ria, humilis vnde sanaret superbos, exaltauit se homo & cecidit, humiliauit se deus & erexit. Humilitas Christi quid est? Manum deus homini iacenti porrexit: nos cecidi- 239
mus, ille descendit: nos gemebamus, † ille se inclinauit: præueideamus † & surgamus, C
vt nõ in pœnã cadamus. Ergo inclinatio ipsius hæc est. Natus est de spũ sancto & virgine Maria: & ipsa humana natiuitas, humilis? & excelsa, vñ humilis? Quia hõ natus est ex hoĩb. Vñ excelsa? Quia de virgine virgo concepit, virgo peperit, & post partũ virgo permansit. Quid deinde? Passus sub Pontio Pilato, qui pręsidem agebat, & iudex erat ipse Pontius Pilatus, quãdo passus est Christus, iudicis nomine signata sunt tempora, quãdo passus est, sub Pontio Pilato, quando passus est, crucifixus, mortuus, & sepultus. Quis, quid, pro quibus? Quis Filius dei vnicus dominus noster. Quid? Crucifixus, mortuus, & sepultus. Pro quibus? Pro impiis & peccatoribus. Magna dignatio, magna gratia. Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi? Natus est ante omnia tempora, natus est ante omnia secula. Natus ante quid, vbi nõ est ante? Prorsus nolite cogitare aliquod tempus ante natiuitatem Christi, qua natus est de patre, de ipsa natiuitate loquor: qua est filius dei omnipotentis vnicus dominus noster, de ipsa prius loquor. Nolite cogitare in hac natiuitate initium tempo-

[Ex quo pater, ex eo filius.] ris, nolite cogitare vllum spatium æternitatis, quando erat pater & non erat filius.
239 Et quid est, ex quo, vbi non est initium? Ergo semper pa-
D ter sine initio, semper filius sine initio. Et quomodo, inquies, natus est, si non habet initium? De æterno coæternus. Nunquam fuit pater & non erat filius, & tamen filius a patre est genitus. Vnde datur qualiscunque similitudo? In rebus terrenis sumus, in creatura visibili sumus: det mihi similitudinem terra, non dat: det mihi aliquam similitudinem undarum elementum, non habet vnde: det mihi similitudinem aliquod animal, nec hoc potest. Animal quidem generat, & quod generat, & quod generatur: sed prior est pater, & postea nascitur filius. Inueniamus coæuum & credamus coęternum. Si potuerimus inuenire patrem coæuum filio suo, & filium coęuũ patri suo, credamus deum patrem coæuũ filio suo, & filium deũ coęternũ patri suo. In terra possumus inuenire aliquã coæuam, non possumus inuenire aliquam coæternã. Intendamus coęuã, & credamus coæternã. Intentos faciet forte aliquis & dicet, Qñ põt inueniri pater coęuus filio suo, aut coæuus filius patri suo? Vt generet pater, antecedit ætate, vt nascatur filius, sequitur ætate, sed hic coæuus pater filio, vel filius patri quõ põt esse? Occurrat vobis ignis pater, splendor filius: ecce inueni-
mus coæuos. Ex quo ignis esse cœpit, continuo splendorem gignit, nec ignis ante splendorem, nec splendor post ignem. Et si interrogemus. quis quem generat, ignis
239 splendorem, aut splendor ignem, continuo vobis occurrit sensu naturali prudentia
E insita mentiqus vestris: omnes clamatis, ignis splendorem, non splendor ignẽ. Ecce pater incipiens, ecce filius simul, nec añs, nec sequens. Ecce ergo pater incipiens, ecce filius simul incipiens. Si ostendi vobis patrem incipiẽtem, & filium simul incipientẽ, credite patrẽ non incipientem, & cum illo filium nec ipsum incipientẽ, illũ ęternũ, illũ coęternum. Si proficitis, intelligetis, date operam proficere, nasci habetis, sed & crescere debetis, quia nemo incipit a perfecto. Dei filio licuit nasci perfectum, quia natus est sine tempore, coæternus patri, antecedens omnia, non ętate, sed ęternitate. Iste ergo natus patri coęternus, de qua generatione dicit Propheta, Generationem eius quis enarrabit? Natus de patre sine tempore, natus ex virgine est in plenitudine tẽporis, istam natiuitatem anteceſſerant tẽpora: opportunitate tpis, qñ voluit, quando sciebat tunc natus est: non enim nolens natus est. Nemo nostrum quia vult nasci tur, & nemo nostrum quando vult moritur. Ille quando voluit natus est, quãdo voluit mortuus est, quõ voluit natus est de virgine, quõ voluit mortuus est in cruce. Quicquid voluit fecit: quia sic erat homo, vt lateret deus, susceptor deus, susceptus homo, vnus Christus deus & homo. De cruce ipsius quid loquar, quid dicam? Extremũ genus mortis elegit, ne aliquid genus mortis eius martyres formidarent. Doctri-
239 nã ostendit in hoĩe, exemplũ patientię demonstrauit in cruce; ibi opus, quia crucifi-
F xus: exẽplum operis, crux: præmiũ operis, resurrectio. Ostendit nobis in cruce quid tolerare, ostendit in resurrectione quid sperare debeamus. Prorsus tanquam agonotheta summus dixit, & fac & tolle, fac opus & accipe præmium, certa in agone,

Esaiæ. 53.

quid passus sit: de natiuitate quoque eius eterna, & exemplo patientiæ eius in passione. Cap. 3.

† alias, iacebamus,

† alias, prędamus.

Psal. 115.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& coronaberis. Quod est opus? obedientia: quod est præmium? Resurrectio sine
Ioan.11. morte. Quare addidit, sine morte? Quia resurrexit Lazarus & mortuus est, resurre- 239
Rom.6, xit Christus, iam non moritur, mors ei vltra non dominabitur. Scriptura dicit, Pa- G
Iacobi.5. tientiam Iob audistis, & finem domini vidistis, Iob quanta pertulerit, legitur & hor-
retur, expauescitur, contremiscitur. Et quid recepit? Dupla q perdiderat. Ergone ho-
mo propter præmia temporalia velit habere patientiam, & dicat, si tolero damnum,
reddet mihi deus filios duplos, Iob omnia dupla recepit, & tot filios genuit, quod exu
lerat. Non ergo dupla sunt? Prorsus dupla sunt, quia & illi viuebant. Nequis dicat,
feram mala & reddet mihi deus quemadmodum reddidit Iob, vt iam non sit patien-
Iob.1. tia, sed auaritia: nam si patientiam ille sanctus non haberet, nec ea quæ contingebãt
fortiter sustineret, testimonium quod ei dominus reddidit vnde haberet? Aduertisti,
ait dominus, puerum meum Iob, non n. est illi similis qui squam in terris, homo sine
querela, verus dei cultor. Quale, fratres, testimonium hic sanctus vir a domino me-
ruit? Et tamen eum sua persuasione mala mulier decipere voluit, habens & hæc figu-
ram illius serpẽtis, qui sicut in paradiso decepit hominem primum factum a deo, ita
Gene.3. etiam nunc blasphemiam suggerendo putauit posse decipere placentem hominem
deo. Quanta passus est, fratres? Quis potest tanta pati in re sua, in domo sua, in filiis
suis, in carne sua, in ipsa quæ remanserat tentatrice vxore sua? Sed etiam ipsam, quæ
remanserat, olim auferret, nisi adiutricem sibi seruasset, quia primum hominem per 239
Heuam debellauerat, Heuam seruauerat. Quanta ergo passus est, perdidit omnia quę H
habebat, domus ipsius cecidit, vrinam sola, oppressit & filios. Et quia in illo patientia
Iob.1. magnum locum tenuerat, quid responderit, illum audite, Dominus dedit & dominus
abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Abstu-
lit qui dedit, nunquam perijt qui dedit: Abstulit quæ dedit, tanquam diceret, abstu-
lit omnia, auferat omnia, nudum dimittat me, & seruet mihi se. Quid n. mihi deerit, si
deum habuero? Aut quid mihi alia prosunt, si deum non habuero? Accessum est ad
carnem, percussus est vulnere a capite vsq; ad pedes, sanie diffluebat, vermibus scate-
bat, & se in deo suo immobilem demonstrabat atq; figebat. Voluit illic mulier, diabo
Iob.2. li adiutrix, non mariti consolatrix, persuadere blasphemiam. Quandiu, inquit, ista &
ista pateris? Die aliquod verbũ in domino, & morere. Ergo quia humiliatus erat, exal
tandus erat & fecit hoc dominus, vt ostenderet hominibus: nam ipsi seruo suo in cœ-
Luc.14. lo maiora seruauit. Ergo humiliatum Iob exaltauit, elatum diabolum humiliauit,
quia hunc humiliauit, & hunc exaltat. Ne quis autem, fratres charissimi, quando ali-
quis eiusmodi patitur tribulationes hic expectet mercedem: verbi gratia, si damna
Iob.1. aliqua patiatur, ne forte eo aĩo dicat: Dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita fa-
ctum est, sit nomen dñi benedictum, vt duplum accipiat. Patientia deũ laudat, non 239
auaritia. Si ea quæ perdidisti, dupla quæris recipere, & ideo deũ laudas, de cupiditate I
laudas, non de charitate. Non tibi occurrat ipsius sancti viri exemplum, fallis te. Qñ
Iob oĩa tolerabat, dupla non sperabat, & in prima eius confessione qñ damna pertu-
lit, & filios extulit, & in secunda cum iam tormenta vulnerum pateretur in carne, po
test aduerti quod dico. Prioris eius confessionis hæc verba sunt, Dominus dedit, dñs
abstulit: sicut dño placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Poterat dicere,
dñs dedit, dominus abstulit: potest iterum dare qui abstulit, potest plura reuocare q
tulit: non hoc dixit, sed sicut domino placuit, inquit, ita factum est, quia ei placet, pla
ceat mihi. Quod placuit bono domino, non displiceat subdito seruo: quod placuit
Iob.2. medico, non displiceat ægroto. Audi ipsius aliam confessionem: Locuta es, inquit
vxori suæ, tanq̃ vna ex insipientibus mulieribus: si bona percepimus de manu domi
ni, mala quare non sustinebimus? Non addidit, quod si diceret, verum diceret, potens
est dominus & meam carnem in pristinum reuocare, & quod nobis abstulit multipli-
care, ne ista spe illa toleraſſe videretur. Ista non dixit, ista non sperauit. Sed vt nos do 239
ceremur, non speranti dominus præstitit, quo nos doceremur, quia deus illi affuit, K
quia si & illa illi non redderet, occultam coronam eius videre minime poteramus. Et
ideo quid ait scriptura diuina exhortando ad patientiam & spem futurorum, non
Iacobi.5. mercedem præsentium? Patientiam Iob audistis, & finem domini vidistis. Quare
patientiam Iob, & finẽ ipsius domini vidistis: Fauces si aperires, ad dupla diceres, deo

gratias, sustineam, duplum recipio, sicut Iob, patientiam Iob, finem domini. Patien-
tiam Iob nouimus, & finem domini nouimus. Quem finẽ domini? Deus deus meus, Psal.21.
239 vt quid me dereliquisti? Verba sunt domini pendentis in ligno: quasi reliquit illum
L ad præsentem fœlicitatem, sed non eum reliquit ad æternam immortalitatem. Ibi
est finis domini, tenent Iudæi, insultant Iudæi, ligant Iudæi, spinis coronant, sputis
dehonestant, flagellant, opprobrijs obruunt, ligno suspendunt, lancea fodiunt, po-
stremo sepeliunt, quasi relictus est. Sed quibus? Illis insultantibus. Ideo ergo habeto
patientiam, ut resurgas & non moriaris, id est, nunquam moriaris, sicut Christus. Sic
enim legimus, Christus surgens ex mortuis, iam non moritur. Ascendit in cœlum, Rom.6.
credite. Sedet ad dexteram patris, credite. Sedere, intelligite habitare, quomodo dici- De ascen-
mus de quocunque homine: In illa patria sedit per tres annos. Dicit illud & scriptu- sione ad
ra, sedisse quẽdam in ciuitate tantum tempus: Nunquid sedit, & nunquam surrexit? cœlos, &
Ideo hominum habitationes sedes dicuntur, vbi habitantur sedes nunquid semper sessione
sedetur, non surgitur, non ambulatur, non iacetur? & tamen sedes vocantur. Sic ergo ad dexte-
credite, habitare Christum in dextera dei patris vbi est. Ne dicat uobis cor uestrum, rã patris &
quid agit? Nolite querere quod non licet inuenire, ibi est, sufficit vobis. Beatus est, & aductu ad
a beatitudine, quę dextera patris vocatur, ipsius beatitudinis nomen est dextera pa- iudicium.
tris. Nam si carnaliter acceperimus, quia sedet ad dexteram patris, ille erit ad sinistrã, Cap. 4.
nunquid fas est vt sic illos componamus, filium ad dexteram, patrem ad sinistram?
239 Ibi omnis dextera est, quia ibi nulla est miseria. Inde uẽturus iudicare viuos & mor-
M tuos. Viuos, qui super fuerint: mortuos, qui præcesserũt. Potest & sic intelligi, viuos,
iustos: mortuos, iniustos. Vtrosque enim iudicat sua cuique retribuens, iustis dictu- Mat.25.
rus est in iudicio, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratũ
est ab initio mundi. Ad hoc vos parate, hæc sperate, propterea viuite, propterea cre-
dite, ꝓpterea baptizamini, vt possit vobis dici, Venite benedicti patris mei, percipite
regnum quod vobis paratum est a ꝯstitutione mundi. Sinistris quid? Ite in ignem
æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sic iudicabuntur a Christo viui &
mortui. Dicta est prima sine tempore natiuitas Christi. Dicta est alia in plenitudine
temporis de virgine natiuitas Christi: dicta est passio Christi dictum est iudicium
Christi. Totum dictum est quod dicendum erat de Christo filio dei vnico domino
nostro, sed nondum perfecta est trinitas. Sequitur in symbolo: & in spiritum san- De spiritu
ctum, ista trinitas vnus deus, vna natura, vna substantia, vna potentia, summa æqua sancto &
litas, nulla diuisio, nulla diuersitas, perpetua charitas. Vultis nosse quod est deus spi- catholica
ritus sanctus? Baptizamini, & templum eius eritis. Apostolus dicit, Nescitis quia cor ecclesia.
239 pora vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a deo? Tem- Cap.5.
A plum habet deus: nam & Salomon rex & Propheta iussus est ædificare templum deo 1.Cor.6.
Si ędificaret templum soli, aut lunæ, aut stellæ alicui, aut alicui angelo, nonne dam-
naret illum deus? Quia ergo templum ædificauit deo, ostendit se colere deum. Et
vnde ædificauit? de lignis & lapidibus, quia dignatus est deus facere sibi per seruum Acto.7.
suum domum in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur† Vnde dicit beatus Stephanus, † alias, me
Salomon ædificauit illi domum, sed altissimus non in manufactis templis inhabitat. moraretur
Si ergo corpora nostra templum sunt spiritus sancti, qualis deus est, qui ædificauit
templum spiritui sancto? Sed deus. Si enim templum spiritus sancti sunt corpora no-
stra, ille spiritui sancto ædificauit templum, qui & corpora nostra. Attendite Aposto-
lum dicentem, Deus temperauit corpus ei cui deerat, maiorem honorem dans: cum 1.Cor.12.
loqueretur de diuersis membris, vt non essent scissurę in corpore. Deus creauit cor-
pus nostrum, herbam quis creauit? Vnde probamus quia herbam deus creat, qui ve-
stit, ipse creat. Euangelium lege, Si ergo fœnum agri, ait, quod hodie est, & cras in cli- Mat.6.
banum mittitur, deus sic vestiuit: ille ergo creat qui vestit. Et Apostolus, Stulte, qd'
seminas non vitificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod fu- 9.Cor.15.
239 turum est seminas, sed nudum granum, vt forte triticum, aut alicuius cęterorum.
B Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit, & vnicuique seminum propriũ cor-
pus. Si ergo deus corpora nostra ędificat, & corpora nostra sunt tẽplum spiritus san-
cti, nolite dubitare, deum esse spiritum sanctum]& nolite addere quasi tertium deũ,
quia pater & filius & spiritus sanctus vnus est deus. Sic credite. Sequitur post sanctæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

trinitatis commendationem, sancta ecclesia Demonstratus est deus & templũ ipsius.
1.Cor.3. Templum enim dei sanctum est, ait Apostolus quod estis vos. Ipsa est Ecclesia sancta Ecclesia vna Ecclesia vera, Ecclesia catholica, contra omnes hæreses pugnans, pugnare potest, expugnari tamen non potest. Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa, ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua, portæ inferorum non vincent eam. Remissionem peccatorum. Habetis
De remissione peccatorũ, & carnis resurrectiõe &vita eterna. Cap.6. symbolum perfecte in vobis, quando baptizamini. Nemo dicat, illud feci, forte mihi non dimittitur. Quia feci sti, quantum feci sti, dic immane aliquid quod commisi sti, graue horrendum, quod etiam cogitare horres, quicquid vis feceris, nunquid Christum occidi sti: Non est isto facto aliquid peius, quia & Christo nihil est melius. Quãtum nefas est occidere Christum, Iudæi tamen eum occiderunt, & multi in eum postea crediderunt, & biberunt eius sanguinem, dimissum est illis peccatum quod cõmiserunt. Cum baptizati fueritis, tenete vitam bonam in præceptis dei, vt baptismũ custodiatis vsque in finem. Non vobis dico, quia sine peccato hic viuetis, sed sunt venialia: sine quibus vita ista non est. Propter omnia peccata baptismus inuentus est:
Mat.6. Propter leuia, sine quibus esse non possumus, oratio inuenta, Quid habet oratio? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Semel abluimur baptismate, quotidie abluimur oratione, sed nolite illa committere, pro quibus agere pœnitentiam, scelera commiserunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania inde agunt pœnitentiam: nam si leuia peccata ipsorum essent, hæc quotidiana oratio necesse est, vt a Christi corpore separemur, quod absit a nobis. Illi enim quos videtis
Trib⁹ modis peccata dimittũtur. delendo sufficeret. Ergo tribus modis dimittũtur peccata in Ecclesia, in baptismate, in oratione, in humilitate maioris pœnitentiæ, tamen deus non dimittit peccata, nisi baptizatis. Ipsa peccata quæ primum dimittit, nisi baptizatis dimittit, quando baptizantur. Peccata quę postea orantibus dimittuntur, Nam quomodo dicunt, Pater noster, qui nondum nati sunt? Et pœnitentibus, quibus dimittit, baptizatis dimittit. Catechumeni quandiu sunt, super illos sunt peccata eorum. Si cathecumeni, quanto magis Pagani? quanto magis hæretici? Sed hæretici baptismum non mutamus. Quare? Quia sic habent baptismum, quomodo desertor habet characterem: ita & isti habent baptismum: habent, sed vnde damnentur, non vnde coronentur. Et tamen si desertor ipse correctus incipiat militare, nunquid audet quisquam ei characterem mutare? Credimus etiam resurrectionem carnis quæ præcesit in [Christo, vt hoc etiam speret corpus, quod præcesit in]capite. Caput Ecclesię Christus, Ecclesia corEphe.5. pus Christi. Caput nostrum surrexit, ascendit in cœlum: vbi caput, illic & membræ. Quomodo carnis resurrectionem? Ne forte putet aliquis quomodo Lazari, vt scias non sic esse, additum est, in vitam æternam. Regeneret vos deus, conseruet & tueatur vos deus, in se, qui est ipsa vita æterna, perducat vos deus, Amen.

Libri primi Finis.

DIVI AVRELII VVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De symbolo ad catechumenos, Liber alter.

De incipiẽtiũ necessaria humilitate, & armis, qbus vincantur arma diabolica, voluptas, & timor. Cap. 1.

SACRAMENTORVM rationem, siue transactę noctis, siue præsentis sancti symboli exponendam suscepimus sanctitati E
vestræ, donante illo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Diues est enim in omnibus qui inuocant illum. Ipse quippe potest adiuuare intentionem nostram, acceptabilem pro nobis faciens orationem vestram. Accipite itaque vos, qui fidem desideratis, verbum dei, tanquam competentem cibum, ex quo vobis dominus operetur incrementum. Nondum quidem adhuc per sacrum baptismũ renati estis, sed per crucis signum in vtero sanctæ matris Ecclesiæ iam concepti

estis. Aget itaque hæc mater congruis alimentis prius pascere quos portat, vt post
240 partum lætetur se tales suscepisse, quos spiritaliter nutriat. Quid est, dilectissimi,
F quod in vobis celebratum est? Quid est quod hac nocte circa vos actum est, quod præteritis noctibus actum non est, vt ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius Ecclesiæ, ibiq; ceruice humiliata quæ male fuerat antea exaltata, in humilitate pedum cilicio substrato in vobis celebraretur examen, atque ex vobis extiparetur diabolus superbus, dum super vos inuocatus est humilis altissimus Christus? Omnes itaque humiles eratis, humiliterq; petebatis, orando, psallendo atque dicendo, Proba me deus & scito cor meum. Probauit, examinauit corda seruorum Psal.138.
suorum, suo timore tetigit, diabolum sua virtute fugauit, atque ab eius dominio suam familiam liberauit. Non aliter hic exactus est pauper, aliter diues, aliter dominus, aliter seruus, quia vnus est omnibus introitus ad vitam. Et si sic ad hanc fragilem atque caducam, quanto magis ad illam immortalem atque sempiternam. Purgata itaque similia redemptoris, posteaquam cantauit canticum salutis, accepit symboli remedium contra antiqui serpentis venenum, vt si quando voluerit aduersarius diabolus denuo insidiari, nouerit redemptus cum symboli sacramento & crucis vexillo ei debere occurri, ut talibus armis indutus facile vincat Christianus, de cu-
240 ius oppressione male antea triumphauerat nequissimus diabolus. Ex qua re nobis
G factus est aduersarius diabolus, nisi ex hac, quia videt liberos, quos tenebat ante captiuos, quia videt sanos quos suis iaculis prostrauerat vulneratos, quia videt vestiri denuo in mortalitate quos nudauerat propinando iniquitatem quia muscipula eius comminuta est, & nos eruti sumus? Adiutorium nostrum in nomine domini. Si Psal.126.
adiutorium nostrum in nomine eius est, renunciemus diabolo, pompis, & angelis eius. Hoc audistis, hoc & vos professi estis renunciare vos diabolo pompis, & angelis eius. Videte dilectissimi, quia hanc professionem vestram in curiam profertis angelicam, nomina profitentium in libro excipiuntur uitæ, non a quolibet homine, sed a superiore cœlitus potestate. Optimi iam tyrones dei fortes milites Christi, dum arma sacramentorum suscipitis, pugnam aduersus diabolum indicitis dum eius operibus renunciatis, vehementius in vos eius furias prouocatis. Sed non metuat miles Christi, induemini enim ipsum Christum vt per eum velociter superetis aduersarium vestrum diabolum. Quibus armis pugnat ille? Illecebrosis & subdolis. Duo sunt genera armorum eius valde fortia, contra quem vigilanter ac fortiter stare debet omnis miles Christi qui triumphare cupit & superare virtutem diaboli. Quæ sunt ista duo genera armorum? Voluptas & timor. Alios enim volu-
240 ptate capit, alios timore frangit. Confirmetur & nostra acies, proferantur arma spi-
H ritalia contra timorem diaboli, a sit timor domini castus, permanens in seculum se- Psal. 18.
culi. Contra voluptatem turpissimæ delectationis non desit fides orationis. Et quid metuit Christianus, quando admonetur sic orare, sic præsumere, sic fidere, ut dicat, Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos? Plures tamen nocueritis, dilectissimi, capere aduersarium per voluptatem quam per timorem. Nam Psal.117.
quare quotidie muscipulam spectaculorum, insaniam studiorum ac turpium voluptatum proponit, nisi vt his delectationibus capiat, quos amiserat, ac lętetur denuo se inuenisse quos perdiderat? Quid nobis opus est ire per multa. Breuiter admonendi estis quid spernere, & quid diligere debeatis, Fugite, dilectissimi, spectacula, fugite caueas turpissimas diaboli, ne uos vincula teneant maligni. Sed si oblectandus est animus, & spectare delectat, exhibet vobis sancta mater Ecclesia veneranda, hæc salubria spectacula, quæ & mentes vestras oblectent sua delectatione, & in vobis nõ corrumpant, sed custodiant fidem. Amatores quis spiam circi? Quid delectat in circo? Aurigas videre certantes, populos insana furia anhelantes, quemlibet celerem præcedentem, aduersarii sui equum frangentem, ista est omnis delectatio, clamare, quia vicit quem diabolus vicit, exultare & insultare, quod aduersa pars perdiderit
240 equum, cum is qui tali spectaculo delectatur, iam perdiderit animum. Vide ecotra
I nostra sancta, sana suauissima spectacula. Intuere in libro Actuum Apostolorum, claudum ex vtero matris nunquam ambulantem quem Petrus fecit currentem: vide subito sanũ, quẽ antea intuebaris infirmũ, & si in te est sanitas mẽtis, si in te fulget

Quid neophyti i virtutibus & fidedebeãt vitare: & de spectaculis eccle się suauissimis: quibus reficiã tur aię. Cap.2. Acto.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratio æquitatis ac delectatio salutis, vide quid debeas expectare, vide vbi debeas exclamare, illic vbi equi sani franguntur, an hic vbi homines fracti saluantur? Sed si te 240 K
4.Reg.2. pompa illa, figura ea equorum, compositio curruum, ornatus & aurigæ superstantis equos regentis, vincere cupientis: si hęc te, vt dixi, pompa delectat, ne hanc tibi denegauit, qui pompis diaboli renunciare prȩcepit, habemus & nos spiritalem nostrũ aurigam sanctum Prophetam Eliam, qui quadrigę igneæ superimpositus tantum cucurrit, vt metas prænderet cœli. Et si aduersarios quos & vera virtus vicit, & quos
Exod.15. ille volando transiit, atq; ex quorum victoria palmam supernę celsitudinis accepit, videre desideras currus Pharaonis & omnem virtutem eius proiecit in mare. Alius fortasis theatri amator admonendus sit, quid fugiat, & quo delectetur, ac si voluntatem spectandi non perdat, sed mutet: in theatris labes morum, discere turpia audire inhonesta videre perniciosa. Sed adiuuante domino ea ex cordibus nostris fortiter repellamus, singula singulis comparemus. Illic intuentur spectatores propositũ nescio quẽ confictum deum Iouẽ, & adulterantem & tonantem, hic respiciemus verum deum Christum, castitatem docentem, immũditiã destruentem, salubria prędicantem. Illic fingitur, q̃ idem Iouis Iunonem habeat sororem & coniugem: hic pdicamus sanctam Mariam matrem simul & virginẽ. Ilic stupor ingeritur visui, ex vsu hominem in fine ambulantem, hic magnum miraculum. Petrum mare pedibus tran 240
seuntem. Illic per inimicam turpitudinem castitas violatur: hic per castam Susannã L
castũq; Ioseph libido comprimitur mors conteritur, deus amatur, castitas exaltatur. Chorus illic & cãtico Pãtomimi illicit auditũ, sed expugnat sanum affectum: & quid tale nostro cantico cõparandum sit, in quo dicit qui amat & cantat, Narrauerũt mi-
Psal.118. hi peccatores delectationes suas, sed non ita ut lex tua dñe. Omnia mandata tua veritas. Nam illic uniuersa fingit uanitas. Scandalistarum illic quis forte peritiam admiretur, uidere paruulos in aerea ludentes, diuersas historias exhibentes, sed videre no-
Gene.25. strorum lusus infantum, In utero Rebeccę duo certant infantes procedente maiore minoris manu, emissa ex utero planta maioris apprehensa est. In quorum certamine magni sacramenti figura monstrata est, ut minor supplãtaret maiorem, eiq; postmodum primatũ atq; benedictionẽ auferret. In quibus paruulis quasi ludentibus & sacramẽtum, vt dixi, magnũ exhibẽtib. & reprobi in Esau demõstrantur Iudæi & prædestinati in Iacob apparent christiani. Ille. n. Iacob vnus paruulus sic garries multos in se prædestinatos etiam paruulos demonstrabat. Infantes qui ex utero matris su- 240
scipiuntur manibus fidelium, nec eos sic excutiunt, ut in aere pendeant, sed ut ten- M
tati in celo viuant. His igitur oblectamentis mens delectetur, pascatur aia xp̃iana, hanc sobrietatem retinens mentis fugiet ebrietatem diaboli. Nec amphiteatri certa mina seducant, aut pertrahant Christianum, ad quod quidẽ tanto auidius curritur, quanto tardius exhibetur. Sed etiam ibi quid non periculosum ingeritur aspectibus quid non cruentum, ubi, ut ait beatissimus Cyprianus, uoluntas noxia ad feras homines nullo crimine dãnat? Non ergo uos, dilectissimi, illud spectaculum crudele inuitet intueri, nouem ursis duos altercantes uenatores, sed delectet uidere unum Danielem orando superantem septem leones. Discerne spiritalis amator certamina
Dan.14. uide duos noxios uoluntate, uide unum innocentem ac plenum fide: uide illos pro præmio terreno suas animas bestiis obtulisse: uide istum in oratione clamantem, Ne tradideris bestiis animas confitentes tibi. In illo speculo contristatur editor, si uena-
Psal.73. tor euadat illæsus, qui ei plures bestias interemit: in isto nostro sine ferro pugnatur, nec Daniel lædítur, nec fera occiditur, & sic uincitur, ut rex miretur atq; mutetur & populi pertimescant & inimici dispereant. Admirabile spectaculũ nostrũ plane admirabile in quo deus adiuuat, fides uires impetrat, innocentia pugnat, sanctitas uincit, præmiũ consequitur tale, qđ & tu ille qui uicerit accipiat, & qui donauerit nihil amittat. Ista spiritalia munera concupiscite, ad hæc intuenda & cum omni securitate expectãda alacriter ad Ecclesiam conuenite ab omni cupiditate carnali propositũ 240
cordis reuocate omnem solicitudinẽ uestrã deo gubernandã cõmittite, ut aduersa- A
rius reuereatur, nihil, in uobis inueniens suum, uosq; illum repudiantes, eiusq; pompis renunciantes postea quam ab eius insidiis uestra fuerit eruta libertas, ne uos inueniat uacuos ille nefarius, quẽ nstuimus etiam non suos tenere cupientem. Fideli-

ter credite in deum patrem oipotentem. Oipotentem deum credimus, quia omnia
faciens factus non est, & ideo oipotens est, quia de nihilo fecit quæcunq; fecit. Non De omni-
enim eum aliqua materies adiuuit, ex qua demonstraret artis suæ potentiam, sed ex potentia
241 nihilo, vt dixi, cuncta creauit. Hoc est. n. esse omnipotentem, vt non solum fabrica ip dei patris
B sa, sed etiam materies ab illo inueniatur esse, qui non habuit initium, vt esset is & & filii &
qui sempiternus est, crearet non id quod ipse esset, sed ab illo vt essent, iam accepisse. spiritussan
Omne enim quod est, ab illo est: ipse autem a seipso est qui non ab aliquo factus est. cti: & de
Fecit ergo facta non factus, creauit creaturam non creatus, qui etiam ipsi creaturæ nativitate
conuenientibus gradib. per diuersas ordinationes constituit potestates. Potest quip filii æterna.
pe secundum datam porestatem quilibet angelus vel homo dici potens, sed nũquid Ca.3.
potest dici omni potens? Potest dici rex vel imperator, q̃ multa quæ velit possit, non
tamen eum qui sanum sapit audebit dicere omnipotentem, nam si voluerit eũ aduIando ita laudare, incipit & illum & seipsum fallendo decipere. Q̃o n. audebit dice
re omnipotentem, quem videt multum vellẽ viuere & vitam succedente morte finire? Si omnipotens est non moriatur, a morte excludatur. Si autem ei mors terminum
dabit, omnipotentem eum non fuisse ipsa mors demonstrauit. Non ergo quispiã au
debit quãlibet creaturam siue cœlestem siue terrestrem dicere omnipotentem, nisi
solam trinitatem patrem, s. & filium & spiritum sanctum. Non. n. cum dicimus nos
credere in deum patrem omnipotentem, sicut hæretici Arrhiani, negamus filium om
nipotentem, aut spiritum sanctum negamus omnipotentem. Si filium negaueris om
nipotentem, negabis & patrem omnipotentem. Sed maior est, inquiunt, pater, minor
est filius, hoc in hominibus, hoc in oibus, & tu in oibus perturbaris. Diuinam natu-
ram considera, deum attende, sempiternum cogita, nam vane conturbaris. Si sempi
ternus est pater, sempiternus es vtiq; & filius. Si enim fuit filius quando non fuit fi-
lius, fuit & pater quando non fuit pater: q̃ si aliquando fuit pater non pater, non fuit
omnipotens: minus enim habuit in eo q̃ postea effectus est pater. Si das initium fi-
241 lio, das initium & patri, Pater enim a filio appellatus est pater. Si autem semper fuit
C pater, semper fuit & filius, & si deus est pater, deus est & filius, nõ. n. aliud potuit procedere de deo quam deus. Quod si deus est pater, deus est & filius, & si sempiternus
est pater, sempiternus est filius, quem non præcesit ætate nec dignitate, non n. minuit aqualitatem. Apostolum audi quid de deo filio dicat: Cum in forma dei esset, in
quit, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, Non rapuit, quia naturaliter habuit. Omnipotentia itaq; patris in filio, omnipotẽtia filii in patre, quia neq; aliquando pater sine filio, neq; aliquando filius sine patre. Diuinam illam natiuitatem qua filius processit ex patre, qua natus est deus de deo, sine initio, sine tpe, sine matre, sine
aliqua fragilitate, sine vlla sui diminutione: non possumus explicare, Natiuitatem
autem eius, ait Propheta, quis enarrabit? Et reuera quis comprehendere vel dicere
potest quomodo natus sit, qui semper est in patre, & nunquam recedit a patre: Digne
vt dixi, non possumus enarrare, sed debemus corda nostra ipsi filio præpãrare, ut
illuminando & per fidem gubernando perducat nos ad speciem ueritatis suę, ne re-
maneamus in tenebris infidelitatis nostræ, ne aliud ęstimando de filio quam quod
est pater, ipse filius non docendo, sed increpando nos admoneat sicut Philippum
dicens, Philippe qui uidet me, uidet & patrem. An non agnoscis, quia ego in patre &
pater in me est? Sicut ergo deus de deo natus est, & lux de lumine, & dies ex die, ita &
oipotens ex oipotente. In ista. n mortali nostra gnatione qui est pater, aliquando nõ
fuit pater, & qui est filius, non semper est filius quia & ipse filius cum accessu tem-
poris patrem amiserit, coniugem acceperit, prolemq; susceperit, non erit filius, sed ipse vocabitur pater, & quilibet pater antequã suscipiat filium non vocabitur pater.
Accedit ergo aliquid tempore quod prȩcedat tempore. Non ergo æstimemus hoc in Ioan.4.
illa diuinitatis esse substantia in illa generatione sempiterna. Non enim illic defi- De æqua-
241 ciendo moritur, vt filius crescẽdo perueniat ad patris dignitatem: aut sunt ibi tempo litate p̃so-
D ra, quia per ipsum facta sunt tempora. In quo aũt tu hæretice audes dicere filium mi narum di-
norem quem nos confitemur æqualẽ? In ætate? Non ibi sunt tpa. In diuinitate? Deus uinarum.
est pater, deus est filius. In opere? Omnia per filium facta sunt. Dicit quidem scriptu Ca.4.
ra, q̃ deus fecerit mundum, licut & in libro Geneseos, In principio fecit deus cœlum

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram. Sed nos audientes deum patrem cognoscimus filiū & spm̄ sctm̄. Tu forsitan dicis, Deus pater fecit mundum. Sed audi quid Ioannes Euangelista dicat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū, Omnia per ipsum E
Ioan. 1. facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Ecce, sine filio dicit nihil esse factum, qm̄ om- 241
nia per ipsum facta sunt. Sine filio factum est nihil. Quid fecit pater quod non fecit filius, de quo dicit Euangelista, q̄ sine filio factum est nihil? Si aūt, sicut vera fides ca
thlica habet, in filio operante constituas patrem, & in patre operante constituas, filium, qm̄ filius in patre est, & pater in filio, omnipotens inuenietur filius, si in ipso omnipotens est pater: si autem non est omnipotens filius, vt p̄dicat hæreticus Arrhianus, non est illo omnipotens pater, falsumque erit secundum ipsos quod ipse filius
Ioan. 1. ait, Ego in patre & pater in me est. Absit autem vt falsum sit quod veritas dicit. Confundantur Arrhianus qui veritati contradicit. Demonstramus ex scripturis, dictum filium omnipotentem sicut & patrem, vt non solum ratio vera, sed etiam diuina testimonia hæreticorum frontem percutiant impudentem. Dictus est pater omnipotens, Propheta dicente, Hęc dicit dominus omnipotens. Dictus est & fi-
Apoc. 1. lius omnipotens, Ioanne Apostolo in Apocalypsi dicente, de Iesu Christo domino nostro, qui est & qui fuit & qui venturus est omnipotens. Dictus est spiritussanc-
Sapien. 1. tus omnipotens, Salomone prophetante, Spiritus domini repleuit orbem ter- F
rarum, & is qui continet omnia scientiam habet. An nō est omnipotens qui conti- 241
2. Cor. 5. net oīa? Dicit n. scriptura q̄ deus iudex sit, dicente Apostolo, Oēs astabimus ante tri
bunal Christi, vt referat vnusquisq; secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum. Sed nos q̄n audimus deum iudicē, totam intelligimus trinitatem: Tu au
tem hæretice, dic quis sit iste deus iudex, pater, an filius? Si dixeris, pater est, negas fi-
Maat. 25. lium iudicē, quem in symbolo etiam tu confiteris venturum vivos mortuosq; iudi
caturum. Contradicis etiam Euangelio dicenti, Cum filius hoīs venerit in claritate sua, congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut sepa
rat pastor oues ab hædis. In quo loco Euangelistæ, expressis iudex demonstratus est filius, vt etiam eiusdem iudicis sententia p̄deretur, dicentis, Ibunt impli in combu-
stionem æternam, iusti aūt in uitam æternā. Si nollens subsistere tantæ authoritati dixeris filium iudicem, patrē ergo negabis iudicem, Non inquis, nego patrem iudi-
cem. Quō non negas? Quia pater, inquis, potestatem, dedit filius accepit. Video qui-
Ioan. 5. dem hæretice, quo stabis oculis intendas, quo peruersæ mentis acies intentionem di-
rigas Recitaturus. n. mihi es ex Euangelio & dicturus, Pater nō iudicat quēquam, sed omne iudiciū dedit filio. In eo, inquis, quod pater dedit, filius accepit, maior est vti- G
que qui dat, q̄ qui accipit, maior est pater, minor est filius. Non ex hac sententia glo- 241
rietur tua vanitas, qm̄ ex ipsa te nunc diuina conuincit authoritas. Pater, inquis, nō
iudicat quenq̄, sed omne iudiciū dedit filio. Cognoscimus: nouit quippe sana fides quō hoc intelligat. Homo. n. ille susceptus, qui etiam ipse appellatus est dei filius, ac-
cepit potestatem, sed dante patre & filio, qm̄ filius in patre est, & pater in filio. Cæte
rum si tu hæreticæ sctm illam puersam vestrā doctrinam illi hoc volueris assignare
diuinitati, qua filius æqualis est patri, quæro abs te diligentius, & vt mihi rndeas ce-
Deut. 32. leriter insitā, qui sit ille qui in libro Deuteronomii Moysi dicebat, In die iudicii red-
dam illis. Non potes dicere pater est, qm̄ secundū Euangelii sententiā a te prolatam,
pater nō iudicat quēquam. Ergo filius est qui dicebat, In die iudici reddā illis, Filius est. Respondē, quid dubitas? Filius dixit hoc, an non? Non est quod dicas, nisi filiū di-
xisse, In die iudicii reddā illis, qm̄ pater non iudicat quēquam. Sed vide sequentia hu
ius libri quēadmodū te prouocet, quēadmodum cōuincat. Cū. n dixisset, In die iudi
cii reddā illis, post paulū secutus adiunxit, Videte, inquit, qm̄ ego sum deus, & non
Ioan. 16. est alius præter me. Quid agis Arrhiane? non est qua exeas. Dicti audes, filium solū hoc dixisse, & negabis patrem nec deū esse nec iudicē. Depone vel nunc contentiosus animositatem, audi veritatem, intellige deum iudicem trinitatem, audi q̄ & spiritus-
Ioan. 14. sanctus iudex sit, ipse dns in Euangelio ait, Cū venerit paracletus, ipse arguet mun- H
dum de peccato, de iustitia, de iudicio. Quid quæris amplius? Item demonstrat scri- 241
ptura diuina, q̄ simul habitet pater & filius & spiritussanctus in homine tanquam in templo suo. In Euangelio filius, Si quis me, inquit, diligit, diligetur a patre meo, &

ueniemus ad eum, ego & pater: & mansionem apud illum faciemus. Ecce pater, & fi
lius. Quid spiritussanctus? Apostolum audi, Nescitis, inquit, quia templum dei estis, 1. Cor. 13.
241 & spiritus dei habitat in vobis? Item demonstratur q̄ simul deserat impios pater & fi
I lius & spiritussanctus. Salomon Propheta, Peruersæ, inquit, cogitationes separant a Sapien. 1.
deo. Ecce deus pater deserens peruersas cogitationes. Quid deus filius? Sequitur: Qm̄
in maleuolam animā non introibit sapientia. Christus est. n. dei virtus & dei sapien 1. Cor. 1.
tia. Ecce filius deserit maleuolam animā, in qua sunt peruersæ cogitationes, quas de
seruit pater. Restat de spiritusancto. Audi post paululum quid sequatur, Spiritus, in
quit, sanctus disciplinæ effugiet fictū, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine in
tellectu. Audi, sine intellectu deserere hominem spiritum sanctum. Quando ista idē
ipse spiritussanctus per prophetam dicebat, vos præuidebat. Ecce tam illa inseparabilis trinitas testimoniis diuinarum scripturarū demonstratur, quod simul habiter,
simul regnet, simul possideat, simul deserat, quā vos Arrhiani separando & per diuer
sos gradus filio & spiritui sancto iniurias irrogando, non in vobis habitare sinitis:
quoniam & deus pater aufert se a cogitationibus peruersis, quæ sunt in vobis, & in
maleuolam aīam non introibit sapientia, quæ per vestræ animæ malitiā sicut filium
a patre, ita gregē separatis a summo pastore, & spiritussanctus effugiet fictum, idest
fictionem peruersæ uestræ doctrinæ, in qua demonstratum est, nec patrem nec filiū,
neque manere spiritum sanctum. Quoniam igitur de vnitate agitur trinitatis, patris
241 & filii & spiritussancti, quam vnitatem non audemus dicere tres deos, nec tres omni-
K potentes, nec tres inuisibiles, nec tres immortales, sed vnum deum, de quo dicit Apo 1. Tim. 1.
stolus, Immortali, inuisibili, incorruptibili, soli deo honor & gloria. Non ergo nobis-
ipsis, dilectissimi, fingamus patres & filij & spiritussancti diuersas dignitates, separabi
les & inæquales ætates, ampliores & infirmas potestates ne quod ipse dominus salua-
tor noster virtute ac maiestate sua idola eradicauit & tēpla, rursus in cordibus Chri
stianorum diabolus fabricet idola. Fides itaq; catholica hæc est, Omnipotentem, im-
mortalem, atq; inuisibilem credere deum patrem, omnipotentē, immortalē atq; in-
uisibilem credere filium secundum diuinam natiuitatem; visibilem autem, mortalē,
minoremque angelis factum secundum susceptam humanitatem. Onipotentem, im
mortalem, atque innisibilem credere spiritum sanctū æqualem diuinitatem, visum Mat. 3.
autem in specie columbæ propter filii attestationem. Et hæc est trinitas simplex vni
tas, inseparabilis, innarrabilis, semper manens, semper præsens, vbique regnās unus Psal. 85.
deus, de quo Propheta Dauid dicit, Tu es deus solus magnus. Credimus in filiū eius De natiui
Iesum Christum, natum de spiritu sancto ex virgine Maria. Hanc natiuitatem in- tate filii tē
241 credule quid expauescis? Noli credere, si tantum homo erat qui natus est: si au- porali ex
L tem deus homo erat, de qua voluit natus, est, [quia sicut voluit natus est.] Illud po- Maria vir
tius mirare, quia verbum susceptit carnē, nec est mutatum in carnem, quia manens gine & in
deus susceptit hominem. Cæterum quid miraris, quia genitrix suum genuit ge- infantia e
nitorem, quia creauit creatura factorem? Sic voluit nasci excelsus humilis vt in ius. Ca. 5.
ipsa humilitate ostenderet maiestatem. Portabat filium mater, filium intacta, mi-
rabatur & ipsa in aspectu suæ prolis quam amplexus non strinxerat maritalis. Sed
incredule audi, prædictum cognosce impletum, Dauid propheta dicit, Mater Sion
dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Ipse qui fundat
eam altissimus, ipse in ea factus est homo altissimus, quia talem matrem creauit al-
tissimus, quia sic se in eam formauit, vt procedens ex eius utero & filium ei redderet,
& integritatem non corrūperet. Quæ est gratia matris huius & virginis, quæ est gra
tia huius fœminæ quæ uirum nescius filium portat? Quę est gratia audite Gabrie-
lem angelum eam salutantem, Aue, inquit, gratia plena, dominus tecū. Quando an-
gelus istam virginem sic salutauit, tunc eā spiritussanctus fœcundauit, tunc illa fœ-
mina uirum sine viro concepit, tunc est repleta gratia, tūc dm̄ susceptit, vt esset in ea
241 qui fecerat eam. Neq; enim dilectissimi credendum est q̄ illo iam præsente ac pro-
M tegente poterat illi fœminę dominari corruptio, in qua non erat ardoris libido, no-
uerit tamen quem portauit virgo, mater nouerit, stupor abscedat, fides acce-
dat. Ecce quem portat nascitur, nondum loquitur & totum concutit mundum.
Clamat cœlum noui syderis radians fulgorem, clamat terra turbata per Herodē, ue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niunt Magi admoniti,inquirũt Iudæi turbati,quærunt vbi esset qui vbiq; totus est
quæritur in mundo fabricator mundi:ad hoc autem quærebatur, non vt agnoscere 241
tur,sed vt occideretur,quia mundus per eum factus est, & mundus eum non cogno A
uit.O mũde immunde,venit qui te tedimat,& turbaris,& hũc tu vis perdere, quan-
do ille te disposuit liberare. O Iudæorũ terra impia,non congruis cœlo. Cœlum de-
monstrat vt adoretur,tu quæris vt infans necetur. Ille tibi annunciat deum hoiem
suscepisse pro te,& tu uis pdere eũ qui venit redimere te. Expecta paululum,ad hoc
quidẽ venit,vt tuã etiam pesimã impleat volũtatẽ, sed sustine vt suam ipse colligat
hæreditatẽ. Collige,colligeredẽptor,nõ glorietur dispsor, vindica in eos qui te par-
uulum psequuntur paruuli ipsorũ pro te moriãtur. Sup se in te crudeles existũt,par
uuli ipsorũ pro te moriantur. Vindica sic, vindica, Insultẽt filii parentibus nõdum
Luc.2. loquẽtes,cõuincãt sæuientes,infantes dicãt testimoniũ de tua innocẽtia, quia non
est in te vlla malitia,& ii q te volũt innocentẽ occidi, hoc eis proueniat ut suos par-
uulos ab eis facias separari. Lugeatis licet Iudęi atq; plãgatis filios vestros,nõ illi mo
riũtur,quia a uita suscipiuntur:vobis irrogatur pœna orbitatis, cæterũ illis gloria
offertur immortalitatis. Nũciastis Herodi vbi occidẽdus inueniri põt filius dei, sed
ille filios vestros occidens pro filio dei,& vos orbitatis pœna nescies punit tanq̃ pro-
ditores,& filios vestros dei fecit hæredes. Sic vos irridebat ille, ille qui habitãs in cœ
lo,iacebat in terra,sic furias vestras,vestriq; regis subsannabat, qn̄ mala vestra in 242
vos retorquebat,& de malis vestris multa ille bona faciebat. Agnouisti virgo mater B
filii tui infantiã,agnosce & pueritiam,Euangeliũ loquitur,perrexerũt, ait,cũ puero
Iesu parentes eius in Hierusalẽ,vt pro eo offerent sacrificiũ secundũ legẽ. Et factum
est remeantibus illis,puer Iesus remansit in tẽplo, & erat disputans cũ senioribus &
Scribis,& mirabantur oẽs in sapientia quæ erat in eo,& turbabat multos. Sed cũ re-
uersi essent quærentes illum,inuenerunt illum sedentẽ in medio seniorũ interrogan
te & rñdentẽ illis. Et ait illi mater,Fili,quid feci sti nobis? Ecce.n. solliciti & anxii quæ
rebamus te. Tunc ille,Quid solicita eras,inquit, nescis quia oportet me in his, quæ
Ioan.2. patris mei,sunt operari? Qn̄ talia mater a filio puero audiuit, corde expauit: non.n.
patrẽ nominabat ille quẽ nesciebat in terra,sed illum qui fecit cœlum & terrã. Agno
sce & eius adolescentiam,videat multa & magna miracula, conuersionem aquarũ in
vinum. In quo primo miraculo tentauit illa fœmina iubere se filio posse tanquam
mater,dña quę se agnoscebat ancillã,Fili,ait,defecit illis vinum,fac rursus, vt aquæ
conuertantur in vinum. Et ille, vt distingueret inter deũ & hoiem, quia secundum
hoiem minor erat,secm hoiem subditus erat,secundũ deũ aũt supra oẽs erat: Quid
mihi & tibi est,inquit,mulier? Nondũ uenit hora mea:tanquã ei diceret, veniet ho-
ra qn̄ id quod natum est de te in cruce pendens,agnoscat te,& discipulo dilecto com 243
mendet te. In hoc aũt miraculo quid mihi & tibi? Non enim hoc processit ex te, sed C
in eo qui fecit te,non competit tibi vt iubeas deo,cõpetit aũt vt subdita sis deo. Sed
De passio ne xpi & ortu Eccle siæ & ho minũ re demptio ne. Cap.1. pia mater,quæ non aspere tulit admonitionem filii dicentis, Quid mihi & tibi? vi-
deat in cæteris miraculis deum operantem quem intuebatur filium adolescentem,
videat cæcorũ illuminationem,leprosorum mundationem, claudorum cursus, sur-
dorum auditus,dæmonum fugationes: & quod maius his oibus, mortuorũ resurre-
ctionem. Sed adhuc agnoscat hæc mater,expauescat filii sui etiam iuuentutẽ. Quid
restat iuueni,nisi vt procedat velut sponsus de thalamo suo, accipiat sponsus spon-
sam,quæratur,inueniatur quæ ei coniungatur? [Non est solus homo,sed deus est &
homo. Quæratur quę ei coniungatur.] Qualis est de qua natus est,talis inueniatur
quæ matrem reddat fœcundã & uirginẽ seruet intactã: filius permanentis virginis
virginem permãsurã accipiat. Ecce tempus est,Modo Iudæi suam impleant uoluntã
tem,quando digna tur ipse dare potestatem. Agite Iudęi nescientes nuptias agni,da
te præmium pecuniæ malo Iudeę. Agite vt ille qui natus est de virgine, a Pontio Pi-
lato suspendatur in cruce. Ascendat sponsus 242
sus noster thalami sui lignũ. Ascendat spon D
sus noster thalami sui lectum,dormiat moriẽdo, aperiatur eius latus,& Ecclesia pro
deat virgo,vt quõ Heua facta est ex latere Adæ dormientis, ita & Ecclesia formetur
Ioan.19. ex latere Christi in cruce pendentis. Percussum est enim eius latus, vt Euangelium
loquitur,& statim manauit sanguis & aqua, quæ sunt Ecclesiæ gemina sacramenta.

Aqua

Aqua,in qua est sponsa purificata:sanguis,ex quo inuenitur esse dotata. In isto san-
guine sancti martyres amici sponsi stolas suas lauerunt,candidas eas fecerunt ad nu
ptias agni inuitati uenerunt,a sponso calicem acceperunt, biberunt, eiq; propinauę
E runt,sanguinẽ eius biberunt,sanguinem suum pro illo fuderunt. Quid egit uæsana
impietas Iudæorum,quia inuitati non solum uenire noluerunt, sed insuper spõsum
occiderũt? Quid egit iniquitas Iudæ qui eũ uendidit,a quo redemi debuit? Ecce nec
Iudas tenuit prætium nec Iudæi quem comparauerant Christũ. Illi dico, ubi est qđ
accepisti:Iudæo dico,ubi est quod emisit? Illi dico,quando uendidisti, tunc te decepi
sti,isti dico,quod emisti,possidere non potuisti. Exulta Xpiane in commercium ini-
micorum tuorũ,tu uicisti:quod Iudas uẽdidit,& Iudęus emit,tu acquisisti. Exulta,
exulta sponsa Ecclesia,quia nisi ista in xpo facta essent,tu ab illo formata non esses:
venditus redemit te,occisus dilexit te. Et quia te plurimũ dilexit, mori uoluit ppter
te. O magnum sacramenti huius coniugii. O quã magnũ mysterium huius sponsæ,
non explicabitur digne humanis uerbis. De sponso sponsa nascitur,& ut nascitur,sta
tim illi congiuugitur,& tunc sponsa nubit,quando sponsus moritur,& tũc illæ spon
sæ coniungitur,quãdo a mortalibus separatur. Quando ille super cœlos exaltatur,
tunc ista in omni terra fœcundatur. Quid est hoc? Quis est iste spõsus absens & præ
sens & latens,quẽ sponsa Ecclesia fide tm cõcipit, & sine ullo amplexu membra eius
quotidie parit? Quis est iste qui sic natus est, sic creuit, sic mortuus est? Quis est iste
242 qui infans regem terruit,puer Iudæos conuincit,iuuenis Põtium Pilatum turbauit?
F Quis est iste,uultis nosse? Dñs virtutũ ipse est rex gloriæ. Si dñs virtutũ ipse est rex Psal.23.
gloriæ,ergo nec Iudęos timuit quãdo armati uenerũt,nec iudicem iniuste iudicantẽ
nec milites irridentes,nec inimicos subsannãtes,nec coronã spineã imponentes, nec
sua uestimenta diuidentes,nec fel,nec acetum,nec crucem,nec lanceam, nec mortẽ.
Quando.n. ista Iudęi potius q̃ Pilatus faciebãt,dñs uirtutũ negociũ nostrũ agebat,
quę non rapuerat,tunc exoluebat:nõ rapuit iniquitatẽ, & pro iniquis susceptt mor
tem,vt impleretur quod de eo scriptum est. Quę non rapuerã,tũc exoluebam. Deni
que ut noueritis pro nobis reddidisse quod non debebat, xps.n. pro impiis mortuus Psal.68.
est,mox sacculum carnis suæ in crucis ligno persoluit, & prętium nostrum exactori
reddidit. Ibi statim illum latronẽ fecit confessorẽ,vt per eum impiorũ restauret rui- Roma.6.
nam,uidete redemptũ quem diabolus possederat homicidam. Videte dominum vir-
tutum & in ipsa morte miracula facientẽ. Tũc latro confitebatur, qn̄ Petrus turba-
batur: tunc iste agnouit,quando ille negauit. Sed nunquid quia dñs acquisiuit latro
nem,Petrũ perdidit negatorẽ? Absit,absit, Agebat mysteriũ qui fundebat prętium,
in Petro demonstrans,non in se quẽquã iustũ debere pręsumere: in latrone, nullum Luc.23.
242 impium conuersum posse perire. Timeat bonus ne pereat p superbiam non desperet
G malus de multa malitia. Colligantur præsumentes,colligãtur desperantes. Magnum
prætiũ pro nobis datũ esse cognoscimus,quia sanguine Christi redẽpti sumus. Aga-
mus quõ tali domino non displiceamus. Ecce amauit seruos, & quos redemit, saluos
fecit liberos. Ecce parũ est, quia donat libertatem suã,exhibet fraternitatem,promit
tit etiam hæreditatem. Habes amplius qđ expectes? Suscepit veniendo mortem tuã, Psal.115.
donauit resurgendo vitam suam. Habes amplius quod expectes: Ille ille, qui crucifi-
xus est pro te,die tertio a mortuis resurgens,super cœlos exaltauit te,filium dei fecit
te. Habes amplius qđ expectes? Quid retribuemus dño pro omnibus quæ retribuit
nobis? Fecit nos antequam essemus,donauit uitam, donauit ætatem donauit liberã
voluntatem,donauit substantiam,donauit ingeniũ,donauit ratione, donauit scien-
tiam,donauit omnia sua vt esset tua,& his omnibus bonis male usi sumus, superbi
effecti sumus,creatorem tanta bona largientem,merito pręuaricationis offendimus.
Periuimus, quęsiuit, capti ducti sumus, subuenit: ad mortem perpetuam duceba-
mur,liberauit. Quid tibi minus exhibuit,qui seipsum pro te tradidit? Et dubitas q̃
242 tibi donet vitam tuam,qui tecum communicauit mortem suam. Quid retribuemus
H ei? Si non est quod ei tribuamus,ab ipso accipiamus quod ei offeramus. Hoc a te quę
rit Christus,hoc tibi dicit,Quod feci pro te,hoc & tu fac pro me, animam meam po-
sui pro te,& tu pro fratribus tuis animam tuam pone. Noli timere mortem, quia cũ
vincere non posses,ego sum mortuus vt tu vinceres,vinceres non per te,sed per me,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia & ego q̄ sum mortuus, non est propter me, sed propter te. Tu enim mori noueras, resurgere non noueras, suscepi mortem quam noueras, demonstraui resurrectionem quam ignorabas. Credendo resurgentem, vt per illum & tu resurgas. Diximus. & quantum ille donauit, exposuimus has tres sententias, q̄ natus sit de virgine Maria, crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die a mortuis resurrexit. Si enim singulis, vt dignū est, loqui possemus, prolixitas sermonis fastidiū potius vobis q̄de lectationem inueteret. Quia ergo diximus, quousque ille altissimus descenderit propter nos, nunc dicamus quomodo id quod suscepit ex nobis in cœlum leuauerit, ad dexteram patris collocauerit, ac fidei nostræ certum pignus dederit, vt secura sint membra de tanto capite, fideliterq̄ sperent ad ipsum se posse peruenire, quem iā credunt ad dexteram patris sedere. Assumptus in cœlos. Sessionē istam, dilectissimi, nō accipiatis humanis membris positam, tanquam pater sedeat in sinistra, vt filius sedeat ad dexteram, sed ipsam dexterā intelligite potestatem, quam accepit homo ille susceptus a deo, vt veniat iudicaturus qui prius venerat iudicandus. Ad hoc enim ascendit in cœlum, vt fides suum impleat locum. Prædictum quippe hoc inuenitur per Dauid prophetam. Ait enim, Congregatio populorum circundabit te, & propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos. Hoc quippe ait, Quoniam humiliatus es in forma serui vsque ad crucis opprobrium, Et hi qui te viderunt crucifixū aliqui crediderunt, multi dubitauerunt. Resurgens a mortuis in altum regredere super cœlos dignare ascendere, vt congregatio populi fidelis congregetur in vnū per fidem, vt fides deducat eos ad speciem. Ipsa est virtus omnipotentiæ tuæ, vt plus possis in ipsis fidelibus: quando absens ab eis in homine illo suscepto sentiris. Cæterum præsentiæ tuæ maiestatis de cordibus fidelium tuorum nū quam discedis. Videte autem, dilectissimi, quid donauerit iste qui ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: videte quid donauerit, venit mirabiliter, creuit mirabiliter, exhibuit multa miracula, quæ superius commemorauimus, salus æterna multis præstitit salutem qui infirmitates nostras suscepit, multas variasq̄ infirmitates curauit. Circundatus etiam tunc fuit multitudine populorum, quos adduxerat non fides, sed curiositas oculorum. Denique visa miracula multi laudabāt, alii detrahebāt Nam vnde est illud detractionis verbum dicentium, quod in Beelzebub principe dæmoniorum ieiecerit dæmonia? Cum tanta tamen miracula faceret contēptus est, non solum digne habitus non est, sed insuper occisus est. Quare tunc non factum est, vt præsentia eius numerus ille colligeretur, nisi quia oportebat impleri oia quæ de eo erant scripta? Etenim quando illa agebantur, iam illi ab ipso præparabantur, iam captiuitas eorum capta erat. Expectabatur vt ascenderet saluator, & donaret dona. Quę dona? Dona quæ acceperūt discipuli, quæ accepit Petrus, vt moreretur pro absente quem desperando negauerat præsentem. Videte quid idem Petrus dicat in epistola sua, quid effundat ex dono illo sanctiſpiritus, Credentes, inquit, in eum quē non videris, gaudete inenarrabili gaudio. Gaudeamus & nos credendo in eum quem non videmus, vt securi illum videamus, cum ad ipsum peruenerimus. Veniet autem & ipse, sed non talis qualis antea venit. Venturus est enim viuos & mortuos iudicare. Veniet vt iudicet, qui stetit sub iudice, veniet in ea forma in qua iudicatus est, vt videant in quem pupugnerunt, & cognoscant Iudæi quem negauerunt, conuincat eos ille homo susceptus, & ab eis crucifixus. Fortasse, dilectissimi, quoniam veritas euangelica non tacuit eum cum cicatricibus resurrexisse, qui posset si vellet de corpore suscitato & clarificato omnem maculam cuiuslibet cicatricis abstergere, sed sciebat quaae cicatrices in corpore suo seruaret, vt vulnera dubitationis in cordibus discipulorū sanaret. Fortasse ergo, vt dixi, sicut demonstrauit Thomæ non credenti, nisi tangeret & videret: ita etiā inimicis suis vulnera demonstraturus est sua. Propter quod dictū est per Prophetam. Viderunt in quem pupugerūt. Non vt eis dicat sicut Thomæ, Quia uidisti, credidisti, sed vt conuincens eos veritas dicat, Ecce hominem quem crucifixistis, ecce deum hominem in quem credere noluistis, Videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniam & per vos & propter vos apertū est, nec tamen intrare voluistis. Qui non estis redempti pretio mei sangui-

De ascēsione domini & sessione ad dexterā. Ca. 7.

Psal. 7.
Philip. 2.

Psal. 67.

Luc. 11.

1. Pet. 1.

De aduentu xpi ad iudicium. Ca. 8.

Zac. 12.
Apoc. 3.

Ioan. 20.
Zac. 12.

Mat. 25.

nis, nō estis mei, discedite a me in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed illorum mors proficiat ad nostram salutem. Si illi contempserunt, nos timeamus eum qui sic venturus est iudicare. Festinet vnusquisq;, cum viuit, vt viuat, curat, vt eius pretioso sanguine redimatur, ne cum non fuerit inuentus in numero redemptorum, in numero maneat perditorum. Hic dum viuitur, melior eligatur locus, Hic est tempus fidei. Cæterum, in inferno, ait Propheta, quis confitebitur tibi? Qui semper vult viuere, & non timere mortem, teneat vitam, vt mors superetur à vita. Qui non vult timere istum iudicem iudicantem, ipsum nunc sibi adhibeat defensorem. Credimus in spiritum sanctum, Spiritum sanctum deum credimus æqualem patri & filio, quia simul est & in patre & in filio. Quomodo est in patre? Filium audi, Spiritus, inquit. qui procedit a patre, ipse introducet vos in omnem veritatem. Quomodo est & in filio? Ipse filius post resurrectionem mittens discipulos suos prædicare Euangelium insufflauit in faciem ipsorum, & ait illis, Accipite spiritum sanctum. Quomodo est spiritus patris? Ipse dominus in Euangelio, Non. n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestris qui loquitur in vobis. Quomodo est & spiritus filij? Apostolus dicit, Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quomodo idem ipse spiritus patris & filij procedens a patre & filio, attestatur filium suscepisse carnē. Ioannes euangelista dicit, Spiritus, inquit, nondum erat datus quia Iesus nondum erat clarificatus. Quando autem clarificatus est filius, ipse dicit, Aperti sunt ei cœli, & descendit super baptizatum Iesum spirituſſanctus in specie columbæ, vox q̄ facta est dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Hoc tu hæretice Arrhiane cum audis vel legis, filium clarificatum, spiritum sanctum in specie columbæ de cœlis esse transmissum, hac authoritate carnalis tua cogitatio & phantasia spiritus mali, qui operatur in filijs diffidentiæ, patrem inducis maiorem, quia visus non est: filium minorem, quia visus est in homine: spiritum sanctum filio multo inferiorem, quia in specie apparuit columbæ. Dicis. n. tibi, & peruerse ratiocinaris, quantum distat visibilis ab inuisibili, tantum distat filius a patre, & quantum distat species hominis ab specie columbæ, tantum distat honor filij ab honore spirituſſancti. Hæc cogitans, illi proximus es precipitio erroris, neq; n. defuerunt qui hoc sentirent de humana anima q̄ tu vis asserere de substantia diuina. Introduxerunt. n. quidam, pro meritis animas dari corporibus, & esse reuolutiones & circulos. Propheta Dauid diuina voce dirūpens, In circuitu, inqt, impij ambulant. Qui talia credūt vel prędicāt, impij sunt. Et tanquā ei deus diceret, Quid tu de ꝓpagine hoīum sentis? secutus adiunxit, Scdm altitudinē tuā multiplicasti filios hoīum. Sed hæc alia qō est, in qua nunc non opus est diutius immorari. Veruntamen quia de spē hois & colūbæ nīa tecum hæretice est disceptatio, In hoc. n. filium ampliorem esse â spiritu sancto dicis, quia pro dignitate gradus sui, sicut multū distat inter naturā hois & colūbæ, tantā distantiā vis esse filij & spūssancti. Possem quidē tibi rūdere, qa innocentiā quā hēt columba, non hēt hō, sed non dico, De illo. n hoie agimus q venit sine peccato. Sed si hoc te mouet, quia filius hoiem suscepit, spūs in columba apparuit, mouere te & hoc debet, quia & ipse hō a filio dei suscepit, a scriptura diuina dictus est agnus. Nā & Ioannes Baptista dicit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, & Esaias Propheta dicit, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se sic nō aperuit os suū. Et Ioannes Apostolus in Apocalypsi dicit, Vidi agnū stantē quasi occisum. Dic mihi si valueris tu exponere, quare sit dictus agnus filius dei, exponā tibi & ego colū bæ spēm spirituſſancti. Si mihi dixeris, agnus filius dei pp innocentiā, hoc & ego tibi de spū sancto referā, ideo colūba spūssanctus pp innocentiā. Si xps agnus pp innocentiam, & spirituſſanctus columba pp innocentiam. Custodi & tu innocentiam, & vide æquitatem. Vides æquitatem, si patris & filij & spirituſſancti intelligis vnitatem. Sed adhuc vanas tuas machinas diuersasq̄ comparationes de patris & filij & spirituſsancti suba, catholica doctrina suffodiat, vt ędificiū tuum, quod super arenā, non superuertat, subuersūq̄ fiat ruina magna. Quāuis nos inuisibilē totā trinitatē nouerimus credamus, teneamus: dic tu nobis hæretice, q sit ille q apparuit Moysi in flāma ignis

243 A

243 B

243 C

243 D

Pſal. 6.

Ioan. 20.
Mat. 10.
Rom. 8.
Ioan. 7.
Matth. 3.
Positio hę resis Arrhianæ.

Pſal. 11.

Ioan. 1.
Esa. 53.
Apoc. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in monte Sina,cuius posteriora vidit Moyses ipso se demonstrante: nam cum quæ-
Exod.13. ret facie dei videre dicens,Si inueni gratiam ante te,oñde mihi facie tuam.Hoc ei do-
minus respondit,Ascende in Horeb,& sta super petram, & transiet claritas mea ante
te,& posteriora mea videbis,facies autem mea non videbitur tibi.Quis est qui duca- 243
Exod.13. tum præbuit filijs Israel exeuntibus de Aegypto? Deus,ait liber Exodi, præibat illos E
die quidem in columna nubis,nocte autem in columna ignis.Quis est iste? Pater est,
an filius? Si dixeris,pater est,Visus est ergo & pater in aliqua specie, Non autem au-
des dicere,filius est,ne rursus ipsius testimonio Moysi obruaris, Tu es deus solus,&
alium non nouimus absq; te.Ergo deo patri assignabis,q̃ apparuit in columna ignis
vel nubis, Si deo patri hoc assignabis, redi modo ad illam ratiocinationem tuam,&
dic mihi quæ sit melior natura,ignis,nubis,aut hominis. Et si dixeris, ignis vel nu-
bis irrideris non solum ab hominibus,qui certa ratione sunt prædit,non qui vestra
vana seductione decepti, sed etiam ab ipsis pecoribus, quibus etsi non sit rationalis
intellectus,inest tamen naturalis sensus,qui non est attributus igni vel nubibus. Si
autem dixeris,hominis est melior,filius a te demonstratur patre maior,quia filius ap
paruit in homine pater apparuit in igne.Hoc Arrhiani secundum vos dictum sit: se-
cundum rectam autem veramq; doctrinam,quemadmodum non est filius patre ma-
ior,quia filius apparuit in homine,pater in igne, sic non est spiritussanctus minor fi-
lio: quia in specie apparuit columbæ: diuina illa substantia trinitatis manens in seip-
sa sicuti est, vt innouaret perdita, nostramq; restauraret ruinam pro captu hominũ, 243
& pro congruentia cuiuslibet rei se visibiliter demonstrauit, vnitatem, æqualitatẽq; F
suam non amisit in igne deus, sed non est ignis in homine filius, sed non hoc solum
quod videbatur erat, erat & quod latebat, Nam si totum quod videbatur erat,quid
Ioan.14. est quod dicebat discipulis suis, Qui me diligit,diligetur a patre meo,& ego diligam
eum,& manifestabo meipsum illi? Quid manifestaturus erat, si totum quod videba-
tur erat? Ergo erat & quod latebat. Ita & spiritus in columbę apparuit specie, sed non
columba erat spiritus. Totum hoc homo quod factum est,propter te factum est,Noli
iniuriam facere illi, qui te fecit, vt consequaris ab illo quod in isto sancto symbolo
sequitur. Remissionem omnium peccatorum.Noli minorem prædicare eum, qui te
De pecca- perducit ad regnum cœlorum in remissionem peccatorum. Sine ista fide siquis ad ba
torum re- ptismum accedit,ipse contra se ianuam indulgentiæ claudit.Nec propter aliud,dile-
missione ctissimi,factum est, vt & pater mitteret filium,& ipse filius susciperet hominem sa-
p xp̃m. nandum,& spiritussanctus hoc effunderet donum,nisi vt nostrę animæ eruerentur a
Cap.10. sarcinis peccatorum.Totum quidem hominem suscepit ille curandum,sed amplioré
curam demonstrauit adhibendam esse animæ q̃ corpori.Nam cum ipse saluator inter
cætera quæ præsens faciebat, paralyticum antiqua ualetudine oppressum videret, 243
prius n. animam censuit esse sanandam,tunc demum etiam eius corpori dignatus est G
donare salutem.Fili,inquit,confide quoniam remissa sunt tibi peccata tua. Magna sa
Matth.9. lus, non est contemnenda. Hanc appetere debet quisquis interius & exterius saluus
Marci.2. esse desiderat. Mundate, ait ipse dominus,quæ intus sunt,& quæ foris sunt munda
Matt.25. erunt. Verumtamen intentio illa peruersa Iudæorum, quæ non fideliter sequebatur
Christum,sed ad hoc eum frequentabant,qui ei dolosi dolose insidias præparabant,
quando audierunt dominum paralytico dicentem,Dimissa sunt tibi peccata tua,cõ-
Marci.2. tinuo susurratio illa cogitationis pessimæ, vbi eos audiebat qui corda inspiciebat:
quis est iste,inquit,qui peccata dimittit? Blasphemat,Nemo n. potest dimittere pecca
ta,nisi solus deus. Ille autem, vt eis demonstraret se esse deum, eorumq; nequitiam
ostenderet,ac suam demonstraret potentiam,ait illis, Quid cogitatis malum in cordi
bus vestris? Quid est amplius dicere,Dimissa sunt peccata tua tibi;aut dicere,surge &
ambula? Vt autem noueritis quia habet potestatem filius hominis in terra dimitten-
di peccata,ait paralytico, Surge,tolle grabatum tuum,& vade in domum tuam. Et
statum surrexit,& tulit grabatum suum,& abiit. O q̃ melius illi esset,si post acceptã 243
remissionem peccatorum,non de lecto ad peccandum iterum surgeret, sed de sepul- M
chro ad veram vitam liber securusq; surgeret. Non enim vacat,dilectissimi,quod ei
dictum est, Tolle grabatum tuum,& vade in domum tuam. Sic enim eum dominus H
curari exterius volebat, vt iam interius non laboraret. Tolle autem grabatum tuum,
quid

quid est,nisi porta rursus sarcinam delictorum tuorum? Non erunt scapulæ tuæ li-
beræ,portabis quod te premat,curuus eris sub onere, caput iam liberum iterum gra
243 uabitur seruitute. Omnis enim ait dominus,qui facit peccatũ, seruus est peccati. Si
I post remissionem peccatorum ille paralyticus ex hac vita migraret, plenam accipe- Ioan.8.
ret libertatem.Quod aũt hic uiuere postea permissus est, & si non peccauit, quod cre
dere difficile est,multum periclitatus est, quia tota hæc vita tentatio est. Quisquis
itaque,dilectissimi fideliter credit,& hanc professionem fidei suæ, in qua remittũtur
omnia peccata,indubitanter tenet atq; amplectitur, præparet voluntatẽ suã volun-
tati dei,vt si eum post baptismum dignatus fuerit in hac vita aliquantulum detine-
re, iste non quiescat orare ac dicere, Adiutor esto meus,ne derelinquas me. Si autẽ di Psal.26.
gnatus fuerit liberum,atque ab omni fæce peccati mundatum ad se vocare, incun-
ctanter ac sine tristitia pergat ad eum,cum quo & per quem incipiat & ipse regnare,
nec vehiculum mortis timeat,in quo prior ascendit ipse qui vocat. Sicut enim ipsum
resurgendo perduxit ad patrem, ita & te illi per resurrectionẽ representauit, Quia
vt te inuitaret ad cœlum,ad terram descendit,sed non deseruit cœlum. Carnis resur De resur-
rectionem. Resurrecturam esse oẽm caruẽ,rõnalem,s. creaturam fideliter teneamus. rectione
Hæc est summa fidei nostræ quę separat ab infidelibus. Neq; n. de pecudibus vel cæ- mortuorũ
teris animantibus,quibus non est attributa imago creatoris, fas est nobis disputa- Cap.11.
re. Ista. n. omnia ad vsus nostros creata esse cognoscimus. Legat quis quid deus dixit
243 homini quando eum formauit atque benedixit, & inueniet ita scriptum in lib. Ge- Genẽ.1.
K neseos,Fecit deus hominem,ad imaginẽ suã fecit illum,masculum & fœminam fecit
eos,& benedixit eos dicens,Crescite & multiplicamini & replete terram, & dñamini
eius,& habete potestatẽ piscium maris,pecorũ terræ,volatilium cœli. Ista ergo omnia
propter vsus nostræ infirmitatis,vt dixi,creata sunt. Sed quemadmodum non resur
git nobiscum nostra corruptio,neque infirmitas, ita nec ea quę sunt necessaria nũc
nostræ infirmitati. Qualia futura sunt nostra corpora,Paulus Apostolus dicit, Semi 1.Cor.15.
natur,inquit,in corruptione,resurget in incorruptione,seminatur in infirmitate,sur
get in virtute: seminatur in contumelia,surget in gloria, seminatur corpus animale,
surget corpus spiritale. Incorruptio hęc virtus & gloria & spũs viuificans faciet nos,
sicut ipse dominus promittere dignatus est, equales angelis dei, vt viuamus cũ ipsis
in æterna vita,in vnam immortalitatem ac sempiternã patriã, in qua patria vita no
stra ęterna ipse Christus erit. Ipse enim est verus deus & vita æterna. Hoc sequitur
etiam in isto sancto symbolo quod post resurrectionem carnis credamus. Et vitam
æternam. Non nosti iam dominabitur corruptio immortaliter viuentibus, & cũ ipsa Dẽ uita ę-
ęterna uita manentibus. Neq; n. indigebimus illic vestimento, vbi erimus immorta terna.
243 litate vestiti: nec cibus nobis deerit, quando ipse panis viuus, qui propter nos de cœ Ca.12.
Ł lo ad terras vsque descendit. sui præsentia nostras animas satiabit: nec potus vobis
deerit,presente fonte vitæ. Saturabit enim nos ab vbertate domus suę,& torrente de Psal.35.
liciarum suarum corda nostra rigabit. Aestus illic non patiemur. Illic est enim refri-
gerium nostrum,qui nos sub vmbra alarum suarũ protexit & protegit. Frigus illic
non patiemur: est enim ibi sol iustitię,qui suo amore calefaciens corda nostra,radiis
diuinitatis suæ illuminat oculos nostros,vt uideant diuinitatem, equalitatemq; pa-
tris & filii & spiritus sancti Non ibi fatigabimur: nobiscum enim erit virtus nostra,
cui nunc dicimus. Diligam te domine uirtus mea. Non ibi dormiemus,non enim ibi
sunt tenebræ,quę excludere possint permanentem diem. Nulla ibi erit negociatio,
nulla seruitus,nullum opus. Et quid illic acturi sumus? Fortasse illud quod scriptum
est: Vacate & videte. quoniam ego sum deus. Vacuitas ista cõtemplationis, erit opus
nostræ actionis,vt contemplantes delectemur,& delectabiliter contemplemur vide
re. Quid uidere? Bona domini. Quæ bona? Possumus exprimere illud quod nec ocu- Esai.64.
lus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit? Possumus explicare quomo 1.Cor.15.
243 do erit deus omnia in omnibus? Possumus explicare quomodo ipse filius cum tra-
M diderit regnum deo & patri,idest sanctam congregationem fidelium, ita illum ho-
minem susceptum,ampliusq; clarificatum non dimittat, ut tamen claritatem quam
habet cum patre antequam mundus fieret,ipsis iam fidelibus demonstrare non dif-
ferat? Possumus explicare quemadmodum sponsa Ecclesia, quę ex uiris & fœmi-

nis constat, omnis conuertatur in virum perfectum, atque ita dignitatem virilem accipiat, vt tñ sponsæ nomẽ non perdat? Possumus exlpicare sanctorũ corpora resuscitata, ex qua gloria in quam gloriam transeant? Possumus explicãre quo Christũ sequatur virgines, quo eum sequi nequeant nõ virgines, atq; illas nescio quo vbiq; manens secum ducat, ne tamen eas, quæ non sunt virgines deserat? Quis audet de his rebus positus in hac mortali carne, quæ aggrauat animam, aliquid dicere, cũ Paulus Apostolus hoc non valuit explicare, qui in isto positus corpore, vsque in tertium cœlum gratia operante valuit ascendere? Non simus curiosi ad inuestigandum, qd Apostoli exprimere minime potuerunt. Certe ex me nemo scire quærat quod nescire scio, nisi forte vt nescire discat, quod scire non posse sciendum est. Sed per fidem & patientiam & sanctam matrem Ecclesiam speremus nos accipere, quicquid magnis & pusillis dignatus fuerit ille donare. Sancta Ecclesia, in qua omnis huius sacramenti terminatur authoritas, mater & virgo corpore casta, prole fœcunda, sponsa Christi superius declarata, pie nutrit filios, quos deo patri dignos assignare contendit. Filii boni amate tantam matrem, filii boni nolite deserere quotidie vos requirentem, rependite vicem, amate amantem. Tanta est, talis est, nobilis est, regia prole fœcunda est, non eam patiamini aut filiorum malorũ, aut pessimorũ seruorũ iniuriis atq; insidiis macerari: agite causas matris vestræ, exerite eius amplissimam dignitatem: seruus malus non insultet dominæ. Hæreticus Arrianus non insultet Ecclesiæ. Lupus est, agnoscite: serpens est, eius capita conquassate. Blanditur, sed fallit: multa promittit, sed decipit. Venite, inquit, defendam: si necessitas est, pascam, si nuditas, vestiam, dabo pecuniam, statuam quid per singulos dies quisq; accipiat. O lupe male, o serpens inique, o serue nequissime, dominam calcas, veram matrem impugnas, Christũ exufflas, catholicum repabtizas, & quod est pessimũ, artis tuæ aliquos potentia præmis vt perdas, alios pecunia comparas vt occidas. Ergone hęretice ad hoc vestis nudum, vt expolies intus Christo vestitum? Ad hoc pascis esurientem, vt animæ auferas cibũ cœlestem? Ad hoc das pecuniã, vt sic tibi isti vẽdant Christũ rebaptizandũ quemadmodum Iudas Iudæis Christum crucifigendum? Pecunia tua tecũ sit in perditionem. Peiora hæretice facis quam quis fecit Iudæus. Ecce enim Iudæus etsi prædamnio cõparauit Christum occidendum, semel latus in cruce pendentis pupugit, sedtotum eius corpus integrum reseruauit, tu vero ad hoc eum quotidie comparas pecunia, vt sedentis in cœlo diuersa laceres membra. Vos aũt dilectissimi, qui ab initio vberibus sanctæ matris Ecclesiæ nutriti, vsque ad solidum cibum estis ab ea perducti, manete in ea. Si quis eius vel disciplinam, vel quãlibet admonitionem aspere tulit, & iratus abscesserit, agnoscat matrem, redeat ad eam libenter, & hæc suscipit quæ requirit, gaudebit filium perditum fuisse conuersum. Sed licet multum gaudeat filium perditum fuisse conuersum, stabilitatis dignitatem non quiescit prædicare secum permanentium filiorum. FINIS.

Sapiẽ. 9.
2. Cor. 12.

De eccleſie catholicę cõione & vnico baptiſmo. Ca. 13.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De symbolo ad catechumenos, Liber alius.

Demalorũ exclusiõe incipientibus necessaria, Ca. 1.

1. Cor. 3.
1. Pet. 2.

SAcramentum symboli quod accepistis, memorięq; mandatum pro vestra salute retinetis, nqueritis hoc esse fidei catholicæ fundamentum, super quod ædificium surrexit Ecclesiæ construtũ manibus Apostolorum & prophetarum. Aedificium. n. domus dei domus dei lapides sunt viui, quod estis vos. Ita. n. credẽtibus scribit Apostolus, Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? Sed & Apostolus Petrus alloquens fideles, Vos, inquit, tanquam lapides viui ędificamini in domum spiritalem. Quis-

quis huic ędificio coniungi desiderat, renunciet diabolo, pompis & angelis eius. Pompæ diaboli sunt quæq; illicita desideria quæ turpant, non quæ exornant animã, vt sunt desideria carnis, desideria oculorum, ambitiones seculi. Ad concupiscentiam carnis pertinent illecebrę voluptatum. Ad concupiscentiam oculorũ, nugacitas spectaculorum. Ad ambitionem seculi, insana superbia, vbi est fumus inflatus, vt homo positus in aliqua potestate, hoiem se esse non agnoscat cum de homine iudicat. Qui ergo vult mundum vincere, tria ista vincat quę sunt in mundo, & per hęc illum vincit etiam qui suadendo per superbiam decipit mundum. Postquam autem homo renunciabo diabolo excludit pessimum inuasorem, introducat optimum possessorem, credat introducũt optimum possessorem, credat in deum patrem omnipotentem &c. Magnum donum gratiæ credere & intelligere deũ. Sed quid Propheta dicit? Nisi credideritis, non intelligitis. Credamus ergo vt intelligamus, sed oremus vt mereamur videre quod credimus. Peccata enim & author peccati diabolus, seperauit animam a deo: & dum creatura secuta est seductorem suum, deseruit saluatorem, facta est ruina magna, & errauit anima vt pro vero deo coleret idola, & adoraret ipsa quę fecit, deserendo illum a quo facta est: adorando enim lapidem nullam habentem vitam, ipsa perit deserendo deum, qui est eius vera & æterna vita. Hinc error omnis & desertio bonorum, hinc cultus Paganorum & peruersitas hæreticorum, & errauerunt animę per diuersas voluptates & peruersas, vt alii colerent solem, alii lunam & stellas, alii montes, alii lapides, & quæq; virgulta, vt sibi quisque credidit inueniſſe, non adiutorem deum, sed deceptorem diabolum, atque ita per diuersa anima errauit a creatore suo, vt omne quod ei dederat deus ad seruitium, hoc illa coleret vt deum. Nonne oĩa propter hominem creata sunt? Legat quis scripturas sanctas, & inueniet deum dixisse homini, quem de limo terrę formauit, Crescite & multiplicamini, & replete terrã, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, & auium cœli, & pecorum terrę. Et paulo post, Ecce, inquit, dedi vobis omnia in vsum & ad escam. Eos autem qui scripturas sanctas legere nolunt, ipsa rerum natura, ipseq; mundus operibus famulatus sui, incredulos tua quadam voce cõuincit, & animam peruersam increpans dicit, Quid est misera q erras in me, & degener facta oblita es, a quo quanta creata sis, cui cœlum & terra tam pulchra domus nullis meritis præcedẽtibus cõstructa est? Respondent & singula quęq; elementa, clamantia, & ipsis suis operibus suum demonstrantia artificem: Clamat cœlum: non sum deus, nam si deus essem, nulla me nubilatio obumbrare potuisset, nec tenebræ succederent luci meę, sed lux integra, incorrupta, inuiolataq; mansisset sicut manet lux illa vera, quę ista lucem temporalem creauit in me propter te. Clamat & sol: quid me homo colis vt deum, quem uides ortu occasuq; concludi? Deus nec ortum habet nec occasum, sed tu illum deserẽdo magnũ incurristi casum. Sed consideras magnum atque mirabilem esse me: ego autẽ agnosco, habere super me, qui & me creauit & te: cum autem opera & splendores & calores me tibi deseruiant, quomodo me pro deo colendum ducis, nisi quia uerum deum colere nescis? Ita luna & stellæ istam similem profecerunt uocem, non uides, inquiunt, o homo spatium nos agere nocturnum, excludi luce, nec terminos transgredi constitutos, quos ad solatium quietis tuæ omnipotẽs artifex terminauit? Nõ sumus deus, Conuincimus falsitatem tuam seruiendo tibi ad pœnam tuam. Clamat mare, & omnia quę in eo sunt? Non sumus deus: Prębeo. n. vt mihi iussum est, famulatũ peruiũ, iter carinę susçipiens, motus congruos, flatus ventorum, dirigens gressus, ut ad portum desideratum etiam rapiente te auaritia, nulla interposita tarditate perducam. Animalia uero quę gignũtur ex me, tibi in escã donata esse cognoscis. Cum ergo per omnia agnoscam modulum meum, tu quare deseris ordinem tuũ, deserendo oium creatorem deum? Clamat terra: Ergone homo deitatis mihi nomen ascribis? ideo nõ agnoscis quid sim, quia oblitus es qui sis. Non agnoscis materiã tuam? Non agnoscis quia limum meũ es, ex me quidẽ formatum, sed nõ sicut ego animatum? Non agnoscis quia inter oĩa aialia quę ex me procreata sunt, tu solus sub deo pene mundi dominus cõstitutus es. Merito non intelligis, quia cũ in honore esses, nõ intellexisti, cõparatus es imminentis insipientibus, & similatus es illis. Nos aũt, dilectissimi, quibus donatum est credere, nec solem credamus deũ vel regem cœli, nec mare, aut ne-

De unitate dei & paganici erroris inductiua reprobatione. Ca. 2. Esa. 7.

Pſal. 48. De omnipotentia dei creato

ris visibi-
liū & inui-
sibilium.
Cap. 3.

1. Tim. 1.

Matt. 5.
Ioan. 1.

Psal. 12.

1. Cor. 13.

Esa. 7.

scio quem regem eius Neptunum, quem fingit vanitas, non veritas, nec terram & Plu
tonem, sed credamus in deum patrem omnipotentem, vniuersorum creatorem, regē
cœlorum. Qui. n. cuncta quia voluit de nihilo fecit, ipse regit quæ fecit. Immortales 244
isti quia nobis superius commemorati sunt, ideo dij non sunt, quia & cōprehendi & H
videri his oculis possunt: cęteros aūt quos vani vane colunt, Iouē, Saturnum, Martē,
Iunonem, Mineruam, Venerē, & cætera portenta non numina bona, sed numina ma-
la hoīes mortales fuisse, etiā eorum literæ clamant, qui talibus erroribus delectan-
tur. Nostræ autem sacrę literæ qualem deum prædicent, Paulum audite Apostolum,
Immortali, inqt, inuisibili, incorruptibili, soli deo honor & gloria. Non videtur deus
noster oculis carnis, sed videtur oculis cordis: non videtur ad tempus, sed videtur in
æternum. Sed dicit Paganus, Ostēde mihi quē, colis? Respondeo: Ego quidem habeo
etiam modo quem tibi ostendā, sed tu non habes oculos vnde videas. Beati. n. ait sal-
uator noster, mundo corde, qm ipsi deum videbunt. Cor immundum & tenebris pec
catorū obuolutū, deum quærit videre. Lux lucet in tenebris, sed tenebræ eā non com
prehenderunt. Nunquid quia cęcus non videt, ideo lux non lucet? Si nosses, o infide-
lis, dicere deo vero, Illumina oculos meos; videres nobiscū nunc per speculū in ænig
mate, vt posses videre facie ad faciem. Si ex operibus intelligeres artificē, ex creatura
conijceres creatorē. Si expauesceres in te, quia nō totū capis te, agnosceres deum qui
fecit te. Non. n. vides aīam tuam, cum oīa videat aīa tua per carnē tuam. At si vides 144
animā tuā, dic mihi qualis vel quanta sit, vtrum quadra an rotunda, vtrum lenis an I
aspera, vtrum calida an frigida, vtrū alicuius coloris an omni colore carens. Video
desecisti ostendere animam tuam qualis sit. Non potes. Ecce immortalis est anima
tua, & viuificat mortalem carnem tuam. Immortalem dico animam tuam ad vtrūq;
Si credit immortalis est ad vitam: si non credit, immortalis est ad pœnam. Credimus
ergo deum immortalem & inuisibilem, non illum quem vos infideles deum fingitis;
simul & adulterantem & tonantem, sed deum verū, totius mundi fabricatorem atq;
rectorem. Filium eius Iesum Christum olim promissum per Prophetas tenemus, qē
iam impletū esse cognoscimus. Sed ideo ēt hoc credere iubemur, quia quando factū
est, præsentes non fuimus, aderant tunc Iudęi, ex quorū gente ipse saluator Aposto-
los elegit, per quos ad nos fides ista peruenit. In ipsa aūt gente in qua & ex qua nasci
dignatus est, longe antea Esaias Propheta prædixerat, Ecce virgo in vtero concipiet
& pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur, nobiscum
deus: Et alio in loco, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: vir-
gam significans virginem Mariam, & florem virgæ, filium, virginis dominum Iesum
Christū. Iudæi antequā ista fierent, legebant, & non intelligebant. Cœperūt impleri
quæ promissa sunt, & nō gaudebāt, sed potius inuidebāt. Nascitur xps ex virgine si- 244
cut flos ex virga, sine vllo cōposito semine. Nascitur infans paruus, rex magnus. Pro- K
cedunt certa indicia & signa magna regis: pastoribus nunciant angeli: per stellam
velut per nouā linguā clamāt cęli. Adducūtur de lōginquo Magi, veniūt vt adorent
adhuc in pręsepi iacentem, sed iam in cœlo & in terra regnantem. Annunciantibus
Magis regem natum turbatur Herodes, & ne regnum perdat uult eum occidere, in
quem si crederet, & hic securus, & in illa uita sine fine regnaret. Herodes a Iudæis
ubi Christus nascatur inquirit. Quærunt simul non sicut Magi adorandum, sed in-
uentum necandum. Quid times Herodes quia audis regem natum? Non uenit ille
ut te excludat, sed ut diabolum uincat. Sed tu hæc non intelligens turbaris & sæuis:
& ut perdas unum quem quæris, per tot infantum mortes magnus efficeris crude-
lis. Non te ulla pietas plangentium matrum, aut lugentium patrum funera filio-
rum, non mugitus & gemitus reuocat infantum. Necas paruulos corpore, quia te
necat timor in corde: & putas si hoc quod cupis impleueris, diu te posse uiuere, cum
ipsam uitam quæras occidere. Ille autem fons gratiæ paruus & magnus, qui in præ-
sepi iacet thronum tuum terret: agit per te nescientem causas suas, & a captiuitate li-
berat diaboli animas. Suscipit filios inimicorum in numerum adoptatorum. Moriū-
tur paruuli pro Christo, nescientes parentes plangunt martyres morientes. Ille non
dum loquentes idoneos suos effecit testes. Ecce qūo regnat, q sic regnare uenerat. 244
Ecce iā liberat liberator, & salutē pstat saluator. Sed tu Herodes nescięs hoc, turbaris L

& sæuis, & dum contra paruulum sæuis, iam illi obsequium præbes, & nescis. Ille. n.
rex magnus qui ad hoc venit, vt per te & per alios suos congreget, tu illi prior ad re-
244 gnum cœlorum tot milia candidatorum infantum innumerabilem præmittis exerci
M tum. Hanc turbam Apocalypsis illa beati Ioannis Apostoli demonstrabat dicens, Vi- Apoc. 7.
di turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni tribu, stantes in conspe
ctu dei, & induti erant alba veste, & palmæ fuerunt in manibus eorum. O magnum
donum gratiæ: quibus eorum meritis præstitum est, vt sic vincerent infantes? Necdū
loquuntur, & Christum confitentur. Necdum motibus membrorum valent & susci-
pere pugnam, & victoriæ iam efferunt palmam. Quomodo regnas Herodes qui sic
vinceris? Paruus ille non te armatorū virorum fortium superauit manu, sed innume
rabili vicit turba morientium paruulorum. Vis nosse quid infantibus quos trucida-
sti præstiteris? Ideo acceleraſti ad eorum vitam, ne cum suis parentibus occiderent
veram vitam: hoc illo per te agente, qui nouit bene vti etiam malis tuis, illorum ani-
mas liberauit a parentum internecionis suæ societate, & te solum inanem reliquit in
scelere. Egit & agit gratia causas suas, & per inimicos suos, & per ipsos, & in ipsos: nā
& ipsi qui moriebantur, natura filij iræ erant sicut & cæteri. Sed quid eis præstitit gra
tia, nisi vt erueret eos de potestate tenebrarum? Pręstitit eis Christus vt pro Christo
morerentur, præstitit vt tuo sanguine ab originali peccato diluerentur. Nati sunt ad
mortem, sed continuo eos mors reddidit vitæ. Iisdem gradibus, dilectissimi, quibus
245 perierat humana natura, a Iesu Christo domino nostro reparata est. Adam superbus
A humilis Christus: per fœminam mors, p fœminā vita: per Heuam, interitus, per Ma-
riam salus. Illa corrupta secuta est seductorem, hæc integra peperit saluatorem. Illa
poculum a serpente propinatum libenter accepit & uiro tradidit, ex quo simul mere-
rentur occidi; hæc gratia cœlesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro mor-
tua posit resuscitari. Quis est qui hæc operatus est, nisi virginis filius & virginum
sponsus qui attulit matri fœcunditatem, sed non abstulit virginitatem? Quod contu
lit matri suæ, hoc donauit & sponsæ suæ. Deniq; sancta Ecclesia quæ illi integro in-
tegra coniuncta est, quotidie parit membra eius & virgo est. Crucifixum sub Pontio
Pilato & sepultum. Et hoc credimus, & ita credimus, vt inde gloriemur, Mihi. n. ait do
ctor gentium Apostolus Paulus, absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu xpi, p Gala. 6.
quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Et nos in hoc gloriemur, in hunc Rom. 7.
speremus, illi hæreamus, simul. n. vetus homo noster cum illo crucifixus est cruci: Rom. 11.
Nisi. n. crucifigeretur ille, mundus non redimeretur. Pœna illa salus est nostra. Quod Matt. 27.
Iudæus & gentilis detestatur, Christianus inde saluatur: [Sed quare Iudæus detesta- Ioan. 19.
245 tur?] quia sicut Apostolus dicit. Illorum delicto salus est gentibus. Quod delictum Ioan. 18.
B Iudæi commiserunt? Christum tenuerunt, vinctum Pilato tradiderunt, clamauerūt,
Crucifige, crucifige. Quare, quam ob causam? Qm suscitauit mortuum. Audit Pilat⁹,
inuenit innocentem, videt populum sæuientem, excusat & dicit, Ego in isto causam
non inuenio: accipite eum vos & crucifigite. Quando dicebat Pilatus, Ego in isto nō
inuenio causam, accipite eum vos: quid aliud dicebat, q̄ hoc, Ad iudicem quasi cum
reo venistis, sed innocentem legibus tradidistis, in quem nullum crimen probare va-
luistis? Non ero iustus si secundum desiderium vestrum innocentem occidero, ero ab
hoc facto, a vestra seditione alienus si eum vobis tradidero. Accipite eum, inquit, vos,
& secundum legem vestram iudicate. Et illi: Nos scimus, inquiunt, quia reus est mor
tis. Quid scit cæcus corde, non corpore? Clamat quod nescit, & vt impleat quod sæ-
uit, dicit se scire quod nescit. Iterum Pilatus audit Iesum, & responsis eius in metum
missus, consilium inuenit quomodo eum dimitteret. Egressus ad Iudęos dixit, Est Marci. 15.
consuetudo vt dimittam vobis vnum in pascha, vultis ego dimittam vobis regem
Iudæorum? Clamauerunt & dixerunt, Noli ipsum dimittere, sed Barrabbam.
Fuit autem Barrabbas, vt euangelista narrat, insignis latro. O cæcitas Iudæorum,
ò furia phreneticorum: Noli ipsum dimittere, sed Barrabbam: quid fuit aliud dicere,
245 q̄ occidatur Christus saluator, quia suscitauit mortuum: dimittatur latro vt iterum
C perpetret homicidium? Sed clamate. Quid clamatis nescientes? Occidatur a vobis
Christus, & redimantur gentes. Medicus autem ille animarum, qui vos videbat
phrenesi laborare, somnum salutis ingerebat, & ideo etiam ipse pro nobis dor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirē uolebat : tanquam diceret , Medicus ſum , infirmi eſtis : infirmitas ueſtra magna refugit ſomnum ſalutis . Ecce dormio propter uos, ut me uiſo dormire delectet & uos , & à pœnali morte liberemini uos. Sed illis & de illis hoc dicebat , quos credituros in ſe poſtmodum nouerat , & pro quibus in cruce pendens patrem rogabat dicens , Pater ignoſce illis , quia neſciunt quid faciunt. Inter eos erat ille phreneticus , prius Saulus , poſtea Paulus , prius ſuperbus , poſtea humilis , & ipſe phreneſi laborabat , ſomnum ſalutis repudiabat. Sed quid ei fecit medicus ? Proſtrauit ſæuientem, erexit credentem : proſtrauit perſecutorem, erexit prædicatorem. Proſtratus ad terram dormiuit phreneticus , ſurrexit , & factus eſt medicus. Cœpit in aliis curare morbum , quo ipſe laborabat , & effectus diſcipulus , cœleſtis archiatri antidotum bibit confectum ex ſanguine medici, prior ipſe bibit , & bibendum amatoribus propinauit . Hoc antidotum ex ſanguine crucifixi confectum, etiā ipſi reges terræ biberunt , & qui erant eccleſiæ perſecutores , eius facti ſunt defenſores . Sepulturam uero huius crucifici ſanctum indicat euangelium , ꝙ ſuſceptus ſit a Ioſeph , obuolutusq; linteaminibus , cum aromatibus poſitus ſit in monumēto nouo . Homo.n.nouus ſine ulla corruptione ex uirgine procreatus , in monumēto nouo poſitus eſt , in quo nondum quiſquam poſitus erat mortuus , ut ſanctitas uirginalis uteri in omnibus ornaretur ex conuenientia inuiolabilis ſepulcri . Tertia die a mortuis reſurrexit . Quamuis multi ſancti multa hinc ſenſerint atq; dixerint. Nam quidam uolentes tres dies & tres noctes uſq; in diem dominicum exprimere , a nocte præcedente ſextæ feriæ , & ipſam ſextam feriam concluſerunt in unum diem, & noctem ſabbathi & ſabbathum , & noctem dominici diei & ipſum diem reſurrectionis . Alij autem ab ipſa ſexta feria , & nocte , quæ medio die facta eſt, uoluerunt tres dies & tres noctes uſque in diem dominicum exponere , propter illam ſententiā domini in euangelio poſitam : Sicut . n. Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet eſſe filium hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus . Sed nos neutram eorum uacuantes ſententiam melius tamen, ſi placet , in his ſpiritalem requiramus intellectum , quomodo filius hominis fuerit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus : tres dies , tria tempora ſeculi ponentes , ante legem , ſub lege , ſub gratia : & tres noctes tres mortes , id eſt , tres mortuos quos ſuſcitauit dominus præſens in carne. Filiam archiſynagogi in domo, filium uiduæ foris in porta , & Lazarum quatriduanum de ſepulcro : Vnde.n.mors niſi per peccatum ? Et quid ſunt peccata, niſi magnæ tenebræ,quæ faciunt grauem noctem ? Ita ergo conueniunt ſibi , ut unus dies ſit ante legem , quando peccatum latebat , & huic antecedit nox illa , ꝙ puella mortua in domo iacebat, tanquā peccatum intra conſcientiam latebat . Secundus dies ſit ſub lege , quando dictum eſt homini , Non concupiſces : & peccatum proceſsit ad publicum : & hinc accedit nox illa, ꝙ filius uiduæ foris portam , tanquam peccatum animæ quod intus latebat, proceſsit ad publicum . Tertius dies ſit ſub gratia, quando iam plus peccat anima, quia ſcit uoluntatem domini ſui , & facit digna plagis , & ſupplantat plenitudinem gratiæ & merito peccatum iam putet : & hinc accedit nox illa mortis Lazari in ſepulcro iacentis , tanquam animæ peccatis obrutæ & fœtentis . In his tribus diebus & noctibus fuit Chriſtus in corde terræ , hoc eſt , iacuit fides Chriſti in cordibus eorum qui habitant in terra . Habent ergo animæ in his diebus & noctibus & præcepta legis & uoces penitentiæ, ut reſurgere poſsint cum Chriſto. Ad diem & noctem latentis peccati , lex illa eſt generalis , Quod tibi fieri non uis , alij ne feceris . Et uox penitentiæ eius eſt , Delicta iuuentutis & ignorantiæ meæ ne memor fueris . Ad ſequentem diem manifeſtati peccati , lex illa eſt, Non concupiſces. Et uox pœnitētiæ eius eſt , Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci . Ad tertium diem & noctem iam ſepultæ animæ conſuetudine peccati , lex illa eſt , Ecce ſanus factus es , iam noli peccare. Et uox penitentię eius eſt, Domine libera animam meam de morte. Et, Eduxiſti ab inferis animam meam . Per iſta tria tempora ueluti per tres dies reſurgunt animæ cum Chriſto , quibus dicitur per prophetam : Reſurgunt mortui , & exultabunt qui in monumentis ſunt , & exultabunt omnes qui ſunt ſuper terram. Et quibus per Apoſtolum dicitur , Surge qui dormis , & exurge a mortuis , & illumi-

Luc. 13.

Acto. 9.

De xpi honorifica ſepultura & reſurrectione a mortuis tertia die in myſterio. Ca. 6.

Mat. 12.

Mat. 9.
Luc. 7.
Ioan. 11.

Exod 20.

Exod . 20.
Pſal. 50.

Ioan. 5.

Epheſ. 5.

Coloſ. 3.

nabit tē xps. Etiā reſurgentibus, hoc eſt, a peccatis liberatis dicit, Si conſurrexiſtis cū xpo, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi xps eſt ad dexteram dei ſedens, quia dns Ieſus reſurgens a mortuis, aſſumptus eſt in cœlos, & ſedet ad dexteram patris. Quis eſt qui
245 H ſedet ad dexteram patris? Homo xps: nam inquantū deus, ſemper cum patre & ex pre, & qn ad nos proceſsit, a patre non receſsit: Hoc eſt. n. eſſe deum, vbiq; eſſe totum. Totus ergo filius ad patrem, totus in cœlo, totus in terra, totus in vtero virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiſo quo latronem introduxit. Non per diuerſa tempora vel loca dicimus vbiq; eſſe totum, vt modo ibi totus ſit, & alio tempore alibi totus, ſed vt ſemper vbiq; ſit totus. Si. n. deus hoc præſtitit huic luci, quæ videtur noſtris aſpectibus, vt ſimul tota vbiq; ſit: Neq;. n. qn hic eſt in Oriente, vel in alijs partibus terrarum non eſt, ſed vbiq; tota eſt, & in omnibus tota eſt, & oīum oculos ſatiat, & ipſa integra perſeuerat. Si hoc poteſt creatura, quāto amplius ipſe creator? Sed hoc ꝙ filius dicitur ſedere ad dexteram patris, demonſtratur ꝙ ipſe hō quē ſuſcepit xps, poteſtatem acceperit iudicantis. Inde. n. venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Aduentum eius, liber indicat Actuum Apoſtolorum. Poſtea. n. quā a mortuis reſurrexit, conuerſatus eſt cum diſcipulis ſuis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, intrans & exiens, manducans & bibens: non ꝙ haberet infirmitatem, ſed vt doceret veritatem. Quadrageſimo die ipſis videntibus & quodammodo in cœlum oculis deducentibus, aſtiterunt illis duo viri in veſte alba, qui dixerunt eis: Viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cęlum? Iſte Ieſus qui aſſumptus eſt in cœlum à vobis, ſic veniet quē-
245 I admodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Veniet ergo , fratres mei , veniet ille qui prius venit occultus, veniet in poteſtate manifeſtus. Ille, qui iudicatus eſt, veniet iudicaturus. Ille, qui ſtetit ante hominem, iudicaturus eſt oēm hominem. Deus manifeſte veniet. Quid eſt deus manifeſte veniet? Non ſicut prius hō humilis, ſed ſicut deus homo maieſtate ſublimis, & iudicabit. Q uō iudicabit? Non. n. vt iudex terrenus quęſiturus eſt teſtes vt te conuincat, aut veritatem per tormenta requiſiturus eſt vt confeſſum puniat, cum ſedeat iudex ipſa iuſtitia, & teſtis ſibi ſit mala conſcientia. Ille iudex, dilectiſsimi, nec gratia præuenitur, nec miſericordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec ſatisfactione mitigatur . Hic dum tempus eſt, quicquid poteſt aīa agat pro ſe, vbi locus eſt miſericordiæ: Nam ibi quid pro ſe agat non habebit, quia iuſtitiæ ſolius locus erit, Hic agat anima pœnitentiam, vt ille poſsit mutare ſniam : hic det panem, vt accipiat poſtmodum ſalutem: hic faciat miſericordiam, vt ibi inueniat indulgentiam. Credimus in ſpiritum ſanctum. Spiritum ſanctum deum dicimus, nec tamen dicimus patrem & filium & ſpiritum ſanctum tres deos , ſed vnum : quia vna eſt æternitas, vna maieſtas, vna poteſtas, Pater non eſt filius, ſed pater eſt filij : Filius non eſt pater, ſed filius eſt patris: Spiritus ſanctus nec pater eſt, nec filius, ſed ſpiritus
245 K eſt patris & filij, tres perſonę, ſed vnus deus. Quomodo, inquit, tres nominas & vnum dicis? Oſtende hoc aut ratione, aut aliqua ſimilitudine, per quam intelligi poſsit, qd-nam illud ſit. Quæ ratio, aut quæ ſimilitudo illi rei inuiſibili comparari poteſt? Det tamen veniam eiuſdem maieſtas , quia aliquam ſimilitudinem quæ occurrit ex eius creatura ponit noſtra infirmitas , per quam intelligere poſsit veſtra charitas. Niſi. n. permitteret, quis noſtrum de eius diuinitate loqui auderet? Non vacat, ꝙ omnis creatura ſubiecta ſit creatori, in nulla tamen alia ſpecie voluit apparere deus nī quam in igne: Nā & ſancto Moyſi in rubo in flāma apparuit, & filijs Iſrael ducatum in colūna ignis præbuit , & ſuper diſcipulos congregatos donū ſpiritus ſancti in linguis igneis effudit. Habet. n. hoc elementum magnum ſacramentum, per quod exerceat quęrentis ingenium. Ecce in igne tria quædam conſpicimus, lumen, ignis ſplendorem & calorem, & cum ſint tria vnum lumen eſt, ſimul exurgunt, ſimulq; conſiſtunt, Nec ignis præcedit ſplendorem, nec ſplendor calorem, & hæc non confuſe vnum ſunt , nec diſiuncte tria, ſed cum vnum ſint tria ſunt, ſimul operantur, & cum inſeparabiliter operantur, aliud igni tribuitur , aliud ſplendori , aliud calori : Nam cum ad ignem refers viſionem , ibi operantur & ſplendor & calor : & cum ad ſplendorem refers illu-
245 L minationem, ſimul operatur & ignis & calor : cum vero ad calorem refers calefactionem , ſimul operatur ignis & calor & ſplendor . Ita cum dicitur , quōd deus fecerit mundum, intelligitur pater cum filio, & per filium, & cum ſpiritu ſancto. Et cum di-

De xpi glorioſa aſcēſione, Cap. 7.

De aduentu xpi iudicaturi. Cap. 8.
Acto. 1.

Pſal. 49.

De ſpūſ. ſancti figuratiuis miſsionibus. Cap. 9.

Exod. 3.
Exod. 13.
Acto. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cimus filium pro nobis passum, intelligimus passionem filii operatum fuisse & prẽm
& filiũ & spiritũ sanctũ. Et cũ remissio peccatorum tribuitur spiritui sctõ, intelligi-
mus totam trinitatem etiam hoc donum inseparabiliter operari. Hæc propter hære- 246
ticos Arrhianos, vel alios qui aliter de deo sentiunt quam dignum est, dicta sunt ve M
strę charitati. Cæterum illud quod est ineffabile & incõprehensibile, nec verbis an-
De peccatorum remissione & carnis resurrectiõe Cap. 10. gelicis explicari põt, quãto magis humanis. Remissionem peccatorum. Oĩa prorsus
delicta delet sanctũ baptisma, & originalia & propria: dicta, facta, cogitata, cognita, in
cognita oĩa dimittuntur. Innouat hoiem qui fecit hoiem, donat delicta q no quærit
merita, præuenit gratia etiam ipsam infantiam, vt sint liberi per xp̃m liberati, qui in
Adam a diabolo tenebãtur ante captiui. Carnis resurrectionẽ. Ois spes fidei nostræ
hæc est, qm̃ resuscitabimur. Oẽs quidẽ resurgimus, ait Apostolus, sed non oẽs immu
1. Cor. 15. tabimur. Resurgẽt boni, resurgent mali, sed boni, vt sempiterna beatitudine perfruã
tur mali, vt perpetuo igne puniantur. Ibi discernetur fidelis ab infideli, vt accipiat fi
des præmium, & perfidia supplicii obtineat locum. Nec sibi frustra blandiantur in-
Psal. 1. creduli, qui audiunt in Psalmo Nõ resurgunt impii in iudicio. In iudicio dictũ est, id
est, non vt iudicentur resurgent, quia per infidelitatẽ olim iã dannati sunt scdm illã
Ioan. 3. sententiã dñicam, Qui non credit, iã iudicatus est. Apostolus autẽ, vt tolleret de cor-
dibus infidelium oẽm dubitationẽ, seminãtis proposuit similitudinẽ, & ait, Stulte, tu
1. Cor. 15. quid seminas non viuificatur nisi prius moriatur. Quid autẽ fiat in semine, puto ne 246
minem vestrum ignorare, quemadmodum grana triturata, purgata, recondita profe A
rantur, proiiciantur, obruãtur. Nisi enim esset messis fertilitas nota, ista crederentur
insana. Attamen cum obruuntur & ab oculis dimittuntur, sub terra mortua iacent.
Iam si curiositas exigat & videre antequam pluuia descẽdat, videt putrefactum atq;
corruptum quod dimiserat integrum, ac si spes messis desit, dolor cor vrit, perdidisse
se credit quod reconditum habuit. Cum aũt pluuia aduenerit, qũo delectat respicere
herbã virentẽ, calamũ surgentẽ, ad nodos perueniẽtẽ, culmũ producentem, spicas
proferentem. Delectatne videre quod mortuum iacebat sic reuixisse? Sed nõ sibi as-
signet terra fertilitatẽ, qm̃ dominus dat suauitatem. Si enim pluuia desuper non de-
scendat, etiam terra bona non spicas, sed profert spinas, quę igni tradũtur, non quæ
horreo recondantur. Similiter & terra nostra, hoc est, caro nostra, siue hic, siue ibi, nõ
sibi assignet merita, sed agnoscat etiã illic accepturam se gratiam pro gratia. In vitã
De vita ę- eternam. Bonũ oẽ illud, qđ resuscitabimur, qđ a peccatis liberabimur, sempiternũ
terna & ec desię com munione. Cap. 11. erit, & ideo bonum sempiternum erit, quia in æterna vita manebit. Quod sit autem
illud bonũ, qđ promittit deus sanctis suis, quis explicet verbis suis? Facilius tamen
possumus dicere in illa vita æterna quid ibi nõ sit, q̃ quid ibi sit. Nõ est ibi mors non 246
est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla sitis, nul- B
lus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœstitia, nulla tristitia. Ecce dixi-
mus quid ibi non sit. Quid aũt ibi sit vultis nosse? Hoc nec oculus vidit, nec auris au
diuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Si in cor ho-
minis, non ascendit, cor hominis illuc adscendat, Mundetur cor ab omni immundi-
tia, vt possit portare deũ, qui est vera sempiternaq; iustitia, Manet. n. deus in corde cre
dentis, & se diligẽtis, & manat homo in deo, id est, in ęterna uita, quod est præmium
deũ amãtis. Nec amare, nec diligere quis põt, qui in Ecclesia eius nõ est: qm̃ omnis,
qui præter illam est, nec cum deo est, qui vita ętterna est. Ideo sacramenti huius con-
clusio per Ecclesiam terminatur, quia ipsa est mater fœcunda, integra & casta, vbiq;
diffusa, quæ filios deo spiritaliter parit, quæ paruulos lacte verborum eius spiritali-
ter nutrit, quę pueros sapientiã docet, quę adolescentes a luxuria atq; impudicitia
sua sctã castitate custodit, quæ iuuenes robore ũirtutis cõtra diabolũ armat, quæ se-
nes prudentiã docet, quæ seniores ætate prouectos venerabiles facit. Per hãc iuue-
nes & virgines, seniores cum iunioribus, ætas omnis & vterq; sexus laudent nomen
domini. Hæc errantes filios reuocat, mortuos grauiter dolet, secũ perseuerantes in-
deficienter pascit. Hanc dilectissimi, amemus omnes, tali matri sic amant, sic pros- 246
picienti, sic consulenti inseparabiliter inhęreamus, vt simul cum illa & per illam deo C
patri coniungi perpetuo mereamur.

FINIS.

DIVI AVRELII VVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De symbolo ad catechumenos, Liber alius.

246 D

DVM per sacratissimum crucis signum vos suscepit in vtero sancta mater Ecclesia, quæ sicut & fratres vestros cum summa lætitia spiritaliter pariet noua proles futura tantæ matris quousque per lauacrum sanctum regeneratos veræ luci restituat, congruis alimentis eos, quos portat, pascat in vtero, & ad diem partus sui læ- De mysteriis catechismi, & diabolicarum põ parum renũciatiõe de cætero nõ resumendarum. Ca. 1.
tos ęta perducat: quoniam non tenetur hac sententia: Væ quę in
tristitia & gemitu parit filios, nec ipsos gaudentes, sed potius flen
tes, hęc soluit quod illa ligauerat, vt prolem, quam per inobedientiam sui morti do-
145 nauit, hæc per obedientiam restituat vitæ. Omnia sacramenta, quę acta sunt & agun
E tur in vobis per ministerium seruorum dei, exorcismis, orationibus, canticis spirita
libus, insufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicum, humilitate pedum, pauor ipse
omni securitate appetendus, hęc omnia, vt dixi, escæ sunt, quæ vos reficiunt in vtero
vt renatos ex baptismo hilares vos exhibeat mater Christo. Accepistis & symbolum
protectionem parturientis contra venena serpentis: In Apocalypsi Ioannis apostoli
scriptum est hoc, q draco in conspectu mulieris quæ paritura erat, vt cum pe- Apoc. 2.
perisset, natum eius comederet. Draconem diabolum esse nullus vestrum ignorat.
Mulierem illam virginem Mariam significasse, quæ caput nostrum, integra integrũ
peperit, quæ etiam ipsa figuram in se sanctę Ecclesię demonstrauit, vt quomodo fi-
lium pariens virgo permansit, ita & hęc omni tempore membra eius pariat, & virgi-
nitatem non amittat. Ipsas sententias sacratissimi symboli adiuuante domino expo
nendas suscipimus, & quid singulę contineant, vestris sensibus intimemus. Parata
sunt corda vestra quia exclusus est inimicus de cordibus vestris. Mundata est domus Luc. 11.
non remaneat inanis, ne cum vacuam desertor inuenerit, adducat secum alios septẽ
nequiores se, & efficiantur hominis illius posteriora, vt euangelium loquitur, peio-
ra prioribus, Mox cum exclusus fuerit pessimus inuasor, introducatur optimus pos-
sessor. Quis est inuasor? Diabolus, Quid inuasit? Hominem, quẽ non fecit, insuper
246 decepit. Promisit ei immortalitatem, & propinauit iniquitatem. Huic vos renunciare Gene. 3.
F professi estis, in qua professione non hominibus, sed deo & angelis eius conscriben-
tibus dixistis, renũcio. Renunciate non solum vocibus, sed etiam moribus, non tan-
ciantibus. Scitote, vos cum callido, antiquo & ueternoso inimico suscepisse certamẽ,
non in vobis post renunciationem inueniat opera sua, non iure uos attrahat in ser-
uitutem suam. Deprehẽderis enim & detegeris Christiane, quãdo aliud agis & aliud
profiteris: fidelis in nomine, aliud demonstras in opere, non tenens promissionis tuę
fidem, modo ingrediens Ecclesiam orationes fundere, post modicum in spectaculis
cum histrionibus impudice clamare. Quid tibi cum pompis diaboli, quibus renun
ciasti? Vt quid claudicatis ambobus inguinibus? Si deus est, ite post illum: si mun- 3. Reg. 18.
dus est, ite post illum, si deus eligitur, seruiatur illi secundum ipsius voluntatem: si
mundus eligitur, vt quid fictum cor quasi deo accommodatur? Quisquis contẽpto
deo sequeris mundum, & ipse te deserit mundus. Non vis bonus implere voluntatẽ
dei, & de te malo impletur voluntas dei. Sequere adhuc quantum potes fugitiuum,
& si potes apprehende eum, tene eum: sed uideo, non potes, fallis te. Ille enim labiles
motus suos torrentis ictu percurrens, dum te videt inhærentem sibi & tentem se, ad
246 hoc te rapit non vt saluet, sed vt perdat te. Quid tibi cum pompis diaboli amator
G Christi: Noli te fallere, odit enim tales deus, nec inter suos deputat professores, quos
cernit viæ suę desertores. Ecce ruinosus est mundus, ecce tantis calamitatibus reple

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis dominus mundum ecce amarus est mundus,& sic amatur, quid faceremus si dul
cis esset ? O munde immunde, teneri uis periens, quid faceres si maneres ? Quem 246
non deciperes dulcis,si amarus alimenta mentiris ? Vultis dilectissimi,non inhære- H
re mundo,eligite amare creatorem mundi, & renunciate pompis mundanis, quibus
De fide & princeps est diabolus cum angelis suis. Credite, Sic crede, ut desideres uidere qđ
fructibus credis. Dicit aliquis: Ecce credo,& desidero uidere quod credo, utinam mihi osten-
eius, & dei deretur,ut fides mea ipsa uisione lætaretur, Si nunc uideres, non crederes : ideo cre-
cognitio- dis,quia non uides,sed ita crede ut uideas. Fides,opus est,uisio dei,merces est. Præ-
ne quali- poste re uis accipere mercedem, qui non laborasti in opere. Nonne omni operanti
ter conse- penes te, recte a te merces non datur, nisi opus perficiatur ? Quod agis cum seruo
quenda, tuo,hoc pete a domino deo tuo. Tibi confert, quòd per fidem te exercet differen-
Cap.II. do uisionem suam: commendat donum suum,non negat, ut amplius desideres dila-
tum,ne uilescat cito datum. Nec tamen te deserit, qui utiliter nunc uisionem suam
subtrahit. Oculi tui eum non capiunt. Cæterum ipse te omni tempore attendet,
adhibe oculos fidei. Nonne faciem respicis eius,cum in eius unigenito filio credis ?
Nonne manus eius uides cum uniuersam creaturam attendis. Nonne os eius audis,
quando præcepta eius recitari aduertis ? Orationem quomodo fundis, nisi scias te
Psal.33. ad illum peruenire,de quo dicit Propheta, Ecce oculi domini super iustos, & aures
eius ad preces eorum? Si autem & pedes eius quæris nosse,audi quos uoluit esse pe- 246
Esa.52. des suos. Quàm speciosi pedes, inquit, eorum qui annunciant pacem, qui annun- I
ciant bona. Conscripsimus membra, sed non his membris humanis continetur
deus,quoniam non est in loco, sed ubiq; totus est. Diximus secundum modum in-
telligentiæ humanæ, non secundum ineffabilem uirtutem maiestatis diuinæ. Vis
nosse qualis sit,uide facturam,& intelliges factorem : perscrutare quæ fecit,& intel-
2.Par.6. liges eum,qui omnia creauit, Ecce ait deo Propheta, Cœli cœlorum non te capiunt.
Et quem non capiunt spatia cœlorum, capiunt angustiæ cordis humani, ipso dicen-
Ioan.14. te : Inambulabo in illis & inhabitabo? Et dominus Iesus, Qui me diligit,diligetur
a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, & ueniemus ad eum,
& mansionem apud eum faciemus. Ecce qualem te fecit omnipotens qui te crea-
uit. Agnosce te prius quis sis,& cognosces qui te fecit quis sit. Rex terrenus, ideo
mortalis,quia uisibilis : rex cœlestis immortalis quia inuisibilis. Rex terrenus cum
nihil creauerit, omnia tamen in potestate accepit : & non credis regem qui omnia
creauit,quòd cuncta gubernet & regat ? Quomodo, inquis, cuncta gubernat & re-
git? ecce tanta mala fiunt in mundo,& non iudicat. O homo,ideo negas eius poten-
tiam, quia magnam ille exhibet patientiam ? Peccantem quidem impunitum non
dimittit, seruat eum, aut pœnitendo corrigendum, aut ultimo iudicio puniendum. 246
Crede mihi o tu quisquis es,qui de malis quereris, quoniam omnes mali sumus. Si K
ut uis, deus malis statim retribueret mala, nullus remaneret qui de alio murmura-
ret. Sed ideo ille rex magnus,qui nouit quomodo regat quod creauit,non implet uo
luntates peruersas, sed suam perficit rectam, ut te doceat patientiam suam. Non tu
deum uelis conuertere ad furias tuas: regat te, qui fecit te: nam si uolueris regi a te,
statim cades per te. Tandiu primus homo ille stetit quamdiu deo adhæsit, dimittit,
& dimissus est: uoluit probare uires suas,& inuenit miserias & nostras & suas. Quam
Psalm. 54. bonum illi esset si hoc faceret quod Psalmus admonet, Iacta in domino curam tuam,
1.Timo.6. & ipse te enutriet. Si tunc ille homo noluit esse cautus,nunc homo caueat uel exper
De uisione tus. Confiteamur, intelligamus habere nos regem immortalem & inuisibilem,
dei qualis quem nemo hominum uidit, nec uidere his oculis potest : Apostoli hæc uerba
possibilis sunt. Si nemo hominum uidet, quomodo locutus est cum Moyse os ad os, sicut
Cap.III. quis loquitur ad amicum suum ? Irruit quæstio non parua. Ait enim domi-
Exod.33. nus, Non quomodo cum alijs per ænigmata, ita loquar ad Moysem famulum 246
meum, sed os ad os loquar illi. Et subiunxit scriptura,quæ supra diximus : quo- L
niam loquebatur Moyses cum deo os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum.
Si os loquebatur cum eo , & uidebat eum , quomodo uerum est illud apostо-
licum , quod deum nemo uidit unquam , nec uidere potest? Si autem uide-
Ioan.1.& bat eum Moyses, quid est quod idem ipse post paululum pro magno petit, &

dicit ; Si inueni gratiam ante te, ostende mihi faciem tuam ? Et dominus illi, 1.Tim.6.
Facies quidem mea non videbitur tibi : non enim uidebit quis faciem meam & ui-
247 uet. Vbi est illud quod videbat, & si uidebat, cur desiderabat uidere quod uide-
M bat [Aut quomodo illi negabatur id quod iam demonstrabatur ? Exercet inge-
nium quærentis. Videbat Moyses deum non oculis corporeis,sed oculis mentis . Et
quia lux illa perpetua,quod deus est,plus eum q̃ cæteros illustrauerat, ideo dictum
est: Os ad os loquebatur illi: ac si diceretur,plus omnibus manifestatus elt illi. In eo
autẽ quod dictũ est: non enim quis poterit videre faciem meam & viuere: ostensum
est neminem his oculis corporeis deum posse videre. Quid autem concessum sit fide
lissimo famulo dei Moysi, ne tam magnum eius desiderium in omnibus frustrare-
tur,debet nosse charitas vestra. Dictum est illi a domino,sicut eadem scriptura nar-
rat: Vade,ascende super petram in Horeb,& sta ibi , & transiet claritas mea ante te , &
posteriora mea videbis,facies autem mea non uidebitur tibi. Ne forte surrepat per-
uersus intellectus,aut hæreticus sensus, & putet quis deum esse corporeum , uigilet
pia fides & catholica doctrina. Mysticis enim figuris loquitur scriptura diuina , ser-
uans rebus tempora, quibus recognitis manifesta exerceat veritate: quoniã nec hoc
uacat a misterio,quod in monte Horeb super petram iussus est ascendere Moyses,&
stare. Ipsa est illa petra,quæ percussa produxit aquas populo sitiẽti: de qua dicit san-
247 ctus Dauid, Dirupit petram,& fluxerunt aquæ. Apostolus autem exponens hoc,ait,
A Patres nostri escam spiritalem manducauerunt , & eundem potum spiritalem bibe- Exod. 17.
runt: Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: Petra autem erat Christus. Psal.77 .
Ipsa sunt illa posteriora dei, Christus dei. Hoc vidit Moyses prophetando quod Pau 1. Cor. 10.
lus exponit dicendo, Cum uenit,inquit,plenitudo temporis , misit deus filius suum Gal 4.
factum ex muliere. Mulierem hic ponit,consuetudinẽ seruans locutionis Hebraicę, Appellatio
quę omnes fœminas mulieres appellat: Nam scriptum est, Seruate mulieres quę nõ- ne mulie-
dum cognouerunt uirum. Et de ipsa Heua dictum est, Formauit eam in mulierẽ: an- ris intelli-
tequàm illam viro coniungeret , eam mulierem appellauit. Fides autem & veritas gitur etiã
hoc prædicat,q̃ Christus sit natus ex virgine. Sic accepistis , sic vos credere dixistis. virgo ĩ scri
Credo,hæc natiuitas dei & hominis facta est causa hominis,ut sublimis illa maiestas pturis.
procedens ex corde patris,insunderet se in utero matris. Causa exegit pietatis,ut ho Num. 21.
mo inueniretur perditus,& deo patri per mediatorem restitueretur inuentus. Mira Gene. 2.
tamen hæc natiuitas secunda,fratres dilectissimi. Cæterum illam primam,qua de pa De duplici
tre natus est sine aliqua matre,quis enarrabit? Si hanc non possumus explicare, illã filii dei na-
247 quando valemus vel inchoare? Si hæc ita nos exercet,ut fidei det locum,illam quan tiuitate , &
B do attingimus,quam nec corda potuerunt comprehendere prophetarum? De hac ta de Magorũ
men secunda mira & ineffabili dicamus aliquid quod factum est pro nobis , ut ver- adoratione
bum caro fieret,& habitaret in nobis. Quis enim non expauescat cum audit deũ na- Cap.4.
tum? Audis nascentem,uide in ipso ortu miracula faciẽtem, aluus tumescit virginis, Ioan.1.
claustrum pudoris permanet,impletur vterus matris sine vllo complexu patris,sen-
tit prolem quæ se ignorabat coniugem,angelus ad virginem loquitur , a virgine cor
præparatur, Christus fide concipitur. Miraris hęc? Adhuc mirare. Parit mater, & vir-
go fœta & in tacta: nascitur filius sine homine patre , qui fecit & ipsam matrem : fa-
ctor omnium fit inter omnia , portatur manibus matris rector totius orbis , lambit
vbera regens sydera, tacet & verbum est. Necdum per linguam se demonstrabat qui is
esset,& vniuersa creatura suum natum indicat creatorem. Angeli pastoribus annun
ciant, stella Magos inuitat, rusticitas pastorum admonitione exigitur angelorũ , cu- Luc.2.
riositas Magorum instructa est lingua cœlorum, Magi Iudæorum regem prædicant,
Iudęi abnegant. Illi quærunt adorare, isti quærunt occidere. Dicunt Magi Herodi re Mat.2.
gi quem quærunt natum regem, dicunt Iudæi ex qua ciuitate Christus surgat regna
re: vtrique prędicant , vtrique confitentur , sed illi aliter, isti aliter. Illi, vt inuentus
adoretur , isti ut captus necetur . O Iudæi ad hoc ferentes in manibus lucer-
247 nam legis , vt aliis viam demonstraretis , & vobis tenebras ingeratis ? Ecce Ma-
C gi primitiæ gentium Christo offerunt munera, non solum aurum, thus & myr-
ram, verumetiam animas suas : & vos repudiat iniquitas propria, ut illum qui
uos venit obligatos liberare, dementes effecti eum quæratis occidere . Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis profuit, quòd prodidistis Herodi, vbi Christus nasceretur? Nonne vos
læsistis, quàm Christo aliquid nocuistis? Audiens enim ille a vobis vbi Christus
natus posset inueniri, vestræ gentis infantes continuo præcepit occidi. Sęuit Hæro 247
des, vt inter multos perdat vnum, & plurimos necando se efficit reum, nec occidit, C
quem quærit hominem deum, O Herodes, magna tua iniquitas, & infantes necas, &
tuę nequitiæ testes cumulas, & Christus a te non inuenitur, quia nondum venit eius
hora vt patiatur. Teneris quidem persecutor Christi & reus mortis eius nihil agendo
in ipso. Sed dum multa agis contra ipsum, perdidisti teipsum. Quid mẽtuis talem re-
gem, qui sic, venit regnare, vt te nolit excludere? Quem quæris, rex regum est, si vel-
les securus obtinere tuum regnum, ipsi supplicares, vt ab illo acciperes sempiternũ.
Regnet Christus quomodovenit regnare, suscipiat credentes, irrideat persequentes,
faciat certantes, adiuuet laborantes, coronet vincentes, donet sanctitatem, amet casti
tatem, remuneret virginitatem. Gaudete virgines sanctæ, virgo peperit Christum:
non vos contristet sterilitas, quarum fides magna est fœcunditas. Nec dolearis non
vos esse matres, quę spiritaliter generatis, virgines permanetis, filios suscipitis, inte-
gritatem non amittitetis. Accepistis ab illis nomen maternum, & decus castitatis, in
vos permaneat sempiternum. Amate quod estis, seruate quod accepistis, imitamini
fideles matrem capitis vestri, sponsi vestri: non vobis denegauit pignora qui natus 247
est de virgine Maria. Quod tantæ matri contulit, & in sua carne seruauit, hoc etiam D
vobis donauit virgo mater sancta caro Christi, ab omni contagione integra. Sed nec
ipsa caro eius sterilis fuit, dum per eam prædicando spiritales filios regenerauit ad
vitam, & post passionem per totum mundum fructificauit occisa. Crucifixi, ex hoc
De crucifi- xionis xpi vtilitate, & aliis passio ne xpi com comitatib° Cap. 5. omni libertate assumpta, fiduciam sui anima capiat Christiana. Non enim erube-
scere debet in crucifixum se credidisse Christum. Crux illa fidelibus non est oppro-
brium, sed triumphus: crux illa vexillum nostrum est contra aduersarium diabolũ:
pugnauit enim rex noster pro nobis contra aduersarium nostrum. Aduersarius dia-
bolus noster mortem minando terrebat, sed Christus æternam vitam promittebat.
Aduersarius diabolus carnem perempturam esse dicebat, rex autem noster, vt doce-
ret quomodo eius exercitus vinceret, in se demonstrauit mortem corporis non esse
timendam, dum prior ipse pro omnibus dignatus est mori, ne eius exercitus a diabo-
lo in anima possit occidi. Hoc agebat in illo prælio diabolus, si sibi consentiretur,
animas perdere cupiebat, & corporibus salutem promittebat, Christus mori docebat
ad tempus, & animam & corpus viuere in æternum. Ille dicebat, si mihi cõsenseritis,
dabo vitam istam temporalem: Christus dicebat, si a me non discesseritis, nec tempo-
ralem perditis, & æternam accipietis. Diabolus dicebat, nolite perdere istam lucem: 247
Christus dicebat, ego qui feci & istam, dabo meliorem, quod ille promittit, ait Chri- E
stus noster, in potestate dare non habet, & hęc lux mea est, & hęc vita a me creata est,
sed illa propter quã docendam veni, multo excellentior & melior est. ¶Transite a bo-
no ad melius, ne diabolo consentiendo remaneatis in peius. In hoc tam magno certa
mine dum diabolus captiuat, Christus liberat, diabolus decepit, Christus redemit,
diabolus occidit, Christus restituit. Inter hæc omnia ipsum regem nostrum aduersa-
rius diabolus existimauit carne perimendum, tanquam capite prostrato cætera sibi
membra facilius subiugaret, falsusq; in hoc quod videbat, deum latere in carne mini
me cogitabat: insscius tanti sacramenti, quòd ille mediator esset, & ita tentare deum
in homine, vt hominem coniungeret deo, occidit quasi potentem hominem defendẽ
tem homines, & sensit deum liberantem omnes, quos creauerat, homines. Denique
in passione ipsa videt spectaculum tanti certaminis, armatur Iudas vt precio vẽdat
magistrum, & qui erat in numero discipulorum, fit particeps consilii Iudæorum, dat
osculum falsum, in quo erat nequitiæ signum, fingit pacem plenus malitia in corde,
excitantur Iudæi, veniunt cum facibus, laternis & armis, quærunt multi vnũ, & ve-
niunt filii tenebrarum, ferentes in manibus lucem per quam illam veram aliis de-
Ioan. 18. monstrarent, quam ipsi cæcati corde non poterant retinere. Dominus autem Iesus 247
sciens omnia quę uentura erant super se: non enim aliquid ignorabat, qui ad hoc ve- F
nerat, egressus est ad eos, & ait illis, Quem quæritis? At illi: Iesum Nazarenum. Ait
illis, Ego sum. Quando autem illis dixit, ego sum, abierunt retro & ceciderũt in ter-
ram.

ram. Eccè radius ueræ lucis latens adhuc sub nube carnis, respexit tenebras, & pro-
strauit ad terram. Quomode tunc Iudæi audebunt illam respicere claritatem, quã-
do istam infirmitatem tolerare minime potuerunt? Sed, vt impleret propter quod ve
nerat exurgunt rursus tenebrę, dat eis potestatem, capiunt tenebræ lucem, non se-
quendam, sed occidendam, permittit se lux ab eis teneri, duci, suspendi, occidi, vt ex-
poliatus nube carnis, fulgorem redderet maiestatis. Quæ tandem acta sunt in illo
certamine? Quam fortiores sibi esse videbantur ministri diaboli, dum fremerent den
tibus, dentibus, dum irriderent, dum caput agitarent, dum spineam coronam impo-
nerent, dum uestimenta eius conscinderent, dum viderent pendentem illum, quem
247 viderant miracula facientem, dum fel & acetũ darent, dum lancea perfoderent. Qua-
H lis uox veluti victoriæ eorum fuit dicentium, Si filius dei est, descendat de cruce. Sed
hoc ille per eos clamabat, qui patientiam Christo auferre cupiebat, ut excitatus in-
sultationibus Iudæorum, demonstraret potentiam, sed perderet patientiam. Ille au- IMat. 27.
tem rex fortis & singulare consilium, per quod nascitur & regitur omne sanum con-
silium vtranque aciem respiciebat, vtranque aciem seruabat, & patientiæ & poten-
tiæ, & quod seruauit, exhibuit: nam & patientiam seruauit, quia de cruce non descẽ
dit: & potentiam demonstrauit, quòd de sepulcro surrexit: dum in cruce pependit,
falsa victoria Iudæorum: dum de sepulcro surrexit, vera confusio Iudæorum, &
sempiterna victoria Christianorum: dum in cruce pependit, mœsti, contristati, di-
sperśiq; discipuli: dum de sepulcro surrexit gaudentes vna in domo sunt congregati:
dum in cruce pependit, diffidentia discipulorum: dum de sepulcro surrexit, congre-
gatio gentium. Dum in cruce pependit, timore negauit Petrus, dum de sepulcro sur
rexit, amore totus credit mundus, non solum, tunc actum est hoc certamen, sed nũc
agitur, pugnatur, laborant membra Christi, urgente aduersario, resistitur illi, quo-
niam caput nostrum iam sedet in cœlo. Ad hoc ille pugnare voluit, vt te doceret
quomodo vinceres: Sed si vires tuę paruæ sunt, ipsum inuoca saluatorem, ipsum in-
247 uoca adiutorem. Cum te perspexerit fideliter inuocantem, qui pro te pependit in li-
I gno, & hic tibi victoriam & coronam victoriæ pręparabit in cœlo. Tertia die. Tri- De rẽsurrẽ
duana mors domini per prophetas, & prędicta est, & promissa, & impleta. Nam Ho- ctione xpi
see propheta ait, Post biduum. suscitabit nos, die tertio veniemus, & quasi ante lu- die tertia, &
cem paratum illum inueniemus, ostendens nos in illo resurgere, quoniam dignatus eius p figu-
est carnem in qua moreretur a nobis accipere. Quid iam dicam de figura illa Ionę ratione.
prophetæ, quem ipse dominus expresius demõstrans, ait ad Iudęos, Generatio hęc, Cap. 6.
generatio nequam est, signum quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Mat. 12.
prophetæ: sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita Luc. 2.
oportet esse & filium hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus? ipsam
figuram propheticam comparando, breuiter percurramus. Missus Ionas ad ciuita- ipsam
tem Niniuem, vt eius finem prædicaret: missus est Christus a patre, vt finem mundi
omnibus demonstraret. Fugit Ionas in Tarsis a facie domini, Fuga Ionę velox Psal. 18.
tranśitus Christus, de quo dicit propheta, Exultauit vt gigas ad currendam viam.
Ascendit, nauem propheta fugiens, lignum Christus ascendit, per mare huius seculi
transiens. Irruit tempestas magna in mari. Perturbatio matris, perfidia Iudæo-
rum, Data est sors, vt propheta fugitiuus in mare mitteretur, sors data est super
247 Christi vestimenta, vt vnitas omni mundo prædicaretur. Proiectus est ẽ naui in
K mare Ionas, mors Christi in cordibus gentium collocata est. Susceptus est a bestia
propheta custodiendus, non comedendus. Audi hic ipsius vocem Christi per san- Psal. 15.
ctum Dauid, Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis sanctum tuum
videre corruptionem. In ventre bestiæ marinę positus orauit Ionas sanctus, in in-
mis est redditus, die tertia Christus de sepulcro surgens, super cœlos est exaltatus.
Ad prędicationem Ionæ prophetæ per pœnitentiam saluata est ciuitas, per Christi
prædicationem sancta Ierusalem redempta est ciuitas. Assumptus in cœlum. Qui De assum-
descendit, Apostolus ait, ipse est & qui ascẽdit super omnes cœlos, vt adimpleret om- ptione ī cœ
nia. Quis est qui descendit? Deus homo. Quis est qui ascendit. Idem ipse deus ho- lũ, sessione
mo. Agnoscat se omnis homo, quoniam propter hominem deus factus est homo. ei° ad dex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tora, & aduētu adiudicū, Cap.7.

Quod pro te ſuſcepit, leuauit in cœlum, terrenumq; corpus fecit cœleſte. Si credis & tu q; poſsis reſurgere, & in cœlum aſcendere, quia certus es de tanto pignore, ſecurus enim de tanto munere. Regnat homo iam ſuſceptus a Chriſto ad dexteram patris ſedens, & ut ſui ab illo regnum accipiant, uocat, inuitat, hortatur. Feſtinet ad eum omnis anima, quæ auida eſt gloriæ, pergat ad talem regem, a quo ut accipiat poteſtatem, non ei precium pecuniæ dabit, ſed plenam perfectamq; fidem, cum ad eum attulerit, etiam angelos iudicabit. Inde uenturus. Quis eſt iſte, qui expectatur uenturus mortuos uiuosq; iudicare, niſi ille homo, qui pro nobis dignatus eſt in cruce pendere? Homo ſuſceptus expectatur, ut ueniat. Cæterum ſecundum id quod deus eſt, & patri æqualis eſt, & ſemper iudicat, ſemper præſens eſt. Veniet autem redemptor noſter in ea forma in qua aſſumptus eſt, ut impleatur illud quod de eo ait propheta Zacharias, Videbunt in quem pupugeruut. Videbunt ergo Iudæi deum & hominem ſemper regnantem, quem negando deſperauerunt morientem. Iudicabit eos in animis mortuos, qui uenturus eſt reſuſcitare mortuos. Duobus modis enim hæc ſententia accipitur, Viui & mortui in anima, Item uiui & mortui in corpore. In corpore ſecundum priorem, iudicabit uiuos in anima credentes, & mortuos in anima fidē nullam habentes. Secundum poſteriorem, iudicabit uiuos in carne, quos præſentes inuenerit eius aduentus: iudicabit & mortuos in carne, quos reſuſcitaturus eſt deus excelſus. Eligamus, dilectiſsimi, ut uiuo nos inueniat eius aduentus in anima, ne peccando ſimul ab illo damnetur caro & anima. Finis mundi in proximo eſt, & ſicut quidam putāt, in proximo non eſt, dies ultimus uniuſcuiuſq; noſtrum incertum eſt. Quid differimus ſi ad beatam uitam tendimus? Corrigamur, dum tempus eſt emendemur, bonas cauſas habeamus, ut futuram diem iudicij non timeamus.

247 L

Zacha.12.

Deſpirituſcti æquali diuinitate cū pre & filio. Cap.8.

Credo in ſpiritum ſanctum. Spirituſſanctus deus eſt a patre filioq;, non minor, ſed una maieſtas, una poteſtas, inſeparabilis trinitas, indiuiſibilis ſanctitas, ſimul ubiq; tota, Deus pater, deus filius, deus ſpirituſſanctus, Non tres dij, ſed trinitas unus deus. Nec tempore ſeparatur filius a patre, quoniam æternum uerbum patris eſt: nec maior eſt filio pater, quoniam æqualem genuit deus deum ſine tempore per quem fecit

1. Cor.1. tempora; nec ſpirituſſanctus minor eſt patre & filio, cum ſit charitas atq; concordia patris & filii. Quomodo enim filius minor eſt patre, ut Arrhianus hæreticus prædicat, cum Apoſtolus eum dicat dei uirtutem, & dei ſapientiam? Si uirtus & ſapientia patris filius eſt, qui eum minorem dicit, deo patri contumeliam facit, quoniam eum & minorem ſapientiam & infirmam uirtutem in ſe habere contendit. Aut quomodo ſpirituſſanctum minorem prædicat etiam filio, cum membra Chriſti templum

2. Cor.6. Apoſtolus ponat ſpirituſſancti, Vos, inquit, eſtis corpus Chriſti & membra? Et alio

1. Cor.6. loco, Neſcitis, inquit, quia membra ueſtra templum ſunt ſpirituſſancti qui in uobis eſt? Quomodo deus non eſt, qui templum habet, aut quomodo minor eſt Chriſto, cuius membra templum habet? Non ſunt diuerſi gradus, ubi eſt una trinitas & trina æternitas. Qui enim diuerſos gradus componit, ipſe ſe ab vnitate præcidit. Quomodo exultas Arrhiane, quòd teneas veritatem, cum te malus error a catholica doctrina ſeparans, hæreticumq; proteſtans a communione totius orbis ſecernens in vno angulo damnauerit? Cauete, fratres, doctrinas hereticorum tanquam inſidias luporum. Oues Chriſti audite vocem paſtoris ueſtri, Qui intrat per oſtium in ouile ouium, ille paſtor eſt, ait: qui autem aſcendit per aliam partem, fur eſt & latro. Cauete fures, cauete latrones, non quieſcit paſtor clamare, nō ſinit etiam ſuos canes tacere. Non ſe ſequeſtret ouis a ſummo paſtore, ne ipſa ſe in deprædationē iniquiſsimi offerat lupi raptoris. In remiſsionem peccatorum. Fortiter tenete, fideliter ſperate, patienter expectate, reddetur vobis nouitas per baptiſmum uetuſtate diſcedente, deonerabitur anima ſarcinis peccatorum, ut libertate nouæ vitæ induta aduerſus diabolū cū adiutorio diuino valeat fortiter dimicare, eumq; a quo ſuperata eſt, ita ſuperet, ut in regno dei trāſlata de hoſte deuicto, ſecura regnet cum ſuo capite xpo. Carnis reſurrectionē. Magna fides eſt neceſſaria, quoniā magnū pre miū promittitur. Nec attendatis quid nunc fit, ſed quid tunc fit. Quod enim nunc fit, multos mouet. Quem enim non mouet, cum videt tantam ſpeciem, tantam pulcritudinem, tantumq; decorem hominem formatum reſolui, in pulueres oſſa diſper-

247 M

247 A

247 B

De pcōrū remiſsioe & carnis reurrectioe. Cap.9.

gi, terram terræ mandari? Non te iſta Chriſtiane deterreānt. Seminatus eſt homo, non perditus. Anima quidem diſcedente habitaculum eius ſoluitur: non eſt enim

248 C præſto illa domina, quę curam gerat luteæ domus atque eius reſtauret ruinas. Vadit enim vt magno præmio regnum comparet ſempiternum. Quid ego metuis, ô anima? Chriſto domino dicata es atque ipſo donante bene viuis, & ad regnum dei peeruenire contendis. Vt quid formidas vehiculum mortis? Proficiſceris quidem, & iuiuriam patietur ad tempus caro tua, reuerteris cum ſummo rege regnans, & talis tibi reddetur quæ nequeat corrumpi, & tecū maneat ſempiterna. Si ad hoc pergis vt melior efficiaris, non credis, quoniam meliori & in regno cœlorum quodammodo adminiſtrati, melius tibi præparabitur hoſpitium. Si hæc terrena, lutea, fragilis, tantam tibi exhibuit pulcritudinem, reſtaurata & cœleſtis effecta, qualem tibi exhibebit decorem? Si hanc tantum diligis, quæ paululum manet & tranſit in tempore, illam quantum amabis quę decore ſuo nunquam carebit, quoniam in æternum vita manebit? Hoc ſequitur in ſancto ſymbolo, quòd omnia quæ credimus & ſperamus, in vita æterna percipiamus. Vita æterna, dilectiſsimi, nunquam, vilescat, ſemperq; dulceſcat. Si amatur vita, quare non quęritur vera? Si amatur vita, talis quæratur, quę nunquam finiatur. Et ſi amatur, quare non quæritur? Aut ſi

248 D quæritur, quia hic non eſt, ad eum locum vbi eſt quare non feſtinatur? Quid quòd etiam vltro ſe nobis ipſa vita ingeſsit? Chriſtus eſt enim deus verus & vita æterna. Venit ad nos perditos, & redemit inuentos, venit huc ad regionem mortalium ipſa vera vita, dedit guſtum ſaporis ſui, guſtauimus, vidimus, quoniam ſuauis eſt: præceſsit nos, inuitauit, vt ſequamur, & ad tam magnum illud donum, cuius talem ſuſcepimus guſtum, ſequi formidamus: Venit ad te vita, repende vicem, veni & tu ad illam. Suſcepit vehiculum mortis, ut tranſiens liberaret te: ſuſcipe & tu mortem, vt cum ad illum veneris, ita ab illo ſuſcipiaris, vt nunquam moriaris. Per ſanctam Eccleſiam. Propterea huius concluſio ſacramenti per ſanctam Eccleſiam terminatur: quoniam ſi quis abſque ea inuentus fuerit, alienus erit a numero filiorum, Nec habebit deum patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem. Nihilq; ei valebit quòd credidit vel fecit tanta bona ſine fine ſummi boni. Eccleſia mater eſt ſpiritalis, Eccleſia ſponſa Chriſti eſt, gratia eius dealbata, prætioſo ſanguine dotata. Totum poſsidet quod a viro ſuo accepit in dote. Lego tabulas matrimoniales eius, recitabo. Audite hæretici quid ſcriptum ſit, Oportebat Chriſtum pati & reſurgere a mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes. Omnes gentes totus mundus eſt. Eccleſia totum poſsidet quod

248 E a viro ſuo accepit in dote. Quæcunque congregatio cuiuslibet hæreſis in angulis ſeder, concubina eſt, non matrona. O hereſis Arrhiana, quid inſultas, quid exuflas, quid etiam ad tempus multa vſurpas? Iniuriam a te patitur domina ab ancilla, multas ei ingeris contumelias: licet hæc doleat, nō te magno metuit ſponſa Chriſti ſancta catholica. Cum enim reſpexerit ille ſponſus, eiicieris tu, ut ancilla, cum filiis tuis, quoniam non erunt hæredes filii ancillæ cum filiis liberæ. Cognoſcatur vna ſancta & vera regina catholica, cui Chriſtus regnum tale dedit, quòd eam per totum mundum diffundens ab omni macula & ruga mundans, totam pulcram ſuo aduentu præparauit.

De vita æterna dono dei pcipiēda pro meritis: & dē vniuerſali eccleſia. Ca.10.

Luc.24.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVREII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De conuenientia decem præceptorum & decem plagarum, Liber vnus.

De vnius dei fide, incredulorũ q̃ puersitate: primi p̃cepti cũ prima plaga cõuẽtio Cap. 1.

NON est sine causa, fratres dilectissimi, quòd præceptorum legis dei numerus cum plagarum numero, quibus Aegyptus percutitur, exæquari videtur. Nam sicut decem præcepta sunt legis, quibus ad cũltum dei populus admonetur, ita decem plagæ legũ 248 G
tur, quibus superbia Aegyptiorum affligitur. Consideremus ergo cur & ibi decem præcepta, & hic decem plagę memorentur. Ideo sine dubio, quia in illis erant vulnera, & in istis medicamen
ta, & opus erat vt tam periculosis decem plagarum vulneribus, decem præceptorum medicamina subuenirent. Vnde rogo vos, fratres nolite hoc ociosè accipere, quia si auxiliante deo diligentes attenderitis, poteritis agnoscere decem illa præcepta illis decem plagis per ordinem contra se esse contraria. Nam de primo præcepto prima plaga percutitur, de secundo secunda, de tertio tertia, & sic qunusq; ad decimum numerum peruenitur. Primum pręceptum in lege est de vno deo: Non erunt, inquit, tibi alij dij præter me. Prima plaga Aegyptiorum, aqua in sanguinem conuersa. Cõ para primum pręceptnm primæ plagæ, Deum vnum ex quo sunt omnia, in similitudinem aquæ accipe, ex qua generantur vniuersa. Ad quam autem rem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est igitur conuersio aquæ in sanguinem, nisi quia illi qui credere in deum noluerunt: sicut dicit Apostolus Paulus, Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Aqua ergo in sanguinem vertitur quia sensus Aegyptiorum obscurus & tenebrosus efficitur, & iusto 248 H
dei iudicio factum est, vt de illo fluuio sanguinem biberent, in quo Hebræorũ parvulos necare consueuerant, Secundum præceptum est. Non assumes nomen dei tui in vanum. Qui.n. acceperit nomen dei sui in vanum, non mundabitur. Nomen.n. domini nostri Iesu Christi veritas est. Ipse enim dicit, Ego sum veritas. Et quia vèritas mundat, vanitas inquinat, videamus huic secundo præcepto cõtrariam plagam. Quæ est ista secunda plaga? Ranæ in abundantiam. In ranis hæretici intelliguntur atq; philosophi. Habes congruenter signatam philosophorum vel hæreticorum prauitatem, si consideres ranarum loquacitatem. Philosophi.n. vel hæretici, quia in xpo humana omnia esse dicunt, ranæ suæ clamantes in paludibus limosis. Per superbiam & inanes contentiones strepitum vocum habere possunt, doctrinam veræ sapientiæ non possunt insinuare. Qui.n. Christiane veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt, tedium afferentes auribus, non cibos mentibus. Tertium præceptum est, Memento, inquit, diem sabbati sanctificare. In tertio isto præcepto insinuatur quædam vocationis indictio, s. requies cordis, tranquillitas mentis quam feci bona conscientia. Ibi.n. est sanctificatio, quia ibi est spiritus dei. Denique videte vacationem, hoc est, quietem. Super quẽ, inquit dominus, requiescam, nisi su- 248
per humilem & quietum trementem verba mea? Inquieti ergo resiliunt a spiritu I
sancto, rixarum amatores, calumniarum seminatores, contentionis magis quàm charitatis amatores, inquietudine sua non admittunt ad se quietem sabbathi spiritalis. Spiritale enim sabbathum non obseruant, nisi illi qui se ita temperare operibus terrenis accommodant, vt tam lectioni quàm orationi: & si non semper, certe vel frequenter insistant; secundum illud Apostoli, Attende lectioni & doctrinæ. Et iterum, Sine intermissione orate. Qui enim tales sunt, quotidie spiritaliter sabbatũ colunt.

Exod. 20. Exod. 7. Rom. 1. De dei nomine non in vanũ assumẽdo, & philosophorũ vel hæreticorũ prauitate: secũdi p̃cepti cũ scda plaga conuentio Cap. 2. Ioan. 14. Exod. 8. De custodia sabbathi, & muscis requiẽ p̃pediẽtib' tertij p̃cepti cũ tertia plaga. Cap. 3. Esa. 66. 1. Tim. 4. 1. Thes. 5.

colunt. Qui vero inquieti sunt, & iugiter terrenis actibus implicantur: de quibus scriptum est, Impedimenta mundi fecerunt eos miseros, sabbathum, id est, requiem habere non possunt. Contra istorum inquietudinem dicitur, vt tanquam sabbathum 248 E
habeant in corde & sanctificationem spiritussancti, Esto, inquit, mansuetus ad audiẽdum verbum vt intelligas. Cessa ab iniquitate tua, non sit tumultus quidem in cor- Eccl. 5.
de tuo per corruptionem volantis phantasmatis ad similitudinem muscarum inquietantis vel compungentis te. Deum intellecturus audi dicentem tibi, Vacate & videte quoniam ego sum deus. Tu per inquietudinem vacare non vis, contentionumq; Psal. 45.
tuarum corruptione cæcatus exigis videre quod non potes, Attendite tertiam plagã huic tertio præcepto contrariam. Sciniphes natæ sunt in terra Aegypti de limo, mu- Exod. 8.
scæ, minutissimæ, inquietissimæ, & inordinatæ volantes, in oculos irruentes, non pmittentes homines quiescere: dum abiguntur, iterum irruunt, dum expulsæ fuerint, iterum redeunt: quales sunt iste muscæ, tales sunt homines inquieti, qui sabbathum spiritaliter obseruare, id est, bonis operibus studere, & lectioni vel orationi insistere nolunt. Talia sine dubio sunt phantasmata in corde contentiosorum. Quo.n. corpus humanum ab istis muscis affligitur, ita cor istorum diuersis cogitationibus inquietatur atq; compungitur. Tenete præceptum, cauete plagã. Sequitur quartum præceptum, Honora patrem tuum & matrem tuam. Huic contraria est quarta plaga. Aegy- 248
ptiorum κυνεμυῖα, id est, musca canina. Græcum.n. vocabulum est. Qui.n. parentes L
honorare dissimulat, musca eum canina, id est, nequitia diaboli, spiritaliter affligit & cruciat, Caninum est.n. parentes non cognoscere. Quintum præceptum est, Non mœchaberis. Quinta plaga, mors in pecora. Omnis enim qui aut vxore propria intemperate, excepto desiderio filiorum, vtitur: aut certe, quod est crimen grauissimum, qui vxori aut filiæ alienæ, aut ancillę, aut suæ vel alterius insidiatur, victus cupiditate bestiarum, tanquam amisso hois noie erit pecus, non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in forma hominis similitudinem pecoris habens, qui non vult audire deum dicentem, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Et illud, Homo Psal. 31.
cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis Psal. 48.
factus est illis. Si pecus esse non times, vel saltem mori sicut pecus time. Sextũ præceptum est, Non occides. Sexta plaga, pustulæ in corpore, & vesicę bullientis & scatudent ira, & per iram homicidij frater perit. Ardent homines iracundia, ardent & gratia. Nam qui vult subuenire, feruet: & qui vult occidere, feruet: ille præcepto, iste morbo: ille bonis operibus, iste sanioris vlceribus. O si possemus videre alas homicidarũ, sine dubio plus plangeremus q̃ putrescentia corpora vlceratorum. Sequitur præ- 248
ceptum septimum, Non furaberis, Et plaga septima, grando in fructibus. Quod per fur M
tum contra dei præceptum subducis, de cœlo perdis, Nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno. Verbi gratia, Qui furatur, acquirit vestem, sed cœlesti iudicio perdit fidem. Vbi lucrum, vbi damnum: visibiliter lucrum, inuisibiliter damnũ: lucrum sua cæcitate, damnum quia iam viuit sine æquitate. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furantur, iusto iudicio dei intrinsecus grandinantur. O si possent fures aut latrones vel raptores inspicere agrum cordis sui, profecto lugerent, dum ibi non inuenirent quod in os animę mitterent, tametsi in furto suo inuenirent, quod gutturis auiditate forberent. Maior est fames animæ q̃ corporis, maior fames & perculosior plaga, & grauior mors, quod peius est: multi per istam famem aię mortui ambulant, & viuentes portant funera sua. Viuere quidem videntur in corpore, sed malis actibus mortui probantur in corde. Et multi in anima famelici, de vanis delitijs & diuitijs gloriantur. Deniq; bonum Christianum scriptura intus esse diuitem dicit: Abscõditus, inquit, corde thesaurus, homo qui est ante deum dives, non ante homines, sed ante deum diues vbi deus videt. Quid ergo tibi prodest, si vbi homo non videt 249
furar is, & vbi deus videt, iusto iudicio grandinaris? Octauum præceptum est, Fal- A
sum testimonium non dices. Octaua plaga, locusta animal dente noxium. Quid aũt vult falsus testis, nili nocere mordendo, & consumere mentiendo? Et ideo nos admonet Apostolus, ne nos falsis criminibus appetamus: Si, inquit, mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumamini. Nonum pręceptum est, Non concupi-

De non occidendo, & iratum pustulis: sexti cũ sexta Cap. 6. De furto, & grãdine in fructibꝰ septimi cũ septima. Cap. 7. De falso testimonio & locusta dente noxia, octaui cũ octaua. Cap. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sces vxorē proximi tui. Nona plaga, densæ tenebræ. Si.n. peccatum est vxorem propriam excepta causa filiorum agnoscere, quale putas, peccatum est, non solum in sua peccare, sed & alienam appetere, Vere densæ sunt tenebræ: nihil.n. sic dolet in corde patientis, quàm si vxor illius appetatur: & qui hoc facit alteri, nihil tale voluisset pati. Alia mala solent homines patienter excipere, hoc autem nescio vtrum vnquam inueniri potuerit qui tolerabiliter patiatur. O quàm densas tenebras patiuntur, qui talia faciunt & talia concupiscunt, vere excæcantur furore horribili. Furor.n. indomitus est, alienam vxorem commaculare velle atq; polluere. Decimum præceptum est, Non concupisces vllam rem proximi tui. Huic mandato plaga contraria est decima, mors primogenitorum. Omnes res quas habent homines, hæredibus seruant, & in hæredibus nihil primogenitis charius. Qui volunt res alienas tanquam iuste possidere, sine hærede se quærunt fieri a morientibus. Quid.n. tam iustum videtur, q̄ sibi 249 B
rem derelictam possidere? Dicit.n. aliquis, Dimissum est mihi in testimonio: Lege nihil videtur iustius ista voce. Tu laudas quasi iure possidentem, deus damnat iniuste concupiscentem. Vides qualis es qui optas te ab aliquo hęredem fieri: non ergo vis vt habeat hæredes, in quibus nihil est charius primogenitis. Proinde in primogenitis tuis punieris, qui concupiscendo res alienas. i. quod tibi iure non debetur, quasi iuris vmbra perquiris. Perdis ergo primogenita tua, & facile est quidem, fratres, corporaliter perdere primogenitos: mortales.n. sunt homines, siue ante parentes, siue post parentes moriantur. Istud molestum est, ne per hanc occultam & iniustam concupiscentiam primogenita cordis tui perdas. Primogenita cordis nostri fides est, nemo.n. bene operatur nisi fides præcesserit. Omnia opera tua bona filij tui sunt spiritales, sed inter istos tibi primogenita fides est. Quisquis rem alienam occulte concupiscit, internam fidem perdit. Erit.n. primum sine dubio simulator obsequens, non charitate, sed fraude, veluti amans eum a quo se cupit fieri hæredem. Amare se dicit eum quem mori desiderat, & vt rerum eius se videat possessorem, optat vt proprium non derelin-

Libri conclusio. Cap. 10.

quat hęredē. Hæc, frēs, comparatio, & quodāmodo contrarietates decē præceptorū & decē plagarū, cautos nos faciat, vt habeamus securi res nras in p̄ceptis dei. Res inq̄ nras interiores, & in arca conscię nostrę repositas: ipsæ sunt thesauri, nri, quos nobis 249 C
nec fur, nec latro, nec vicinus malus poterit aliquando auferre, vbi nec tinea, nec rubigo est metuenda. Istę sunt.n. veræ diuitię. i. bona conscientia, iustitia, misericordia, castitas atq; sobrietas. Qui talibus rebus plenus est, diues est, etiamsi de naufragio nudus euaserit. Sed hæc si diligenter attenditis, & quę sunt mala fugere, & quę bona sunt volueritis auxiliante deo exercere, eritis populus domini, & de iniqua Aegyptiorum societate. i. spiritalium nequitiarū persecutione liberati, ad terram repromissionis poteritis fœliciter peruenire, auxiliāte domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DE RECTITVDINE CATHOLICAE CONVERSATIONIS TRACTATVS.

249 D

Ogo vos, fratres charissimi, & cum grandi humilitatē admoneo, vt intentis animis auscultare velitis, quod vobis pro salute vestra sug-
x gerere volo. Omnipotens scit deus, quod prompta erga vos charitate ista vobis profero: quod si non fecero, reus debiti teneor. Vos autem non pro mea paruitate, sed pro vestra quæ dico salute libenter suscipite, ita duntaxat, vt quod aure suscipitis, opere compleatis, vt &

ego de meo obsequio, & de uestro profectu merear gaudere in cœlesti regno. Et si forte displiceo, quod tam frequenter prędicare vobis contendo, rogo ne mihi mo-
249 lestus quis existat, sed magis periculum meum consideret, & audiat dominum terri-
E biliter comminantem sacerdoti, Si non annunciaueris iniquo scelera sua, neque locutus ei fueris, vt auertatur a uia sua impia & viuat ipse impius in iniqtate sua mo- Ezec. 3.
rietur, sanguinem autem de manu tua requiram. Si autem annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab iniquitate sua, & a uia sua impia, ipse quidem in iniquita
te sua morietur, tu animam tuam liberasti. Et Esaias, Clama ne cesses, quasi tuba exal
ta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Considerate ergo fratres, Esaiæ. 58.
quia oportet me sine cessatione vestros animos ad tremendum dei iudicium, & desiderandum cœleste præmium excitare, vt vobiscum merear in angelorum consor
tio perpetua pace gaudere. Ideo rogo, vt diem iudicii semper pertimescatis, & diem
mortis suspectum quotidie ante oculos habeatis. Considerate quales eritis præsentandi conspectibus angelorum, vel qualem pro meritis vicissitudinem recepturi, si
poteritis illibatum referre in illo die quod in baptismo promisistis. Mementote, quia
tunc pactum cum deo feciſtis, atq; renunciare vos diabolo & oibus operibus eius in
ipso baptismo promisistis, qui potuit tunc, ipse per se, & pro se huic respondit: qui ve
ro non potuit, fideiussor pro eo ad eius vicem ista duo deo promisit, ille scilicet qui
249 eum de sacro fonte suscepit. Considerate ergo quale pactum cum deo feciſtis, & re-
F quirite apud vosmetipsos, si post ipsam promissionem opera maligni cui renunciastis, secuti estis. Abrenunciastis diabolo, & omnibus pompis eius, operibus eius, id-
est dolis & sortibus, auguriis & furtis, fraudibus & fornicationibus, ebrietatibus &
mendaciis. Hæc sunt vera opera & pompæ eius. Promisistis similiter credere vos in
deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum
nostrum, & cætera. Promisistis deinde credere vos in spiritum sanctū, sanctā Eccle-
siam catholicam, sanctorum cōmunionem, remissionem peccatorum, carnis resur-
rectionem, & vitam ęternā. Hinc proculdubio cautio & confessio vestra vel promis-
sio semper in vestra teneatur memoria, vt hoc ꝙ Christiani vocamini, non ad iudicium vobis sit, sed potius ad remedium. Nam ideo Christiani facti estis, vt semper
facta Christiana faciatis ideſt vt castitatem ametis, luxuriam fugiatis, humilitatem
teneatis, superbiā detestemini, quia dominus Iesus Christus humilitatem & ostendit exemplis, & docuit verbis dicens, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, Mat. 11.
& inuenietis requiē animabus vestris. Inuidiam etiam respuatis, charitatem inuicem
habeatis, & semper de futuro seculo æternaq; beatitudine cogitetis, & plus pro ani-
ma quam pro corpore laboretis, quia corpus pauco tempore erit in hoc mundo: ani-
249 ma vero si bene egerit, sine fine regnabit in cœlo, aut si male, sine misericordia arde-
G bit in inferno: Qui non cogitat nisi tantummodo de ista uita animalibus & bestiis
similis est. Non ergo vobis sufficit, fratres charissimi, ꝙ Christianum nomen accepistis, si opera Christiana non facitis. Illi enim prodest quod vocatur Christianus, qui
semper Christi præcepta & mente retinet, & opere perficit, qui futurū non facit, qui
falsum testimonium non dicit, qui non mentitur neq; periurat, qui adulterium non
committit, qui nullum hominem odit, sed omnes sicut seipsum diligit, qui inimicis
suis malum pro malo non reddit, sed magis pro ipsis orat, qui lites non concitat, sed
discordes ad concordiam reuocat. Hæc enim præcepta ipse dominus Iesus Christus
per semetipsum in Euangelio dignatus est tradere dicens. Nō homicidium facies, nō Mat. 19.
adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, &c. Et quodcunque Mat. 7.
vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite eis: hęc est enim lex & Prophetæ. Et adhuc maiora his, sed fortiora atque fructifera dedit mandata dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumnian- Mat. 5.
tibus vos. Ecce forte mandatū videtur hoibus & durū, sed magnū habet præmiū.
Audite quale, Vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est. O quāta gratia: per nos serui
249 digni non sumus, & inimicorū dilectione filii dei efficimur. Ideo ergo fratres & ami-
H cos diligite in deum, inimicosq; propter deum. Qui enim diligit proximum
sicut Apostolus dicit, legem impleuit: nam qui uere Christianus uult esse, hęc ei ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma. 13. Præcepta uerũ Christianum concernentia.

cesse est præcepta custodire, Si enim non custodit, ipse se circunuenit: Ille itaque bonus Christianus est, qui nulla phylacteria uel inuentiones diaboli credit, sed omnem suam spem in solo Christo ponit, qui peregrinos tanquam ipsum Christum cum gaudio susc̃ipit, quia ipse dicit, Hospes fui & suscepistis me: &, Quandiu fecistis hoc uni ex minimis meis, mihi fecistis. Ille, inquam, bonus est, qui hospitibus lauat pedes, & tanquam parentes charissimos diligit, qui iuxta quod habet pauperibus dat, qui ad Ecclesiam frequentius uenit, & oblationem, quæ offeratur deo, in altari exhibet, qui de fructibus suis non gustat, nisi deo prius offerat, qui stateras dolosas & mensuras duplices non habet, qui pecuniam suam non ad usuram tribuit, qui & ipse caste uiuit, & filios suos uel uicinos docet, ut cum dei timore uiuant; & quoties solennitates sanctæ aduenerint, ante dies plures castitatem etiam cum propria uxore custodit, ut secura conscientia ad domini altare possit accedere. Postremo symbolum & dominicam orationem memoriter tenet, & filios & familiam eadem docet. Qui talis est uere, sine dubio Christianus est, sed & Christus habitat in eo qui dixit, Ego & pater ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Similiter & per Prophetam dicit, Ego inhabitabo in eis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus. Ecce audistis charissimi, quales sint Christiani boni, ideo quantum potestis, cum dei adiutorio laboretis, ut nomen Christianum non sit falsum in uobis, sed ut uere Christiani esse possitis, semper præcepta Christi & implete actione, & cogitate mente. Remitte animas uestras eleemosynis, dum habetis in potestate remedia. Eleemosynam iuxta uires facite, pacem & ueritatem habete, discordes ad concordiam reuocate, mendacium fugite, periurium expauescite, falsum testimonium non dicite, furtum non facite, oblationes & decimas Ecclesiæ offerte. Luminaria sanctis locis iuxta quod habetis exhibete, Symbolum & orationem dominicam in memoria retinete, & filiis uestris insinuate. Filios etiam quos ex baptismo suscepistis, docete & castigare, ut semper cum domino uiuant: ad Ecclesiam frequentius conuenite, sanctorum patrocinia humiliter expetite, diem dominicam pro reuerentia resurrectionis Christi absq; ullo opere seruili colite: sanctorum solennitates pio affectu celebrate, proximos uestros sicut uosmetipsos diligite, quod uobis non uultis fieri, nulli faciatis. Charitatem ante omnia habete, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Estote hospitales, omnem solicitudinem uestram proiicientes in deum, quoniam ipsi cura est de uobis. Infirmos uisitate, carceratos requirite, peregrinos suscipite, esurientes pascite, nudos uestite, hariolos & magos fugite. Sit uobis æqualitas in ponderę & mensuras, sit statera iusta, iustus modius, æquus sextarius, nec plus quã dedistis accipiatis, neque usuras pro fœnerata pecunia a quoquam exigatis. Quod si obseruaueritis securi in die iudicii ante tribunal æterni iudicis uenientes, dicetis, Da nobis quod dedimus, miserere, quia misericordiam fecimus, nos impetuimus quod iussisti, tu redde quod promisisti. Ante omnia illud annuncio atq; obtestor, ut nullus Paganorum sacrilegas consuetudines obseruet, non carcarios, non diuinos, non sortilegos, non præcantatores, nec pro ulla causa aut infirmitate eos consulere & interrogare præsumatis. Qui hoc malum facit, perdit baptismi sacramentum. Similiter auguria uel sternutationes obseruare nolite, nec in itinere positi, aliquas auiculas cantantes attendatis, sed siue inter, siue quodcunque opus arripiatis, signate uos in nomine Christi, & symbolum & orationem dominicam cum fide & deuotione dicite, & ni hil uobis nocere poterit inimicus. Nullus obseruet qua die domum exeat, uel qua reuertatur, quia omnes creauit dominus. Nullus adinchoandum opus diem uel lunam attendat. Nullus in calendis Ianuarii, nefanda & ridiculosa, uetulas, aut ceruulos, aut iocticos faciat, neque mensas super nocte̅m componat, nec Sirenes aut bibitiones exerceat superfluas. Nullus in pyras credat, neque in cantum sedeat, quia opera diabolica sunt. Nullus in festiuitate beati Ioannis aut sanctorum solennitatibus solstitia, aut uallationes, uel saltationes, aut cantica diabolica exerceat. Nullus nomina dæmonum, aut Neptunum, aut Dianam, aut Herculem, aut Mineruam, aut Geniistum, aut cætera huiusmodi inepta credere aut inuocare præsumat. Nul-

Ioan. 14.

Leui. 26.

2. Cor. 6.

1. Petr. 4.

1. Petri. 5.

249

249 K

249 L

249 M

lus diem Iouis absque solennitatibus sanctis, nec in Maio, nec in vllo tempore in otio obseruet, nec turmarum uel murorum uel aliquem diem omnino, nisi tantum diem dominicam. Nullus ad phana, uel ad petras, uel ad fontes, uel ad arbores aut ad ocellos, uel per trina luminaria uotum faciat, uel votum reddere præsumat. Nullus ad colla hominis uel alicuius animalis legumina dependere præsumat, & si a clericis fiat, & dicatur quòd res sancta sit, & in diuina lectione contineatur, non esset dignus nomine clericorum, sed hæreticorum, quia non est in eis remedium Christi, sed venenum diaboli. Nullus p̃ sumat lustrationes facere, nec herbas incantare, neque pecora per cauam arborem, uel terram transilire foratam, quia per hoc diabolo videtur consecrare. Nulla mulier præsumat succinos dependere: nec in tela, siue in tinctura, siue in quolibet opere. Mineruam uel cæteras infaustas personas nominare, sed in omni tempore Christi gratiam adesse, & in virtute nominis eius toto corde confidere, Nullus quando luna obscuratur vociferari præsumat, quia certis temporibus deo iubente obscuratur, nec per lunam nouam timeat aliquid operis arripere, quia deus ad hoc lunam fecit, ut tempora designet, & noctium tenebras temperet, non ut alicuius corpus custodiat, aut demẽtem hominem faciat, sicut stulti putant, qui a dæmonibus vexatos, a luna pati putant. Nullus dominos solem aut lunam vocet, neque per eos iuret, quia creatura dei sunt, & necessitatibus hominum iussu dei inseruiunt. Nullus sibi præponat Fortunam, aut Geniistum, quod nascentia dicitur, quia deus vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, atque in sapientia omnia dispensat, sicut disposuit ante mundi constitutionem. Propterea quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, non quęrantur præcantatores, non diuini, non sortilegi, non carcarii, neque personte aut arbores, aut biuia phylacteria exerceantur, sed qui ægrotat in sola dei misericordia confidat, & eucharistiam cum fide & deuotione accipiat oleumq̃ benedictum fideliter ab ecclesia petatat, vnde corpus suum vngatur, & secundum Apostolum, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus: non solum corporis, sed & animæ sanitatem accipiet, complebiturq̃ in illo quod dominus in Euãgelio promisit dicens, Omnia quęcunque petieritis patrem in nomine meo, in oratione, credentes accipietis. Ante omnia vbicunque estis, siue in domo, siue in itinere, siue in conuiuio, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro proferre, quia sicut dominus in Euangelio pronunciat, De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ludos etiam diabolicos, vel vacillationes, vel cantica gentilium fieri vetate, nullus Christianus hoc exerceat, quia per hoc Paganus efficitur: nec enim iustum est, vt ex ore Christiano, ubi sacramenta Christi mittuntur, & quem decet deũ laudare, cantica diabolica procedant. Ideoq̃ fratres, omnes adinuentiones inimici toto corde respuite, & supradicta sacrilegia cum omni labore & horrore fugite. Nulli creaturæ præter deum & sanctos eius uenerationem exhibeatis: fontes vel arbores, quos sacrinos vocant, succidite: plantas siue vngulas pedum, quas per biuia ponunt, fieri vetate, & vbi inueneritis, igne cremate. Per nullam aliam artem saluari vos credatis, nisi per inuocationem & crucem Christi. Nam illud quale est? quia si arbores illę, vbi miseri homines vota reddunt, ciciderint, non ex eis ligna ad focũ deferunt. Et vide quanta est stultitia hominum, si arbori & insensibili, & mortuæ impendunt honorem, & dei omnipotentis vota contemnunt. Non ergo cœlum, nõ terram, nec vllam omnino creaturam præter deum adorandam credat, quia omnia ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem cœlum est, ingens terra, immensum mare, pulcra sydera, sed quòd pulcrior & immensior sit qui creauit hęc, necesse est. Si enim quæ uidentur tam incomprehensibilia sunt, id est, uarii fructus terræ pulcritudo florum diuersitas pomorum, genera animalium, alia super terram, alia in aquis, alia in aere, apum quoque prudentia, ventorum flatus, nubium rores tonitruorum fulgores, temporum vices, dierum noctiumq̃ uarii recursus, quæ omnia nullatenus mens humana potest ęstimatione̅ comprehendere. Si ergo talia sunt quæ videmus, & nullatenus comprehendimus, qualia æstimanda sunt illa cœlestia, quæ nondum videmus vel qualis omnium horum artifex, cuius nutu cuncta creantur? Illum ergo, fratres, super omnia timere, super omnia adorare, illum super omnia

Iacob. 5.

Mat. 12.

Gene. 1.

1. Tim. 2.

250 A

250 B

250 C

250 D

amate,ad illis vos misericordiam tenete,de illius clementia nunquā desperate. Quos
bonos videtis,illos imitemini:quos malos conspicitis, castigate, corripite, vt dupli- 250
cem mercedem habeatis. Et qui hactenus idoneus a supradictis malis vixisse cogno- E
scitur,gaudeat quidem,& deo gratias reddat, ac de cætero obseruet, & perseuerare in
bonis actibus festinet: qui vero vsque nunc mala opera exercuit, cito se corrigat, &
ex toto corde pniam agat, antequam de hac luce discedat, quia si sine pnia mortuus
fuerit,non ibit in requiem,sed præcipitabitur in gehennam, vbi nūquam exiet in se-
cula seculorum. Quapropter loquor oibus viris & fratribus,vt corrigat se vnusq;q;
De ebria- & vitia sua emendet,mala opera quæ gesit pœnitendo expiet,Nullus se inebriet,nul
tione. lus in conuiuio cogat aliū plus bibere q̄ oportet: cui vitio deditos multum vehemē-
1.Cor 6. ter redarguit Apostolus dicens, Neq; ebriosi regnum dei possidebunt. Nullus, sicut
De super- dictum est,obseruet egrediens aut ingrediens domum, quid sibi occurrat, uel sibi in
stitionib. aliquo vox reclamantis fiat, aut qualis auis cātus garriat, vel quid etiā portanté vi-
deat,quia qui hæc obseruat,ex parte paganus esse dignoscitur. Qui ergo hęc contē-
Psal. 39. pserit, Prophetam sibi gratuletur clamare, Beatus vir cuius est dominus spes eius, &
Coloss.3. non respexit in vanitates & insanias falsas.Hinc & Apostolus monet, Omne,inquit,
quodcunq; facitis, in nomine Iesu xp̄i facite. Prorsus ergo recedendum est a cunctis
huiuscemodi obseruantibus,mathematici spernendi,auguria horrenda, somnia cō- 250
temnenda,quoniam,sicut scriptura testatur,vana sunt. Vnde per Moysen pręcipitur, F
Leui.19. Non augurabimini, non obseruabitis, inquit, somnia,nec ad magos declinabitis.
Oportet ergo vt hæc tota menta obseruetis,& si quos cognoscitis, vel occulte aliquā
1.Cor. 5. phylacteriā exercere, expedit vt,nec cibum cum eis sumatis, nec vllum consortium
cum illis habeatis. Ista ergo omnia spernentes, ad dei vos auxilium conferte, & de
eius misericordia non desperate. Omni die dominico ad Ecclesiam conuenite,& non
causas & rixas vel otiosas fabulas agatis, sed lectiones diuinas cum silentio ausculta-
te,& pro Ecclesiæ pace & pro peccatis vestris orate. Qui.n.in Ecclesijs fabulari non
timet,pro se & alijs redditurus est rationem,dum necipse verbum dei audit, nec alios
Mat.23. audire permittit. De talibus dicit dominus in Euangelio, Væ vobis qui clauditis re-
gnum cœlorum ante homines,vos autem non introitis,nec alios intrare permittitis.
Iudices etiam qui præestis,iustissime iudicate,nihil in iudicio iniuste agatis, nec mu
nera super innocentes accipiatis,non ad personam attendatis, nec res alienas rapaci
fronte diripiatis, quia de vestris quid vel super noctem agatur, nescitis. Pauperem
vel aduenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod veritas dicit:
Matt.7. Quia in quo iudicio iudicaueritis,iudicabimini:& in qua mensura mensi fueritis, re 250
Esaiç.5. metietur vobis. Cauete semper ne de vobis. Propheta dicat, Vę qui potentes estis in G
hoc mundo,qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.
Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, labia vestra loquuntur mendacia,
manus vestræ plenæ sunt iniquitate,facta est vobis veritas in obliuionem, & iustitia
fugit a vobis.Hæc,fratres,considerantes pariter,& qui præestis in dei timore vos soli
date, retinete quæ dicta sunt, facite quæ præcepta sunt, habete semper Christum in
mente,signū eius in fronte facite,scitote qa multos aduersarios habetis, qui cursum
vestrum impedire festinant. Ideo oi loco,oi hora,crucis signo vos armate, crucis me-
moria vos munite: hoc enim solum timent, illud solum expauescunt, hoc & vobis
datum est scutum, vt positis sagittas maligni ardentes extinguere . Porrò ma-
gna res est signum Christi,& crux Christi, sed illi soli prodest qui facit mandata xp̄i.
Vt ergo vobis prosit,pręcepta eius totis viribus adimplere contendite,& siue sedetis,
siue ambulatis,siue manducatis,siue in lectum ascendatis,siue a stratu surgatis iugi
ter signum Christi muniat frontem vestram, vt vos semper memoria dei vigilantes
protegat,& in sopore custodiat. Et quoties in nocte excitati fueritis,& somnus euo-
lauerit, mox labijs signum crucis occurrat: mens quoque orationibus occupetur,
ac dei præcepta in corde voluantur, ne stupido pectori repente surripiat inimicus, 250
vel per fatuam incuriam serpat ad animam aduersarius auidus : Et cum in sensum H
turpem vobis suggesserit cogitationem, proponite vobis futurum iudicium, infer-
ni supplicium, gehennæ pœnas, tartari tenebras, quæ impij patientur. Si hæc fece-
ritis , statim turpis cogitatio euanescet, nec vos deseret misericordia dei , quia

vērum est quod Propheta canit, Sperantes in domino misericordia circundabit.
Sed cum hæc omnia, auxiliante domino, impleueritis : scitote quia hoc molestę De patien
250 accepturus est diabolus , quod videt uos a societate sua discedere, & ob hoc for- tia in ten-
I tasse aliquas nequitias aut infirmitates vobis immittet : nolite propter hoc despe- tationibus
rare , quia ad vos probandos permittit hoc deus fieri, ut cognoscat si ex toto cor- diaboli.
de vos ad eius misericordiam tenetis , vel si veraciter in eum credatis . Sed vos
cuncta patienter sufferte,& deum in omnibus benedicite: vt in uobis possit imple- Iacobi. 1.
ri quod scriptum est, Beatus uir qui suffert tentationem. Consoletur uos & hoc quod 1. Cor. 11.
dicit Apostolus, Qui cum tribulamur,a domino corripimur, ut non cum hoc mun-
do damnemur. Nec non & illud, Flagellat autem dominus omnem filium quem reci
pit. Et illud, Quos deus amat, corrigit & castigat. Quod si semel uel bis nequitias quas Prouer. 3.
immittit,uiriliter atq; fideliter pro dei amore sustinueritis, ita ipsum dominus a ues Hebr. 12.
stra infestatione dignabitur expellere,ut ulterius uobis nunquam possit nocere. Ita
ergo si ueri & non falsi Christiani estis,diabolicas circumuentiones fugite & despici-
te,& tota mente ad deum tendite:& quæcunq; aduersa uobis inimicus immiserit, pa
tienter & fortiter toleretis.Nam & si per sortilegos aut diuinos aliqua prædicta fue-
rint,& ita euenerint,nolite mirari,quia spiritus per aera uolantes, facile possunt ui-
250 dere aliqua futura. De hac re diuina scriptura testatur dicens. Etiamsi uera uobis di-
K xerint,nolite credere eis:tentat enim uos dominus deus uester, utrum timeatis eum Deutē. 13.
uel non. Illud autem scitote, quia nec uos, nec aliquid quod ad uos pertinet, lædere
potest inimicus,nisi quantum permiserit deus. Permittit autem hoc deus,quia pecca
ta hominum hoc exigunt. Permittit autem duabus de causis , aut ut probet si boni
estis,aut castiget si peccatores. Sed qui patienter dispensationem dei sustinuerit,cū
perdiderit aliqd : dicat, Dns dedit, dns abstulit , sicut dño placuit ita factum est , sit Iob. 1.
nomen domini benedictum. Pro ista patientia , aut coronam recipiet si iustus est:
aut indulgentiam,si peccator. Quod si murmurauerit, vel desperauerit,rerum pa-
riter & animæ damnationem incurret. Sed mihi credite,fratres, quia si ex toto corde
semper in timore dei permanseritis, & præcepta eius custodieritis,ita q̄ nihil ex gen
tili consuetudine obseruetis , nihil iam inimicus nocere poterit , sed omnia vestra
prosperabuntur. Recto enim Christiano nec auguria,nec figmenta aliqua nocere
possunt,quia vbi signum crucis cum fide & timore dei præcesserit , nihil ibi poterit
nocere inimicus:tepidis vero & negligentibus ideo nocere possunt,quia relinquen-
tes dei præcepta, per vitæ suæ negligentiam praua opera exercendo, ipsi se dæmo-
250 num potestati spontanea tradunt voluntate,qui si in seruitio Christi perseuerarēt,
L & per eius auxilium solummodo confiderent, nihil prorsus paterentur mali . Hæc
ergo scientes,totis vos viribus ad eius misericordiam tenete, opera bona semper agi
te,& de substantia vestra pauperibus erogate: qui plus habet,plus tribuat: qui vero Rom. 2.
minus,de hocipso largiatur : beatus & hilaris vnusquisque quod prævalet, tribuat,
quia nimirum gaudebit multum,quia qui dat parum, accipiet multum: sicut domi-
nus ad Apostolos dicit, Centuplum accipiet,& vitam æternam possidebit. Det igi- Matt. 19.
tur numum,& comparat cœleste regnum:det paruam pecuniam,& emit vitam æter-
nam. Tenete ergo vos ad eleemosynam,quia scriptum est, Eleemosyna a morte li- Tobiæ. 4.
berat:& qui eam fecerit,non ibit in tenebras. Vnusquisque quantum prævalet,tā-
tum porrigat. Qui habet aurum,det aurum:& qui argentum, argentum:qui vero
non habet pecuniam,cum bono animo det pauperibus buccellam: & si nō habet in-
tegram,ex eo quod habet,frangat,& partem egeno tribuat. Sciat,quamuis parum
tribuerit cum bono animo,deo acceptabile erit. Dominus enim non copia largita-
tis,sed beneuolentia & deuotione largientis delectatur & pascitur. Vt autem nul- Mat. 10.
lus pauper ab eleemosyna se excusare possit , ipse dominus pro calice aquæ frigidæ
se mercedem esse redditurum promisit. Qui enim a domino plures facultates acce-
250 dit,magis vtique iudicii periculum sustinebit. Potuit nempe deus omnes diuites
M facere, sed pauperes in hoc mundo esse voluit, vt diuites peccata sua redime-
rent. Redimite ergo vos, charissimi, dum habetis pretium, date eleemosynam
de bono , & iusto labore , & non alterius rapina . Audite modo ante fores ve-
stras pauperes rogātes,vt & ipsi pro vobis in die iudicii rogent. Prophetā audite cla-

Proue. 11. mantem, Qui auerterit aurem suam ab egeno,& ipse clamabit, & non exaudiet eũ
dominus. Date ergo deo quod vobis dedit, quia ipse accipit quod pauperibus datis. 251
Ecc.3. Ipsi quidem datis,sed vobis in futurum transmittitis,non vt ventrem impleatis,sed A
vn de flammas extinguatis,quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extin-
guit peccatum. Hinc dominus & per Prophetam dicit, Dabunt singuli redemptionẽ
animarum suarum,& non erit in eis morbus nec casus. Date ergo dum licet accipe-
re redemptionem animarum vestrarum. Redimite vosipsi dũ viuitis, quia post mor
tem nemo vos redimere potest. Vnusquisq; de quali ingenio vel artificio viuit,de ip
so decimam deo in pauperibus vel in Ecclesiis donet, cosideret,quia omnia dei sunt
per quæ viuit,siue terra,siue flumina,siue semina,vel omnia quæ sub cœlo sunt,vel
Malac.3. super cœlos. Et si ipse non dedisset,nihil vtique haberet,nã deus quid dignatur totũ
dare,decimam de suo dignatur nobis repetere,non sibi penitus,sed nobis profuturã
sicut ipse promisit per Prophetam dicens, Inferte,inquit,oẽm decimationem in hor-
reis meis,& probate me in his,dicit dominus: si non aperuero vobis fructus quæ pos
sidetis super terram,quod cognoscitis deo placere. Nolite de cuncta substantia ve
stra fraudare decimam,ne vobis nouem partes auferantur,& sola decima remaneat.
Conuertimini adhuc,dicit dominus, vt aperiam vobis cataractas cœli, & effundam
super vos benedictionem meam: Si igitur dederitis volũtarie, plus semper dominus
dabit vobis. Si non dederitis, quãticunque pauperes in quibus locis habitatis fame
mortui fuerint,tantorum homicidiorum rei eritis. Insuper immittet vobis dominus
pestilentiam & famem, & perderis totum quod habetis, necnon & animas vestras.
Vt autem hęc vobis non veniant,festinate cum animo dare vnde animas vestras pos
sitis redimere. Ne eligatis cui misericordiam faciatis,ne forte prætereatis eũ qui me-
retur accipere,quia nescitis si Iesus dignatur aduenire. Scitote,quia quod pauperi da
tis vel peregrino,sedenti in cœlo datis,qui dixit, Qui vos recipit,me recipit. Et,Quã- 251
Mat. 10. diu fecistis vni ex minimis meis,mihi fecistis. Inter hęc autem omnia, quę dominus B
Mat.25. præcepit exerceri bonitatis opera,nihil quęrit a vobis, nisi salutem animarum ve-
strarum,& vt custodiatis eius mandata. Quod si feceritis,dabit uobis, sicut per Moy
sen pollicitus est,pluuias congruo tempore & terra vestra germen gignet suum,erit
abundantia fructuum pomorum,vinearum,& segetum,& abundabitis omnibus bo
nis. Et dabit vobis pacem per circuitum,& sine terrore eritis, ipsęq; habitabit inter
vos. Econtra,si non custodieritis mandata eius in vobis venient plagę ab eodẽ Moy-
se prędictæ,pestilentia videlicet,& fames,& gladius, eritq; desuper cœlum sicut ferrũ
& terra sicut æramentum,& terra non proferet germen suum, & segetes omnes dele-
buntur,omnisq; labor vester incassum consumetur. Insuper consurgent in vobis ini
mici vestri,& deuorabit uos gladius, & erit terra uestra deserta & desolata. Et tunc
clamabitis præ angustia,& non exaudiet uos dominus, sicut per Prophetam Esaiam
minatur dicens, Locutus sum,& non exaudierunt; clamabunt,& non exaudiam, Ite-
rum Propheta clamabat, Non est abbreuiata manus domini, vt non possit saluare &
exaudire,sed iniquitates vestrę diuidunt inter uos, & deum uestrum, & peccata ue-
stra auertunt faciem eius ne exaudiat. Vt ista uero uobis non contingant, custodite
quæ præcepta sunt,implete dei mandata,ut uiuatis,& bene sit uobis,nihilq; calamita
tis eueniat. Ipse per Prophetam consolatur dicens, Si egerint pœnitentiam pro pec-
catis suis,& ego pœniteam super malo quod locutus sum ut facerem, & non faciam.
Hæc semper in mente tenete,hæc uerba filiis uestris & uicinis narrate, hæc rememo
ramini dum sedetis in domibus uestris,& dum ambulatis,nec obliui scimini cũ bene
fuerit uobis,sed deum timete semper,& illi soli seruite, ne irascatur furor eius: sed
scitote,quia ipse custodit pactum & misericordiam diligentibus se,& mãdata sua cu- 251
Hortatio stodientibus,omnes tollet languores. Considerate,quia sicut Ioannes Apostolus prę C
ad pœni- nunciat,Nouissima hora est,ideoq; iam nolite mundum diligere, quia mundus tran
tentiam. sit,& concupiscentia eius cum eo Vos autem facite uoluntatem domini, ut manea-
1. Ioan. 2. tis in æternum,& habeatis fiduciam cum apparuerit, ne confundamini in aduentu
eius,Nemo uos seducat. Qui facit iustitiam iustus est,& qui peccatum,ex diabolo est
Etenim omne peccatum,siue furtum,siue adulterium,siue mendacium, siue dæmo
nis operatione non fit. Considerate quęso quam pernitiosum est opera diaboli exer

cere eiusq; participem fieri non in in requie, sed in pœna gehennæ. Idcirco quotiesc-
cunque peccatis: nolite expectare mortiferam securitatem,ut uulnera illa putrescãt
251 nec alia insuper augeatis,sed continue per pœnitentiæ confessionem uobis medici
D nam adhibere festinate. In magnis etiam operibus uos dilatare contendite, ut qui
fuit hactenus superbus,sit humilis,qui adulter castus,qui sclebat furari, aut res alie
nas tollere,incipiat iam propriis ecclesiis aut pauperibus erogare, qui fuit inuidus,
sit benignus,qui ebriosus,sit sobrius,qui fuit iracundus,sit patiens, qui fecit alteri
iniuriam,cito petat ueniam: cui facta est absque mora dimittat,ut & illi dimittatur.
Aut quare non dimittat parum, ut ei dignetur deus dimittere totum? Nam& hoc
clementiæ genus est,ut dimittat aliquis ex toto corde ei a quo lęsus fuerit, Quod si De rẽmis-
aliquis ita sit pauper,ut nullam rem habeat unde eleemosynam temporalem faciat sione iniu
quia non potest fieri ut ab aliquo non patiatur iniuriam,si ex toto corde omnibus in riæ.
se peccantibus indulgeat,& contra nullum hominem odium teneat, atque oẽs sicut
seipsum diligat,hoc ei procul dubio pro maxima eleemosyna reputabitur. Vt autẽ in
nos peccantibus liberius dimittmus, hortatur nos dominus in Euangelio dicens,
Si autem dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet & pater uester cœlestis pec
cata uestra, si nõ dimiseritis,nec pater dimittet uobis. Nemo ergo se circũueniat, ne
mo se seducat. Qui uel contra unum hominem in hoc mundo odium tenet, quicqd Mat.6.
251 deo in bonis operibus obtulerit,perdet totum,quia non mentitur Apostolus terribi
E liter clamans, Qui odit fratrem suum,homicida est,& mendax, & in tenebris ambu-
lat. Hoc loco fratrem,omnem hominem oportet intelligi,qui omnes in Christo fra- 1. Ioan. 3.
tres sumus. Vos autem ad inimicorum dilectionem admoneo, quia ad sanandũ pec-
catorum uulnera nullum esse medicamentum utilius cognosco. Licet magnus labor De inimi-
sit,inimicos diligere,sed magnum erit premium in futuro. Qui dilexit inimicos hic corum di-
erit dei amicus: non solum amicus,sed filius,sicut ipse,quod supra iam diximus,pol lectione.
licetur dicens, Diligite inimicos uestros benefacite his qui oderunt uos, & orate pro
persequentibus & calũniantibus uos,ut filii patris uestri sitis, qui in cœlis est. Qui
non diligit,sicut dicit Apostolus,manet in morte. Cum hæc ita sint,charissimi,dile- Mat.5.
ctionem ueram non falsam adinuicem habete,actus uestros semper ad eum dirigite
& quicquid potestis laborate pro amore uitę æternæ. Currite dum lucem habetis,ne
tenebrę uos comprehẽdant. Vt laboratis pro carne,ita pro anima, si curritis pro car Ioan.12.
ne,quam post modicum tempus uermes deuoraturi sunt in sepulcro, currite pro ani
ma,ut ornata bonis moribus sine fine lætetur in cœlis. Ante omnia qui ieiunatis,qd
prandere debetis,pauperibus erogate. Et sicut dominus in Euangelio fieri docet, Cũ
ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, ut uideamini ab hominibus, sed illi De ieiunio
251 soli qui uidet in absconso. Et iterum monet. Attendite ne iustitiam uestram faciatis Mat.6.
F coram hominibus ut uideamini ab eis. Plus ergo de animæ, quam de cibo corporis
cogitate,& dum in mundo uersamini,æternam uitã bene uiuẽdo emittite, lectiones
diuinas libenter audite in Ecclesia,& quę auditis iugiter in domus recolite, & quo- De lectio-
modo pascitur corpus cibo,sic anima reficiatur dei uerbo. Certum est enim qualis nibus diui
est caro quæ post multos dies pepercit cibo, talis est anima quæ pascitur dei uerbo nis.
raro. Ergo,charissimi,siue ambulatis, siue sedetis, siue operamini, siue quæcunque
agitis,semper quod ex diuina lectione audistis, ad mentem reducite,semperq; Euan-
gelica precepta in corde ruminate. Ante omnia luxuriam fugite, concupiscentiam
malam uitate,timentes illud quod dominus in Euangelio dicit, Omnis qui uiderit De luxu-
mulierem ad concupiscendum eum,iam mœchatus est eam in corde suo. Vxores le- ria.
gitimas absque ulla simulatione diligite,sicut Apostolus præcepit dicens, Viri diligi Mat.5.
te vxores vestras,sicut Christus dilexit ecclesiam. Et iterũ, Mulieres subditæ;sint vi-
ris suis,sicut oportet in domino. Et nequaquã vir legitimã vxorem quacunq; occasio Ephe.5.
ne dimitere præsumat,quia secundum sententiã dni. Quicunq; dimiserit vxorẽ suã Coloss.3.
excepta causa fornicationis,facit eã mœchari. Cõcubinas,siue ante nuptias,siue post
251 nuptias habere prohibemus,quia omnino illicitum est. Nam qui vxorem legitimam
G ducere cogitat,dignum est vt virginitatem vsq; ad nuptias custodiat,& post nuptias
nullã alterã nisi vnam legitimam coniugẽ cognoscat: sicut Apostolus præcepit. Ipse De fide cõ
fidem seruet ei sicut eã sibi seruare vult,nec peccet cũ alia, sicut nec suã cum alieno iugum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vult peccare,timens illud quod idem Apostolus clamat,Fornicatores & adulteros iu
Heb. 13. dicabit dominus. Quicquid enim de iure connubii mulieribus nó licet,nec viris om
nino licet. Nam qui ante nuptias legitimas habere concubinas præsumit, peius pec
cat quam qui adulterium committit,& ob hoc dignus est a consortio Christianorũ
separari. Qui si non pœnituerit,æterna illum flamma cruciabit sine remedio. Qua
propter xpiane,fuge fornicationem, erubesce iam sub oculis dei & angelorum pec- 251
care. Capitalia omni nisu detestare,quæ sunt sacrilegium,homicidiũ,falsum testimo H
Capitalia nium,furtum,rapina,superbia,inuidia,auaritia,Iracundia,ebrietas: hæc sunt crimi
vitia. na quę mergunt homines in supplicii æternum. Ex quibuscunq; qui in se vnum ha
bere cognoscit,& pœnitentiã non egerit,sine remedio in gehennæ igne ardebit. Et
ideo,o anima Christiana,vigila,ora,caue prædicta crimina, & quicquid boni præua
lesage pro vita æterna. Aperi pauperibus manum tuam, vt xps tibi aperiat ianuam
suã,& intres in gaudia paradisi. Noli ipse te tradere in perditionẽ, quia Christus pro
te suum effudit sanguinem. Satis te charum habuit, quem tam caro pretio redemit.
De timore Terreat te metus gehẽnæ,quo possis abstinere ab operibus prauis. Omni hora mor
dei. tem adesse spera,& futura iudicia dei super te iugiter formida, vt tibi possit adapta
ri quod est scriptũ est,Beatus est qui semper est pauidus. Quod si male fecisti,emen
da dum potes,dum est licentia pœnitere,veniam non desperes,si ad meliora conuer
taris,quia desperatio peius est oi peccato. Nullatenus de dei misericordia desperetis,
nec post centum peccata,nec post mille crimina,quia nulla est tã gradus culpa, quæ
De patien pœnitendo non habet veniam. Quãuis ergo te irritet quisq;,quãuis cõuiciet,quãuis 251
tia. iniuriam tibi faciat,tu tamen patiens esto,ne rependas contumelias, & melius tacen I
do vinces iniuriam. Cum maledicit tibi,benedic ei, & magnam habebis gratiam, ꝙ
tu non lędis a quo læsus es. Nullum despicias,non seruum, non egenum, quia fortis-
1. Cor. 12. tan melior est apud deum ꝙ tu. Et qm̃ secundum Apostolum, Omnes fratres vnum
Roma. 2. corpus sumus in xpo: & quia non est personarũ acceptor deus, sed sicut scriptum est.
Ephe. 6. Vnusquisq; quod bonum fecerit,hoc feret a deo,siue seruus,siue liber,non detrahes
De detra- fratri tuo,non facias calũniam fratri tuo, neq; forti vi opprimas eum, sed sicut per
ctione. Moysen dicitur,Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non affliges
Leui. 25. eum more seruorum per potentiam,sed secundum dei timorẽ age circa illũ. Memen
to quia tu seruus es. Non oderis fratrem tuum in corde tuo,sed publice argue illum,
Leui. 19. ne habeas super illo peccatum. Hinc & dominus in Euangelio dicit,Si peccauerit in
te fratres tuus,corripe illum inter te & ipsum solum. Et rursum,Si septies in te pecca-
uerit,& toties pœnituerit,dimitte ei. Et iterũ. Si offers munus tuũ ad altare, & ibi re-
Mat. 18. cordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus
tuum ad altare,& vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus
tuum. Hæc te Christiane præcepta reuocent ad concordiam, hæc dulcia xpi medica-
menta current odii vulnera, quæ si cõtempseris,terribilem in te sententiã retorques 255
qua dicitur,Oĩs qui irascitur fratri suo,reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo ra- K
cha aut fatue,reus erit gehennę ignis: Ecce audisti charissime,quid timeas, quid ob-
Prou. 18. serues. Habe ergo charitatem,tene patientiã,fuge discordiã, impone frenos linguæ
Psal. 139. tuæ,ne detrahat ad gehẽnam aĩam tuã: quia scdm scripturã,Mors & vita in manibus
linguæ. Et,Vir linguosus non dirigetur in terra. Hæc solicita consideratione pensan
Esaiæ. 55. tes charissimi,verba simul & mores cõponite, sectamini semper iustitiã, amate xpi
præcepta. Derelinquat impius uiam suam,& reuertatur ad dñm, sicut Propheta cla-
Hoseæ. mat. Et miserebitur eius, quia pius est ad ignoscendum. Ipse.n. monet dicés, Cõuer
Amos. 5. timi ad me,& sanabo contritiones uestras. Et rursus. Quærite bonum & non malum
vt viuatis,& erit vobiscum dñs exercituum. Et iterum, Odite malum & diligite bo-
num,vt misereatur vestri deus. Ecce hic per Prophetam clamat deus: Et si me audire
Luc. 5. cõtempseritis, moriemini morte æterna. Ipse etiã consolatur in Euangelio dicens,
Mat. 6. Non ueni uocare iustos,sed peccatores ad pœnitentiam. Et iterum monet dicens,
Primum quærite regnum dei,& iustitiam eius,& hęc omnia adiicientur uobis. Et ite
rum,Petite,& dabitur uobis: querite,& inuenietis: pulsate,& aperietur uobis. Modo 255
Mat. 7. enim dominus pro ineffabili pietate sua non solum admonet, sed etiam rogat ut L
conuertamur ad eum, Audiamus ergo eum dum rogat, audiamus scripturam di-

centem,Fili miserere animę tuæ placens deo. Quid ad hęc respondet humana fragi-
litas? Deus rogat vt tui miserearis,& non vis,quomodo exaudiet te in die necessita- Eccl. 30.
252 tis supplicantem,cũ tu eum pro te ipso non audis rogantem. Si modo hæc neglexeri
M tis fratres,quid facietis in die iudicii,vel ad cuius auxiliũ confugietis? Si,inquã,mo-
do neglexeritis talia dei hortamenta, non effugietis tunc inferni tormenta, nec vos
poterit aurum vel argentum liberare,neq; diuitię, quę in angulis modo absconditis
& ex quibus arrogantes effecti salutem vestram obliti estis,Hinc nanq; dñs dicit. Vi-
sitabo super orbis mala,& quiescere faciam superbiam impiorum,& arrogãtiam for- Esa. 13.
tium humiliabo. Et rursum admonet dicens,Præuaricatores, redite ad cor,quiescite
agere peruerse,discite benefacere,succurrite oppresso,defendite pauperem, viduam Esa. 46. & 1
& aduenam & pupillum nolite calũniari. Hæc ergo fratres mente retinete, hęc ma-
gnopere costodire festinate,impugnati a diabolo cõiungimini deo, qui vos redemit.
Stupeant gentes de conuersatione uestra, & si detrahunt uobis & irrideãt Christia
nitatis opera,ex hoc sȝctari non turbemini,reddent enim rationem. Totam ergo spẽ
vestram in Christi misericordia componite,& non solum ab actu impudico, sed etiã
a cogitationibus sordidis animas vestras custodite,quia deus iudex iustus & de ma-
lis cogitationibus iudicat. Et hæc moneo fratres, vt superbiam penitus deponatis,
per quam de cœlo diabolus corruit,quia sicut Apostolus testatur,Deus superbis re- Iac. 4.
sistit,humilibus autem dat gratiam. Et in Euangelio,Omnis qui se exaltat,humilia- Luc. 14.
252 bitur,& qui se humiliat,exaltabitur. Et iterum,Nisi conuersi fueritis & efficiamini si
A cut paruuli,non intrabitis in regnum cœlorũ. Iurandi consuetudinem funditus eui De iuratio
tate,quia valde prœceptis in hac parte contraitis, domino in euangelio prohibente: nibus.
Dico vobis,inquit,Nolite oĩno iurare,neque per terrã,neq; p caput,neque per aliud Mat. 5.
quodcunq;,sit aũt sermo vester,est est: non non. Iniuriantibus autem vobis, profer-
te præcepta dei,quibus dicitur,Non resiste malo: sed siquis te percusserit in vnã ma
xillam,prębe ei & alterã. Et qui vult tunicã tollere,dimitte ei & pallium. Et iterum,
Qui petit a te,da ei: & qui tollit quæ tua sunt,ne repetas. Orando itaq; necesse est, vt De oratio-
teneatis illã orationem quam dominus in Euãgelio prœcepit dicens, Cũ oratis, non ne.
in multiloquio, sed in secreto cordis oratc, & pater vester qui videt me in absco- Mat. 6.
dito, reddet vobis. Scit enim quid opus sit uobis antequam petatis. Hæc ergo uer-
ba charissimi recolite,hæc iugiter præcepta reminiscimi, vbicunque estis memoriã
Christi in colloquio miscete, quia dicit, Vbi duo vel tres congregati sunt in nomi-
ne meo,ibi sum in medio eorum. Scandala etiam fugite, quia dominus grauiter no- De scanda
252 tat eum qui lites concitat,dicendo,Væ homini illi per quem scãdalum venit, In com lo.
B passione proximi illã sententiam tenete, qua in Euangelio dicitur, Si manseritis in Mat. 18.
me,& verba mea in uobis manserint,quodcunque petieritis fiet vobis. Ipsum quo- Ioan. 15.
que Apostolum audite clamantem, Tempus breue est,reliquum est, vt qui habent 1. Cor. 7.
vxores, tanquam non habentes sint,& qui flentes,tanquam non flentes: & qui gau
dent,tanquam non gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo,tanquam nõ utantur: præ
terit enim figura huius mundi. Vt autem plus cupiatis cœlestia quam terrena: dñm
audiatis dicentem,Quid prodest homini si totũ mundum lucretur, animæ vero suæ
detrimentũ patiatur? Vt uero diligamus charitatẽ, Euangelista Ioannes hortatur di- De charita
cens,Si diligamus inuicem,deus in nobis manet, & charitas in nobis perfecta est. Et te.
iterum,Deus charitas est. Nec non & Paulus excellentiam claritatis simili modo pro 1. Ioan. 4.
fert,dicens,Si distribuero in cibos pauperum oĕs facultates meas,& si tradidero cor-
pus meum ita vt ardeã,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest. Hinc ite-
rum monet dicens,Omnia vestra in charitate fiant. Et iterum, Alter alterius onera
portate,& sic adimplebitis legem Christi. Ipse etiam ad tramitem perfectionis blan- 1. Cor. 13.
de coercens,dicit,Qui furabatur,iam non furetur. Et illud,Fugite fornicationẽ,quia
252 omne peccatum quodcunq; fecerit homo,extra corpus est: qui autem fornicatur, in
C corpus suum peccat. Et iterum. Neq; auari regnum dei possidebunt: neq; fornicarii: Ephe. 4.
neq; adulteri,neq; fures,neq; ebriosi,neq; malefici,neq; rapaces. Idẽ Apostolus cupi 1. Cor. 5.
ditatem coercet dicens,Radix oĩum malorum est cupiditas. Ergo fratres abiicite cu- 2. Tim. 6.
piditatem. sectamini charitatem,deponite iniquitatẽ: supportantes inuicem in cha- Roma. 1.
ritate,illud omnino præcauentes qd Apostolus ad Romanos scribẽs infert: Reuela-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitur,inquiens,ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum.
Mat. 13. Necnon & illud quod voce veritatis in Euangelio comminatur, Qui faciunt,inquit, 251
iniquitatem,mittẽtur in caminum ignis ardentis,ibi erit fletus & ſtridor dentium. D
Conſiderate quàm ſæuus,quamq; tremendus ſit ille ignis.Et qui modo nec vnũ ſuſ-
fert digitum in ignem mittere, ibi cum toto corpore in ſecula cruciari. Rogo ergo
vos,vt ſi vultis ab illo igne,vel ab illa pœna liberari,deſiſtatis iam amplius peccare,
Grec. 33. & dominum per Prophetam attendite clamantem, Reuertimini recedentes ab ini-
quitatibus veſtris,& ſanabo vos.Et iterum,Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuer-
Eſa. 45. tatur & viuat.Et per Eſaiam clamat dicens, Quando conuerſus fueris & ingemue
Iohelis. 2. ris,ſaluus eris. Per Iohel quoque monet dicens, Conuertimini ad me in toto corde
veſtro,in ieiunio & fletu &planctu. Ecce quot teſtimonia de conuerſione veſtra ex
diuinis eloquiis prolata ſunt. Vigilate ergo ſolicite, quia quanto proximiorem fi-
nem mundi diabolus proſpicit,tanto crudelius contra Chriſtianos ſæuit,vt qui cito
ſe damnandum cognoſcit,plures ſibi in pœna multiplicet, cum quibus vtique fine
fine crucietur. Cauete ergo attentius, & iugiter cum dei timore cõuerſamini: ſciẽ
tes quia vnuſquiſque veſtrum angelum dei habet qui obſeruat quæ iugiter egerit:
& quidem ſi bene agit,gaudium ſancto angelo gignit: Si vero mala opera exercet,
angelum ſanctum a ſe repellit, & malignum ſibi dæmonem coniungit. Quapro- 251
pter,chariſsimi,hæc me loquente,introrſus ad vos redite conſcientias veſtras diſcu E
tite,ſi dignas mentes angelis geratis præuidete;& ſi vos bonos ac dignos deo conſpi
citis, de meritis veſtris nunquam ſuperba mente præſumatis, ſed de cætero magis
cum humilitate cauete: Si vos peccatis obnoxios cernitis,nullatenus deſperetis,tã-
tum facite pactum in corde veſtro cum deo,vt amplius non peccetis,ſed fiducialiter
veniam ſperetis,quia dominus ſignum ſuæ pietatis aſsidue pateſcit, & omnes vult
ad ſe recipere per pœnitentiam. Nam ſi adulter quidem, aut meretrix,aut fur,aut
ebrioſus,aut mendax,aut filiorum necator fuerit,tantum decætero penitus caueat,
1. Tim. 1. indulgebit illi deus. Publicanum de Euangelio & latronem,necnon & meretricem:
ſed & Paulum ſumite in exemplum,qui de ſemetipſo dicit,Prius fui blaſphemus &
Perſecutor & contumelioſus,ſed miſericordiam conſecutus ſum,quia ignorans hęc
feci. Et vos ergo,ſiquid forte ignoranter admiſiſtis, reparate vos quæſo per pœnitẽ
tiam. Confitemini domino in totis præcordiis veſtris,quoniam bonus eſt, dolea-
tis vos non egiſſe qnod bonum eſt. Et qui pœniteat vt vlterius iam lugenda non
committat. Et qui pauperiores in hoc ſeculo eſtis,nolite ſeduci,quia ſi bene agitis,
Epheſ. 5. ditiores eritis in cœlo. Denique cauete nequis turpem ſermonem proferat ex ore.
1. Theſ. 5. Et ſecundum Apoſtolum,fabulis & variis otiis nolite ſeduci, Sed corrigite inquie- 252
Ephe. 4. tos,conſolamini puſillanimes, patientes eſtote ad omnes. Et omnis ſermo malus F
1. Cor. 15. non procedat ex ore veſtro,timentes illud quod ſcriptum eſt, Corrumpunt bonos
Luc. 21. mores colloquia praua. Crapulam & ebrietatem perhorreſcite, quia dominus per
Ephe. 5. ſemetipſum hoc redarguit dicens,Cauete ne grauentur corda veſtra crapula & ebrie
tate. Et Apoſtolus prohibet dicens,Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.Procul
dubio qui plus manducat & bibit quàm expedit,& peccatum incurrit, & ſanitatem
ſeruare non prævalet: quia cum venter & venę nimia fuerint ſaturitate repletæ,ili-
Eccl. 31. co neceſſe eſt vt libido in membris generetur. Vnde & alibi ſcriptum eſt, Vinũ mul
tum potatum amaritudo eſt animæ, & ruina multiplicans imprudenti offenſionem,
minuens virtutem & faciens vulnera. Et hoc dico non vt creaturam dei malam aſ-
ſeram,aut iudicem eſſe damnandum, ſed vt vos cautiores ſobrioresq; reddam: imo
& admoneo vt nullam creaturam dei malam eſſe dicatis, quia cuncta creauit deus
valde bona. Nam quæcunque vobis mala eſſe videntur, & nocent,veſtro vitio,non
ſua natura vobis mala exiſtunt. Ideoq;,fratres,ſolum diabolum qui in ſuperbiendo
factus eſt malus deteſtantes,tantorum bonorum creatorem glorificate. Cauete ſem-
per viam latam,quæ ducit ad interitum,apprehendite illam anguſtam per quã repe
ritur æterna latitudo. Pauperes & peregrinos ad conuiuium vocate,dominumq; de 252
Luc. 14. hoc præcipientem attendite, Cum facis, inquit, prandium aut cænam, noli vocare G
diuites,qui conuiuent tecum,ſed voca debiles & pauperes,cæos, claudos, & beatus
eris,quia non habent quid tibi retribuant, retribuetur autem tibi in reſurrectione
iuſtorũ.

Nec enim iuſtum eſt vt in populo Chriſtiano,qui vno pretio ſunt redempti, & vni
domino ſeruiunt, alij diſtentis epulis ventribus incedant, alii famis periculo defi-
252 ciant.Prorſus peccatum eſt vt noſtra ſuperflua a tineis deuorentur, & pauperes nec
H vetuſtiſsima quæque recipere mereantur. Quare non conſideratis q; part conditio-
ne in hunc mundum veniſtis? Vnius domini ſerui eſtis, ſimili exitu de mundo mi-
grabitis;& ſi bene agitis,ad vnam beatitudinem venietis. Aut quare vobiſcum ci-
bum non accipiat,qui immortalitatis ſtolam accepturus eſt vobiſcum? Hæc conſide
rantes,ita pauperum curam gerite,vt vberrimam pro his in cœlis accipiatis retribu
tionem. Mendacium ſemper fugite,quia non minimum peccatum eſt,ſcriptura di-
cente, Os quod mentitur, occidit animam. Et, Teſtis falſus non erit impunitus.
Et Dauid ad dominum,Perdes,inquit,omnes qui loquuntur mendacium. Et Apo- Sapi. 1.
ſtolus,Deponentes omne mendacium,loquimini veritatem vnuſquiſque cum pro- Proue. 19.
ximo ſuo. In hac ergo vita poſiti ita agite,vt cum hinc migraueritis & caro veſtra a Pſal. 5.
vermibus cœperit deuorari in ſepulcro, anima ornata bonis operibus cum ſanctis Ephe. 4.
omnibus lætetur in cœlo. Retrahat vos a malis operibus peccatorum interitus. Cõ
ſiderate diuitum ſepulcra, vel eorum qui ante paruum tempus vobiſcum erant qd
fuerunt, vel quid ſunt, vel quid eis diuitię vel cupiditates ſeculi profuerũt. Ecce ni-
hil ex eis,niſi ſoli cineres remanſerunt,qui ſi loqui poſſent, proculdubio hæc vobis
252 dicerent: vt quid infœlices tantum pro ſeculi cupiditate diſcurritis? vt quid vos ui-
I ſtra & miſeria. Quod vos eſtis,nos fuimus: quod nos ſumus,vos eritis. Iſta omnia,
fratres chariſsimi,ſolicita conſideratione penſantes,& hęc conſiderantes expaueſci-
te, dieni mortis ante oculos mentis ponite, & ad emendationem quantum poteſtis
feſtinate. Noli te negligere q; vos pius deus ſuſtinet peccantes, quia quãto diutius
expectat vt vos emendetis, tanto grauius vindicabit ſi neglexeritis. Sed forte puta-
tis q; finis mundi necdum erit: ſed ſuum vnuſquiſque conſideret finem. Ecce dum
libenter iocundiſsime moratur homo in mundo,multaq; in longo tempore diſponit
agenda,repente rapitur in mortem,& ex improuiſo aufertur anima a corpore. Sed
ille beatus eſt qui horam illam habuerit ante oculos, & feſtinauerit in illa hora mor
tis paratus inueniri, vt poſsit tanti metus terrorem euadere. Quod ſi vultis ſcire,
cum metu magno, fratres chariſsimi,magnisq; doloribus ſeparatur anima a corpo-
re. Veniunt enim ſancti angeli eam aſſumere,vt perducant eam ante tribunal me-
tuendi iudicis, & memorans ſua mala quæ die noctuq; geſsit, contremiſcit & inge-
miſcit,& quærit ea fugere,inducias q; petere dicens, Date mihi horæ ſpatium. Tũcq;
252 ſimul loquentia omnia opera eius dicent: Tu nos egiſti,tua opera ſumus,non te de-
K ſerimus,ſed tecum ſemper erimus,tecum pergemus ad iudicium, Hæc quidem pec-
catoris anima agit,quæ cum horrendo timore ſeparatur a corpore, pergit plena pec-
catis & ingenti confuſione depreſſa,Iuſti vero anima cum ſeparatur a corpore, non
timet,non expaueſcit,ſed magis cum gaudio egreditur, & cum exultatione pergit
ad dominum ducentibus ſanctis angelis. Illam ergo,chariſsimi, horam modo time-
te,ne timeatis tunc illam, nunc præcauete, vt tunc ſecuri eſſe poſsitis. Mementote
iugiter,quia in medio laqueorum diaboli eſtis, & ideo ſemper parati eſtote,ut quã-
do domini præceptum miſſum fuerit, liberi ab omni labe peccati ad requiem tran-
ſire poſsitis: nec arbitremini vos diu in hoc mundo mãſuros, quia nimirum veniet,
vt non concedet dominicum pręceptum miſſum,nec vnius horæ ſpacium in hac vi
ta conſiſtere. Cauete ne de exitu veſtro triſtitiam faciatis angelis, & gaudium ini-
micis. Scitote enim quia anima cum a corpore auellitur, ſtatim in Paradiſo pro bo-
nis operibus,aut certe pro malis in inferno præcipitatur continuo. Quapropter eli-
gite modo,& hic in vita veſtra hoc diſponite,aut perpetualiter gaudere cum ſanctis,
aut ſine fine cruciari cum impiis. Itaque vel ſaltem pœnę vos terreant, ſi præmia nõ
252 inuitant,& præſentem mundum ſi deſpicere non valetis, vel cum iuſtitia poſsidete.
L Qui in iuuentute errauit, ſaltem in ſenectute reſipiſcat,& mala quæ peccando com-
miſit,pœnitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit mundus, & cuncta quæ vi-
dentur velociter tranſeunt,tanquam nebula & vmbra veſpertina, Ecce quod olim
prænunciabatur,præſenti tempore iam perſpicue cernitur,ſubtrahũtur omnia bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

na,& creſcunt quotidie mala. Nolite ergo, fratres, iam mundum diligere, quem ſic
Iacob.4. ad finem declinare conſpicitis, præſertim cum Apoſtolus Iacobus clamet, ꝙ amici- 253
tia huius mundi inimica ſit deo. Vitam ergo æternam ex omnibus amate præcor- M
dijs, quam nunquam in ſecula finiatis: Illuc feſtinate vbi ſemper viuatis, & vbi nũ-
quam mori timeatis. Si enim amatis iſtam miſeram fluidamq; vitam, vbi cum tanto
labore viuitis, & vbi ſatagendo, ſudando, ſuſpirando neceſſaris corporis ſatisfacitis:
quanto magis debetis amare vitam æternam, vbi nullum laborem ſuſtinebitis, vbi
ſumma eſt ſemper ſecuritas, ſumma fœlicitas, fœlix libertas: vbi implebitur illud
quod dominus dicit in Euangelio, Erunt homines ſimiles angelis: ſimiles vtique
non ſubſtantia, ſed beatitudine. Et illud, Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno pa-
Mat.22. tris eorum. Qualis putatis erit tunc ſplendor aiarum quando ſolis claritatem habe-
Mat.13. bit lux corporum? Ibi nulla erit triſtitia, nullus labor, nullus dolor, nullus timor,
nulla mors, ſed perpetua ſanitas perſeuerabit. Nulla ibi conſurget malitia, nulla
carnis miſeria, nulla ægritudo, nulla omnino neceſsitas: nõ ibi erit fames, non ſitis,
non frigus, non æſtus, non laſsitudo ieiunii, nec vlla tentatio inimici, non ad peccã-
dum vlla voluntas, nec vlla delinquendi poſsibilitas, ſed totum exultatio, totum læ-
titia poſsidebit. Homines angelis ſociati ſine vlla carnis infirmitate vernabunt, ibi
erit lætitia, cuncta requies ſecura, pax vera, iucunditas infinita. In qua beatitudine
quod ſemel adipiſcitur, ſemper tenetur. Nihil loco illo magnificentius, nihil glo- 253
rioſius, nihil clarius, nihil pulcrius, nihil verius, nihil illa beatitudine ſyncerius, ni- A
hil illa abundantia copioſius. Ibi non formidabitur ferociſsimus hoſtis, qui cupit
iugiter iugulare animas: nemo in illo loco indiget precioſo veſtimento, quia ibi nõ
eſt frigus, non ęſtus, nulla inęqualitas aeris, nullus ibi eſt peregrinus, ſed omnes qui
ibidem attingere meruerunt, ſecuri ut in patria viuent. Non vltra aduerſabitur ca-
ro ſpiritui, nec vllum timebitur periculum, ſed inenarrabilia cum angelis ac ſempi-
Eſaię.64. terna a Chriſto ibi tibi præmia tribuẽtur, quod oculus non vidit, nec auris audiuit,
1. Cor.2. nec in cor hominis aſcendit, ſicut Apoſtolus ait, quæ pręparauit deus diligentibus
ſe. Ecce qualem aeatitupinem perditurus eſt, qui modo dum licet, ẽmendare ſe no-
luerit. Ideo fratres chariſsimi, domino auxiliante dedignemur vltra ſeruire pecca-
to, quibus tanta beatitudo præparatur in cœlo. Dum tempus eſt, feſtinemus deum
propitiũ facere: deſpiciamus quæ terrena ſunt, vt cœleſtia adipiſcamur: cogitemus
nos peregrinos eſſe in hoc ſeculo, vt liberius feſtinemus ad cœlum: perpendamus
quales erimus in die iudicii, dei & angelorum conſpectibus præſentandi, quando
opera noſtra erunt nobis ante oculos ponenda. Qualis erit illa confuſio, cui conti- 253
gerit pro peccatis ſuis in conſpectu omnium hominum erubeſcere, qui hic nec vnũ B
hominem in ſe peccantem vult inſpicere? Et quis erit pauor tunc deum iratum vi-
dere, quem placatum non valet vniuerſitas comprehẽdere? Illum ergo diem timea-
mus, quem modo nullatenus præuidere poſſumus. Illum diem iugiter pauefcamus,
vt ſic vel actus noſtros a malo reuocemus. Conſideremus quis terror erit cum do-
minus ad iudicandum venerit de cœlis, quis metus erit deum videre, ad cuius ad-
uentum vniuerſa elementa quatientur, ac cœlum cum terra contremiſcent, virtu-
tesq; cœlorum mouebuntur. Tunc nimirum præcinentibus angelorum tubis, oẽs
gentes quæcunque fuerunt ſub cœlo tam viri quàm fœminæ in eo ſexu, quo nati
1.Cor.15. fuerunt, boni ſimul ac mali, ſancti ac peccatores, vel quicunque ab vtero nati viui
ac mortui ſunt, ſiue a beſtiis deuorati, vel ab igne conſumpti, vel ab aquis abſorpti,
omnes ſimul in momento temporis atque in ictu oculi reſurgent in ipſa carne, at-
Ephe.4. que in ipſis corporibus ſine dubio quæ hic habuerunt ſemel, & in virum perfectũ
in menſura ætatis plenitudinis Chriſti, in qua ipſẽ dominus reſurrexit a mortuis, &
omnes ante aduentum Chriſti aduenient, pariterq; electi & reprobi ſuis oculis vide-
Mat.24.& bũt, ſicut dñs in Euãgelio dicit, Tunc videbunt filiũ hoĩs uenientẽ in nubibus cũ 253
25. poteſtate magna & maieſtate conſtipatum agminibus angelorum, & congregabun- C
tur ad eum omnes gentes, & plangent omnes tribus terræ, & ſeparabit eos ab inui-
cem ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis, & ſtatuet iuſtos a dextris ſuis, impios aũt a
ſiniſtris, & dicet his qui a dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, poſſidete
paratum uobis regnum a conſtitutione mundi: Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare:

Sitiui, & dediſtis mihi bibere, & cætera. Quandiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi
feciſtis, Tunc omnibus aſpicientibus oſtendet liuores & fixuras clauorum, ſine du- 253
bio in ſuo corpore, quod pro peccatis noſtris vulneratum eſt, & ita cõpellans pecca- D
tores dicet: Ego te homo de limo terræ formaui, & inter paradiſi delicias collocaui,
quod non mereharis, ſed tu me iuſſaq; mea contemnens, deceptorem ſequi maluiſti,
vnde pœnæ in ſupplicijs inferni detruſus es. Poſtea miſertus tui, in terris carnem aſ-
ſumpſi, inter peccatores habitaui contumelias & verbera pro te ſuſtinui, vt te de in-
ferno eripere: alapas & ſputa ſuſcepi, vt tibi redderẽ dulcedinem paradiſi. Acetum
cũ felle bibi propter te, vepribus coronatus ſum, cruci affixus, lancea vulneratus,
mortuus, & in ſepulcro poſitus. Ad inferna deſcendi, vt te ad paradiſum reducerem,
tartari clauſtra adii. Agnoſce ergo quid pro impietate humana ptuli. Ecce liuores
quos pro te recepi, ecce clauorum foramina, quibus in cruce affixus pependi, ſuſce-
pi dolores, vt te poſſem ſanare, ſuſcepi pœnã, vt tibi darem gloriã: ſuſcepi mortẽ, vt
tu viueres ſine fine, conditus latui in ſepulcro, vt tu regnares in cœlo. Hæc omnia ꝓ
te ſuſtinui. Quid amplius debui, & nõ feci? Dicite nunc vel oſtendite mihi quid paſ-
ſi eſtis pro me mediatore aiarũ veſtrarũ, aut quid boni egiſtis pro vobis? Ego cũ eſ-
ſem inuiſibilis ſponte pro vobis incarnatus ſum: cũ eſſem impaſsibilis, pp uos di-
gnatus ſum pati: cũ eſſem diues, pp vos egenus factus ſum. Sed & humilitatẽ renuen
253 tes, ſeductorẽ magis q̃ me eſtis ſecuti. Ecce modo nõ põt aliud iuſtititia mea iudica-
E re, niſi quod merentur opera veſtra recipere: ergo quod ibi elegiſtis, tenete: contẽ-
pſiſtis lucẽ, poſsidete tenebras: amaſtis mortẽ, ite in perditionẽ: ſecuti eſtis diabolũ,
ite cum eo in ignẽ æternũ. Quis putas erit tunc mœror, quis luctus, quæ triſtitia,
quæ anguſtia, cũ hæc fuerit aduerſus impios lata ſententia? Tunc erit dura ſepara-
tio a ſanctorũ conſortio, & traditi in ptãtẽ dæmonũ, ibũt cum ipſis corporibus cum
diabolo in ignẽ ęternũ, & permanebunt ſemper in luctu & gemitu. Procul quippe
exulati a cœleſti patria paradiſi cruciabuntur in gehenna, nunq̃ refrigeriũ adeptu-
ri, ſed per milia milũ annorũ in inferno cruciandi, nec vnq in ſecula liberandi: ibi
nec q torquet, aliqñ fatigabitur: nec qui torquetur, vnq̃ morietur. Sic ibi ignis cõſu
mit vt ſemp reſeruet, ſic tormẽta aguntur, vt ſemper renouentur. Iuxta vero quali-
tatẽ culpæ, vnuſquiſq; ſuſtinebit pœnã. Non ibi auditur niſi fletus & plãctus, & ſtri-
dor dentiũ, non erit aliud ſolatiũ, q̃ flãmæ & pœnarũ, ſic miſeri ſine fine erunt ibi in
æternũ in ſecula ſeculorũ. Iuſti aũt ibunt in vitã æternam, in ipſa ſine dubio carne,
quã habuerunt, & ſociabũtur angelis ſanctis in regno dei, & gaudiis deputandi per-
petuis, nunq̃ iam morituri, nunq̃ corruptionẽ viſuri, ſed ſemp in lætitia ac dulcedi-
253 ne xpi ſaturati, ſicut ſol fulgebunt in gloria & claritate, quã pparauit deus diligẽti- Mat.13.
F bus ſe. Et quanto amplius obediens deo in hac vita fuerit, tanto illic ampliorẽ mer-
cedẽ accipiet: quãtoq; hic amplius deũ amauerit, tanto tunc eũ propius videbit. Ec-
ce, fratres chariſsimi, ꝑdixi vobis ſimpliciter vt intelligere poſsitis, quæ ſint vnicuiq;
futura vel ventura. Nemo ſe de ignorantia poterit excuſare, qm̃ mors & vita ꝑnũcia
ta ſunt vobis, ſupplicia impiorũ, & gloria iuſtorũ. Iã. n. in arbitrio veſtro cõſiſtit eli-
gere qd teneatis. Vnuſquiſq; qd hic cõcupierit, & aſſecutus fuerit, hocvtiq; illic poſ-
ſidebit. Vitã ergo æternã toto niſu cõcupiſcite, nec emendationẽ veſtrã diutius diſ-
feratis, ſed ad lucranda cœleſtia regna, vltro ipſi relinquite quod lucis huius ſine
perdendũ eſt. Surgat iã quæſo, quicũq; peccati catena cõſtrictus tenetur, & expergẽ-
factus a ſomno ſuæ mortis euigilet: recurrat ad cõfeſsionẽ, & agat pniam, nec eru-
beſcat publice pœnitere ſuper imunditiis quas geſsit, qua multo melius eſt reuera
hic paruo tpe pœnitere q̃ per tot milia annorũ inferni ſupplicia ſuſtinere. Si ex to- Ioan 11.
to corde pœnituerit, cito ſuccurret ei redẽptor: qui quatriduanũ Lazarũ ſuſcitauit,
paratus eſt ille miſericordiæ ſinus, & clementer expectat, vt ſuſcipiat pœnitentes.
Non. n. eſt de miſericordia dei deſperãdũ, quãuis de magnis criminibus, vt ſcriptum
teneamus, quia ipſe clamat p Prophetã, Quacũq; hora conuerſus fuerit peccator ab Ezec. 18.
253 imunditia ſua, oẽs iniquitates eius erunt in obliuione corã me. Et rurſus p aliũ Pro-
G phetã dicit, Ego ſum deus ueſter qui deleo iniquitates ueſtras. Et illud Euãgeliſtæ, Eſa. 43.
Gaudiũ erit in cœlo ſup vno peccatore pniam agẽte. Et illud, Nolo mortẽ peccato- Ezec. 33.
ris, ſed magis vt conuertatur & viuat. Conſiderate fratres chariſsimi, q̃ larga eſt bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitas dei noſtri,quã inæffabilis miſericordia eius . Quotidie contẽnitur,& quotidie ad pœnitentiam nos inuitat ſua benigniſsima pietate. Fiduciam nobis pia largitio præſtat,ne deſperemus de cœleſti miſericordia, nec tamen abſq; fructu nobis pœnitentiæ veniam conceſſam præſumamus. Dominus enim quantum patris pietate indulgens & miſericors eſt,tantum iudicis maieſtate ſeuerus & metuendus. Poteſt qui dem reis dare indulgentiam,poteſt ſuam reflectere ſententiam, pôt pœnitenti gratis
Iac.1. indulgere,non poteſt niſi iuſtiſsime iudicare. Qm̃ non eſt apud deum commutatio, nec vicisſitudinis obũbratio. Aequiſsime.n.iudicat, atq; æqualiter ſecundum meri-
ta vniuſcuiuſq; penſat,bona,ſ.bonis,malaq; malis. Ideo fratres,reminiſcimi quæ geſ
Eccle.5. ſiſtis,& ſi vos deliquiſſe cognoſcitis,ſine aliqua dilatione ad pœnitentiæ medicamen ta confugite. Audi Prophetam admonentem, Nolite,inquit, tardare conuerti ad do-
minum,nec differatis de die in diem,quia neſcitis quid craſtino vẽturum ſit. Memen
tote ſemper q̃ ante conſpectum omnipotentis dei conuerſamini, qui proſpicit non
Heb.4. ſolum omnium hominum facta,ſed & cogitationes,ſicut Apoſtolus ait,Non eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius,ſed omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Hæc igitur iugiter cogitantes,intentiſsima ſolicitudine vos cuſtodite, vltimoq; aduentui vos cum bonis operibus ſemper præparate. Ecce, vt ſcriptum tenemus, finis mundi in promptu eſt,iam finis mundi inſtat,& quod lugendum eſt, tanta mala quotidie 253
ſiunt,tantæq; tribulationes increbreſcunt, vt per hæc etiam mundus finẽ ſuũ quo- J
dammodo proclamare videatur. Ecce omnia quæ Prophetæ vaticinauerunt, quæq; prædicauerunt Apoſtoli,pene iam completa ſunt,ſolusq; dies iudicii & horribilis an-
tichriſti aduentus adhuc reſtant. Ecce bellum ſuper bellum,tribulatio ſuper tribula
tionem,fames ſuper famem,peſtilentia ſuper peſtilentiã, & gens ſuper gentem con-
ſurgit. Omnia quæ dudum ſunt prædicta,fere iam videmus impleta. Quare ergo ſu-
mus lapidei,& ferreum pectus poſsidemus,vt pro remedio aiæ noſtræ inter tot ma-
la minime cogitemus? Diu eſt enim,q̃ vox diuina minatur, cœleſtis dei intendatur
vltio,& nulla hominum adhibetur ſatisfactio: dei proximat ira,& repide agitur pœni
tentia. Venturum Prophetę teſtantur ſupplicium,& raro ab hoibus imploratur au-
2.Tim.6. xilium. Quapropter dilectiſsimi,moneo,vt iam mundo finiẽte humana finiatur ma
litia,ſolius dei toto niſu quæratur miſericordia. Non vos onera diuitiarũ ad terram
premant,quia hic omnia relinquemus,nec pariter & Chriſtum velimus habere & ſe
culũ,ſed ſpreto ſeculo liberi feſtinemus ad cœlum. Reminiſcamur, quã grauia ſunt
ſcelera quæ commiſimus: quãq; dura inferni ſupplicia quæ timemus,& iuxta qualita
tem culpę medicamentum adhibeamus pœnitentiæ. Cogitemus q̃ ſecundum Apo-
ſtolum, Nihil in hunc mundum intulimus,nihilq; ex eo moriẽtes auferre poterimus,
Pſal.115. Nudi nati ſumus,nudi vtiq; morituri,quicquid autem inuentum eſt, proculdubio 253
relinquitur. Opera tantummodo bona ſi egerimus, ipſa nobiſcum ad cœlos portabi
mus,imo nos ipſa ad cœlum portabunt. Tanquam peregrini ergo ſola ſufficientia L
contenti illas diuitias nobis hic acquiramus. Deum ſuper omnia diligamus,quia re-
uera impium eſt eum non diligere,cui uicem rependere non poſſumus, etiam cũ di-
ligamus. Quid.n. nos impii pio dño retribuere poterimus pro oibus quæ retribuit
nobis? quia nullis noſtris pręcedentibus meritis tãta nobis preſtitit indignis, vt nos
a iugo dirę damnationis eriperet. De ſede paternæ maieſtatis ad nos deſcendit,iniu-
rias in terris pertulit,probra ſuſtinuit,mortem indebite ſubiit, & hæc quidẽ omnia
patienter tulit vt nobis humilitatis & patientię exẽpla monſtraret. Vnde ſequenti-
bus ſe diſcipulis dixit,Diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde. Oportet igitur
vt quẽadmodum ille pro nobis,ita & nos cuncta aduerſa quę nobis pro peccatis no-
ſtris eueniunt,equanimiter toleremus,vt patientiæ fructus in vita æterna carpere
poſsimus. Vrgeamus ergo fratres chariſsimi,curſum noſtrũ dum tps habemus,odia-
mus hunc mundum, quem diu poſsidere non poſſumus. Nulla iam nos malorum 253
operum contagia polluant,ſed diuinus nos aſpectus a peccatis arceat. Si enim homi L
nes noſtri ſimiles peccatores & ex eodem luto formatos ne nos peccantes inſpiciant
erubeſcimus,quanto magis eternum & ſolum ſine peccato deum reuereri & timere
debemus,quia non ſolum facta,ſed etiam cogitationes conſiderat & videt. Hunc er-
go quotidie timeamus,huius reuerentiam nobiſcum ſemper feramus ſicq; nos ſpes
indulgentiæ

indulgentiæ erigat vt metus gehennæ ſemper affligat. Ante omnia & ſuper omnia charitatem habeamus,reminiſcentes præcepti domini quo dicitur,Habete in vobis
253 ſalutem & pacem. Et illud,Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem. Et ali-
L bi dicitur,Habete charitatem,quod eſt vinculum perfectionis. Et iterũ,Eſtote imita- Mar.9.
tores dei ſicut fili chariſsimi,& ambulate in dilectione. Et iterum, Ois amaritudo & Ioan.13.
ira & indignatio tollatur a vobis cũ omni malitia. Et ſol non occidat ſuper iracun- Col.3.
diã veſtrã. Nẽpe ſicut nullũ in vulnere valet medicamentum ſi ſit intus ferrum, ita Ephe.5.
nihil ꝓficit illius oratio, in cuius pectore mortiferũ uerſatur odiũ. Habeamus fra- Ephe.4.
tres,charitatẽ,quã ſi habuerimus,oibus uirtutibus replebimur: ſi vero charitatem
non habuerimus,quicquid boſii habere uidemur totũ perdimus. Nec in arrepto be
ne agẽdi ꝓpoſito penitus laſſeſcamus,præcipue cũ dominus dicat, nullũ ponentem Luc.9.
manũ ad aratrũ & reſpicientẽ retrorſum,aptũ eſſe regno dei. Reſpicere aũt retror-
ſum nihil aliud eſt,q̃ in eo quenquã pœnitere quod cœperit bonũ, & rurſum mun-
danis deliciis obligari. Deniq; a venia nulla vos malorũ veſtrorũ quantitas reuocet,
quia quãuis grauis ſit culpa humana, largior eſt nihilominus miſericordia diuina.
Vnde per Pſalmiſtã dicitur, Apud dominũ eſt miſericordia & copioſa apud eũ redẽ- Pſal.129.
ptio. Et iterũ, Cor contritũ & humiliatũ deus non deſpicies. Hæc uos,fratres,memo- Pſal.50.
253 ria diebus ac noctibus refoueat,hæc uos præcepta frequenter ſolicitent. Debitũ fi-
M nem uitæ iãiãq; affuturũ putemus,nunc emendemus quod nunc deliquimus,ne tũc
pœnitere incipiamus quando non valebimus. Erit ibi pna dolorẽ habens,ſed medi
cinã non habens. Ibi nullatenus poterit promereri quod petit,qui hic noluerit audi-
re quod dominus iuſsit. Ideoq;,chariſsimi, quãtum poſſumus pceptis dñicis in om-
nibus obtẽperemus,ut muneris pmiũ accipiamus. Vnde dũ licet hic nos caſtigemus,
hic nobiſcũ de actibus noſtris ronẽ faciamus,ipſi nos iudici nr̃o accuſemus, atque
emendationẽ uitæ noſtrę non ad extremũ differamus, ſed quotiẽs in peccatis labi-
mur,per pniam reſurgamus,ac totis viribus uoluptates peſsimas carnisq; illecebras
vincentes,illud oino p̃caueamus,qm̃ ad mortẽ properamus, & dũ neſcimus ſecuriq;
conſiſtimus,repente mors venit. Ibi ergo feſtinemus, vbi iam non timebitur,& ubi
vos oẽs ſancti ſuſcipere & videre deſiderant, vbi vos rex cœleſtis Chriſtus & ſuper-
ni ciues Angeli expanſis charitatis brachiis expectant. Ibi,inq;,feſtinemus,vbi ſine
fine viuamus,& vbi angelicis agminibus conſortes eſſe poterimus. Ita poſtremo in
exilio huius mundi agamus, ut ad futurũ iudiciũ cũ ſecura conſcientia bonis ope-
ribus ornati veniamus, ibiq; gratiſsimũ munus deo aias noſtras offeramus, vt per
hoc ab eo cõmerciũ eternitatis beatitudinem accipere, & eſſe cũ eo in ſeculũ ſeculi
254 mereamur. Hęc,chariſsimi,mandata hactenus quaſi lac guſtanda porreximus,& ec-
A ce mõ ſub teſtimonio dei & angelorũ ſanctorũ qui nos loquentes audiunt, abſol-
uimus debitũ noſtrum cœleſtia vobis præcepta tradentes. A modo iam veſtrũ eſt co
gitare,quatẽnus & admonitio noſtra effectũ habeat ſalutis,& uos voluntatẽ dei fa-
cientes ab omni malo cuſtodiatis,atque deinde liberi ab omni contagione peccati
ad regna cœleſtia tripudiantes peruenire poſsitis, præſtante domino noſtro Ieſu
Chriſto,qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat. FINIS.

DE VTILITATE IEIVNII TRACTATVS.

254 DE vtilitate ieiunij admonemur aliquid loqui, & deus admonẽt
B & tempus nos admonet. Hęc enim obſeruatio, hæc virtus animi,
hæc fraudatio carnis,& lucrum mentis ab angelis non exhibe-
tur deo, Ibi enim omnis eſt copia & ſempiterna ſecuritas,& ideo
nullus defectus,quia in deum plenus affectus. Ibi panis angelo-
rum,quem panem angelorum vt manducaret homo, factus eſt
homo: hic omnes animę terrenam carnẽ portantes, de terra im-
plent ventres: ibi ſpiritus rationales cœleſtibus corporibus preſidentes de deo im-
plent mentes. Et hic cibus eſt, & ibi cibus: ſed cibus iſte cum reficit deficit,& ſic im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plet aluum ut ipſe minuatur,ille autem & implet & integer permanet. Hunc cibum
nobis eſuriendum Chriſtus indixit dicens, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, 254
Mat.5. quoniam ipſi ſaturabuntur. Pertinet ergo ad homines hanc uitam mortalem ge- D
rentes, eſurire ac ſitire iuſtitiam, impleri autem iuſtitia ad aliam vitam pertinet.
Hoc pane, hoc cibo pleni ſunt angeli,homines autem dum eſuriunt extendunt ſe,
dum ſe extendunt dilatãtur,dum dilatantur capaces fiunt,capaces facti ſuo tempo-
re replebuntur. Quid ergo hic? Nihil inde capiunt qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam?
Capiunt planè. Sed aliud eſt cum quærimus de refectione iter agentium, & aliud
cum quærimus de perfectione beatorum Apoſtolorum. Audi eſurientem & ſitien-
tem & utique iuſtitiam, quanta in hac uita capi poteſt, quanta geri iuſtitia. Quis
ennn noſtrum ſe illi uel conferre audeat, nedum Præferre? Sed quid ait? Non quia
Philip.3. iam acceperim,aut iam perfectus ſim. Videte quis loquatur,uas electionis,& extre-
Mat. 9. mum quodammodo fimbriarum veſtimenti domini,ſed tamen quod ad fluxum ſan
guinis ſanat tangentem, quia credentem: nouiſsimus enim Apoſtolorum & mini-
mus ſicut ipſe ait, Ego ſum nouiſsimus Apoſtolorum: &, Ego ſum minimus Apo-
ſtolorum. Et iterum, Non ſum dignus uocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Ec-
1. Cor.15. cleſiam dei,ſed gratia dei ſum quod ſum,& gratia eius in me vacua non fuit,ſed plus
omnibus illis laboraui,non ego autem,ſed gratia dei mecum. Hæc audiens tu tan-
quam plenum & perfectum ubi uideris audire. Audiſti quid ructet,audi & quid 254
eſuriat: Non quia iam acciperim,aut iã perfectus ſim ait,Fratres, ego me non arbi- E
Philip. 3. tror apprehendiſſe: vnum autem quæ retro oblitus,in ea quę antè ſunt extentus,ſe-
cundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ uocationis dei in Chriſto Ieſu.
Dicit ſe nondum eſſe perfectum,quod nondum acceperit,nondum apprehenderit,di
cit ſe extendi,dicit ſe ſequi ad palmam ſupernæ uocationis. In uia eſt,eſurit,impleri
vult,ſatagit,peruenire deſiderat,æſtuat,nihil illi tam magnę moræ eſt,quàm diſſol-
ui & eſſe cum Chriſto. Ergo,chariſsimi, quia eſt terrenus cibus quo carnis infirmi-
Philip.1. tas paſcitur,eſt autem & cœleſtis cibus quo pietas mentis impletur, & habet cibus
iſte terrenus vitam ſuam,habet & ille ſuam. Huius cibi uita hominum eſt,illius ci-
bi uita angelorum eſt. Fideles homines, diſcreti, iam corde a turba infidelium ſu-
ſpenſi in deum, quibus dicitur, Surſum cor, aliam ſpẽ gerentes,& ſcientes ſe peregri
1.Cor. 5. nari in hoc mundo,medium quendam locum tenent,nec illis comparandi ſunt,qui
nihil aliud putant bonum, quàm deliciis terrenis perfrui, nec illis adhuc ſuperni
habitatoribus cœli, quibus ſolæ deliciæ ſunt panis ipſe a quo creati ſunt. Illi ho-
mines proni ad terram, paſtum atque lætitiam de ſola carne requirentes, pecoribus
comparãtur,longe ab angelis diſtant & conditione & moribus. Conditione, quia 254
mortales ſunt: moribus, quia luxurioſi. Inter illum populum cœli & populum terrę, F
medius quodammodo pendebat Apoſtolus. Illuc ibat, hinc ſe attollebat. Nec cum il-
lis tamen erat adhuc,nam diceret,iam perfectus ſum: nec cum iſtis erat pigris,torpi-
dis,marcidis,ſomnolentis,nihil aliud eſſe putãtibus,niſi quod uident & quod trãlit,
& qd nati ſunt,q̃ morituri ſunt: nã ſi cũ eis eſſet,nõ diceret,ſequor ad palmã ſupnæ
vocationis. Gubernare itaque debemus noſtra ieiunia. Non eſt hoc,ut dixi officium
angelicum,nec tamen & illorum hominum officium eſt qui uentri ſeruiunt, medie-
tatis noſtræ res eſt qua viuimus ſecreti ab infidelibus & coniungi angelis inhiãtes,
nondum peruenimus,ſed iam imus: nondum ibi lætamur, ſed iam hic ſuſpiramus.
Quid erg nobis prodeſt abſtinere aliquantum a paſtu & lætitia carnali? Caro in ter-
ram cogit,mens ſurſum tendit: rapitur amore,ſed tardatur pondere. De hac re ſcri-
ptura ita loquitur, Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit
Sapi. 9. terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Si ergo caro in terram uergens
onus eſt animæ,& ſarcina prægrauans præuolantem, quantum quiſque delectatur
ſuperiore uita ſua,tantum deponit de terrena ſarcina ſua. Ecce quod agimus ieiu-
nantes. Non vobis ergo uideatur leuis res aut ſuperflua,ne quiſquam forte hoc fa- 254
cient Eccleſiæ conſuetudine,cogitet apud ſe & dicat ſibiipſi ut ſuggerentem intrin- G
ſecus audiat tentatorem. quid facis quia ieiunas,defraudas animam tuam,nõ ei das
quod eam delectat,tibiipſi ingeris pœnam? tuus ipſe tortor & cruciator exiſtis. Deo
ergo placet,quia te crucias? Ergo crudelis eſt qui delectatur pœnis ſuis. Reſponde
huiuſmodi tentatori, Excrucio me plane ut ille parcat, do de me pœnas, ut ille ſubue

niat,ut placeam oculis eius,ut delectem ſuauitatem eius. Mã & uictima excruciatur 384
254 ut in aram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea Et tali diſſitatori ma-
H lo ſeruo uentris reſponde per hanc ſimilitudinem: & dic, Si iumento forte inſideres,
ſi eqno utereris qui te geſtiendo poſſet præcipitare,nonne ut ſecurus iter ageres,ciba
ria ferocienti ſubtraheres,& fame domares quem fræno non poſſes? Caro mea iumẽ-
tum meum eſt,iter ago in Ieruſalem,plerunq; me rapit, & de uia conatur excludere:
Via autem mea Chriſtus eſt. Ita exultantem non cohibebo ieiunio? Si quis hoc ſapit,
etiam ipſo experimento ꝓbat q̃ utiliter ieiunetur. Nunquid enim caro iſta,quæ nũc
domatur ſemper domabitur? Dum temporaliter fluitat,dum mortalitatis conditione
prægrauatur,habet exultationes ſuas manifeſtas & periculoſas mẽti noſtræ. Caro eſt
enim adhuc corruptibilis,nondum reſurrexit. Nam non ſemper ſic erit,nondum ha-
bet ſtatum proprium cœleſtis habitudinis. Nondum enim facti ſumus æquales an-
gelis dei. Ne ergo arbitretur dilectio ueſtra, ꝙ inimica ſit caro ſpiritui,quaſi alter ſit
author carnis,alter ſit author ſpiritus: multi enim hoc putantes uere rapti ab ipſa car
ne deuiarunt,& alterum authorem carni,alterum ſpiritui poſuerunt. Vtuntur autẽ
quaſi teſtimonio apoſtolico,quod non intelligunt, Caro concupiſcit aduerſus ſpiri- Gala.5.
tum,& ſpiritus aduerſus carnem. Hoc uerum eſt,ſed quare & aliud non attendis? Ne- Ephe.5.
254 mo enim unquam carnem ſuam odio habet,ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus
I Eccleſiam. In illa prima ſententia quam commemoraui, quaſi quædam lucta duorũ
inimicorum uidetur,carnis & ſpiritus,quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpi
ritus aduerſus carnem: in hac autem,tanquam copulatio coniugalis. Nemo.n.unquã
carnem ſuam odio habet,ſed nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus Eccleſiã. Quid er-
go facimus inter has duas ſententias? Si contrariæ ſunt,quam reſpuemus,quam tene
bimus? Sed non ſunt contrariæ. Intendat enim charitas ueſtra,interim ego ambas ac
cipio,& ambas concordes quantum potuero,demonſtrabo. Tu autem quiſquis aliũ
authorem carnis conſtituis,alium ſpiritus,de illa quid agis: Nemo.n.unquam carnẽ
ſuam odio habet,ſed nutrit & fouet eam,ſicut Chriſtus Eccleſiam? Vel ſimilitudo nõ
te terret,quia nutrit,inquit,& fouet eam,ſicut & Chriſtus Eccleſiam? Compedem pu
tas carnem. Quis amat compedem ſuam? Carcerem putas carnem. Quis amat carce
rem ſuum? Nemo n.unquam carnem ſuam odio habet. Quis non oderit uinculũ ſuũ?
quis non oderit pœnam ſuam? & tamen nemõ unquam carnem ſuam odio habet, ſed
nutrit & fouet eam,ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Tu ergo qui alium authorem ponis
carni,alium authorem ſpiritui ponis,alium poſiturus es Eccleſiæ,alium Chriſto. Q d
254 qui ſapit,deſipit. Diligit ergo unuſquiſq; carnem ſuam, Apoſtolus dicit,& præter Apo
K ſtoli dictum unuſquiſq; in ſe probet Quantumlibet enim ſis domator carnis,quan-
tũlibet in eam ſeueritate accẽdaris,neſcio utrum non claudes oculum, ſi aliquis ictus
immineat. Eſt ergo quaſi quoddam coniugium ſpiritus & carnis. Vnde ergo caro con
cupiſcit aduerſus ſpiritum,& ſpiritus aduerſus carnem? Vnde iſta pœna, quæ ducta
eſt de mortis propagine? Vnde dictum eſt, Omnes in Adam moriuntur? Et unde di- 1. Cor. 15.
cit Apoſtolus, Fumus aliquando & nos natura filij iræ ſicut & cæteri? Accepit enim Ephe. 2.
ille uindictam mortis, de quo nati ſumus, & trahimus quod uincamus. Et ideo concu
piſcimus aduerſus carnem, ut nobis domitam carnem ſubijciamus, & eam ad obediẽ
dum attrahamus. Nunquid ergo odimus, quem nobis cupimus obedire? Dat unuſ-
quiſq; & in domo ſua plerunq; diſciplinam coniugi ſuæ, & eam ſubiugat renitenrẽ,
non perſequitur inimicantem. Filium tuum domas ut tibi obediat, nunquid odiſti,
nunquid depuras inimicum? Seruum poſtremo tuum diligis & caſtigas, & in caſtigan
do obedientem facis. Habes de hac re ipſius Apoſtoli manifeſtam, plenamq; ſententiã:
Non ſic curro, inquit, tanquam in incertum, non ſic pugilor quaſi aerem cædens, ſed 1. Cor. 9.
caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipſe reprobus
inueniar. Habet ergo caro ex conditione mortali quaſi quoſdam terrenos apperitus
254 ſuos, in hos tibi ius fræni conceſſum eſt: regat te præpoſitus, ut poſsit a te regi ſubie-
L ctus. Infra te eſt caro tua, ſupra te eſt deus tuus. Cũ uis ut ſeruiat tibi caro tua, admo-
neris quo te oporteat ſeruire deo tuo. Attendis quod ſub te eſt, attende & quod ſupra
te eſt. Leges in iferioré nõ habes niſi a ſuperiore. Seruus es, ſeruũ habes, ſed dñs duos
ſeruos habet. Seruus tuus plus eſt in ptãte dñi tui, quã in tua. Itaq; uis tibi obediri a
carne, nunqd in oibus põt, in oibus obtẽperat dño tuo? Non in oibus obtẽperat ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi. Quomodo,inquis? ambulas,pedes moues,sequitur: sed nunquid quantum vis tibi tecum? Animatur a te,nunquid quandiu uis? quid quando vis, doles? quando vis, sanus es? Exercet enim te plerunque dominus tuus per seruum tuum, vt quia fuisti domini contemptor,mercaris emendari per seruum. Sed ad te quid pertinet, delectationem carnis non relaxare vsque ad illicita aliquantum, & a licitis refrænare? Qui enim a nullis refrænat licitis,uicinus est & illicitis. Proinde fratres, licitum est coniugium,illicitum est adulterium, & tamen temperantes viri, vt longe sint ab illicito adulterio,refrenant se & aliquantum a licito coniugio. Licita est satietas,illicita est ebriositas, tamen modesti homines vt longe se faciant a turpitudine ebrietatis,castigant se aliquantum & a libertate satietatis. Ita ergo agamus,fratres, temperemus: & quod facimus,sciamus quare faciamus. Cessando a lætitia carnis,acquiritur lætitia mentis. Proinde finis nobis ieiuniorum nostrorum ad iter nostrum, quid sit ipsum iter,& quo tendamus,hoc considerandum est. Nanque & Pagani ieiunant aliquando,& nec regionem quo tendimus,norunt: & Iudæi ieiunant aliquando,& viam in qua ambulamus non apprehenderunt. Tale est hoc,ac si aliquis equũ Mat. 5. domet,in quo erret. Ieiunant hæretici, video quales eant: interrogo, quo eant, ieiunatis vt cui placeatis? Deo,inquiunt. Munus putatis accipit? Sed prius vide quid dicit,Relinque munus,& vade prius reconciliare fratri tuo. Nunquid membra tua recte domas,qui Christi membra dilanias? Auditur, inquit, in clamore vox vestra, & eos qui sub iugo uestro sunt,stimulatis & cæditis pugnis. Non tale ieiunium elegi,dicit dominus. Improbaretur ergo ieiunium tuum, si immoderatius seuerus existeres in seruum tuum: approbabitur ieiunium tuum,cum non agnoscis fratrem tuũ? Non ego quæro a quo cibo abstineas, sed quem cibum diligas. Dic mihi quem cibum diligas,vt approbem quòd ab isto cibo te abstineas. Diligis iustitiam? Forte, inquis,diligo. Appareat ergo iustitia tua. Puto enim iustum esse vt maiori seruias, quo tibi minor obtemperet. De carne enim loquebamur, quæ minor est quàm spiritus,& quę domanda ac moderanda subiecta est. Agis cum ea vt obtemperet tibi,& subtrahis ei cibum,quòd ames subiectam tibi: agnosce maiorem, agnosce superiorem,vt tibi recte cedat inferior. Quid si caro tua obedit tibi, & tu non obedis deo tuo? Nonne ab ipsa damnaris,cum tibi obtemperat? Nonne obtemperando tibi contra te dicit testimonium? Et cui,inquit,maiori obtemperem? Ecce Christus loquitur Ioan. 13. iustitia. Amatorem tedixeras,Mandatũ nouũ do vobis, vt vos inuicé diligatis. Audi ergo dñm tuũ mandatũ dantem, ut nos inuicé diligamus. Cũ ex nobis oibus tanq̃ mebris corpus sibi faciat,q̃ corpus habeat vnũ caput ipsum dñm & saluatorem,tu contra diuellis te a mẽbris Christi,non amas vnitatẽ. Nõ hoc expaueſceres in membris tuis,si distortũ digitũ haberes,non ad correctorẽ digiti tui medicũ curreres? Certe tunc se hẽt bene corpus tuũ,qñ sibi cõcordãt mẽbra tua: tunc diceris sanus, tunc bene vales. Si aũt aliquid in tuo corpore dissentiat ab aliis partibus, quæris qui emẽdet: cur ergo nõ quæris emendari,vt cõpagini mẽbrorũ xpi reuoceris,& congruas in ipso corpore & tuo? Certe viliores sunt cęteris membris capilli tui. Quid vilius in corpore tuo capillis tuis? Quid contẽptius,quid abiectius? Et tñ si male te tondeat, irascaris tonsori, quia in capillis tuis non seruat æqualitatem, & tu in membris xpi non tenes vnitatem. Quid sunt ergo,aut cui rei prosunt ieiunia tua? Indignũ deum cui putas,cui ab oĩbus qui in eũ credũt in vnitate seruiatur, & tñ vis in mẽbris tuis in corpore tuo,in capillis tus vnitatẽ seruari. Loquuntur viscera tua, membra tua cõtra te dicunt verũ testimoniũ,& tu falsum contra mẽbra xpi. Discreuisti te a ieiunio Paganorũ. Hoc putas,& ideo securus tibi videris. Ego.n. inquis, Christo ieiuno, illi autem idolis & dæmoniis. Accipio quod dicis,& reuera non nego,discretũ est. Sed ecce quẽadmodũ contra te pauloante me cõmemorãte, dicebãt testimoniũ mẽbra tua, vt admonerẽ te qualis esse debeas cũ mẽbris xpi dei tui & ipsi Pagani, a q̃bus separas ieiunium tuũ, admoneant te aliquid de vnitate xpi tui. Ecce illi multos deos falsos non diuisi colũt, nunquid nos vnum verum ideo inuenimus, vt sub vno in vnitate non simus? Multos illi & falsos, nos vnum & verum: & illi sub multis falsis non habent diuisionem, nos sub vno vero non tenemus vnitatem. Non doles, non gemis, non erubescis? Aliud addo. Non solum multos deos falsos Pagani colunt, sed plerosq; sibi contrarios & inimicos. Verbi gratia, commemoremus aliqua ipsorum, si cunta non pos-

non possumus Hercules & Iuno inimici fuerunt, homines enim fuerunt, priuignus
ille nouerca illa, vtrique eorum Pagani templa fecerunt, & Iunoni & Herculi. Ado-
251 rant illum adorant illam pariter eunt ad Iunonem, pariter ad Herculẽ. Illis sibi ira-
C tis,concordes sunt. Vulcanus & Mars inimici sunt, & iustam causam habet Vulca-
nus,sed da iudicem qui audiat. Odit enim miser vxoris adulterium,nec tamen au-
det cultores suos a Martis templo prohibere. Simul adorant & illũ & illum. Si imitantur deos suos,litigant,& ipsi eunt de templo Martis ad templum Vulcani. Magna
indignitas: nec tamen timent ne sibi irascatur maritus, quòd ad eum venitur de tẽplo Martis adulteri. Habent cor,sciunt lapidem sentire non posse. Ecce colentes multos, falsos,diuersos,aduersos,tenent tamen in eis colendis qualemcunque vnitatem.
Ecce dicunt contra te testimonium & ipsi Pagani,a quibus tua ieiunia separasti. Veni ergo ad vnitatem frater: Vnum deum colimus, nunquam patrem & filium vidimus litigantes. Nec mihi Pagani succenseant quòd hæc dixi de diis eorum. Quare
enim irascantur verbis meis, & non potius literis suis? Illas prius si possunt, imo si
volunt,deleant. Non eis docendis grammatici vela suspendant. Irascitur mihi,quia
ego dico,qui dat mercedem vt filius ipsius discat. Ergo,charissimi, illi quidem tales deos habent,vel potius habuerunt. Quia enim ipsi eos deserere noluerunt,ab eis
deserti sunt. Et multi deseruerunt eos,& adhuc deserunt eos, deiiciunt templa eorũ
251 in cordibus suis: sed gaudeamus de illis,quia veniunt ad vnitatem, non ad diuisio-
D nem. Non inueniat Paganus occasionem,qua nolit esse Christianus. Concordemus,
fratres, colentes vnũ deum,vt & illos deserere multos deos exhortemur quodammodo nostra concordia,vt ad pacem & ad vnitatem veniant colendi vnum deum. Et si
forte fastidiunt,& hinc nobis calumniantur,q̃ vnitatem inter nos Christiani nõ habemus,& inde sunt tardi & pigri ne veniant ad salutem, alloquar & ipsos paululum,
& dicam,quod eis dicatis: non præferant nobis quasi concordiam suam,non sibi tãquam de vnitate sua placeant. Hostem quippe quem patimur, illi non patiuntur: illos,& non ista agentes ipsi possidet. Videt eos adoratores falsorum deorum, videt
eos seruos, & seruos dęmoniorum. Quid illi lucri est,quia litigant: aut quid damni
est,quia non litigant? Et vnum quanuis falsum & vanum sentientes, sibiq̃ consentientes,sic eos possidet. At vero cum desereretur, & multi ad vnum deum concurrerent,eius sacrilega sacramenta desererent templa euerterent, idola frangerent, sacrificia prohiberent, vidit se perdidisse quos tenebat, vidit a sua familia recessisse, verum deum cognouisse,quid faceret,quomodo insidiaretur? Cõcordes nos scit quòd
possidere non possit, vnum deum nobis diuidere non potest, falsos deos nobis
supponere non potest,sentit esse vitam nostram charitatem, mortem nostram dis-
sensionem,lites immisit inter Christianos, quia multos deos non potuit fabricare
251 Christianis,sectas multiplicauit,errores seminauit, hæreses instituit, sed quicquid
E fecit,de palea dominica fecit. Ecce securitas nobis est, licet illo sæuiente, licet illo
insidiante,& dissensiones varias inter Christianos seminante, si deum nostrũ agnoscamus,si concorditer teneamus,si fidem seruemus, securi simus fratres. Frumentum de aerea,aut non recedit,aut redit,aliquid palearum aufert vento tentationis,
vnde nobis faciat non viam perditionis,sed opus exercitationis. Quantam vero palea non tollit foras,& ipsa tamen in vltimo ventilanda est,& non it tota palea,nisi
in ignem. Satagere ergo debemus,fratres mei,cum tempus est,quantis possumus viribus,quanta possumus intentione,vt si fieri potest,& palea redeat, dum frumenta
non pereant. Dilectio nostra hic probatur, magnum opus vitę nostrę proponitur.
Nõ nos inueniremus q̃tũ fratres diligamus,si nomio piclitaretur: nõ appareret q̃ta
esset dilectio inqsitionis, si nihil teneret abyssus p ditionis. Laboremus frẽs, nõ cesse
mus,oĩ ope,oi sudore,affectu pio ad deũ,ad illos inter nos ne illorũ uerere litẽ sopir
uolentes inter nos nouas rixas faciamus, & añ oĩa cauti simus inter nosipsos tenere
firmissimã dilectionẽ. Illi gelauerũt in iniquitatibus suis: quomodo in eis tu solues
251 glaciem iniquitatis, si non ardes flamma charitatis? Nec curemus q̃ eis molesti vide-
F mur compellendo, attendamus quo in eo securi simus: nunquid enim ad mortem,
& non potius a morte? Omnino quibuscunque modis possimus, sed modeste vetusta
vulnera pertractemus,& cauti sumus, ne inter manus medici, deficiat, qui curatur.
Quid itaque curandum nobis est,quia plorat puer qui ad scholam ducitur? Cogitan

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum nobis est,quia repent manus medici qui secatur. Piscatores fuerunt Apostoli,
Mat.4. & dominus dixit eis,Faciam vos piscatores hominum. Per Prophetam autem dici-
Iere 16. tur,ꝙ deus primo piscatores erat missurus,postea venatores. Primo piscatores misit, 255
G postea venatores mittit.Quare piscatores,quare venatores? De abysso & profundo
maris superstitionis idololatriæ credentes,piscati sunt retibus fidei. Venatores autē
quo missi sunt,cū illi vagarentur per montes & colles,id est,per superbias hominū,
per tumores terrarū.Mons vnus,Donatus;& alius mons, Arrhius:alter mons, Foti-
nus alter mons,Nouatus: per istos montes errabāt venatoribus indigebat error ip-
sorum. Ideo & distributa sunt officia piscatorum & venatorum, ne forte isti dicant
nobis,Quare Apostoli neminē coegerunt,neminem impulerunt? Quia piscator est,
retia mittit in mare,quod incurrerit,trahit. Venator autem syluas cingit,sentes ex-
cutit,terroribus vndique multiplicatis cogit in retia. Ne hac eat, nec illac eat: inde
occurre,inde cæde,inde terræ,non exeat,non effugiat,Sed retia nostra vita est,tantū
dilectio conseruetur.Nec attendas q̄ illi sis molestus,sed q̄ tibi ille sit dilectus. Qua-
lis pietas si parcis,& moritur? Fratres,hāc etiam considerate cōparationē & similitu
dinem,vna.n.res multas similitudines habere pōt, ea conditione, Nascuntur hoies
vt velit sibi omnis hō a filiis suis succedi,& nemo est. qui non hunc ordinē in domo
sua vel optet vel speret,vt generatores filiorū cedant, & generati succedant:tē si pa-
ter senex ægrotet,non dico si filius cui adsit pater, quē quærit hæredem,quem cupit 255
successorem,quem ppea genuit,vt illo mortuo ipse viuat,non hoc dico:si pater ęgro H
tet senex,iturus iam vicinus morti,iam naturæ ordinem petens,iam vltra quod spe-
ret,non habens: tamen si ægrotet,& adsit illi pie filius eius, & videat eū medicus le-
tali & noxio somno præmi, patiens est in senem moriturū ꝓpter ipsos paucos dies,
quibus hic pōt viuere:stat filius,& adest patri solicitus, & cū audierit medicum dicē
tem,iste hō lethargicus pōt esse,& inde mori, si permittatur dormire, si vultis eū vt
uere nō dormiat,illū somnus ille noxius p̄mit,q & noxi⁹ est,& dulcis ē. Filius āt eius
admonitus a medico,stat solicitus patri,molestus pulsat, & si pulsatio eius vincitur,
vellicat,& si vellicatio nihil agit,pungit. Certe molestus est patri, & esset impius,nisi
molestus esset. At ille quē delectat mori, molestū sibi filium tristi aspectu & voce re
uerberat, Quiesce mihi qd molestus es? Sed medicus ait,Quia si dormieris,morie-
ris. Et ille,Dimitte me,mori volo. Senex dicit,mori volo,& puer impius est,si nō di-
cat,ego nolo. Et illa vita vtriq; temporalis est,nec ille in ea perpetuus erit,cui filius
est molestus vt excitet: nec ille qui abeunti patri & decedenti succedit, ambo per eā
transeunt,ambo per illam temporaliter transuolant, & tamen impii sunt, nisi ad ip- 255
sam sibi temporalem etiam cum inuicem molesti sunt,consulant. Ergone video fra- I
trem meum somno noxię consuetudinis p̄mi,& nō excito, dum timeo molestus es-
se dormienti atque perunti? Absit a me vt hoc facerem, nec si illo viuo nostra angu-
staretur hęreditas. Nunc vero cum illud quod accepturi sumus diuidi non possit,
cum possessore multiplicato angustari non possit,non eum erigam vel molestus vt
vigilet,& carens somnovetustissimi erroris mecum in hæreditate gaudeat vnitatis?
Prorsus faciē,si vigilo faciā,si nō facio,& ego dormio. Charissimi,dns interpellatus
Luc.12. est a quodā cū turbis loqueret,& ait illi, Dne dic fratri meo,vt diuidat mecū hæredi
tatē.& dns,Dic hō qs me cōstituit diuisorē hæreditatis inter vos? Nō vtiq; dedigna
batur cōpescere cupiditatē,sed nolebat fieri iudex ad diuisionē. Nos aūt,charissimi,
nō eū rerū taliū iudicē requiramus,quia nec talis est hæreditas nostra pura fronte,
bona conscientia interpellemus domino nostro,& dicat ei vnusquisq; nostrum, Do
mine dic fratri meo non vt diuidat, sed vt teneat mecum hæreditatem. Quid enim
vis diuidere frater? Quod enim dimisit nobis dominus, non potest diuidi. Aurum
est enim,vt stateram diuisionis proferat,argentum est, pecunia,mancipia sunt, pe-
Ioan 14. cora sunt,arbores sunt,agri sunt? Omnia enim ista diuidi possunt. Non potest diui- 255
di,Pacem meam do vobis,pacem meam dimitto vobis. Postremo in ipsis etiam ter- K
renis hæreditatibus diuisio minorem facit: constitue duos fratres sub vno patre,
quicquid possidet pater,amborum est,totum illius,totum & illius. Proinde si de re-
bus suis interrogentur,sic respondet: Cuius est,verbi gratia,equus ille? Et si vni eo-
rum dixeris,noster est. Cuius ille fundus,ille seruus? In omnibus respondet, noster
est. Si autem diuidant,iam aliud respondetur. Cuius equus ille? meus: cuius iste? fra-

tris mei. Ecce quid tibi fecit diuisio? non vnum acquisisti sed vnum perdidisti. Si
ergo & talem hæreditatem haberemus quæ diuidi posset, diuidere tamen non debe-
256 remus,ne nostras diuitias minueremus. Et certe nihil tam importunum filiis,quàm
L viuo patre velle diuidere. Denique si hoc facere moliantur,si litibus & contentioni-
bus studeant ad vendicandas sibi quisque partes suas,exclamat senex,Quid facitis,
adhuc viuo? expectate paululum mortem meam, tunc secate domum meam. Nos
autem deum patrem habemus,quid imus in diuisionem, quid imus in lites? Certe
expectemus,si mori potuerit,diuidamus.

FINIS.

DE VRBIS EXCIDIO TRACTATVS.

256 M NTVEAMVR primam lectionem sancti Danielis Prophe-
tæ,vbi eum audiuimus orantem,& mirati sumus,peccata non so
lum populi sui,sed & sua propria confitentem, nam post ipsam
orationem,cuius quidem verba indicabant eum non solum de-
peccatorem,sed etiam confessorem. Post ipsam ergo orationem:
cum orarem,inquit,& confiterer peccata mea, & peccata populi Danie. 9.
mei domino deo meo. Quis ergo est qui se sine peccato esse pro-
fiteatur,Cum Daniel Propheta peccata propria confitetur: nam superbo cuidam di-
ctum est per Ezechielem prophetam, Nunquid tu sapientior quàm Daniel? In tri-
bus item quibusdam sanctis viris, per quos tria genera hominum significat deus Ezec. 28.
quę liberaturus est,quando magna tribulatio superuentura est generi humano,etiā
hunc Danielem posuit & dixit,ꝙ nemo inde liberabitur nisi Noe,Daniel & Iob: Et
quidem manifestum est,ꝙ in his tribus nominibus tria quędam,vt dixi,genera ho- Ezec. 14.
minum significat deus. Iam enim tres illi viri dormierunt, & apud deum sunt spiri-
tus eorum,& corpora eorum in terra fluxerūt: expectant resurrectionem, & ad dex-
teram collocationem,nec aliquam in hoc mundo tribulationem timent,vnde se cu-
piant liberari. Quō ergo de illa tribulatione liberabuntur Noe,Daniel,& Iob? Quā-
257 do dicebat ista Ezechiel,solus forsitan Daniel in corpore fuit, Item Noe & Iob iam
A olim dormierant, & somno mortis patribus appositi fuerant: quo ergo poterunt de
imminente tribulatione liberari,iam olim de carne liberati? Sed in Noe significan-
tur boni p̄positi,qui regunt & gubernant Ecclesiā quo Noe in diluuio gubernauit
arcam. In Daniele significantur oēs sancti continentes. In Iob significantur oēs con
iugati iuste & bene viuentes. Hæc.n.tria genera hoium de illa tribulatione liberat
deus. Tamen quantū sit cōmendatus Daniel, ex hoc apparet, ꝙ vnus ex illis tribus
meruit nominari,& tamen confitetur peccata sua. Daniele ergo confitente peccata
sua,cuius superbia non contremiscat,cuius inflatio non residat, cuius tumor & ela-
tio non cohibeatur? Quis glorietur castum se habere cor, aut quis glorietur mun- Prou.20.
dū se esse a peccato? Et mirantur hoies, & vtinam tantum mirarentur, & non etiam
blasphemarent, quando corripit deus genus humanū & flagellis piæ castigationis
exagitat,exercens ante iudicium disciplinā,& plerunq; non eligens quem flaget,no
lens inuenire quem dānet. Flagellat.n.simul iustos & iniustos,quāquā quis iustus,si
Daniel Propheta peccata propria cōfitetur? Lecta est ante dies lectio libri Geneseos,
quæ vos,nisi fallor,multum fecit intentos,vbi Abraham dicit domino,vtrum si in- Gen. 18.
257 uenirat in ciuitate quinquaginta iustos parcat ciuitati ꝓpter eos,an cum ipsis perdat
B ciuitatem, Respondit ei dominus,quod si inueniat in ciuitate quinquaginta iustos
parcat ciuitāti. Deinde Abraham adiecit ad interrogationem, & quęsiuit, vtrum si
minus fuerint quinque, & remaneant quadragintaquinque, similiter parcat. Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpondit deus parcere ſe propter quadragintaquinque. Quid pluribus? Paulatim interrogando,& illo de numero detrahendo peruenit ad decem,& quęſiuit a domino, utrum ſi decem iuſtos in ciuitate compererit, perdat eos cum reliquis innumerabilibus malis,an propter decem iuſtos parcat potius ciuitati: Reſpondit deus,etiam propter decem iuſtos non ſe perdere ciuitatem. Quid ergo dicimus fratres? Occurrit.n. quæſtio nobis ualida & uehemens,preſertim ab hominibus qui ſcripturis noſtris impietate inſidiantur,non qui eas pietate perquirunt,& dicunt,maxime de recenti excidio tantæ urbis,Non erant Romæ quinquaginta iuſti in tanto numero fidelium,tanto numero ſanctimonialium, continentium, tanto numero ſeruorum & ancillarum dei nec quinquaginta iuſti inueniri potuerunt,nec quadraginta,nec triginta,nec uiginti,nec decem? Si autem incredibile eſt,quare non deus propter quinquaginta,uel etiam propter decem iuſtos pepercit illi ciuitati? Scriptura non fallit,ſi ſe homo non fallat. Cum de iuſtitia quæritur,& deus de iuſtitia,reſpondet. Iuſtos quærit ad regulam diuinam,non ad regulam humanam. Cito ergo reſpondeo, Aut inuenit ibi tot iuſtos,& pepercit ciuitati: aut ſi non pepercit ciuitati,nec iuſtos inuenit. Sed reſpondetur mihi,manifeſtum eſſe q̄ deus non pepercit ciuitati,Reſpondeo & ego,imo mihi non eſt manifeſtum: perditio enim ciuitatis ibi facta non eſt,ſicut in Sodomis facta eſt. De Sodomis enim quæſtio erat,quando deū Abraham interrogauit, Deus autem dixit,Non perdam ciuitatem: non dixit, Non flagello ciuitatem Sodomis nō pepercit, Sodomam perdidit, Sodomam penitus igne conſumpſit, quam ad iudicium non diſtulit, ſed in ea exercuit quod aliis malis ad iudicium reſeruauit. Prorſus nullus de Sodomis euaſit,nihil hominis relictum eſt,nihil pecoris,nihil domorum, cuncta omnino ignis abſorbuit. Ecce quomodo deus perdit ciuitatē. Ab urbe autem Roma quam multi exierunt & redituri ſunt, quam multi manſerunt & euaſerunt, quā multi in locis ſanctis nec tangi potuerunt. Sed capti,inquiunt,multi ducti ſunt. Hæc & Daniel non ad ſupplicium ſuum,ſed ad ſolatium cæterorum. Sed multi,inquiunt, occiſi ſunt;hoc & tot iuſti Prophetæ a ſanguine Habel uſque ad ſanguinem Zachariæ: hoc etiam tot Apoſtoli, hoc etiam dominus Prophetarum & Apoſtolorum. Sed multi,inquiunt,tormentis uariis excruciati ſunt. Putamūsne quiſquam tantum quā tum Iob horrendus nobis? Nunciatæ ſunt ſtrages,facta incendia,rapinæ,interfectiones,excruciationes hominum. Verum eſt,multa audiuimus,omnia gemuimus, ſæpe fleuimus,uix conſolati ſumus,non ab uno,non negó multa nos audiſſe,multa in illa urbe eſſe commiſſa, Veruntamen,fratres mei,intendat charitas ueſtra quod dico. Audiuimus librum ſancti Iob,q̄ perditis rebus,perditis filiis,nec ipſam carnem,quæ illi ſola remāſerat,ſaluam potuit obtinere, ſed percuſſus graui uulnere a capite uſque ad pedes ſedebat in ſtercore,putreſcens ulcere,ſanie fluens,uermibus ſcatens, tormentis acerbiſsimis dolorum cruciatus. Si nobis ſic nunciaretur uniuerſa ciuitas ſedere: ſedere,i quā ciuitas uniuerſa, nullo ibi ſano, in grauiſsimo uulnere,& ſic putreſcere uermibus uiuus quomodo mortui putruerunt: quod erat grauius,hoc an illud bellum? Puto q̄ mitius in carnem humanam ferrum ſæuiret q̄ uermes, tolerabilius de uulneribus ſanguis erumperent,quam de putredine ſanguis diſtillaret. Cadauer cor rumpi reſpicis & horreſcis,ſed ideo minor pœna q̄ abſens anima. At uero in Iob præſens anima quæ ſentiret,ligata ne fugeret,ſuſtinuit tamen tribulationem Iob, & deputatum eſt illi ad magnam iuſtitiam. Non ergo quiſquam attendat quid patiatur, ſed quid faciat homo. In eo q̄ pateris, poteſtas tua non eſt, in eo q̄ facis, uoluntas tua uel nocens uel innocens eſt. Patiebatur Iob, ſtabat mulier relicta ſola: non ad conſolationem,ſed ad tentationem: non quæ afferret medicinam, ſed quæ moneret blaſphemiam, Dic aliquid,inquit,in deum,& morere. Videte quemadmodū illi mors beneficium fuit, & tale beneficium nemo dabat. Sed in his omnibus quæ ſancta anima ſuſtinebāt,patientia exercebatur,fide probabatur,mulier confutabatur,diabolus uincebatur. Spectaculum magnum, & in illa fœditate putredinis præclara pulcritudo uirtutis. Vaſtat latenter inimicus,aperte malum ſuadeat inimica,adiutorium dia boli non mariti, Heua noua, ſed ille non uetus Adam, Dic aliquid in deum & morere. Blaſphemando extorque,quod precando non potes impetrare. Locuta es,inquit, tanquam una ex inſipientibus mulieribus. Attendite uerba fortis fidelis, attendite uerba foris putreſcentis,intus integri. Locuta es,inquit,tanquam una ex inſipientibus mulieribus.

256 C

Mat.23.

Iob.2.

256 D

256 E

256 F

mulieribus. Si bona percepimus,mala non ſuſtinemus? Pater eſt,nunquid amandus blandiens,& reſpuendus corripiens? Nonne pater eſt,& ꝓmittens vitā,& ꝓponens diſciplinā? Exciditne tibi fidelis? Accēdens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore & ppara aīam tuā ad tentationem: oē quod tibi applicitū fuerit accipe, & in dolore ſuſtine,& in humilitate tua patientiā habe,qm̄ in igne ꝓbatur aurū & argentum,homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Miſer, exciditne tibi? Quē.n. diligit dñs,corripit: flagellat aūt omnem filium quem recipit. Cogita quoſlibet cruciatus,extende aīum in quaſlibet in hac vita pœnas humanas,compara ad gehennam, & leue eſt omne quod cogitas. Hic tpalis, ibi æternus eſt, & qui torquet & q torquetur. Nunquid adhuc patiuntur,qui illo tpe paſsi ſunt, quo Roma vaſtata eſt? Diues autem ille adhuc apud inferos patitur,arſit, & ardet,ardebit viuet vſque ad iudiciū, recipiet carnē non ad beneficium,ſed ad ſupplicium. Illas pœnas timeamus,ſi deum timemus. Quicquid hic paſſus fuerit homo ſi corrigatur,emendatio eſt: ſi nec ſic corrigatur,duplex dānatio eſt. Et hic.n. luit pœnas tpales, & ibi experietur æternas. Dico charitati veſtræ,fratres,martyres certe ſanctos laudamus,glorificamus, admiramur,dies eorum pia ſolennitate celebramus,merita eorū veneramur: & ſi poſſumus, imitamur. Eſto ꝓfecto magna martyrum gloria, ſed neſcio vtrum minor gloria fuit ſancto Iob,nec tn̄ ei dicebatur,Thus pone idolis,ſacrifica diis alienis, nega xp̄m: dicebatur tn̄ blaſphema deū. Nec ſic dicebatur,vt intelligeretur,ſi blaſphemaueris,putredo oīs abſceſſura ſanitasq̄ reditura eſt: ſed ſi blaſphemaueris dicebat inepta & inſulſa mulier,morieris,& moriendo tormentis carebis. Quaſi vero morienti blaſphemo non æternus dolor ſuccederet: mulier fatua p̄ ſentis putredinis horrebat moleſtiam,æternam flāmam minime cogitabat: ferebat ille præſens,ne incideret in futurum,tenebat cor a mala cogitatione,linguā a maledicto, ſeruabat aīæ integritatem in putredine corporis,videbat quod in futurum euadebat: & ideo quod patiebatur, ferebat. Sic vnuſquiſq; xp̄ianus,qñ aliquā afflictionem corporis patitur, gehennas cogitet,& videat q̄ leue eſt quod patitur,non murmuret aduerſum deum,non dicat, Deus,quid tibi feci,quare iſta patior? Imo dicat,quod dixit ipſe Iob quāuis ſanctus: Exquiſiſti oīa peccata mea,& ea tanq̄ in ſacculo lignaſti. Non ſe auſus eſt dicere ſine peccato qui patiebatur,non vt puniretur,ſed vt ꝓbaretur. Hoc dicat vnuſquiſque cum patitur, Fuerunt Romæ quinquaginta iuſti, imo ſi modum humanum conſide res,milia iuſtorum: ſi regulam perfectionis,nemo iuſtorum exiſtit, Quicunq; Romę qui ſe audeat iuſtū dicere,a me non audet: nunquid tu ſapientior q̄ Daniel? Audi ergo illum confitentem peccata ſua,an forte cū confitebatur mentiebatur? Hinc ergo habet peccatum quia de ſuis peccatis deo non mentiebatur. Sed aliqñ argumentatur hoies & dicunt, Debet & homo iuſtus dicere deo, quia peccator eſt, quāuis ſciat nullum ſe habere peccatum,tamen dicat deo,habeo peccatum, miror ſi iſta conſilij ſanitas appellanda eſt? Quis te facit non habere peccatum,nonne deus qui ſanat animā tuam? Si tamen non habes peccatum,nam conſidera, & inuenies non peccatum, ſed peccata. Tamen ſi prorſus non habes peccatum, nonne illius beneficium eſt cui dixiſti,Ego dixi,domine miſerere mei,ſana animam meam, qm̄ peccaui tibi? Si ergo ſine peccato eſt anima tua, ſanata eſt omnimodo anima tua, quare ingratus medico tuo,vt dicas vulnus eſſe adhuc,vbi omnē ſanitatem ille iam perfecit? Si corpus tuū languidum,aut vulneratum medico oſtenderes & rogares vt tibi adhiberet curandi diligentiam,atq; ille faceret,ſanumq; & incolumen redderet,& tu adhuc diceres,non ſum ſanus,nonne eſſes medico ingratus, nonne eſſes in medicum contumelioſus? Sic & deus ſanauit te, & audes dicere, adhuc vulnus habeo, nec times ne tibi reſpondeat: ergo ego nihil egi,aut totum quod egi,effudi,nō accipio mercedē, non mereor vel laudem. Auertat deus hāc amentiam,& hanc argumentationem vanā. Dicat hō, peccator ſum quia peccator eſt: dicat peccatum habeo quia peccatum habet. Nō.n. ſi non habet,ſapientior eſt q̄ Daniel? Ergo,fratres mei, illā qōnē aliqñ determinem. Si iuſti ſic appellandi ſunt,ſicut modo quodam humano iuſti appellantur, ſecundū quandam conuerſationem,qua inter homines viuunt ſine querela, multi tales Romæ,& pp hoc pepercit deus,multi euaſerūt,ſed & eis qui mortui ſunt,pepercit deus: Mortui.n. in bona vita & vera iuſtitia, in bona fide, nonne rerum humanarum caruerunt,& ad diuinū refrigerium peruenerunt? Mortui ſunt poſt tribulationes,qūo

256 H

Iob. 14.

Ezec. 28.

256 I

Pſal. 40.

256 K

pauper ille antẽ ianuas ciuitis, sed passi sunt famem, passus est & ille, passi sunt vul
nera, passus est & ille, forte minus eos canes linxerunt. Mortui sunt, mortuus est & 256
Luc. 16. ille, sed quo fine audi, Contigit, inquit, mori inopem illum, & asferri ab angelis in si- M
nu Abrahæ. Vtinam videre possemus oculis animas sanctorum, qui in illo bello
mortui sunt, tunc videretis quomodo deus pepercerit ciuitati. Milia. n. sanctorum in
refrigerio sunt lætãtium & dicentium, Deus gratias tibi, quia nos a carnis molestijs
& tormento seruasti. Gratias tibi, quia iam nec Barbaros, nec diabolum formida-
mus, non timemus in terra famem, non timemus grandinem, non timemus hostẽ,
† aliâs li- non timemus illectatorem, † non timemus oppressorem, sed sumus in terra mor-
ctorem. tui, apud te non morituri, in regno tuo salui, dono tuo non merito nostro. Qualis
ciuitas est humilium quæ ista dicit? An putatis ciuitatem in parietibus deputan-
dam? Ciuitas in ciuibus est non in parietibus. Denique si diceret deus Sodomitis,
fugite, quia incensurus sum locum istum, nonne magnum meritum eos habere di-
ceremus si fugerent & flamma de cœlo descendens mœnia parietesq; vastaret? Non-
ne deus pepercerat ciuitati, quia ciuitas migrauerat, & perniciem illius ignis euase-
rat? Nonne ante paucos annos iam subtracto Imperatore † Constantinopoli quod
†aliàs sub dico audierunt nonnulli, & forsitan nouerunt, & sunt in hoc populo qui & illic pre-
Archadio sentes fuerunt, volens deus terrere ciuitatem & terrendo emendare terrendo cõuer- 256
Impatore. tere, terrendo mundare, terrendo mutare, seruo cuidam suo fideli viro, vt dicitur mi M
litari, venit in reuelatione & dixit ei, ciuitatem venturo de cœlo igne perituram, eiq;
admonuit, vt Episcopo diceret, Dictum est, non contempsit Episcopus & allocutus
est populum, conuersa est ciuitas in luctum pœnitentiæ, quemadmodum quondam
Iouæ. illa antiqua Niniue tamen ne putarent homines illum qui dixerat vel falsitate de-
ceptum vel fallaciter decepisse, venit dies quem deus fuerat comminatus, intentis
omnibus, & exitum cum timore magno expectantibus, noctis initio tenebrante iã
mũdo, visa est ignea nubes ab Oriente, primo parua, deinde paulatim vt accedebat
super ciuitatem ita crescebat, donec toti vrbi ingens terribiliter immineret: videba-
tur horrenda flamma pendere, nec odor sulphuris deerat, omnes ad Ecclesiam con-
fugiebant, non capiebat multitudinem locus, baptismum extorquebat quisque a
quo poterat. Non solum in Ecclesia, sed etiam per domos, per vicos ac plateas salus
sacramenti exigebatur, vt fugeretur ira, non præsens vtique, sed futura. Attamen
post magnam illam tribulationem, vbi exhibuit deus fidem verbis suis, & reuelatio
ne serui cœpit vt creuerat minui nubes, paulatimq; consumpta est, populus securus
paululum factum iterum audiuit omnino esse migrandum, q̃ ciuitas esset proximo
sabbatho peritura, migrauit cum imperatore tota ciuitas, nemo in domo remansit, 257
nemo domum clausit longe recedens a mœnibus, & dulcia tecta respiciens, relictis A
charissimis sedibus uoce miserabili valefecit. Et aliquot milibus tãta illa multitudo
pgressa, vno tñ loco fundẽdis ad deũ oronibus cõgregata, magnũ fumũ subito vi-
dit, & vocẽ magnã emisit ad deũ: tãdẽq; trãquillitate cõspecta, missis qui renuncia-
rent solicita, quæ p̃dicta fuerat hora trãsacta, & renũciãtibus q̃ salua vniuersa mœ-
nia & tecta cõsisterent, oẽs cum ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo sua
qcq̃ perdidit patente, ois hõ sicut dimisit inuenit. Quid dicemus, vtrũ ista ira dei, an
potius mia fuit? quis dubitet misericordissimũ patrem corrigere voluisse, terrendo
non pdendo punire, qñ nihil domorũ, nihil mœniũ tanta impendens p̃sentia calami
tatis læsit, prsus sicut solent manus erigi ad feriendũ, & cõsternato illo qui feriẽdus
erat miseratione reuocari, ita factũ est illi ciuitati. Verũtñ si eo tpe quo illa derelicta
vniuersus populus abscesit, irrueret vastitas loco, totãq; vrbẽ sicut Sodomã nullis
saltẽ ruinis remanentibus perdidisset, quis ẽt sic dubitaret quod deus pepercisset illi
ciuitati, qua p̃monita & territa & discedẽte atque migrante locus ille cõsumeretur:
sic minime dubitãdũ est, peperciſſe deũ Romanę ẽt ciuitati, quæ ante hostile incen-
diũ in multis ex multa parte migrauerat. Migrauerũt qui fugerunt, migrauerũt qui
de corpore exierunt, multi p̃ntes utcũq; latuerunt, multi in locis sanctis vitã saluq; 257
seruati sunt. Manu ergo emendantis dei correpta est potẽ ciuitas illa q̃ perdita, tanq̃ B
Luc. 12. seruus sciens volũtatem dñi sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis. Atq; vtinã
valeat ad exemplũ timoris & malæ concupiscentiæ, sitiens mũdũ, & appetens p̃frui
pernicioſissimis voluptatibus, demonstrante dño quã sint instabiles & caducæ oẽs

seculi vanitates & insaniæ mendaces, potiu refrænentur, q̃ã sub flagellis dignissi-
mis aduersum dñm murmuretur: sed vnam tribulam sentit area vt stipula concida-
257 tur, granum mundetur: vnũ ignem patitur fornax aurificis, vt palea in cinerem per-
C gat, aurũ sordibus careat: sic & vnã tribulationem Roma pertulit, in qua vel emen-
datus liberatus est pius, impius aũt dãnatus est, siue ab hac vita raptus sit vbi magis
pœnas iustissimas lueret, siue hic remanserit vbi dãnabilis blasphemaret. Non ergo
nos moueat labor piorũ, exercitatio est non dãnatio, nisi forte horremus cum vide-
mus indigna & grauia in hac terra perpeti aliquẽ iustũ, & obliuiscimur quæ pertu-
lerit iustus iustorũ, sanctusq; sanctorũ. Qd passa est vniuersa illa ciuitas, passus est Apoc. 19.
vnus. Sed videte qs vnus, rex regũ & dñs dñantiũ, cõprehẽsus, vinctus, flagellatus,
cõtumelijs oibus agitatus, ligno suspẽsus & fixus, occisus. Appẽde cũ xpo Romã, ap
pẽde cũ xpo totã terrã, appẽde cũ xpo cœlũ & terrã, nihil creatũ cũ creatoꝛ pẽsatur,
nullũ opꝰ artifici cõparatur. Oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, & tñ
a persequẽtibus deputatus est nihil. Feramus ergo quod nos deus ferre voluerit, qui
nobis curandis atq; sanandis, quis ẽt dolor sit vtilis sicut medicus nouit. Certe scri- Iac. 1.
ptũ est, Patientia opus perfectũ habet: quod aũt erit opus patientiæ, si nihil aduersi
patiamur? Cur ergo mala tpalia perpeti recusamus, an forte perfici formidamus? Sed 1. Cor. 10.
plané oremus & gemiscamus ad dominum, vt seruetur erga nos quod Apostolus di
257 cit, Fidelis deus qui non uos sinet tentari supra id quod potestis, sed facit cũ tenta-
D tione etiam exitum vt sustinere possimus, Amen.

FINIS.

DE CREATIONE PRIMI hominis, Tractatus.

ANTA dignitas humanæ conditionis esse dignoscitur, vt non solũ iubentis sermone, vt alia sex dierũ opera, sed consilio sanctæ trinitatis & opera maiestatis diuinæ creatus sit hõ, vt ex primo conditionis honore intelligeret quãtsi suo cõditori deberet, dũ tm in cõditione mox dignitatis priuilegiũ p̃stitit ei cõditorẽ, ut tãto ardẽtiꝰ amaret cõditorẽ q̃to mirabiliꝰ se ab eo cõditũ intelligeret, Faciamꝰ, inqt, hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ nram. Gen. 1.
Nec ob hoc solũ q̃ sanctæ trinitatis cõsilio sit excellẽter a cõditore cõditus, sed ẽt q̃
ad imaginẽ & similitudinẽ ipse creator oĩum eũ creauit, q̃ nulli alij ex creaturis do-
257 nauit. Quæ imago diligẽtius est in interioris hois nobilitate cõsiderãda. Prio qdẽ, vt
E sicut deus semper vbiq; totus est, oĩa viuificãs & gubernans, sicut Apostolus confir-
mat dicens, Qd in eo viuimus, mouemur & sumus, sic aĩa in suo corpore vbiq; tota Act. 17.
viget viuificans illud, mouens & gubernans: Neq; n. in maioribus suis corporis mẽ-
bris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota est, & in maximis tota. Et hęc
dã hẽt imaginẽ. Primo in hoc, quia sicut deus est, viuit & sapit, ita aĩa secũdum suum
modum viuit & sapit. Est quoq; & aĩa trinitas in ea qua ad imaginẽ & similitudinẽ
sui conditoris perfectæ quidẽ & summæ trinitatis, quæ est in patre & filio & spiritu-
sancto cõdita est. Et licet sit illa vnius naturæ, tres tñ in se dignitates hẽt, id est, intel
lectũ, voluntatẽ & memoriã. Qd idẽ licet alijs verbis in Euãgelio designatur, cũ di-
citur, Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota mẽte tua: Mat. 22.
id est, ex toto intellectu tuo, & ex tota volũtate tua, & ex tota memoria tua. Nã sicut
ex patre generatur filius, & ex patre filioq; pcedit spiritussanctus, ita ex intellectu ge
neratur voluntas, & ex his iterũ ambobꝰ pcedit memoria, sicut facile a sapiẽte quo-
libet intelligi põt. Nec. n. aĩa pfecta põt esse sine his tribus, nec horũ triũ vnũ aliqd
257 quãtũ ad suam beatitudinẽ pertinet, sine alijs duobus integrũ constat. Et sicut deus
F pater, deus filius, deus spiritussanctus, non tñ tres dij, sed vnus est deus habens tres
personas, ita & aĩa intellectus, aĩa uoluntas, aĩa memoria, non tamen tres animæ in
vno corpore, sed vna anima tres dignitates, atque in his tribus eius imaginem gerit
mirabiliter in sua natura noster interior homo, & ex his quasi ex excellentioribus

animæ dignitatibus iub[illegible]ur deum diligere, vt inquantum intelligatur, diligatur & quantū diligitur ſemper in memoria habeatur. Nec ſolū ſufficit intellectus de eo, niſi fiat volūtas in amore, imo nec hæc duo ſufficiūt niſi memoria addatur, qa ſemp 257
in mēte intelligētis & diligētis manet, vt ſicut nullū pōt eſſe momentū quo præſen G
tem eum non habeat in memoria. Et hęc habeto de imagine. Nunc vero de ſimilitu
dine aliqua intellige, quę in moribus cernēda eſt, vt ſicut creator deus qui hominē
ad ſimilitudinē creauit, charitas eſt, bonus eſt, iuſtus eſt, patiens & mitis eſt, mundus
& miſericors eſt, & alia virtutū ſacra inſignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus
Pſal.48. eſt vt haberet charitatem, vt bonus eſſet, iuſtus, patiēs ac mitis, mūdus & miſericors
foret. Quas virtutes, quanto plus habet in ſeipſo, tanto propinquior eſt deo, & maio-
rem ſui cōditoris ſimilitudinē gerit. Si vero, quod abſit, aliquis per deuia vitiorū &
diuortia criminum ab hac nobiliſſima ſui cōditoris ſimilitudine aberret: tūc fiet de
Pſal.92. eo q̄ ſcriptū eſt, Homo cum in honore eſſet, non intellexit, &c. Quis maior honor po-
terat homini eſſe q̄ vt ad ſimilitudinē ſui conditoris cōcreetur, & eiſdem virtutū ve-
ſtimentis ornaretur quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit decorē
indutus eſt, id eſt, omni ſplendore virtutum & totius bonitatis decore indutus. Vel
qd̄ maius pōt eſſe homini dedecus, aut infœlicior miſeria, q̄ vt hac ſimilitudinis glo
ria ſui conditoris amiſſa, ad informē & in irrationabilē brutorum iumentorūq̄ dela-
batur ſimilitudinem? Quapropter quiſq; diligentius attēdat primæ ſuę conditio- 257
nis excellentiam, & venerādam ſctē trinitatis in ſeipſo imaginē agnoſcat, honoremq̄ H
ſimilitudinis diuinę, ad quā crēatus eſt nobilitate morū, exercitio virtutum habere
contendat, vt quando apparuerit qualis ſit, tunc ſimilis illi appareat, qui ſe mirabi-
liter ad ſuam ſimilitudinem in primo Adā cōdidit, mirabilius in ſecūdo reformauit.

DE ARBORE SCIENTIAE.

boni, & mali, Tractatus.

Gene.2.

EGimus in geneſi dixiſſe dominum ad Adā, Ex omni ligno quod eſt in paradiſo edite, de ligno autem dignoſcentiæ boni & mali, quod eſt in medio paradiſi, non edatis, qua die autē ederitis, mor te moriemini. Multos ſcimus, fratres chariſsimi, de hac arbore quæſtiones vanas mouiſſe, qui dicant Adā non voluntate peccaſ- ſe, quia in illa arbore fuit dignoſcentia boni & mali: & dum homi nis culpam excuſare nituntur: ſic deo conditori iniuriam faciūt, quibus ratio reddenda eſt, ne diutius quęſtiones malas moueant, aut vſq; adhuc in errore taliter ſentiendo lateant, ſed ſi volunt noſſe taceant & audiant, ne ſtulta lo- 257
quendo deo conuitium faciant. Vna arbor fuit in medio paradiſi, exploranshominis I
voluntatē, in ea vita pēdebat, in ea & mors trāſgreſsione latebat, in ea apparuit trāſ-
greſsio, in qua firmata fuerat legis præceptio. Dixit deus, Ex omni ligno quod eſt in
Ibidem. medio paradiſo non edatis, ne morte moriamini. In hoc verbo lex erat a deo poſita
homini, in ea fuit præmiū conſtitutum cum interminatione ſententiæ. Deus dixit,
Si guſtaueritis, morte moriemini. Et diabolus dixit, Non morte moriemini. Et ſtetit
homo inter deum factorem, & diabolū deceptorem. Deus mortem minatus eſt, ſi ar-
Gene.3. boris fructus tangatur diabolus deos futuros eſſe eos promittebat, ſi arbor illa vio-
letur, & appetita eſt venenoſa dulcedo, & cōtempta eſt ſalubritas perpetuæ uitæ. Sed
dicit aliquis calumniator, Vides quia in illa arbore fuit mors? Reſpondeamus vanæ
quęſtioni: non fuit plane in eadē arbore facta, ſed inuenta per hominem. Hæc proba-
tio fuit hominis, non deceptio ſalutaris. Nam ſi deus hominem non amaſſet, nec & fe
ciſſet, nec & antea præmoneret ſi mortificare voluiſſet: quod ſi antea non prænone-
ret, non erat miſericordia ſed impietas, nec iuſtitia ſed iniuſtitia, vt ipſe miſericordi-
ter feciſſet. Iniuſta hæc impietas nec in homine eſſe debet, quanto magis nec in deo
fuiſſe credenda eſt, qui fons pietatis & bonitatis eſt. Quis hominum, fratres mei, K
opus ſuum perire patiatur, aut fabricam ſuam ruinę tradat, aut filium quem ge-

nuit in foueam mortis impinguat? Si in homine iſta credulitas non eſt, nec in deo
257 credas fuiſſe, qui fabricam ſuam, id eſt, hominem bene diſpoſuit, & imminenti eius
L ruinæ deſtinatam præcepto ſuffulſit ne caderet: ſed ſtare non potuit, quare? quia au-
dire deum noluit. Quid ergo imputamus deo, ſi Adam cecidit, qui vt caderet dei præ
ceptum cōtempſit? Dic mihi, arbor ipſa bona fuit, an mala? Dicturus es mala, mala
vtiq;: de qua homo pomum rapiendo mutatus eſt in mortem. Ergo arbor fuit mala,
an tranſgreſsio mandati? Plane arbor: nam ſi mala non fuiſſet, Adam non cecidiſſet.
Hæc dicis, non intendens virtutē ſcripturarū. Nā ſicut ſcriptū eſt, in illa arbore fuiſ-
ſe dignoſcentiam boni & mali, ita ſcriptum eſt. Et vidit deus quæ fecit, & ecce bona
valde. Illud credis qd̄ te in errore inducat, & hoc non credis qd te ad ſalutē perducat? Gene.2.
Vis noſſe qd calūniaris, quia arbor illa non fuit mala ſed bona: nec in ea facta eſt a Gene.1.
deo mors, ſed homo ſibi mortem creauit. Dic mihi calūniator, ferrum bonum eſt an
malum? Sine dubio dicturus es, malum. Et quare malū & non bonum, cum oīa quæ
deus fecit, bona ſunt valde? Quale bonum dicis eſſe ferrum, vnde hoies perimun-
tur? Audi ergo, non ferrum eſt malum, ſed qui ad facinus vtitur ferro; ipſe malus eſt.
Nam vis noſſe qa bonū eſt ferrū? Vnus eo vtitur ad putandum vinea, & alienus ad
perpetrandum homicidiū, alius ſe paſcit ferro, alius innocentē perimit gladio, vnus
ferro agrum colit, alius in fauce ferro ſanguinem fundit, vnus operatur ferro vt vi-
257 tam ſuſtentet ſuam, alius autem ferro vt vitam ſuſtentet ſuam, alius autem ferro vi
M tam eripit alienam. Nā & iudex gladium portat, vt in reum animaduertat, innocen-
tem abſoluat. Adhuc audi ſi vacat calūniator, Vinum bonum dicis eſſe an malū? Pu
to q̄ bonum dicas eſſe, non malum, & hoc equitatis iudicio, nō ebrietatis beneficio.
Ergo bonum eſt vinum, valde bene q̄ vinum confeſſus es bonam eſſe dei creaturā,
& ego confiteor bonam eſſe: quare ergo vnus accipit cum ſobrietate, alius ad ebrieta
tem? Nunqd vnus, quia inebriatur & turpis videtur, ideo mala dicēda eſt dei creatu
ra: alius ſobrie viuit, & deum in ipſa ſobrietate benedicit? Nam qui inebriatur in fo-
ueam cadit, & aliquoties mortem incurrit. Cibi quos nobis dñs largiri dignatus eſt,
ad vtendum non ſunt mali, ſed boni, & tamen ſi amplius ſumantur, pernicioſi ſunt
& nociui, nunquid ideo dicenda eſt mala dei creatura, quia nocet aut aliquibus per-
nicioſa eſt? ſed quia in perniciem ſalutis ſuæ amplius præſumunt, & quod deus gene
ri humano largitus eſt, ipſis nociuum eſt, & quæ dicturus ſum pene opus nota ſunt.
Scimus aliquos multo vino & cibo p̄focatos, nunqd in vino aut in cibis fuit mors?
258 Abſit, ſed intemperantia ciborū fecit eos in mortē cadere. Sic & ferrum non ideo di-
A cendum eſt malum, quia de eo latro facit homicidium, ſed ipſe malus eſt, quia eo vti
tur ad perimendum hominē, ita & illa arbor non fuit mala, ſed bona, ſed fuit malum
q̄ homo dei præceptum traſgreſſus eſt. Nam bonum eſt, quicquid deus homini ad
vtendū tribuere dignatus eſt. Ecce de nouo teſtamento profero teſtimonium, bona
eſſe omnia quę deus fecit. In actibus Apoſtolorū legimus, obdormiſſe Petrū & viſum
vidiſſe, deponi de cœlo vas quoddā cādidū vt lintеū, in quo erāt quadrupedia, vola-
tilia & ſerpentia terrę poſita. Et dixit ad eū vox: Surge Petre, victima & manduca. Et
Petrus ait, Abſit dñe, qm̄ nunq̄ comedi omne cōe & immūdū. Cui dixit: Quod deus Acto.10.
ſanctificauit tu ne cōe dixeris. Quid eſt calumniator? Ecce non ſolū bona, ſed & ſan
ctificata eſſe omnia diuino ore probauimus. Arbor hæc non fuit mala, ſed bona: nec
in ea aliquid mali potuit reperiri, ſed homo fuit a ſemetipſo malus, qui male vſus eſt
bono quod fecerat deus. In hoc mala volūtas hominis cognoſcitur, vt cui omnis pa-
radiſus ſubiacuit, ad arborem interdictā manū extēdens mortē incurrit: ſi unā arbo
rem ei diuinitas largietur, & omnis paradiſus fuiſſet interdictus, ſufficere debuerat,
quod ei largitus eſt deus. Sed quia amplius voluit quam quod ei voluntas largientis
258 indulſit, & hoc quod habuit amiſit, & in mortem nihilominus incurrit. Peccatū Adę
B cui imputandum eſt? Deo qui monuit, aut ei qui audire noluit? medico qui vulne-
rato obſeruandi præceptū dedit, aut vulnerato qui contra medici præceptum no-
xia poma guſtando cauſam tranſgreſsionis incurrit? Medicorum ars eſt, vt eis quos
viderint nimia ęgritudine laborantes, ea prohibeant quę pernicioſa ſaluti, aut peri-
culum procurent. Quōd ſi ęgrotus contra medici preceptum per intemperantiam
contraria ſumens mortem inciderit, quid pertinet medico qui prędidens cauſam ob
ſeruationem indixit? Ita nec medico animarum deo imputandum eſt, q̄ eum ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui eum ante monendo ... æternum uiuere uoluit. Multa supersunt de istis quæstio
nibus quæ dicenda sunt, sed hora præteriit singula dicere, ne longitudo sermonis fa- C
stidium faciat auditoribus. Debitorem me dico, dilationem peto, sed uereor, ne debi- 258
tor occurrat & creditor absentiam procuret, Debitum curo soluere sermonem, sed
pristinos meos non inuenio creditores, aliquos uideo, aliquos requiro. O creditor pi-
ger, conueneris ut debitum exigas, quid tuam absentiam procuras: debitor satisface
re creditori cupit, & creditor desidiosus absentem se facit. Nouam rem uideo, instat
creditor debitori, ut debitum recipiat, excusat. Sed quid interest, si creditor uenire no
luit, reddat debitor quod promisit. Adhuc calumniator ille pristinus tot probationi-
bus conuictus non acquiescit, sed dicit: Sciebat deus hominem posse peccare, an nó?
Respondeamus ei, ne sibi uideatur aliquid dixisse: Sciebat plane. Si ergo sciebat eum
posse peccare quare non eum reuocauit a peccato? Quare? quia inuitum non decuit
coronare. Quis unquã, fratres mei, præmium non pugnanti dat, aut quæ corona non
2. Tim. 2. dimicanti, aut quæ sine conflictu uictoria? Audi Apostolum diuino ore loquentem,
Nemo coronatur nisi qui legitime certauerit. Adam nec pugnauit, nec certamẽ cum
diabolo suscepit, sed ad unam suggestionem præmium immortalitatis amisit. Victus
est qui non pugnauit, succubuit uoluntati non necessitati. O calumniator qui signa
re te nescis & deo uis calumniari, quia Adam nõ uoluntate peccauit. Nempe Iob ho D
mo fuit similis illi, quanta perpessus est & tolerauit, pugnauit & uicit, a deo in pote- 258
statem diabolo datus est & sustinuit: Et utiq; quem sciebat deus penitus superari nõ
posse, in potestatem non debuit dare: sed ideo taliter probare eum uoluit deus, ut no-
bis excusationis & calumniæ articulum amputaret. Expoliatus diuitiis & censu, uin
ci non potuit, quia nec uoluit. Filios amisit & dominũ benedixit. Parũ est hoc, postea
ulceribus plenus, in stercore iacuit, & nihil mali aduersus dominũ loqui potuit: licet
doloribus urgebatur, liqui sed uerba non fuerant improperii, cui iam uxor non adiu
Iob. 2. torium, sed deceptio fuit: adiutorium quidem diaboli, sed deceptio mariti, subornata
a diabolo talia persuadeat dicens, quandiu pateris hæc? Dic uerbũ contra dominũ ut
indignetur tibi & moriaris. O affectus uxoris. O malignitas coniugalis. Potuit. n. di-
xisse, confitere deo, ut propitietur tibi & uiuas, blasphema, inquit, deum, ut indigne-
tur tibi & moriaris. O argumenta serpentis antiqui, per uxorem putauit Iob decipe
re, cuius animum uulneribus plenũ, nec sic quidem ualuit ad blasphemiam incitare.
Adam uero quid tale pertulit: quare diabolo potius quã deo obediuit? Sed adhuc ca-
lumniator dicis: Quare dixit deus: Morte moriemini, nisi quia deus ipsam mortem
fecit qui eam non auertit. Respondetur tibi & in hoc calumniator ineptissime, si tu
cum sis homo habens filios, omnes admones, omnibus præceptũ das, ut te sequantur
& imitentur in omnibus, & si unus eorum contemptor extiterit, & per malam cõuer E
sationem mortem incurrerit, nunquid eius mors tibi imputanda est, & non potius ei 258
qui tuam admonitionem contemnendo mortem incurrit? Sic nec deo mors Adæ ascri
benda est, qui eum ante transgressionem ne in mortem incideret monuit. Nam manı
festum est monuisse dominũ atq; noluisse hominem mori, nec ipsam fecisse mortem.
Sapien. 1. Testificatur huic uerbo sapientissimus Salomon dicens, Deus mortem non fecit, nec
lætatur in perditione uiuorum. Adam dei præceptum neglexit & mortem incidit. Re
uera, fratres, Imperatoris sacra nemo sine periculo sui sanguinis contemnit, sed om-
nes suscipiunt cum tremore & ueneratione & adorant uilissimam chartulam atramẽ
to scriptam, & uelut diuinos adorant apices: scripturæ diuinæ leguntur, uerba dei to
nant, ipse dominus qui admonendo præsens præsentibus loquitur & non auditur, ac
fastidiose homines audiunt, aut quod peius est sedentes fabulis uacant. Imperator
longe positus de chartula loquitur, & tremitur, & quasi præsens in illa chartula ado-
ratur: testamentum domini cum recitatur ab aliquibus hominibus & contemnitur.
Mat. 18. Ipsum Prophetæ clamant, Apostoli prædicant, Euangelia loquuntur, per seip sum ho
minibus confabulatur, & non auditur, Audi præsentem dominum & loquentem: Vbi
fuerint, inquit, duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Sed F
utiq;, inquiunt, calumnioſi homines: Deus non debuit permittere hominem ut pec- 258
caret. O stulti qui hoc dicunt, non considerant, quia deus non statuam fecit lapi-
dem aut ligneam, sed hominem perfectum condidit sui & liberi arbitrij, ut conside
rarẽt quid boni appeteret, & quid mali contemneret. Debuit timere quod mi-

natus est deus, & contẽnere quod persuasit diabolus, & proposito sibi immortali
258 præmio ad hoc debuit habere cor paratum, & creatoris sui seruare præceptum, non
G exterminatoris audire consilium. Non melius hominem culpo quam deum? qui ho-
minem fecit, iniuriam faciat? O stulta & uana qõ. Dicunt homines: Deus nõ de-
buit hominem permittere ut peccaret, & non dicunt, quia homo male fecit dei præ-
ceptum transgrediendo ut peccaret, quia utique ipse homo debuit mortem timere
& ad interdictam arborem non accedere. Si quisquam hominem, nolo dicere Impe-
rator seculi, iudicis præconem contempserit, non rapitur ad supplicium? Dei præ-
ceptum contempsit Adam, & ab aliquibus defenditur, quare culpas deũ cũ tuo iudi-
cio, & non hoiem sine tuo periculo? Quare incusas artificem qui bene fabricauit,
& defendis hominem qui ædificio suo adesse noluit, qui diuini præcepti immemor
fuit, in vulnus trasgressionis incurrit? O qui Adam defendis & deo iniuriã facis, ad
quod te interrogo, rnde mihi: Adam bonus fuit malus? Dicturus es, bonus. Vt plena
sit tua defensio: Si ergo bonus fuit, quare vnum filiũ bonum, & aliũ latronẽ genuit?
Debuit bonos ambos creare. Aut si, vt tu dicis, deo faciente peccauit, ambos malos de
buit generare. Quare vnum innocentem, & alium effundentem innocentis sanguinẽ
genuit? Vnus dedicauit martyrium, & alius initiauit parricidiũ. Ergo in quo germa
258 num occidit, reus non est, quia genitor eius suscepit reatũ qui filium creauit, ergo
H Cain inuitus in iugulũ fratris gladiũ fixit. Talem iustitiam tenẽt qui legi calumnia-
ri nituntur, vt geniti sint recti, & horum genitores reatu teneantur obstricti. Ecce
Adam qui genuit latronẽ, ecce Cain qui interfecit fratrẽ, quis ex his duobus reus est,
paaer qui genuit, aut filius qui germanum crudeli morte peremit? Cesset calumnia-
tor, tacuit calũniator, quãuis nunquam aliquid verius dicit qui veritate calumnias
facit. Vbi es calumniator, respondе mihi pro suscepto tuo, qui de te eras securus, de-
fende quem vsq; modo defendebas. Quare cessisti, quid tacuisti? Ecce pro filii reatu
reus tenetur Adam, quare non dicit, non est reus? Exurrexit qui tacebat, non tacèo,
inquit, Respondeo plane & defendo: Nec filius pro patre, nec pater pro filio reus est.
Anima patris mea est, & anima filii mea est, secundum quod scriptũ est, Anima quæ
peccauerit ipsa punietur. Quasi experrectus est calũniaror ille q dormiebat, aperuit Ezec. 14.
os suum, cœpit loqui, sed modo tacebat Dic ergo nec pater pro filio, nec filius pro pa
tre reus est, Respondе pro suscepto tuo, & ego pro deo meo: Defende Adæ causam &
ego dei mei iniuriam. Tu dicis non esse iustum vt reus sit Adam pro filio, & ego con
sentio. Si patrem non inuoluit filii reatus ad peccatum, & sicut non est iudicandum
pro Cain, sic nec deo quod Adam peccauit imputemus, sed sic agamus vt ad indul-
258 gentiam dei veniamus. Finis.
I

DE PVGNA ANIMAE, TRACTATVS.

Votquot spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Nõ sunt filii dei, si nõ
aguntur spũ dei. Si aũt spũ dei aguntur, pugnent, quia magnũ ha- Roma. 8.
bent adiutorẽ. Non. n. nos deus sic expectat pugnantes, quomodo
expectat populus venatores. Populus venatori fauere potest peri
clitantem adiuuare non potest. Sic ergo & hic caro concupiscit ad Gal. 5.
uersus spiritum, spiritus aũt aduersus carnẽ. Et quid est, vt non
nunc officium qualiscunq; expositoris, vt non ea quæ vultis faciatis? Hic enim periculum est mali intellectoris, sic
ti quicunq; pugnatis, Præliantibus. n. loquor. Intelligũt qui pugnant, non intelli-
258 git qui nõ pugnat. Nã qui pugnat, nõ dico intelligit me, sed præuenit me, quia vult
homo castus vt nulla oino surgat in mẽbris eius cocupiscẽtia aduersaria castitati, pa
cem vuult, sed nondũ habet, qñ n. ad illud ventũ fuerit, nisi nulla oino exurgat con
cupiscẽtia aduersanda, nullus erit hostis cũ quo luctemur, nec expectatur ibi victo- 1. Cor. 15.
ria, quia iam de hoste triũphatur. Audi ipsam victoriã ipso Apostolo dicẽte, Oportet

Universidad de Deusto
Biblioteca

corruptibile hoc induere incorruptionē,& mortale hoc induere immortalitatē. Cū
a utē corrupttbile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalita- 258
tem,tunc fiet sermo qui scriptus est:Absorpta est mors in victoria.Audi voces trium L
phantium:Vbi est mors contentio tua?Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti,vulne-
1.Cor.15. rasti,deiecisti,sed vulneratus est pro me qui fecit me. O mors,o mors,vulneratus est
Gal.5. pro me qui fecit me,& de morte sua vicit te. Et tunc triumphantes dicturi sunt, Vbi
est mors contentio tua,vbi est mors aculeus tuus? Modo autem quando caro concu-
piscit aduersus spiritum,& spiritus carnem,contentio mortis est,non quod volumus,
facimus.Quare?Quia volumus,vt nullæ sint concupiscentiæ,sed non possumus,ve-
limus nolimus habemus illas,velimus nolimus titillant, blandiuntur,stimulant,in-
festant.Surgere volunt, premuntur, nondum extinguuntur quandiu caro concupi-
scit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnē.Nunquid hoc ēt cum mortuus fue-
rit hō?Absit.Deponis carnem,quō tecum trahis concupiscentias carnis? Si bene pu-
gnasti,reciperis ad quietem,de qua quiete coronandus es,non damnandus,vt postea
perducaris ad regnum. Ergo quandiu hic viuitur,frēs, sic est:sic & qui senuimus in
ista militia,minores quidē hostes habemus, sed tn̄ habemus. Fatigati sunt quodam-
modo hostes nostri iam ēt per ætatē,sed tamen ēt fatigati non cessant qualibuscunq;
motibus infestare senectutis quietem. Acrior.n.est pugna iuuenum, nouimus eam,
trāsiuimus per eam. Caro ergo concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus 258
carnem: vt non ea quæ vultis,faciatis. Quid.n.vultis ō sancti ō boni præliatores, ó M
fortes milites xp̄i,quid vultis, vt non sint oīno concupiscentiæ malæ? Sed non pote-
stis:Exercete bellum,sperate triumphū.Modo.n.interim pugnatur,caro concupiscit
Roma.6. aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnē, vt non ea quæ vultis faciatis.i.vt oīno
nullæ sint concupiscētię carnis:sed facite quod potestis, quid ait ipse Apostolus alio
loco qn̄ commemorare iam cœperam,Non regnet peccatum in vestro mortali corpo-
re ad obediendum desiderijs eius.Ecce quam nolo: Desideria mala surgunt, sed noli
obedire.Arma te,sume instrumentū bellorum,præcepta dei arma tua sunt. Si bene
me audis,& quod loquor amabis: Non,inquit,regnet peccatum in vestro mortali cor
pore.Quandiu.n.portatis mortale corpus,pugnat contra vos peccatū,sed nō regnet.
quid est,non regnet? Id est ad obediendum desiderijs eius: Si corpori obedis, regnat.
Et quid est obedire,nisi non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato?Ni
hil hoc doctore præclarius.Quid vis iam vt exponam tibi?Fac quod audisti:Non ex-
hibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi deus potestatē per spiritum
suum,vt membra tua teneas.Surgit libi do,tene tu membra: Noli exhibere membra
tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduersarium tuum contra te, tene pedes
ne eant ad illicita. Libido si surrexit, tene tu membra, tene manus ab oī scelere,tenē
Galat.5. oculos ne male attendant,tene aures ne verba libidinis libenter audiant, tene totum 259
corpus,tene latera,tene summa, tene ima. Quid facit libido?Surgere nouit, vincere A
non nouit:Surgendo assidue sine causa discit & non surgere.Redeamus ergo ad ver-
Roma.7. ba quæ obscura de Apostolo propo sueram & plana esse iam videbimus. Hoc.n.pro-
posueram, quia non dixit Apostolus, Spiritu ambulate & concupiscentias carnis ne
habueritis,quia necesse est vt habeamus illas.Quare ergo non dixit,concupiscentias
carnis ne feceritis?Quia fecimus eas.Concupiscimus, ipsum concupiscere facere est.
Sed ait Apostolus,Iam non ego operor,illud sed quod habitat in me peccatum Ergo
quod tibi cauendum est,hoc sine dubio ne perficias.Surrexit libido,damnabilis sur-
rexit:Suggesit,non audiatur: Ardet, non se compescit, & velles vt non arderet. Et
vbi est,vt non ea quæ vultis faciatis?Noli dare membra , ardeat sine causa & consu-
mit se.In te ergo fiunt ipsę concupiscentię?Fatendum est,fiunt: Ideo dixit, ne perfe-
ceritis,sed non perficiantur Decreuisti facere,perfecisti etenim si decernas faciendū
esse adulterium,& ideo non facias,quia locus non est inuentus , quia opportunitas
non datur , quia forte illa casta est de qua videris esse commotus , ecce iam ista casta
est,& tu adulter es.Quare? Quia tu perfecisti concupiscentias . Quid est perfecisti?
Id est,in animo tuo faciendum esse adulterium decreuisti.Iam,quod absit,si & mem 259
bra fuerint operata,in mortem deuolutus es.Suscitauit Christus mortuam in domo B
filiam archysynagogi.In domo erat,nondum erat elata: Sic & homo qui flagitium
decreuit in corde mortuus est,sed intus latet. Si vsq; ad præparationem membrorum
perue-

peruenerit,elatus est foras.Sed & iuuenem filium viduę [illegible]auit dominus quando
extra portam ciuitatis mortuus efferebatur.Sic ergo audeo quidem dicere: Decreui-
259 sti in corde tuo,si reuocaueris ab actu tuo,sanatus eris anteq̄ perpetres.Si.n.egeris in
D corde pœnitentiam,quia rem malā & scelestā & flagitiosam dānabilemq̄ decreueras,
ibi vbi mortuus latebas intus,sic intus resurrexisti.Si aūt perfeceris , iam foras ela-
tus es,sed habes,qui tibi dicat: Iuuenis tibi dico, surge. Etiā si perpetrasti , & pœni-
teat te,de proximo redi,noli in sepulchrū venire. Sed & hic mihi tertius est qui etiā
perductus est ad sepulchrum,iam supra se habet pondus molestum, terra premitur:
multū.n.excitatus est in flagitiis : Consuetudine sua nimia prægrauatur . Clamat 1Ioan.
etiam xp̄s,Lazare prodi foras homo.n.iam pessimæ consuetudinis putet , Merito ibi
xp̄s proclamauit:Nec solū clamauit,sed voce magna clamauit.Ad xpi.n.clamorē etiā
tales licet mortui,licet sepulti,licet putentes resurgent: De nullo enim iacente despe
randum est sub tali suscitatore. Finis.

TRACTATVS DE ANTICHRISTO.

259 DE Antichristo scire volentes,primo notabitis quare sic vocatus sit
E Ideo,s.quia xp̄o in cunctis cōtrarius erit , & xp̄o contraria faciet.
Xp̄s venit humilis,ille veniet superbus . Christus venit humiles
erigere,peccatores iustificare:ille contra humiles deiiciet,peccato
res magnificabit,impios exaltabit , semperq̄ vitia, quæ sunt con-
traria virtutibus,docebit.Legem Euangelicā dissipabit,dęmonū
culturam in mundo renouabit vel reuocabit . Gloriā vanā quæ-
rens,oīpotentē deum se noīabit.Hic itaq; Antichristus multos habet suæ malignita
tis ministros,ex quibus multi in mūdo præcesserūt,qualis fuit Antiochus,Nero Do-
mitianus,Nos quoq; nostro tpe antichristos multos nouimus esse.Quicunq;.n siue
laicus,siue canonicus,siue monachus cōtra iustitiā viuit, & ordinis sui gloriā impu-
gnat,& qđ bonū est blasphemat,antichristus est,minister satanæ.Sed iam de exordio
antichristi videamus.Nō aūt qđ dico,ex proprio sensu fingo vel excogito , in libris
diligēter relegēdo,hęc oīa scripta inuenio.Sicut ergo authores nostri dicūt,antichri-
stus ex populo Iudæorū nascetur de tribu Dan,scdm Prophetā dicentē,Fiat Dan co-
luber in via,cerastes in semita.Sicut.n.serpēs in via sedebit,& in semita erit, vt eos q
259 per semitam iustitiæ ambulabant,seriat,& veneno suæ malitiæ occidat. Nascetur au
F tem ex copulatione patris & matris sicut alii homines,non vt aliqui dicūt ex sola vir
gine sed tamen totus in peccato cōcipietur,in peccato gēnerabitur,& in peccato na-
scetur.In ipso vero cōceptionis initio,diabolus simul introibit in vterū matris eius, Gene.49.
& ex virtute diaboli cōfouebitur & cōtutabitur in ventre matris , & virtus diaboli
semper cū illo erit.Et sicut in matrē dn̄i nostri spūssanctus venit , & eam sua virtute
obūbrauit,& diuinitate repleuit vt de sctō spū acciperet, vt quod nasceretur diuinū
esset & sanctum:ita quoq; diabolus in matrē antichristi descēdet, & totā eā replebit,
totā circūdabit,totā tenebit,& totā interius exteriusq̄ posidebit, vt diabolo per ho
minem cooperanteni concipiat,& qđ natum fuerit totū sit iniquum,totum perditū.
Vnde & ille homo peccati,filius pditionis appellatur , quia inquātum poterit genus
humanū perdet,& ipse in nouissimo perdetur. Ecce audistis qualiter nascatur. Audi
te etiam locum vbi nasci debeat.Nam sicut dn̄s ac redemptor noster Bethlehem sibi 1.Thes.2.
prævidit,vt ibi pro nobis humanitatem assumeret & nasci dignaretur,sic diabolus il
259 li homini pdito qui antichristus dicitur locum nouit aptum , vnde radix oīum ma-
G lorum oriri debeat,s.ciuitatem Babyloniam . In hac.n.ciuitate quę quondam incly
ta & glorioſa vrbs gentilium & caput regni Persarum erat, antichristus nascetur , &
in ciuitatibus Bethsaida & Corozaim nutriri & versari dicitur . Quibus ciuitatibus
dominus in Euangelio imprecatur dicens, Væ tibi Bethsaida,væ tibi Corozaim. Ha-
bebit aūt antichristus magos,maleficos,diuinos, incantatores, qui eum diabolo in-

ſpirante nutrient,& [illegible]nt in omni iniquitate & falſitate & nepharia arte,& ma-
ligni ſpiritus erunt duces eius & [illegible]ſi ſemper & comites indiuſi. Deinde Hieroſoly- 259
mam veniens oēs xp̄ianos,quos ad ſe non poterit conuertere,per varia tormenta iu-
gulabit & ſuam ſedem in tēplo ſancto ponet. Tēplum etiā ſanctum quod Salomon G
deo ædificauit in ſtatu ſuo reſtaurabit,& filium dei oīpotentis ſe eſſe mētietur.Reges
autē & principes primū ad ſe conuertet, deinde p illos cæteros populos. Loca vero
per quę xp̄s dñs ambulauit,prius deſtruet,deinde per vniuerſum mundū nuncios &
prædicatores ſuos mittet.Prædicatio aūt eius & ptās tenebit a mari vſq; ad mare,ab
Oriente vſq; ad Occidentē,ab Aquilone vſq;ad Septentrionem: faciet quoq; ſigna
multa magna mirabilia & inaudita, arbores ſcilicet ſubito florere & areſcere, mare
turbari,& ſubito tranquillari,naturas in diuerſas figuras mutari,agitari aera ventis
& multimodis cōmotionibus,& cętera innumerabilia & ſtupēda,mortuos in cōſpe-
Mat.24. ctu hoīum ſuſcitari,ita vt in errorē inducātur ſi fieri pōt etiā electi.Nam quādo tan-
ta ac talia ſigna viderint,etiā illi qui cœleſtes & perfecti dei ſunt,dubitabunt, vtrum
ipſe ſit xp̄s qui in fine mundi venturus eſt ſcdm ſcripturas an non? Hæc aūt oīa mi-
racula oībusmodis falſa erunt per incātationes diabolicas, ſed peccatoribus & incre
dulis videbūtur eſſe vera.Excitabit vero perſecutionē ſub oī cœlo ſup Chriſtianos
& oēs electos.Eriget itaq; ſe cōtra fideles tribus modis,hoc eſt, terrore, muneribus,
& miraculis.Dabit credentibus in ſe abundantiā auri & argenti.Quos vero non po-
terit decipere muneribus,ſuperabit terrore, & quos terrore nō poterit vincere, ſi- 259
gnis & miraculis tētabit ſeducere:quos aūt nec ſignis poterit illuderē, in conſpectu H
oīum miſerabili morte tentabit necare. Tunc erit tribulatio qualis non fuit ex tpe
quo gētes cœperūt,vſq; ad tēpus illud.Tūc qui in agro ſunt, fugiant in montibus:&
& qui ſupra tectū,non deſcendant in domū vt tollant aliquid ex ea. Tunc oīs Chri-
ſtianus qui inuentus fuerit,aut deū negabit,aut ſiue per ferrū ſiue per ignē ferna-
cis,ſiue per ſerpentes,ſiue per beſtias,ſiue p aliud quodlibet genus tormenti interire
iubebit,ſi in fide permāſerit. Hęc aūt tam terribilis & timēda tribulatio,tribus annis
manebit in toto,& dimidiū.Tūc breuiabuntur dies propter electos: nam niſi domi-
nus breuiaſſet dies,nō fieret ſalua oīs caro.Tēpus quidē qñ antichriſtus veniat, vel
quando dies iudici apparere incipiat,Paulus in Epiſtola ad Theſſ. dicens, Rogamus
vos per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti,manifeſtat eo loco vbi ait,Qm̄ niſi ve-
nerit diſceſsio primum,& reuelatus fuerit homo peccati,filius perditionis:& cætera.
2.Theſſ.2. Scimus.n. qm̄ poſt regnū Græcorū,ſiue etiā poſt regnū Perſarū,ex qbus vnūquodq;
ſuo tpe magna gloria viguit,& maxima potētia floruit:ad ultimū quoq: poſt cæte-
ra regna regnū Romanorū cœrit, qd fortiſsimū oīum regnorū ſuperiorū fuit,& oīa
regna terrarū ſub dominatione ſua habuit,oēsq; populorū nationes Romanis ſubia 258
cuerūt,& eis ſub tributo ſeruierūt. Inde ergo dicit Apoſtolus Paulus, Antichriſtum
non antea in mundū eſſe uenturū,niſi uenerit primū diſceſsio: hoc eſt,niſi diſceſſe- I
rint oīa regna a Romano imperio,quę prius ſubdita erant. Hoc aūt tempus nondū
aduenit,quia licet videamus Romanū imperiū ex maxima parte deſtructū, tamen
quādiu reges Francorū durauerint,qui Romanum imperiū tenere debent, Romani
dignitas ex toto nō peribit,quia in regibus ſuis ſtabit. Quidā uero doctores noſtri
dicunt,q unus ex regibus Francorū Romanū imperiū ex integro tenebit, qui in no
uiſsimo tpe erit,& ipſe erit maximus,& oīum regū ultimus. Qui poſtq regnū ſuum
fœliciter gubernauerit ad ultimū Hieroſolymā ueniet, & in monte Olineti ſceptrum
& coronam ſuā deponet.Hic erit finis & conſummatio Romanorū Chriſtianorumq;
imperii.Statimq; ſcdm prędictam ſententiam Apoſtoli Pauli,antichriſtum dicunt fu
turū.Et tūc quidem reuelabitur homo peccati,antichriſtus uidelicet: qui licet ſit ho
mo,ſons tñ erit omniū peccatorū & filius perditionis.Hic eſt filius diaboli, quia per
oīa adimplebit voluntatē ſuā,quia plenitudo diabolicæ poteſtatis & totius mali in-
genii corporaliter habitabit in illo.In quo erunt oēs theſauri malitiæ & iniquitatis
abſcōditi.Qui aduerſatur,i.cōtrarius eſt xp̄o,oībus mēbris eius,& extollitur,i.in ſu 259
perbiā erigitur ſup oē qd dicitur deus,i.ſuper deos gentiliū,Apolinem, Iouem, Mer
curium,quos Pagani deos exiſtim.ātSuper oēs iſtos deos extollitur antichriſtus, qa K
maiorem & fortiorem ſe faciet illis omnibus. Et non ſolum ſupra illos, ſed etiam
ſupra omne qd colitur,id eſt,ſupra ſanctam trinitatē quæ modo ſola colenda & ado-

randa eſt ab omni creatura. Ita ſe extollet,vt in templo [illegible]eat, oſtendens ſe tan-
quā ſit deus.Nam ſicut ſupra diximus in ciuitatę Babylonia natus, Ieroſolimam ue-
260 niens,circuncidet ſe dicēs,Ego ſum Chriſtus uobis repromiſſus,qui ad ſalutē ueſtrā
L ueni,ut qui diſperſi eſtis congregem & defendā. Tunc confluent ad eū omnes Iudæi
æſtimantes deū ſuſcipere,ſed ſuſcipient diabolum. Siue etiam in templo dei ſedebit
antichriſtus,id eſt,in ſancta Eccleſia,oēs Chriſtianos cupiens martyres,eleuabitur &
& magnificabitur, quia in ipſo erit caput omniū malorū diabolus, qui eſt rex ſuper
omnes filios ſuperbiæ. Subito autem & improuiſe antichriſtus ueniet,& totū ſimul Iob.41.
humanum genus ſuo errore decipiet & perdet.Ante eius exortū,duo Prophetę mittē
tur in mundū,Henoch ſcilicet & Helias,qui contra impium antichriſtum,fideles dei
diuinis armis pręmunient, & inſtruēt eos, & confortabunt & pręparabunt electos ad
bellū,docentes & prędicantes tribus annis & dimidium. Filios autem Iſrael quicunq;
eo tempore fuerint inuēti,hi duo maximi Prophetæ & doctores ad fidei gratiam con
uertent,& a p̄ſſura tantæ turbinis in parte electorū inſeparabiles reddent. Tunc im- Eſaia. 10.
plebitur qd ſcriptura dicit,Si fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, reli- Roma.9.
quiæ ſaluæ fiēt.Poſtquam aūt per tres annos & dimidium prædicauerint, mox inci-
piēt excandeſcere antichriſti perſecutiones, & contra eos primū antichriſtus ſua ar-
ma arripiet eosq; interficiet ſicut in Apocalypſi dicitur: Et cū finierit,inquit,teſtamē
260 tum ſuū,beſtia deſcendet de abyſſo, & faciet aduerſus eos bellum, & interficiet illos. Apoca.11.
M Poſtquā ergo iſti duo interfecti fuerint, inde cæteros fideles perſequens, aut marty-
res glorioſos faciet,aut apoſtatas reddet.Et quicunq; in eū crediderint, ſignū chara-
cteris eius in fronte accipient. Sed quia de principio eius diximus,quem finē habe-
bit,dicamus.Hic itaq; antichriſtus diaboli filius, totius malitiæ artifex peſsimus, cū
per tres annos & dimidium,ſicut prędictum eſt, magna perſecutione totum mundū
uexauerit,& omnem populum dei uariis pœnis cruciauerit,poſtquā Heliā & Henoch
interfecerit,& cęteros in fide pmanētes martyrio coronauerit,ad ultimū ueniet ira dei
ſup illū,ſicut btūs Paulus ſcripſit, dicēs, Quē dñs Ieſus Xp̄s interficiet ſpū oris ſui. 2.Theſ.2.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
hipponenſis Epiſcopi, Pſalterium quod matri ſuæ compoſuit.

260 A

Omine deus oīpotens,rex æternæ glorię,qui eū cognoſcis beatum
eſſe uirū, qui uiam peccatorū ſpernit, legēmque præceptorū tuo-
rum meditatur die ac nocte, doce me peccatorē tibi cū toto cordis
timore & tremore fideliter ſeruire, & uocem meam te humiliter in
uocantē exaudi,& ita clemētiſsimis auribus percipe uerba mea,ut
delinquētē me in ira furoris tui non derelinquas,ne quādo ille in-
ſidiās antiquiſsimus hoſtis rapiat,ut leo, animā meā, dum non eſt
qui redimat,neq; qui ſaluū faciat.Sed tu dñe,cuius nomen admirabile eſt in cœlo &
in terra, ita conuerte inimicū meū retrorſum ut infirmetur & pereat a facie tua: Ne
unquā irretire ualeat laqueis igneis animā meā, neq; ſulphur & ſpiritus procellarū
ogglomeret me,ſed ꝓpter inopis miſeriā & gemitū pauperū, nunc exurgens reſpice
& exaudi me domine:Quia conſiliū inopis & ſpes eius es. Fac me ita ingredi ſine ma
cula,& operari iuſtitiā,ut gratia miſericordiæ tuæ ſit pars hæreditatis meæ. Cuſtodi
me ut pupillā oculi,& ſub umbra alarum tuarū ꝓtege me,qa tu es uirtus mea,firma-
mētū meū & refugiū meū. Ab occultis meis munda me,& ab alienis parce ſeruo tuo.
Mitte mihi angelū de ſancto, & deſideriū animę meæ tribue mihi. Libera me de ore
260 leonis,& deduc me per ſemitas iuſtitiæ: Vt poſsim aſcendere in montē ſanctū tuū, &
B & ſtare in loco ſancto tuo,innocens manibus & mūdo corde. Delicta iuuētutis meę,
& ignorātias meas ne memineris. Ne perdas cū impiis animā meā, & ne tradas me in
animas perſequentium me Sed ita exaudi ꝓpitius uocē deprecationis meæ, ut inuo-
cantem gloriam ſancti nominis tui,audias clementer & miſererearis mei,& in te domi-
ne ſperans non confundar in æternum; Sed remitte mihi impietatem cordis mei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fiat misericordia tua [illegible]me,quemadmodū spero in te: & ex oībus angustiis meis eripiens me,dic animæ meæ,salus tua ego sum.Et quia in protectione alarum tuarū spero,da mihi petionē cordis mei:& intede in adiutoriū meū dñe deus salutis meæ. 260 D
No tū fac mihi domine finē meū,& numerū dierū meorum, vt sciam quid desit mihi.
Exaudi propitius vocē deprecationis meæ,& educ me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Statue supra petram pedes meos,& dirige in semitā rectā gressus meos. In die mala libera me,vt ingrediar,in locū tabernaculi admirabilis domus dei, quia tu es deus meꝰ & fortitudo mea. Nec delines gressus meos a via tua,vt diligā iustitiā & odiā iniquitatem.Esto mihi refugiū & virtus,quia tu es rex magnus super omnē terrā. Qui regis oēs in secula,libera aiam meā de manu inferni,cū acceperit me. Tu aūt cū manifestus fueris ad iudicandum nos,miserere mei scdm magnam misericordiam tuā.
Et spiritū sanctū tuū ne auferas a me.Auerte piissime dñe in illa hora faciē tuā a peccatis meis,& oēs iniquitates meas dele.Cor mundum crea in me deus,& spiritum rectum innoua in visceribus meis. Vt sicut oliua fructifera in paradiso dñi mei oleum sanctitatis accipiar,& ibi exultē cū Iacob,& in æternū lęter cum Israel. Salua me tuo in noie,tuaq; virtute libera me,Ne despexeris deprecationē meam, sed miserere mei,
Mitte de cœlo & libera me,& da in opprobriū conculcantes me.Contere dentes eorū in ore ipsorum,& cōfringe molas leonum. Deus meus es tu,misericordia mea. Saluū me faciat dextera tua,& protegar a velamento alarū tuarū, cum reddideris singulis 260
singula secundum opera ipsorū.Dum sitit in te aia mea,protege me a conuentu ma- E
lignantiū,cum ad te omnis caro venerit.Non amoueas misericordiā tuā a me. Et spiritum sctū tuum ne auferas a me,sed illumina faciē tuā super me. Prosperum iter fac mihi deus salutaris meus,vt non absorbeat me profundū, neq; aperiat super me puteus os suum.Adiutor & liberator meus esto domine,ne tardaueris. Qm in te spero domine,non cōfundar in æternū,cū iudicaueris populū tuum . Et hi qui se elongant a te peribunt,ne auertar ego humilis factus confusus? Qm iustus iudex es,humilias & exaltas nimis terribilis,& quis resistet tibi tunc ab ira tua ? Tu es deus qui facis mirabilia magna solus.Sicut populū tuum pane aluisti in deserto , & desiderio suo non fraudasti eū:ita me esuriente gratia tua reficiat, & cito præueniat me misericordia tua.Et tu mihi tutor panē lachrymarū & amaritudinē cōpunctionū tribue in tpe tribulationis.Et da de petra mellis dulcedinē capiā internæ suauitatis. Deus qui inter iustos & pctores cūcta discernis,qui es solus altissimus super oēs gētes, mitterere mei,& tribue mihi benedictionē,qui legem dedisti. Remitte iniquitatē cordis mei,& dimitte oīa peccata mea,& saluū fac seruū tuū deus meus sperantē in te.Deus qui fundas Ecclesiā tuā in mōtibus sctis,inclina aurē tuā ad precē meam, Manus ergo tua mihi auxilietur,ne auertar in humilitate , sed libera me de laqueo venātium, 260
& a ruina & dęmonio meridiano Vt plāratus in domo dñi sicut palma floreā, & sicut G
cedrus,quæ est in Libano,merear multiplicari in longitudinē dierū. Esto mihi in refugiū,& deus meus in auxiliū spei,qm tu es deus & rex magnus super oēm terrā. Cū iudicaueris orbē terræ in æquitate & populos in veritate tua, luce perenni perfruar cum iustis & rectis corde lætitia. Saluet me dextera tua, & brachiū sanctū tuū. Qui sedes super Cherubin,fac me in conspectū tuū cum exultatione, vt perambulem in innocentia cordis mei in medio domus meæ.Nō adhęreat mihi cor prauū : Sed sint oculi mei super fideles sctos tuos,vt sedeā cū eis ambulās per viā immaculatā, cum disperdideris per iudiciū de ciuitate tua oēs qui nunc operātur iniquitatē.Dñe exaudi orationē meā,& clamor meus ad te perueniat.Non auertas faciē tuā a me, in quacunq; die tribulor,inclina ad me aurem tuā.Propitius esto oibus iniquitatibus meis tędimeq; de interitu vitā meā. Satia in bonis desideriū meū, quia respicis in terrā, & facis eam tremere.Qui eduxisti populum tuum in exultatione , & electos in lætitia. Fac me custodire iudiciū & iustitiā in omni tpe. Educ me de tenebris & vmbra mortis,vt parato corde cantē,& Psalmū dicā tibi.Fac mecū signū propter misericordiā & 260
nomen tuum ? Vt in splendoribus sanctorum in consilio iustorū & congregatione H
iustitia mea maneat in seculum seculi,& cornu meū exaltetur in gloria. Vt dum me suscitari iusseris de terra inopem,& de stercore erexeris pauperē: Benedicā te ex hoc nunc & vsq; in seculum , tunc cōplaceā tibi in regione viuorum. Dirumpe vincula mea:& confirma me in misericordia tua,Cum in tribulatione inuocauero te domine

exandi me in latitudine.Legem pone mihi domine vt v[illegible] vias iustitiæ tuę exquiram semper.Da mihi intellectū,vt perscrutē legē tuā,& custodiā illā de toto cor
260 de meo.Errauī sicut ouis quæ perierat,requirens libera animā meā. Custodi introi-
H tum meū & exitū meum,vt in domo tua stantes sint pedes mei in atriis Hierusalem.
Ad te leuaui oculos meos,qui habitas in cœlis Eripe me,aiam meā de muscipula venantium,vt nō extenda ad iniquitates manus.Reple gaudio os meū , & linguā meā exultatione. Imple desideriū meū in bono,& benedic me ex Sion.Vt v.deam quæ bona sunt in Hierusalem,longe factus ab omni iniquitate. Fiant aures tuæ intendentes in orationem serui tui domine.Nō sit exaltatū cor meum in superbia , nec elati sint oculi mei: Sed humiliter sentiā donec inueniā locū domino , tabernaculum deo Iacob:Ibi mandasti benedictionem & vitā vsq; in seculū . Ibi extollam manus meas in sancta,& benedicā te qui iudicas populū,& in seruis tuis consolās. Deus deorū & dominus dominorū deflentē me & adorantē ad templū sanctū tuum, proba me,& scito cor meū,interroga me,cognosce semitas meas,& deduc me in via æterna, Conserua me de manu peccatoris,& ab oībus iniquis libera me . Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dñe . Educ de carcere animā meā ad cōfitendum noī tuo,
Exaudi me in tua iustitia,& non intres in iudiciū cum seruo tuo domine. Velociter
260 exaudi me in tua iustitia,& nō intres in iudiciū cum seruo tuo domine. Velociter exau-
I di me domine,ne deficiat spūs meus , qm tu es deus misericordia mea, & refugium meū,& susceptor meus Et qm magnus es & laudabilis nimis , & magnitudinis tuæ non est finis,erige elisum,solue compeditū,illumina cæcū, qui ædificas Hierusalem. Cum aūt confortaueris seras portarū tuarū,intrinsecus cū filiis tuis copulatus sim. Sicut te laudant angeli,& oēs virtutes tuæ in regno cœlorum,ibi & ego ita exultans cum gloria in choro sanctorum,laudem & glorificē nomen tuū in cymbalis labiorū quod est sanctum & gloriosum,& regnat semper per infinita secula seculorū. Amen.

DIVI AVREII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Super Magnificat, canticum Mariæ Expositio.

260 K

T nouum in carne filii aduentum prædicaret, qui ingressus nouæ salutationis obsequio virginem Gabriel veneratur , dicens, Aue Luc.1.
gratia plena,&c.Ecce ancilla domini,statim aduenięte spū sctō in virginem,oi gratia virtutū sacrosanctū habitaculū in aduētu dei implente,dubium nō est cœlestiū gaudiorū,& æternæ dulcedinis q̄ mirā atq; inenarrabilē suauitatē virgo ipsa concepit,quando illud ęternum lumē cū toto maiestatis suę fulgore in eā descendit. Et quē non capit mūdus,totū se intra viscera virginis collocauit: Audacter pronuncio,q̄ nec ipsa plene explicare potuit.Sed spiritusancto docente didicerat sic sua per humilitatē tegere:Surgit mox & conscendit in montana Iudeę. Vnde Elisabeth spū sancto repletur,qualis & quāta esset,quæ ad se venę.at agnouit, & q̄ se indignā eius visitatione iudicaret,aperuit dicens . Vñ hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me ? Ecce,&c. Tūc ait Maria,Magnificat aīa mea dominū. Vidisti maiestatem,gustasti suauitatē,ideo,quod intus hauseras,foras propioasti , & in iustitia eius exaltasti. Quia exultauit spiritus meus.Anima magnificas,spiritus exultat. Et iterū, In deo salutari meo.Deus potentiam,salutaris misericordiā notat.Duo quippe sunt quæ angelorum & hominū beati spūs in illo fonte boni æterna contemplatione hauriunt, in-
260 comprehensibilis scilicet maiestas dei,& inffabilis bonitas.Quarū alterū castū timo-
L rem gerit , alterum dilectionem parit. Pro maiestate venerantur deum , & pro bonitate amant, ne vel dilectio sine reuerentia dissoluta sit , vel reuerentia sine dilectione pœnalis. Admirentes enim diligunt , & diligentes admirantur, ut in extin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guibiliter per admira[illegible] ardeat dilectio, & suauiter in dilectione ferueat admi-
ratio. Nam quia eum quem uidet, [illegible] comprehẽdere nũquam sufficiunt, in quo 261
quasi p admirationẽ euigilãt; quãto aũt perspicacius intuẽtur, tãto ardẽtius amant, M
qđ uera dulcedo est: uera aũt dulcedo, quãto perfectius sentitur, tãto desiderabilius
appetitur: ad hãc cõtẽplationis lucẽ Mariæ mens eleuata fuerat, quę cœlestis patriæ
dulcedinẽ in uerbis expressit, quã ineffabiliter cõprehẽdit. Nã cũ se magnificare do-
minũ præbuit, reddẽdã uniuersis ęterni muneris maiestatẽ, interna uisione contueri
se manifeste declarauit. Cũ uero se in suo salutari exultari asseruit, gustũ se internæ
dulcedinis percepisse ostendit. Vnde utrunq; ꝓfessa est & dñm & saluatorẽ: ut ꝓ po-
testate qua omni suæ creaturæ dominatur, iure metuẽdũ ostẽderet: ꝓ bonitate uero,
qua misericorditer quosdã saluat, dignũ dilectione demõstraret, Veritas in dño, & in
saluatore misericordia. Veritas. n. ad dñm pertinet, Misericordia aũt ad saluatorẽ. In
ueritate seruat tenorẽ iustitiæ. Quia aũt & quędã errãtia gratuito ad uitã colligit &
reparat ad saluationẽ, ꝓpterea magnificamus dñm & exultamus in salutari, qa qbus
est reuerẽda iudicis iustitia, dulcis est misericordia saluatoris. Propterea, inquit Ma-
ria: Magnificat anima mea dominũ, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo,
Vnus & idẽ spiritus, & ad seipsum spiritus dicitur, & ad corpus anima. Spiritus natu- 261
ralẽ spiritalẽ habuit admirationẽ, anima corporalẽ, quare anima dicitur spiritus, &
ecõuerso. Ideo anima humana, quia & esse i corpore habet & extra corpus, anima uo A
catur & spũs. Anima dicitur, inquãtũ est uita corporis: spiritus aũtẽ inquãtũ est sub-
stãtia spiritalis. In qua uita anima perditur, ut spũs saluus fiat, cũ hæc uita despici-
tur, ut postmodũ a deo uita æterna tribuatur. Sed suo nominauit, quia i salutari suo
Oipotẽs. n. deus potestate, qua uniuersę creaturæ suæ dominatur, dñs omniũ est, sed
pietate qua quosdã tm̃, sed nõ omnes ad uitã reparat, saluator omniũ nõ est. Nam do
minatio eius ad oẽs æqualiter respicit, bonitas uero ad quosdã tm̃. Ergo beata uirgo,
quia singulariter se electã uidebat, quia singulariter gratiã acceperat, quasi priuile-
gio quodã electionis diuinæ cõfirmata, fiducialiter, ipsum quẽ ꝓ salute mũdi filium
cõceperat, suũ etiã cũ lętitia & exultatione saluatorẽ uocat. Quia respexit humilita
tẽ ancillæ suę. Hęc est gratia exultationis suę, quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ:
Aç si dicat, quia de eius gratia exulto, ideo ab ipso est ꝙ exulto. Et quia eius dona pp
ipsum diligo, ideo i ipso exulto. Respectus dei tribus modis accipi solet, uidelicet se-
cũdũ cognitionẽ, scdm gr̃am, scdm iudiciũ. De primo Apostolus, Oia nuda & aperta
sunt oculis eius. Sed p gr̃am deus nõ omnes respicit, quia oculi dñi super iustos: &c. 261
De tertio i fine dicetur: Nescio uos. Oculi dñi bonos & malos cõtẽplãtur. Videre deũ B
p cognitionẽ, est nihil eorũ q̃ sunt ignorare. Videre p gr̃am, dona miæ impẽdere. Vi-
de rẽ p iudiciũ, unũquenq; scdm opera sua, uel ad gloriã, uel ad pœnã destinare. Quid
sit respicere. Respicere plus est q̃ uidere. Respicere p gr̃am, est prius abiectos & derelic-
tos uisitare, cũ bona placatus p miam subtracta restituit, rursum per respectũ gra-
tiæ ad eũ se cõuertit. Bene ergo Maria solã in humilitatẽ dominũ respexisse testatur,
quia diuinitatis ꝓpitiationẽ, quã humana natura in primis parẽtibus per superbiã
perdidit, in Maria per humilitatẽ recuperauit. Nã in ea uerbũ patris corporis substã-
tiã quã sibi uniret assumpsit, quasi ad eã q̃ prius abiecerat naturã sublimãdã per mise
ricordiã respexit, quia se humilitatis qđ erat ancillã cogitauit. Ideo nõ erat, sublimi-
tatis mater esse meruit, quia humilitatẽ ostẽdit seruitutis. Seruitus quatuor modis
uariatur. Secũdũ cõditionẽ seruitus, qua oia diuinæ seruituti debẽt esse obnoxia, qa
opus factori suo, hoc ex cõditione sua hẽt, ꝙ eius dispositioni obtẽperet & institua
sequatur, ut sicut ab ipso factũ est, ita nõ nisi ab ipso & secũdũ ipsum iceđat. Secũdũ
necessitatẽ deo seruire dicũtur prauæ uolũtates, quæ cũ eius iussionibus cõtrarie ni
tũtur, per ineffabilẽ tamẽ eius dispositionẽ arctantur, ut mihi sine eius nutu ad effec-
tũ perducere queãt. Seruiũt nolẽtes eius dispositioni, qui uolẽtes subiecti non sunt
ipsius p̃cepto. Seruitus cũ timore est, quãdo diuina p̃cepta nõ ex dilectione implẽ,
sed ex formidine. Quarta seruitus est, quãdo uolũtarie eius iussionibus obtẽperam, 261
qui ipsum, qui iubet diligimus, nec aliud in nr̃a seruitute extra ipsum cõmodũ quæ- C
rimus, q̃ ut secũdũ ipsum ambulãtes ad ipsum peruenire ualeamus. Seruitutẽ secũ-
dũ cõditionẽ parẽtes nr̃i in paradiso cõditori exhibere noluerũt, quãdo in superbia
elati despexerũt esse sub illo, ad qđ fuerãt cõditi & uoluerũt peruersi esse in maiesta-

Respectus dei tribus modis accipi solet. Hebrę. 4. Psal. 33. Matt. 7.

te consimiles, qui non erant in natura æqua[illegible] pp[illegible] creaturã dei se esse
261 & opus dei nõ cõsiderẽs, deo parificari uoluit: Maria aũt suo factori humiliter sẽ sub-
D dens ancillam se nominauit. Et idcirco illa abiecta & hæc electa est. Superbam despe-
xit & humilem respexit: Id qđ superba perdidit, humilis recepit. Ideo ait, Respexit hu-
militatem ancillæ suæ. Sed serui dei aliquando cũ etiã humilitatẽ habent, humilia-
tionẽ non habent, nunquã uero humiliationẽ sine humilitate. Humilitatẽ sine hu-
miliatione habent, qui licet coram hominibus foris despicabiles non appareant, in-
tus tamẽ humilitatis meritũ corã deo inuiolatum obseruant. Ergo Maria quæ apud
dominũ humilis erat, & apud hoies propter deũ abiecta in utroq; se esse respectã te-
statur, quia & eius humilitas apud deũ acceptabilis fuit, & eius humiliatio apud ho-
mines in gloriã cõmutata. Vnde sequitur. Ex hoc beatã me dicent oẽs generationes.
Vsq; ad illud apud hoies opprobriũ sterilitatis portauerat, quia integritatẽ uirgini-
tatis thoro maritali præponebat. Sed unde in priori generatione carnali quasi male-
dictionis sententiam sustinuit, inde nunc ab oi generatione mortali benedictionum
collaudabiliter recepit: qa ab oi generatione pro fructu fœcũditatis meæ btã uocor.
Quia fecit mihi magna qui potẽs est, & sanctũ nomen eius. Magnũ fuit ut uirgo sine
uirili semine filium cõciperet. Magnum fuit, ut dei patris uerbũ carne sua indutum
261 uterο gestaret. Magnũ fuit, dum se ancillã confessa esset, ut mater fieret sui plasmato
ris. Qui potens est: Quia credi põt eius potentia, potentẽ confessa est, sed quanta aut
qualis cõprehendi non põt. Cõfessa est potentiã, discutere non presumpsit, quia sci-
ri non conuenit, quanta est, quia infinita est. Oẽ qđ ꝑ uidit se facturũ, facit, nec aliqd
qđ non præuidit fieri non dubiũ, sed fieri necesse est: Maria non aũt in se, aut in me,
aut per me fecit magna, sed, inquit, mihi: Quod. n. in ea ad oium salutẽ factũ est, hoc
priuilegio dilectionis ad eius gloriam singulariter est ordinatum. Et ideo dixit, ma-
gna, quia mysterium incarnationis uerbi super oia constat esse inffabile: Nihil. n. un-
quam maius mirum factum est, q̃ ut deus fieret homo, & homo incomprehensibilis
corporis substantiẽ sibi sic uniret, ut nec minus in ea esset, quia in se erat immensa,
nec minor in se extiterit, quia in illa fuit creata. Hæc ergo sunt magna. Et ideo san-
ctum nomẽ eius. Quod est nomẽ eius, fama eius, nomẽ eius, cognitio eius, fides, no-
men eius. Hoc nomẽ sctm̃ est, cũ sctis est, cũ sctis gloriatur, a sctis benedicitur, a per-
uersis blasphematur. Quia dũ uerbũ in carne nascitur, gloria dei per uerbũ in homi-
nibus declaratur. Et misericordia eius a progenie in progenies timẽtibus eũ, Mariã,
inquã, fecit nõ tamẽ singulariter, sed uni excellẽter: Verũtamen oibus timẽtibus ne-
gatio excluditur. Potentiam fecit in brachio suo, dispersit superbos mẽte cordis sui.
261 Hæc illa misericordia quã timentibus se exhibuit deus, quia uerbũ suum per assum
G ptam carnẽ in hunc mundum misit, ut per ipsum aereas potestates potenti uirtute
debellaret, & genus humanũ ab earum potestate redimeret. Ipsi. n. superbi sunt, quos
despexit, eiiciens eos foras a cordibus hoium, atq; spolia eorũ dirũpens, per illã quæ
prius in hominibus principabatur uirtutem dissipauit: & hoc in brachio suo, i ꝑ hu-
militatem filii diabolũ uicit. Brachiũ eius filius est: Ipsa infirmitas, potẽtia fuit, quia
per illã diabolus est uictus. Et hoc mente cordis sui, i. profundo cõsilio suo dispersit
eos. Profundum consiliũ fuit, ut pro me deus fieret homo, & innocens pateretur ut
redimeretur nocẽs: & in his erat consilium, nec poterat illud diabolus præuidere, sed
captus hamo Leuiathan. Vel per superbos, Iudæos intelligere possumus, qui humilẽ
captus hamo Leuiathan. Vel per superbos, Iudæos intelligere possumus, qui humilẽ
aduentum xp̃i superbe contẽpserunt, quos abiecit. Vnde subditur: Deposuit poten-
tes de sede, & exaltauit humiles. Potentes, quia fili regni qui uidebantur, abiecit, &
gentes per humilẽ cõfessionẽ in consortiũ regni atq; in filiorũ adoptionẽ assumpsit
ac malignos spũs à cordibus hoium abiecit, & humiles, i. hoies humiliatos exaltauit.
Mens etiam & cordis est uiuax & permanens dispositio ęternæ occultæq; prędestina-
tionis. Ipse est liber uitę. Idem est ergo mens, qđ liber. Tribus modis aliquis in libro
261 scribitur, scdm præsciam, secundũ causam, & secundũ operationem. Quãtum ad pri-
H mum, prædestinati sunt scripti, non delentur unquã, licet ad tẽpus, quasi periturus
quis a uia uideatur, errare permittitur. Secundũ causam scripti sunt, qui a uia ueri-
tatis cœpta ad errores declinando recedunt: Tales aũt sunt aliquãdo, qui digni salua-
tione existerent, si tales usq; in finem manerẽt. Secundum operationẽ, quorũ ope
ra secundum humanum iudiciũ talia apparẽt, propter quę digni uideantur scribi in

libro vite,qui tamen ea quæ per [illegible]bantur agere bona deserunt. Hi secundum
præsciam .iunquã fuerunt in libro vitę.Deposuit &c.Prius angelũ de cœlo, & hoiem
de paradiso superbitate protecit:& postea hoiem per pœnitentiã humiliandũ ad pri- G
stinam gloriã præparauit. Sed & quotidie superbos quoq; subtrahendo gratiã suã 261
deponit:& postea eosdem humiliatos:gratiã priorẽ restaurans,exaltat. De quo autẽ
illud est quod sequitur,Esurientes impleuit bonis,& diuites dimisit inanes, Esurien
tes vocat eos qui se vero bono indigere cognoscunt. Diuites eos intelligere vult qui
superbi sunt,& se prę aliis in donis gratiarum,abundare existimant. Ergo sicut hu-
miles modica de se sentiendo maiorem gratiam merentur accipere, ita superbi de se
præsumendo,etiam ea quæ acceperunt amittunt.Suscepit Israel puerum suũ recor-
datus misericordię suæ.Suscepit,sicut medicus ęgrotum,Israel puerum suum: id est
humilem & innocentem suscepit,vt sanaret infirmum,& redimeret captiuum, vt iu
stificaret impium & saluaret iustum.Suscepit Israel,non quem inuenit Israel, sed vt
faceret Israel.Recordatus misericordię suę,quam olim promisit, sed diu distulerat.
Sicut locutus est ad patres nostros,vel patribus nostris,Abraam & semini eius in se-
cula.Misericors in promitendo,verax in exhibendo,quia sine debito promisit & sine
dolo exhibuit:sicut locutus est ad patres nostros Abraam & semini eius in secula.
Nota super illud,Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quidam neq; a deo
exultant,neque in deo.Nã qui in carnis voluptate exultant,cũ malefecerint, isti nec
in deo,nec a deo exultant,& malũ est,vnde exultant:Et quia de malo ad malũ exul-
tant,suũ gaudium in malignitate constituunt,ideo minime in deo exultant. Sunt
alii qui acceptis gratiæ donis abutuntur,& ea quę propter salutem animæ data sunt
ad carnis uisum,& gaudia seculi conuertunt.Acceptis.n.donis gaudent, quia neque 261
in deo,neque propter deum diligunt quod a deo acceperunt. Qui autem gratia acce H
pta ad amorem dei idipsum conuertunt quod ab ipso acceperũt,isti profecto a deo &
in deo exultant & exultare probantur. Econtra ergo vt suum gaudium solidum esse
monstraret, illud neq; a vanitate exortum,neque ad vanitatem cõuersum esse,se dei
dona diligere in deo, & pro respectu gratiæ, qua peruenta erat in suo salutari exul
tare perhibuit dicens, Exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

Noni Tomi Finis.

Index duernionum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii K K Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc. 261 I

Omnes sunt duerniones præter C c c qui est ternio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 J.8